R. P. IOSEPHI SPERANZÆ,

CONGREGATIONIS ORATORII FANENSIS PRESBYTERI,

SCRIPTVRÆ SELECTÆ:

VARIIS TRANSLATIONIBVS, AC SANCTORVM Patrum Sententiis, Sacrorúmque Interpretum, cùm veterum, tum recentiorum, expositionibus elucidatæ:

AD PRINCIPALES SACRAS, ATQVE MORALES materias, eásque ad Orationem relatas.

QVARTA EDITIO, AB AVTHORE, DVM VIVERET, RECOGNITA, & Sanctorum exemplis, aliarúmque Scripturarum Additionibus iterum locupletata.

ACCESSERVNT NVNC RECENS

POSTHVMÆ EIVSDEM AVTHORIS OBSERVATIONES; & Affectus scripturales ad CHRISTI *Domini Passionem.*

Cum quatuor Indicibus: vno, Punctorum; altero, Scripturarum; tertio, Concionum, tam de Dominicis, quàm de Sanctis; & vltimo, Rerum; copiosissimis.




LVGDVNI.

Sumptibus LAVRENTII ANISSON, & Soc.

M. DC. L.

CVM PRIVILEGIO.



EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO PRINCIPI, DOMINO,

D. IOANNI FRANCISCO BALNEO, S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO:

CONGREGATIONIS ORATORII FANENSIS Presbyteri.



ANTA sunt, EMINENTISSIME CARDINALIS, AC PRINCEPS, beneficia, quæ in hanc nostram Congregationem, tum præsens, tum absens contulisti, vt ea longum esset commemorare, & tibi fortasse molestum, cuius animi magnitudinis peculiare est, ingentia præstare beneficia; relata verò audire iniucundum. Illud vnum silentio præterire non possumus; te, scilicet, cùm Ciuitatem hanc nostram summa prudentia, æquitate, atque integritate, omnium ciuium admiratione gubernares; Institutis Congregationis nostra summoperè oblectatum esse: vnde fiebat, vt non solùm in Ecclesia nostræ Sermonibus, ac Sacris audiendis, & peragendis, orationibus, atque meditationibus assiduus esses; verùm etiam inter domesticos parietes adeò familiariter versareris, vt vnus ex nostris videri posses. Quin adeò nostri Instituti ratio AMPLITVDINI TVÆ placuit, vt vel ex Gallia, vbi apud Christianissimum Regem Apostolicus Nuncius aderas, per litteras postulaueris, vt duo ex nostris ad Ceruiensem Vrbem, cuius Antistes tunc temporis eras, se conferrent; vt Cathedralis illius Canonici, quoad fieri posset, nostrum Institutum vnà conuiuentes ad suam, & populi vtilitatem seruarent; ac de tuis redditibus, quicquid ad communem hanc viuendi rationem opus esset, impenderetur. Tanta prætereà cum aliquibus ex nostris tibi necessitudo fuit, vt non secùs ac fratres diligeres, ad quos creberrimæ epistolæ testantur.

Hi connſtra Congregatio,tot beneficiorum memor, vt aliqua ſibi daretur occaſio grati animi ſignum aliquod demonſtrandi, ſempet habuit in optatis. Cui hoc ipſum cogitanti ecce nunc ſeſe offert occaſio SCRIPTVRAS SELECTAS R.P. IOSEPHI SPERANZÆ, iam vita functi, quartò imprimendi, quas ſi tibi Congregatio dicaret,ac ruo Nomine inſignitas prælo committeret, teſtem fore fidelem exiſtimat apud omnes, ad quorum manus illæ peruenirent,ruorum in nos beneficiorum,& Congregationis noſtræ grati animi monumentum.

Accipe igitut munuſculum hoc, qua ſoles, animi magnitudine, tibi multis nominibus prætereà debitum: Author enim, quem ipſe vnicè diligebas, qui EMINENTIAM tuam tanquàm Pattem obſeruabat, tanquàm Dominum colebat,ac tanquàm *Sperantiæ Familiæ* Patronum agnoſcebat,in quam ſumma, ac crebra collata fuiſſe à te beneficia fatebatur,tibi munuſculum hoc,& ſuæ, & noſtræ in te obſeruantiæ ſignum ptoculdubiò dicaſſet.

Deinde SCRIPTVRÆ SELECTÆ, tua opera Pariſiis iam in lucem editæ, adeò in illis tegionibus. authoritate tua gratæ fuerunt,vt vix ibi impreſſas Italia viderit. Quapropter, cùm modò eas itetum Gallia ptælo ſubiicete expoſcat,ab Authote variis additionibus locupletatas,addito prætereà eiuſdem ad Chriſti Paſſionem meditandam, & prædicandam Volumine, non niſi ſub tuis feliciſſimis auſpiciis in lucem prodite volunt.In lucem igitur prodeat auctus, atque locupletatus Liber: petcurrat Orbem tuo inſignitus Nomine, & noſtrum teſtetur hoc qualecunque grati animi erga te ob accepta beneficia monumentum.Interim noſtra Congtegatio,ſub tuo patrocinio conſtituta,DEVM OPTIMVM, MAXIMVM aſſiduè togabit, vt EMINENTIAM tuam diu incolumem ſeruet, ad ſumma quæque euehat, ac tandem poſt Neſtoteos annos vitam largiatur æternam.

DE



DE VERBO DEI,

DEQVE TOTIVS OPERIS METHODO, AC RATIONE:

FRATRI NICOLAO SPERANZÆ,
Prædicatorij Ordinis Alumno,

IOSEPHVS SPERANZA, ORATORII Fanensis Presbyter, S. D.



VÆ tibi, iteratis precibus efflagitanti, hoc iam elapso biennio elucubraui, in signum amoris in te mei, nunc tandem accipe. Scripturas has tibi sacras selegi, vt eas tibi primùm animo mediteris, quas postmodum & aliis prædicaturus, valeas prædicare: euangelico etenim Prædicatori, vt verè fatear, non nisi purum Euangelium, sacrámque Scripturam, nulla ex parte adulteratam, post orationem populo prædicandã, cõstans ea mihi sẽper fuit opinio. Ille in sancta Ecclesia doctus Prædicator existit, inquit sanctissimus simul, ac grauissimus Concionator Gregorius, qui & noua scit proferre de suauitate regni, & vetusta de terrore supplicij, vt vel pœna terreat, quos præmia non inuitant. Hócque veluti præcipuum D.Gregor.
Concionum thema Apostolis omnibus Christum dedisse testatur Petrus: *Præcepit*, inquit, hom.11.in
nobis prædicare populo, & testificari. Quid, ô Petre? *Quia ipse est, qui constitutus est à Deo Iudex vi-* Euang.
uorum, & mortuorum. Hinc Apostolus Gentium Prædicator, non Gentium fabulas; sed
Euangelium Gentibus prædicabat. *Nos autem prædicamus Christum crucifixum: & sermo meus* Act.10.
(priuatus, ac familiaris,) *& prædicatio mea* (publica, vt hîc D.Thom. distinguit,) *non in persua-*
sibilibus humanæ sapientiæ verbis; sed in ostensione spiritus, & virtutis; hoc est, non in 1.Cor.2.
coloribus hisce mundi rhetoricis; sed in ipsa virtute spiritus sita est. Et suprà iam D.Thom.
dixerat: *Non misit me Christus baptizare; sed euangelizare.* Quonam modo, ô Apostole? Audi: ibid.
Non in sapientia verbi; vt non euacuetur Crux Christi: scriptum est enim: Perdam sapientiam sa- 1.Cor.1.
pientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Et, *Vbi sapiens?* nimirum, Philosophus. *vbi* Isa.33.
scriba? Græcè, Ποῦ γραμματεύς; Professor Grammatices, Poëtarúmque prælector, & in- Græc.
terpres: sic Cyrillus. *Vbi inquisitor huius sæculi?* aut similiter Græcè, *Disputator huius sæ-* Cyrillus.
culi? q. d. hi omnes ad Euangelij prædicationem non faciunt. *Non enim sumus*, vt iam
dixerat, *sicut plurimi adulterantes verbum Dei*, (aut, iuxta alios, *cauponantes verbum Dei*, vt dici 2.Cor.2.
possit, *Vinum tuum mixtum est aqua*, aut Græc. *Caupones tui miscent vinum aqua:*) *sed ex syncerı-* Isa.1.
tate; sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. Sept.

O quàm id rectè sentiebat Sanctissimus Pater tuus, istiusmodi Prædicatorij Ordinis
Author, & Magister, qui D. Pauli Epistolas, sacrosanctúmque Christi Domini Euange- Ferdin. del
lium, præsertim secundùm Matthæum, semper præ manibus habens, illud adeò in me- Castil. in hi-
moria seruabat, vt absque vlla memoriæ labe, memoriter redderet, eóque pro libito quoti- stor. S.Dom.
dianis in concionibus vteretur: nec vnquam huiusmodi in munere vir Dei, vel semel mis- p.1.l.1.
cuit sacra profanis; sed, quæ diuinitùs acceperat verba, ab ignito illo pectore depromebat; c.58.
Prædicatores suos semper adhortans, sacros vt euoluerent libros, ex quorum lectione, vt dicebat, meliora, longéque præstantiora, quàm ex omnibus mundi Philosophis, Oratoribus, ac Poëtis inuenirent.

Quàm, me iudice, falluntur, qui fabellas sacris in concionibus enarrant! *Narrauerunt* Psal.118.

mihi iniqui fabulationes; sed non vt lex tua. Heb. *Foderunt mihi superbi fabulationes*, vel
Hebr. *foueas quæ non erant iuxta legem tuam* Diuinitùs certe, *foderunt* hoc est, eruerunt, adinuenerúntque eas sub terra; nimirum, ad pruriendum auribus: *Foderunt mihi fabulationes*, vel *foueas*. Et quid est aliud, huiusmodi fabulationes narrare, quàm ad capiendas animas foueas fodere? Quos optimè iniquos, & superbos appellat, quòd tantarum animarum iactura, non Sanctorum Patrum vestigiis; sed propriis ingenij sensibus inhæreant. *Sed non vt lex tua*, hoc est, horum fabellæ non sunt certè, nec esse possunt, veluti lex tua, & verba tua; vera scilicet, ac solida: sed sunt prorsus inanes; sed aniles, vt dixit Paulus; sed indoctæ,
2. Tim. 4. 2. Petr. 1. vt dixit Petrus: quippe quæ non nisi eruditam quandam sapiunt vanitatem, vt appositè
Hier. inc. 3. ad Gal. dixit Hieron. Non eget, Frater, non eget fabellis verbum Dei; quin his præsertim, vt ait
Tertul. in Apol. Tertul. encruatur: non eget hisce mundi ineptiis, ac fucis; sed suam à se ipso vim habet, ac venustatem. Mundi floribus euangelico Prædicatori non est opus.

Hoc idem visus est aliquando sensisse & Ieremias, in concionando, scilicet, artem, eloquentiam, floresque desiderari: *A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui*. q. d. Prædicatorem
Ierem. 1. me quæris; sed ego flores non habeo. Cui Deus: Fructum, non flores requiro. *Ecce dedi*
Isa. 6. *verba mea in ore tuo*, &c. *vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes*; non flores prædices. Sic Isaïæ mundata sunt labia; à sæculari, videlicet, eloquentia, & à vernacula lingua, quam in aula Regis inter aulicos didicit; à mundi floribus, quos propterea Seraphim ignito carbone de altari ablato exsiccauit, atque adussit. Vbi licet aduertas, quàm prompto postmodum animo se se obtulit Deo dicenti: *Quem mittam, & quis ibit nobis? Ecce*, inquit, *ego, mitte me*. Sed heus tu, ô Propheta, cur non te vnquam anteà obtulisti? Quia flores linguam continebant, nec ornabant; sed ligabant, nunc liberè loquuturus: *Ecce ego*, ait, *mitte me*. O vtinam alienum hoc esset à veritate, mi Frater! Studet ille floribus, linguæ politiori, emblematibus, hieroglyphicis: dicat tunc temporis Deus, dicat Superior: *Quem mittam, & quis ibit nobis?* obstrictus ille floribus suis, ac innodatus? Timet, horret, tempus requirit. O si Seraphim eius linguam tangeret! ô si luxuriantem illam facundiam siccaret! quàm hilari vultu quouis tempore promptus diceret: *Ecce ego, mitte me*! O quanta animi alacritate id dicere valet, qui non in flosculis; sed
Psal. 91. in fructu laborat! Egregius ille Concionator in Psal. *Benè*, inquit, *patientes erunt, vt an-*
D. Hieron. *nuncient*, &c. D. Hieron. *Fructificabunt, vt annuncient*. D. August. *Iucundi erunt, vt annun-*
D. August. *cient*. Miræ lectiones. Vulgata: *Bene patientes*. Et certe patientia Concionatori pernecessaria, tum anteà, tum posteà, tum in ipsamet concione. Hieron. *fructificabunt*, non florebunt, non frondescent. August. *Iucundi erunt*. Est quidem diuinum hoc minus hilariter subeundum. Sed quosdam videre est tristes, fatigatos, cadentes sub onere, dolentes: vnde? quia flores stulto labore in sua frigidioris spiritus hyeme sectantur. Hi, iuxta Prosperum, studiosiùs eloquentiam volunt curare, quàm vitam: dicta sua cupiunt magis laudari, quàm fieri: non sunt de sanctitate operis; sed de sermonis elucubrati venustate solliciti, qui in modum tinnientis cymbali præclara magis quæque appetunt sonare, quàm facere.
Osea 10. Oseæ 10. *Vitis frondosa, Israel, fructus adæquatus est ei. Iste, iste*, inquit Deus, *est omnis fru-*
Isa. 27. *ctus, vt auferatur peccatum*, non vt aures pascantur. Fructus vitæ sunt verba Dei, non folia. Bernard.

Apocal. 14. Mirum quàm efficacia sint Dei verba, vel sic simpliciter prolata! Refert Ioan. in Apoc. ad breuiloquentem illius Angeli sermonem, Babylonem, illam ciuitatem magnam, fundiùs corruisse. Cupis conceptus Angeli audire? Audi: *Timete Dominum*, inquit, *& date illi honorem, quia venit hora iudicij eius: & adorate eum, qui fecit cælum, & terram, mare, & fontes aquarum*. Nec plura? Nequaquam. Quî fieri potest, vt Angelus Paradisi flores, & verba non habeat? Vt lingua angelica non sit florida? Audis quatuor hæc verba simplicia; sed efficacia, sed plena, sed ignea: & quid non effecerunt? Et alius Angelus secutus est dicens: *Cecidit, cecidit Babylon illa magna*. O miram diuini verbi virtutem! vt Babylonem ad terram prosternit? Quid est, quòd plerique nec Babylonem concutiunt; sed adhuc ad eorum verba Babylon manet? Quia floribus eam aggrediuntur, & in eam non tam igneos verborum Dei globos explodunt, quàm elegantissimarum dictionum flores conspergunt: sed è gelido pectore verba flammantia non exeunt; & qui non ardet, non incendit. Greg.

Ierem. 48. Hos irridet Dominus per Prophetam: *Date florem Moab, date florem Moab*. Quasi di-
Lyran. cat: Eia floribus expugnate, & capite eam. Dein zelo ardens: *Maledictus*, ait, *qui facit*
Interl. *opus Dei* (Lyran destructionem Moab) *fraudulenter*. Interlin. Vel pro corporalis rei præ-
D. Greg. in Past. 3. part. mio, vel pro laudis verbo, vel humani iudicij gratia. *Et maledictus, qui prohibet gladium*
adm. 26. *suum à sanguine*. Interl. Verbum Dei ab interfectione carnalis vitæ. Sic Greg. Gladium à

sanguine

ſanguine prohibere, eſt, prædicationis verbum à carnalis vitæ infectione retinere. de quo dicitur. *Gladius meus deuorabit carnes.* Et quæ damna ex hiſce floribus eueniant, quæve pœna eos maneat, qui floribus delectantur; ſuperiora iam verba declarant. *Pro eo, quòd* [*Imerl.*] *bacu.ſit ſi.ncıam in munitionibus tuis*, (dialecticis diſputationibus,) *& in theſauris tuis*, (ſapientiæ ſæcularis, vel memoriæ,) *tu quoque capieris. Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla ſaluabitur.* Nec mirum: venit enim huiuſmodi Prædicator, vt propriam prædetur gloriolam; non, vt quæſtus faciat animarum. Angelus iam prædictus Euangelium [*Apocal.14.*] habebat in manu, non flores in ore; idcircò, Frater, ad quatuor illa verba Babylon illa magna cecidiſſe narratur. Quid mirum, ſi ad noſtram prædicationem mœnia nulla corruunt, turris nulla, Iericho nulla, nulla Babylon cadit? Quia flores, non Euangelium prædicamus: quia dicimus, nec facimus. Hæc mundi perditio eſt. Ionas à Deo ad prædi- [*Iona 1.*] candum miſſus, ac ventris illius ceti delatus nauigio, quid, quæſo, prædicauit, vt perditam illam ciuitatem conuerteret? Quatuor hæc ſimplicia verba: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Nónne verba mea ſunt velut malleus conterens petras?* 2. Eſdræ. *Congre-* [*2.Eſdr.8.*] *gatus eſt omnis populus, quaſi vir vnus ad plateam, quæ eſt ante portam aquarum, & dixerunt Eſdræ Scribæ, vt afferret librum legis Moyſi. Attulit ergo coram multitudine. & legit in eo apertè in platea de mane vſque ad medium diem.* (O àudientium ſitis, & patientia!) Et quis inde fructus? Ille, quem Hieronymus poſt concionem optabat; tot, ſcilicet, lacrymarum, vt Leuitæ coacti fuerint ſurgere, & clamare: *Dies ſanctificatus eſt, nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim populus, cùm audiret verba legis.* Audis, quantæ ſit ex ſe efficaciæ verbum Dei? O nos miſeros, qui verbum Dei ſine floribus non prædicamus, nec ſine floribus libenter audimus!

Indignatio Dei, flagellum Dei, Frater. Per Iſaïam vt minatur? *Ecce Dominus auferet* [*Iſa.3*] *à Ieruſalem, & à Iuda omne robur panis.* Vbi nota, nequaquam dicere, panem; ſed robur, ſubſtantiámque panis: q. d. panem vtique habebitis; ſed ſine ſubſtantia: non enim habebit aliud, quàm accidentia; candorem, videlicet, leuitatem, odorem: his paſcemini. Creſcetis certè in virum perfectum. En quò iam auditorum inappetentia deuenit: cogit enim, ſic dixerim, Prædicatores huc, illúcque curſitare, vt cibos quos nauſeabundi deguſtent, valeant comparare. Hinc vel ex Ægypto adferunt hieroglyphica; ex illa Academia ſtemma, ſiue, quam illi vocant, Impreſam; ex alia deſcriptionem; ex illa emblema, ex altera floſculum. O leuitates! *Onus, onus verbi Domini. Onus Domini*, non poëſes; non [*Zach.9.* *Malach.1.*] flores. Sed, heu! Prædicatores, quaſi dixerim, coguntur fabulas narrare: ſecùs auditores nolunt audire. [*2.Thim.4.*] *Erit enim tempus*, (præuidit infelix hoc tempus, Gentium ille Prædicator,) *cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt; ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent; ad fabulas autem conuertentur. Tu verò opus fac Euangeliſtæ, & miniſterium tuum imple.* O ſi tanta attentione verbum Dei audirent, quanta fabellas audiunt! *Vnam petitionem poſtulo à vobis*, inquit aliquando ad ſuos auditores Gedeon: *Date mihi inaures ex præda veſtra*, hoc eſt, eandem mihi, quam olim mundo, [*Iudic.8.*] aurem præbete. Origenes egregiè quidem: Mulieres illæ, quæ ſuas inaures obtulerunt, [*Origen.*] vt fieret vitulus, inſipientes erant; q æ à veritate quidem auertunt auditum, ad fabulas [*hom.13.in*] autem conuerterunt. [*Exod.*]

Plorat Hieron. Heu! ad auditoria conuenitur, vt oratio rhetoricæ artis fucata mendacio [*D.Hier.'3.*] quaſi quædam meretricula procedat in publicum, non tam eruditura populos, quàm fauo- [*ad Gal.*] rem populi quæſitura, & in modum pſalterij, & tibiæ dulcè canentis, ſenſus demulceat audientium: vt verè illud Ezechielis noſtris temporibus poſſit aptari, dicente Domino ad eum: *Et factus es eis quaſi vox citharæ ſuauè canentis, & benè compoſita, & audiunt verba tua, &* [*Ezech.33.*] *non faciunt ea.*

Surrexit Elias Propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardens. O vtinam nunc Eliæ perſimiles ſurgerent; quorum verba ſicut faces arderent! arderent planè & auditorum corda, non riderent:

Sed inquieſcam eodem Hier. epiſt. ad Magnum Oratorem vrbis Romæ, qui hoc idem ei veluti crimen obiecerat, quòd in Opuſculis ſuis ſæcularium literarum exempla proponeret, & Eccleſiæ candorem Ethnicorum ſordibus pollueret. Et Paulus Apoſt. Epimenidis Poëtæ abuſus verſiculo eſt, ſcribens ad Titum: *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* In alia quoque epiſtola Menandri ponit ſenarium: *Corrumpunt mores bonos* [*Tit.1.*] *colloquia mala.* & apud Athenienſes in Martis Curia diſputans, Aratum teſtem vocat: [*1 Cor.15.*] *Ipſius enim & genus ſumus.* Ac ne parum hoc eſſet, ductor Chriſtiani exercitus, & Orator [*Act.17.*] inuictus, pro Chriſto cauſam agens, etiam inſcriptionem fortuitam arte torquet in argumentum fidei: videns enim aram, *&c.* Didicerat à vero Dauid, extorquere de manibus

1. Reg. 17. hostium gladium, & Goliæ superbissimi caput proprio mucrone truncare. Legerat in
Deut. 21. Deut Domini voce præceptum mulieris captiuæ radendum caput, supercilia, omnes pilos, & vngues corporis amputandos; & sic eam habendam in coniugio. Quid ergo mirum, si & ego sapientiam sæcularem propter eloquij venustatem, & membrorum pulchritudinem, de ancilla, atque captiua Israëlitidem facere cupio? & si, quicquid in ea mortuum est, idololatriæ, voluptatis, erroris, libidinum, vel præcido, vel rado, & mixtos purissimo corpori vernaculos ex ea genero Domino Sabaoth? Labor meus in familiam Christi pro-
Osee 1. ficit. stuprum in alienam. auget numerum conseruorum. Oseas accepit vxorem fornicariam Gomer, filiam Debelaïm, & nascitur ei de meretrice filius Iezrahel, qui vocatur semen Dei, &c. Optimè certè, sed responsum breuiter habeto. Ter tantummodo Apost. semel Athenis; iterum apud Corinthios; aliàs ad Titum, dum erat Cretæ, & ad Cretenses dicturus, Ethnicorum vsus est testimonio: totidem vicibus & tibi liceat, si ad infideles verba feceris, infidelium exempla proferre: liceat & in opusculis, aut epistolis, D. Hieronymi exemplo, quæ a puero didicisti, quæque puer ex Ægypto auferre potuisti, in terram inferre promissam, sed verbum Dei, sacrámque Scripturam ad fidelem populum interpretaturus, Apostolum in omnibus sequere, ac Hieronymum imitare. Inquies iterum:

Scis eò mundum decurrere, &c. Noui id certè: sed abs te quæro, an & sua eloquentia careat Scriptura? an suis Tropis, Figuris, ac Metaphoris non exornetur? an elegantioribus
D. August. dicendi formis non abundet? Et Augustinus olim sacras Scripturas fastidiebat propter
Confess. 3. simplicitatem styli. Institui, inquit, animum intēdere in sacras Scripturas, vt viderem, qua-
cap. 5. les essent: & ecce video rem non compertam superbis, neque nudatam pueris; sed incessu humilem, successu excelsam, & velatam mysteriis: & non eram ego talis, vt intrare in eam possem, aut inclinare ceruicem ad eius gressus. Non enim, sicut modò loquor, ita sensi, cùm attendi ad illam: sed visa est mihi indigna, quam Tullianæ dignitati compararem: tumor enim meus refugiebat modum eius, & acies mea non penetrabat interiora eius. Veruntamen illa erat, quæ cresceret cum paruulis, & turgidus fastu mihi grandis
D. Aug. lib. videbar. Quid verò, hoc deposito fastu, Augustinus ipse sentiret, ex ipsius verbis atten-
4. de doctr. de: Hîc aliquis forsitan quærat, verùm Authores nostri, quorum scripta diuinitùs inspirata
Christ. c. 6. canonem nobis saluberrima authoritate fecerunt, sapientes tantummodo, an te loquentes etiam nuncupandi sint. Quæ quidem quæstio apud meipsum, & apud eos, qui mecum, quod dico, sentiunt, facillimè soluitur. Nam, vbi eos intelligo, non solùm nihil eis sapientius; verùm etiam nihil eloquentius mihi videri potest: & audeo dicere, omnes, qui rectè intelligunt, quod illi loquuntur, simul intelligere, non eos aliter loqui debuisse. Sicut enim est quædam eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet; est, quæ senilem; nec iam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquenti: ita est quædam, quæ viros summa authoritate dignissimos, planéque diuinos decet. Hac illi loquuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa; ipsis enim congruit: alios autem, quantò videtur humilior, tantò altiùs non ventositate, sed soliditate transcendit. Vbi verò non eos intelligo, minùs quidem mihi apparet eorum eloquentia; sed eam tamen non dubito esse talem, qualis est, vbi intelligo. Ipsa quoque obscuritas diuinorum, salubriúmque dictorum tali eloquentiæ miscenda fuerat, in qua proficere noster intellectus, non solùm inuentione: verùm etiam exercitatione deberet. Possem quidem, si vacaret, omnes virtutes, & ornamenta eloquentiæ, de quibus inflantur isti, qui linguam suam nostrorum Authorum linguæ non magnitudine, sed tumore præponunt, ostendere in istorum Litteris sacris: sed non ipsa me plùs, quàm dici potest, in illa eloquentia delectant, quæ sunt his viris cum Oratoribus Gentilium, Poëtisve communia. Illud magis admiror, & stupeo, quòd ista nostra eloquentia ita vsi sunt per alteram quandam sapientiam suam, vt nec eis deesset, nec emineret in eis: quia eam nec improbari ab illis, nec ostentari oportebat. Quorum alterum fieret, si vitaretur: alterum putari posset, si facile agnosceretur. Et in quibus fortè locis agnoscitur à doctis, tales res dicuntur, vt verba, quibus dicũtur, non à dicente adhibita: sed ipsis rebus velut sponte subiecta videantur: quasi sapientiam de domo sua, idest, pectore sapientis procedere intelligas, & tanquàm inseparabilem famulam etiam non vocatam sequi eloquentiam.

Nónne audis, Frater? nónne admiraris? nónne præstantioris, dulciorísque alterius huius eloquentiæ catenis vinciris, ac traheris? Sed adhuc attentiùs audi exempla, quibus pulchrè docet, sacris in Litteris germanam inesse eloquentiam, quæ sapientiæ veluti inseparabilis comes adhæreat. Quis non videat, subdit, quid voluerit dicere, & quàm sapienter dixerit
Ibid. c. 7. Rom. 5. Apostolus: *Gloriamur in tribulationibus; scientes, quia tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio verò spem; spes autem non confundit: quia charitas Dei*

diffusa

diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum , qui datus est nobis ? Hîc si quis , vt ita
dixerim,imperitè peritus,artis eloquentiæ præcepta Apostolum secutum fuisse conten-
dat,nónne à Christianis doctis, indoctísque ridebitur? Et tamen agnoscitur hîc figura,
quæ Climax Græcè; Latinè verò à quibusdam est appellata Gradatio,quoniam scalam di-
cere noluerunt,cùm verba,vel sensa connectuntur,alterũ ex altero; sicut hîc ex tribula-
tione patientiam,ex patientia probationem, ex probatione spem connexam videmus.
Agnoscitur & aliud decus: quoniam post aliqua,pronunciarionis voce singula finita, quæ
nostri membra,& cæsa;Græci autem cola,siue commata vocant, sequitur ambitus, siue
circuitus,quem periodon illi appellãt,cuius membra suspenduntur voce dicentis,donec
vltima finiantur.Nam eorum, quæ præcedunt circuitum, membrum illud est primum:
Quoniam tribulatio patientiam operatur ; secundum , *patientia autem probationem* ; tertium,
probatio verò spem;deinde subiungirur ipse circuitus, qui tribus peragirur membris, quo-
rum primum est : *Spes autem non confundit* ; secundum , *quia charitas Dei diffusa est in
cordibus nostris*;tertium , *per Spiritum Sanctum , qui datus est nobis.* At hæc , atque huiusce-
modi in elocutionis arte traduntur. Sicut ergo Apostolum præcepta eloquentiæ , secu-
tum fuisse non dicimus ; ita quòd eius sapientiam secuta sit eloquentia, non negamus.
Scribens ad Corinthios,*&c.* Pergit Aug. elegantissimè,& alia Apostoli loca,& Propheta-
rum plurima nulla affectata dicendi arte, & omni elegantissima,arte plena demonstrare.

Sed breuiora adhuc cupis exempla,ex quibus Tropos alios,ac Figuras,ceu sacræ Scri-
pturæ flores, seligere valeas? Annon ibi pulchrè Metonymia, continens pro contento:
Effundensque hydriam in canalibus, id est , aquam hydria contentam ? Annon ibi Synec- *Genes.* 24.
doche, pars pro toto : *Post tres dies resurgam.* vel totum pro arte , aut plures pro vno:
Latrones improperabant ei,hoc est,vnus ex latronibus improperabat ei? An non ibi suaue- *Matth.* 27.
oler Antonomasia, prænominatio, *Tu humiliasti , sicut vulneratum, superbum* , per excellen- *Psal* 88.
tiam,Diabolum : &, *Discipulus , quem diligebat Iesus*, per excellentiam , Ioannes ? Nónne *Ioan.* 23.
multis in locis Ironia erumpit : *Ecce Adam quasi vnus ex nobis.* 2. Cor. 2. *Nos stulti propter
Christum : vos autem prudentes in Christo* , &c. *Dormite iam , & requiescite . Clamate voce* *Gen.* 3.
maiori: Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est aut in itinere, aut certè dormit, vt exci- *Matth.* 26.
tetur? Nónne Antiphrasis ibi contrarium solis verbis significans: *Benedic Deo, & morere*, pro, 3. *Reg.* 18.
maledic? Sarcasmos, hostilis, plenáque odio irrisio: *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum* *Iob* 2.
facere? An non ibi,& alibi sæpè , Omœosis , id est, rei minùs notæ per notioris similitudi- *Matth.* 27.
nem demonstratio? *Sicut fulgur exit ab Oriente , & paret vsque in Occidentem : ita erit aduentus
Filij hominis* Item, *Ab arbore fici discite parabolam* , &c? Cuius quidem species sunt Icon; id est,
personarum inter se comparatio: *In resurrectione neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut An-* *Matth.* 22.
geli Dei in cælo. Parabola, hoc est, rerum genere dissimilium inuicem comparatio , ac velu-
ti ab ipsis corporeis rebus ad spiritualia declaranda per similitudinem progressio: vt, *Simi-
le est regnum cælorum grano sinapis, fermento, thesauro abscondito* &c. Et paradigma, quæ est enar- *Matth.* 13.
ratio exempli , vel adhortantis , vel deterrentis : vt *Multùm valet deprecatio iusti assidua.
Elias homo erat similis nobis, passibilis & oratione orauit* , &c. aut illud : *Respicite volatilia cæli , quo-* *Iac.* 5.
niam non serunt, &c. Deterrentis verò : *Putatis , quòd hi Galilei peccatores fuerint , quia talia passi
sunt? Non, dico vobis: sed, nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis, sicut illi decem, & octo supra* *Matth.* 6.
quos cecidit turris in Siloë , & occidit eos. At, quàm sæpè Periphrases adinuenies, vbi circunlo- *Luc.* 13.
cutione meliùs, aut honestiùs, quàm re ipsa , aliquid explicetur? Quàm venustè aliquan-
do Scriptura vtitur Hyperbole, dictione nimirum, fidem excedente , augendi , minuen-
dive gratia prolata? *Aquilis velociores, leonibus fortiores. Ecce mundus totus post eum abiit Nec ipsum
arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. Ibi vidimus monstra quadam filiorum Enach* 2 *Reg.* 1.
de genere gigantæo , quibus comparati quasi locustæ videbamur. Hyperbole adaugens, minuénsque *Ioan.* 12.
fidem. Minuendi similiter est illud: *Terrebit eum sonitus folii volantis.* Et , *Ascendunt vsque ad* *Infrà* 21.
cælos, & descendunt vsque ad abyssos &, *Tu Capharnaüm, nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in* *Num.* 13.
Infernum descendes. & *Lauabo per singulas noctes lectum meum : lacrymis meis stratum meum rigabo.* *Leuit.* 26.
Psalm. 6. Quæ per Hyperboles figuram intelligenda sunt; secùs iuxta sonitum literæ es- *Psal.* 106.
sent mendacia. *Matth.* 12.

Sed, nunquid reliquos Scripturæ, Tropos , ac Figuras in medium afferam? Afferantur
aliquæ nunc Figuræ. Aposiopesis, reticentia : *Si cognouisses & tu* , , &c. Emphasis rei ma-
gnitudinem indicans, 2. Esdr. *Tu solus sanctus*, &c. aut Energia, euidentia : *Cùm venerit Fi-* *Luc* 19.
lius hominis in sede maiestatis suæ. Mat. 2. Epiphonema , acclamatio : *Beati omnes , qui con-* *Psal* 2.
fidunt in eo. Apostrophe, sermonis conuersio ad cælum, ant terram, aut Angelos . aut
Deum. *Audite , cæli quæ loquor : audiat terra* , &c. Prosopopœia, personæ fictio , vt *Flumina* *Deut* 32.
plaudent

Psal.97. *plaudent manibus, simul montes exultabunt.* Antithesis, contrariorum oppositio: *Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur, & tribuet.* Nimis longum esset omnes afferre; abundat his siquidem Scriptura, & præsertim Metaphoris, nec ad necessitatem

D. Thom. 1.p.q.1. art 9 Cic. l.3. de orat. à med. solùm, ac vtilitatem, vt ex S. Dionysio asserit D. Thom. verùm etiam ad ornatum, ac dignitatem, vt etiam eleganter dixit Tullius: Metaphoram primò genuit necessitas; pòst autem delectatio, iucunditásque celebrauit. Nam, vt vestis, frigoris depellendi causa, reperta primò; post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis, & dignitatem: sic verbi translatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis: nam gemmare vites, luxuriam esse in herbis, lætas segetes, etiam rustici dicunt. Quid adhuc in Scriptura desideras? Descriptiones? Vbinam, quæso te, pulchriorem legisti, quàm eam equi descriptionem

Iob 39. in Iob? *Gloria narium eius terror, terram vngula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta, & clypeus. Feruens, &*

Pined. Gisler. in praef. com. in Cant. c.4. *fremens sorbet terram, nec reputat tuba sonare clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit Vah. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.* Quid vltrà cupis? Poëses? An non elegantissimum poëma liber Iob? an non poëma dramaticum Cantica Canticorum? an non Psalmi poëses? Hæ certè poëses, quæ non inter infimas doctrinas, vt ex D. Thom. mundi poëtica computatur; sed inter supremas supremæ habendæ sunt. In his flores licet legere? his etenim magis, quàm horti abundant.

D. Chrysost. ho. in Eutr. & in illud, Astitit Regina. i.5. Chrysostomus: Suaue quidem est pratum, & hortus; vtroque tamen suauius multò spirat sacræ Scripturæ lectio. Illic siquidem flores inuenire est; sed qui tempore marcescunt: hîc autem occurrunt sententiæ in natiuo vigore perennantes. Illic aspirat Fauonius: hîc afflat aura Spiritus Sancti. Illic cicadæ stridore suo obstreperæ: hîc Prophetæ suaui iubilo personantes. Illic ex ipso aspectu quiddam oblectationis concipitur: hîc autem ex ipsa mox lectione plurimùm decerpitur vtilitatis. Hortus vno quopiam circumscribitur loco: diuinæ autem Scripturæ nullo loco terræ habitabilis circumferuntur. Hortus vtique pro temporum qualitate seruit necessitatibus: Scripturæ autem perinde hyberno, atque æstiuo tempore perennant comantibus vndique foliis, & fructuum pondere degrauantur. Attenti itaque simus lectioni Scripturarum: ad hanc etenim attentus si fueris, anxietatem à te depellet, cordi tuo inseret incredibilem voluptatem, sublata malitia radices virtutis affiget animæ, intérque tubellas istas negotiorum, quæ ritu vndarum se se agitantium fluctuant, non te sinet vlla conflictati perturbatione. Insanis licèt agitetur mare procellis, tu in tranquillo nauigas: habes enim, quæ te moderetur, ac gubernet, Scripturarum lectionem.

Sed, nunquid non elegantes, non sapientes Scripturæ sacræ Interpretes, Ecclesiæ Patres, ac Doctores? Quis, amabo te, non suspiciat, quis non admiretur Nazianzeni, Basilij, Chrysostomi, cæterorúmque Græcorum Patrum flumen aureum eloquentiæ? Quis Cypriani, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Leonis, Gregorij, Chrysologi facũdia non obstupescat? Volumen, non epistolam ad te scribam, si venustates, si dicendi formas, si spiritus, animíque conceptus solùm indicauero. Eorum certè integra Opera exscribam, nõ epistolam breuiloquentem conscribam, si, quæ in eis pulcherrima, viuacioríque ingenij sunt, solùm tetigero: nihil etenim omninò pulchri, bonísve, vt dici solet, reperire est hodie, quod Patrum non sit. Si quid boni est, Patrum est. Sententiosè id mihi nuper ex proprij animi sententia Illustrissimus Princeps, Cardinalis BONCOMPAGNVS, Episcopus noster, asseruit, suóque illo felicissimo ingenio, quod ego tanquàm Dei donum ad miraculum vsque suspexi, pluribus comprobauit. Opinio hæc certè Ecclesiastico Principe digna, eáque tam vera est, quàm quod verissimum. Nam, quis mehercule Nazianzeno in suo fonte lucidior, dulcior, suauior, simulque profundior? Christianus hic certè Demosthenes, diuinus hic Plato. Orationes illæ suæ veluti catenæ sunt, quæ cor meum, ac eorum om-

Nazianz. orat. 20. de Mac. nium, qui eas legunt, deuinciunt, & quoquouersum trahunt. Quatuor hæc solummodo verba excipe ex elegantissima illa oratione de Machabæis: Ibi, ait, generosi, ac magnanimi pueri generosæ matris nobilis proles, non minùs animis fratres, quàm corporibus, inter se mutuæ mortis æmuli. O rem admirandam! tormenta quasi thesauros præripientes pro magistra lege pericula subeuntes, quæ non magis illata formidabant, quàm relicta requirebant; vnum illud veriti, ne Tyrannus à pœna desisteret, ne quis ipsorum sine coronæ præmio discederet, ne inuiti fratres alij ab alio seiungerentur, & ne eo discrimine supplicia non ferentes mala victoria superarent. Quid verò de Ioanne illo, qui propter aureum eloquentiæ flumen dictus est cognomento Chrysostomus, nimirum, os aureum? Quid de

D. August. 6. Conf. 13. Latinorum Patrum facundia? an non Ambrosius diuina illa suauitate dicendi Rhetorem Augustinum ad fidem traxit? Et delectabar, inquit August. eius suauitate sermonis: & dum

cor aperirem ad excipiendum, quàm disertè diceret, pariter intrabat, & quàm verè diceret. Et placuit mihi, (subdit infrà,) eo audito, leniter subtrahere ministerium linguæ meæ nundinis loquacitatis. Rhetorices artem intelligit, quò, scilicet, longè grauiori eloquentiæ operam nauarer.

Item lib. 9. c. 2.

Quid de ipso Augustino, qui perpulchris vbique dicendi formis abundat? Accipe sacrificium confessionum mearum de manu linguæ meæ, &c. ibidem, vt alibi sexcentæ aliæ.

Lib. 5. Conf. c. 1.

Quid de Cypriano, qui, vt ait Hieron. gloriosè Rhetoricam docuit, cuius & formas Augustinus miratur? Petamus hanc sedem, dixit quodam in loco Cyprianus: dant secessũ vicina secreta; vbi, dum erratici palmitum lapsus, pendulis nexibus per arundines baiulas repunt, viteam porticum frondea recta fecerunt. Non dicuntur ista, subdit Aug. nisi mirabiliter affluentissima fœcunditate facundiæ, sed profusione nimia grauitati displicent. Quapropter iste vir sanctus, & posse se ostendit sic dicere, quia dixit alicubi; & nolle, quoniam postmodum nusquam dixit. Qualiter autem ab ista redundantia se reuocauerit, & ad eloquentiam grauiorem, modestioremque restrinxerit, ex scriptis eiusdem apparet, quæ quidem non tam frondeo, aut spumeo verborum ambitu; sed solidiori grauiorique dicendi genere ornatur. Sit exemplo epistola illa ad Episcopos, aliósque in metallo constitutos Martyres, post initium: Neque, ait, ad fustes Christianum corpus expauit, cuius est spes omnis in ligno. Sacramentum salutis suæ Christi seruus agnouit, redemptus ligno ad vitam æternam, ligno profectus est ad coronam. Quid verò mirum, si vasa aurea, & argentea in metallum, id est, auri, & argenti domicilium, dari estis, nisi quòd nunc metallorum natura conuersa est, locáque, quæ aurum, & argentum dare antè consueuerant, accipere cœperunt? imposuerunt quoque compedes pedibus vestris, & membra felicia, ac Dei tẽpla infamibus vinculis ligauerunt, quasi cum corpore ligetur & spiritus, aut aurum vestrum ferri contagione maculetur. Dicatis Deo hominibus, & fidem suam religiosa virtute testantibus ornamenta sunt ista, non vincula: nec Christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam. O pedes feliciter vincti, qui non à fabro; sed à Christo soluuntur! O pedes feliciter vincti, qui itinere salutari ad Paradisum diriguntur! O pedes in sæculo ad præsens ligati, vt sint semper apud Dominum liberi! O pedes compedibus, & ira aduersarij interim cunctabundi; sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri! Quantum vult hic vel inuida crudelitas, vel maligna, nexibus vos suis, & vinculis teneat, citò à terris, & pœnis istis ad cælorum regna peruenietis. Non fouetur in metallis, lecto, & culcitris corpus; sed refrigerio, & solatio Christi fouetur. Humi iacent fessa laboribus viscera, sed pœna non est cum Christo iacere. Squallent sine balneis membra situ, & sorde deformia, sed spiritualiter intùs abluitur, quod foris carnaliter sordidatur. Panis illic exiguus: at non in pane solo viuit homo; sed in sermone Dei. Vestis algentibus deest: sed, qui Christum induit, & vestitus abundanter, & cultus est. Semitonsi capitis capillus horrescit; sed, cùm sit caput viri Christus, qualecunque caput illud deceat necesse est, quod ob Domini nomen insigne est. Omnis ista deformitas detestabilis, & tetra Gentilibus quali splendore pensabitur? Sæcularis hæc, & breuis pœna quàm clara, & æterni honoris mercede mutabitur; cùm, secundùm Beati Apostoli vocem, transformauerit Dominus corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ? Sed nec illo, Fratres dilectissimi, aliqua potest aut religionis, aut fidei iactura sentiri, quòd illis nunc Sacerdotibus Dei facultas non datur offerendi, & celebrandi Sacrificia diuina. Celebratis modò, atque offertis sacrificium Deo, & pretiosum pariter, & gloriosum, & plurimùm vobis ad retributionem præmiorum cælestium profuturum, cùm Scriptura diuina loquatur, & dicat: Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non despicit. Hoc vos sacrificium Deo offertis: hoc sacrificium sine intermissione die, ac nocte celebratis, hostiæ facti Dei, & vosmetipsos sanctas, atque immaculatas victimas exhibentes. O præclaram Patris eloquentiam!

D. Aug. 4. de doctr. Chr. c. 14.

Deut. 8. Luc. 4.

Psalm. 50.

Finem scribendi nullum faciam, si Leonis tum grauitatem, tum elegantiam; si Chrysologi, tum facundiam, tum pulchritudinem indicauero. Paucis rem perstringamus, Patres omnes pollere eloquentia, vt tibi nullatenus opus sit extra sacram Scripturam, sacrósque illius Interpretes elegantiam emendicare.

Eapropter has tibi selegi Scripturas, quas Sanctorum Patrum sententiis exornaui, vt si eloquentia delectat, hac ipsa veluti vtrobique natiua illectus, totum huic te sanctæ voluptati tradas, nec vllatenus extra sacram Scripturam, sacrósque illius Interpretes eloquentiam quæras: & exinde tibi, aliísque postmodum ex ipsa sacræ Scripturæ, sacrorúmque Patrum lectione, quæ commoda proueniunt, consequaris.

Selegi autem eas ex variis translationibus, non tam recentiorum, quàm veterum Patrum

trum exempla sequutus. Origenes, vt ab antiquioribus exordiamur, exempla fecit ex aliis editionibus, quo ad intelligentiam Scripturæ lector magis promoueretur. An non passim Hieron. ex propria linguarum peritia, (& ex veteribus Symmachus, Theod. & Aqnila) varias in medium affert trãslationes, adeò vt in his eruendis fere totus videatur, quippe quæ ad litterã maximè faciunt? Nónne Chrysostomus, præsertim in Psalmis, singulo penè versu variis vtitur translationibus. In Psalm. 7. statim initio: Psalmus Dauid, quem cecinit Domino. Alius: Psalmus pro ignorantia Dauid. Alius: Ignoratio Dauid, & pro Chusi Æthiopæ. Infrà: *Exaltare in finibus inimicorum tuorum.* Alius dicit, *in ira aduersùs inimicos tuos.* Alius: *In bile eorum, qui me affligunt.* Alius. *In dilationibus alligatium.* Hebræus autem id, quod est, *in finibus*, dicit, *Beauarod Zoreraï.* Alij, *In capitibus.* Alij autem, *Nullus fugiat inimicorum. Exurge, Domine Deus meus, in præcepto, quod mandasti.* Alius dicit: *In iudicio. Et Synagoga populorum circundabit te.* Alius dicit: *Circundet te. Et propter hanc in altum regredere*, Alius dicit: *Et supra ipsam in altum conuertere.* Hebræus autem illud, *Super ipsam*. dicit, *Vealeah. Consumetur nequitia peccatorum.* Alius dicit: *Peragatur vexatio aduersùs impios. Et diriges iustum.* Alius: *Et stabilies iustum. Scrutans corda, & renes Deus. Adiutorium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde.* Alius: *Examinator cordium, & renum Deus, iustus defensor meus.* Et alius: *Deus iustus.* Sept. autem dixerunt: *Scrutans corda, & renes Deus: iustum auxilium meum à Deo.* Quo in loco conceptum elicit, Quid est, *Iustum auxilium meum à Deo?* &c. Pergit: *Deus Iudex iustus, fortis, & patiens, & iram non inferens per singulos dies.* (sic legit ipse.) Alius: *Fremens quotidie.* Heb. autem: *In omni vita.* Et alius: *Minans, fremens*, non puniens. *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit.* Alius dicit: *Ensem suum acuet. Arcum suum tetendit, & parauit illum.* Alius: *Intendet. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.* Alius dicit: *Ad ardendum* Et hinc similiter eruit conceptus. Quid est, *Et vibrabit*, seu *acuet*? Cotene opus est? & est rubigo in gladio: sed hæc non sunt accipienda, vt dicta sunt; sed ita, vt Deo conueniunt. *Arcum suum tetendit, & parauit illum*, auditorem terrens, simul & patientiam eius, & iram indicans non enim dixit, immisit; nec, iaculatus est: sed, *intendit, & parauit*; hoc est, paratus est ad emittendum.

Chrys. in Psalm. 7.

In Psalm, 9. *Cuius os maledictione plenum est, & amaritudine, & dolo. Sub lingua eius labor, & dolor.* Alius: *Inutile. Sedet in insidiis, cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.* Alius: *Insidians apud aulas. Oculi eius in pauperem respiciunt. Insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.* Alius: *In septo suo. Insidiatur, vt rapiat pauperem, dum attrahit eum.* Alius: *In tractione eius. In laqueo suo humiliabit eum.* Alius: *In sagena. Inclinabit se, & cadet, cùm dominatus fuerit pauperum.* Alius: *Confractus autem inflectetur, cùm is irruerit in ipsum cum fortibus in imbecillos.* Ita in perbreui Psalmo decem varias affert lectiones. Sic Augustinns sæpissimè, & aliter legit, & aliter legentes adducit: quare vbi nos legimus: *Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulcris.* ipse legit: *Similiter amaricantes, qui habitant in sepulcris*, id est, omninò mortuos, occupatos in operibus mortuis. Et lectionem elucidans subdit: Hi enim amaricant resistendo iustitiæ. Et illud: *Quoniam non cognoui literaturam.* legit: *Quoniam non cognoui negotiationes.* Quæ sunt (subdit) istæ negotiationes? Audiant negotiatores, & mutent vitam, &c. Pro sexcentis variis lectionibus, quas vbique leges in Augustino, has solummodo ex bina Psalmorum aperitione obuias attulisse sufficiat. Ambros. sæpissimè translationibus vtitur. Greg. Nouam, iuquit, translationem dissero; sed vt comprobationis causa exigir, nunc nouam, nunc veterem pro testimonio sumo: vt quia Sedes apostolica, cui authore Deo, præsideo, vtraque vtitur, mel quoque labor studij ex vtraque fulciantur. Hæc Greg. inito Moralium scribens ad Leandrum: Nec hi solùm; sed cæteri omnes varias, vt diximus, afferunt lectiones, vt cuique eorum opera legenti perspicuum est. Quid, quòd ipse Sanctus Antonius vel in eremo à variis lectionibus non abhorrebat? nam differens aliquando de studiò proficiendi, illud Eliæ in medium attulit: *Viuit Dominus, cui adsto hodie ante ipsum.* & differebat, inquit Athanas. cur, *hodie*, esset appositum: quia, scilicet, non computabat Elias præteritum tempus; sed, tanquàm quotidie in certamine constitutus, talem se præbere cupiebat, qualẽ sciebat dignum Dei esse conspectibus, purum corde, & paratum obedire voluntati eius. Vides, quàm vtiliter illud, *hodie*, perpendit, quod in editione Vulgata non habetur, nec in Sept. Interpretibus inuenitur.

Psal. 7. D. Aug. in Psalm. 67.

3. Reg. 17. D. Ath. in vita Ant.

Faciunt autem plurimùm variæ lectiones ad sensus, tum literales, tum mysticos eruendos: quare nullo pacto sunt improbandi, qui præsertim post expositam ac perpensam Vulgatæ editionis literam, (cui primus honor, primáque debetur authoritas,) ex Græcis præterea, aut Hebraïcis, aut Syriacis fontibus aliqua, vel diuersa, vel ad priorem illustrandam conferentia

Concil. Tridem. sess. 4.

conferentia depromunt. Istud planè facit Hieron. in Commentariis super Prophetas, vbi post explicatam Hebraïcam lectionem, variam mox ab illa Sept. Interpretum literam persequitur.

Sed dices: Quomodo hæc tanta lectionum varietas se se habet? Fateor, quid Numinis hîc esse. Author Sacræ Scripturæ, inquit D. Thom. Deus est, qui omnia simul suo intellectu comprehendit, quique non solùm voces ad significandum instituit, sed etiam res ipsas ad significandas alias ordinauit: & hinc sub vna litera sunt plures sensus. Ad hæc Hebræa lingua facunda, fœcundaque est. Prætereà, sapientum, ac eorum, qui sententiosè loquuntur, id proprium est, vt paucioribus plura complectantur: sacra autem Scriptura vera est sapientia; & in ea quot verba, tot sententiæ.

D. Thom. 1. p. q. 1. art. 10.

Hæc eadem lectionum varietas adunco quondam naso à Ruffino aduersùs Hieronymum sumpta est, quasi sacrarum Scripturarum fidei, aut aliquid deroget, aut repugnet: quare Hieronymum momordit, quòd secundum Psalmum interpretans, pro eo, quod nos legimus in Latino, *Apprehendite disciplinam*; ex Hebr. *Nascubar*, semel reddiderit, *Adorate filium*; iterum verò, *Adorate purè*, id, quod proprie est, Hebr. *Deosculamini filium*. Purgat se se Hieron. ab istiusmodi hominis calumnia, qui nedum Hebraïcè, sed nec planè Latinè nouerat, dicens, ne putidè transferret, *Deosculamini*, transtulisse ad sensum, *Adorate*. *Bar* autem Heb. diuersa significare, videlicet, filium, triticum, spicarum fasciculum, electum, ac purum. Quid igitur peccaui, subdit Hieron. si verbum ambiguum diuersa interpretatione conuerti? Et quid Ecclesiæ fidei nocet, si doceatur lector, quot modis apud Hebræos vnus versiculus explanetur?

D. Hier. in Apol. aduers. Ruff.

Illud certè considerandum est, maximam istarum diuersitatum partem sitam esse magis in verbis, quàm in sententiis: nam fit non rarò, illic etiam, vbi prima facie nihil videtur esse conuenientiæ, post introspectam penitùs vtranque lectionem, & alteram cum altera diligentiùs collatam, vt sententia prorsus eadem inueniatur, & quæ obiter tantùm considerata plurimùm videbantur dissidentia, post exactiorem pensiculationem eadem in bonam concordiam minimo negotio reducantur. Neque minùs rarum est, Hebraïcam dictionem variæ significationis occurrere: vnde fit, dū nostra interpretatio significationem vnam, alia aliam præelegit, vt translationum varietas oriatur. Norunt, qui Hebras literas vel à solo limine salutarunt, & Hebraïca biblia vel à longè inspexerunt, quàm frequenter in sermone Hebræo id vsu veniat, sic diuersas ex æquiuocatione verborum sententias educere. Denique, etiamsi talis alicubi occurrat locus, in quo lectionem vulgatam, neque secundùm æquiuocationem ex Hebr possis elicere, neque in eandem cum Hebraïca lectione sentētiam reducere, nec sic quidem vultum debes auertere; sed potiùs aliquid vtilitatis, saltem ad mores, enucleare: quod si nullo modo id possis, Vulgatam sequere.

Verùm, vt dixi, non te citò moueat huiusmodi lectionum varietas, nec facilè inter eas repugnantiam credas: nam, si benè, vt diximus, intelliguntur, suas etiam pariter in se claudere veritates intelligētur. Coruus ille in Gen. Heb. *Ibat eundo, & redeūdo* iuxta Sept verò, *Egrediebatur, & non reuertebatur.* Quis prima fronte repugnantiam non videat? Sed reuerà, si rectè intelligantur, minime pugnant: coruus enim dimissus, in arcam reuersus non est, vt habent Sept. sed ad arcæ rectum regressus, vnde ad escam, vt fert communis opinio, euolauit, eóque rediit, donec siccarentur aquæ super terram. Nunc quàm latè patet campus conceptionibus? *Ibat, eundo, & redeundo*; hoc est, in circulum ferebatur: impiorum id est, iuxta Prophetam, (*In circuitu impy ambulant.*) ac impœnitentium, qui cùm in profundum suorum diluuij peccatorum venerint, contemnunt, nec aliquando ad arcam pœnitentiæ confugiunt. *Ibat eundo, & redeundo*: sic solet, qui modò pœnitentiam agit, & modò peccat: it, redit que. *Ibat eundo, & redeundo.* Vel, *egrediebatur, & non reuertebatur*, immemoris nuncij aptissimum symbolum. Noë coruum emisit: *Egrediebatur, & non reuertebatur.* potest illum signare, qui, postquàm ab arca diuinæ gratiæ per peccatum exit, adeò profusè in cadauera peccatorum sese ingurgitat, vt in his miserè depereat.

Gen. 8. Hebr. Sept.

Aliquas prætereà lectiones inter sese ad speciem dissidentes afferamus; quò tamen intelligas minimè dissidere. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* Sic Hebr. & Chald. Sept. tamen legunt: *Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur.* sicque legit Chrysost. Quis hic discrimen non videat? Et tamen eruditissimus Canus, ac Leo Castrensis illud conciliant, & vel ad litteram declarant. Quanquam Aug vt Sept Interpretes defendat, quos diuino afflatos Spiritu vbique sentit, ad sensū mysticum confugiat, ac de subuersione quoad mores, & per pœnitentiam in eo triduo peractam, intelligat. Hinc pariter elegantissimæ animi conceptiones eruuntur. Quòd si ex his, quæ tā opere pugnare videntur, cōmodè conceptiones eliciūtur; quid ingenio pollēs ex tanta lectionū vbertate non eruet?

Iona 3. Hebr. Chald. Canus l. 11. de loc. Theol. c. 3. ad 12. Leo Castren. in disp. de tran. Ante commen. Isaia, c. 14.

D. August. lib. 2. de doct. Christ. c. 14. & 15. D. Aug. 2. de doctr. c. 16.

Plurimùm certè iuuat Interpretum numerositas, vt dicit August. In ipsis autem interpretationibus Itala (Vulgatam intelligit) cæteris præferatur: nam est verborum tenacior, cum perspicuitate sententiæ, & Latinis quibuslibet emendatis Græci adhibeantur, in quibus Sept. interpretum, quod ad verus Testamentum attinet, excellit authoritas: qui iam per omnes peritiores Ecclesias tanta præsentia Spiritus Sancti interpretati esse dicuntur, vt os vnum tot hominum fuerit. Et lib. 2. de Doct. Christ. Hebraïcarum dictionum notitiam plurimùm commendans ait: Proculdubiò secretum quiddam insinuat Siloa piscina, vbi lauare faciem iussus est, cui oculos Dominus luto de sputo facto inunxerat. Quod tamen nomen linguæ incognitæ, nisi Euangelista interpretatus esset, tã magnos intellectus lateret. Sic etiam multa, quæ ab Authoribus eorundem librorum interpretata non sunt, nomina Hebræa; non est dubitandum habere non paruam vim atque adiutorium ad soluenda ænigmata Scripturarum, si quis possit ea interpretari. Quod nonnulli eiusdem linguæ viri periti non sanè paruũ beneficium posteris contulerunt, qui separata de Scripturis eadem verba omnia interpretati sunt: &, quid sit Adam, quid Eua, quid Abraham, quid Moyses; siue etiam locorum nomina, quid sit Ierusalẽ, vel Sion, vel Iericho, vel Sina, vel Libanus, vel Iordanis, vel quæcunque alia in illa lingua sunt incognita nobis nomina. Quibus apertis, & interpretatis multæ in Scripturis figuratæ locutiones manifestantur.

In Indice lib. Reg. 3.

Ex his itaque primùm habes, cur Scripturas ex variis selegerim Lectionibus: quia, nempe, earum vsus frequentissimus est apud Patres; & quia summoperè faciunt, tum ad literam, tum ad cæteros sensus eruendos. Sed dices: Tot, tantæque variæ Lectiones, præsertim Recentiorum, quonam loco habendæ tibi videntur? Eodem, quo Clementis VIII. Pont. Max lege sancitum est, eiusmodi, scilicet, versiones pro elucidationibus Vulgatæ editionis ad intelligendam Scripturam; non autem pro ipso Sacro Textu esse habendas. Dices iterum: In concionibus eritne tam frequens earum vsus? Haud certè: nam aliud est Scripturã interpretari, (pro quo variæ faciunt lectiones:) aliud verò est iam interpretata Scriptura vti ad mores in concione: quod frequentior translationum vsus non solùm non adiuuaret; verùm etiam quodammodo impediret. His autem ego frequenter vsus sum, vt Sanctis Patribus magistris, aliorúmque Illustrium Enarratorum vestigiis inhærendo Scripturas interpretarer. Seligendæ autem tibi erunt in Concionibus aliquæ post editionem Vulgatam (si modò eis vti velis) quæ huic veluti famulentur, aliquid adferant, & aliquo modo conceptum adiuuent; ea propter ab his, vnde conceptionem aliquam efformare nequeas, abstinebis, vt penè illæ sunt, quæ penitus synonymæ à nonnullis adferuntur Et de his satis

Plin. in Praef. l. 9. Basil. ep. 1. D. Hieron. epist. ad Heliod.

Selegi præterea Scripturas huiusmodi ex Sanctorum Patrum sententiis: Patres enim, dum Scripturam interpretantur, sententiosè loquuntur. Vnde apud Patres in Scriptura sententiam; in sententia verò Scripturam habes: sed qualiter, quæso, interpretatam? Non violenter, non leuiter; sed verè, germanè, vnico verbo, eodem spiritu, quo scripta est. Ea propter in his tam densè Patrum sententiis, interpretationibúsque vsus sum, exemplo insignium illorum Patrum Gregorij Naz. ac Basilij, qui non ex proprio ingenio, (licèt tali ingenio præditi essent;) sed ex maiorum ratione, & authoritate sacras Scripturas interpretati esse dicuntur. Iam tetigimus, quicquid boni, pulchríve legitur in Scriptionibus Patrũ esse Cur ergo Patribus non restituam, quod Patrum est? Obnoxij profectò animi, atque infelicis ingenij est, vt ille inquit, deprehendi in furto malle, quàm mutuum agnoscere, cùm præsertim sors fiat ex vsura. Et Basil. Neque ad discendum verecundum esse oportet, nec ad docendum malignum. Quod ab alio tute didiceris, nequaquam clàm habendum, cuiusmodi facere mulieres improbæ solent, quæ ex aliis ipsæ quæsitos liberos viris suis tollendo subiiciunt, patrem ementientes, &c. Hinc D. Hieron. Nepotianum laudat, quòd de Scripturis edisserens, libenter Patrum testimonia in illarũ expositione produceret. Sermo eius, inquit Hieron. per omne conuiuium de Scripturis aliquid proponere, libenter audire, respondere verecundè, recta suscipere, praua non acriter confutare, disputantem contra se magis docere, quàm vincere, & ingenuo pudore, qui ornabat ætatem, quid cuius esset, simpliciter confiteri. Atque in hunc modum, eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur. Illud, aiebat, Tertulliani, illud Cypriani, hoc Lactantij, illud Hilarij est. Sic Minutius Felix: ita Victorinus: in hunc modum est locutus Arnobius. Me quoque, quia pro sodalitate auunculi diligebat, (nota modestiam Hieronymi,) interdum proferebat in medium.

Theod. in prolog. Can.

Illud certè verissimum semper existimaui, quod admodum scitè dixit Theod. A Sanctis Patribus accipere, non furtum appellari debet; sed paterna hæreditas. Quis autem patris hæreditatem erubescat fateri?

Hac eadem animi ingenuitate (si dicere liceт) non solùm Patres in medium protuli; sed alios prætereà non tantùm veteres, sed etiam ad hoc vsque non quidem scripturientium, sed scriptorum sæculum illustriores Interpretes adhibui, suisque marginibus prænotaui. Ex his plurimùm lucis ad Scripturarũ sensus, & animi conceptiones ad mores. Habes, ni fallor, hactenus quid velim in inscriptione illa, siue titulo, SCRIPTVRÆ SELECTÆ, Variis Translationibus, ac Sanctorum Patrum Sententiis, Sacrorúmque Interpretum tum veterum, tum recentiorum expositionibus elucidatæ.

Hoc autem veluti genus ad aliquam, vt par erat, materiæ speciem restrinxi, ne Scripturæ, nullo seruato ordine, vagarentur. Sed, quamnam Congregationis Oratorij Presbyter, ad Prædicatorij Ordinis alumnum, mox mox, Deo dante, Prædicatorẽ, seligerem magis, quàm eam, quæ me plus deceat, ac re oporteat, O R A T I O N E M, videlicet? *ista sunt* *Num. 4.* *Hebr.*
onera filiorum Caath, (Hebr. *Congregationis*,) *super quos erit Eleazar.* Hebr. *Dei adiutorium filius Aaron.* Heb. *Montis, siue montani, aut docentis, siue concipientis*, (commune vtriusque nostrûm munus significant,) *ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificium, quod semper offertur, & oleum vnctionis.* Et in Exodo: *Exod. 35.* *Hebr.* *Grac.*
Oleum ad luminaria concinnanda: vel Hebr. & Græc. *Oleum ad lumen*, vel *illuminationem* & ex energia, & vi dictionis Hebraïcæ, *Oleum ad calorem, refocillationem, gratiam, lætitiam, vitam, ac omne bonum. Scemen hamahor*, quasi oleum gaudij oleum lætitiæ, caloris, refocillationis, gratiæ, vitæ, omniúmque bonorum, quæ cuncta ab orationis lumine proueniũt: *Sacrorum* *Elucid.* *1. c. 3.*
quod certè lumen ex septem lucernis, siue sphærulis, quæ emicabat, quasi ex septem cælestibus sphæris, siue orbibus omne bonum per orationem haberi demõstrabat. Quod innuere videtur Iob, dum ait: *In manibus suis abscondit lucem, & præcepit ei, vt rursus adueniat*; vel iuxta alios, *vt pluat propter orantem*, quasi omnium bonorum pluuiam per ipsam orationẽ excipiamus. Quod optimè sanctissimus ille iuuenis, Regum aliquando futurus *Iob 36.* *Pagn.* *Dan.*
Concionator, intelligebat, qui mori voluisset potiùs, quàm triduo duntaxat arceri ab oratione. Id quod egregiè perpẽdit Chrysost. Nec enim, inquit, hoc ab eo exigebat Rex Persarum, vt impietatem admitteret: tantum illud obseruabat, si quis intra triduum quicquã petere deprehenderetur ab vllo Deorum, aut hominum, præterquàm ab ipso. Sed Propheta ne tantulum quidem temporis sustinuit ab orando cessare: propterea quòd nisi Deus perpensus sit in nos, nihil omninò bonorũ in animas nostras venire possit: Dei verò propẽsio simul adiuuat labores nostros, hósque pulchrè subleuat, si conspexerit nos amare precandi studium, si continẽter orare Deum, si viderit expectantes omnia bona nobis illinc defluxura. Et subdit: Itaque, cùm video quempiam non amantem orandi studium, nec huius rei feruida, vehementique cura teneri; continuò mihi palã est, eum nihil egregiæ dotis in animo possidere. Rursus, vbi quem conspexero, insatiabiliter adhærentem cultui diuino, idque in summis damnis numerantem, si non continenter orauerit, conie-cto talem omnis virtutis firmum esse meditatorem, ac Dei templum. *Chrysl. lib. 1. De orat. Deum. l. 5.*

Libro verò secundo de oran. Deum, vt orationis necessitatem declaret: Si teipsum, inquit, destitueris precatione, perinde feceris, ac si piscem ex aquis extraxeris: vt enim pisci vita est aqua: ita tibi deprecatio. Ex defectu autem orationis concionando frigescimus. De vero Concionatore Eccl. *Aperiet os suum in oratione.* & mox: *Et ipse tanquam imbres emittet eloquia sapientiæ suæ.* Et rursus: *In oratione confitebitur*, hoc est, gloriam dabit *Domino.* Is enim verè Deo dat gloriam, qui ante concionem, & post concionem orat. Quare Aug. de Ecclesiastico Doctore: Sit orator, inquit, antequàm dictor: & priusquàm exerat proferentem linguam, ad Deum leuet animam sitientem, vt eructet, quod biberit; vel, quod impleuerit fundat. Idcircò, vt opinor, Sancti Patres nostri, Dominicus, & Philippus, orationis studium nobis tantoperè commendarunt: quibus illud optimè mihi videtur congruere, quod dixit idem Chrysost. Duplici nomine par est Dei famulos, & laudibus vehere, & suspicere. Primùm, quòd spem salutis in sanctis precibus collocarunt: deinde, quòd laudes, reliquósque cultus intercidere passi non sunt; sed literis prodita superesse voluerunt, quò suum thesaurum in nos, veluti hæreditaria successione, transfunderent: quò videlicet, omnem posteritatem ad sui prouocare possent æmulationem. *Eccl. 39.* *D. August. Lib. 4. de doctrin. Christ. cap. 15.* *Chrys. l. 1. de orando Deum.*

His itaque permotus, vt iam plura non addam, hanc potissimùm materiam prælegi. Sed nunquid de ea tantummodo scribendum erat, ac non etiam de aliis sacris episodiis, ex ea tamen enascentibus, materiis? Sunt etenim aliquæ, quæ ex ipsa veluti sponte enascuntur: sunt, quæ ad eam maximè faciunt, quæ eam comitantur, quæque eiusdem præcipua materia sunt. Erdè his omnibus eo ordine, vt omnia, quæ pertractantur, aliqua ratione respiciant orationem, cui tanquàm primariæ, veluti famulentur. Episodia sunt vtique longiora: sed peccatũ in arte, fit lucrum in ipsa re, de qua agitur. Rei totius vnitatem, aut *Arist. in poet. c. 15.*

diuisionem

diuisionem ipse tibi Elenchus materiarum, Punctorúmque demonstrabit. Nullus autem est (reste Plinio) tam malus scriptor, ex quo aliqua hauriri non possit vtilitas, modò lectorem idoneum, &, vt ait Chrysost. benè affectum nanciscatur. Nouit apicula vel ex amaro florum genere mel suauissimum educere. Nuuit Virgilius aurum colligere ex stercore Ennij. Tu propter mearum imperfectionum scoriam aurum ex auro non colliges?

Stylus, fateor, quo vsus sum, idem prorsus qui currenti calamo ad manum est; dilucidam saltem breuitatem referens: impolitus sanè, sed res nostras, vt ille dixit, cum nostris ipsi legimus, ac proptereà non ex flumine Tulliano, vt ait Hieron. eloquentiæ ducendus *Tull. in 1. Tusc. quæst.* est riuulus, nec aures Quintiliani flosculis, & scholari declamatione mulcendæ: pedestris, *D. Hier. epist. ad Damas.* & quotidianæ similis oratio necessaria est, quæ rem explicet, sensum edisserat, obscura manifestet, non quæ verborum compositione frondescat. Scripturas, non elocutiones selegi, vt Scripturis animum imbuas; quò sanctus, non disertus, euadas.

Et quia nihil dilucida breuitate iucundius, en dilucidè, vt spero, & breuiter penè innumeræ Scripturarum sententiæ tibi conscriptæ sunt, vt eas in succum, sanguinémque tuũ *Psalm. 118.* conuertas; quod earundem assidua meditatione facilè consequeris. *Thesaurus desiderabilis in ore sapientis: stulti autem deuorant illum. Beati, qui scrutantur testimonia eius.* Vbi egre- *Hugo Car.* gie Hugo Card. Bene dicit, *scrutantur*, in quo notatur difficultas Scripturæ, & diligentia *Eccl. 3.* inquirentis. Plures autem sunt, qui scrutantur. Vt sciant: hæc est curiositas: *In pluribus* *Matth. 23.* *operibus eius non sis curiosus.* Vt laudentur hæc est vanitas: *Amant vocari ab hominibus* *Prouer. 23.* *Rabbi.* Vt lucrentur hæc est cupiditas: *Noli vendere sapientiam.* Vt peruertant, vt Hære- *Gal. 2.* tici: *Subintroierunt falsi fratres.* *Ioan. 5.* Vt edificentur hæc est prudens humilitas: *Scrutamini* *1. Tim. 4.* *Scripturas.* Vt edificent hæc est charitas: *Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* Sunt autem quidam, qui scrutantur testimonia legis diuinæ, non vt secundùm illam viuant; sed vt docti appareant, vt ambitiosi, & cupidi. Alij, vt calumnientur, vt hæretici. Et hi non sunt beati: sed illi qui ideò scrutantur, vt ibi Deum, & eius voluntatem inueniant, & cognoscant: vnde subdit: *In toto corde exquirunt eum* vt scilicet, per testimonia eius in cognitionem ipsius veniant.

Et hac intentione, Scripturarum sacrarum lectioni nauandum, quam ego solam intentionem à Deo Opt. Max. enixè deprecor, tum in Commentariis, quos ad literam, & ad mores in priorem, ac posteriorem D. Petri Epistolam meditor; tum in reliquis, quæ, Deo dante, ac vita comite, meditaturus, dicturus, scripturúsve fuero: puto etenim, quod reliquum vitæ fuerit, sacrarum Scripturarum lectioni (qua nihil certè melius, sanctius, vtilius) penitùs, penitúsque dicare. Mella mea, verba tua; deliciæ meæ, scripturæ tuæ: rantũ mũ- *August. lib. 11. Conf.* da cor meum, & labia mea, ne fallar in eis, nec fallam ex eis. Augustinus. Vale. Datum Fani, Idibus Iunij, M. D. C. XXV.





AD LAVDEM AVTHORIS, IN EIVS SCRIPTVRAS SELECTAS DE ORATIONE,

LVCÆ ANTONII BALTASARRII, Montauienſis,

ANAGRAMMA.

IOSEPH SPERANZA.
ES PHANI PARENS.

EPIGRAMMA.

QVID Romana Patres iam dixit turba Tyrannos,
Dum Rex, dum Cæſar, plurimus hoſtis erat?
Ceſſet adulator, reſonent encomia vera:
Ille Pater Patriæ, quæ Patris vſque bonus.
O felix IOSEPH, *qui Phano dum bonus vſque,*
ES verè PHANI nobilis vſque PARENS.

EIVSDEM ANAGRAMMA.

IOSEPH SPERANTIVS FANENSIS.
IS FONS ÆTHEREVS PIANS ANIMAS.

EPIGRAMMA.

CVrrite, Chriſticolæ, nitidas properanter ad vndas:
IS FONS ÆTHEREVS dulce PIANS ANIMAS.

Aliud eiuſdem Anagramma.

IOSEPHVS SPERANTIA.
ECCE APIS TV NOS RAPIS.

EPIGRAMMA.

VOce trahant alij montes, ſyluáſque ſequentes:
ECCE APIS hic TV NOS cælica melle RAPIS.
Felices animas diuino nectare paſtas,
Non vox vlla hominum, mella ſed iſta trahunt.

Eiuſdem aliud Anagramma.

IOSEPHVS SPERANTIA.
SAPPHIRVS NITES DEO.

EPIGRAMMA.

SOlem Sole refert Sapphirus tactus ad auras;
Gemmarum nullum maius in Orbe iubar.
Sole DEO rutilans SAPPHIRVS verus, IOSEPH,
Præ cunctis gemmis, ſyderibúſque NITES.

Eiuſdem Anagramma.

IOSEPHVS SPERANTIA FANENSIS.
FORTVNÆ PHANO SANE' SAPIS ESSE.

EPIGRAMMA.

INgens iam Fanum Fortunæ priſca Vetuſtas
Struxerat; illa tamen vertitur ima rotis.
Extulit at Fanum Virtuti magnus IOSEPH,
Hæc vehit ad ſuperos pectora noſtra Polos.
SANE' FORTVNÆ PHANO SAPIS ESSE, beatos
Verâ fortunâ, qui facis eſſe viros.

Distichon ad Lectorem.

AVreus est liber hic, succo, gemmísque refertus:
Spes dedit: ô Lector, sumito: diues eris.

I. A. S. C. O.

ANTONII FRANCISCI ARBVSTINI, FIRMANI,

Anagramma.

IOSEPH SPERANTIVS FANENSIS.
IS, IS EST SANE' FONS AVREVS PHANI.

EPIGRAMMA.

AVrum quid iactas, tumidi leuis vnda Metauri?
Hoc tua quarentes tardat arena manus.
Vis aurum, gemmas, vis carpere sydera cæli?
FONS SANE' IS PHANI EST AVREVS, ISque micat.
Quid? non astra fluunt? refluunt hîc, aspice: centum:
Imò mille libens qualibet vnda dabit.

FRANCISCI MARIÆ SABBATINI, FANENSIS.

Epigramma.

IAm sua Cecropiis compilet mella salictis,
Atque fauos, florum munera, feruet apis.
Hîc meliora latent: nam cæli munera IOSEPH
Libat, Apisque suo congerit alma libro.

MARII SACCHETI, CINGVLANI,

Anagramma.

PATER IOSEPHVS SPERANTIA.
HOC IESV SAPIENS PRÆPARAT.

DISTICHON.

PRÆPARAT HOC SAPIENS, quid gemmas Gangis IESV?
Certè, si Ganges labitur his lacrymis.

CVRTII SACCHETI, CINGVLANI,

Anagramma.

IOSEPH SPERANTIVS.
TV PIIS PIE' RESONAS.

Epigramma.

VAna sonent alij, resonéntque cacumina vana:
TV cælo RESONAS, vsque PIE', atque PIIS.

ÆMILII ZAZZARÆ, ELPIDIENSIS,

Epigramma.

SPes vana est vanæ Fortunæ munera captans,
Quæ insidet vsque globis, mobilibúsque rotis.
Magnum Incrementum verè iam sentit IOSEPH,
Qui spem virtutis collocat in gremio.



AD LAVDEM AVTHORIS;

IN EIVS OBSERVATIONES

AD CHRISTI DOMINI PASSIONEM:

LVCÆ ANTONII BALTHASARRIJ, Montauienſis,

ANAGRAMMA.

IOSEPHVS SPERANTIA.
ORPHEVS PÆANA SITIS.

EPIGRAMMA.

VT tumidum Pythona ferit pharetratus Apollo,
Otia poſt tacitas qui perimebat aquas:
Orpheus en Pæana canit, tollitque Parentis
Inclita geſta ſui ſydera ad vſque poli.
Lethiferum Chriſtus necat anguem verus Apollo,
Otia qui primus rupit in orbe virûm.
En Chriſtum laudas Victorem, atque omniparentem:
En PÆANA SITIS ORHEVS ipe nouus.

Eiuſdem Anagramma.

IOSEPHVS SPERANZA FANENSIS.
FERAS IESV PÆNAS INSONAS.

DIALOGISMVS.

IESV quæ Pius INSONAS per orbem -
PÆNAS voce FERAS? Vt ipſe Cycnus,
Cùm fati ſibi cantat ore finem.

Eiuſdem Dialogiſmus.

SPes viridis, veſtem florum redimita corona,
Vbera dat charo: quis tibi charus? Amor.
Spes SPERANZA *viret, quem floribus aſtra coronant,*
Chriſtus Amor: quid pro lacte dat is? lacrymas.

Eiuſdem Anagramma.

IOSEPH SPERANTIVS FANENSIS.
FONS PASSI ÆTHEREI SANGVINIS.

EPIGRAMMA.

SANGVINIS ÆTHEREI FONS PASSI proluat omnem
Terram, dum IOSEPH *nobile pandit iter.*
Hic lacrymis frangit montes, vt Pœnus acetos
Atterit hic lapides, conterit hic ſcopulos.
Nulla negant fonti iam curſus ſaxa, nec vllus
Huic obſtat ſcopulus, nullus in Orbe lapis.
O mirum! Chriſti quæ non ſunt fracta cruore,
Frangere iam lacrymis nunc potuêre Viri.

Eiuſdem Epigramma.

CErnere ſpes nullo iam ſperet temporis Orbe
Aurum, vel gemmas, queis nitet iſte liber.
Omnia theſauro ſunt hæc deprompta Tonantis,
Has hominum gemmas non dat auarâ manus.
Eſt Opus hoc ſacrum nullo pòſt tempore viſum,
Vltima SPERANZÆ munera parta manu.

FRAN

FRANCISCI MARIÆ SABBATHINI, FANENSIS.

Anagramma.

IOSEPH SPERANZA.
NAZAREI HOSPES.

EPIGRAMMA.

Discite, mortales, queis immortalia fiunt
Pectora, & æternus percolit astra animus.
Hæc docuit Christus Iosephum cælica: nanque
NAZAREI HOSPES semper in Orbe fuit.

PYRRHI GHERARDI, MONTIS BODIENSIS,

THEMA.

IESV NAZAREI SOPHVS.

Anagramma.

VNVS IOSEPH SPERANZA.

Epigramma.

Multùm cognouit, multùm dilexit IOSEPH:
Hinc SPERANZA Dei munus vtrunque refert.
VNVS, qui verè dum Christi pingat amorem,
Apparet Christi doctus amantis Amor.

FRANCISCI GHERARDI, MONTIS BODII,

Anagramma.

IOSEPHVS SPERANTIA.
SATIS ORPHEVS ES FANI.

EPIGRAMMA.

Blanda voce feras, syluas, lapidésque trahebat
Orpheus, ac duri pectora multa viri.
ORPHEVS ipse SATIS FANI ES, dum marmore corda
Indurata, viros marmoreósque trahis.

LVDOVICI GHERARDI, E MONTE BODIO,

EPIGRAMMA.

Non Fortuna tuos, sed Virtus auget honores,
Quos vehit ad superos inclyta fama polos.
Hinc Augumentum ritè appellaris, IOSEPH,
Tempore quod nullo temporis ora terant.

Anagramma.

IOSEPH SPERANZA.
ES ZONA SPHERICA.

DISTICHON.

SPHERICA ZONA Poli ES, quam verus lustrat Apollo:
Hinc tibi tot semper lumina clara micant.

SIMONIS BRISIGHELLII, BODIENSIS,

Anagramma.

IOSEPHVS SPERANTIA.
SANCTÆ SOPHIÆ RADIVS.

DISTICHON.

Qvid mirum, doctæ si fulgent lumine chartæ,
Si RADIVS SANCTÆ fulgidus es SOPHIÆ?

IOAN. BAPTISTÆ BRISIGHELLII, BODIENSIS

Anagramma.

IOSEPHVS SPERANTIVS.
IS VNVS EST E SERAPHIM.

DISTICHON.

Cælica si candens, si ignitus scribis IOSEPH,
Quid mirum? EST nobis VNVS IS E SERAPHIM.

APPRO

APPROBATIONES.

AB Illustrissimo, ac Reuerendiss. D. D. Aloysio Cardinali Capponio, S. Rauennatis Ecclesiæ Archiepiscopo, Ego D. Iacobus Agrestis, Clericus Regularis Theatinus, à Reu. admod. P. Ioseph Speranza Congreg. Oratorij Viro, cognominis sui Spei egregiè respondente, *Selectas* has expositas iussus recognoscere *Scripturas*; quemadmodum sedulæ fauorum opifices apes, succum aëris, cælestemque rorem ex omni delecto flore depastæ, cereas illas (vt ita dicam) vrbes moliuntur, eásque melle constipant, non sibi solùm, sed etiam nobis: ipsum ita Scriptorem è *Scripturis* his verè *Selectis*, tanquàm è selectis floribus, suauitate delibatâ, & sibi, & nobis sine vllo erroris fuco fauos condidisse suauissimos; atque dignos, qui sub prælo exprimantur, typísque imprimantur, vt eorum omnes mellis dulcedinem degustent; cognosco, diiudico, atque plaudo,

Imprimatur.

I. C. DE ROGERIIS, Vic. Gen.

EGO Fr. Laurentius Scalabonius, Rauennas, Ord. Erem. S. Augustini, Consultor Sancti Officij, de mandato Reu. adm. Patris Vicarij Sanctæ Inquisitionibus Rauennæ, hoc Reu. admod. Patris Iosephi Speranzæ, Fanensis, Congregationis Oratorij, Viri virtute, doctrina, nomine, familiáque clarissimi Opus, moralibus Punctis 163. distinctum, cui quidem inscripto est, *Selectæ Scripturæ*, &c. alacri, atque inoffenso pede percurri; nihilque diuinæ Scripturæ, Sacris Canonibus, Catholicæ Ecclesiæ, Sanctionibus pontificiis, bonisque moribus aduersans in eo reperi: sed cunctis diuini Verbi Professoribus valdè accommodatum, & vtile cognoui. Quinimò, sicut de Minerua egregij fabulantur viri, natam, videlicet, armatam, atque mox cœpisse gladium vibrare, hastámque iactare: ita suo validiori modo Volumen hoc in lucem, tanquàm partus optimus, prodiens, diuinæ Scripturæ gladio, Sanctorum Patrum testimonio, ac diuersarum versionum multiplicitate, velut hasta, mox hostes quosque aduersùs præualebit. Idcircò dignissimum, vt typis demandetur, quàm citiúsque imprimatur, adiudico, fateor, collaudo.

Ego Fr. DOMINICVS DONATELLI, Venetus, Sac. Theol. Lector, & Prouic. S. Officij Rau. innixus suprascriptæ approbat. approbo, vt imprimatur.

RELIGIOSE Fili, salutem: Cùm nobis humiliter exposueris, adm. Reu. P. Iosephum Speranzam, Congregationis Oratorij in æde S. Petri Fanensis Rectorem, fratrem tuum, non minùs eruditè, quàm piè librum composuisse, hoc titulo prænotatum, *Scripturæ selectæ ad Orationem*, &c. quem tu ea, qua decet, fraterna charitate, ac religiosa sollicitudine typis mandacare cupis; nósque propterea instanter rogaueris, vt huiusmodi licentiam tibi concedere dignaremur; idcircò religiosæ huiusce tuæ petitioni, ea, qua expedit, benignitate annuere volentes, tuam in hoc pietatem, ac sollicitudinem commendantes, tibi Fratri Nicolao Speranzæ, Sacri Ordinis Prædicatorum, nostræ Prouinciæ vtriusque Lombardiæ, Iuueni Diacono, nostri authoritate Officij facultatem id exequendi, seruatis tamen seruandis, concedimus, ac impartimur. In quorum fidem has litteras nostro sigillo munitas, manu propria subscripsimus. Pisauri, die 20. Iunij, 1625.

Ita est. Fr. IOAN. MARIA DE BONONIA, Mr. Prouinc. vtriusque Lombardiæ Ordinis Prædicatorum.

FACVLTAS PROVINCIALIS.

RELIGIOSE Fili, salutem. Cùm de Antecessoris nostri licentia, librum, cui titulus, *Scripturæ selectæ*, &c. à P. Iosepho Speranza Congregationis Oratorij Fanens. Rectore Fratre tuo elucubratum, ad communem studiosorum vtilitatem euulgaueris, & nunc eundem ab eodem locupletatum, auctúmque denuò euulgare desideres; nosque propterea vt huiusmodi tibi facultatem concederemus, instanter rogaueris, fraterno tuo amori, pietati, ac sollicitudini annuentes, tibi Fratri Nicolao Speranzæ, sacri Ordinis Prædicatorum, nostræque Prouinciæ vtriusque Lombardiæ Sacerdoti, nostri authoritate Officij, facultatem id exequendi, seruatis tamen seruandis, concedimus, ac impertimur. In quorum fidem has literas propria manu subscripsimus. Dat. Genuæ, die 10. Nouembris, 1628.

Ita est. Fr. RAIM. MONTECVCVLVS,

Magister, & Prouincialis Prouinciæ vtriusque Lombardiæ Ordinis Prædicat. manu P P.

APPROBATIO DOCTORVM.

NOs infrascripti Doctores Theologi testamur, Opus Iosephi Speranzæ pium, & eruditum, ac prelo dignum esse, nihilque in eo contineri bonis moribus, aut fidei contrarium. Datum Parisiis, die 30. Decembris, 1630.

F. Ant. Mallet. Fr. M. Brachet.

CONSENSVS.

OPvs hoc inscriptum: *R. P.* Iosephi Speranzæ, *Congregationis Oratorij Fanensis Presbyteri, Scripturæ selectæ*, &c. *Quibus accesserunt nunc recens eiusdem Authoris Obseruationes, & Affectus scripturales ad* Christi *Domini Passionem*, typis mandari, & in lucem edi sumptibus Lavrentii Anisson, Bibliopolæ Lugdunensis, Ego Regis Consiliarius, & Procurator in Lugdunensi Præfectura, non impedio. Lugduni, die 26. Iunij, 1640.

PVGET.

PERMISSIO.

LIbrvm, qui inscribitur: *R. P.* Iosephi Speranzæ, *Congregationis Oratorij Fanensis Presbyteri, Scripturæ Selectæ*, &c. *Quibus accesserunt nunc recens eiusdem Authoris Obseruationes, & Affectus scripturales ad* Christi *Domini Passionem.* à Lavrentio Anisson, typis mandari permittimus: ac simul, ne quis, citra factam ei potestatem denuò excudat, interdicimus. Lugduni, die 26. Iunij, 1640.

SEVE.

INDEX



INDEX MATERIERVM, PVNCTORVMQVE SERIEM COMPLECTENS.

Primus numerus paginam; alter verò columnam designat.

PVNCTVM I.

Diuitiæ,Auaritia,Affectus liber. Digressio.

Eleemosyna,comes Orationis.

Digressio de operibus Misericordiæ.

Ieiunium.

Angelus Custos.

Inspirationes.

Mortificatio.

Mors, materia Orationis.


Iudicium, materia Orationis.

137.De



INDEX PVNCTORVM, QVÆ IN TRACTATV DE PASSIONE CONTINENTVR.

PVNCTVM I.



INDEX SCRIPTVRARVM, QVÆ TAM IN OPERE DE ORATIONE, QVAM IN

Tractatu recens addito de Christi Passione, magis elucidantur.

Prior numerus paginam, posterior columnam, littera verò locum columnæ indigitat.

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Genesi.

Cum

EX EXODO.

Ex Leuitico.

Ex Numeris.

Velut

Ex Psalmis.

Dolores

Furor

Ex Ecclesiaste.

Ex Cantico Canticorum.

Dura

43 Cor.1.a

Expectat

Cogitationes

Ex Ieremia.

Ex Threnis.

Sedebit.

6.Ecce

Ex Malachia.

Ex 1. Machabaeorum.

Ex 2. Machabaeorum.

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthaeo.

Speranza Scriptura selecta.

Ex Marco.

Ex Luca.

4. Oſtendit

Ex Ioanne.

Index Scripturarum.

3.S



INDEX
AD CONCIONES,
TAM DE DOMINICIS, QVAM DE SANCT S, PER TOTVM ANNVM.

Prior numerus paginam, posterior columnam indicat.

suum. Aperientis dilecto manos distillat myrrham,& myrrham offert.

Nunc caput, quod aurum optimum est, spinis coronatur, vt Rex, vt Sacerdus; imò vt thuribulum vndique perforatum halat odorem suauissimum Deo Patri. Vt homo mortalis myrrham habet, quæ nunc ei offertur ad Dominicam eius sepulturam signandam. Punct. vlt. 463.5.

DOMINICA INFRA OCT. Epiphaniæ. Luc. 2.

ET non inuenientes, regressi sunt Ierusalem, & inuenerunt illum in templo. In eos, qui Deum in templo non inueniunt, sed amittunt, Chrysostom. Multi ad formas mulierum aspiciendas in Ecclesiam veniunt. Oporteret quidem interiore pariete à mulieribus disseparari; sed quoniam non vultis, necessarium esse Patres nostri putauerunt, saltem his ligneis parietibus vos disseparare. Punct. 18 De reuerentia in oratione, eiúsque domo. 39.1. — Chrysost.

Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Quasi ruminanda, subdit Beda, & diligentiùs scrutanda recondebat. Græcus: Considera prudentissimam Mariam, veræ sapientiæ matrem, qualiter scholaris fit pueri: non enim vt puero, sed vt Deo vacabat, vtreriùs & illius voces diuinas, & opera reportabat, & in corde suo quodammodo fouebat. Punct. 60. De quotidiano recessu post peracta negotia. 129.1. — Beda. Græcus apud D. Thom. in Cat.

Remansit puer Iesus in Ierusalem, &c. & requirebant eum. Illi Sancti, Ioseph, & Maria, quærunt, quomodo inueniant illum: Iudæi quærunt, quomodo amittant, ac perdant. *Principes autem Sacerdotum, & seniores persuaserunt populis, vt peterent Barabbam; Iesum verò perderent.* Vbi Glossa: Quæ sua perditio hodie etiam hæret eis, amissa gente, & loco, & libertate: quia datorem libertatis perdere voluerunt. Punct. 17. 364.2. — Matth. 27. Glossa.

Inter cognatos, & notos: & non inuenientes, &c. Inter istos sæpe amittitur Iesus: *Discipulus autem ille erat notus Pontifici. Exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ. Et introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla, &c. Dicit ille: Non sum. Dixit vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam.* Ergo notitia illa obfuit Petro, dum ab ancilla, & cognato illo interrogatur, & negat Christum: non notitia Ioannis; sed ancillæ, & aliorum, videntium eius timiditatem. — Ioan. 18.

Reuersi sunt in Ierusalem requirentes eum. Vbi inuenietur nunc Christus, nisi in Ierusalem, in Caluario, in Cruce? Drogo: Circuire possum cælum, & terram, aridam, & mare: & nunquam te inueniam nisi tantùm in Cruce. Ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas in meridie. lib. de Passione. *Circuibo ciuitatem: per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea: quæsiui, & non inueni.* Inuenies in Cruce. Inuenerunt illum sedentem in medio Doctorum. — Drogo. Cant. 3.

Christus in Cruce, tanquàm in cathedra. 449.2.

DOMINICA II. POST Epiph Ioan. 2.

ET deficiente vino, &c Vinum non habent. Vt insufficientiam rerum omnium creatarum, delictarum, dignitatum, diuitiarum describerem, omnibus subscriberem: *Vinum non habent.* Salomon. *Quis ita vorabit, & deliciis affluet, vt ego? Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam.* vel Heb *Trahere in vino carnem meam,* hoc est, diu versari in deliciis carnis, & illis diu immorari. *Feci mihi cantatrices.* Alij *Instrumenta musica diuersa, & scyphos, & vrceos in ministerio ad vina fundenda.* Vetus editio: *Ministros, & ministras,* id est, pincernas vtriusque sexus. Alij: *Fistulam, & canalia.* Chaldæus fistulas intelligit effundentes aquas calidas, ac tepidas. Allusio ad antiquas cellas calidarias. — Eccles. 2. Heb. ex Tirel ibid. Alij. Vetus edit.

Sed tandem, *Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi,* q. d. deficiente vino, vinum non habent.

Chrysost. de Imperatore, ac Rege: Non diadema respicias; sed curarum tempestatem, per quam ipsi corona paritur. Neque purpuram intuere; sed animam & ipsa purpura magis nigrescentem. Non ita corona caput circundat, sicut animam sollicitudo. *Vinum non habent.* — Chrys. hom. 66. ad pop. Antioch.

Ioël. 1. *Expergiscimini, ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro.* Nota *periit.* Vinum non habent. Sed, ô quàm *Meliora sunt vbera tua vino* terrenarum consolationum! hoc enim ex botris exprimitur, ac modicum, inquit Bern. Sed verba, cùm exhausta fuerint, rursum de fonte materni pectoris sumunt, quod propinent. Ephrem: Contine vndas: elongare, Domine, aliquantulùm à me: quia imbecillitas mea tam grandem sustinere nequit dulcedinem. Punct. 65. Aqua horum bonorum temporalium cordis humani sitim nõ extinguit, &c. 134.2. — Ioël 1. Bern. Ephrem.

Nuptiæ factæ sunt in Cana. Interpretatur Cana, id est, arundo. Multa in punct. 22. pag. 385.2. Ex his saccharum.

Nuptiæ factæ sunt. Sponsus in Passione fuit Christus, sed sponsus dolorum. *Egredimini, filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis.* Punct. 21. — Cant. 3.

Et erat ibi Mater Iesu. Maria iuxta Crucem mater nostra.

Quid mihi, & tibi est, mulier, Mulier? ecce filius tuus. Nondum venit hora mea. Cum vita præsenti finiam opus, quod cœpi: vulneratum me, & morientem recipies. Rupertus Abb. in Ioan. 2. Vide Punctum 8. 340 1. — Rupert.

Implete hydrias aqua. Nam sanguis & aqua erumpent ex vulnere lateris. Chrysolog. serm. 5. de Epiphania. Sed aqua in sanguinis erat conuertenda mysterium, vt meta pocula de vase Corporis sui Christus bibentibus propinaret. — Chrysol.

Hoc fecit initium signorum Iesus. Imò & finem. In aqua incepit: in aqua finiuit. Tertullianus annuit: & Hieronymus epist. 83. ad Oceanum: Qui ab aquis cœperat, finiuit in aquis. Vide Punct. vlt. 463.2. — Tertul. Hieron.

DOMINICA TERTIA POST Epiph. Matth. 8.

ET ecce leprosus. Chrys. Lepra est peccatum animarum nostratum: ideò Dominus de altitudine cæli, quasi de excelso monte, descendit, vt lepram peccatorum nostrorum mundaret. Punct. 157. Peccatum summa est abominatio. 306.1. — Chrysol.

Adorabat eum, dicens: Domine, si vis, &c. Chrys. Spiritualis Medico spiritualem afferebat mercedem, nam Medici pecuniis, iste oratione placatur: nihil enim dignius offerimus Deo, quàm orationem fidelem. In hoc autem, quod dicit, *Si vis,* non dubitas — Chrys.

dubitat Christi voluntatem ad omne opus bonum paratam: sed, quia non omnibus expedit corporalis integritas, nesciebat, vtrum ei expediret curatio illa. Dicit ergo: *Si vis*, ac si diceret: Credo, quia, quod bonum est, vis; ignoto autem, si est mihi, quod desidero, bonum. Punct. 63. Quid, & quomodo postulandum. 132.a.

Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. In quo apparet, quia diligebat eum,
Chrys. inquit Chrys. Nam vnusquisque, quem diligit, etsi modicè fuerit tædiatus, grauiùs eum putat habere,
Raban. quàm habet. Rabanus: Omnia ista cum dolore cognominauit, & iacentem, & paralyticum, & malè detentum; ideò, vt animæ suæ angustias demonstraret, & dominum commoueret. Sic debent omnes condolere seruis, & eorum curam habere. In Punct. 81. De eleemosyna affectus, & compassionis. 158. 1. & Punct. 89. 2. De visitandis infirmis. 171. 1.

Ibi erit fletus, & stridor dentium. Fusè de Inferno. 260.1. & seq.

Et ecce leprosus. Mundabatur lepra sanguine passeris: mundatur verò peccatum sanguine Christi. Imò, vt nos mundaremur, ipse sese ostendit
Isaiæ 53. *quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Sed & liuore eius sanati sumus.* Vide Puncta 13. & 14. 353.1.354.2.

Luc. 23. *Accessit ad eum Centurio, rogans eum, &c. Videns autem Centurio, quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Vere hic homo iustus erat.* Vna ex ouibus illius erat, quæ vocem agnouit pastoris. 404.1.

DOMINICA QVARTA post Epiph. Matth 8.

ET ecce motus magnus factus est in mari. Punct. 110. De perturbationibus passionum. 193.1.

Item: *Et ecce motus magnus factus est in mari.*
Origen. Orig. Hæc tempestas non ex se orta est: sed potestati paruit imperantis, qui educit ventos de the-
Isaiæ 51. sauris. Isa. 51. *Ego Dominus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius.* Punct. 1. De gustu, quem Deus percipit ex oratione. Item, Punct. 38. De oratione tribulatorum. 99.2

Domine, salua nos, perimus. Punct. 22. De confidentia in oratione. 54.2

Quid timidi estis, modicæ fidei? Punct. 23. Quantùm Deo displiceat diffidentia. 57.2

Item. *Quid timidi estis, modicæ fidei?* Punct. 28. De fiducia Dei in tribulationibus. 75.2

Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum
Glossa. *discipuli eius* Glossa mysticè: Mare, æstus sæculi. Nauicula, Crux Christi, cuius beneficio ad littus patriæ cælestis venimus, in qua vnà Christus cum suis passus est. Vnde pòst ait: *Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Dormit, dum illi nauigant: quia illis sæculum calcantibus, & ad cælum tendentibus tempus subitò Dominicæ Passionis aduenit, quam Marcus etiam per horam Solis ad occasum euntis significat, dum dicit, hæc imminente nocte gesta fuisse. Suscitant eum, dum visa morte resurrectionem quærunt, ne eo duriùs sopito, mens eorum pe-
Luc. 24. reat. Suscitatus increpat de parua fide, dicens: *O stulti, & tardi corde ad credendum! Nonne sic oportuit pati Christum* Ventum, id est, Diaboli superbiam strauit. Aquam sedat, id est, rabiem Iudaici populi labefecit.

DOMINICA QVINTA post Epiph. Matth 13.

VIs, imus, & colligimus ea? Et ait: Non. Punct. 25. De diuina misericordia in peccatores. 61.1. & Punct. 26. Quòd Deus misericordia magis vtitur, quàm iustitia. 67.1.

Et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primùm zizania, &c. Punct. 27. In eos, qui Dei misericordia abutuntur. 71.2.

Et alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. Punct. 143. Antithesis Inferni, & Paradisi. 270.a.

Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Christus seminator casti consilij. *Inimicus homo*, Diabolus seminator discordiarum, proditionum, malorum seminum. *Et cœna facta, cum Diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas.* Semen zizaniæ proditionis. Punctum 6. 332.1.

DOMINICA SEXTA POST Epiph. Matth. 13.

SImile est regnum cælorum grano sinapis. In Præfat. De efficacia verbi Dei.

Simile est regnum cælorum grano sinapis. Gregor. Gregor. lib. 19 Moral. Christus granum fuit sinapis, quod in agro seminatum fuit, cùm ille à populo comprehensus, & morti traditus, tanquàm in agro fuit satione quadam corporis consepultus. Granum fuit, cùm moreretur: vnde & dicebat de seipso:
Nisi granum frumenti, quod accipiens homo seminauit in agro suo. Glossa: Quo accepto homo misit in Ioan. 12. Glossa.
hortum suum: quia corpus crucifixi Saluatoris accipiens Ioseph in horto sepeliuit. Vnde & apposi-
tè Chrysolog. serm. 99. Christi est regnum cælorum, qui velut granum sinapis in hortum virginei Chrysol. corporis missus, Orbe toto Crucis in arborem creuit, ac tantum dedit fructus sui saporem, cùm teritur passione, vt, quicquid est, vitali suo saporaret, & condiret attactu. Nam, sicut in integritate grani sinapis, sinapis virtus habetur occulta; apparet verò virtus eius vehementissimè, si teratur: ita Christus corpore teri voluit, qui suam noluit latere virtu-
tem. Isaiæ 53. *Dominus voluit eum conterere infirmitate.* Paguinus, *conterendo*. Isaiæ 53. Pagnin.

Simile est regnum cælorum fermento. Christus in manibus Synagogæ, veluti massa frumenti fermentandi. Chrysol. serm. 100. Vt mulier, quæ corrupe- Chrysol. rat fermento mortis in Adam, totam massam generis humani, fermento resurrectionis totam carnis nostræ massam redintegraret in Christo. Quasi dicat: Caro Christi, veluti compacta tunsionibus, pugnis, &c. posteà in cardopo sepulchri conderetur triduo. Vide pag. 408.2.

DOMINICA SEPTVAG. Matth. 20.

EXiit primo mane, hora tertia, sexta, nona, & circa vndecimam Punct. 102. Cuiuscunque ætatis, & conditionis hominibus Deus inspirationes immittit. 183. 2. Suprà, & infra de Inspirationibus.

Voca operarios. Punct. 148. Pro æterno præmio laborandum, &c 276.1.

Multi sunt vocati: pauci verò electi. Punct. 142. De paucitate [illegible] 269.1.

Exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Isaiæ 5. *Vinea enim Domini exercituum, do-* Isaiæ 5.

mus Israël est:& vir Iuda, germen eius de'ectabile: & expectaui, vt faceres iudicium; & ecce iniquitas: & iustitiam; & ecce clamor. Non fecit iudicium rectum reiiciendo Saluatorem, & postulando Barabbam. *Expectaui, vt faceret iustitiam*, Christum suscipiendo, Interlin. (ita Interlinearis:) *& ecce clamor. Tolle, crucifige eum.* Punctum 17. 464.2.

Hi nouissimi vna hora fecerunt. Qui tota die fuerunt otiosi? Fures & latrones. Chrysost. hom. 3. Operis imperfecti: Vis ergo non esse otiosus? non aliena tollas; & de tuis da: & operatus es in vinea Domini, misericordiæ vitem colens. Igitur, latro in cruce, qui semper aliena rapuit, stetit otiosus. Vide Punct. 31. pag 435. 2. Qui vna hora laborando in confessione suorum delictorum, & in conuersione alterius, accepit denarium; &, vt ita dicam, cælorum regnum, quod vim patitur, furatus est.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.
Luc. 8.

QVi habet aures audiendi, audiat, De attentione audiendi verbum Dei in Præfatione.

Item: *Qui habet aures audiendi, audiat.* O quàm Theophyl. Ieiun. 6. multi aures habent, inquit Theophyl. sed non ad audiendum! Et Dominus per Prophetam: *Cui loquar, & quem contestabor, vt audiat? Ecce incircuncisa aures eorum, & audire non possunt.* De Inspirationibus, ac Dei vocibus fusè à Puncto 98. ad 104. à pag. 177. 1. ad 184. 2.

Quod autem in spinas cecidit, &c. De diuitiis fusè à Punct. 73. vsque ad 77. à pag. 141. 1. ad 146. 1.

Hi sunt, qui audierunt, & sollicitudinibus, &c. In Punct. 59. plura de vana rerum sollicitudine. 227. 2. & sequent.

Semen est verbum Dei; quod autem inter spinas cecidit, &c. *Et simul exorta spina*, & à Iudæis implexæ, pupugerunt illud. Punctum 21. 380. 1.

Quod supra petram, hi sunt, qui cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Vt fecit Herodes, Luc. 23. *qui viso Iesu gauisus est valde. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo,* Luc. 23. *veste alba* Punct. 56. 362. 1.

Quod autem secus viam, hi sunt, qui audiunt: deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eo- Matth. 27. *rum, ne credentes salui fiant.* Hoc etiam accidit: nam crucifixo Domino, *prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Salua temetipsum.* Ipsi nolunt salui fieri: nec addunt: Et nos. *Vnus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum dicens: Si tu es Christus saluum fac semetipsum. & nos.* Vide Puncto 57 pag. 399. 2. Et pag. 476. 1. 1. spinæ, quæ suffocant sementem.

DOMINICA QVINQVAG.
Luc 8.

ECce ascendimus Hierosolymam. Punct. 154. De Passione Domini meditanda per viam compassionis, contritionis, ac imitationis. 296. 1.

Quid tibi, vis, faciam Domine, vt videam Hic in bonum optabat lucem: ô quam satius plerisque, si Thren. 3. oculis capti essent! *Oculus meus deprædatus est* Alij. Chrysost. tom. 1. *animam meam.* Alij: *Deturpauit animam meam.* Primù nanque totam deturpat, & posteà deprædatur Chrys. hom. Quòd periculosum est adire spectacula, quòdque ea res adulteros sæpè perfectos facit. Optarim, inquit, eos, qui heri ad spectacula discesserant, palam nosse, vt è sacris vestibulis arcerem. Et quid adeò magni sceleris commissum est inquies, vt ab istis sacris cancellis arcendi sint? Imò, quod delictum his grauius quæris, cùm seipsos planè adulterio contaminarint? *Qui viderit* Matth. 5. *mulierem ad concupiscendam illam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Quòd si mulier sponte, ac fortè in foro obuia, & neglectiùs culta sæpenumerò curiosiùs intuentem cepit ipso vultus aspectu: isti, qui non simpliciter, neque fortuitò; sed studio, & tanto studio, vt Ecclesiam quoque contemnant, & hac gratia pergunt illuc, ac totum ibi desidentes diem, in facies fœminarum illarum nobilium defixos habent oculos; qua fronte poterunt dicere, quòd eas non viderint ad concupiscendum; vbi verba quoque accedunt fracta, lasciuáque; vbi cantiones meretriciæ; vbi voces vehementer ad voluptatem incitantes, vbi stibio picti oculi; vbi coloribus tinctæ genæ? &c.

Ecclesiastici 9. *Cum saltatrice non assiduus sis, ne fortè pereas in efficacia illius.* O efficaciam ad libidinem excitandam! Patet ex adultero Herode, qui, vt falsè risit Ambros. ad saltum puellæ dimidium regni obtulit; ad saltum alterum reliquum daturus. Saltet, saltet, inquit Ambros. sed adulteræ Ambros. filia. Et Chrysost. Vbi saltus lasciuus, ibi Diabo- Chrysost. lus adest: his tripudiis Diabolus saltat. *Auerte faciem tuam à muliere compta. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.* Item: *Virginem ne conspicias, ne scandalizeris in decore eius.* Punct. 114. De abnegatione visus. 207. 2.

Ecce ascendimus Ierosolymam. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, &c. De his loquitur, quasi de nuptiis, honoribus, dignitatibus, diuitiis, & similibus. Punctum 14. Tractatus de passione, post medium, vsque ad finé Puncti.

Tradetur. Non dicit à quo. Forsitan à Spiritu Sancto. Vide in Præfatione Domini amor in Passione.

FERIA IV. CINERVM.
Matth. 6.

CVm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, &c. Non erat certè per temulentiam aditus ad ieiunium, vt ait Basilius, nec ad sobrietatem per D. Basil. hom. 1. de laudib. ieiun. lasciuiam: nam ieiunator ad ieiunandum temperantia præparatur: secùs velut vlciscens venit dies ieiunij. Fusè de ieiunio. 171. 1. & seqq.

Nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes. Punctum 20. De ficta hypocritarum oratione, & de hypocrisi. 43. 2. De qua pluribus in locis. Vide verbum, *Hypocrisis.*

Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes: exterminant enim facies suas. Græcè, *obscurant.* Sy- Græc. riacè: *Cùm autem ieiunatis, ne sitis atrati sicut acce-* Syriac. *ptores vultus: deturpant enim vultus suos.* Quid significant, *acceptores vultus*, nisi homines perso- Matth. 7. natos? Matthæus cap. seq. *Hypocrita, eiice primùm* Syriac. *trabem,* &c. Syrus. *Acceptor vultus* (personare) sic declarat.

Christus ob sputa, alapas, colaphos, spineam coronam, & sanguinem, non agnoscebatur. Iob 2. illi Iob 2. amici, *Cùm eleuassent oculos procul, non cognouerunt eum.* Sic de Christo Isaias cap. 53. *Vidimus eum, &* Isaiæ 53. *non erat aspectus.* Pineda in Iob, c. 7. Præfationis. Pineda. Vnde dicit Pilatus: *Ecce homo?* Cur homo? Quia Psal. 21. non talis apparebat. *Ego sum vermis, & non homo.* idem ac peccator est. Cassiodorus: Afflictus, quasi Cassiod. non

Auguſt. Iſaiæ.1. Hebr. non eſſet homo. Auguſtinus: Quia Deus, non homo, eſt terminus infinitus. Vnde Petrus: *Non noui hominem. Nec reputauimus eum. A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.* Hebraicè: *Non eſt in eo forma humana.* Dicebat Dauid in Pſal. 50. Pſalm. 50. *Auerte faciem tuam à peccatis meis.* Nunc talis eſt in Paſſione: *Auerſa eſt facies eius.* vbi nos: Iſaiæ 53. Cy.ill. Alex. *Abſconditus vultus eius.* legit Cyrillus Alexandrinus: *Auerſa*, pro, confuſa eſt, contempta, & non reputata: Pilatus enim miſit Ieſum ad Herodem: at ille, inquit, eum nihili factum remiſit: non enim reputauit eſſe Ieſum. Contempta quoque erat eius facies, coniectis, ſcilicet, in eum ſputis, & Pilati militibus eum pulſantibus, *&c.* Et hoc quare? Vt & mundi peccatum tolleret. Sic Cyrillus: q.d. Ieſus talis non reputatus, nec vt homo agnitus. Facies non agnoſcebatur: éſtne occiput, an ſinciput? Quod oſtenditur à Pilato, cùm dicit: *Ecce homo. Auerſa eſt* certè *facies eius* propter ſputa, *&c.* eámque ſic auertit à peccatis noſtris. Punct. 23. 388.2

Exterminant facies ſuas, imò Chriſti, vt ita dicam; & cooperiunt velo vultum illius, ne vlciſcerentur aſpectu ſolo. *Aſpice in me*, diuine Saluator, *& miſerere mei.* Punctum 12. 352.1.

FERIA QVINTA POST Cineres. Matth. 8.

ACceſſit ad eum Centurio rogans eum. Matth. 8. Punctum 59. Cuiuſque ſtatus hominibus eſt neceſſaria oratio. 127.1.

Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè habet. Sed Ieſus pater meus iacet in ſepulcro, & malè torquetur. Plùs in ſepulcro torquetur, quàm in Cruce: quia pro hominibus non patitur. Chryſolog. Chryſologus ſerm. 58. Crucifixus in Cruce, in edito coronam omnibus inimicis, & tota crudelitate ſpectantibus, & tota acerbitate obſeruãtibus mortem ſuſcepit. Sepulturam patitur. Imò in vtero Virginis, dum ad nos non venit curãdos, extremè Guerric. Ab. patitur, & vltra cruciatus ipſius Crucis. Guerricus Abbas ſerm. 3. de Annunc. Non ſic in Cruce viſus eſt infirmus, vbi quod infirmum illius fuit, ſtatim apparuit fortius omnibus hominibus, quando & moriens glorificat latronem, & expirans inſpirat Centurionem. In vtero autem ſic eſt, quaſi non ſit: ſic Omnipotentis virtus vacat, quaſi nihil poſſet: & Verbum æternum ſub ſilentio ſe premit.

Dic tantùm verbo, &c. Chriſtus primo verbo multos conuertit Punct. 30. De ſeptẽ verbis. 424.2.

FERIA SEXTA POST Cineres. Matth. 8.

Paſchaſ. *DIligite inimicos veſtros. Pater, dimitte illis*, &c. Pro ſe orando dicit: *Deus, Deus meus.* Pro hoſtibus, *Pater*, dicit. D. Paſchaſius. Ideò Pater, quia pro perſecutoribus exorauit: quod eſt nomen ad miſericordiam magis accommodatum.

Theophyl. *Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Quare latro crucifixum Dominum vocat, & vt Deum agnoſcit? Theophylactus in Lucam: Agnoſcens bonitatem Ieſu ex voce, quam fecit pro crucifigentibus: *Pater* dicens, *remitte eis.*

Chryſoſt. Et ideò noluit lapidari, ſuffocari, enſe caput amputari, &c. ſed crucifigi: vt audiretur: *Pater ignoſce illis.* Chryſoſt.

SABBATHO POST Cineres. Marci 6.

ERat nauis in medio mari. Quis iuſſit, vt nauem Apoſtoli aſcenderent, niſi Chriſtus? *Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere nauim.* Cur non in littore ſinit eos habitare? Gloſſa: Ipſe Dominus nobis inſinuans, cùm hi, qui virtutes eius admirabantur, Regem eum facere vellent, fugit in montem orate: crucifixoribus autem promptus occurrit: vt, ſcilicet, parati ſimus ad aduerſa toleranda; cauti ad blandimenta, ſi arriſerint. Puncta 5. & 6. 331.2. 332.1. Gloſſa.

DOMINICA I. QVADRAG. Matth. 4.

DVctus eſt Ieſus à Spiritu in deſertum, vt tentaretur à Diabolo. Fusè de Tentationibus, pag. 83.2. & ſeqq.

Tunc aſſumpſit eum Diabolus in ſanctam ciuitatem. Tunc milites Præſidis ſuſcipientes Ieſum in Matth. 27. Greg. prætorio. Vbi Gregorius hom. 16. in Euang. Sed ecce cùm dicitur Deus homo, vel in excelſum montem, vel in ſanctam ciuitatem aſſumptus à Diabolo, mẽs refugit credere; humanæ hoc audire aures expaueſcunt: cùm tamen non eſſe incredibilia iſta cognoſcamus, ſi in illo & alia facta penſamus. Certè iniquorum omnium caput Diabolus eſt: & huius capitis membra ſunt omnes iniqui. An non Diaboli menbrum fuit Pilatus? An non Diaboli membra Iudæi perſequentes, & milites crucifigentes Chriſtum fuerunt? Quaſi diceret Idem. Gregorius: Ille duxit in montem: iſte in Caluariæ montem. Ille ſupra pinnaculum templi: iſti in Crucem. Vnde ſtatim ſubdit: Quid ergo mirum, ſi ſe ab illo permiſit in montem duci, & tentari, qui pertulit etiam à membris illis crucifigi? &c. Crucis baiulatio. Punctum. 26. vel etiam 27. 395.2. vel 399.2.

Et dixit: Si Filius Dei es, mitte te deorſum. Illi Matth. 27. *erant dicentes: Si Filius Dei es, deſcende de Cruce*, Athanaſ. &c. Ideò pulchrè Athanaſius de Cruce, & Paſſione: Minimè autem, inquit, credere volebat Iudæos ille incredulitatis Magiſter Draco; ſed Dominum mortem euitare cupiebat; non quòd diſcere ſatageret, an poſſet ille ſeipſum ſaluare; ſed ne aliis ſalus efficeretur, *&c.* Non enim, ait, Medicus, eò quod ſeipsũ ſeruat, declaratur Medicus, niſi ſimul & ægrotis artem ſuam exhibeat. Neque deſcendendo de Cruce voluit Filius Dei agnoſci; ſed ex eo, quòd in Cruce permaneret. Punct. 26. 395.2

FERIA SECVNDA POST I. Dominicam Quadr. Matth. 25.

CVm venerit Filius hominis in maieſtate ſua, &c. Fusè de Iudicio, pag. 249.2. & ſeqq.

In iudicio omnes videbunt Chriſtum clauis, & Zach. 12. lancea perforatum, & maximè Iudæi. *Aſpicient in eum, quem confixerunt. Tunc dicet* malis: Eſuriui enim; *& non dediſtis mihi manducare: ſitiui; & non* Chryſoſt. *dediſtis mihi bibere.* Vbi Chryſoſtomus ſerm. 1. de ieiunio: Ieſus crucifixus eſt, ieiunauit in ligno. Hæc dies Paraſceues eſt: qui paſcit, eſurit; qui potat, ſitit. q.d. Eſurit animas in Cruce; ſitit potum lacrymarum:

crymatum; dicit: *Sitio*. Tu nec cibas, nec potas. *Nudus*, sine aliquo velo; *& non cooperuistis me. Infirmus.* Vbi Origenes: Et ne te quies esse blasphemiam, infirmum dicere Christum: ipse enim *ex infirmitate est crucifixus* propter misericordiam: & ipse infirmitates nostras portat. *Et in carcere*; *& non visitastis me.* *Christus Dominus captus est* (à Iudæis impiis, addit Bonauentura in Threnis (*in peccatis nostris*;) id est, propter peccata nostra. *Vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra.* Nec vllo obsequio prosecutus es Iesum, saltem meditatione. Nec etiam in paupertibus Christum esurientem, sitientem, &c. quem, recordatione passionis eius, cibare, potare, vestire, visitare, eripere debuisses totis tuis visceribus, sanguine, honore, ore, re.

Origen. 2. Cor 13. Isaiæ 13. Bonauent. Thren. 4. Isaiæ 53.

Statim post hos sermones incipit Euangelista obsequium Magdalenæ, & Christi verba: *Opus enim bonum operata est in me: nam semper pauperes habebitis vobiscum; me autem non semper habebitis.* Ideò ante Passionem de istis operibus loquitur, vt benè notat Hieronymus.

Matth. 26.

Cum autem veneris Filius hominis, &c. Post biduum, ait, Pascha facturos, & tradendus Cruci, & illudendus ab hominibus, & aceto, ac felle potandus rectè præmittit gloriam triumphantis: vt securiora scandala pollicitationis præmio compensaret.

Hieron.

Cogita de adiuuando, liberando, emendo Christo, vel cum eo patiendo, & compatiendo, & etiam moriendo. Punctis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 18. 19. 34 & 35. in Tractatu de Passione. Vt possis audire: *Venite, Benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui*, &c.

FERIA TERTIA POST I. Dominic Quad. Matth 21.

Intrauit Iesus in templum Dei: & eiiciebat omnes vendentes, & ementes, &c. Punct. 18. De reuerentia in oratione, eiúsque domo. pag. 391. & seq. Item, de auaritia quorundam, qui spiritum profitentur. pag. 140. 1.

Domus mea, domus orationis vocabitur. Punctum 60. De quotidiano recessu post peracta negotia. 129. 1.

Et cùm intrasset Ierosolymam. Intrauit Iesus in templum. Vbi Glossa: Appropinquante passionis tempore appropinquauit Iesus loco, vbi posset inuentri, ostendens se non inuitum pati. Hic introitus in Ierusalem factus ante dies Paschæ, tempore, quo Passio complenda erat: dicit enim Ioannes quòd *ante sex dies Paschæ venit Bethaniam*, vbi cœna facta à sorore Lazari, oleo perunctus est, & in crastinu asino insidens, obuiante turba, cum palmis venit Ierusalem. Ecce quantùm conuenit veteri vmbræ. Ibi dicitur: *Decimo die mensis primi tollat vnus quisque agnum*, id est, domi introducat, & seruet, vsque ad decimamquartam diē, qua immolabitur ad vesperam. Et Dominus die decima eius mensis, id est, ante quinque dies Paschæ, ciuitatem, in qua passurus erat, intrauit, certam præstolans horam immolationis: & decimaquarta die ad vesperam comprehensus, & ligatus, sacramenta victimationis inchoauit. Ideò Hesychius in illud Leuitici 23. *Mense primo decimaquarta die mensis ad vesperum, Phase Domini est.* Primum mensem tempus Dominicæ Passionis rectè dicimus: initium enim est ingressus nouæ vitæ. *Quintadecima die mensis huius solemnitas azymorum Domini est.* In qua Pascha nostrum immolatus est Christus. Hæc Hesychius. Nota: *Phase Domini solemnitas Domini est.*

Exod. 12. Hesych.

Oseæ 3. *Et fodi eam mihi quindecim argenteis*, &c. Chald. *Et redemi eos per Verbum meum die decimaquarta mensis Nisan. Et dedit argentum, in pretio Redemptoris animarum eorum.* pictura ... Sanguinis.) Mensis Nisan poterat incidere non priùs die octaua Martij: & Luna decimaquinta Christus mortuus est, quæ incidit in diem Veneris, Martij 25. Communior hæc est sententia, (Bartadas.) & in Paschate. Oseæ 3.

Quoad horam, vide D. Gaudentium. Et Punctum 29. 411. 1.

Agere potes de amore, qui Christum coëgit ad patiendum pro humano genere, in Prologo. 317.

FERIA QVARTA POST I. Dominicam Quad Matth 12.

Magister, volumus à te signum videre. Punctum 117. De abnegatione propriæ voluntatis. 315. 1.

Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Quidquid de Iesu, aut dictis, aut factis, figuratum, vel prophetatum vsquam fuit à Patriarchis & Prophetis, ad amussim videtur in illius Passione adimpletum. *Omnes fluctus tuos induxisti super me.* Psal. 87. Interlin. Omnia, quæ de Passione prophetata fuor, euenerunt. *Omnes fluctus, suspensiones.* Margin. id est, *passiones.* Ionæ 2. *Omnes gurgites tui super me transierunt. Circumdederunt me aquæ vsque ad animam.* Iesus ergo figuratus in Iona, proiectus *in profundum, in corde maris, & flumen circumdedit eum.* Ita planè. Vode Chrysolog. serm 37. Quid sibi vult autem confusa ventis procella, nisi Diabolum, qui cor Iudæ penetrans, Reges, gentes, populos, militiam, Iudices, marinos elevauit, & inflauit in fluctos. Audi vndas sæculi: audi Prophetam dicentem: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Et quia sors Ionam proditura non defuit, impleri fuerat Christum Dauidicam prophetiam, quæ dicit: *Et super vestimentum meum miserunt sortem.* Quòd autem Ionas authot suæ demersionis exstitit, cùm dicit: *Tollite me, & mittite in mare.* voluntariam Domini indicat Passionem. Audi Dominum dicentem: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollit eam à me. Si me quæritis, sinite hos abire. Et cessabit mare à votis.* Punctum 6. & 21. vbi de Iona, & lignis thymis. pag. 531. 1. & pag. 380. a.

Psalm 87. Interlin. Ionæ 2. Chrysolog. Psal. 2. Ioan. 10.

Regina Austri veniet à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Iosephus lib. 8. Antiquit. cap. 6. Dicitur autem, quod & radicem balsami, quam hactenus fert nostra prouincia, ipsa Regina dederit Regi. Balsami arbor flagellatur, vt succum emittat. Punct. 19. 368 1.

Iosephus.

3. Reg. 10. *Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri, excepto eo, quod afferebant viri serata vendentes*, &c. At vero Salomoni sex millium sexcentorum sexaginta sex talentorum plumbi, sine ictuum, à Iudæis scrutatus, veterameotariisque pondus.

FERIA QVINTA POST I. Dominicam Quad. Matth. 15.

Tilman. EGressus Iesus secessit in partes Tyri, &c. Isaac apud Tilmannum: Duo sunt egressus Christi: vnus à Patre æternus: alter temporalis, quando Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quando exiuit à Patre, & venit in mundum: quandò cùm in forma Dei esset, quasi patriæ suæ fines egressus, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, & in similitudinem carnis peccati, tanquàm in partibus Tyri, & Sidonis inuentus.

Luc. 22. Ioan. 18. Egressus est Iesus trans torrentem Cedron. Cedron, torrens obscuritatis. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Tyrus, tribulatio, obsidio, angustia, & colligatio. Sidon, venatio, insidiatio, nanis indigens dicitur. Punctum 2. & Punct. 3. 4. 5. 6. 7. in Tractatu de Passione.

Et ecce mulier Chananæa. Punctum 2. De efficacia, & virtute orationis. pag. 4. 2. Item Punctum 6. de perseuerantia in oratione. pag. 21. 1. Item, Punctum 22. De fiducia in oratione. 54. 2.

FERIA SEXTA POST I. Dominicam Quad. Ioan. 5.

ESt autem Ierosolymis probatica piscina, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, &c. expectantium aquæ motum.

Interlin. Lyran. Interlin. Id est, motum Christi, & inde redemptionem. Lyranus autem: Dicunt alij, quòd illa miracula fiebant propter præsentiam ligni Dominicæ Crucis. Historia scholastica in tertio Reg. c. 26. de Regina Saba.

Quinque porticus in piscina, significant quinque vulnera in Corpore Christi. Illa dicitur Græcè, Bethesda, *domus effusionis.* Syriacè: *Domus misericordiæ.* Hebraicè, Bethsaida, *domus frugū, cibariorū.*

Vocatur *probatica*, id est, ouina: quia prope forum pecudum, siue iuxta portam ouis, vel gregis: aut quia ibi lauabantur hostiæ. Sic nos quasi lauemur in Sanguine Agni. Punctum vltimum. 463. 1.

Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate sua. Punctum 52. De perseuerantia in patiendo. 115. 2

Hominem non habeo. Ecce homo. Punctum 23. 388. 1.

SABBATHO POST PRIMAM Dominicam Quadr. Matth. 17.

ASsumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem. Socij etiam fuerunt in horto, ad orationem. Matth. 26. *Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi.* Punct. 2. 322. 1.

Interlin. Luc. 9. *Moyses, & Elias cum eo loquentes.* Interlin. De Passione. Luc. 9. Dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. 357. 2. 401. 2.

DOMINICA II. QVADRAG. Matth. 17.

ASsumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, &c. Punctum 48. Quòd gloriam præcedit passio, &c. pag. 112. 1. Item, de gloria Beatorum fuse. pag. 272. 2. & seq.

Et transfiguratus est ante eos. Punctum 30. Quòd oratio hominem transfigurat. 80. 1

Et transfiguratus est ante eos in montem excelsum seorsum. Sed quæ transformatio in Christi Passione: *Non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus.*

Resplenduit facies eius sicut Sol. Ibi verò: *Quasi absconditus vultus eius, & despectus.* Vnde, *nec reputauimus eum.* Isaiæ 53.

Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix; vel *lux. At Herodes illusit indutum veste alba.* Luc. 23. vel *splendida.* Margin. Quid innuit iste splendor, lux ista; nisi quia Christus est Sol, imò fons luminis? Certè Athanasius vbi suprà ad illud: *Si Rex Israel est, descendat,* &c. Neque item Sol suum iubar in se contrahens, pro lumine agnoscetur; nisi etiam Orbi terrarum suos radios exporrigat, & tenebras illuminet. Ita quoque & Dominus non seipsum saluauit; siquidem nulla salute indigebat, cùm esset Saluator: sed ex suis in alios beneficiis voluit Saluator declarari. Pun. 16. 362 1. Margin. Athanas.

FERIA SECVNDA POST Dominicam II. Quad. Ioan. 8.

EGo vado, &c. *Et in peccato vestro moriemini.* O malum, cùm Deus ob peccatum recedit ab anima. Fusè de peccato. 306. 1. & seqq.

Tu quis es? Dicit eis Iesus: Principium, qui & loquor vobis Principium, & finis; primus, & nouissimus; α, & ω. Qui incepit, & perficiet. Punctum 35. 459. 1.

Cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Exod. 3. *Ego sum, qui sum.* Philip. 2. *Humiliauit semetipsum*, &c. *Propter quod & Deus exaltauit illum.* Vide Punctum 14. 354. 1.

FERIA TERTIA POST Dominicam II. Quad. Matth. 23.

SVper cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Cælius Rhodiginus lib. 5. cap. 9. de Pharisæis: Porrò quies, supérque iis erat super angustis tabulis, aut etiam spinis, vel lapidibus, ad comprimendas corporis, ac sensuum titillationes. *Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquàm Scribarum, & Pharisæorum*, &c. Cæl. Rhod. Matth. 5.

Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Punctum 20. De hypocrisi. 43. 2

Dicunt, & non faciunt. In Præfatione, De verbo Dei.

Dilatant enim phylacteria sua. Dictum erat eis Deuteron. 6. *Ligabis ea (verba, scilicet, legis) quasi signum in manu tua; eruntque, & mouebuntur inter oculos tuos* Scribebant legem in membranis, & pro corona illas portabant. *Phylacterium*, munimentum, antidotum, quo munimur aduersùs venena. *Phileteria* item planta est spinosa. Lud. Rhodigin. Philetæria autem planta est spinosior, quam & rhamnum dicunt. Sunt, qui ex hoc impactam Christo coronam velint. Punct. 21. Quæ spinæ amuletum sunt contra peccati virus. 380. 2. Deuter. 6. Lud. Rhod.

Et magnificant fimbrias. Hieronymus ibidem: Superstitiosi magistri captā es auram popularem, atque ex mulierculis sectantes lucra, faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant: vt, videlicet, ambulantes, & sedentes interdum pungerentur, & quasi hac admonitione retraherentur ad officia Domini, & ministeria seruituris eius. Audistis, propter quod ista faciunt, ex Hieronymo. Hieron.

Opera eorum nolite facere, vel illa intentione: sed videte, quomodo Christum in spinis ponunt. *Cum scorpionibus habitas.* Scorpio, herba spinosa. En Ezech. 2.

ab istis *Candidus, & rubicundus*, in rubi conditus spiuis, sanctus sentibus: circuncingitur lumis lumen, & dumus aurea dumis. Isti tribulos tribuunt, veptésque: prehendunt arietem. Punct. 21. 380.2. (Cantic. 5.)

FERIA QVARTA POST Dominicam II. Quad. Matth. 20.

A*Scendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secretò, & ait illis.* Vt suprà in Dominica Quinquagesimæ.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi. Chrysostomus homil. 35. Operis imperfecti: Contulit se Diabolus ad consueta arma mulierum, vt sicut Adam per mulierem spoliauit; ita istos separet per matrem. Sed iam non poterat per mulierem proditio intruire in Sanctus: ex quo de muliere salus cunctorum processit. Punctum 9. pagina 343.1. Mulieres quot mala faciunt.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Cur ergo dicit: *Transeat à me calix iste?* A me, scilicet, in meos. *Calicem quidem meum bibetis.* Glossa: Vt Iacobus ab Herode truncatus: & Ioannes in feruentis olei dolium missus, & in Pathmos relegatus. Punctum 3. & 4. 327.1. & 329.1. (Glossa. Act. 10.)

FERIA QVINTA POST Dominicam II. Quad. Luc. 16.

H*Omo quidam erat diues.* Fusè de diuitiis, Puncto 66. 137.1.

Et epulabatur quotidie splendidè. Fusè de Gula Puncto 92. 172.2

Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, Christus indutus purpura per contemptum. Purpura, animal est, cuius sanguine pannum tingunt. Punctum 2. 322.1

Et bysso. Vestis alba, qua indutus fuit Christus ab Herode spernente. Punctum 16. 362.1

Lazarus vlceribus plenus Cui similem illum puto, qui cæsus sæpiùs à Iudæis, ad patientiam credentium, & vocationem Gentium, vlcera sui corporis lambenda quibusdam velut canibus offerebat: quia scriptum est: *Conuertentur ad vesperam: & famem patientur vt canes.* Ambrosius in Lucam, lib 8. (Psal 58. Ambros.)

Cupiebat saturari de micis. Quod agnouit Chananitis illa mysterium: *Nam & catelli edunt de micis,* &c. O felicia vlcera, quæ perpetuum excludunt dolorem. O vberes micæ, quæ repellitis ieiunium sempiternum; quæ colligentem pauperem æternis expletis alimentis.

Et nemo illi dabat. Puncto 82. Cupidi sine misericordia. 159.2. Suprà, & infrà fusè de eleemosyna.

Eleuans oculos suos, cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius. Punct. 143. Antithesis Inferni, & Paradisi. 270. 2. de Inferno fusè pag. 265.2. ad 276.1.

Intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam. Petrus Cellensis excellens lib. de panibus, cap. 25. Sed parum petiit; & ideò fortè non impetrauit: quia non in aqua, sed in sanguine flamma infernalis extinguitur. Plenam itaque manum Sanguine Redemptoris, non extremum digitum in aqua tinctum exposcat. Tingat digitum in locum clauorum, & mittat manum suam in latus Saluatoris. Quòd si causaris sanguinis copiam deesse; & ideò digitum non posse tingere; ecce Agnus anniculus; ecce vitulus saginatus iugulatur, & occiditur. (Pet. Cell.)

FERIA VI. POST II. Dominic Quad. Matth 21.

H*Omo erat paterfamiliâs, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei.* Punctum 97. De Angelo custode. pag. 175. 2. Item de beneficiis in Punctu 40. pag. 102.1. & seqq. fusè.

Hic est hæres venite, occidamus eum. Hieronym. Manifestè Dominus probat, Iudæorum Principes, non per ignorantiam, sed per inuidiam, Dei Filium crucifixisse. Mala inuidia Punct. 25. pag. 394. & sequent. (Hieron.)

Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Glossa. Marcus mutat hunc ordinem: Occiderunt, & eiecerunt extra vineam. Quasi vile cadauer. Vnde Augustinus tract. in Psalm. 63. vers. 2. Ipse Pilatus occidit: & vos, ô Iudæi, occidistis. Vnde occidis? Gladio linguæ: acuistis enim linguas vestras, & quando percussistis, nisi quando clamastis: Crucifige, crucifige? Et ita Euangelia concordantur, quæ dicunt Marc. 15. *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Hieronymus: Milites crucifixerunt eum: quod factum est hora quasi sexta secundùm Ioannem: sed priùs Iudæi hora tertia crucifixerunt eum, qui magis dicendi sunt eum crucifixisse, quamuis nitantur hoc dissimulare. Quasi dicat: Penè mortuum educunt; priùs ob tormenta linguæ; verborum, scilicet, & verberum: posteà ductus est foras semiuiuus. Vide Puncta 26. & 27. 395.2. & 399.2. (Glossa. August. Marc. 15.)

SABBATHO POST II. Dominicam Quad Luc. 15.

P*Roferte stolam primam citò. Operuisti omnia peccata eorum.* Hieronymus: Virtutibus operuisti? & proptereà peccata non parent. Iniquitatem operuisti iustitia, impudicitiam castitate, nigredinem candore. (Psal. 84. Hieron.)

Adducite vitulum saginatum, & occidite, &c. Chrysolog. serm. 5. Occidit vitulum saginatum: illum, de quo Dauid cantabat: *Et placebis Deo, super vitulum nouellum, cornua producentem, & vngulas.* Occiditur vitulus patre sic iubente: quia Christus, Dei Filius, occidi sine Patris voluntate non poterat. Audi Apostolum: *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro omnibus nobis occidit illum.* In Prologo de Passione, pag. 317. & Punct. 25. 393.2 (Psal 68.)

Nunquam dedisti mihi hædum. Punct. 33. 453. 1.2.

DOMINICA TERTIA quadragesimæ. Luc. 11.

E*Rat Iesus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum.* De confessione in Puncto 25. pag. 61. 1. Item, Punctum 162. Peccatum efficit hominem cæcum, surdum, & mutum. pag. 312. 2. Item, Peccatum fœcundum est. 308.1.

Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Tenete eum, & ducite cautè, tutò, securè. Margin. Quàm mala custodia Hebræorum: vide, quomodo ponunt eam ad sepulcrum, & ad Verbum crucifixum ab eis: *Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes Iesum. Iube ergo custodiri sepulcrum. Ite, custodite, sicut scitis.* Vnde Chrysologus serm. 75. Custodiebant crudelitatis studio, non pietatis obsequio. (Marc. 14. Margin. Matth. 27. Chrysolo)

obsequio. *Et custodiunt illud Beati, qui audiunt*
Glossa. *verbum D-i.* Ibi Glossa: E contrario damnantur Pharisæi, qui verbum Dei, nec audire, nec implere; sed blasphemare quærebant. Vide Punctum 13. de Passione. 353.1

Beatus venter, qui te portauit; & vbera quæ suxisti.
Hieron. de Perseuna. Adam de Perseuna in Eccli. 24. ad illud: *Quasi oliua.* Ignoscite, quæso, ignoscite puero, si vbera de cælo plena non deserit; si sacrosanctum pectoris virginalis sacratium non dimittit.

Isaiæ 60. *Mamilla Regum lactaberis.* O Christiane, accede,

Isaiæ 66. ad Mariam: *Ad vbera portabimini.* O
August. puati. Bernardus scit, qui hoc lacte pastus fuit verè. Prouerb. 5. *Vbera eius inebrient te.* Ideò Augustinus aiebat: Positus in medio, quò me vertam nescio: hinc pascot à vulnere, hinc lactor ab vbere.

Antipat. Thessalon. Lac vnius matris à præcipitio puerum suum reuocauit. Antipater Thessalon. lib. 1. Antholog. piè cecinit:

Puero ex altis tegulis super summam verticem
Deorsum pendenti (per casum pueris non formidatum)
Mater a tergo mammis reuocauit voluntatem:
Bis vitò puero vitam dedit lac.

Ambros. Ambrosius lib. 1. de Abel, cap. 5. Quem miserans virtus, dic, (Maria,) & casurum eitò videns, improuisa occurrit verita, ne inret moras illecebris demulcentibus mens capiatur humana, *&c.* Dicat

Isaiæ 65. Margin. illa: *Expandi manus meas tota die ad populum declinantem.* Margin. Sed Maria ob Filij mortem vulnerata: *Et tuam ipsius animam pertransibit gla-*
August. Bonau. *dius.* Augustinus: Punctura acus Christo inflicta, vulnus erat lanceæ cordi Mariæ. Bonauentura in Stimulo: Singula vulnera Filij eius, in corde suo fuerunt vnita. Tu ergo peccando iterū Filium suū

Plin. Christum crucifigis, & Matri vulnus infligis. Plinius lib. 35. c. 10. de Aristi de Thebano pictore hæc refert: Huius picturâ est oppido capto ad matris morientis ex vulnere, mammam adrepens infans: intelligitúrque sentire mater, & timere, ne è mortuo lacte sanguinem infans lambat. Certè Maria sauciata à te, est, dum peccas: & ad illius mammas adrepens eius? Sed scelus, quòd sanguinem

Hailgrin. Cardin. illius crudeliter suges, non lac, imò illud emortuum inuenies, & siccatum. Audi Hailgrinum Cardinalem in illud Canticorum 4. *Duo vbera tua sicut hinnuli.* In ingratis moriuntur, & deficiunt.

Iosephus. Peccata ergo fuge, & fuge Matris istius vbera. Nunquid legistis (ait Iosephus Hebræus lib. 2. Antiq. Iud. cap. 5.) Moysem infantulum aquis ereptum à filia Pharaonis, nunquam labra mamillæ admouere voluisse cuiusquam mulieris esteræ, cùm plurimæ tentassent, donec applicatus fuerit vberibus maternis. Vide Punctum 32. de Passione. 444.1.

FERIA SECVNDA POST III. Dominicam Quad. Luc. 4.

Ambros. *Quanta audiuimus facta in Capharnaüm, &c.* Ambrosius: Videte, quid mali inuidia afferat? Indigna propter inuidiam patria iudicatur, in qua ciuis operetur, quæ digna facta fuit, in qua

Chrysost. Dei Filius nasceretur De inuidentia optimè Chrysost. homil. 41. in Matthæum.

Fac & hic in patria tua. Sed, *non poterat ibi virtu-*
Marc. 6. *tem aliquam facere,* inquit Marcus, *propter incredulitatem eorum* Punctum 23. Quantùm Deo displiceat diffidentia. 57.2

Multa viduæ erant tempore Eliæ. Punctum 79. De fructibus misericordiæ, pag. 153.1. & infrà fusè de eleemosyna.

Medice, cura teipsum. Glossa: Est & Medicus: Gloss.
quia per ipsum omnia, quæ in cælis, & quæ in terra, sunt restaurata. Qui de se dicit: *Non est opus* Matth. 9.
valentibus Medicus; sed malè habentibus. Et alibi:
Ego sanator tuus. Vt in prima Dominica Quadragesimæ. Exod. 15.

Non missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ ad
mulierem viduam. Hæc mulier (ait Beda) mysticum Beda.
panem factura duo ligna colligit, in quo figuram Crucis exprimit, in qua nobis vitæ æternæ præparatur panis. Vide Punctum 26. de Passione. 395.2

Eiecerunt illum extra ciuitatem. Beda: Nec salutem merentur, qui Saluatorem pelluut de finibus suis. ibid. Idem.

Et duxerunt illum, vt præcipitarent eum. Beda: Idem.
Peiores Iudæi discipuli, Diabolo magistro. Ille verbo ait: *Mitte te deorsum.* isti facto mittere conantur. Et quia nondum venerat hora Passionis, fugiuit. Quòd capitur à paucis, & tenetur, voluntatis est; quòd à populo non tenetur, sed transit, maiestatis est. Sic Titus. Verumtamen, quod hic Titus.
fecit, euidenti argumento est, Iudæos nullo modo eum in Crucem agere valituros fuisse, nisi ipse vltrò in mortem sa tradidisset. Vide Puncta 5. 6. & 7. Tractatus de Passione. à pag. 331.2.

FERIA TERTIA POST III. Dominicam Quad. Matth. 18

Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe.
Corripe, quasi cor rape. August. Debemus enim August.
amando corripere, non nocendi auiditate, sed studio corrigendi. *In spiritu lenitatis,* inquit Apost. *In sibilo auræ tenuis; in commotione, non in igne.* Dominus correcturus Adamum, *ambulabat ad auram post meridiem.* Non obstrepuit, non excanduit, Gen. 3.
non fulminauit.

Disciplina tua ipsa me docebit. Heb. *Mansuetudo* Psal. 71.
ipsa me docebit. Hebr.

Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me.

Vidi visionem secundum speciem, quando veni, vt Ezech. 43.
disperderem ciuitatem. Sept. *Quando ingressus sum,* Sept.
vt vngerem ciuitatem. Vbi Hieron. Plurimam obscuritatem habet, quomodo Ezechiel ingressus sit Hieron.
vngere ciuitatem; nisi fortè illud dicamus, quòd correptio Prophetæ sit vnctio ciuitatis.

Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice Isa. 11.
eius ascendet. D. Hilar. Vt vulnus præbeat, & vulneris remedium afferat. Hieron. *De radice Iesse,* hoc Hilar. Hieron.
est, *de incendio charitatis.*

Loquimini ad petram, non percutite: *& illa da-* Exod. 20.
bit vobis aquas. Sic, sic, licèt illa sit petra durior, si blandè loquatis, lacrymas contritionis effundet. Emunctoria ex auro, *Mel, & lac sub lingua eius.* Exod. 25

Argue te. Græcè: *Erudiet te malitia tua.* Quare Ierem. 2.
de correctore non doleas: nam tuum te corripit Græcè.
peccatum. Hoc ipsum tolle, & non erit correptio.

Quæ quanta fieri debeat prudentia, Crysostomus audi: Ingreditur, inquit, Propheta, (loquitur D Chrys. hom in Psal. 50.
de Nathan:) cernit eum cum ingenti splendore, ac regio fastu sedentem, atque: Litem habeo, ô Rex, audi me. O singularem Medici sapientiam! Sumpto ferro ingressus est, vt vlcus secet: verùm illud minimè ægroto indicat, ne curationem fastidiat. Occulta illud, non sub veste; sed sub conficta narrationis inuolucro. Statim enim ingressus, non dixit: O flagitiose! ô profane! ô adulter! ô carnifex!

ô carnifex! Non apertam reprehensionem adhibet,nec sine persona quadam,ac latua verborum, libertate vtitur:verum obtectuio fetrum gerit, ac dicit:Litem habeo, ô Rex : audi me. Quid igitur Rex?Litem narra.Tum ille: *Duo viri erant in ciuitate vna:vnus diues*,&c Quid igitur? Ita accensus est Rex:existimabat enim, se alienam litem disceptare.Gladiu,inquit,morietur,atque ouem in quadruplum reddet. Tum larvam abiicit Propheta, ferrúmque detegit,& ait:Tu es,Rex, qui hoc admisisti.O sectionem,nō gladio;sed bieui coargutione, doloris sensum amputantem! Cùm enim oportebat,fabulam agebat:..ùm autem coarguendus ille fuit,statim feriit, atque vlcus abscidit; sic tamen,vt haud magnum dolorem efficeret. *Tu es Rex*. Quid igitur ille? *Peccaui Domino*. Vidésne etiam in morbo, generosi animi indolem? Non enim dixit ad eum:O miser, ô calamitose, vnde progressus,aut qua te fretus ita audacter ingressus es;atque arrogantia,& fastu totgidus, Regem vsque adeò apertè coarguere, atque insectari sustines?Verùm quid ait?*Peccaui D.mino*. Quid igitur Propheta?*Dominus quoque transtulit peccatum tuum*. Celer pœnitentia,celerior venia.Per opera Deum ad iracundiam concitasti: per verba te pœniteat. Puoct. 25. De diuina misericordia in peccatores. Vbi pro correptione nonnulla. 61.1

2.Reg.18. Correptio sedata omni animi passione fieri debet. Ioab contra Regis Dauid præceptum Absalom interfecit, ea inuidia Amasam pugione confodit.Quando corripiut eum Dauid? Vt omnem vitet propriæ passionis,aut vindictæ suspicionem, maturat,differt correptionem,simulat, dum viuit: Petr.Dam. sed in extremo vitæ articulo, Ne præteriret iustitiam, vt Petrus Damianus ait, vltionis exercuit disciplinam, imperans Salomoni filio , vt cum eo ageret iuxta sapientiam suam. Noloit corripere, cùm potuit irasci, cùm propria passione moueri: sed distulit correptionem ad tempus, quo sta, & furor omnis deferuescit;quo libido vindictæ languet ex morte propinqua.Vt aqua lutosa permota non format speculum : sic perturbatis passionibus animus iudicium rectum, & clarum non habet. Vnde Dauid tandiu distulit criminis censuram,quandiu iudicium ea passione potuit perturbari. Corripuisset quidem Ioab, quòd Amasam proditoriè necasset,& meritam criminis pœnam,vt aliàs molotties,irrogasset; quòdque Regis filium confodere ausus esset:sed, ne priuatam offensam vindicare videretur, sibique viuens non fidens, moriturus de correptione pertractat.

Procop. Exód.7. Diuinum est munus, corripere. Sic Procop. Gazeus in illud, *Constitui te Deum Pharaonis*. Habet enim,sic dixerim,aliquid Diuinitatis, & si dicere fas est,Deum sapit, qui ex officio proximum corripit:est nanque Saluator, dum diuinissimo saluandi muneri,quoad potest,incumbit.

Prouer.29. De recipienda correptione.*Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit,repentinus ei superueniet* Eccli.21. *interitus & sanitas eum non sequetur*. Item:*Qui odit correptionem, vestigiū est peccatoris*;antonomasticè, Eccli.20. eius,qui malom immobiliter apprehendit. *Quàm bonum est, correptum manifestare pœnitentiam! sic* D.August. *enim effugies voluntarium peccatum*.

6.Conf.7. August.Tu scis,Deus noster,quòd tunc de Alipio ab illa peste sanando non cogitauerim,(loquitur de ludis Circensibus:)at ille in se rapuit , mé que illud,non nisi propter se, dixisse credidit: & quod alius accepisset ad succensendum mihi; accepit honestus adolescens ad succensendum sibi, & ad me ardentiùs diligendum.

Corripe sapientem, & amabit te. Reprehensionem Prou.9. *fugiet peccator*.

Non dico tibi vsque septies; sed vsque septuagies Tertull. *septies*. Tertullianus in Orationem Dominicam: Vt legem meliùs reformaret, de Caïn septies, de Lamech verò septuagies septies vindicta requiritur.Sic nunc misericorditer donat septies, & septuagies septies.

Infernus vnum tantùm ostium habet:os abyssi, & os putei dicitur.Paradisus autem portas habet duodecim in qualibet parte. Cyrillus Ierosolymitanus catecheſi.18.Non vnam tantùm,ait,sed multas æternæ vitæ ianuas aperuit:vt omnes, quantùm in ipso est, absque impedimento illa potiri possint.Apocal.20.21. Cyrill.Ierof.

Ianitor Paradisi terrestris Cherub, qui multitudinem significat,cum gladio flámeo,vt prohibeat ingressum. Ianitor Paradisi cælestis Petrus piscator; imò, qui peccator fuit,vt peccatorum misereceret.Claues abyssi Deus habet, cælorum Petrus. Origenes: Non vnius cæli, sed multorum Origen. cælorum:vt,quod ligaueris super terram, sit ligatum non tantùm in vno cælo;sed in omnibus cælis,&c.

Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. Psal.78. Septies vult puniri illos. *Suscepit de manu Domini* Isaiæ 40. *duplicia pro omnibus peccatis suis*.Imò, *non indicabit Dominus bis in idipsum*,vel dupliciter; cùm deponis agitur.Non ita facit de gratiis: sed fructus aliquorum erit 30. aliorum 60. multorum 100. ita gloriæ.

Centuplum accipietis (Ipse Dominus ait,) sed hæc pauca: *& vitam æternam possidebitis*. Vide, quàm sit misericors Dominus, qui remittit debitum tam benignè.Ideò Ambrosius de Pœnit. contra Nouatores,quia nolebant,vt ad hanc peccatores admitterentur:potiùs dicere debuissent, omnia Deum ignoscere,etiam sine pœnitentia,quàm negare pœnitentes à Deo admitti. Ambrof.

Vnde Hieronymus: Sed septuagies septies; id est,490.vicibus:vt toties peccatum fratri dimittetet in die,quoties ille peccare non possit. Hieron.

Et quare peccatum Lamech septuagies septies puniendum erit? Idem Hieronymus? Aiunt, ab Adam vsque ad Christum generationes esse 77. secúdùm Lucam:ita & Lamech,id est,totius mundi peccatum,Christi soluetur aduentu,imò Christi Sanguine iuetut. *Qua non rapui, tunc exoluebam*. Psal.68. In Prologo Tractatus de Passione. 317. Idem.

FERIA QVARTA POST III. Dominicam Quad. Matth.15.

Quare Discipuli tui transgrediuntur , &c. De murmuratione fusè in Puncto 15. pag. 34.2. De abnegatione auditus,Punctum 115. 207.2

Non enim lauant manus, cùm panem manducant. Ita Marcus cap.7. *Pharisæi autem, & omnes Iudæi, nisi crebrò lauent manus, non manducant: & à foro nisi baptizentur, non comedunt: & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum,& vrceorum,æramentorum, & lectorum*.Vide igitur illorum iustitiam. Ioan. 18. *Et ipsi non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur: sed vt manducarent Pascha*. Matth. 27. *Non licet eos mittere in Corbonam:quia pretium sanguinis est. Pilatus autem videns,quia nihil proficeret,sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo*. Punctum 24.Ablutio manuum. 391.1. Marc.7. Ioan.18. Matth.27.

Hypocri.a.

Cruce. 399.2.
Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua
Marc.15. *in via.* Posteà illudunt indutum veste alba. Sed &
priùs *exuerunt illum vestimentis propriis, & indue-*
Ioan.19. *runt eum purpura.* Ioan. 19. *Partiti sunt vestimenta*
mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem.
Alij autem cadebant ramos de arboribus (Marc.
frondes. Ioan. *ramos palmarum,*) *& sternebant in via.*
Marc. 14. *Et ministri alapis eum cadebant,* Matth.
26. *Alij autem palmas in faciem eius dederunt.*
Matth. 13. *Ramos cadebant.* Posteà, Marc. 15. *arundine*
percutiebant.
Psalm. 90. Quid? Et vbi illud: *Flagellum non appropinqua-*
Arist. 3. Meteor. vlt. *bit tabernaculo tuo?* Philosophus ait: Virgæ cer-
nuntur Sole vel oriente, vel præcipitante: nec su-
pra ipsum, nec infra; sed ex obliquo, nec propè, nec
procul. Nunc occidente Sole, non procul; verùm
ex obliquo, & propè, & suprà, & infrà cernuntur
virgæ. *Centurio* ex aduerso. Marc. 15. *Et milites* ex
Iob 16. obliquo. *Circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit*
lumbos meos. Propè: *Ecce, qui me tradet propè est,*
&c. *cum gladiis, fustibus, facibus,* &c. Suprà: *Acce-*
perunt arundinem, & percutiebant caput eius. Infra:
Acceptam spongiam imposuit arundini, & dabat ei
bibere.
Clamabant dicentes: Hosanna filio Dauid. Posteà:
At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur. Be-
nedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel.
Matth. 21. *Benedictum, quod venit, regnum Patris. Hosanna in*
Marc. 14. *altissimis.* id est: *Saluum fac nunc, obsecro.* vel *gratia,*
Luc. 19. aut *gloria in altissimis, in excelsis.* Margin. Pax in
Ioan. 12. cælo, & gloria in excelsis. Posteà verò, *Blasphema-*
bant eum: Vah, qui destruis templum Dei. Se saluum
Syriac. *faciat. Pax Rex Iudæorum,* iuxta Syriacum. Omnia
retorquent in opprobrium, & pœnam Saluatoris.
Spinæ creatæ, vt dolorem minuant, hîc augere fa-
ciunt cruciatum. pag. 381. 1. Arundo spinas extra-
hit; hîc altiùs figit. pag. 372. 2. Lignum vitale, &
benedictum, ferale faciunt, & maledictum: sed,
quod maledictionem dabat adhærenti sibi; nunc
benedictionibus omnia replet, & est palma victo-
riæ Christi, & nostræ. 415.1.

FERIA SECVNDA POST Dominicam Palmarum. Ioan. 13.

ANte diem festum Paschæ, &c. Punctum 151.
De sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.
286 1.
Theophyl. *Quare hoc vnguentum non veniit trecentis dena-*
riis? Theophylactus: Iudas, cùm esset auarus, re-
prehendit honoris modum. Quare enim non
obtulisti pecuniam, vt possem furari; sed vnguen-
tum? Iudas enim decimabat pecuniam. Punct. 1.
Triginta argenteorum pretium vile, & indignum.
Remig. pag. 320. 1. Remigius: Damnum effusi vngenti.
vult compensare pretio magistri.
Marc. 14. *Iudas Iscariotes, vnus de duodecim.* Hieronymus:
Vnus numero, non merito; nomine, non Numine;
corpore, non animo.
Matth. 26. Glossa. *Abiit.* Gloss.: Non inuitatus, non coactus; sed
sponte: pretium quoque in voluntate ementium
posuit, quasi vilis mancipij. Vide Punctum 1. Tri-
ginta argenteorum pretium vile, & indignum.
32 .1.

FERIA TERTIA POST Dominicam Palmarum. Marc. 14.

ABiit ad summos Sacerdotes. Glossa: *Et post-*
quàm exiuit, intrauit in eum Satanas. Hîc nox
nocti indicat scientiam. Vnumquodque animal ad Psalm 18.
sui simile iungitur. Maria currit ad Apostolos, vt
dies diei eructet verbum: Iudas ad Iudæos, vt nox
nocti indicet scientiam. Punct. 5. Gladij, & fustes.
331.2.
Vt proderet eum illis, dicens: *Quid vultis mihi*
dare, & ego eum vobis tradam: Matthæi 26. Vnde
Anagramma de Iudas.
IVDAS ISCHARIOTES.
AH SIC TRADIS IESVM?
Issachar est merces. Et fuit Iudas ex Tribu Issachar,
cui tale cognomen ex ipso quoque facinore opti-
mè conuenit: nam mercede vendidit Christum. Et
Glossa in Matthæum: *Tunc abiit.* Quarta feria Glossa.
congregati sunt Principes Sacerdotum, &c. Iudas ac-
cessit, vt venderet Magistrum. Et hoc ostendit pro-
phetia Isaiæ, quæ legitur quarta feria, vbi dicit: Isaiæ 62.
Ecce merces eius cum eo. Punct. 1. Triginta argen-
teorum pretium vile, & indignum. 320.4.

FERIA QVARTA MAIORIS Hebdomadæ. Luc. 22.

FActus est sudor eius, sicut gutta sanguinis. Græ- Græc.
cè, grumi. Vnde Leuitici 4. *Cumque intinxerit* Leuit. 4.
digitum in sanguine, aspergit eum septies contra ve-
lum Sanctuarij. Glossa: Quia Christus carnem Glossa.
suam sanguine Passionis cruentauit. Verè septies,
vt notat D. Bernardus lib. de passione, cap. 36. & Bernard.
37. Vide prologum, pag. 317. & Punctum 4. Agonia
& sudor sanguineus, 329.1.

FERIA QVINTA IN COENA Domini. Ioan. 13.

COepit lauare pedes discipulorum. Leuitici. 4.
Omnem autem reliquum sanguinem fundet in
basim altaris. Glossa: Infimos homines signant.
Iudic. 19. *Postquàm lauerunt suos pedes recepit eos*
in conuiuium.
Genes. 24. *Dedit aquam ad lauandos pedes came-*
lorum, & virorum, qui cum eo venerant, & appositus
est in conspectu eius panis.
Genes. 18. *Afferam pauxillum aquæ, & lauentur*
pedes vestri. Tertullianus: Abrahami fidem in pe- Tertull.
des ad probationem, quòd ipse esset, ablui, reddens
in filiis ius hospitalitatis, quod aliquando illi fe-
nerauerat pater. *Et requiescite sub arbore.* Infrà
Interl. Sub Cruce. *Ponamque bucellam panis* Mar- Interlin.
ginal. *Panem bucceis. Et confortetur cor vestrum, posteà* Margin.
transibitis.
Abdias: *Viri pacis tuæ, qui comedunt tecum, po-*
nent insidias subter te. Punctum 6. Iudæ proditio.
332.1.

FERIA VI. IN PARASCEVE. Ioan. 19.

ET inclinato capite tradidit spiritum, Vide Pun-
ctum 36 super hæc verba. pag. 461.1.
1. Reg. 11. *Hodie fecit Dominus salutem in Israel.*
Genes. 49 *Collegit pedes suos super lectulum* (Cru-
cis,) *& obiit.*
2. Reg. 18. *Hodie nolo te nunciare: filius enim Re-*
gis mortuus est.
Exod. 24. *Erat gloria Domini, quasi ignis ardens* Cyrill.
super verticem montis in conspectu filiorum Israel.
Cyrillus in Isaiæ 53. Ita vt aspectus indecorus
esset spectantibus. *Non est species ei, neque gloria.* De-
iecit seipsum. q. d. Nunc illum respiciatis. Vide
Punctum

1.Reg.3. *Samuel,Samuel,*Vt protinus surrexit!

Deut.6. *Audi, Israel, Deus, Deus tuus, Deus vnus est.*

Ambrof. Vbi Ambrof.Prima vox Dei dicit tibi,*Audi*.Non loqueretur;sed audi.

Iacob. *Sit autem,om- is homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.*

Leuit.8. In consecratione Sacerdotis extremum auriculæ sanguine victimæ tingebatur. quod sacrificium *consecrationis*,vel, *consummationis* dicebatur, quasi primus consummatæ huminis perfectionis gradus in auditione consistat.

Psal.39. *Aures aute n perfecisti mihi*.Chald. *Aures autem, ad auscultanda præcepta tua formasti mihi.*

Cant.1. *Murenulas au eas faciemus tibi vermiculatas argento*,ad ornandas,nimirum,aures, diuinisque iussionibus obtemperandum.Sic Ansel.& Bern.

Iob.42. Iob:*Dederunt eum vnam, & inaurem vnam.* Vt iunguntur! Sed quid? vt eum Dominus ditiorem faciat,inauribus onerat? Thesaurum dedit inaurium,quo intelligeret, pretiosissimum esse thesaurum autem audientem. Sic ibidem Greg. Perfectam viri Dei auditionem notat, à quo qualiter Deus in tribulationibus, siue rebus prosperis audiatur,discere possimus.

Iudic.8. Gedeon ad suos: *Date mihi inaures ex præda vestra.*

Amos 3. *Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ:sic eruentur filij Israel.*q. d.Si auricula adhuc seruata est,non omninò periit. An nun Centurio in ore leonis? Sed extremum auriculæ erutum fuit: *Videns, quia sic clamans expi-*

Matth.27. *rasset*.Ergo ad vocem credidit, inquit Bernard. Ex

Serm.28. in Cant. voce cognouit:erat enim fortasse ex ouibus eius, de quibus ait:*Vocem meam audient*.Clamor ille per aures introiuit,& eum clamare fecit: *Verè Filius Dei erat iste.* Huc faciunt plurima in Punctis de Inspirationibus. pag.177.1.& seqq.

1.Reg.17. Item, *Ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis*.1. Reg. 17. *Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus,& tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum.* Christus à Patre diligitur: quia pro ouibus animam suam posuit.Punct.17.Crucifixio. 402.1.

DOMINICA TERTIA POST Pascha Ioan.16.

Modicum,& iam non videbitis me. &c. Punct. 126.De breuitate huius vitæ, & quàm citò mors veniat. 235.2.

Tristitia vestra vertetur in gaudium, Punct. 49. Labores in requiem,tristitia in gaudium, tribulatio in gloriam conuertuntur. 113.1.

Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Punct. 148.Pro æterno præmio laborandum, &c. 276. 1. Et suprà,de securitate,ac æternitate gaudij. 272.2.

*Mulier cum parit,tristitiam habet,quia venit hora eius.Sciens Iesus, quia venit hora eius,vt transeat ad Patrem.*Hora eius, hora Passionis. Punct. 14. Nocturnæ pœnalitates. 354.1.

Ioan. 13. *Vt transeat ad Patrem*. Ioan. 13. *Quia vado ad Patrem*,Ioan.13.Vbi Glossa:Et quomodo?Scilicet,

Gloss. per Passionem.

Cum autem peperit puerum (latronem conuertens) *iam non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum.* Interlin. Id est, in

Inter. vitam æternam.Punctum 2.Tristitia, & horror in horto.pag. 327.1. Et pag. 324. 1. & Punctum 31. De Latrone. 435.2.

DOMINICA QVARTA POST Pascha.Ioan.16.

*Sed,quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.*Ioan.16.Punct.117.De abnegatione propriæ voluntatis. 215.1.

Tristitia impleuit cor vestrum.Punct. 109.Quòd possumus abnegare passiones,sed non omninò tollere. 191.2. Chrysoft.

Cum venerit ille,arguet mundum de peccato,& de iustitia tam iniusta, & iudicantes Dei filium legis transgressorem, &c.& condemnantes eum morti. pag.393.2. hom 77. Euthym.

Princeps huius mundi iudicatus est. Et,vt Interlin. ait,foras missus. Interlin.

DOMINICA QVINTA POST Pascha.Ioan.16.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo,dabit vobis.Ioan. 16. Punct. 3. Deus abundè concedit. 12.2.Item Punct.4 Quàm citò Deus exaudiat.15.1. Itē Punct.63.Quid,& quomodo postulandū.132.2. Hunc facere possunt omnia Puncta de oratione.

Exiui à Patre(per æternam generationem,velut ait Lyran.)*& veni in mundum* (per carnis assumptionem.)Christus, vt pateretur, in mundum venit,& passibilem carnem ideò accepit.pag. 369.1. Lyran.

ASCENSIO DOMINI. Marc.16.

Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Nos autem prædicamus Christum crucifixum. Hunc prædicauerunt. *Et ego cùm venissem ad vos, veni non in sublimitate sermonis,aut sapientia.Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Non librum alium legamus, quam Crucifixum: Bernardus hic ductus factus fuit. Christus liber. pag.369.1. 1.Cor. 2. Ibid.2.

Viri Galilæi,quid statis? De affectuum terrenorum euulsione, fusè a pag.147.1.

DOMINICA INFRA OCT. Ascens. Ioan.15.& 16.

Cum venerit Paracletus, &c.Disponit Apostolos ad Spiritus Sancti desiderū à suis effectibus:sed quis eos recē eat?Perductus quondā Propheta Ezechiel in cāpum, qui erat plenus ossibus aridis, siccisque vehementer,audiuit: *Fili hominis putásne viuent ossa ista?* &c. *A quatuor ventis veni, spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt,steterúntque super pedes suos exercitus grandis nimis valdè.*Quid hoc?Hugo Card.Spiritus Sancti effectus.O quàm sæpè videre est nō nullos arētes,sine vllo deuotionis humore,à quibus,si Spiritum Sanctum expectent,quæras:Neque,si Spiritus Sanctus est,audiuimus,respondebunt. Ossa arida, siccáque vehementer.Sed intret in eos aliquid Spiritus huius,vt succrescētivt reuiuiscentivt per charitatē,& amorem accedentivt per fortitudinem stabunt,vt exercitus grandis nimis valdè!O effectum huiusce Spiritus,qui mortua viuificat!*Spiritus,est, qui viuificat* Qui propterea initio quasi viuificans,vimque prolificam tribuens,*Ferebatur super aquas*,vel *volitabat*, aut *incubabat*, fine *insufflabat* super aquas, &c.*Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Ezech.37. Hugo Card. Ioan.6. Geo... Hebr.

Vita spiritus viuificat, vt qui non nisi vita carnis viuebat, vita spiritus viuat, adeò vt de aliquibus illud dici possit: *Vos in carne non estis, sed in spiritu.*
1.Reg.10. Noua vita viuant. *Insiliet in te spiritus Domini, & mutaberis in virum alterum.* uam illi, qui agrestis erat, & terram tantùm colere nouerat, vt inquit
Procop. Procopius, delecto in Regem, regium animum indidit, &c. Etir aliquis, qui non nisi terrena sapiat,
Isaiæ 40. &c. intrat Spiritus, & terram calcat. Isaias: *Mutabunt fortitudinem.* Iuxta alios: *Renascentur alÿ.*

An non alij, qui non nisi priùs vita carnis viuebant, nullisque tentationibus resistebant; vbi hic Spiritus in eos intrat, fortes fiunt, resistunt omnibus! *Irruit Spiritus Domini in Samson, & dilaniauit*
Iudic.14. *leonem.* Petrus ante hunc Spiritum vt timidus! qui dum mortem timuit, vitam negauit? Sed, &c. *Sedete hic, donec induamini virtute ex alto.*

Hunc Spiritum his diebus exoremus: *Emitte*
Psal.103. *Spiritum tuum, & creabuntur* (nouæ cogitationes, noua opera:) *& renouabis faciem terræ. Qui dat fla-*
Isai.42. *tum populo, qui est super terram, & Spiritum calcantibus eam.* Vbi Irenæus: His solùm dat Spiritum, qui terrena desideria calcant. *Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Spiritus, quem mundus* (amator mundi) *non potest accipere.*

Serm.6. de ascens. Bern. ad illud: *Nisi ego abiero, Paracletus non veniet ad vos.* Grande mysterium, inquit. Itáne inuisa Paracleto præsentia Christi, aut contubernium dominicæ carnis? Quid ergo est, *Nisi ego abiero*, &c. quàm, Nisi carnis præsentia vestris subtrahatur aspectibus, spiritualis gratiæ plenitudinem occupata mens non admittit, non recipit animus, non capit affectus. Audeat ergo quis, de cætero phantasticis quibusdam illecebris deditus, sectans lenocinia carnis suæ vtique peccatricis genitæ in peccatis, assuetæ peccatis, in qua denique bonum non est, illum pariter expectare Paracletum? Audeat, inquit, qui carnem fouet, carnem sapit, illam nihilominùs consolationem supernæ visitationis expectare? Errat omninò, si quis cælestem illam dulcedinem huic cineri, diuinum illud balsamum huic veneno misceri posse arbitratur, &c.

Paremus nos igitur ad hunc Spiritum recipien-
Ezech.37. dum, semperque quotidie cum Apostolis exoremus:
Cant.c.4. *A quatuor ventis veni, Spiritus.* Vbi Galfridus: A duobus expectabat, & vocabat Sponsa: *Surge, Aquilo, & veni, Auster.* Nam ex timore iudiciorum
Isa.26. concipitur spiritus: *A timore tuo, Domine, concepimus*, &c. Item ex desiderio, & affectu quasi ab Austro venit, &c. Venit etiam ab Oriente beneficiorum Dei; & ab Occidente, hoc est, dolore peccatorum: ab his hic spiritus euocandus.

Psal 67. O nos felices, si hunc spiritum acceperimus!
Alij. *Pluuiam voluntariam.* Alij, *Liberalitatum, charismatum,*
3.Reg.18. *donorum*, &c. Hanc cum Elia petamus, *Qui pronus in terra posuit faciem suam inter genua sua, & ecce nubecula, &c. & facta est pluuia grandis.* Huc facit Punct.6. 21.5.

Interlin. Item, *Cum venerit Paracletus, &c. Ille testimonium perhibebit de me.* Interl. Quia tanto miraculo, quòd qui putabatur mortuus, resurrexisse, & viuere probatus est, Christus ideò voluit resurgere cum cicatricibus, vt probaret, eum tandem esse: qui passus fuerat, & in cælis semper habebit, & in iudicio ostendet. Punct 37. De quinque plagis. 463.2.

DOMINICA PENTECOST.

Ioan. 14

D.Greg. *ET ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Greg. Pensate, Fratres charissimi, quàta sit ista dignitas, habere in cordis hospitio aduentum Dei: sed, quid est, quòd in quorundam corda venit, & mansionem non facit, nisi, quia per compunctionem quidem Dei respectum percipiunt; sed tentationis tempore hoc ipsum, quo compuncti fuerant, obliuiscuntur, sicque ad perpetranda peccata redeunt, ac si hæc minimè planxissent? q. d. Receperunt quidem, vt credi potest, Spiritum Sanctum; sed veluti Saül in extrema ciuitatis parte perunctus, gratiam proiiciendi acceperunt.

Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum. Bonau. Sap.1. peccatorem, hypocritam. *Et auferet se à cogitatio-* Bonauen. *nibus, quæ sunt sine intellectu.* Galfridus: Cogitatio Galfrid. sine intellectu carnalis est & sæcularis, sola animo versans visibilia & caduca, quales in gremio Dalilæ fuerunt cogitationes Samsonis, à quo postea Hugo Card. Spiritus recessit. *Et corripietur.* Hugo Card. id est, expelletur *à superueniente iniquitate*: non enim recedit, subdit Hugo, nisi expulsus.

Heu Deum percupidum commorandi in anima, ab anima expelli! Apud D.Lucam, vbi dixit Deus, Luc 11. *Quantò magis Pater vester de cælo dabit Spiritum* Iud.Clar. *bonum*, vel, vt transfert Isid.Clar. *Spiritum Sanctum petentibus se?* Intulit illud de [illegible] mundo spiritu: *Cum immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui.* Sed heus tu, nescis hospitem Deum? Beda: Timen- Beda. dus est iste versiculus, non exponendus: apud quosdam hospes quidem est Deus; sed vix vnius diei. *Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam*, &c. quis enim iam domo eiecit? humana instabilitas, & inconstantia. Quid mirum, si, vt benè notat Bonauen. D. Bonauen. in Luc.11. regrediens ille assumpsit secum septem alios spiritus nequiores, vt quæ Spiritum Sanctum cum suis donis eiecerat septem malos spiritus cum suis viriis inhabitantes habeat? Quæ vitia Bonauen. dicit opposita donis Sancti Spiritus: opponitur enim sapientiæ luxuria, intellectui gula, consilio auaritia, fortitudini acedia, patientiæ ira, pietati inuidia, timori superbia, &c.

Vt Dauid peregrinæ concupiscentiæ locum de- 2.Reg 12. dit! Vt proptereà plorauit in Psal cuius est titulus: Psal.50. *Psalmus Dauid, cum venit ad eum Nathan Propheta, quando intrauit ad Bethsabee. Cor mundum crea in me, Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.* D. Hieron. *Et spiritum stabilem innoua in vi-* D.Hier. *sceribus meis.*

In Gen. *Non permanebit spiritus meus in homine* Genes.6. *in æternum*, (vt ego cuperem,) *quia caro est*, quod est, instabilis, & inconstans. Quotidie patet. Videbis illum hodie magno cum spiritu, &c. Sed quid? Ab- Abdiæ 1. dias: *Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma* (Iacob, & Ioseph, luctator, & accrescens,) sed. *Et domus Esau stipula*, quæ mox extinguitur. *Miseri-* Oseæ 6. *cordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens. Nubes, & ventus, & pluuia non se-* Prouer.25. *quentes; vir gloriosus, & promissa non complens.* O quanta promittit ille, ô quàm pauca complet! *Dilexerunt eum in ore suo: & lingua sua mentiti sunt ei: cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testam nto eius.* Hebr. *Nec permanse-* Hebr. *runt in pactio eius.* Humana, videlicet, inconstantia.

Quam videte est in filiis Israël sub tyrannide Pharaonis clamantibus, adeò vt dixerit Deus: *Cla-* Exod.3 & 16. *mor filiorum Israel venit ad me.* Sed mox egressi: *Vtinam mortui essemus in Ægypto, quando sedebamus super ollas carnium.* Neque hîc eorum inconstantiæ finis. Deficit aqua; at Deus: *Loquimini ad petram*, vt, scilicet, petentiratis certos redderet.

Num. 11. Egent pane, pluit manna: sed mox: *Anima nostra iam nauseat.* Coturnices voluntatis etiam replentur ad nauseam. Vnde indignatus Dominus pro hac insatiabili inconstantia, *Percussit populum plaga magna nimis; vocatúsque est locus ille, sepulcra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum, qui desideraverat.* q. d. Hic tandem iacent, sepulcræque sunt humanæ inconstantiæ, instabilitatésque cordis humani.

Plerisque Psalmis titulus est: *Pro his, qui commutabuntur* Alij: *Pro lilijs.* Symmac. *Pro folijs.* O quàm olet lilium! ô quam candidum! sed tactum, penè dixerim, conspectum, vt languet, vt odorem amittit! *Pro folijs*, quæ ad omnem vel tenuem flatum mouentur. *Video homines, sicut arbores ambulantes.* Chrysol. Chrysol. arbores, ac frondes ait vocari ob inconstantiam. An non frons, foliúmque Dauid ad mollem auram consolatio illo perflantem? qui tamen Psal. 30. priùs dixerat: *Ego dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternum.* Et *in te, Domine, speraui, non confundar in æternum.* cui Psalmo titulus est: *Pro ecstasi.* Quid? paulò antè in ecstasi; nunc in carne, infixus in limo profundi? Humana fragilitas, Psal. 50. Hebr. & inconstantia. *Et spiritu principali*, vel *potenti confirma me.*

O quàm benè, *potenti*! Hinc, Fratres mei, tam fragiles, támque debiles sumus, vt nulli passioni resistere valeamus: quia potenti hoc spiritu con-Iudic. 14. firmati non postulamus. *Irruit Spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem quasi hædum in frusta discerpens.* Idem vincula dirupit, stragémque Phi-Iudic. 15. listhæorum edidit: qua virtute? *Irruit Spiritus* Iudic. 6. *Domini in eum.* Sic, vbi *Spiritus Domini induit Gedeon*, vniuersos Dei hostes profligauit: & mox, *vt* Iudic. 11. *factus Spiritus Domini super Iephte*, Ammonitas Iudic. 16. inuasit. Idem Samson statim ac cæcus orauit: *Restitue mihi, Domine, fortitudinem meam.* & columnas concussit, & templum Dagon euertit, & inimicos occidit. O si hoc Spiritu indueremur! ô si hic Spiritus Domini in nos irrueret! vt difficultatum vincula solueremus! vt hostes omnes profligaremus! vt idola euerteremus!

Dum *Samuel offerret holocaustum, Philisthiim inire* 1. Reg. 7. *prælium contra Israel. Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à filiis Israel: egressíque persecuti sunt eos vsque Bethcar. Tulit autem Samuel lapidem vnum, & posuit eum inter Masphath, & inter Sen, & vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij; dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis Dominus. Et humiliati sunt Philisthiim, nec apposuerunt vltrà, vt venirent in terminos Israel.* Appositissima rei figura. Verus Samuel, Christus; Philisthiim, inuisibiles inimici; bellum, tentationes; sacrificium, Agnus immaculatus. Vbi seipsum Christus obtulit. *Factus est repentè de cælo sonus, tanquàm aduenientis spiritus vehementis.* & ecce hostes fugantur vsque Bethcar, hoc est, Hebr. *domum agni*, vel *domum cognitionis. Lapis, lapis adiutorij. Hucusque auxiliatus est nobis Dominus*, &c. Huc facit Punct. 31. pag. 82. 1.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Pax Rex Iudæo- Ierem. 6. *rum*, iuxta Syriacum. Sed isti dicunt: *Pax, pax, & non est pax*; sed potiùs bellum *in die belli.* pag. 332. 1.

Ipse enim est pax nostra, qui nobis dat *pacem super pacem.* Pax à Passione Christi nobis prouenit.

FERIA II. PENTECOSTES.

Ioan. 3.

SIc Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum (& Spiritum Sanctum Paracletum) *daret.* Quid vltrà? O incendia amoris, & charitatis! *Et* Abdiæ 1. *erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma. Ignem* Luc. 12. *veni mittere in terrã, & quid volo, nisi vt accendatur?* Psal. 17. *Ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.*

Sed, quid est, quòd cùm hisce diebus totus ardeat mundus, nos calorem hunc maximum non sentimus? Inflammat Orbem in spiritu ignis, & in spiritu ardoris; nec est, qui se abscondat à calore eius: nos soli frigidi sumus: nos soli Salamandræ infelices circumcincti flammis flammas haudquaquam sentimus. Verè, verè non flante Deo, sed Dei inimico, concrescit in nobis gelu, geláque crystallus. O, ô, vbi illa incendia, quæ primitùs in quorundam corda ardebant! Heu, *Et erunt populi quasi* Isai. 33. *de incendio cinis.* ô incendia Apostolorum! Quid erat illud, omnia relinquere, seséque penitùs denudare, nisi hoc sancto incendio vri? Quid erat pellẽ exuere, nisi tanto Spiritus Sancti igne æstuare, vt pellem ipsam faceret abiicere? *Ossa mea, sicut cremium, aruerunt.* Sic posteà Laurentius, sic Franciscus, sic Catharina, sic Philippus. *Et factus est in* Ierem. 23. *corde meo quasi ignis æstuans, clausúsque in ossibus*, (propterea circa hoc cor ruptis, ac dilatatis:) *& defeci ferre non sustinens.* O amoris incendia!

Et tamen ea nos minimè sentimus. Vbi Domi- Exod. 19. nus super montem Sinai descendit, mons fumigare cœpit; sic vbi Spiritus adest, feruor apparet. O nos miseros, qui nec caloris scintillam emittimus: quia, videlicet, eam non habemus! Tandiu, scilicet, 2. Mach. 1. in Babylonia demorati sumus, vt igniculus contutatus aqua adeò crassa effectus sit, vt accendi nequaquam posse videatur. Primò illi locum non inueniebant: sic fieri non posse videtur, vt locum, modúmque inuenire sciamus, quo aliquid spiritus, & caloris concipiamus. Tum *culpant eos Ieremias dixit, quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem*, &c. Tandem aqua crassa inuenta Ibid. c. 2. est, qua respersi lapides ignem conceperunt. *Iussit lapides maiores perfundi: quod vt factum est, ex eis flamma accensa est.* Nos adhuc congregata congregatione frigidiores, duriores lapidibus sumus. Illi in venis ignem habent; nos in corde scintillam non habemus?

Memini me legisse, cuiusdam Regis cadauer penitùs concrematum; cor tamen nunquam concremati potuisse. Rem demirari, cor illud veneno in- Bernard. fectum repererunt. Bernardus: Errat, errat omninò, si quis diuinum hoc balsamum (cælestem hunc ignem) huic veneno misceri posse arbitratur.

August. O ignis, ô ignis, qui semper ardes, & August. nunquam extingueris, accende me. Huc facit materia de Beneficiis, per quæ cor nostrum accenditur, ac inflammatur. pag. 280. 1.

Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret. In mortem, in manibus inimicorum. *Filius datus est nobis* ex amore, & seipsum dedit Iu- Isaiæ 9. dæ, & Iudæis. In Prologo. pag. 317. & Puncto 6. Iudæ proditio.

FERIA III. PENTECOSTES.

Ioan. 10.

QVi autem intrat per ostium, &c. Ego sum ostium. August. Augustinus de verbis Domini, serm. 49. Intrat per ostium, qui intrat per Christum, qui imitatur

passionem

[illegible] ... pag. ... latere arcæ, plaga lateris Christi ... in saluationem. Punctum 37. ... 463.2.

Hunc æstimamus ... peris. Iuuat credere, ab vnoquoque hisce diebus Spiritum sanctum receptum tam copiosè diffusum, vt vere incapax ille sit, qui eum
Ioel. 2. non receperit. *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestra: senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Sed & super seruos, & super ancillas effundam Spiritum meum.*

Quid? accepistísne illum? Nescimus certè, dicetis: sed credimus, & confidimus accepisse. Rectè quidem: ergo præsentiæ eius effectus attendi-
D. Bern. serm. te. Bernard. Ea motu cordis (sicut præfatus sum)
74. in Cant. intellexi præsentiam eius; & ea fuga vitiorum, carnaliúmque compressione affectuũ, aduerti potentiam virtutis eius; & ex quantulaquaque emendatione morum meorum; & ex renouatione, ac reformatione spiritus mentis meæ, *&c.* Et paulò superiùs: Mox vt intùs venit, cœpit euellere, & destruere, ædificare, & plantare, rigare arida, tenebrosa illuminare, clausa reserare, frigida in flammare, necnon & mittere praua in directa, & aspera in vias planas, &c. Quid in vobis, Fratres? éstne vitiorum fuga? éstne carnalium affectuum compressio? quantulacumque morum emendatio? quid euulsum? quid destructum? quid ædificatum? quid plantatum in vobis? Heu aridiores, *&c.*

Proprium est Spiritus Sancti vnire: amor &
Ezech. 37. nexus est. *Accesserunt ossa ad ossa.* Vnde id, quæso, *Ingressus est in ea Spiritus.* O quàm vnanimis domus, in qua diuinus hic Spiritus adest! De hoc
Psal. 67. in Psalm. *Qui habitare facit vnius moris in domo,*
Symmac. vel cum Symmac. *Qui combinare facit combinationes fratrum inter se.* O diuinam huius Spiritus virtutem, per quam diuersarum naturarum homines combinantur!

Hoc vidit Ezechiel, currum, videlicet, à
Ezech. 1. quatuor diuersissimarum naturarum animalibus pertractum. Vnde hoc? *Vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur.* Sit ille leo, alius aquila, ille bos, hic tardus, ille celeris naturæ; ac velox in operibus suis; adsit, adsit Spiritus: combinat eos, sub Christi iugo facit vnanimes, vniusque moris in domo.

Psal. 132. *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum!* Non solùm bonum; sed iucundum. Quid? *Habitare fratres in vnum.* At, vnde hoc bonum? *Sicut vnguentum in capite, quod,* &c. Greg. Olei, vel vnguenti nomine ipsa Spiritus Sancti vnctio designatur.

1. Reg. 16. Spiritus mali est scindere, qui proptereà concordiam tolerare nequit. Quid est, quòd percutiente cytharam Dauid, recedebat spiritus Saülis? Soluamus hac altera dubitatione. Quid est, quòd Eliseus, audita cithara, repletus est Spiritu, factáque est super eum manus Domini? nisi quia Spiritus Sanctus concordiam amat: spiritus malus concordiam non tolerat?

Et de hoc per Habac. *Facies homines, quasi pisces maris,* id est, intractabiles, ac indisciplinabiles, quales ex Arist. & Plinio, ipsóque experimento sunt pisces.

Daniel 2. Hinc damna, *&c.* Daniel. 2. statua illa ingentis magnitudinis solo lapilli ictu prolapsa comteritur. Vnde? Diuersis constabat metallis sibi inuicem vix cohærentibus, nec anima, nec spiritu informatis: quid mirum, si lapillus omnia comminuit, & cun-

Speranza Scriptura selecta.

cta in fauillam redegit? Huc faciunt, quæ adnotata sunt in Punct. 111. de charitate proximi. p. 197.1. & suprà Punct. 68. 139.2

DOMINICA TRINITATIS.

PRo hac Domin. facit Punctum 119. Res Dei non curiositate, ac subtilitate ratiocinationis, sed humili intellectus captiuatione intelligi. pag. 236.

Euntes ergo docete omnes gentes. Beda: Qui ante Beda.
Passionem suam dixerat: *In viam gentium ne abieritis.* surgens à mortuis, dicit: *Ite, docete omnes gentes.* Christus post Passionem magis innotuit. p. 418. 2.

Pro secundo Euang. *Estote misericordes.* faciunt Puncta de Eleemosyna à pag. 153.1. ad 167.1.

FESTVM CORPORIS Christi. Ioan. 6.

PVnctum 151. De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. pag. 286.1.

Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Viuet. In me, qui sum vita, ait Interlin. & Christus in Interlin.
nobis manet: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi,* in Sacramento Altaris. Quotidie in Altari immolatur sacrificio illo incruento, vt ille iniunxit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. Lyran. Quia Eucharistiæ consecratio, est quædam Dominicæ Passionis rememoratio: vnde Paulus: *Quotiescumque manducabitis Panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Et Ecclesia canit: *O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis eius.* Semper igitur in memoria retineamus Christi Passionem. Punctum 27. Crucifixio. 399.2.

Matth. 28. Luc. 22. Lyran.

DOMINICA INFRA OCT. Corporis Christi. Luc. 14.

PVnct. 152. De præparatione, ac impræparatione accedentium. 288.1.

Misit seruum suum hora cœna, &c Glossa: Christo enim immolato, introitus regni patet. Passio cælum aperit. 398.2. Glossa.

Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. O imprudentiam! Emit, & ignorat, quid emat. Non nisi probi verè prudentes. Arist. Lumen prudentiæ ex 6 Ethic. 12.
Sacramentis, Deique seruitio. Prou. 31. *Considerauit agrum, & emit eum.* Non emit, & postea considerauit. At vnde hoc lumen prudentiæ? *Et panem otiosa non comedit.* Prouer. 31.

Mensa panum propositionis coram candelabro.

Introduxit me in cellam vinariam. Chald. *In domo gymnasij doctrina. Et cognouerunt eum in fractione panis.*

Sapientia clamitat, &c. *O insipientes, venite, comedite panem.* Punct. 151. Quòd Sacramentum intellectũ illuminet. p. 28- 1. Item, *Iuga boum emi quinque.* Punct. 113. De abnegat. sensuum. 106.1. & seq. Cant. 2. Chald.

Villam emi: & necesse habeo exire, & videre illam, Iste vadit videre agrum: Simon autem rure veniens Crucem portat. *Apprehenderunt quendam Simonem Cyrenensem venientem de villa,* &c. Luc. 23. vbi Glossa: Sed Simon venit de villa, id est, de pago, à quo pagani, qui à ciuitate alieni, vrbanæ sunt conuersationis ignari. Sed Simon pago egrediẽs Crucẽ Luc. 23. Glossa.

portat post Iesum, cùm populi Gentium pagsnis ritibus derelictis obedientes amplectuntur vestigia Dominicæ Passionis.

Iuga boum emi quinque. Accipe tantùm iugum Domini suaue gratis: non est necesse, vt emas. Crux Christi leuis est. Punct. 26. Crucis baiulatio. pag. 395.1. Augustinus de verbis Domini serm. 33. Vide Punctum 37. de quinque plsgis. 463.1.

Exi in vias, & sepes: & compelle intrare. Sepit viam Christus spinis, vt nos reducat ad se: vnde paulò pòst dicit: *Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.* Punctum 21. Spinæ. 380.2.

DOMINICA TERTIA POST Pentecosten. Luc. 15.

Chrysol. *Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam, quæ perierat.* Chrysologus serm. 168. Pastor bonus, Pastor pius, qui in vna oue, hoc est, in Adã posuerat totum gregem generis humani: sed illa vocem Pastoris oblita, dum lupinis vlulatibus credit, & caulas perdidit salutares, & tota lethalibus est sauciata vulneribus. Et homil. seq. Christus ad ouem venit errantem; & miserandis discursibus attritam misericordibus humeris subleuauit ad cælum. & onustus pecore pio inaccessas lupis peruenit ad caulas. Punct. 21. Spinæ. 380.2.

Desertum vocat cælum, Paradisum caulam nominat: quia in eius natiuitate stabulum Paradisus effectum est; & desertum, velut viridarium: Lætare, deserta, & inuia. Ita in Passione, & morte eius Infernus Paradisus euadit: & Diabolus nolebat eum emori. Metuebat siquidem (ait de Cruce & Passione Domini Athanasius) ne secundùm illam
Ephes. 4. Scripturam ascendens in altum Crucis, captiuam duceret captiuitatem. Victus videbatur, sed extitit triumphator. Punct. 27. Crucifixio. 399.2.

Gaudium erit in cælo coram Angelis Dei, &c. Vix leguntur pœnitentes sine Angelis. In Exodo per illud desertum semper comites Angeli. In Galgalis, vt lætabatur Angelus ob pœnitentiam populi, & lacrymas, quas effundebat! In deserto ad Christum Dominum, pro nobis pœnitentiam gerenté vt Angeli accesserunt!

Numer. 28. Al. 3. Nec solùm Angelos; sed ipsam Angelorum lætitiam, Deum nostrum, lætificat pœnitentia. *Oblationem meam, & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua.* Alia litera: *Munera mea, data mea, hostias meas in odorem suauitatis obseruate, vt offeratis mihi in diebus festis meis.* Vbi Origen.
Orig. hom. 23. in Num. Habet Deus dies festos suos: est enim ei magna festiuitas, salus humana.

Vt è contrario dolet! Non est, qui agat pœnitentiam de peccato suo! O quàm pauci veri pœ-
1. Reg. 5. nitentes! Heu quorundam pœnitentia, Azotiorum pœnitentiam æmulatur: cùm enim illi vellent exoluere aliquid pro peccato, cúmque de remittenda Arca Domini cogitarent, eò quòd fieret manus Domini super eos interfectionis magnæ: inierunt consilium, & fecerunt sibi sellas pelliceas, vt, scilicet, sederent sine dolore. O delicatam quorundam pœnitentiam!

Quæ nostra est pœnitentia, Fratres, supra quam Angeli collætẽtur? Vereor, ne sit pœnitentia Saül:
1. Reg 15. *Peccaui: sed honora me coram senioribus.* Bis dixit, *Peccaui*, (quod notandum est:) nec indulgentiam promeruit, quam vnum *Peccaui* Dauid obtinuit: quia, scilicet, nunquam eum peccasse verè pœnituit: nam prima vice noluit peccator haberi, vt aduertit Bernardus: altera verò pro peccato noluit Bernard. satisfacere, quin ipsum Prophetam satisfactorem quæsiuit: *Sed nunc porta peccatum meum.* O quot huic persimiles, qui cùm peccarint, nolunt peccatores haberi, nec pro suis peccatis aliquid pati; quin Confessarios suorum peccatorum portitores volunt. O infelices acerbi funeris portitores! Hi sunt, hi sunt, qui faciunt sellas pelliceas, quíque consuunt puluillos, &c.

Veri pœnitentes, Iudic. 10. *Peccauimus: redde tu* Iudic. 10. *nobis quicquid tibi placet: tantùm nunc libera nos. Et dicentes hæc, omnia de finibus suis alienorum Deorum idola proiecerunt, & seruierunt Domino Deo.* Perfecta vndequaque pœnitentia. *Peccauimus:* (confessio:) *Redde tu nobis quicquid tibi placet:* (satisfactio:) *Et dicentes hæc, omnia,* &c. Propositum non peccandi, occasionúmque fuga. *Et seruierunt Domino Deo:* vitæ correctio, ac emendatio. Quid mirum, quòd indulgentia subsequatur? *Qui doluit super miseriis eorum.*

Verus pœnitens, statim ac peccatum cognoscit, Luc. 7. illud relinquit. Peccatrix illa, *vt cognouit*, &c. Da- 2. Reg. 12. uid mox vt audiuit: *Tu es vir ille.* statim ait: *Peccaui.* quod notat Ambros. Ille Rex tantus, ac potens, Ambros. c. 2. nec exiguo quidem momento manere penes se Apolog. passus est delicti conscientiam. Et August. Quia in August. 2. de Dauide immoderatæ libidinis non permansio, sed doct. Christ. transitus fuit, propterea etiam ab arguente Pro- cap. 21. pheta ille illicitus appetitus hospes vocatus est: at in Salomone non quasi hospes transitum habuit; sed regnum libidinis possedit. Basil. Peccauit Da- Basil. uid: sed tamen Dauid erat; hoc est, diuinæ cooperando gratiæ, statim ac peccatum vidit, à peccato recessit.

Non sic Antiochus ille, qui totus erat in pro- 2. Mach. 9. positis de futuro. *Ciuitatem optat liberam reddere.* Cur non reddit? *Iudæos æquales Atheniensibus se facturum pollicetur: templum sanctum, quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum,* &c. Cur hæc omnia in præsenti non præstat? Cur non ait: *Reddo quadruplum: Super hoc & Iudæum se facturum, & prædicaturum Dei potestatem.* Quis nunc te prohibet? O fictam hominis pœnitentiam! *Spem multam habens effugi adi infirmitatem.* En vide an mi proposita. Huc facit Punct. 107. De vera pœnitentia. pag. 180.1.

DOMINICA QVARTA POST Pentecosten. Luc. 5.

Per totam noctem laborantes, nihil cepimus. Huc faciunt plura in Punct. 29. p. 76.1. & seq. & in Punct. 110. pag. 193.1. & seq.

Duc in altum. Ad Christum ascendentem in al- Interlin. tum adde cum Athanasio paulò antè allato, in al- tum Crucis. *Cùm exaltatus fuero à terra, omnia tra-* Ioan. 12. *ham ad meipsum.* Tribulationes huius sæculi, vt vndæ sali, in altum subleuant. 357 2. c. 400. 1 c

Exi à me, Domine. Absit à te, Domine. Tunc Iesus dixit discipulis suis: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam. Chryso- Chrysost. stomus homil. 56 in Matth. Quasi dicat: Tu dicis: *Absit à te, Domine.* Ego autem dico tibi, quòd non solùm me prohibere à Passione nociuum tibi est; sed neque saluari poteris, nisi patiaris, & moriatis, & vitæ abrenunties semper. Abnegare debemus nos, ne Christum abnegemus. Cum Christo in Cruce commoriamur, & moremur. pag. 424.2. & Punct. 26. Crucis baiulatio. 395.2.

DOMI

DOMINICA IX. POST Pentec. Luc 19.

Videns ciuitatem, fleuit super illam. Fusè de lacrymis, Punctum 1. pag.1.& seq.

Videns ciuitatem, fleuit super illam. Nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: quoniam ecce venient dies: Glossa: Dies Romanæ obsidionis, & captiuitatis, &c.

Quia si cognouisses & tu, &c. & non relinquent in te lapidem super lapidem, eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. Punct.27. In eos, qui Dei misericordia abutuntur. pag.72.a. Item, de damnis, quæ infert peccatum. pag.306.1.& seqq.

Quia venient dies in te, &c. & ad terram prosternent te. Margin. *Solo æquabunt. Non relinquent in te lapidem,* &c. Glossa. Cùm Ierusalem modò sit constructa extra portam, vbi Dominus crucifixus erat, apparet illam Ierusalem ex toto fuisse destructam. Cui vnde subuersio contigerit, subditur: *Eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.* pag.391.1.

Domus mea, domus orationis est: vos autem, &c. Punctum 18. De reuerentia in oratione, cuiúsque dumo. pag.39.1.

DOMINICA X. POST Pentec. Luc. 18

Duo homines ascenderunt in templum. Pharisæo arroganti in templo similatur Iudas. Ille orat in templo: iste in templum fertur: *Peccaui tradens sanguinem iustum.* Ille recolit sua bona: iste recolit pecuniam. Ille decimas dabat: iste decimabat.

Publicano similis efficitur Petrus. Ille stabat à longè: Petrus Christum sequebatur à longè. Stabat ille timidus: iste timore negauit. Ille nolebat oculos ad cælum leuare: timuit iste Christum prædicare. Ille percutiebat pectus suum: iste tec

Glossa. Dominum negauit. Sed audi Glossam: Sicut humilis non audet appropinquare, vt ad eum Deus appropinquet; non aspicit, vt aspiciatur: premit conscientiam, sed spem subleuat: percutit pectus, pœnas de se exigit, vt Deus ignoscat: ignoscit

Matth.26. Deus, quod ille agnoscit. *Respexit Petrum: & egressus foras fleuit amarè. Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* Quia Iudas noluit pœnitere sui criminis.

Non sum sicut cæteri hominum. Quantùm Deo displiceat superbia, quámque ei placeat humilitas.

Isaiæ 66. Vt respicit Publicanum? *Ad quem respiciet Deus, nisi ad contritum spiritu?* Sept. *Nisi ad humilem?* Vt elatum hunc Pharisæum à longè, toruóque, sic dixerim, oculo cognoscit? O quanto odio elatos

Iacobi 4. Chrysost. prosequitur? *Deus superbis resistit.* Chrysost. Hoc vtitur verbo, quò vehementiùs odium declaret erga

Psal 122. superbum. Psalm. 122. *Dominus iustus concidit ceruices peccatorum*; per excellentiam, elatorum.

August. Cur ceruices? Aug. Quia superbi omnes sunt ceruicati. q. d. Plerunque manus, brachia, crura que

Psal.109. concidit; sed præcipuè ceruicem. *Conquassabit capita in terra multorum.* Alij paraphrasticè: *Con-*

D. August. 4. conf.15. *quassabit capita superborum.* August. Resistebas ventosæ ceruici meæ.

Gen.11. In Gen. vt elati, & ceruicati illi! *Faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum.* Studium, scilicet, superborum, Babylonem ædificare, hoc est, ciuitatem vsque ad contemptum Dei. Et benè superbus, turris Babel est, & confusio: quia non ordinatur, nec subditur Deo, nec potestatibus. Nunc attendite, qualiter eis Deus resistat. *Descendit Dominus, vt videret ciuitatem, & turrim, quam ædificabant filij Adam,* (quod est, filij terræ,) *& dixit: Venite, descendamus,* (quasi in persona) *& confundamus,* &c. Vere, verè superbiam comitatur confusio.

Hinc Iob: *Depone magnitudinem tuam absque tribulatione,* hoc est, iuxta D. Thumam, priusquam tibi tribulatio immittatur à Deo ad tuam humiliationem. Iob36.

Mira illa statua, vt ictu lapidis prolapsa! Lutum lapillus ille tetigit, ac omnia in puluerem redegit. *Arrogantem detestor.* Dauid frontem illius percussit, & caput abscidit. Quid sibi voluit? *Deiecit exultationem Goliæ.* Humilis femella caput Holofernis concidit, Regis illius superbiam confudit, qui nisi ab omnibus honoraretur, ab omnibus se quasi offensum vindicaturum iurauit. O superbiam! *Tu humiliasti, sicut vulneratum, superbum.* Vt percussus in capite confusus! Dan.2. Psalm. 58.

Hilarius ad illa verba, *Increpasti superbos.* Plurima, inquit, sunt humanorum vitiorum crimina: sed nulla magis prouocantia in nos iram Dei, quàm superbia. Psalm.118. Hilar.

Nec solùm Deus; sed etiam homines, quin ipsimet superbi superbos odio habent. Inter superbos semper sunt iurgia. Quanto odio superbos prosequebatur Dauid! *Ab alienis parce seruo tuo.* Chald. *A superbis libera seruum tuum.* Huc facit Punct.150. de humilitate. pag.281 & seqq. Psal.18. Chald.

Non sum sicut cæteri hominum, &c. *Ieiuno bis in Sabbatho,* &c. Punct.21. De Iactantia. 49.1.

Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare. Punct.18. De reuerentia in oratione. 39.1.

DOMINICA VNDECIMA post Pentec. Marci 7.

Adducunt ei surdum, & mutum. Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis. Christus, vt nostras loquacitates expiaret, obmutuit. Hieronymus: Genus humanum surdum fit, dum audit; obmutescit, dum loquitur in Protoplasto, &c.

Et expuens tetigit linguam eius, & loquebatur rectè. Et expuentes in eum, illudebant ei, dicentes: Aue, Rex Iudæorum. Et, vt ait Rabbi Salomon: Iudæi concitati contra Hur; quia noluit eis Deos facere, sputis suffocarunt. Abulensis hoc refert, & refutat in Exod. c. 32. q. 3 Sed verum est de hoc, quod fecerunt contra Christum Iudæi, multíque, vt aiunt Euangelistæ. Matth.26. & 27. Vide Punctum 11. Conspuratio. 351.1. Matth.27.

Solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Huc facit Punctum 115. De abnegatione auditus, vbi fusè de murmuratione, & vitio linguæ. pag.209.2.

Et surdos fecit audire. Fusè de Inspirationibus sub aurium metaphora. pag.177.2.

Et mutos loqui. Punct.25. De Sacramento Pœnitentiæ. pag.61.1.

DOMINICA DVODECIMA post Pentec. Luc.10.

Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Qui verò vident vana, non sic. Punctum 114. De abnegatione visus. 207.2.

Diliges Dominum Deum tuum, &c. Et proximum tuum, sicut teipsum. Punctum 111. vbi de proximi, ac Dei amore. 197.1.

Homo

Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho,&c. *Samaritanus*(custos) *alligauit vulnera eius, infundens oleum , & vinum.* Interlin. Calicem suæ Passionis. *Et imponens illum in iumentum suum. Vt iumentum factus sum* August.lib.2. quæst. euangel. Iumentum caro ipsius , quæ ad nos venit , in qua saucium imponit : quia peccata nostra portauit in corpore suo. Vnde Exodi 4. *Tulit ergo Moyses vxorem suam , & filios suos , & imposuit eos super asinum.* Interlin. Super asinum,qui est *asinus fortis*, qui peccata nostra portauit. Punctum 26. Crucis baiulatio. 395.2.

Interlin. Psal.72. Exodi 4.

Samaritanus autem quidam,&c.misericordia motus est.Punctum 81. De nonnullis defectibus in eroganda eleemosyna.pag.158.1.De operibus misericordiæ,videlicet,de hospitalitate. pag.167.1. De visitandis infirmis. pag.172.1.

DOMINICA XIII. POST Pentecosten. Luc. 17.

O*Currerunt ei decem viri leprosi*. De peccato, quod lepra est immunda. pag. 306. 1.& seq.

Occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt à longè,&c. *Ite, ostendite vos Sacerdotibus*. Christus ostensus à Pilato Sacerdotibus. *Exiuit ergo Iesus foras,portans coronam spineam , & purpureum vestimentum:& dicit eis:Ecce homo.* Ioan.19.

Leuauerunt vocem dicentes:Iesu Præceptor, miserere nostri. Cùm ergo vidissent eum Pontifices , & Ministri clamabant dicentes:Crucifige,crucifige eum. Quæ contrarietas!*Amici mei , & proximi mei aduersùm me appropinquauerunt , & steterunt*. Psal.37. Hieron.*Chari mei , & proximi mei, quasi contra lepram meam.*Chald.*E regione vulneris mei steterunt. Et qui iuxta me erant de longè steterunt,& vim faciebant, qui quærebant animam meam.*

Psal.37.

Vnus autem ex illis , vt vidit , quia mundatus est, egressus est cum magna voce magnificans Deum. Hic autem : *At illi instabant vocibus magnis , vt crucifigeretur. Egrediebatur foras* (Pilatus,)*& loquebatur in idipsum Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos,volens dimittere Iesum.*Luc.23.

Psal.40. Luc.23.

*Et cecidit in faciem ante pedes eius,gratias agens. Non est inuentus,qui rediret , & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.*Psalm.30. *Qui videbant me foras, fugerunt à me.Obliuioni datus sum, tanquàm mortuus à corde.* Punct.23.*Ecce homo*.pag.388.2.

Psal.30.

Nonne decem mundati sunt , & nouem vbi sunt? Punctum 156.De gratiarum actionum debito , & gratitudine,& ingratitudine. 302.1.

DOMINICA XIV. POST Pentec.Matth.6.

N*On potestis Deo seruire , & Mammonæ*. Punct. 66.Cupidi misera seruitute seruiunt diuitiis, ac proinde non sunt domini,sed serui deuincti catena diuitiarum.pag.137.2.Item,Punctum 75.Diuites sunt curis agitati.pag.144.1. suprà , & infrà fusè de diuitiis.

Ne solliciti sitis animæ vestræ , &c. Punctum 78. De affectu libero,& à terrenis euulso.147 1. Item de abiicienda rerum sollicitudine , plura in Punctis 60.61.& 62.

Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilium conuallium , nudum. *Aperi mihi , soror mea sponsa. Expoliaui me tunica mea , Superuestiuit se, & cùm aperirem dilecto , ipse discesseras.* Sed cur? Bernardus ait:Volebat animas nudas, id est , siue affectu terreno,implicatas minimè,euulsas à mundanis rebus. Punct.18.Christi denudatio. 367.1.

Cant. 5. Bernard.

Considerate lilia agri. Christus est flos campi , & lilium. Sed lilium reclusum : at in Cruce lilium expansum. pag.226.1.

DOMINICA XV. POST Pentecosten. Luc.7.

I*Bat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim : & ecce defunctus*,&c. Punct.125.De vtilissima consideratione mortis,pag.232.1.Item,Punctum 126. De breuitate huius vitæ , & quàm citò mors veniat. pag.235.2.Psalmi 9.titulus : *Pro occultis filij*. Aquila : *Pro adolescentia filij*. Hieronym. *Pro morte filij*. Adolescentia , & mors ferè idem. Fusè de morte, locis citatis.

Psal.9. Aquila. Hieron.

Et accessit,& tetigit loculum. Accessit , cùm crucifixus fuit in ligno : & inde homines resurrectionem habent. Ambrosius loquens de iuuene illo iam mortuo:Spem,ait,resurgendi habebat:quia ferebatur in ligno. Quod etsi nobis antè non proderat;tamen posteaquàm Iesus id tetigit,proficere cœpit ad vitam : vt esset indicio salutem populo per Crucis patibulum refundendam. pag.395.2.

Ambros.

Et dedit illum matri suæ. Ita nos in Ioanne dati sumus matri propriæ Mariæ : *Mulier , ecce filius tuus. Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam Discipulus in suam.* Punctum 32. super his verbis. pag.444.1.

DOMINICA XVI. POST Pentec. Lucæ 14.

E*T ecce homo quidam hydropicus*. Punctum 65. Aqua bonorum temporalium , cordis humani sitim non extingui : & quàm sit ardens hæc sitis, &c.pag.134.2.Et in seqq.fusè de auaritia.

Et ipsi obseruabant eum. Matth. 27. *Et sedentes seruabant eum.* Obserua tu , & serua , quæcunque vides,& audis iuxta crucem positus. Disce lectionem humilitatis à Magistro tuo Christo, tanquàm in cathedra sedente , ac legente. Sede & tu , vt sedendo fias prudentior.

Matth.27.

Recumbe in nouissimo loco. Christus , *nouissimus virorum*,recubuit in nouissimo loco,cùm humiliatus est vsque ad mortem. pag.413.1.

Isaïæ 53.

DOMINICA XVII. POST Pent. Matth 22.

D*Iliges Dominum Deum tuum* , &c. Aug. Cùm dicit : *Toto corde , tota anima, tota mente*.nullam vitæ nostræ partem relinquit, quæ vacare debeat,& quasi locum dare,vt alia re frui velit.

August.1. de doct. Christ.22.

Moyses ad Pharaonem : *Cuncti greges pergent nobiscum:non remanebit ex eis vngula , quæ necessaria sunt in cultum Dei nostri.* August. ad illa verba, *Holocausta in conspectu meo sunt semper.*Holocaustum, ait,est sacrificium , quod totum igne consumitur. Talia holocausta in conspectu Dei sunt semper.

Exod.10. Psal.49.

Diuisum est cor eorum , nunc interibunt. Vt perfectum , ac integrum holocaustum Dauid ! *Quid mihi est in cælo , & à te quid volui super terram?* Hebr. *Quid tecum volui in terra?* Chald. *Tecum socium non volui in terra.*

Oseæ 10. Psal.72.

Ezechiel : *Et mensus est thalamum vno calamo in longum , & vno calamo in latum.* Vbi Gregor. Qui sunt in sancta Ecclesia thalami, nisi eorum corda, in quibus animæ per amorem Sponso inuisibili iunguntur?

Ezech.40.

lunguntur? Sed angustum est stratum, ita vt alter decidat; & breue est pallium, ita vt duo operire non possit.

Cant 3. *Pone me, vt signaculum super cor tuum. Ordinauit in me charitatem.* Nonnulli ea Hebr. *Et signauit in me charitatem*, q. d. Posuit in faciem meam signum, vt nullum præter eum amatorem admit-
.Reg 5. tam. O zelotypum! Hinc idolum euertit; nec fieri potest, vt inordinatum vllum amorem admittat. *Ex toto, ex toto corde.* Vnde Augustin. Minùs te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat.

3 Reg.6. Templum illud magnificum Salomonis, non solùm intrinsecùs; sed & extrinsecùs auro contectum erat: non solùm Sanctum Sanctorum, siue interiorem oraculi partem; sed & domum ante oraculum vestiuit, & operuit auro purissimo; ipsósque Cherubim texit auro; sed & pauimentum domus texit auro intrinsecùs, & extrinsecùs: duo quoque ostia ad ingressum oraculi texit auro: *Nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur.* Quid, quòd *affixit laminas clauis aureis*? Mysticum id totum erat: *Templum Dei, sanctum est, quod estis vos.* Vndique, scilicet, aurum charitatis, in omnibus animæ potentiis intrinsecùs, extrinsecùs. O si etiam claui essent aurei, vt diceremos: Confige amore tuo carnes meas! Vt his confixus Aposto-
Rom.8. lus! Quis nos separabit à charitate Christi? &c. Vt
Psal. 62. his etiam Dauid! *Adhæsit.* Augustinus: *Agglutinata*
August. *est anima mea post te.*

O beatas animas confixas clauis non tam timoris, quàm amoris! O beatas animas transfixas sagittis charitatis, vt dicant: *Amore langueo*, vel, cum
Cant.2. Origen. *Vulnerata charitate ego sum!* Hæ, subdit
Orig. Orig. amore Dei sauciæ, diurnis desideriis, nocturnisque suspirant: aliud loqui non possunt, audire aliud non volunt, cogitare aliud nesciunt, desiderare aliud præter ipsum, vel sperare non libet. Anima in tam felici ægritudine constituta dicit optimè: *Vulnerata charitate ego sum*, & ab illo vul-
Isaiæ.49. nus accepi, de quo Isaïas: *Posuit me quasi sagittam electam.* Tali vulnere decet Deum percutere animas, ac salutaribus vulneribus sauciare.

1.Reg.20. O charas Dei sagittas! *Si dixero: Ecce sagitta intra te sunt, tu veni ad me, quia pax tibi est. Si autem dixero: Ecce sagitta vltra te sunt. vade, quia dimisit te Dominus*, vel *amandauit te Dominus.* Quod mysticè est: Si sagittæ amoris, & charitatis
August. intus in anima fuerint, vt erant in Augustino dicente: Sagittaueras tu, Deus, cor meum charitate tua. *Pax tibi est.* securitatis, atque electionis signum habes. At si vltra te sunt, si non manes in charitate, reprobationis. *Dimisit te Dominus, amandauit te Dominus.* Huc facit Punct. 58. De orationibus iaculatoriis. 125.1.

Diliges Dominum Deum tuum. Dominum. Domino huic amore, & charitate seruimus; seruis spontaneis delectatur, obsequia cordis ei placent. Mundi dominis ô quàm diuersa ratione seruire oportet! Huc facit Punct. 29. Quòd vana est omnis fiducia, quæ non collocatur in Deo, sed vel in hominibus, vel in diuitiis, vel in Principibus. p.76. 2. *Deum*, dignum omni dilectione ex his, quæ in se
Psal.49. habet, bonitatem, pulchritudinem, &c. *Tuum*: ex eo, quod tibi est. *Audi, popule meus, Deus, Deus tuus ego sum.* Qui te ab Ægyptiaca seruitute liberaui, subdit Theod. qui per mare viam aperui, qui in solitudine paui, *&c.* Huc faciunt Puncta de Beneficiis, à pag. 280. 1.

O ingratum, qui hunc Deum tuum non colis! *Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia* Ierem.2.
elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt? &c. *Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus, & cum filiis vestris disceptabo. Transite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer*, (quod
alij vertunt, *diligentissimè*,) *& videte, si factum est* Alij.
huiuscemodi. Si mutauit gens Deos suos: & certe ipsi non sunt Dij: populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum. O quoties, ô quoties idolum illud carneum, vero Deo contempto, tuo Deo posthabito coluisti!

Sed audi, quid tibi grauissimis verbis dicat Deus
Si surrexit in medio tui Prophetes, aut qui som- Deut.13.
nium vidisse se dicat, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis. non audies verba Prophetæ illius, aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrùm diligatis eum, an non in toto corde, & in tota anima vestra. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete; & mandata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est, vt vos auerteret à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit vos de domo seruitutis. Ad hæc: *Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, siue vxor, quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis vt animam tuam, clàm dicens: Eamus, & seruiamus Diis alienis. non acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, vt miserearis, & occultes eum, sed statim interficies. Sit primùm manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, & de domo seruitutis.* Tandem: *Si audieris in vna vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus* (nota semper verbum illud, *tuus*,) *dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos: Eamus, & seruiamus Diis alienis, quos ignoratis. quære sollicitè, & diligenter: rei veritate perspecta, si inueneris, certum esse, quod dicitur*, &c. *statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniáque, quæ in illa sunt, vsque ad pecora*, &c. *& sit tumulus sempiternus: non ædificabitur ampliùs*, &c.

Diliges Dominum Deum tuum. O suaue dile-
ctionis præceptum, quo peccata delentur! *Dimissa* Luc 7.
sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Vbi
Petrus Rauennas: Ama ergo, homo, Deum, & ama Petr. Rauen.
totus, vt omnia possis sine labore vincere, & delere peccata. Teneræ militiæ, & delicati conflictus est, amore solo de cunctis criminibus victoriam reportare. Pro hac Dominica facit Punctum 111 De abnegatione amoris proprij, & de proximi, ac Dei amore. 197.1.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,
&c. *Quia prior dilexit nos, & tradidit semetipsum* 1.Ioan. 4.
pro nobis. Christi charitas in Passione. Punct. 27. Crucifixio. 399 a.

Neque ausus fuit quisquam ex illa die eum ampliùs interrogare. Interlin. Sed aperte comprehensum tradunt Romanæ potestati. Quasi dicat: Postea isti dicunt, Sap.2. *Contumelia, & tormentis interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius.* Punctum. 27. Crucifixio. præcipuè pag. 405. a.

DOMINICA

DOMINICA XVIII POST Pentec. Matth. 9.

Chrysol. *Ascendens Iesus in nauiculam.* Chrysologus sermone 50. Nónne hic est, qui Petri pedibus marinos vortices inclinauit, vt iter liquidum humanis gressibus solidum præberet obsequium? Christus venit suscipere infirmitates nostras, & suas nobis conferre virtutes; accipere iniurias, reddere dignitates; ferre tædia, referre sanitates. (Morte sua vitam præstare.)

Idem. *Tolle lectum tuum.* Idem ibidem: Hoc est, porta portantem. Paralytici lectus, illi crux erat: cùm crucem portamus, portantem portamus. Punct. 26. Crucis baiulatio. 395.2.

Cùm vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Fusè de cogitationibus à pag. 28.1. ad 35.2.

DOMINICA XIX. POST Pentec. Matth. 22.

NVptiæ quidem paratæ sunt. Glossa: Omne sacramentum Incarnationis peractum est, Natiuitas, & Passio, &c.

Vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Charitate, scilicet. Gregorius: Quia es indotus Christus ad nuptias venit, quando ex charitate incarnari voluit, cum qua & mortuus est. Punct. 27. 405.2.

Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Punctum 152. De præparatione, ac impræparatione accedentium ad Eucharistiam. 288.1.

At ille obmutuit. Punctum 130 De horrore iudicij super peccatorem in morte. 243.2.

Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus, & stridor dentium. Fusè de Inferno à pag. 260.2. ad 271.1.

Multi sunt vocati; pauci verò electi. Punct. 143. De paucitate saluandorum. 270.1.2.

DOMINICA XX. POST Pentec. Ioan. 4.

ERat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Capharnaum, *villa consolationis.*
Hebr. Quis in delicijs, ac mundi consolationibus non infirmus? Vidua in delicijs viuens mortua est. Punct. 106. De sui ipsius propria abnegatione, & mortificatione. 185.2.

Abiit ad eum, & rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius. O quàm verum illud: *In tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Alij: *Correctio tua docuit orare eos.* Punct. 43. Tribulatio ad Deum adducit. 106.1. Item, Punct. 41. de Tribulationum effectibus. 103.1. & suprà, & infrà fusè de Tribulationibus.
Isa. 26.
Alij.

Descende, priusquàm moriatur filius meus. Descende de Cruce, & credemus tibi. Punctum 26. Crucis baiulatio. 395.2.

Credidit ipse, & domus eius tota. Glossa: Non alij ciues, in quo paucitas fidei Iudæorum signatur, quamuis signa viderint. In Crucifixione aliqui conuertuntur. Punct. 29. Tenebræ. 421.

DOMINICA XXI. POST Pentec. Matth. 18.

OBlatus est ei vnus. Sed Christo non inuito, vt hîc factum est: sed, *Oblatus est, quia ipse voluit.* Isaïæ 53. quamuis dicat Pilatus: *Obtulistis mihi hunc hominem.* In Prologo. pag. 317.

Iussit eum Dominus venundari. In seruum venundatus est Ioseph. Psalm. 104. Sed ab alio Iuda Psal. 104.
venúdatus est Iesus, non in seruum, verùm in mortem. Gen. 37. *Dixit ergo Iudas: Melius est, vt venundetur.* Seuerianus: Oportet venditionem Ioseph per Iudam fieri, quod & Dominus noster à Iuda venditus sit. Punctum 1. Triginta argenteorum pretium vile, & indignum. pag. 320. 1. Item, Punctum 6. Iudæ proditio. pag. 332.2. Gen. 37. Seuerian.

Procidens autem seruus ille. Hic, non seruus; sed Dominus procidit in faciem orans, & dicens: *Pater mi, &c.* Punctum 2. Tristitia, & horror in horto. pag. 327.2. Item, Punctum 4. Agonia, & sudor sanguineus. pag. 329.1.

Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Punctum 25. De diuina misericordia in peccatores. 61.1.

DOMINICA XXII. POST Pentec. Matth. 22.

CVius est imago hæc, & superscriptio. Punctum 149 De beneficiis. 280.1

Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Quomodo ergo dicitis: *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse.* Luc. 23. Interlin. Cùm ipse dixerit: *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.* Luc. 23. Interlin.

DOMINICA XXIII. POST Pentec. Matth. 9.

ECce Princeps vnus accessit ad Iesum, & adorabat eum, dicens, &c. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis. Punct. 137. De his, qui præ nimio vitæ desiderio, nimiæ sanitati student. 238.1.

Filia mea modò defuncta est. Punctum 126. De breuitate huius vitæ, & quàm citò mors veniat: 235.2.

Et turbam tumultuantem. Punctum 10. Cogitationes sunt turba illa tumultuans. 28.1.

Deridebant eum. Et deridebant eum Principes cum eis. Lucæ 23. Punctum 13. Irrisiones. 353.1. Luc. 23.


Et tenuit manum eius. Glossa: Nisi priùs manus Iudæorum, quæ sanguine plenæ sunt, mundatæ sint a morte, non resurgunt. Punctum 24. Ablutio manuum. *390.1.

DOMINICA XXIV. POST Pentec. Matth. 24.

CVm videritis abominationem desolationis. Punctum 157. Peccatum summa est abominatio. 306.1.

Stantem in loco sancto. Punctum 69. Quantùm indignetur Dominus contra eos, qui spiritum profitentur, dum videt in eis aliquid auaritiæ. 140.1.

Tunc parebit signum Filij hominis in cælo, &c. Interlin. Signum Crucis, vt videant, *in quem transfixerunt.* Punctum 37. De quinque plagis. 453.2.



INDEX
AD CONCIONES
DE SANCTIS.

IN FESTO S ANDREÆ Apost. 30. *Nouembris.*



Celesiastici 23. *Gloria magna est sequi Dominum.*

Iob 23. *Vestigia illius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ab ea.*

Gen. 32. *In baculo isto* (crucis) *transiui Iordanem* (passionis)

Iudic. 7. *Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica.*

Iudith 6. *Ligauerunt Achior* (eò quòd veritatem prædicaret) *ad arborem manibus, & pedibus, & sic vinctum de restibus dimiserunt illum* (quem filij Israël exsoluerunt; quod & populus fecisset cum Andrea, nisi orasset, ne suã impedirent passionem.)

Cant. 8. *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Ascendam* (ô qualis voluntas patiendi! Diu desiderata, sollicitè amata, &c.) *in palmam,*
Apoc. 12. (crucem: quia virtutem sanctæ Crucis agnoui:) *& apprehendam fructus eius* (gaudia Paradisi. Apoc. 12. *Et lignum afferens fructus duodecim,* id est, duodecim gaudia Paradisi.) Sic D. Thomas serm. 2. de
D. Thomas. S. Andrea. Huc faciunt Punct. 47.48.49.50.& 51. à pag. 110.1.& seqq.

3. Reg. 18. *Et ecce nubecula parua ascendebat de mari,* (à radiis oculorum iustitiæ Solis eleuata.) *Ecce cæli contenebrati sunt* (tempore Passionis.) *Et nubes, & ventus* (in die Pentecostes:) *& facta est pluuia grandis* (prædicationis.) Pro hoc themate plura in Præfat. de verbo Dei.

Matth. 4. *At illi continuò relictis retibus, secuti sunt eum.* Vtinam tu aliquando tua relinquas retia,
Iob 18. diuitiarum. Iob 18. *Misit in rete pedes suos,* mulie-
Habac. 1. rum. Habac. 1. *Congregauit in rete suum,* adulatio-
Prou. 29. num. Prou. 29. *Homo, qui blandis, fictisque sermonibus loquitur, rete expandit pedibus suis.* quæ retia nisi relinquas, incides in rete vltionis diuinæ.
Oseæ 8. Oseæ 8. *Expandi super eos rete meum.* Sic D. Thom.
D. Thom. serm. 1. de S. Andr. Pro quo facit Punct. 33. de fuga occasionum. pag. 86.2.

At illi continuo. Meritò: primò, quia continuò desinimus: *Et nos nati continuò desiuimus esse.* Sap. 5. Secundò, quia continuò veniet inobedientibus ira
Eccli. 5. illius: *Subitò venit ira illius.* Eccles. 5. Tertiò, quia continuò datur obedientibus præmium. *Ego sum:*
Isaïæ 60. *subitò faciam illud* Isaïæ 60. Loquitur de præmio Sanctorum. Quartò, quia continuò sibi irrationales creaturæ obediunt: *Arefacta est continuò ficul-*
Matth. 10 *nea.* Matth. 20 D. Thomas, vbi suprà. Pro hoc the-
D. Thomas. mate Punct. 99 Quàm gratus, & placens sit Deo, qui aures ad diuinas inspirationes habet apertas.

Matthæi 4. *Venite post me.* Erant in mari, & vocantur ad mare passionum; & è naui ad Crucis na-
Luc. 8. uem inuitantur. Vnde Lucas cap. 8. *Et ascenderunt nauiculam,* &c. Vbi Glossa: Cum Iesu nauim Glossa.
ascendit, qui signo Dominicæ Passionis imbutus, sæculum relinquere disponit.

Faciam vos fieri piscatores hominum. Rete erit verbum Dei, & è naui, vel potiùs è Crucis suggesto prædicantes, & non hærentes malo ratis; sed potiùs innixi super arborẽ Crucis, à qua portabi- Iul. Firmic.
mini in cælum. Vnde Iulius Firmicus Maternus Matern.
cap. 28. de Cruce loquens. Affixos sibi homines, Ambros.
ait, ducit ad vitam. Et Ambrosius serm. 55. religatum sibi hominem patriæ repræsentat.

Dignum sibi Dominus computauit Martyrem, quem vocauit Apostolum, dum esset in mari. Nam, si lembus magis portat, quàm feratur: ita cymba Crucis potiùs vehit, quàm sustineatur. *Tollite iugum meum super vos: iugum enim meum suaue,* vel August.
blandum est; & onus meum leue. Augustinus serm. 100. Sarcina enim Christi leuare consueuit, non premere: si enim iugum Christi subdita, & humili ceruice suscipimus, magis nos portat, quàm à nobis portetur. Si *onus* Christi *leue*; omne leue tendit sursum, quòd si dicas, vocari onus, quòd grauitet ponderet, faciliùs te in altum subleuabit: pondus, dum inclinatur, erigit massam, quæ pensitatur. Quid Crux, nisi bilancea?

Statera facta corporis,
Prædámque tulit Tartari.

IN FESTO S. NICOLAI. 6. *Decembris.*

IOb 29. *Benedictio perituri super me veniebat.* Perituri mundi, ac casuri benedictio venit super Christum, qui pretio sui Sanguinis nos redemit. Punctum 1. Triginta argenteorum pretium vile, & indignum. 310.1.

Thren. 3. *Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua.* Feria quarta, quando traditus est Dominus; & sexta, quando mortuus, infans ieiunabat: & in Palæstinam profectus, vt loca sancta Cant. 4.
veneraretur: *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem* Cant. 2.
thuris. Veni in foraminibus petræ, in Caluaria ad sepulcrum. Punctum 26. Crucis baiulatio. pag. 395. 2. Item, Punctum 27. Crucifixio. pag. 399. 2. Item, Punctum 37. De quinque plagis. pag 465.2.

Psal. 39. *In manus tuas commendo spiritum meum.* Quo pronunciato in cælum migrauit. Punctum 36. pag. 461.1.

IN FESTO S. AMBROSII. 7. *Decembris*

IVdicum 14. *Ecce examen apum erat in ore leonis, &* D. Thom.
fauus mellis. De hoc themate S. Thomas hac die.

Sapient. 7. *Inextinguibile est lumen illius.* S. Vin S. Vincent.
centius hac die, pag. 172. de hoc themate. Christi. Ferr.

pulchritudo

pulchritudo in Cruce. pag.403.1.
Quem secutus es errantem, sequere & poenitentem. Peccasti, poenitentiam age. Punctum 31. pag.435.1.

IN FESTO IMMACVLATÆ Conceptionis. 8. Decembris.

Exod.25. *Arcam de lignis Setim* (imputribilibus) *compingite*, &c. *& deaurabis eam intus, & foris.*

Isa.37. *Non ingredietur urbem hanc* (communis hostis:) *nec mittet in eam sagittam: nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio: protegámque urbem hanc propter me, & propter David servum meum.*

Ezech.43. *Ista est lex domus: in summitate montis omnis finis eius: in circuitu sanctum sanctorum est.*

Hieron. Alij. Psal.44. *Astitit*, vel, iuxta alios, *Erecta stetit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate*, &c. *In fimbriis aureis.* Hieron. *Intrinsecus fasciis aureis vestita.* Alij: *In scutulatis.* Quasi dicant: Ab ipsis fasciis, quæ nedum natam, sed conceptam ligare posseut, scutis, clypeísque protecta est. Alij: *Tota gloriosa est filia Regis intrinsecus.*

Alij. Vatab. Idem. Isidor. Psal. 45. *Deus in medio eius non commouebitur.* Unde? *Adiuuabit eam Deus manè diluculo.* Alij: *In ortu matutino.* Vatab. *Ante auroram.*

Isaiæ 54. *Fundabo te in sapphiris.* Vatab. *in carbunculis.* Carbunculus, ait Isidorus, dicitur: quia, vt carbo est ignitus, cuius fulgor nec nocte vincitur, adeò vt flammas ad oculos vibret. Fundabo te in ipsamet Conceptione, in carbunculis specialia

Apoc.21. gratiæ, tenebras, noctémque originalis culpæ fugantis. Hinc Apoc. 21 inter lapides pretiosos chalcedonium, smaragdum, berylum, topazium, cæterósque vsque ad duodecimum, carbunculus non inuenitur: quia, vt illi correspondebant duodecim Apostolis, qui omnes aliquam tenebrarum partem habuerunt; ita carbunculus perlucidus solam Virginem vndequaque, sempérque fulgentem præsignat.

Vatab. Caiet. Gen. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem*, vel, vt legit Vatab. *Ipsam mulierem, & ipsa conteret caput tuum.* Vbi Caiet. notat verbum illud in numero multitudinis, *Inimicitias*, quòd nullo amicitiæ genere amica existerit: quódque non sufficiat nobis, inimicum esse Diabolo quoad ea, quæ sunt fidei, aut speised oportear secundùm omnes partes inimicum esse, videlicet, secundùm ea, quæ sunt castitatis, abstinentiæ, liberalitatis, misericordiæ, & cæterarum virtutum.

Esther 5. *Non pro te, sed pro omnibus* (aliis) *hæc lex constituta est* (Tu, Mater, excepta es.) Item: *Festinus exiliuit de solio* (peculiari gratia) *sustentans eam vlnis suis*, (ne caderet.)

Gen.47. *Subiecit terram Pharaoni, & cunctos populos eius à nouissimis terminis Ægypti vsque ad extremos fines eius præter terram Sacerdotum.* Terra hæc sacerdotalis Virginem præfigurat, quæ ditioni, ac imperio Pharaonis inferni subiecta non fuit, nec etiam Ægypti tenebris aliquando con-

Psalm 84. tecta: sed semper immunis, sempérque benedicta. *Benedixisti, Domine, terram tuam.*

Psalm.88. *Thronus eius, sicut Sol, & sicut Luna perfecta in æternum* (nullo vnquam cum defectu, aut eclipsi.)

Quasi à facie colubri fuge peccata. Huc facit Punctum 157. pag. 306. 1. & Punct. 158. pagina 308.1.

Speranza Scriptura selecta.

Matthæi 1. *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Beatissima Virgo Maria. D. Birgittæ loquitur ad hunc modum lib.6. cap.12. Sponsa Filij mei, tu salutabas me, & comparabas aluearia apû. Ego certè fui apiarium: nam corpus meum fuit quasi lignom solum in vtero matris, antequàm animæ coniungeretur. Fuit etiam corpus meum, post mortem meam, quasi lignum, separata anima, vsquequò animam meam Deus in corpore ad Deitatem sublevauit. Hoc lignum, factum est aluearium, quando illa benedicta Apis, Filius Dei, traxit sa de cælis, & Deus viuus descendit in corpus meum, &c. Sed sicut apis habet aculeum, (Maria loquitur,) quo tamen non pungit: nisi inuita: sic Filius meus haber seueritatem iustitiæ, quàm tamen non exercet, nisi quando est à peccatis prouocatus. Hoic Api malè retributum est: nam pro potentia traditus est in manus iniquorum: pro charitate datus est in manus crudelium: pro honestate nodatus est, & immisericorditer flagellatus. Benedicta ergo sit Apis illa, quæ de ligno meo fecit sibi apiarium, & impleuit illud melle suo sic copiosè, vt de dulcedine mihi data, sapor ille venenatus de ore omnium auferretur. Punctum 28. Maria iuxta Crucem. pag.419.1.

IN FESTO S. LVCIÆ. 13 Decembris.

Sap.7. *Proposui pro luce habere illam.* De hoc themate S.Vinc.Fer. Huc facit Punct. 114. pagina 207.2. S.Vinc. Fer.

Apoc.3. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei.* Huius templi, siua cælum, siue Ecclesia sit, iuxta Bedã, & Richard. columnæ sunt Sancti. Columnæ firmæ per fidem, erectæ per intentionem, sublimes per contemplationem, quæ pondera sustinent virtute gratiæ, verbo consolationis, suffragio orationis, exemplo actionis. Beda. Richard.

Columna es immobilis, Lucia sponsa Christi. Magna Virginis laus ex ore Ecclesiæ: *Columna immobilis.* Ocinit quondam ille:

Nulla diu fœmina pondus habet.

Verùm hic Luciam non nouerat: *Tanto namque pondere eam fixit Spiritus Sanctus, vt Virgo Christi immobilis permaneret.*

Ambr. 5. Exam. 9. Echinus animal exiguum, vile, ac despicabile (maritimum loquor) cùm ventorum procellam præsentit, calculum validum arripit, eúmque, velut saburram, vehit, & tanquàm anchoram trahit, ne excutiatur fluctibus: itaque non suis se librat viribus; sed alieno stabilit, ac regit pondere. Mira proprietas, opúsque naturæ, mirabilior gratiæ; virgunculam inter concupiscentiæ fluctus, sponsi illecebras, Iudicisque minas immobilem conspicere? Vnde id, quæso? Inde sanè Psal. Psal.17. 17. *Dominus firmamentum meum, & refugium meum.* Hier. *Dominus petra mea, & robur meum.* Hieron.

Conserua me, Domine, quoniam speraui in te. Dixi Domino: Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Chald. *Quoniam bonum meum non procedit nisi à te.* Hieron. *Quoniam benè non est mihi sine te. Tu es, qui restitues.* Alij, *Stabilies, firmabis, conseruabis hereditatem meam mihi.* hanc, quam pro te diligo, puritatem *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum*, vel, *qui consuluit mihi* (castitatem:) *insuper & vsque ad noctem*, hoc est, etiam noctu grauissimæ huiusce persecutionis, *increpuerunt*, vel *erudierunt me renes mei*, vt puritatem amarem. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper:* Psal.15. Chald. Hieron. Alij. Psal.15.

h quoniam,

quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper(coram Tyranno) *& caro mea requiescet in spe*(tuæ protectionis.) *Quoniam non derelinques animam meam in Inferno*(lupanari, quod minatur Tyrannus:) *nec dabis.* Alij. Alij· *Nec sines*, aut, *permittes, sanctum tuum videre corruptionem.* Psalmo titulus est: *Columna descriptio.*

Græcè. Eccl.26. *Columna aurea super bases argenteas, & pedes firmi super plantas.* aoi Græcè: *Super pectus*, vel *in pectore stabilis mulieris.*

Matth.7. *Sapiens mulier*, (non fatua virgo,) *quæ ædificauit domum suam*, (conscientiam,) *supra petram* (Christum:) *& descendit pluuia, & venerunt flumina* (concupiscentiarum,) *& flauerunt venti* (persecutionum,) *& irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petram.*

August. Cant.5. *Crura illius, columna marmorea, fundata super bases aureas*(charitatis.) Augustinus: Quis enim ab eo continet, vnde rurpatur; nisi diligat, vnde honestatur?

Ierem.1. *Ego quippe dedi te hodie in columnam ferream*, &c.

Psal.74 *Ego confirmaui columnas eius.*

Rom. 8. *Quis nos separabit à charitate Christi?* &c. Hebr. 13. *Optimum est gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.*

Iudic.6. Hebr. O quàm citò corruunt ambulantes in escis! Iudic. 6. Samson columnas excussit templi *Dagon*. Hebr. *Frumenti*, vel *piscis: & occidit Philisthæos*. Heb. *Potione cadentes.*

Septuag. Gregor. 4.Reg.25. *Nabuzardan*(Sept. & Greg. *Princeps coquorum*,) abstolit columnas templi in Babylonē.

Eccli.15. *Firmabitur in illo, & non flectetur.* Huc facit Punct.17.pag 35.2. Item, Punct.32. pag. 83.2.

Paschas. *Cessabunt*, inquit Paschasius, *verba, cùm ventum fuerit ad verbera.* Verbum verberatur ad colūnam. Punct.19. Columna, & flagellatio. pag.368.2. Item, Punct.15. Silentium. pag.357.2.

Isaiæ 53. *Sicut agnus coram tondente*, vel *tundente se, obmutescet, & non aperiet os suum.* pag.355.2.

IN FESTO S. THOMÆ.

21. *Decembris.*

2.Reg 13. T*Holomas. filius Ammiud, Rex Gessur.* Ammiud. *populus foraminis, albedinis, libertatis.*

Galfrid. Ioannis 20. *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum*, &c. *Mitte in latus meum*, &c. Vbi Galfridus apud Tilmannum: Deprehensus es, ô Apostole. Cuncta tibi, quæ dixeras, replicantur. Quidquid fueras pridie velut de absconse locutus, ecce totum tibi proponit. At ego miser, sicut lepus dumetis caput infigens, dum videntem me non video, me quoque reputo non videri. *Affer manum tuam*, &c. Quis hoc dicit? Christus vtique resurgens ex mortuis. Punctum 37. De quinque plagis. pag.463 2.

Alij. Eccli.37. *Cor suum dabit ad versandos sulcos.*

Ierem.22. *Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa, qui aperit*, vel iuxta alios, *facit, exscindit sibi fenestras, pingitque sinopide* (minio rubri cruoris.)

Habac.3. *Dedit abyssus*(Thomas) *vocem suam.*

Psal.41. *Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum suarum.*

Gen.27. *Accede huc, vt tangam te, & probem, vtrùm tu sis filius*(Dei,) *an non.*

Psal 76. *Deum exquisiui manibus meis nocte*(infidelitatis) *contra eum: & non sum deceptus.*

1.Ioan.1. *Manus* (meæ) *contrectauerunt de verbo vitæ.*

Zachariæ 3. *Ego cælabo sculpturā eius.* Heb. *Ego aperiam aperitionem*(lateris) *eius.*

Cant.2. *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* (*Dominus meus, & Deus meus.*)

Iob 36. *In manibus suis abscondit lucem, vt annunciet de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & quòd ad eam possit ascendere.*

Apoc. 12. *Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum.* Huc facit Punct.61.pag.130.1. & Punct. 118. pag.221.2.

IN FESTO S. STEPHANI.

26. *Decembris.*

PSal.64. *Benedices corona* (Stephano, Græcè, coronæ) *anni benignitatis tuæ, & campi tui*(Ecclesia) *replebuntur vbertate* (Protomartyris sanguine saginata.)

Psal.20. *Quoniam præuenisti eum*(idcircò Protomartyrem) *in benedictionibus dulcedinis*, (quibus lapides torrentis illi dulces fuerunt:) *posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.*

Sap. 4. *O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Coronata triumphat.*

D.Thomas hac die. Coronatur & mali suis coronis, florea, frondea, aurichalca, spinea. Florea voluptatum: Sap.2. *Coronemus nos rosis.* Frondea vanitatum: 2.Machab.6. *Coronati hedera Libero circuire cogebantur.* Aurichalca sæcularium diuitiarum, quæ videntur diuitiæ, sicut aurichalcum videtur aurum; sed non sunt: Apoc. 9. *Habebat coronam similem aurichalco.* Spinea æternarum pœnarum: Isaiæ 22. *Coronans coronabit te tribulatione.* Sap 2. 2.Machab.6. Apoc.9. Isaia 22.

Psal.26. *In petra exaltasti me: & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos*, (qui strident dentibus in me.)

Isaiæ 33. *Munimenta saxorum sublimitas eius. Regem in decore suo videbunt oculi eius; cernent terram de longè.* (*Ecce video cælos apertos.*)

Deut.32. *Vt sugeret mel de petra, oleúmque de saxo durissimo.*

Ecclesi.3. *Tempus spargendi lapides* (Iudæis:) *& tempus colligendi*(Stephano.)

Iob.5. *Dum lapidibus regionum pactum tuum*(ego vobis temporalem vitā dabo; vos mihi æternam.)

Gen.28. Statim ac Iacob capiti supposuit lapidē cælos vidit apertos: pari modo & Stephanus lapidibus obrutus obdormiscens in Domino cælos sibi aperiri vidit. Punct.47. & seq. pag.110.1. & seqq.

Iob 21. *Lapides torrentis ei dulces fuerunt.* Victori Olympionico dabatur corona ex olea, vt placet Arist. & dicebatur Philostephanos. Vicit Stephanus in disci ludo, quoniam Iudæi saxa in illum iaciunt: ipse verò lapidibus cælum tundit. Qui discum longiùs, vel altiùs trahit, victor euadit. Hyacinthus puer disco (id est, saxea mole) à Zephyro fuit occisus, qui posteà mutatus fuit in sui nominis florem. Punctum 21. Spinæ. pag 380.2. Arist.

2.Tim.4. *Reposita est*(illi) *corona iustitiæ*, &c.

IN FESTO S. IOANNIS,

Apostoli. 27 *Decembris.*

DEut. 33. *Beniamin amantissimus Domini habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo.* In quo (inquit Hugo Card.) secreta reponuntur, & requiescit Sponsus, *tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.* Hug Card.

Iob 39. *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila?* (Ioannes tam in altum, vt Solem in tota,

Verbum

Verbum in Patre videat: vt sit paulò altiùs intonasset, totos eum mundus capere non possit? August. *In petris manet, & in praeruptis silicibus* (lateris, pectorisque Christi) *inde contemplatur escam* (Angelorum, & Beatorum) *& de longè oculi eius prospiciunt* (ventura in fine mundi:) *pulli eius lambunt sanguinem*. Septuag. *Volutantur in sanguine* (in cœna, & iuxta Crucem.) August.

Ezech. 1. *Et facies aquilae desuper ipsorum quatuor*. D. Greg. Si aquila cum tribus aliis adiuncta, quatuor animalia esse memorantur; quomodo desuper ipsorum quatuor esse describitur, nisi quia Ioannes, per hoc, quòd in principio Verbum vidit, etiam super semetipsum transiit: nam, nisi & se transisset, Verbum in principio non vidisset. D.Greg.

Psal. 76. *Vox tonitrui tui* (Bonaerges, filij tonitrui) *in rota*. Hugo Card. Idest, in nouo Testamento tonuit Ioannes: *In principio erat Verbum*. Hugo Card.

Iob. 7. *Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?*

Isa. 9. *Vidi Dominum super solium excelsum, & eleuatum*. An non super solium excelsum Ioannes in Christi pectore? *Sic, sic honorabitur, quemcunque Rex voluerit honorare*. Esther 6.

Prou. 22. *Qui diligit cordis munditiam, habebit amicum Regem*. Huc facit Punct. 115. de castitate. pag. 209.2. & Punct. 150. de Christi sequela. 282.1.

Genes. 8. *Coeperunt aquae* (Passionis) *minui: & emisit columbam*, (Ioannes interpretatur *columba*, amoris, & puritatis symbolum. Augustinus homilia de transfiguratione Domini.) *quae cum non inuenisset, vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum*, (non vt impoenitens coruus, Iudas, *portans ramum oliuae*,) secum adducens Matrem misericordiae. August.

Cantic. 1. *Oculi tui columbarum* (ob puritatem oculorum, Virgo virginem agnoscit? Dominus est.) *& resident iuxta fluenta plenissima*, de sacro Dominici pectoris fonte potauit, *quae lacte sunt lotae* (ob candorem virginitatis.) Cant. 1.

Veni, columba mea, in foraminibus petrae, &c. (iuxta Crucem.) *Vna est columba mea, electa genitrici*. (*Ecce filius tuus*.) Punctum 28. Maria iuxta Crucem. pag. 419.1. Item, Punct. 32. pag. 444.2. Cant. 6.

Deuterun. 32. *Dominus solus dux eius fuit*, (in nocte Passionis,) *sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans. Constituit eum super excelsam terram*, (*Ecce Mater tua*) *vt sugeret mel de petra*, (pectore Christi;) *& sanguinem vuae, biberet meracissimum* ex botro Cypri, &c. pag. 372.1.

Ecclesiastici 15. *Cibauit illum pane vitae, & intellectus, & aqua sapientiae salutaris potauit illum*, in Cœna, & iuxta Crucem. Punctum 27. Crucifixio. pag. 399.2.

IN FESTO SANCTORVM Innocentium 28. *Decembris*.

Hieron. *VOx in Rama audita est: ploratus, & vlulatus multus: Rachel plorans filios suos*. Matth. 2. Hieron. Quos sciret esse victuros. *Et noluit consolari: quia non sunt*. Inuenti, scilicet, in numero occisorum infantium pro Christo Domino.

Genes. 4. *Vox sanguinis fratris tui* (imò filij tui o Herodes) *Abel* (innocentis) *clamat ad me de terra*.

Exod. 34. *Non coques* (per anticipationem mortis) *hoedum* (id est, Christum) *in lacte matris suae*, (scilicet, puerum paruolum lactentem:) quia ad

Speranza Scriptura selecta.

maiora paratus est supplicia. Punctum 16. Vestis alba. pag. 362.1.

Exod. 1. *Ecce populus filiorum Israël multus, & fortior nobis est. Venite, sapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur, expugnatisque nobis, egrediatur de terra*. (O mundanam status rationem:)

4. Reg. 24. *Impleuit Ierusalem cruore innocentium*.

Eccles. 4. *Verti me ad alia: & vidi calumnias, quae sub Sole geruntur; & lacrymas innocentium: & neminem consolatorem*.

Ierem. 9. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die, ac nocte interfectos filiae populi mei?*

Thren. 2. *Defecerunt prae lacrymis oculi mei: conturbata sunt viscera mea, cùm deficeret paruulus, & lactens in plateis, cùm exhalarent animas in sinu matrum suarum*.

Iob 1. *Pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus* (in Ægyptum secedens.) De hoc them. S. Vinc. Ferr. S.Vinc.Fer.

Matth. 10. *Sinite paruulos venire ad me*.

Michaeae 7. *Praecoquas ficus desiderauit anima mea*.

Apoc. 13. *Cantabant sancti* (Innocentes) *canticum nouum* (plorantes) *ante sedem Dei*. De hoc them. S.Thomas. D.Thom.

Apoc. 14. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocunque ierit*. Huc faciunt Punct. 116. pag. 213.1. & Punct. 150. pag. 282.1

IN FESTO S. SYLVESTRI. 31. *Decembris*.

AMen dico vobis, quòd praecinget se, & faciet illos discumbere: & transiens ministrabit illis, Qui venit *ministrare* in terram, *non ministrari*. Miraris de vtrisque? Audi: *Et cùm accepisset linteum praecinxit se: deinde misit aquam in peluim, & coepit lauare pedes Discipulorum*, &c. Vbi Augustinus in Ioan. 13. tractatu 55. Quid mirum, si misit aquam in peluim, vnde lauaret pedes discipulorum; qui in terra sanguinem fudit, quo immunditiam dilueret peccatorum? Punct. 4. Agonia, & sudor sanguineus. pag. 327.1. Ioan. 13. August.

Et linteo praecinxit se. Idem ibidem: Crucifigendus sanè suis expoliatus est vestimentis. (Ponit vestimenta sua.) Et mortuus inuolutus est linteis: & tota illa eius passio, nostra purgatio est. Punctum 36. pag. 461.1. Idem.

IN FESTO S. PAVLI, PRIMI Eremitae. 15. *Ianuarij*.

ET ego reficiam vos. Matth. 11. per coruum panem ferentem. *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius*. In eremi speluncam se contulit, vbi palma ei victum, & vestitum praebuit. Cant. 7.

Maffaeus historiae Indicae lib. 1. Palma Indica sufficit ad nauem complendam, & explendam, non solùm quoad ligna, picem, resinam, funes, velum, &c. sed ad omnia, quae ad victum attinent, vt est panis, vinum, poma, &c.

Vnde Antonius tunicam Pauli, quam in sportae modum ex palmae foliis sibi contexuerat, secum detulit. Apostolus Paulus per murum demissus est in sporta: iste autem sic ingressus est caelum. Palmae igitur tot enses, quot folia. Vicit mundum hoc modo. Palma Crux est. pag. 395.2. Act. 9.

IN FESTO S. ANTONII Abbatis 17. Ianuarij.

ET *vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis.* Luc. 12. Nu- ... dies vocatur dies Passionis.

Non sineret perfodi domum suam. Ab alio fure, qui est Satan. Vnde Antonius: Mihi credite, dicebat, ... Satanas piorum vigilias, o- rationes, ieiunia, *&c.* Maximè verò ardentem am- orem in Christum Dominum, cuius vnico sanctis- simæ Crucis signo debilitatus aufugit. pag. 406. 1.

Sap. 10. *Certa men forte dedit illi, vt vinceret.* Fusè de Tentationibus, à pag 83. 2. ad 99. 2.

IN CATHEDRA S. PETRI Romana. 18. Ianuarij.

VIde infrà in Cathedra Antiochena, 22. Februarij.

IN FESTO S. SEBASTIANI. 20. Ianuarij.

IOb 6. *Sagitta Domini in me sunt.* Sed sicut ceruus sagittatus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te, Deus. Et sicut ceruus venena non timet, imò serpentes deuorat: sic ceruus iste contra pestem etiam potens est. Et est quasi arbor balsami palo alligata, ex qua liquor saluberrimus exit. Punctum 19. Columna, & Flagellatio. pag 368. 2.

Psal. 37. *Sagitta tua infixa sunt mihi.*

Ezech. 39. *Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent, & comburent arma, clypeum, & hastas, arcum, & sagittas, & baculos, & contos.* Crux præualebit contra arma mundi, & Principes.

Thren. 3. *Posuit me quasi signum ad sagittam.* De
hoc themate S. Vincentius Ferrerius hac die.

IN FESTO S. AGNETIS, VIR. & Mart 21. Ianuarij.

IVdith 10. *Cui etiam Dominus contulit splendorem.* Posuit signum in faciem meam, vt nullum, præter eum, amatorem admittam. De Christi pulchritudine in Passione. p. 403. 1. & seqq. & 413. 2. cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur.

Cant. 1. *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis. Et sanguis eius ornauit genas meas;* imò sputa ipsa. pag. 351. 2.

Ibidem: *Collum tuum, sicut monilia. Dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis, & immensis monilibus ornauit me.* Ille Sponsus tuus pro monilibus aureis funes, & vincula habet; in dextera gena, & sinistra impressiones digitorum. p. 341. 2.

Agnes, resoluto crine, iam expoliata, densitate capillorum eius nuditas tecta est. Surius p. 368. 2.

Monile tuum, ô Sponsa, sit arundo Saluatoris: nam Græcè, *καλαμὶς*, monile dicitur Latinè. Hæc sit corona tua: nam pueri coronabantur arundinibus. Aristophanes in Epigramm.

Coronatus albo calamo.

Plinius: Castori, & Polluci coronas prisci faciebant arundineas. Ex his acus pro capillis aptandis fiebant, dentiscalpia, *&c.* Hoc calamistro sanctissimi cruoris gummi illito comas apta. pag. 385. 2.

IN FESTO S. VINCENTII. 22. Ianuarij.

APocalypsis 2. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* D. Thomas.

IN CONVERSIONE S. PAVLI. 25. Ianuarij.

ACtorum 9. *Domine, quid me vis facere?*

1. Reg. 10. *Insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alterum.*

Isaiæ 37. *Ecce ego locutus sum, & vocaui eum: adduxi eum, & directa est via eius.*

Ierem. 31. *Postquàm conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum.*

Numer. 22. *Ego veni, vt aduersarer tibi: quia peruersa est via tua, mihique contraria. Sepiam vias tuas spinis.* Infrà: *Qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius.*

Psal. 31. *Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.* Vide pag. 384. 1.

Thren. 1. *Expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum.*

Isaiæ 21. *Corrui, cùm audirem: conturbatus sum, cùm viderē: emarcuit cor meum: tenebræ obstupefecerunt me.*

Prouer. 25. *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.*

Ierem. 18. *Dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis: conuersúsque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius, vt faceret.*

Act. 9. *Vas electionis est mihi iste.* De hoc them. SS. Thom. & Vinc. S. Thom. S. Vinc. Fer.

Oseæ 14. *Conuertere ad Dominum Deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua.*

Prou. 12. *Verte impios* (à terra ad cœlum,) *& non erunt* (impij.) Optima conuersio.

Dan. 7. *Videbam in visione mea nocte: & ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno, & quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari. Prima quasi leæna,* (leone sæuior;) *& alas habebat aquilæ. Aspiciebam, donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra,* (in quam ceciderat:) *& super pedes quasi homo stetit,* (qui anteà pingui ceruice, & erecto collo, cum cælo pugnabat:) *& cor hominis datum est ei,* (qui anteà spirans minarum, & cædis sæuiebat.) *Et ecce cum nubibus cæli quasi Filius hominis veniebat.* (*Saule, Saule, quid me persequeris?*) Sic, sic, cùm superbus aliquis intumescit, ac sæuit; Deus nunc euellit alam diuitiarum, nunc honoris, nunc sanitatis: tunc, tunc certè incipit super pedes quasi homo stare, tunc de se ipso humiliter sentire, tunc tremens, ac stupens dicere: *Domine, quid me vis facere:* Huc facit Punct. 25. pag 61. 1. Item, Punct. 07. pag. 186. 2. Item Punctum 117. pag. 215. 1.

IN FESTO S. IOANNIS Chrysost. 27. Ianuarij.

IOb 22. *Dabit pro silice torrentes aureos.* Os aureum, imò totus aureus: sed illius auri, quod per ignem probatur. En, vt aurum pallidum est: sic Chrysostomus ex vigiliis, ieiuniis, & mortificationibus aliis semper infirmæ valetudinis. Malleis extenditur aurū: ita iste persecutiones ab aduersariis patitur. *Caput eius vere aurum optimum.* p. 224. 2. c Cant. 5.

Quantum amorem erga Christum habuit, & eius passionem! Si quis (verba ipsius sunt) Christum diligit, is nouit, quòd sit, quod dico. Hic vtique priùs habebit optimè datum vincula ferre propter Christum, quàm cælos habitare. Potius mihi habetur, malè affici pro Christo, quàm honorari à Christo. Idem ipse hom. 8. in Epistolam ad Ephesios.

IN FESTO S. IGNATII. 1. Februarij.

ECclesiastici 47. *Lusit cum leonibus, quasi cum agnis.* Frumentum Christi sum: dentibus bestiarum

stiarum molar, vt panis mundus inueniat. p. 371.2.

Amor meus (ait Ignatius) crucifixus est. In Prologo, de amore Christi in Passione. pag. 317. Et Punctum 27. Crucifixio. pag. 399.2.

Quàm pulcher sit Christus crucifixus. 403.1. & seqq. 413.2.

IN F STO S. PVRIFIC. B. V. Mariæ. 2. *Februarij.*

Guerric. Abbas. POstquàm impleti sunt dies purgationis. Luc. 2. Guerricus Abbas: Verùm nos, Fratres dies, qui ad purgandum nobis dati sunt, velimus, nolimus, implemus: sed væ, si dies impleretur, & purgatio minimè impletur: vt posteà necesse sit nos purgari. Lauamur in Sanguine Agni. p. 372.1.

Adam de Persenia. *Obtulerunt pro eo par turturum.* Adam de Persenia: Habemus autem quatuor de Iesu oblationes distinctas, quarum prima facta est de ipso à parentibus: secunda, pro ipso de auibus: tertiam fecit de seipso: quartam faciet ipse de suis. Vide, quomodo se obtulit in Prologo. pag. 317. & pag. 357.1.

Agi potest de humilitate ex Puncto 150 pag. 282.1. vel puritate ex Puncto 116. pag. 113. 2. Extat prætereà Punctum totum 131. quod est de B. Virgine. pag. 244.2.

IN FESTO S. BLASII. 3. *Februarij.*

PSalm. 44. *Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis.* Myrrhæ duæ species. Gutta sponte manans pretiosior est. Ita Glossa in Eccli. 24. Glossa. Elicita corticis vulnere vilior. Quia maioris virtutis est corpus sanum mortificare, quàm ægrotum, vel paupertate afflictum.

Sed D. Blasij corpus sanum erat: & tamen guttam elicitam vi ferri videmus. In Martyribus autem sanguis pectinibus haustum maioris est virtutis: sed si sponte sanguis exeat ex infirmitate, nõ ita est pretiosus.

Et quasi Libanus non incisus euaporaui habitationem meam. Eccli. 24. Christi sudor sanguineus, omnium pretiosissimus: quia ex feruentissimo amore venit sano corpore. Punctum 4. Agonia, & sudor sanguineus. pag. 329.1.

Glossa. Audi verò Glossam pro S. Blasio. *Libanus.* arbor est in Arabia, cortice, & folio lauro similis, succum, amygdali modo, emittens, qui bis in anno colligitur, autumno, scilicet, & vere: sed autumnali collectione præparatur inciso cortice in æstatis feruore, & prosilienti spuma pingui, quæ concreta densatur: quod in arbore hæsit, ferro depectitur. Ita Blasius, anagrammaticè Libanus. pag. 384.2.

IN FESTO S. AGATHÆ, Virginis, & Mart. 5. *Februarij.*

CAntic. 1. *Dabo tibi vbera mea.* D. Thomas de hoc themate.

Cantic. 4. *Pulchriora sunt vbera tua vino*, (propter sanguinem.)

Cantic. 8. *Soror nostra parua est, & vbera non habet. Vbera mea sicut turris.* Ex quo Apostolus Petrus sanauit me. Verè vna Amazonum, vt pugnet cum mundo, carne & Diabolo. Sanguine Sanguinem compensauit.

IN FESTO S. DOROTHEÆ, Virg. & Mart. 6. *Februarij.*

ECclesiastici 50. *Quasi flos rosarum in diebus vernis*, (imò hyemis.) Rosas è Paradiso hyberno tempore Theophilo misit.

Esther. 15. *Ipsa autem rosco colore vultum perfusa*, ob alapas. Vnde dicebat Iudex: Cædatur facies, quæ mihi insultat: Rosas, imò Paradisum in facie habebat Dorothea.

Cantic. 5. *Genæ illius, areola aromatum.* pag. 341. 1. & 2.

Ex spinis nascuntur rosæ. Punctum 21. Spinæ. pag. 380.2.

IN FESTO S. ROMVALDI, Abb. 7. *Februarij.*

GEnes. 28. *Vidit Iacob scalam, & Angelos ascendentes*, &c. Crux est scala illa Iacobi: Religio ista Romuladi. Punctum 27. Crucifixio. pag. 400.2. & 401.1.

Scala latro in cælum intrauit: sed semel tantùm in veteri Testamento, ait Tertullianus, ad cælum visa est scala adhærere, ne pœnitentia sera accipiatur in vsum; & statim per scalam in cælum conscédere cõfidant peccatores. Punct. 33. p. 448.1 Tertull.

IN CATHTDRA S. PETRI. Antioch. 22. *Februarij.*

GEnes. 41. *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium totus populus obediet.*

Iob. 29. *Petra fundebat mihi riuos olei, quando procedebam ad portas ciuitatis; & in platea ponebant cathedram mihi.*

1. Machab. 2. *Simon, frater vester, scio, quia vir consilij est: ipsum audite, & ipse vobis erit Pater.*

Christus in Cruce, tanquàm in cathedra. pag. 439.2.

IN FESTO S. MATTHIÆ, Apost. 24. *Februarij.*

PRouerb. 16. *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.*

Actor. 26. *Decidit sors super Matthiam.* Sors patiendi.

Matthæi 11. *Sic placitũ fuit ante te.* De hoc themate S. Vincentius hac die.

Coloss. 1. *Qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum.* Augustinus: Gratiæ status sors dicitur: quia nullo humano merito, vel respectu; sed Dei beneplacito datur. Ita Deus diligit nos spontaneè. Vide Prologum, pag. 317.

Psal. 15. *Funes ceciderunt mihi in præclaris.*

Psal. 77. *Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.* Christi funes nos solantur. Punctum 7. Manuum iniectio, funes, & vincula. p. 337.1.

Matth. 11. *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli, & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus; & reuelasti ea paruulis.* De hoc themate S. Vincen. & Punct. 150. vbi plura de humilitate. pag. 282.1.

IN FESTO S. THOMÆ Aquinatis. 7. *Martij.*

CAn. 12. *Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt sicut stellæ in perpetuas æternitates.*

Gen.29 *Nunquid,quia frater meus es, gratis servies mihi? Dic, quid mercedis accipes?* (Nullam aliam præter te,Domine.)Punct.63. pag.132.1

Ruth 2.*Reddet tibi Dominus pro opere tuo,*(quod bene scripsisti,)*& plenam mercedem recipies à Domino,ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas* (à teneris annis in Religione)

Gen. 1. *Et vidit Deus,quòd esset bonum.*Item:*Et vidit Deus, quòd esset bonum.* Sicque Deus cuncta sua opera comprobabat.Quanta ergo veneratione digna sunt Opera Thomæ, cui quondam oranti ore Christi Cruci affixi dictum est:Benè scripsisti de me,Thoma?

..Psal. 32. *Ponens in thesauris abyssos.* An fortè è contra, thesauros in abyssis? Sed mysticè optimè. Vterque Thomas, vtraque abyssus in thesauris; ille lateris Christi; hic scientiæ, ac sapientiæ Dei.

Ezech.1. *Facies autem bouis* (bos mutus, sed infrà cap.10.)*Facies vna,facies Cherub. Ipsum est animal, quod videram iuxta fluuium Chobar.* Bos ergo in Cherub conuersus. Cherub, Heb. *Plenitudo scientia.*Huc facit Punct.30. pag.80.1.

Apoc. 10. *Et vidi alium Angelum* (Doctorem Angelicum)*fortem* (à iouentute soa,qui mundum, Diabolum,& carnem vicit:qui mulierem illam titione fugauit: vnde Angeli: Ex parte Dei te cingimus cingulo castitatis,quod nullatenus dissoluetur.Sic Vinc.Fer.)*& Iris in capite eius*,(ob tot opinionum dissensiones,quas optimè conciliauit:)*& facies eius, sicut Sol* (ob doctrinæ, ac sanctitatis splendorem:)*& habebat in manu sua libellum apertum* (ob candorem, ac facilitatem doctrinæ:) *& clamauit voce magna*(vt prædixit Albertus ob doctrinam eius communiter receptam.) Huc facit Punct.116. pag.213.1. S.Vinc.Fer.

S.Vinc.Fer. Sap.7. *Antecedebat me ista sapientia.* S. Vincentius Ferrerius de hoc themate.

Luc.12. *Sint lumbi vestri præcincti*(zona castitatis,)*& lucernæ ardentes*(ptuoæ ardeotes)*in manibus vestris*,(vt impudica fugetur.)

Ezech.3. *Comede volumen istud.* (Chartulam,in qua,*Aue, Maria*, descripta erat,deglutiuit,)præsagium diuinæ sapientiæ.

Gen.15.*Ego merces tua magnanimis.*Locutus est Christus Crucifixus: Benè scripsisti de me, Thoma.Sed lege librum apertum istum, qui characteribus magnis intus, & foris scriptus est; sapientiam discos. pag.369.1.

IN FESTO S. GREGORII Magni. 12. *Martij*

IOb 29. *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum,cui non erat adiutor.* Beda io Vita Gregorij Magni.

Iob 29. *Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.*

Ibidem:*Oculus fui cæco,& pes claudo.Pater eram pauperum: & causam,quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.*

Iob 31. *Si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meam solus,& non comedit pupillus ex ea.*

Iob 29. *Iustitia indutus sum: & vestiui me, sicut vestimento,& diademate,iudicio meo.*

IN FESTO S. IOSEPH, SPONSI B.Virginis. 19 *Martij.*

PSal.79. *Qui sedes super Cherubim.* O quàm verum super brachia gerula Mariæ, & Iusephi! Portantem omnia porto.

1. Reg.7. *Eleazarum sanctificauerunt, vt custodiret Arcam Domini.* Quàm sanctificatus custos Arcæ viuentis Domini!

Ioan. 21. *Pasce oues meas.* Petro dictum fuit, Quælibet anima, ait Bonauentura, est ancilla Mariæ. Petro ancillæ commissæ tantùm fuerunt, Iosepho Domina ipsa, pauitque ipsum omnium pastorem.

Luc.2. *Ego,& pater tuus dolentes quærebamus te.* Maria ait de suo sponso. Christus patitur, Maria, Ioseph: tu pati non vis?

Isaiæ 62.*Habitabit Iuuenis cum Virgine.* (Interlin.Maria cum Ioseph.) Interlin.

Luc. 2. *Et erat subditus illis.* Item, Galat. 4. *Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cùm sit Dominus omnium; sed sub tutoribus, & actoribus est.* Græcè, *Sub Oeconomis.* O honoris tituli,& dignitates! Galat.4.

Eccli. 26. *Mulieris bonæ beatus vir.* Ergo melioris beatior, optimæ beatissimus. Nazianzen. orat. 11. laudibus efferens sponsum Gorgoniæ, vndequaque perfectissimæ fœminæ, orationis in medio subsistit: Vultis, ait, vno verbo virum describam? Vir Gorgoniæ fuit,nec scio,quid ampliùs dicam. Nazianz.

Genes. 2. *Faciamus ei adiutorium simile sibi.* Alij: *Quod sit coram eo.* aor, iuxta Sept. *secundum*, vel *penes ipsum. Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius.* Mariæ (contemplari liceat) *non inueniebatur adiutor similis eius. Dixit quoque Dominus: Faciamus ei adiutorium simile sibi.* O Iusephi prærogatiuam! Item: *Faciamus ei adiutorium.* Chald. *Sustentaculũ*(tum Virgini,tum Filio, in laboribus. Alij.

Exod. 25. Duo illa Cherubim Propitiatorij (Christi) respiciebant se mutuò (ob amorem) versis in Propitiatorum vultibus (in Christum, quem vnicè diligebant.) Ex his alterum viri, alterum mulieris formam habuisse narratur. Arrias Montan. (Maria, & Ioseph.) Hæcque vtrunque latus Propitiatorij expansis alis tegebant, (ad confugientium protectionem, & auxilium,)Oraculúmque operiebant, (quo sub huius matrimonij velo Incarnationis mysteriũ Diabolũ lateret.) AriasMont.

Cant. 2. *Qui pascitur inter lilia* (Iusephum, & Mariam.) Rupert. Ioseph, & Maria, lilia dicuntur pro virginalibus nuptiis, & cohabitatione castissima. Rupert.

Psalm 47. *Secundum nomen tuum, (filius accrescens Ioseph, filius accrescens:) ita & laus tua.* Nomina imponi solita in ordine ad actiones.Isa.9.*Vocabitur nomen eius,admirabilis,consiliarius*,&c. Non quòd hæc nomina habuerit,sed quòd hæc fecerit, inquit Euthym. Scriptura sacra ab actionibus nomen imponit,ait Theophylactus. Isaiæ 7. *Emmanuel*,ab effectu,inquit August.quia nobiscum. Accrescens igitur Ioseph, quòd semper in gratia accreuerit. Isa.9. Euthym. Theophyl. Isaiæ 7. August.

1. Ioann. 5. *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; & hi tres vnum sunt: & tres sunt, qui testimonium dant in terra spiritus* (oris nostri, Christus, Ierem. 4.) *aqua*, (Maria, supra quam Spiritus Domini ferebatur,)*& sanguis* (Ioseph *filius accrescens, & decorus*:)*& hi tres vnum sunt* (ob amorem, & charitatem.) Ierem. 4.

charitatem.)O Trinitatem adorandam! Iesus, Maria, Ioseph.

IN FESTO S. BENEDICTI. 21. *Martij.*

GEnes. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erísque benedictus.*

Genes. 3. *Spinas, & tribulos germinabit tibi.* Remedium factæ illius, propter quod ortæ sunt. D. Gregor. 2. Dialog. cap. 2. Per cutis vulnera eduxit è corpore vulnus mentis. Quoniam à sentibus Sanctus hic remedium habuit.

Gregor.

Cælius Rhodiginus lib. 22. cap. 31. Rhamnus Græcè ἀκανθίς dicitur, quia reptilium morsus alleuet, & quòd aduersùs phantasmata sit amuletum præstantissimum. Benè hoc nouit Benedictus, qui velut illa auicula acanthis, seu luscinia, à serpente quæsita, & inter spinas abdita eruentatur, ne occidatur: vnde dicat: Vulnerot, ne vulneret. Punctum 21. Spinæ. 380.2

IN FESTO ANNVNCIAT. B.V. Mariæ. 25. *Martij.*

FAcit ad hoc festum Punctum 150. De Beneficiis Incarnationis, Natiuitatis, *&c.* pag. 282.1

Ieremiæ 49. *Audiui auditum à Domino,* (dicit Gabriel,) *& legatus ad gentes missus sum.*

3. Reg. 1. *Quaramus Domino nostro Regi adolescentulam virginem,* &c.

Gen. 24. *Ipsa est mulier, quam præparauit Dominus filio domini mei* Maria hæc est.

4. Reg. 7. *Hæc est dies boni nuncij.* (Aue, gratia plena.)

Psalm. 131. *Hic habitabo, quoniam elegi eam,* mihi in Matrem.

1. Reg. 25. *Ecce ancilla tua: sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei.* Ideò laua, vt Mater, pedes, & corpus Domini.

Psal. 86. *Homo natus est in ea.*

3. Reg. 8. *Impleuit gloria Domini, domum Domini.*

Genes. 30. *Pro beatitudine mea* (filio dato) *beatam me dicent omnes mulieres.* (omnes generationes)

Ibidem: *Concepit Rachel, & peperit filium, dicens: Abstulit Dominus opprobrium meum,* (imò totius humani generis.)

Glossa.

Luc. 1. *Vocabis nomen eius Iesum.* Glossa: Iesus Saluator. *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Punctum 27. Crucifixio. pag. 399.2. Quàm conturbata fuit Maria iuxta Crucem. Punctum 28. pag. 419 1.

Vnde, quia hoc festum sæpè venit in Parasceue, vel maiori Hebdomada, quomodo salutari debet tunc Maria? *Aue*, (potiùs, Ah, væ,) *Maria* (Mara, & mare amarum,) *gratia plena*, (plena doloribus) *Dominus tecum*, (sed in manibus impiorum.) *Benedicta tu mulieribus.* (imò, quæ benedictio, cùm Filius factus sit maledictum?) *Et benedictus fructus ventris tui, Iesus.* (Blasphemiis est appetitus.) *Sancta Maria*, (Doctrix: sed, *qui addit scientiam, addit & dolorem.*) *Mater Dei* (patientiæ, *ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostra*, (vt pro latrone fecisti.

IN FESTO S. FRANCISCI de Paula 2. *Aprilis.*

GEnes. 22. *Portabat in manu* (nuda) *ignem*, (imò in vestibus.)

Daniel. 3. *Fornax autem succensa erat nimis*, (ibique ingreditur,) *& non tetigit* (eum) *omninò ignis, neque contristauit, nec quicquam molestia intulit.*

Roman. 4. *Vocat ea, quæ non sunt* (viua,) *tanquam ea, quæ sunt.*

2. Corinth. 11. *In vigiliis multis* (imò continuis,) *in fame, & siti, in ieiuniis multis*, (imò iugiter,) *in frigore, & nuditate.*

Genes. 43. *Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum Minimum adduxeritis vobiscum.*

Matth. 25. *Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis Minimis, mihi fecistis.* Minimus Christus vocatur, qui se se humiliauit vsque ad mortem, exinaniuit, *&c.* pag. 370.1.2.

IN FESTO S. MARCI Euangelistæ. 25. *Aprilis.*

OSeæ 11. *Leo rugiet, & formidabunt filij maris, & auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum.*

Prouerb. 30. *Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum.*

Quætes, cur Processiones fiunt in hac die. Amalarius Fortunatus lib. 1. cap. 33. propter terræmotus, qui in Vienna fuit, *&c.* Amal. Fort.

Eo tempore, (etiam addit,) id est, septimo Kalendas Maij, possunt inimici commouere bellum aduersùs vicina regna: vt ergo, cautè prouidit Sancta Ecclesia Dominum rogare, vt qui destruxit olim consilium Achitophel, nunc destruat consilia eorum, qui volunt irruere super suam pacem.

Rupertus de diuinis officiis, lib. 9. cap. 5. Mauritij Imperatoris anno, quo diluuium magnum in finibus Venetiæ, & Liguriæ, & Italiæ factum est, quale post hoc tempus non creditur fuisse, subsecuta est è vestigio pestis inguinaria: vnde D. Gregorius has instituit Litanias maiores.

Floralia 4. Kalendas Maij agebatur, vt omnia benè deflorescerent, ex Sibylla.

Rubigalia 7. Kalendas Maij, quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. Plin. lib. 18. cap. 29. Ambarualia.

Vinalia 9 Kalendas Maij, & 13. Kal. Septemb.

Luc. 10. *Messis quidem multa, operarij autem pauci.* D. Leo serm. 1. de Apostolis.

Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur: & semper Dominicus ager segete ditiore vestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur.

Ego elegi vos vt eatis, & fructum afferatis. Ioan. 15. Tertull. cap. vlt. Apologet. Plures efficimur, quoties metimur à vobis: semen est sanguis Christianorum. Sic Sanguis Christi. Punct. 4 Agonia, & sudor sanguineus. pag. 329.1

IN FESTO S. PETRI MARTYRIS. 29. *Aprilis.*

DEuter. 31. *Memoriter teneant, & ore decantent: & sit mihi carmen istud pro testamento inter filios Israel.*

Iob. 13. *Per singulos gradus meos pronunciabo illū.*

Iob 19. *Credo, quòd Redemptor meus viuit: & in nouissimo die de terra surrecturus sum*, &c. (*Carnis resurrectionem.*)

Psal. 26. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* (Vitam æternam. Amen.) Symbolum totum recitat.

Prouerb 1. *Audi, fili mi*, (à iuuentute,) *disciplinam patris: & ne dimittas* (recitare) *legem*, (Ordinis) *statuta, constitutiones matris tuæ*, (Ecclesiæ, etiam in Septuag. morte,) *vt addatur gratia capiti tuo.* Septuag. *Coronam gratiarum, aut charitum suscipies tuo vertici* Ferrum illud corona tibi erit: vt Chrysostomus desiderabat pro corona ensem Pauli. Similis Christo fuisti. Christus quoque capite laceratus videtur; & corona illa spinea diuersa est à Pandoræ donis. Hîc omnes mittes suam spinam ponunt, non flores: omnes peccatores sua peccata Christi capiti imponont: illam autem ab omnibus Diis datam afferunt. Pallas dat ei sapientiam, Venus formam, Apollo Musicen, Mercurins eloquentiam. Vnde D.Iren. D. Irenæus lib. 2. cap. 19. contra hæreses: Quòd autem Saluatorem ex omnibus factum esse Æonibus dicant, omnibus in eum deponentibus velut florem suum, non extra Hesiodi Pandoram nouum aliquid afferunt. Vide Punctum 21. Spinæ, pagina 380.2. & Punctum 1. Triginta argenteorum pretium vile, & indignum. pag. 320.1

IN FESTO S. CATHARINÆ Senensis. 29. *Aprilis.*

PSalm. 50 *Cor mundum crea in me, Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.*

Prouerb. 23. *Prebe cor tuum mihi.* Christus. Prouerb. 21. *Ita cor* (Catharinæ) *in manu Dei.*

Oseæ 7. *Et columba* (sed vncta) *non habens cor.*

Psalm. 39. *Et cor meum dereliquit me.* (pro me autem ita melius.)

Cantic. 2 *Ecce amore langue: vulnerata charitate sum ego.*

Pagnin. Cantic. 4. *Vulnerasti cor meum.* Pagninus: *Abstulisti, rapuisti cor meum, excordasti me.* Hæc ipsa dicere potest, quæ dicit: *Abstulisti cor meum*, (frater mi, dilecte mi Sponse) *ô Iesu.* Dicat Sponsus: Suxisti cor meum, & Sanguinem meum, *Soror mea Spōsa*, dum labia tua meo lateri aperto admouisti.

Oseæ 2. *Sponsabo te mihi in sempiternum*, (dum alij Bacchanalibus student:) *sponsabo te mihi in iustitia*; &c. (dum tunc temporis oraueris.) *Sponsabo te mihi in fide.*

Dic, & tu, ô Sponsa: Annulo suo subarrhauit me Dominus: & tanquàm Sponsam decorauit me corona. Sed qualis hæc fuit! Qualis mei Sponsi in Passione. Acacia spina est: sed acacia, quam accipit innocentissima.

Margin. Sap. 5. *Diadema speciei*, (Margin. *spei*) spinarum in hac vita, *de manu Domini*, (Sponsi tui.) *Sponsus sanguinum tu mihi es*; & *Sponsus dolorum*: posteà honorum. Punctum 21. Spinæ. pag. 386.2

Leuitic. 19. *Non incidetis carnes vestras; neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. Ego Do-* Lucian. *minus* (Quod faciam charioribus.) Lucianus libro de Dea Syria: Certis notis compunguntur omnes, alij quidem in vola manus, alij in ceruice, &c. Cer- Psal. 130. tè non ita Dauid, qui dicebat de seipso: Psalm. 130. *Neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus* August. [illegible] 20. *super me.* In Marg. Chald. Fr. Augustini Iustiniani, Ordinis Prædicatorum: In magnis ambulant, qui nona ementiuntur miracula, ostentantes stigmata manuum, & pedum, ac lateris, quæ non à Deo, aut à beato Angelo acceperunt; sed ipsimet sibi intulerunt, quo persuadeant se frui Dei consortio, ac Sanctorum; cùm tamen membra sint Diaboli.

Neque Catharina ostentui habuit illas: immò precata est Dominum, vt, manēte dolore, signa delitescerent: quod & ad mortem vsque impetrauit.

* Item impressit Christus sua stigmata Luciæ Ferrariensi, eiusdem Ordinis S. Dominici, quæ omni sexta feria sanguinem fluentem emittebant. Ioannes Trithemius in Chron. Sponeimensi sub Trithem. anno Domini 1500.

Iisdem (verba sunt Blosij In Monili, cap. 2. (san- Blosius. ctissima Virgo Elizabeth de Spalbeeck ingenti deuotione quotidie Passionem Dominicam recolere consueuerat. Vnde & Christus stigmata quinque vulnerum suorum manibus, ac pedibus, & lateri eius verissimè impressit, &c. Punct. 37. & vlt. De quinque plagis. pag. 463.2.

Vide, & considera, quomodo Domus hæc aurea dumis circundatur. Templum Salomonis, vt Hebræorum Rabbini tradunt, circuncinctum fuit spinis aureis, ne aues insiderent, & locum fœdarent. Vbi sentes sentiuntur in nobis, quæ & in Christo Iesu; aues, Dæmones, scilicet, non insident, sed fugiunt à nobis.

IN FESTO APOST. PHILIPPI, & Iacobi. 1. *Maij.*

IOann. 14. *Non turbetur cor vestrum.* Interlin. Interlin. Pro morte mea carnis: quia Deus sum, qui suscitabo carnem.

Iudic. 5. *Zabulon, & Nephthali obtulerunt animas suas in regione Merome*, (excelsi:) nam alter crucifixus fuit Apostolorum: alter verò in altissimum templi locum adductus, inde præcipitatus est.

Exod. 3. *Ingressi sunt Moyses, & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi.*

Numeror. 10. *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem.* Marg. Marg. Isidor. *ductiles, incudibus, malleisque subactas.* Isidorus: Ideò autem ductiles: quia necesse est, vt qui venturam vitam prædicant, per tribulationum præsentium tunsiones crescant. Christus etiam tunsus est. Punctum 8. Alapæ. & colaphi. 340.1.

3. Reg. 7. *Statuit duas columnas in porticu templi: dexteram vocauit nomine Iachim*, (firmitas;) *& secundum nomine Booz* (robur.)

Habac. 3. *Qui ascendes super equos tuos.* Interlin. Interlin. Apostolos.

Ibidem: *Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ.* Cyrillus ibi citatus à Glossa: Cyrill. Cùm igitur exaltatus est Sol (Christus) honoratam pro nobis ascendens Crucem, vel cælos apud Patrem; tunc Luna, id est, Ecclesia, stabit in ordine suo. Et quinam est eius ordo, nisi illustrare terram, quæ sub cælo est? Et hoc est in luce. Hastæ autem eius, sancti sunt Apostoli, arma ipsius Dei, opem ferente illis, qui par seipsos vocati sunt.

* Quàm glorianter ibant Apostoli ad martyrium, velut equitantes, imitantes Saluatorem! pag. 357.1.

Ad illa verba, *Non turbetur cor vestrum.* facit Punctum 117. pag. 315. Et ad illa, *In domo Patris mei*, Punctum 147. pag 275.2.

IN INVENTIONE S. CRVCIS. 3. Maij.

PRouerb. 8. *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.*

Matth. 13. *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro.*

Amos 9. *Qui ædificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit.*

Exodi 15. *Moyses clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum: & cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt.*

Iob 3. *Effodientes thesaurum, gaudent vehementer, cùm inuenerint sepulcrum.* Sic Helena.

Prouerb. 2. *Si quæsieris sapientiam, quasi pecuniam; & sicut thesauros effoderis illam; tunc intelliges timorem Domini.*

Iob 28. *Trahitur sapientia* (non tam ampliùs fl. [illegible] Crucis) *de occultis: non adæquabitur ei topazius de Æthiopia*, &c. (Nam preciosior est minima Crucis reliquia omni auro.)

Prouerb. 3. *Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam beatus.*

Iob 29. *Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.*

Prouerb. 13. *Spes, quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ, desiderium veniens.* Vide Punctum 26. Crucis baiulatio. pag. 395. 2.

IN FESTO S. PHILIPPI Neri. P. N. 26. Maij.

Chald. PSalm. 38. *Concaluit cor meum intra me.* Chald. *Ebulliit* (vt intra pectus contineri non possit:) vnde, *Et in meditatione mea exardescet ignis.* Hieronymus: *Incensus sum igni. Philippus* idem ac *bellicosus*, seu *belligerans.*

Pulchrè quadrat Philippi illius dictum nostro Philippo, qui ad dicendum ita solebat surgere, vt quod primum verbum prolaturus esset, ignoraret. Dicebat tamen, optimè, cùm brachium concalefecisset, se solere pugnare. Cælius Rhodig. lib. 4. c. 3. (Cæl. Rhod.) Isti *concaluit cor*, brachium, lingua, &c. nam Philippus interpretatur *bellicosus*, *amator equorum.* Phalangem Macedonicam, quam Latinè cuneum Liuius vocat, prædensi ordinis excogitasse omnium primus dicitur Philippus, Alexandri Magni pater, ducto ab Heroibus exemplo, quos clypeis clypeos iunxisse cecinit Poëta nobilis. (Liuius.)

Ita noster Philippus exæstuans, vt ait Baronius, zelo Ecclesiæ laborantis contra Centurias Satanæ angustum ornauit locum palæstræ, Oratorium S. Hieronymi: excogitauit enim Ordinem prædensum Congregationis, solo charitatis vinculo constrictum, ac constipatum. Clypei clypeis iuncti parietes sunt, seúmque sepulcrum votiuis tabellis, & ex pretioso metallo signis affixis exornatum. (Baron. in Præfat. 8. tom.)

Psalm. 21. *Factum est cor meum, tanquàm cera liquescens.* Chald. *Palpitans in medio viscerum meorum.* Amore languet, vulneratus charitate manet. *Philippus, os lampadis.* Matth. 10. *Lucernæ ardentes in manibus vestris.* Gregorius, lumen veritatis in operatione. *O lampadis.* Hieronymus: quia lumen inuentum prædicauit. Interlin. Quia oris officio, lumen, quo intus illustratus est, mox inuento fratri propinauit. (Matth. 10. Gregor. Hieron. Interlin.)

Interpretatur etiam *os manuum.* Operando loquebatur.

Bellicosus certè, qui contra carnem, mundum, & Diabolum tam strenuè decertauit.

Psalm. 16. *Custodi me, Domine, vt pupillam oculi.* Pagninus: *Vt nigredinem filiæ oculi.* Nerius noster, niger est, sed formosus: Romani enim nigros oculos magni faciebant. Imò dic, quòd Nerius hic sit candidus, & rubicundus. (Pagnin.)

Plinius lib. 5. cap. 20. Nerium sempiternum fronde, rosæ similitudine, iumentis venenum est. Item, homini contra serpentium venena remedio.

Nerium, rododaphnon, Italicè, *Oleander.* Inuenitur etiam candidum. In coronis vtebantur. Plin. lib. 21. cap. 9.

Cantic. 5. *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Candidus* propter puritatem, & fidem: *rubicundus* propter amorem, & charitatem: viridis propter feruorem, & spem: sempiternus fronde propter perseuerantiam. Nerium odorem nullum habet: sed iste halat, dum viuit; & post mortem non solùm odore famæ, sed fragrantiæ. Nerium non fructificat: sed noster Nerius dicere potest. *Flores mei fructus honoris, & honestatis.* Venenum est bestiis: iste salus fuit peccatorum. Sed Deus puniuit illos, qui detrahebant Philippo. Antidotum autem est piis hominibus in omnibus infirmitatibus temporalibus, & spiritualibus. (Eccli. 24.)

Nereus, *nouale* dicitur, & *Magnus*, qui fructum magnum Ecclesiæ tulit.

Niger, ascendens interpretatur propter raptus, ac ecstasim. (Raban.)

Neri, lucerna mea significat Hieron. dicente Propheta: *Lucerna pedibus meis*, verbum tuum. (Psal. 118.)

Ieremiæ 32. *Et dedi librum possessionis Baruch, filio Neri.* Et dedi (dicat Deus) scientiam Baronio filio Nerij spirituali ad componendos Annales. Ita idem Baronius loco citato. Vnde Gregorius in 1. Reg. 14. *Abner, filius Ner.* Filius ergo lucernæ est, qui verba Scripturarum libenter audit, & sapienter intelligit. Sancti enim viri, quasi ex lumine lumen accipiunt spiritualis eruditionis. (Baron. Gregor.)

Matth. 1. *Iechonias genuit Salathiel.* Lucas autem dicit cap. 3. *Salathiel, qui fuit Neri.* Cur dissrepant Euengelistæ: Minimè? fuit enim filius naturalis primi, adoptiuus secundi. Lyranus: Lucas, qui magis describit genealogiam spiritualem, posuit istum Neri. Quot filios spirituales habuit noster Nerius! Sed *coma capitis eius nigra quasi coruus.* D. Anselm. Coruus non pascit coruos, nisi similes sibi, nigros, scilicet: sic nec Sancti spirituali aliquem pascunt cibo, nisi sæculo renunciantem eum viderint. Sis niger, quasi coruus; si filius vis esse tanti Patris. Richard. Victorinus. Quare nigræ? Quia præ humilitate sese fatentur peccatores. Ita Pater faciebat Nerius noster, dictus quasi Nerio, Martis vxor, virtus, & fortitudo. Significatur per hoc vis, potentia, & maiestas. Dicta Nerio, quasi *neirio*, hoc est, sine ira. Ita dicas de nostro Nerio, qui verè fuit vir. Aulus Gellius lib. 13. cap. 21. (Luc. 3. Lyran. D. Anselm. Richard. Victor. Aul. Gell.)

Pindarus, Arcesilao candida præcordia dixit.

Homerus, nigra præcordia, inquit, ob taciturnitatem, occultationémque consiliorum. Philippus aiebat: *Secretum meum mihi.*

Plutarchus: Niger color firmitatis, & perseuerantiæ est signum: niger enim color alium non admittit; sed in eo semper stat.

Nereus, Deus maris existimabatur: vnde Nereides.

Dij Atricolores. Plin. lib. 2. cap. 7. Porphyrius: Multi verò (Deum) nigris lapidibus inuisibile illius substantiæ significarunt. Cæl. Rhodig. lib. 30. c. 21. (Plin. Porphyr. Cæl. Rhod.)

Et Plinius lib. 35. cap. 6. Atramentum Apelles commentus

commentus est, vbi multæ species attramenti ponuntur, cùm priùs pictores noo vtebantur vmbris; sed isto tabulis pulchritudioem, maiestatémque addiderunt.

Bernardus ser. 25. in cant. *Nigra sum, sed formosa.* Non omne, quod oigrum est, cootinuò deforme est. Nigredo in pupilla noo dedecet. Et nigri quidam lapilli in ornamentis placent. Et nigri capilli candidis vultibus etiam decorem augent, & gratiam, *&c.* Non enim (subdit iofrà) erubescit oigredinem, quam oouit præcessisse & in Sponso: cui similari quantæ etiam gloriæ est? Nihil sibi gloriosius proinde putat, quàm Christi portare opprobrium. *Absit mihi gloriari, nisi in Cruce Domini mei Iesu Christi.* Grata ignominia Crucis ei, qui crucifixo ingratus noo est. Nigredo est, sed forma, & similitudo Domini, *&c.*

Galat. 6.

Quantùm Philippus Nerius deuotus, & pius fuit erga Domini nostri Passionem, vide in illius Vita. Item, Christi nigredinem, & pulchritudinem Puncto 27. pag. 404. 1.

IN FESTO S. BARNABÆ, Apost. 11. *Iunij.*

S. Vinc. Fetr.

ACtor. 11. *Erat vir bonus, plenus Spiritu sancto & fide.* De hoc themate S. Vincentius hac die.

Item, 13. *Segregate mihi Barnabam.*

Isaïæ 10. *Ad gentem fallacem mittam eum, contra populum furoris mei.*

Item, 18. *Ite, Angeli veloces, ad gentem conuulsam, & dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius.*

Item, 42. *Dedi super eum spiritum meum.* (Spiritu Sancto plenus.) *Iudicium Gentibus proferet.*

Item, 54. *Ecce accola veniet, qui non erat mecum: aduena quondam tuus adiungetur tibi,* (Paule.)

Item 49. *Dedi te in lucem Gentium:* (Barnabas dicitur ad consolandum valdè iduoeus) *vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.*

Ieremiæ 49. *Auditum audiui à Domino, & legatus ad Gentes missus sum.*

Bernard.

Cantic. 1. *Botrus Cypri, dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Vbi Bernardus serm. 44. Fuerat ergo in Cypro: nam illa insula ferax est vini, & vini optimi, tollénsque iode sibi ingentem botrum, quem olim exploratores de Israël in vecte ferebant, chorum propheticum præcedeotem, & subsequentem apostolicum medium antem Iesum *Engaddi, fons hœdi.* Nec est dubium ex fonte hœdi profluere charismata meliora, cuius vtique vnctio hœdos vertit in agnos, & de sinistra transfert in dexteram peccatores. Botrus Christus. Punctum 19. pag. 368. 4. & Punctum 26. pag. 395. 2.

IN FESTO NATIV. S IOANNIS Baptistæ. 24. *Iunij.*

EXodi 33. *Mittam Præcursorem tui Angelum, vt eiicias Chananæum, & Amorrhæum,* &c.

Psalm. 28. *Vox Domini super aquas.* Basilius: Ioannes iuxta Iordanem.

Psalm. 131. *Paraui lucernam Christo meo.*

S. Vinc. Fer.

Ierem. 1. *Antequàm exires de vulua, sanctificaui te* S. Vincent. serm. 1. de hoc themate, in hac die.

Luc. 1. *Erit magnus coram Domino.* Cur magnus?

Hebr. 11. *Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis.* . *Messias non sum,* &c. *Ioannes magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. Antra deserti teneris sub annis,* &c. *Maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi.* Tu Regis offensam non timuisti.

Agi potest de fuga occasionum, & peccati, ex Puncto 33. pag. 86. 1. & Puncto 157. pag. 306. 1.

IN FESTO SS. APOST. PETRI, & Pauli. 29. *Iunij.*

ECclesiastici 44. *Hi sunt viri misericordiæ,* &c. De hoc themate S. Beroardus serm. 1. io soleonitate eorundem. Huc facit Punctum 25. pag 61. 1. Bernard.

Genes. 1. *Fecit Deus duo luminaria magna*

Gen. 34. *Simeon, & Leui, turbastis me, & odiosum me fecistis Chananæis, & Pherezæis, habitatoribus terræ huius.* (Verba Simonis Magi.)

3. Reg. 6. *Fecit duo ostia de lignis oliuarum.*

2. Reg. 1. *Saul, & Ionathas amabiles, & decori valdè in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi.*

Ioëlis 5. *Sol vertetur in tenebras, & Luna in sanguinem.* De hoc themate optimè D. Thomas hac die. Vide Punctum 9. Petri negatio. pag. 343. 1. Et Punctum 29. Tenebræ. pag. 411. 2. D. Thom.

DE D. PETRO.

ISaïæ 26. *Vocabitur tibi nomen, quod os Domini nominauit.*

Item, 28. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento fundatum.*

Deuteron. 28. *Constituet te Dominus in caput, & non in caudam: & eris semper super, & non subter.*

4. Reg. 18. *Adhæsi Domino, & non recessi a vestigiis eius.*

2. Reg. 15. *In quocunque loco fueris, Domine, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus.* (*Etiamsi oportuerit me mori tecum.*)

Iudith. 6. *Ligauerunt Achior ad arborem manibus, & pedibus; & sic vinctum de restibus dimiserunt eum.*

Esther. 6. *Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui vestibus regiis, & imponi super equum, qui de sella Regis est.*

Iob. 23. *Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui, & non declinaui ab ea* (Cruce.) Quamuis in Passione negasset. Vide Punctum 10. Petri lacrymæ. pag. 347. 1.

IN COMMEMORAT. S. PAVLI. 30. *Iunij.*

GAlat. 2. *Viuo ego, iam non ego: viuit verò in me Christus. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.*

4. Reg. 6. *Misit filius homicida huc, vt præcidatur caput meum.*

Eccli. 48. *In vita sua fecit monstra: & in morte mirabilia operatus est.*

Eccli. 46. *Post hæc dormiuit, & notum fecit Regi & ostendit illi finem vitæ suæ.*

Eccli. 50. *Adeptus est gloriam in conuersatione gentis: & ingressum domus, & atrij amplificauit.* Vide Punct. 36. pag. 461. 1.

IN FESTO VISITATIONIS B. Virg. 2. *Iulij.*

GEnes. 2. *Produxit Dominus lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: lignum etiam*

vitæ

vita in medio Paradisi. (O quàm felicius in vtero Virginis!)

Item : *Fluuius* (gratiarum) *egred ebatur de loco, voluptatis.*

Item , 21. *Risum fecit mihi Dominus : quicunque audierit, corridebit mihi,*(beatámque dicet.)

4. Reg. 2. *Afferte mihi vas nouum , & mittite in illud,sal*(æternæ Sapientiæ.)

Isaiæ 19. *Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum.*

Psalm. 103. *Ponis nubem* (Virginem) *ascensum tuum , qui ambulas super pennas ventorum* , &c. *Ascendit super Cherubim*(Mariam cum Ioseph comite,)*& volauit*(eum festinatione.*)*

Genes. 32. *Dimitte me* , vt exultem : *iam enim ascendit aurora.*

Cantic.6. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens.* (*Vnde hoc mihi , vt veniat Mater Domini mei ad me.*)

Iudith 11. *Non est talis mulier super terram in aspectu , in pulchritudine , & in sensu verborum.* (Et salutauit Elizabeth.

Item , 15. *Tu gloria Ierusalem:tu letitia Israël,* (& Ioannis:)*tu honorificentia populi nostri.*

2. Reg 6. *Et benedixit Dominus Obededon , & omnem domum eius* , (propter Arcam , quæ tribus mensibus apud eum mansit.)Quis recenseat benedictiones,quas propter Arcam viuam Ioannes accepit? Vide Punctum 32. pag.444.1.

IN FESTO S. MARGARETÆ, Virg. & Mart. 20. *Iulij.*

MAtthæi 23. *Inuenta vna pretiosa Margarita,* De hoc themate S.Thomas,& S.Vincentius hac die.

Isaiæ 51. *Nunquid tu non percussisti superbum, vulnerasti draconem?*

Ieremiæ 51. *Absorbuit me quasi draco : repleuit ventrem suum teneritudine mea:& eiecit me.* (Ironicè, & irrisoriè.)

Iob 20 *Diuitias , quas deuorauit , euomet ; & de ventre eius extrahet illas Deus.*(visionem.)

Psalm.90 *Super aspidem , & basiliscum ambulabis : & conculcabis leonem,& draconem.*

Genes. 3. *Ipsa conteret caput tuum.* Arundo serpentibus nocet , quamuis leuis sit. Vide Punctum 22.Arundo. pag.385.2.

IN FESTO S MARIÆ Magdalenæ.22.*Iulij.*

ISaiæ 7.*Sibilabit Dominus muscæ,quæ est in extremo fluminum Ægypti,*&c.(Pharisæus,& Iudas.) Vide Punctum 6.Iudæ proditio. pag.332.1.

Item,41. *Ponam desertum in stagna aquarum , & terram inuiam in riuos aquarum.* Punct. 10. Petri lacrymæ. pag.347.1.

Item , 51. *Ponet desertum eius , quasi delicias; & solitudinem eius , quasi hortum Domini gaudium , & lætitia inuenietur in ea , gratiarum actio , & vox laudis.*

Rom.5. *Vbi abundauit delictum , superabundauit & gratia.*

Prouerb.vlt.*Manum suam aperuit inopi* , (Christo.)De hoc themate S.Vincentius hac die.

Gen 7.*Rupti sunt omnes fontes abyssi magna* (peccatricis)*& cataracta*(gratiarum) *cœli apertæ sunt,& facta est pluuia*(lacrymarum) *super terram.*

Item, 9. *Arcum meum ponam in nubibus , & erit signum fœderis inter me , & inter terram.* De hoc them.S.Thom.hac die.

Esaïæ 35. *Scissa sunt in deserto aqua : & quæ erat arida , erit in stagnum , & sitiens in fontes aquarum.* Huc facit Punct.1.vbi fusè de lacrymis.

Zachar. 14. *In die illa erunt & lebetes in domo Domini quasi phiala coram altari.*

Ezech 16.*Dixi tibi,cum esses in sanguine tuo,viue.*

Ierem. 3. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis;tamen reuertere ad me, dicit Dominus , & ego suscipiam te.*Huc facit Punct. 25. & 107. In hac die optimè Chrysol.serm. 93. 94. & 95. Bernard. & Laurent.Iustin.

IN FESTO S. IACOBI, Apostoli. 25. *Iulij.*

AD illa verba , *Accessit ad eum mater filiorum Zebedæi adorans, & petens aliquid ab eo.* facit Punct.110.in quo plura de ambitione, pag.193.1. & suprà Punct. 63. Quid , & quomodo postulandum. pag.132.1.

Potestis bibere calicem,quē ego,&c.De hoc them. S.Thom.& facit Punct. 39. pag.101. 2. & Punct. 49. pag. 113.1.

Psalm.134.*Educens nubes ab extremo terræ,fulgura*(filios tonitrui)*in pluuiam fecit.*

Genes.29.*Seruiuit Iacob pro Rachel septem annis: & videbantur pauci dies præ amoris magnitudine.* Christi charitas in Cruce. Punctum 27. Crucifixio. pag.399.2.

IN FESTO S. MARTHÆ, Virg. 29. *Iulij.*

IOb 40. *Nunquid illudes ei quasi aui , aut ligabis eum , quasi passerem puero.* Sicut & Iuliana fecit. Christus suo sanguine draconem tortuosum interfecit,melius quàm Apollo.Punct. 30.pag. 424.2.

IN FESTO S. PETRI AD vincula. 1. *Augusti.*

PSalm.115. *Dirupisti, Domine,vincula mea : tibi sacrificabo hostiam laudis.* De hoc themate S.Thomas.

Actorum 12. *Et ceciderunt catenæ.*S.Vincentius optimè.

Genes. 49. *Sedit in forti arcus eius , & dissoluta sunt vincula brachiorum eius , & manuum illius per manus potentis Iacob.*

3. Reg. 22. *Mittite virum istum in carcerem , & sustentate pane tribulationis ,& aqua angustia.*

Ieremiæ 40. *Ecce solui te hodie de catenis , quæ sunt in manibus tuis.*

Danielis 6. *Eductus est Daniel de lacu , & nulla læsio inuenta est in eo,quia credidit Deo suo.*

Isaïæ 42. *Dedi te in lucem Gentium , vt aperires oculos cæcorum,& educeres de conclusione,vinctum de domo carceris,sedentem in tenebris.*

Sapient.10.*Hæc*(Iesus Sapientia,&c.) *venditum iustum non dereliquit ; sed à peccatoribus liberauit eum , descenditque cum illo in foueam , & in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos , qui eum deprimebant.* Hæc & omnia faciunt nobis Christi vincula. Punctum 7. pag.337.2.

IN FESTO S. DOMINICI. 4. Augusti.

Ecclesiastici 42. *Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius.* De hoc themate S.Thomas optimè, & S. Vincentius per totam octauam.

Iste canis Domini,non canis mutus, & qui latrare nesciat;imò qui Ordinem instituit, qui semper clamitet contra malos.

Isaïæ 56. Isaïæ 59. *Spiritus meus, qui in te est, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui amodò, & vsque in sempiternum. (Non enim vos estis,qui loquimini.)*

IN FESTO SANCTÆ MARIÆ ad Niues. 5. Augusti.

Ecclesiastici 43. *Imperio suo accelerauit niuem. Propereà aperti sunt thesauri* gratiarum Mariæ.

Iob 38. *Nunquid ingressus es thesauros niuis? aut thesauros grandinis aspexisti?*

Prou. 26. Prouerb. 25. *Frigus niuis in die messis. Nix in æstate* videtur. Nix frigida. Mortificationibus delectatur,& castos sibi eligit.

Psalm. 134. *Producit ventos de thesauris suis*, ad refrigerium nostrum.

Ierem. 39. Imò *thesauros* portat *frumenti, hordei, olei,& mellis.*

Sapient. 7. *Venerunt nobis omnia bona pariter cum illa.* Vnde Tetrastichon:

Frigore concresco,flammas ex athere mittes:
Excutior flammis:mitte Virago,niues.
Sicque niues nimbus pugnantes,ignibus ignes,
Ardor sanctus erit, purus & algor erit.

Nix per antiperistasim calefacit. *Qui dat niuem, sicut lanam:*hoc est,qui præstat nioi officium lanæ:

Cant. 6. Maria Dei amorem generat. Nix terram fœcundat:Maria animæ gratiarum fœcunditatem affert. Nix disgregat visum, vel obumbrat splendore nimio: Maria ipsos Seraphim. *Auerte oculos tuos à me:quia ipsi me auolare fecerunt.*

IN FESTO S. LAVRENTII. 10. Augusti.

Psalm. 101. *Ossa mea sicut cremium aruerunt.* Item, 16. *Igne me examinasti:& non est inuenta in me iniquitas.*

Ecclesiastici 50. *Quasi thus redolens in diebus æstatis.* Christus thuribulum suauissimi odoris in Cruce.

Gregor. Luc. 23. *Obtulerunt ei partem piscis assi.* (Assatum est.)D.Gregor.homil.in Euang.24. Quid autem,ait,signare piscem assum credimus,nisi ipsum mediatorem Dei,& hominum passum?

D.Ambrosius Hexamer.lib.5. cap.6.de Stephano Protomartyre, Act. 7. *Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem.* Pro hoc pisce stabat Dominus Iesus.

Leuit. 2. *Si de craticula fuerit sacrificium; æquè simila oleo conspergatur*, (oleo charitatis in Deum, quo magis ille assari cupiat,quàm tyrannus assare; oleo misericordiæ in pauperes,qui collatas facultates in cælestes thesauros deportent :)*& adolebit super altare in odorem suauitatis Domino.*

Deut. 3. *Monstratur*(hodie)*lectus ferreus* (Laurentij.)

Iob 7. *Consolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecum in stratu meo*,vel, iuxta alios, *ardebit eloquio meo cubile meum.*(assatum est,iam versa, & manduca.)

Isaï. 10. *Et erit lumen Israël in ignem, & sanctus eius in flammam:& succendetur,& deuorabitur spina eius.*(assatum est.)

Iob 28. *Auro locus est,in quo conflatur.*

Psalm. 40. *Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius*(voces,preceśque pauperum.)Huc facit Punct.79.pag.153.1.& Punctum 80.pag.155.1.

Dispersit, dedit pauperibus. De hoc them. S. Thom.

Ad illa verba,*Ianuas tuas ingredi merui.* De Tribulat.à Punct.47.ad 51. à pag.110.1.ad 115.1.

IN FESTO ASSVMPTIONIS B.Virg. 15. Augusti.

Pro hoc Festo facit Punctum 131.de Beata Virgine. pag.244.2.

En Architæ Columba volitans librata per aëra.

Genes. 8. *Extendit manum, & apprehendit columbam.*

2.Reg. 6. *Dauid, & omnis domus Israel deducebant Arcam Domini cum iubilo.*

3.Reg. 10 *Et ingressa* (est Regina mundi) *Ierusalem* (cælestem) *multo cum comitatu, & diuitiis.* Optimè Bonauentura in Speculo B. Virginis, cap.11. Bonau.

Psalm. 17. *Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis.*

3. Reg. 18. *Quæ nubecula parua* (ob humilitatem)*ascendebat.*

Prouerb. 15. *Gloriam præcedit humilitas.*

Item, 31. *Mulier gratiosa inueniet gloriam.*

Cantic. 1. *Trahe me post te.*

Item, 2. *Introduxit me Rex in cellam vinariam*, (totius suauitatis,ac dulcedinis.)

Item, 4. *Veni de Libano, coronaberis.*

Item, 8. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens?*

Isaïæ 14. *Super astra Dei exaltabo solium meum.* Vnde ille cecidit, hæc ascendit,&c.superasceodit.

Item, 60. *Domum maiestatis meæ glorificabo.*

Ezech. 10. *Eleuata est gloria Domini desuper Cherubim*,(& Seraphim.)

3. Reg. 2. *Positus est thronus matri Regis, quæ sedet ad dexteram eius.*

Esther 1. *Præcepit Rex, vt inducerent Reginam coram eo,posito super caput eius diademate.*

Item, 3. *Posuit solium eius super omnes Principes, quos habebat.*

Apocalypsis 11. *Apertum est templum in cælo: & visa est arca eius in templo eius.*

Item, 12. *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole.* Vide Punctum 32. pag.444.1.

IN FESTO S. ROCHI.

Lyra ex ligno vitis compacta, sonum reddebat, qui pestem fugabat,vt S.Rochus faciebat,qui in caua caote montis habitans, signo Crucis pestem fugabat. Cautes Gallicè, *vne roche.*

Cantic. 2. *Veni in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.*

Confugiamus ad hunc sanctum Virum, qui virus morbi omne curabit. Desertum fit desertum, in quo Saoctus hic morabatur. *Exultant ligna*, &c. Psalm. 95.

Christus

Christus vitis, qui suo sono morbum peccati fugabit.

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI, Apostoli. 24. *Augusti.*

Michææ 3. *Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis: & pellem eorum desuper excoriauerunt.* Dionys. Carthusianus in serm. Ad hoc facit Punctum 19. Columna, & flagellatio. pag. 368. 2.

Dionys. Carth.

Leuitic. 1. *Detractáque pelle hostiæ artus in frusta concident.*

Ioëlis 1. *Ficulneam decorticauit: albi facti sunt rami eius.* D. Thomas hac die de eodem themate. Huc facit Punctum 106. pag. 185. 2. & Punctum 112. pag. 202. 2.

D. Thom.

Cantic. 5. *Expoliaui me tunica mea.* Græcè: *Excoriaui me tunica mea.*

Item, occasione verborum, *Exiuit in montem orare.* agi potest de Oratione.

IN FESTO S. AVGVSTINI. 28. *Augusti.*

Iob 28. *Profunda fluuiorum* (Scripturæ, creaturæ, culpæ, & gratiæ. Sic D. Thomas.) *scrutatus est, & abscondita in lucem produxit.* De hoc themate idem D. Thomas hac die.

Agi potest de conuersione eius ex Puncto 25. pag. 61. 1. & ex Puncto 55. pag. 120. 2.

Sagittaueras, Domine, cor meum. Lancea Christus percussus.

Numer. 24. *Fluet aqua de situla eius: & semen illius erit in aquas multas.* Christus sanguinem è latere mittens. Punctum 37. pag. 463. 2.

Ecclesiastici 30. *In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentem, & liberauit à perditione.*

Quod potuit facere gutta, Christus fecit vnda.

Mare Passionis calicem vocat Christus. Angelus mare in fossulam mittens.

IN DECOLLATIONE S. IOANNIS Baptistæ. 29. *Augusti.*

Ioannis 3. *Illum oportet crescere; me autem minui.* Dixerat de Domino Ioannes, qui minutus est in capite: Christus autem creuit in Cruce.

August. serm. 116.

Genes. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem: & ipsa conteret caput tuum.*

Ecclesiastici 9. *Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne fortè, &c.*

Isaiæ 47. *A facie malitiæ* (mulieris) *collectus est iustus.*

Psalm. 10. *Sedet in insidiis cum diuitibus* (Herodias,) *vt interficiat innocentem.* Mulieris mala. pag. 345. 2.

IN NATIVITATE B. VIRGINIS. 8. *Septembris.*

Virga Iesse floruit.

Canticor. 6. *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora.*

Iudith 11. *Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.*

Speranza Scripturæ selectæ.

Ecclesiastici 24. *In me omnis gratia vitæ, & veritatis.* pag. 44. 1

Num. 24. *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israël, & percutiet duces Moab.* Huc facit Punct. 131. pag. 244. 2.

Amos 3. *Leo* de tribu Iuda in peccatorem iratus, *rugiet*, si inter Leonem, & Libram non sit Virgo, *quis non timebit? & dilectus quemadmodum filius vnicornium*, in sinu Virginis. Vel *Leo* infernalis, quærens quem deuoret, *rugiet*; si os eius non claudat Virgo, *quis non timebit?*

Psalm. 88. *Buccinate in neomenia tuba.* Chald. *Clangite per Lunam Septembris cornu, in insigni die solennitatis vestræ*, vel *in definito tempore sacrificij vestri.*

Gen. 32. *Dimitte me: iam enim ascendit aurora* (ad quam feliciùs oculos eleuabis.)

Prou. 8. *In ipsis* (Natiuitatis) *foribus loquitur, dicens: O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum. Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilauerint ad me, inuenient me.* Sept. *Inuenient gratiam.* O infantulam diuitem! *Mecum sunt diuitiæ, & gloria.* Symmac. *A me sunt diuitiæ, & gloria.* Bern. Totum nos habere voluit per Mariam. *Opes superbæ*, vel *supernæ*. Hebr. *Substantia durabilis.* Sept. *Possessio multorum.* Symmac. *Vita antiqua.* Aquila: *Substantia cum pace.*

Nec his solum plena, & superplena sibi, sed & nobis. *Facta est quasi nauis.* Heb. *Quasi naues institoris. De longè portans panem suum.* Sept. *Congregat autem hac vitam.* Complut. & Regia. *Congregat autem hac diuitias.* At quibus? *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem: non timebit domui suæ à frigoribus niuis.* q. d. abundè dabit; nec ipsa tamen ad pauperiem, nuditatémque deueniet. Quid plura? *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem.* Alij, *Voluntatem à Domino.*

Matth. 1. *Liber generationis Iesu Christi.* O scribar ego in hoc mystico libro, & gaudebo: non quia dæmonia subiiciantur mihi; sed quia nomen meum scriptum sit in cælis!

Dan. 12. *Saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro hoc.* O Maria, liber vitæ!

Iosu. 1. *Non recedat volumen hoc ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus, ac noctibus.* Hinc humilitatem, hinc puritatem, hinc obedientiam edisces: *Vt facias ea, quæ scripta sunt in eo.* Hæc vera Virginis deuotio, virtutum eius cultus, ac imitatio.

In electis meis (ô mater) *mitte radices* (tuæ deuotionis) ô bonum, cùm Virginis deuotio altas egit radices!

3. Reg. 2. *Mortem quidem merebaris*, (ô peccator,) *sed, quia portasti* (per specialem deuotionem) *Arcam fœderis*, (matrem meam, in corde tuo,) *non morieris* (æterna morte.)

Leuit. 26. *Ponam tabernaculum meum in medio vestri*, (deuotionem Virginis matris meæ;) *& non abiiciet vos vltrà anima mea.*

Psalm. 59. *Dedisti metuentibus te significationem.* Heb. *Vexillum* (deuotionis Virginis,) *vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui.*

2. Reg. 17. *Vbi, vbi sunt?* (vox infernalium inimicorum.) *Transierunt festinanter, gustata paululum aqua.* (Vox Virginis, quæ super os putei suæ protectionis velum expandit.)

Maria. Heb. *Spes.* Ber. Maria tota (post Christum)

ftum)ratio spei meæ In quidosdam sculptis Cæsarum imaginibus, Dea quædam, & circa eam, Spes publica. Maria, Maria, spes publica peccatorum.

Ruth 2. *De vest is quoque manipulis proiicite de industria, & remanere permittite*, (peccatorem aliquem veluti ab omnibus derelictum,) *vt absque rubore colligat.* q. d. quem alij, sic dixerim, erubescunt; hæc vel scelestissimum, si ad eam confugiat, non erubescit; sed colligit, amplexatur.

Genes. 1. *Luna*,(Maria,) *vt præesset nocti* (peccatori.)

Psalm. 38. *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum: hi fuerunt illic* (in ciuitate Dei, quò peccatores cuiusque generis confugiunt.)

Apoc. 12. *Et in vtero habens clamabat parturiens, & cruciatur, vt pariat.* Quid lætabunda in suo virgineo partu clamet, & crucietur? De eo partu est sermo,de quo Apostolus:*Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Hos Christo parere exoptat:hos gratiæ enixos in desertum pœnitentiæ,non ad sensus delicias adducit. Et hi deuoti,&c.

O Maria, ô Maria! Hæc Fratres mei, spes nostra est. Væ nobis sine illa Reprobris illis dictum est: *Clausa est ianua.* Væ nobis miseris, væ nobis, si ianua hæc cæli clauderetur. In hac die Ber.& B. Thom.de Villanoua.

IN FESTO EXALTATIONIS Sanctæ Crucis. 14.*Septemb.*

AD hoc facit Punctum 105.pag.185.1.& Punctum 106. ibid. 2. vt etiam pleraque Puncta de tribulatione.

1. Reg. 4. *Et factum est in diebus illis conuenerunt Philisthiim in pugnam, &c. & Arca Dei capta est,* scilicet,Crux. Glossa in Moràl. Per pugnam Philisthinorum contra filios Israël, quæ describitur hic, allegoricè significatum fuisse videtur bellum Persarum sub Cosdroë Rege contra Catholicos in terram Iudææ: quia sicut in isto bello filij Israël fuerunt debellati, & Arca Dei fuit capta: sic in bello Cosdroë Catholici partim occisi fuerunt, & partim captiuati: & sancta Crux fuit capta, & portata in terram Persarum, sicut Arca transportata fuit in terram Philisthinorum. De qua transportatione dicitur in fine capitis: *Translata est gloria Dei ab Israel, eò quòd capta esset Arca Dei.* Vide Punctum 7. de captione Christi. pag. 337.2.Et idem dici potest de sancta Cruce,quæ est gloria plebis Christianæ.

Galat. 6. *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri IesuChristi* Punctum 26.Crucis baiolatio. pag.395.2.

1. Reg. 6. *Fuit autem Arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus, &c. Indicate nobis, quomodo remittamus eam in locum suum.* Moraliter Glossa. Lyranus: In hoc capitulo describitur Arcæ reductio,per quam significatur sanctæ Crucis reportatio,quam Heraclius Imperator occiso Cosdroë, & Persis in deditionem receptis in Ierusalem reportauit. Serm.1. de Cruce.

D.Petrus Damianus: De virga Iesse deuenimus ad virgam Crucis.

Genes.32.*In baculo isto transiui Iordanem.*

Ecclesiastici 24. *Sicut Cedrus exaltata sum in Libano.*

Ezech. 17. *Exaltaui lignum humile, & frondere feci lignum aridum.*

IN FESTO S. MATTHÆI, Apostoli.21.*Septemb.*

FVsè de auaritia,ac diuitiis,à Puncto 66. ad 76. à pag.137.2.ad pag.144.2.

Genes. 16. *Tu verò Deus es, qui fic respexisti me.* (Qui horum oculorum virtute cor mutas.)

Iob 28. *Ferrum de terra tollitur,*(è terreo ferreus contra hostes) *lapis quoque* (cor durum) *solutus calorum* ((illorum radiorum) *in æs*(resonans Euangelium) *vertitur. Ad silicem* (infrugiferam ante, sed postcà frugiferam) *extendit manum suam: subuertit à radicibus montes* (eradicans superbiam diuitis:) *in petris riuos*(lacrymarum ob pœnitentiam) *excidit.* Efficacia, & vis oculorum Christi. pag.330.1.

IN FESTO S. HIERONYMI. 30. *Septemb.*

MAtthæi 5. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam,& ponunt eam sub modio, sed super candelabrum.* Sermo B.Laurentij Iustiniani.

Eusebius de morte eius ad Damasum, cap 9. O vir ineffabilis!ô virtutum vas admirabile!ô splendor patientiæ! ô lampas præfulgida! ô diadema honoris, & gloriæ, angularis lapis firmissimus, exemplar innocentiæ, columna aurea, & totius Ecclesiæ fundamentum.Cùm plùs tunderis,minùs confunderis.

Christus Agnus tonsus,& tunsus. p.355.2

Christus lucerna,Crux candelabrum. p.396.2.

IN FESTO S. ANGELI Custodis. 1. *Octobris.*

PRo hoc Festo facit Punctum 97. de Angelo Custode. pag.175.2.

IN FESTO S. FRANCISCI. 4.*Octobris.*

HVc potest referri Punctum 78. De affectu libero,& à terrenis eualso. pag 147.1.

Galat. 6. *Ego stigmata Domini in corpore meo porto.*

Exodi 21. *Quòd si dixerit seruus: Ego diligo dominum: non egrediar liber. perforabit aurem eius subula: & erit ei seruus in sæculum.* Huic in quinque partibus.

Zachar. 13. *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Hic plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.*

Nobiliora vulnera fecit amor.

Ioan. 6. *Hunc Pater signauit.* Græcè: *Sigillauit* (hunc filios.)

Isaiæ 62. *Vocabitur tibi nomen, quod os Domini nominabit.* Hebraicè,*perforabit.* Ipse sculpsit cælaturas has.

Apoc. 7. *Vidi alterum Angelum habentem signum Dei viui.* D. Bonauentura ait hunc esse S. Franciscum. Vide Punctum vltimum, De quinque plagis. pag.463.2

IN FESTO S. DIONYSII.
9. *Octobris.*

ESther. 15. *Paruus fons creuit in fluuium: & in Solem, lucémque conuersus eſt: & in aquas plurimas redundauit.* Sol, & Luna in tenebras conuerſi.

Iſaiæ 46. *Vocans ab Oriente auem: & de terra longinqua virum voluntatis meæ.* De hoc themate S.Thomas hac die.

Actor. 17. *Stans autem Paulus in medio Areopagi,*&c. *Ignoto Deo,* &c. *Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt, in quibus & Dionyſius Areopagita.* Tenebræ pro Christo patiente. pag.414.r.2. Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur.

IN FESTO S LVCÆ,
Euang. 18. *Octobris.*

CRucis mortificationem iugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portauit. In oratione.

Prouerb. 14 *Vbi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta fortitudo bouis.* (Lucas plus omnibus de paſſione ſcripſit.)

Iſaiæ 11. *Vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur.* Vitulus ad ſacrificium obediens ducitur. De obedientia Christi in Cruce. pag 410.r

IN FESTO SS. SIMONIS, & Iudæ, Apoſtolorum. 28. *Octobris.*

1.Mach.2. ECce Simon, *frater veſter: ſcio, quia vir conſilij eſt: ipſum audite ſemper, & ipſe erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute ſua, ſit vobis Princeps militiæ.* Simon Zelotes. De zelo animarum. pag.456.2.

Hebr. 11. *Secti ſunt, tentati ſunt.*

Exod. 29. *Ipſum autem arietem ſecabis in fruſta.*

Amos 1. *Non conuertam, eò quòd diſſecuerint prægnantes Galaad.* Apoſtolos plenos ſermone euangelico. Ribera ibid. Templum item cæleſte ex lignis, & lapidibus ſectis ædificatur, & ebore.

Hieronymus in Pſalmum 44. Ebur, niſi radatur limis, diuidatur ferris, ac ſubulis perforetur, obſcurum, & horribile eſt: ſic etiam Apoſtoli erant, antequam vocarentur, & inhabitarentur. Sed poſtquàm vocati ſunt, ferris ſecti, (vt Simon,) vngulis raſi, ſcapellis ſcalpti, flammis, ignibus, ac diuerſis ſupplicijs elimati, facti ſunt domus Dei. Dolores Chriſti in Cruce acerbiſſimi. pag. 404.r.2.

IN FESTO OMNIVM Sanctorum. 1. *Nouembris.*

PHilipp.4. *Salutant vos Sancti.*

4.Reg.4. *Nunquid habes negotium, & vis, vt loquar Regi?* (Vox amicorum Dei pro deuotis.) Loquebatur Moyſes cum Deo facie ad faciem, ſicut loqui ſolet amicus cum amico. O beati, ô felices Sancti, & amici Dei! *Beati, beati,* ait in ecſtaſim ferè rapta Regina illa, *viri tui, & beati ſerui tui hi, qui ſtant coram te ſemper!* Quid, quid de aulicis hiſce feliciſſimis?

At, quantùm poterant vel in terra! Actorum 27. *Ne timeas, Paule: ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum,* (animas ducentas ſeptuaginta ſex.) An non deferebant infirmos in plateas, vt tranſeunte Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum? Gen. 19. Angeli ad Lot: *Habes hîc quempiam tuorum, generum, aut filios, aut filias,* (vt meritis tuis hinc eripiamus?) Ad hæc: *Diſſimulante, vel tardante illo, apprehenderunt manum eius. Feſtina quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.* O vim orationis! ô Sanctorum merita! donec videri poterat, ita dixerim; donec vmbra illius per accliuum aſcendentis regionem illam tangere potuit; nequaquam ignis de cælo venit; ſed ſtatim ac Lot ingreſſus eſt Segor, pluit Dominus de cælo ſuper cæteras ciuitates ſulphur, & ignem. Quis verò non miretur, integram ciuitatem Segor precibus eius ab incendio, quod cum reliquis merebatur, ereptam? *Etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, vt non ſubuertam vrbem, pro qua locutus es.*

Væ mundo abſque Sanctorum precibus. Vbi nos legimus Iſaiæ 57. *A facie malitiæ collectus eſt iuſtus* Pagnin. legit: *Propter malum mundo venturum, colligetur iuſtus ad Patres ſuos.*

Num. 14. Ioſuë, & Caleb ad populum: *Neque timeatis populum terræ huius.* Cur, ô duces, non pertimeſcant? *Receſſit,* inquiunt, *ab eis omne præſidium.* Hebr. *Receſſit ab eis vmbra eorum.* Quænam? Corn. à Lapid. Tradunt Hebræi ſub hoc tempus in Chanaan mortuum eſſe ſanctum Iob, cuius precibus, dum viueret, placatus Deus pepercerat Chananæis: nunc autem illo mortuo, receſſerat vmbra eos protegens: pura merita, & preces ſancti Iob. *Omne præſidium.* Huc facit Punctum 2. pag.4.2.

Quid verò agendum nobis, vt quoad poſſumus, eorum patrocinium mereamur? *Ecce ſedulè in omnibus miniſtraſti nobis*, inquit Eliſeus ad Sunamitidem. *Quid vis, vt faciam tibi?* Sic, ſic Sanctorum patrocinium promerendum, &c. Auguſtin. August. Nos verò, Fratres, ad Sanctorum Martyrum conſortium ſi venire volumus, de imitatione Martyrum cogitemus: debent enim aliquid de ſuis virtutibus recognoſcere, vt pro nobis dignentur Domino ſupplicare. Huc optimè facit Chryſoſtom. Chryſoſt. die 6. infra oct. Pro hac ſolemnitate facit Punct. 48. pag. 112.1. & Punctum 148. pag.276.1.

Baruch. 4. *Delicati mei ambulauerunt per vias aſperas.*

Apoc. 24. *Vidi turbam magnam,* &c. *palmæ in manibus eorum.* Ergo victoriam retulerunt de hoſtibus, mundo, carne, Dæmone.

Ezech. 9. *Omnes ſignati ſigno Thau,* ſigno Chriſti. Ergo omnes imitatores Chriſti, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti.

Martyres ſunt tubæ ductiles ex Gregorio Niſſeno. De cruce gerenda, vide Punctum 26. pag. 395.2.

IN DIE COMMEMORATIONIS omnium fidelium Defunctorum.

2. *Nouembris.*

IOſuë 10. *Sol, contra Gabaon ne mouearis,* &c. *Stetitque Sol,* &c. *Non fuit antea, & poſtea tam longa dies.* Si vnius oratione dies eſt elongata, omnium fidelium precibus non breuiabitur?

Prou. 11. *In bonis iuſtorum liberabitur ciuitas,*

(Purgatorium hoc, vel illo in eo detento)

Eccl. 3. *Cor inopis* (suam eleemosynam diu expectantis (*ne afflixeris, & ne protrahas datum angustianti.* Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis est, inquit Senec. Punctum 81. pag. 158.1. — Senec.

Eleemosyna præsens non erit in oblivione; sed in die tribulationis commemorabitur tui, (ore pauperum, dum & tu eris in Purgatorio.)

Ignem ardentem (Purgatorij) *extinguit aqua* (misericordiæ.)

Ruth 1. *Faciat Deus misericordiam vobiscum, sicut fecistis cum mortuis.* (Hoc præcipuè meritum exigit Caiet. vt, scilicet, tunc adiuuandus adiuuet.) *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* — Caiet.

Ierem. 12. *Erue nos de manu inimicorum nostrorum, & seruiemus tibi*, (dum erimus ante Deum.)

2. Reg. 14. *Obsecro, vt videam faciem Regis: quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.* Qualenam desiderium animarum videndi Deum?

Iob 7. *Noctes laboriosas numeraui mihi.*

Sept. *Noctes dolorum datæ sunt mihi.*

Item, 14. *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea.* Symmac. *Donec veniat sancta natiuitas mea.* — Symmac.

Idem. Isaiæ 38. *Sicut pullus hirundinis, sic clamabo: meditabor, vt columba.* Symmac. *Sicut hirundo inclusa, sic clamabo. Domine, vim patior, responde pro me.* Hebr. *Spende pro me.* Te alloqui cogita: *Sponde, sponde pro me.* O inhumanum, si pro anima non spondes! — Hebr.

Psalm. 41. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* (August. id est, vbi quotidie expecto sponsi mei præsentiam.) — August.

Tob 5. *Quale gaudium est mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* (Vox animarum.) *Forti animo esto: quia in proximo est, vt à Deo cureris* (Vox Angelorum.)

Psalm. 30. *Obliuioni datus sum, tanquàm mortuus à corde.* Vox patris, aut matris. Nec mirum, cùm seipsum obliuioni dederit. *Thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea: & nunc quæ est expectatio mea* (à filiis? Vana.)

Isai. 1. *Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.* Alij, *Rebellarunt à me.* — Alij.

Iob 19. *Quare faciem tuam abscondis,* (fili,) *& arbitraris me inimicum tuum?*

Psalm. 17. *Filij alieni* (ab omni lege) *mentiti sunt mihi*, quòd adiuuarent, quòd vota, quòd legata persoluerent.

Abdiæ 1. *Vsque ad terminos emiserunt te: omnes viri fœderis tui illuserunt tibi.*

Thren. 1. *Audierunt, quia ingemisco ego* (mater, vel pater:) *& non est, qui consoletur me.*

1. Machab. 1. *Facta est extera semini suo* (obliuiosa mater filiorum:) *& nati sui reliquerunt eam* (in pœnam.)

Thren. 2. *Matribus suis dixerunt* (filij:) *Vbi est triticum, & vinum,* (in sacrificium pro nobis offerendum?)

Item, 4. *Sed & Lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.*

Item, 1. *Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius; non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius.* Alij: *Ex omnibus amatoribus eius: omnes amici eius spreuerunt eam.* O quàm multi, dum viueret, *Ecce quem amas, infirmatur!* At vix triduo elapso sollicitudinem abiiciunt: *Quatriduanus est, fœtet.* — Alij.

Iob 19. *Vsquequò affligitis animam meam? En decies confunditis me* (tot vanis auxilij spebus,) *& non erubescitis. Ecce clamabo vim patiens, & nemo audit: vociferabor, & non est, qui iudicet* (quàm grauis sit pœna, vt me propterea tactus miseratione ab ea liberet, atque absoluat.) *Semitam meam circumsepsit, & transire non possum: & in calle meo tenebras posuit. Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum.* (Quasi: quia hostis illius reuerà non sum, quamuis quasi hostem me afficiat: vnde nec ille hostili animo hæc mihi supplicia irrogat, sed beneuolenti, sed paterno. Sic Nicetas.) *Dereliquerunt me* (in hæc tormenta) *propinqui mei: & qui me nouerunt, obliti sunt mei. Inquilini domus meæ,* (Septuaginta. *Vicini domus meæ,*) *& ancillæ meæ, sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum vocaui, & non respondit.* (Quid mirum?) *Halitum meum exhorruit vxor mea.* (Halitus ille, spiritus ille quondam vnus inter me, & vxorem, in horrorem modò; alterius, nimirum, viri halitus in secundis nuptiis benè olet.) *Et orabam filios vteri mei. Abominati sunt me quondam consiliarij mei*, vel Græcè, *Scientes me*; conscij, videlicet, arcanorum omnium cordis mei. *Et quem maximè diligebam, auersatus est me. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos* (ô Sacerdotes) *amici mei, quia manus Domini tetigit me.* — Nicet. — Græcè.

Thren. 1. *Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui: audite, obsecro, vniuersi populi, & videte dolorem meum.* O quàm his illud accommodare possumus: *Ite, Angeli veloces, ad gentem conuulsam, & dilaceratam.* Hebr. *Ad gentem tractam per omnes tribulationes, &* (tamen) *pretiosam.* — Hebr.

Iob 28. *Auro locus est, in quo conflatur.* August. *In quo purgatur.*

Malac. 3. *Et purgabit filios Leui, & colabit eos* (ô tormentum!) *quasi aurum, & quasi argentum* (ne quid scoriæ supersit:) *& erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia* (vt quicquid debent, persoluant.)

Matth. 18. *Nónne ergo oportuit, & te misereri conserui tui?* (Quantò magis patris tui?)

Amos 6. *Nihil compatiebantur super contritione Ioseph*, animæ existentis in puteo, vel carcere Purgatorij. Si bos, aut asinus in foueam cadat, nónne continuò extrahent illum in die Sabbathi?

Psalm. 30. *Infirmata est in paupertate virtus mea.* O quàm extrema paupertas! Nihil habent, vnde se iuuent: multa debent, nihilque lucrari possunt, &c.

Isa. 30. *In silentio, & spe erit fortitudo vestra.* Sap. 3. *Spes illorum immortalitate plena est.* Eccles. *Ibit in domum æternitatis suæ.* — Sap. 5. Eccl. 12.

Dan. 14. *Daniel serue Dei, tolle prandium, quod misit tibi Deus*, sacrificium per manus Sacerdotis delati in cincinno intentionis. Tu inter ora leonum existentibus amicis, aut parentibus, huiusmodi prandium non deferes? Chrysost. Iuuetur mortuus non lacrymis, sed precibus, supplicationibus, eleemosynis. — Chrysost.

Sap. 7. *Infinitus thesaurus* (indulgentiarum) *est hominibus.*

Hebr. 11. *Sancti obturauerunt ora leonum*, (de quibus Eccl. *Libera eas de ore Leonis.*) *extinxerunt*

rant impetum ignis, his altaribus in eorum honorem priuilegio decoratis: vnde nunc ille, nunc illa liberatur. Tu sacrificiorum, eleemosynarúmque aqua ad extinguendum ignem, non alienam domum, sed tuorum consanguineorum animas concremantem, festinus non accurres? Curris, vt ignem, qui comburit domum extinguas, ad extinguendum ignem, qui animam comburit, non curres? Pro hac die facere possunt Puncta 138. & 139. dempta æternitate, *&c.* à 260.2. ad 265.2.

IN FESTO SANCTI Martini. 11. *Nouembris.*

1. ESdr. 9. *Scidi pallium meum, & tunicam.* De hoc them. optimè D. Thom. hac die. Huç facit Punct. 82. pag. 159.2. & Punct. 88. pag. 169.1. D.Thom.

Apoc. 16. *Beatus, qui custodiuit vestimenta sua* (induens pauperem,) *ne nudus ambulet* (in itinere mortis.)

Isaiæ 28. *Pallium breue* (immisericordis, & auari) *vtrunque operire non potest*: (misericordis potest.)

Ad illa verba, *Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat voluntas tua.* facit Punct. 117. pag. 215.1. & egregiè Bern. hac die.

IN FESTO PRÆSENTATIONIS B. Virginis. 21. *Nouembris.*

EN hodie felicior Anna, quàm altera illa suorum viscerum immolatrix (sic eam appellauit Chrysostom.) quæ acceptam à Deo puellam, Deo præsentat: *Et quæ de manu tua accepimus reddimus tibi.* Chrysost.

Gen. 4. *Abel obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel.* Ex Hebr. *Et defixè intuitus est Abel.* Symmac. *Et delectatus est super Abel.* Aquila: *Et consolationem accepit.* Chaldæus: *Et suscepit cum beneplacito.* Theodotion: *Et inflammauit.* quo, scilicet, totum holocaustum absumeret, & quàm gratum ei extiterit, declararet. At quàm defixè hodie oblationem hanc intuitus est Deus? quantùm in ea delectatus? quantam accepit consolationem? quanto suscepit cum beneplacito? qualiter inflammauit? O gratissimum holocaustum! ô medullatum! ô pingue! Hebr. Symmach. Aquila. Chald. Theodot.

Psalm. 121. *Lætata sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.* O domum felicem! ô beatam! in qua Virgo Virginum cum virginibus habitauit! *Deus in domibus eius cognoscetur.* Verè, verè in hac domo, & ex hac domo Deus cognoscebatur. Quæ domus hæc? Paradisus. Cant. 4. *Hortus conclusus.* Ambros. *Paradisus conclusus.* Gen. 28. *Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli.* Chald. *Non est locus communis; sed locus, in quo beneplacitum est coram Deo: & è regione loci huius est porta cæli. Ista est lex domus. In summitate montis omnis finis eius. In circuitu sanctum sanctorum est.* Cant. 4. Ambr. Genes. 28. Chald.

Si quondam locus ille Claræuallis ob Bernardi præsentiam vndique, vel eminùs odorem sanctitatis efflabat; situs etenim ipse, ordo, silentium, charitas, non terrenam domum, sed Paradisum præseferebant. Ingressus quondam regium illud cubiculum (inquit Guillelmus lib. 1. cap. 7. qui vitam scripsit Bernardi) cùm considerarem habitationem, & habitatorem, tantam mihi, testor Deum, domus ipsa incutiebat reuerentiam, ac si ingrederer ad altare Dei. Quid reuerentiæ, quid sanctitatis ex domo illa, in qua sanctissima hæc Virgo aderat? *Ecce, ecce odor filiæ meæ, sicut odor agri pleni cui benedixit Deus.* O domum non terrenam, sed cælestem! ô templum non templum, sed cælum! Quis ordinem, qui amorem, quis charitatem domus illius describat?

Cant. 4. *Sicut fragmen mali punici, ita gena tua, absque eo, quod intrinsecùs latet.* Verè fragmen mali punici, quod rubentes suo quosque loco pyropos ligat, virgunculatum illum charitatem, ac vanitatem signabat: at quænam mali punici coronam gestabat? *Absque eo, quod intrinsecùs latet.* Septuaginta: *Extra taciturnitatem tuam.* Symmach. *Extra silentium tui.* Ipsa, ipsa erat, ait Ambros. simulacrum mentis, figura probitatis. Septuag. Symmach. Ambros.

Iudith 10. *Considerabant vultum eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.* Ab ea desumebant exempla viuendi, in qua, velut in speculo, fulgebat species castitatis, & forma virtutis. Psalm. 44. *Astitit Regina*, vel *Erecta stetit Regina à dextris tuis* (veluti omnium prima) *in vestitu deaurato.* Symmac. *In auro primo circumamicta varietate.* Chald. *In indumento diuersarum figurarum*, hoc est, omnium virtutum. Exod. 38. Si labrum illud æneum ex speculis mulierum, quæ excubabant ad ostium tabernaculi, tergendas, si quas haberent Sacerdotes, maculas ostendebat, quàm dilucidè ex hoc speculo sine macula suas quæque negligentias emendare, séque ipsas ornare poterant? Psal. 44. Symmach. Chald. Exod. 38.

Ierem. 1. *Virgam vigilantem ego video.* Alij: *Virgam ex amygdalo celeriter florentem ego video.* Quòd, uimirum, omnibus antecelleret; quódque omnibus, dum oportebat, virga correctionis esset. Plerisque iusti aspectus, admonitio correctionis est, inquit Augustinus. Iusti sanat aspectus, & ipsi oculorum radij virtutem quandam videntur infundere iis, qui fideliter eum videre desiderant. Quanta, quæso, ille Virginis aspectus admonitio correctionis erat? Alij. August.

O quàm sæpè illa ad sorores: *Ne fortè sit inter vos radix germinans fel, & amaritudinem.* Deut. 29. aut, iuxta alios: *Ne fortè sit in vobis cor cogitans peccatum, & superbiam. Virgam, virgam vigilantem*, vel *ex amygdalo*, hoc est, Virginem in lenitate spiritus corrigentem, *ego video.* Deuter. 29.

2. Paralipomen. 5. expleto templo, *intulerunt Sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum.* En hodie Arca fœderis Domini habens virgam, & manna, illata in locum suum. O felicem domum, quinimò Paradisum, vbi tanta cum pace, & charitate habitabant sorores in vnum? Hæc religiosos (dicebat Hieronym. loquens de charitate) hæc Monachos facit; sine hac Cœnobia sunt Tartara, habitatores sunt Dæmones; cum hac verò sunt Paradisus in terris, & in eis degentes sunt Angeli. Hieron.

Suas autem cuique rei agendæ Sanctissima Virgo præfinierat horas, orationi, contemplationi, lectioni, rerum spiritualium collationi. Luc. 2. Sancta illa Anna Prophetissa *Non discedebat de templo, ieiuniis, & obsecrationibus seruiens nocte, ac die.* O quàm hæc citò virgunculæ huiusce spiritum subodorauit! quantùm beata hæc anus puellulæ gustabat spiritum, vel ipso Seraphinorum spiritu eminentiorem! quanto eá, quæso, affectu diligebat, Luc. 2.

 obseruabat,

obseruabat, reuerebatur! quoties seorsum in colloquiis diuinis! &c.

Duas verò inter cæteras virtutes, quibus omnibus in gradu heroico prædita fuit, coluit in templo sanctissima Virgo, puritatem, videlicet, ac orationem.

Rupert. Ambros. Tunc, ait Rupertus, votum virginitatis prima emisit. & Ambros. Prima virginitatis vexillum leuauit. Hinc David in spiritu. Psal. 44. *Adducentur Regi* (Christo) *virgines post eam* (exemplum eius secutæ:) *proximæ eius afferentur tibi: afferentur in lætitia, & exultatione* (vel in ipso ætatis flore:) *adducentur in templum Regis.*

Psal 44

Ad hoc, ad hoc vexillum puritatis percupidi conuolare debent. Psal 59 *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus.* Hebr. *Dedisti metuentibus te vexillum, vt vexillentur à facie arcus,* (quem cato tetendit, à quo tam nun vulnerantur,) *vt liberentur dilecti tui* (verè dilecti.) Sanctissima Virgo vexillum est eleuatum à facie pharetræ, tótque carnalium sagittarum, quæ tam sæpè visibiliter, ac inuisibiliter vndique iaciuntur, vt, scilicet, sub hoc dilecti, ac deuoti liberentur, extra quod nemo liberatur. German. Patr. Constantinop. homil. de zona, & fasciis Deiparæ: Nullus est, ait, qui saluus fiat, nisi per te, ô Sanctissima Nullus est, qui liberetur à malis, nisi per te, ô purissima. Nemo est, cui donum concedatur, nisi per te, ô castissima. Nemo est, cuius misereatur gratia, nisi per te, ô honestissima.

Psal. 59. Hebr. German.

Sub hoc parentes curent, vt filij, filiæque militent; eásque offerant Virgini, consecrent Creatori. D. Hieron. aduersus Heluidium: Virgines, inquit, fructus sunt nuptiarum: vnde matres meritò steriles putare se debent, si fructum huiusmodi non producant: fœcundas verò, cùm, qui virginitatem colant, filios, filiásque protulerint. Sic in epist. ad Furiam: Pater impleat nomen suum: læterur filiam genuisse Christo, non sæculo. Sic ad Lætam de Paula, quæ priùs, inquit, Christo consecrata est, quàm genita, quam ante votis, quàm vtero concepisti. O bonæ, quin si dicere licet, ô beatæ matres, quæ suas in Monasteriis virgines habent! hæ nanque sunt earum voluptas, deliciæ, laborum, afflictionúmque solatium, ac leuamen: non quæ secum ærumnarum suarum consortes in sæculo remanserunt.

D. Hieron.

Sed, ô quàm longè beatiores illæ, quæ nunquam ad nuptias ob Sponsi cælestis amorem peruenerunt! Cuiusdam elegantissimè meminit Ambros. lib. 1. de Virginibus. Memoriæ, inquit, nostræ puella dudum nobilis in sæculo, nunc nobilior Deo, cùm vrgeretur ad nuptias à parentibus, & propinquis, ad sacrosanctum altare confugit: quò enim meliùs virgo recurreret, quàm vbi sacrarium virginitatis offertur? Ne is quidem finis audaciæ. Stabat ad aram Dei pudoris hostia, victima castitatis; nunc capiti dexteram Sacerdotis imponens, precem poscens; nunc iustæ impatiens moræ, ad summum altari subiecta verticem: Num meliùs, inquit, quàm altare velabit, quod sanctificat ipsa velamina, frontem? Plùs talis decet flammeus, in quo caput omnium Christus quotidie consecratur. Quid agitis vos, propinqui? quid exquirendis adhuc nuptiis sollicitatis animum? Iandudum prouisas habeo. Sponsum offertis? meliorem reperi. Quaslibet exaggerate diuitias, iactate nobilitatem, potentiam prædicate: habeo eum, cui nemo se comparet, diuitem mundo, potentem imperio, nobilem cælo. Si talem habetis, non refuto optionem: si non reperitis, non prouidetis mihi; sed inuidetis. Silentibus cæteris, vnus abruptiùs: Quid si, inquit, pater tuus viueret, innuptam te manere pateretur? Tum illa maiori religione, moderatiore pietate: Et ideò fortasse defecit, ne quis impedimentum posset afferre. Quod ille responsum de patre, de se oraculum maturo sui probauit exitio. Ita cæteri eadem quique metuentes, fauere cœperunt, qui impedire quærebant. Habetis, puellæ, deuotionis præmium. Parentes, cauete offensionis exemplum.

Ambros.

O possent pueri, & puellæ, vel in ipso matrum vtero Creatori se consecrare! ô quàm bonum, quàm primùm sese è mundo eripere, antequàm malitia mutet intellectum, aut fictio decipiat animam, seu fascinatio nugacitatis obscuret bona, siue inconstantia, vel circunrotatio concupiscentiæ transuertat sensum sine malitia! Animæ hæ certè sunt, quæ placent Deo, qui præmaturis inspirationibus properat educere eas de medio iniquitatum. O quàm verum! *Fascinatio nugacitatis*, &c. id est, nugax, & adulatoria laudatio, secundùm quod homines maligni dicuntur laudando pueros fascinare. Sic Bonauent. O quot suis illecebris puellas fascinant! ô quantis *inconstantia*, seu *circumrotatio concupiscentiæ* caput circunrotat!

Bonau.

Sed felices illi, & illæ, quas à prima ætate spiritus bonus deducit? Psalm. 142. *In terram rectam*, Septuag. *In rectam.* Felix Praten. *In terram innocentiæ.* Chrysostom. In viam virtutis, in consilia, & actiones sibi placentes. Encomia Religionis, quæ iuxta Remigium terra recta est, quippe quæ fructum inata sementem producit. Mundus terra maledicta est in opere: at non sic Religio, &c. Septuag. *In rectam*, quasi terram dicere noluerint, quæ potiùs cælum est, vel quòd recto itinere ferè absque contactu terræ in regionem cælestem, vt dicit Dionys. ac in terram viuentium deducat. Felix: *In terram innocentiæ.* O quàm multi in hac, veluti in altero Paradiso, innocentiam custodiunt! In viam virtutis, in consilia, & actiones sibi placentes. Felices, felices, qui hanc à teneris, vt aiunt, vnguiculis ingrediuntur.

Psal. 142. Septuag. Felix Prat. Septuag. Felix.

Apoc. 11. Draco mulieris partum apertis faucibus expectabat, vt mox editum deuoraret: ac mulier protinus eum in desertum abduxit. O quot sunt, qui possent partum ab ore Draconis eripere: sed mundo editum, mundo relinquunt! Masculus est, primogenitus est. B. Aloysius Gonzaga primogenitus, & Marchio, vt fauces Draconis elusit! O felicem, qui non pro vna esca, sed pro regno cælorum, non vendidit, sed reliquit primogenita!

Leuit. 1. summoperè placet Deo primorum fructuum oblatio, ac primogenitorum immolatio.

Thren. 3. *Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua: sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit super se.* Vbi egregiè notat Bonauent. huic sententiæ veluti duabus antecedentibus præfixam esse literam *Teth*, Hebr. *Bonum*: quia æterna quærere, vt docet primus versus; fugere mundi inquietudinem, vt docet secundus, & tertius; in iis se longanimiter exercere; est to-

Bonau. Hebr.

rum bonum hominis in hac vita. O quàm verum!

In mundo, dixit Saluator, *pressuram*, siue *oppressionem habebitis: in me pacem, pressuram*, metaphora petita à torcularibus. O quot pressuræ in mundo! ô quot compressiones,& oppressiones! mors filij, pressura; rei, aut honoris iactura, pressura; persecutio, pressura. *In mundo pressuram, oppressionem habebitis.*

1. Cor. 7. *Qui cum vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est: quæ nupta est, cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro*; pressura: *at mulier innupta & virgo cogitat, quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore, & spiritu.* Hæque sunt, quæ Deo vacant fine impedimento. O felices! ô felices in vita, felices & in morte! O quantis illa (Virgo Virginum) occurret! quantas complexa ad Dominum trahet dicens: Hæc thorum Filij mei, hæc thalamos nuptiales immaculato seruauit pudore. Ambrosius. Ambrof.

Psalm. 44. *Adducentur Regi Virgines post eam, proxima eius* (ô titulum! ô dignitatem!) *afferentur tibi.* Camp. paraphrasticè: *Adducitur iam nunc cum suis virginibus Regina tibi, ô Rex. Pro liliis, pro his, quæ commutabuntur canticum pro dilecto.* Ex D. Hieronymo. *Canticum amantissimum.* Alij, *Canticum amorum*, vel dilectionum. Quadrant castissimo connubio Verbi, & animæ. Camp. D.Hieron. Alij.

At, quid hodie ad exemplum Virginis agamus omnes? Præsentemus nos Deo, diuinóque eius seruitio dicemus. Cantic. 1. *O pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hœdos tuos.* Chald. *O pulcherrima fœminarum, egredere, & abi, & deduc filios tuos, tanquàm hœdos, vt appareant in domo sanctuarij.* O vtinam? Hæc omnium rerum præstantissima, hæc prima, hæc dignior. Ita est, Fratres, ita est Si lumen Dei habeterimus, nihil præter Dei seruitium æstimaremus: hoe supra dignitates, supra honores, regna, imperia æstimandum. Psalm. 83. *Elegi abiectus esse in domo Dei mei.* Chald. *Elegi adhærere domui Dei mei.* Pagnin. *Elegi esse in limine, in domo Dei mei.* Felix: *Volo potius manere ad ianuam Dei mei.* Campens *Malo ostiarius esse domus Dei mei, quàm habitare in tabernaculis peccatorum.* Hebr. 11. *Moyses grandis factus* (grandium est, scire Dei seruitium æstimare) *negauit, se esse filium filiæ Pharaonis.* (Ambrof. serm. 8 in Psalm. 118. Noluit Rex esse, cùm esset.) *magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem.* Esther 14. *Tu scis, Domine, quòd abominer signum superbiæ, & gloriæ, quod est super caput meum.* Diadema illud tantoperè æstimatum, vt præ diuinarum rerum lomine superbiam vocabat, vt abominabatur! Mox vt hoc lumen intrat, vilescit aurum, vilescit mundus, vilescunt regna, solúmque Dei seruitium æstimationem mereri ostendit. Cant. 1. Chald. Psalm 83. Chald. Pagnin. Felix. Camp. Hebr. 11. Ambrof. Esther 14.

Dauid: *O Domine*, (Psal. 115.) *ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Vt æstimabat! vt gloriabatur! vt sanctè hunc titulum iactabat! Philo: Seruire Deo, maxima est gloriatio, non modò libertate maior, sed & diuitiis, & principatu; & omnibus rebus, quas mortales mirantur, pretiosior. Psalm 115.

Hinc Exod. 7. vbi nos legimus: *Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi*, legunt alij: *Vt mihi seruiat.* Sicque Philo: q. d. Non decet alium Regem habere, nec Dei seruum alteri seruire. Qui liber est, alteri seruire non potest. Exod. 7.

Sic Ambrof. in Psal. 104. ibi: *In seruum venundatus est Ioseph.* Non seruus factus, ait; sed in seruum venundatus: q. d. ad fratres, vt nimini eum vendere in seruum? Seruus Dei non est seruus. Idem, cur Iacob discessurus à domo Laban, facultatem abeundi non postulauit? Gen. 31. *Laban*, Heb. *Later*, à terra, à mundo qui liber est, veniam non petit, nec se mundo subiicit, vt ab eo tanquàm seruus dimittatur. Ambrof. Genef. 31.

Qui vult esse dominus, sit seruus Dei. Matth. 20. *Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei.* D. Thom. per distributionem accommodam, id est, quotquot seruient ei, erunt Reges: quia ei seruire, regnare est. Matth. 20.

Quàm malè sese aliqui deiiciunt, subiiciúntque mundo! Maledictio in quosdam, qui à Dei seruitio discedunt, vt mundo deseruiant. *Et eiiciam vos de terra hac* (sancta) *in terram, quam ignoratis* (aulam,) *& seruietis ibi Diis alienis die, ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.* Hebr. *misericordiam.*

O quàm id maturè Aulici illi apud D. Augusti. lib. 8. Confess. cap. 6. dignouerunt! quorum alter sic alterum, est alloquutus: Dic, quæso te, omnibus istis laboribus nostris quò ambimus peruenire? quid quærimus? cuius rei causa militamus? maiórne esse poterit spes nostra in palatio, quàm vt amici Imperatoris simus? & ibi quid non fragile, plenúmque periculis? Et per quot pericula peruenitur ad grandius periculum? & quandiu istud erit? Amicus autem Dei, si voluero, ecce nunc fio. D. August.

Sed forsitan nimis digressi sumus: ad orationem ergo breuiter deueniamus. Quænam alia Virginis ibi vitæ ratio, quàm iuge orandi studium? Iam diximus Arcam hodie illatam *In locum suum, id est, ad oraculum.* 2. Par. 5.

Cant. 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Ambr. vt cùm quiesceret corpus, vigilaret animus, qui frequenter in somnis, aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda prænonciat. Ambrof.

Quis altissimas mentis illius eleuationes enarret? O vetam orationis domum! Quis det, vt introducamur in hanc cellam vinariam, aut domum gymnasij doctrinæ, vt orandi modum ediscamus?

At non pro se solummodò orat; sed pro nobis etiam. Hinc sese hodie præsentat, vt veluti Aduocata pro omnibus intercedat.

3. Reg. 2. *Pete, pete, mater: neque enim fas est, vt auertam faciem tuam.* O fiduciam! Ora, ora pro nobis, sancta Dei Genitrix: neque enim negare tibi quicqam potest.

Apud pientissimam hanc Matrem, sum iusti fauorem, tùm peccatores refugium inueniunt. Arca, vt Genef. 6. fenestram habebat in summitate: hoc est, Virginis fauor, quo iustos prospicit. Habebat & ostium ex latere deorsum, quò peccatores accedant, ac facillimè intrent. Genef. 6.

Quid, quòd vel latro ille sempore passionis per hoc ostium intrauit? Dicit Petrus Damianus. Nec mirum: Asylum est peccatorum. Psal. 138. *Quò ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* Ad asylum Mariæ. *Si sumpsero pennas meas* diluculò. Petr. Dam.

diluculo. Alia litera: *Si sumpsero pennas meas in directum.* Felix: *Si sumpsero pennas auroræ, & habitauero* per veram deuotionem, vel *in extremis, & angelo maris* Mariæ.

Psal 86. Hieron. Alij. O felices Mariæ deuoti! Psalm. 86. *Sicut lætantium omnium nostrûm habitatio est in te.* Hieron. *Omnes fontes* (gratiarum) *in te.* Alij: *Omnia viscera mea in te.* O sanctissima Dei Genitrix, sint, quæso, omnia viscera mea in te: quoniam in te sunt Dei viscera omnia per amorem transfusa, &c.

IN FESTO S. CÆCILIÆ.

22. *Nouembris.*

IN FESTO S. CATHARINÆ, Virginis, & Martyris.

25 *Nouembris.*

IVdith 14. *Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor.*

Iob 38. *Quis posuit in visceribus mulieris sapientiam?*

1. Cor. 1. *Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes.*

Prou. 14. *Sapiens mulier ædificat domum suam.* De hoc them. S. Thomas hac die. S. Thom.

Ezech. 1. *Et erat rota in medio rotæ. Statura quoque erat rotis, & altitudo, & aspectus horribilis.*

Psal. 44. *Pro iis, qui commutabuntur* (in Angelos.) Hebr. *Pro liliis* (quæ sunt symbola virginitatis.) Hebr.

Matth. 22. *Quæ neque nubunt, neque nubentur, erunt sicut Angeli Dei.* Quid mirum, si, ceu de ordine Angelorum, angelicis humeris deferatur? Tribus Leui ex Hieron. in Smaragdo (hieroglyphico castitatis) insculpta. *Leui* iuxta Gregor. interpretatur *assumptus*: iuxta Ambrosium, *Meus*, vel *pro me*: iuxta Origenem, *Is, qui indesinenter assistit Deo, voluntati eius ministrans.* Tertull. Deo speciosæ, Deo sunt puellæ: cum illo viuunt: cum illo sermocinantur: illum diebus, ac noctibus tractant: orationes suas, velut dotes, Domino assignant: ab eodem dignationem, veluti munera maritalia, quotiescunque desiderant, consequuntur. Sic æternum sibi bonum Domini occupauerunt: ac iam in terris non nubendo de familia angelica deputantur. Hoc facit Punctum 116. pag. 213. 1. Gregor. Ambros. Origen. Tertull.

Pro communi Sanctorum quære in Indice rerum communes materias.



SCRIPTVRÆ



SCRIPTVRÆ SELECTÆ.

DE ORATIONE.

De gustu, quem Deus percipit ex oratione.

PVNCTVM I.



E eo, quod summoperè delectari dici solet: In hoc sum totus: meos in hoc sensus omnes, hîc aures, nares, oculos, ac palatum habeo. Eapropter in Cant. (vt ab auribus exordiamur) Sponsus ait: *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Vbi gustum, quem Deus ex oratione percipit, declarat: *Sonet vox tua in auribus meis.* hoc est, tantùm abest, vt mihi orando, ô anima, molestiam exhibeas, vt potiùs me totum confortes, totúmque recrees. Oratio tua concentus mihi est, symphonia suauis: *Vox enim tua dulcis.* Chald. *Quoniam vox tua suauis est in oratione.*

Cant. 2.
Hæc & id genus alia metaphoricè apud Ancel. l. de vest. & membr. & affub. Deo attrib.
Chald.

Adeò suauis est, vt non modò Angelis, sed & ipsi Deo (sicut dici solet, si tamen dicere fas est) os apertum detineat. *Sicut turris Dauid, collum tuum,* (oratio id est, secundùm Nicænum,) *quæ ædificata est cum propugnaculis.* Alij: *In aceruum orium,* scilicet, concinentium. Alij: *Ad suspendenda ora.* q. d. adeò suauis est concentus, vt audientes conticescant, intentáque, ac penè aperta ora detineant.

Cant. 4.
Nicæn. hom. 7 in Cant.
Alij.
Cant. 4.

Dicam ampliùs: *Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa, vulnerasti cor meum, in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Symmach. *Excitasti mihi cor.* Heb. *Transfixisti cor meum.* Sept. *Stupefecisti cor meum.* Pagnin. *Abstulisti cor meum*; vel, *Excordasti me.* Alij; *Fascinasti cor meum. In vno crine colli tui.* Heb. *E collis tuis.* Sept. *In vno crine collorum tuorum.* allusio ad concentum simul orantium, qui præ dulcedine cor abripiunt. Dulcissimæ quidem metaphoræ. *Excitasti mihi cor,* id est, hoc tuo dulci, ac suaui concentu, ô Sponsa, cor meum quodam quasi somno, ac veluti tædio, seu mœrore ob mundi scelera prægrauatum, excitasti. Quin *vulnerasti cor meum*, hoc est, canora hac tua, dulcisonáque voce ad amatorium me vsque languorem adduxisti, ac penè dixerim, exanimasti, vnde non solùm latus vnum huiusce cordis vulnerasti, verùm etiam vtrunque dulciter transfixisti: sic Hebr. *Transfixisti cor meum.* Neque id solùm, sed vlteriùs oratione tua adeò rapuisti cor meum, vt nulli penè alteri negotio, quàm ipsi orationi valeat intendere; veluti sim ad cætera omnia stupidus. Quò respexerunt Sept. dum transtulerunt: *Stupefecisti cor meum.* Ad hæc, *Fascinasti cor meum,* hoc est, non solùm stupefecisti, sed me etiam quodammodo fascinasti, huiusce, videlicet orationis tuæ philtro, seu amatorio poculo, aut pharmaco amorem conciliante; eóque adeò potenti, vt extra me quodammodo fieri videar, atque ea interdum concedam, quæ frigidis præsertim, ac me vnicè non amantibus, præter Dei dignitatem, concedi videantur. Quid plura? *Abstulisti, rapuisti cor meum, excordasti me*, cor è visceribus mihi euulsisti. Optimè quadrant Catharinæ Senensi. Quibus certè variis dicendi formis, ac phrasibus, atque Hebraicæ vocis translationibus perspicuum redditur, cor Dei in oratione tanta capi delectatione, tanta rapi dulcedine, ac gustu; vt verba, quibus id satis exprimatur, omninò desint.

Symmach.
Hebr.
Sept.
Pagnin.
Alij.
Heb.
Sept.
Tres Patres in Caten.
Ambros. ser. 11. in Ps. 118.
Cassiod.
Gregor.
Beda.
Ricard. ibid.

Hinc Dauid: *Auribus percipe, Domine, orationem meam.* August. *Auribus infige, Domine, orationem meam.* id est, non exeat de auribus tuis oratio mea: fige eam ibi in auribus tuis. Alij: *Intende ad cantica mea.* Sic alibi, *Aures eius* (ambæ, paratæ, atteutæ, non solùm ad preces, sed) *in preces eorum*; Ita Saluian. & Hugo Card. q. d. præ dulcedine, & gustu, non solùm suis in auribus nostras infigit orationes; verùm etiam nostris in orationibus suas ambas infigit aures.

Psal. 85.
D. Aug. ibid.
Alij apud Lorin.
Psal. 33.
Salu. l. 5. de vero iud.
Hugo Car. ibid.

Si Princeps adeò musica captus esset, vt, non solùm musicam, symphoniæque consonantiam libenter audiret; verùm (& quod molestissimum est) ipsam instrumentorum præparationem, illud temperare, ac retemperare; certè diceremus: Princeps hic insanit, ac extra se exit ob musicam. O Deum, si dicere fas est, extra se positum: at certè captum oratione! cùm non solùm ipsam benè concentam orationē, sed præparationem etiam libenter exaudiat. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua:* hoc est, non solùm voces ipsas iam consonas pergratis auribus auscultas, verùm ipsamet desideria, & cordium præparationem, qua veluti ad orationis melodiam eadem præparantur.

Psal. 9.

Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Chald. *Aptabis cor, arrigésque aurem tuam ad orationes eorum.*

Chald.

Vt ob id omnem accentum, omnémque syllabam audire vult? Cùm Tobias, & Sara orassent,

Tob. 3.

dicit facer Textus: *Eodem tempore exaudita sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei, & missus est Angelus Domini Sanctus Raphaël, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.* Duo hîc notanda: primum, audientia in Aula regia: *Exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei.* qui in throno, ac maiestate se ponit, vt nuncios orationum excipiat; vt hoc pacto ostendat, quanti faciat preces. Deinde gustus audiendi ad verbum totam orationem: *Quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ,* scilicet, ad verbum: singula etenim verba præ gustu summa exaudit attentione.

Psal. 137. Chrys. ibid. & homil. in laud. eorum qui comparuerunt in Eccl. c. 1. Ezech. 2.

Hoc intelligens Dauid sancta quadam æmulatione dicebat: *In conspectu Angelorum psallam tibi,* B hoc est, iuxta Chrysost. E conspectu Angelorum psallam tibi, è regione, alternatim, duobus choris conabor canere, inquit Chrysost. cum Angelis, & cum eis contendere, &c. Canant ipsi angelicis suis vocibus in cælesti choro, ego hîc in terris meliori modo, quo potero, ac nouero: *In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.* Vbi egregiè

Camp. in Paraph.

Campensis: *Et celebrabo nomen tuum propter benignitatem, qua vsus es erga nos; & constantiam tuam in seruandis promissis: multò nanque plura, quam tu verbis tuis promiseras, præstitit nobis augustissimum illud nomen tuum.*

Ad hæc & alia addam. Deus adeò delectatur oratione nostra, vt quodammodo hanc præferre C videatur consuetæ Angelorum orationi: statim enim ac incipit audire voces orationis animæ, adhuc in terris positæ, ipsi choro Angelorum, suæque musicæ regiæ imperat silentium. Animalia

Ezech. 1. Apoc. 8.

illa volitando musicos edebant modos, *& quasi sonum sublimis Dei: cùm autem fieret vox supra firmamentum, stabant, & submittebant alas suas.* In Apoc. *Et factum est silentium in cælo, quasi media hora.* Nunc quî fieri potest, vt cantores tam eximij iubeantur silere, ac tandiu quiescere? Paulò inferiùs sermo est de oratione: *Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus Sanctorum.* Sermo est de piarum animarum oratione? Silentium, silentium: quod non solùm cum D

D. Greg. 30. mor. c. 4.

Greg. contemplationis quietem intelligere possumus, qua intra se, tanquàm in quodam cælo, surgentes cogitationum tumultus anima compescit, quoddámque silentium Deo facit, etsi in hac misera vita non diuturnum, sed quasi semihoræ: verùm etiam ad laudem, orationísque præstantiam, pro captu nostro possumus intelligere, Deum, quò attentiùs, ac dulciùs audiat, præcipere & ipsis Angelis silentium.

Sonet ergo, sonet vox tua in auribus meis. q. d. tota orationis melodia intret, ac personet in auribus meis, & nemo obstrepat! *Vox enim tua dulcis.*

Psal. 76. D. Hier. ibid. Hebr.

Hinc est, quòd si quandoque orans obdormiter, suis ipse Deus manibus oculos, quò vigilet, adaperiat. *Anticipauerunt vigilias oculi mei,* id est, E vt interpretatur Hier. Antequàm aliquis vigilaret, ego vigilabam: sciens, quàm delecteris oratione, ante omnes surgebam ad te laudandum. Heb. est: *Tenuisti custodias.* id est, palpebras oculorum meorum. q. d. Non es passus, vt somnus ab oratione me abduceret: oculos sopore grauatos tuis ipse manibus apertos tenuisti: vel summo mane, vt orarem, mihi oculos tuis manibus aperuisti.

Vt quæ dicta sunt iterùm augeantur, adeò de- A lectatur in oratione Deus, vt quò aliquis oret, illum in varias positiuè coniiciat tribulationes, vnde orans liberetur. *Erat nauis in medio mari, nauicula iactabatur fluctibus,* erant proinde discipuli in vitæ discrimine. *Et volebat eos,* ait Euangelista, *præterire.* Mirum! in tanta necessitate præterire? Domine, vbi pietas? Inquit Augustinus, Christum orationem voluisse. Volebat præterire, inquit, vt clamorem eliceret, cui subuenire oporteret. Domine, siste, veni, adiuua nos. Rogari vult, gustat obsecrari.

Mar. 6. Matth. 14. August.

Ita Bern. Aliquando, inquit, *simulabat se longiùs ire.* non quia hoc volebat; sed volebat audire: *Mane nobiscum, Domine, quoniam aduesperascit.* Rursum alia vice *volebat eos præterire,* nec tũc quidem istud B volebat; sed magis probare fidẽ, & elicere precem.

Bern. in Cant. serm. 74. Luc. 24.

¶ Delectatur itaque oratione, adeóque vt nihil suauius habeat. Testantur id viginti quatuor illi seniores, qui optimè Dei gustum norunt, quippe qui semper adstant coram eo, & sciunt hanc esse incensum, hanc odorem, qui diuinas eius nares oblectat. Hos vidit Ioannes habentes *phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum.* Ad quid aliud phialæ istæ, nisi vt ex his gustet Deus, vt, nimirum, odoriferæ amphoræ ad nares Dei fœtore peccatorum plenas admoueantur? Væ mundo, nisi Dei naribus applicarentur phialæ istæ aureæ! Et benè aureæ: quia Iusti ex charitate, quam habent, Deum pro omnibus indesinenter orant: vnde plenæ dicuntur; quia, scilicet, ex plena charitate pro iustis, & iniustis; pro C amicis, & inimicis exorant.

Apoc. 5.

Ex suauitate orationis est illud in Exodo: *Adolebit incensum super eo Aaron suaue fragrans mane,* &c. *Vret thymiama sempiternum coram Domino.* Altare hoc thymiamatis, Heb. *Altare suffitus incensi,* est cor iusti, vnde suauissimus efflat odor, Deum ipsum oblectans, & confortans.

Exod. 30. Hebr.

Post tot peccatorum sordes, & graueolentias, *Obtulit holocaustum Noe, odoratúsque est Dominus odorem suauitatis* Hebr. *Reac Anicoac, odorem quietis.* Alij à radice *Nacad, descendere odorem descensus.* quasi Deus, vt nostro more loquamur, ad odorem illum suauissimum, velut apertis naribus capiendum descenderit. Oratio, vt sæpè dicitur, D *Oblatio est suauissimi odoris Domino*

Genes. 8. Hebr. Alij.

Et oblatio iusti impinguat altare; & odor suauitatis est in conspectu Altissimi, seu, vt legit Clem. Alexandrinus: *Odor suauitatis Deo est cor, quod glorificat Deum.* subdítque: Hæ sunt coronæ, & sacrificia, & aromata, & flores Dei: hæc oblatio spiritui præbet solatium, dum peccati fœtor eum quasi in syncopen adigit, &c.

Leuit. 1. 2. Eccles. 35. Clem. Alex. l. 3. pædag. cap. 12.

Hinc de matris suæ lacrymis August. Et de sanguine cordis matris meæ per lacrymas eius diebus, ac noctibus sacrificabatur tibi: ne, scilicet, peccatorum meorum graueolentiæ te ad iracundiam, & ad nauseam promouerent.

August. l. 5. Conf. c. 7.

¶ Nec solùm oratio diuinas aures, ac nares oblectat; sed oculos ipsos prætereà rapit, & proptereà in Cant. subditur: *Et facies tua decora* Nul- E la etenim diuinis oculis pulchrior orantis facie: hæc oculos Dei rapit. *Quàm pulchra es, amica mea! oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecùs latet.* Quinta editio, *Præ multitudine pulchritudinis tuæ.* Hier. *Pulchritudine sua silentium, & stuporem inducentia.* Sic: *Respexit in orationem humilium.* Istud respicere hoc loco, est affectu quodam particulari, nimirum, gratuito, intueri. *Respexit Dominus ad Abel,* sacrificantem, scilicet, & orantem: quo

Cant. 2. Cant. 4. Quinta edit. Hier. Psal. 101. Genes. 4. Aquila.

affectu?

affectu: Aquila, *Consolationem accepit.* Symmach. Symmach. Chald. *Delectatus est.* Chald. *Suscepit eum beneplacito.*

Moris est, vt ei, quem libenter videmus, dicere soleamus: Omnibus horis accede, quia libenter te Chrys. in Psal. 4. video. Hinc ait Chrys. quòd semper ad Deum accedere possumus. Non, inquit, assistit miles, qui expellat, vel satelles, qui tempus intertumpat. Nó est, qui dicat: Non est tempus audiendi: veni posteà. sed quando veneris, stat audiens, etsi tempore gaudij, etsi tempore cœnæ, etsi nocte intempesta, semper eum potes interpellare, neque opus ianitoribus, qui te introducant.

Homil. 4. de pœn. Idem: Si quando exorare homines oportet, ianitoribus priùs occurrere conuenit, & longam viam sæpiùs abire; in Deo nihil est tale, sine mediatore exorabilis est, sine pecunia, sine impensa precibus annuit. Item: Homines deprecantes sæpè formidamus, ne quis inimicorum perceperit, aut rem quispiam intellexerit: in Deo autem nihil est Matth. 6. tale. *Intra*, inquit, *cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum.* q.d. quandiu volueris, audientiam habebis: tempus breue non præscribitur: nemo foris est, qui te extrahat, si tu ipse ostium non aperueris: intus potes esse, quandiu volueris: liberè loquere; quia Principis aurem habes: nemo foris obseruat, nemo audit.

Psal. 118. Græc. *Intret postulatio mea in conspectu tuo.* Græc. *Intret dignitas mea coram te.* q.d. ipsa orandi voluntas dignum me tua audientia facit, & ingredi possum pro mea voluntate.

Glos. ibid. Sic ibi Glossa: Oratio quasi quædam persona ad Deum intrat, & mandatum peragit, quò caro peruenire nequit. Pannosus à diuina audientia non excluditur: vel indutos sacco, quò oret, potest aulam Regis cælestis intrare. Qui mollibus non ve-Esther 4. stiuntur, arcentur à Principum aulis cum paupere Mardochæo: à Dei regia nun arcentur.

In Matth. Exercescit Chrysost. in admiratione Dei gustus in oratione. Quisnam Princeps, ait, pecuniam exsoluit ei, qui se rogat, ac supplices libellos porrigit? quin summi beneficij loco ducit, ad ipsam audientiam, si possit, admitti. O Deum Principem liberalissimum! ô Deum precum amantem, qui reddit ei, qui se rogat! *Et Pater tuus reddet tibi.* ac si ipse beneficium non faceret, sed acciperet.

Nunquam ob id Dominus hic nuncet molestiam sentit, dum obsecratur: quin is solummodo, qui non orat, Deo molestus est. Tantùm abest, vt orans, iterùmque orans molestus sit, vt is solùm, qui non orat, Deo molestiam exhibeat. Dixerat ille: *Non* Isa. 7. Isidor. *petam.* cui mox dictum est: *Molesti estis* (non petentes) *Deo meo.* Ita Isidor. Molestus diuiti parenti est filius, qui sibi necessaria à patre non petit.

Hinc liberè, & confidenter, quacunque hora, absque eo, quòd vnquam oraturis ostium claudatur, intrare possumus. *Et nocte*, inquit Dauid, *& non ad insipientiam mihi.*

Ambros. l. 7. in Luc. Neque enim timebat, ne excitaret dormientem, quem sciebat semper vigilantè, inquit Ambrosius. *Media nocte surgebam ad confitendù tibi: lauabo per singulas noctes lectum meum. Quis vestrûm habebit amicù, & ibit ad illum media nocte!* Alius (ait Ambr.) præcepti locus est, vt omnibus momentis, non solùm diebus, sed etiam noctibus oratio deferatur.

Non tam certè facilis accessus ad mundi Principes: *Omnes serui Regis*, (inquit Esther,) *& cunctæ,* Esth. 4. *quæ sub ditione eius sunt, norunt prouinciæ, quòd siue vir, siue mulier, non vocatus interius atrium Regis intrauerit, absque vlla cunctatione, statim interficiatur.* Huiusque difficultas adeundi Reges: sed Deus

A nunquam huiuscemodi tulit leges; semper andire paratus: quocumque tempore, quacunque hora fores eius ingredi cupientibus lautissimè parent.

Quàm benè innotuit illis orationi vacantibus, quàm gustet Deus quacunque tempore exorari! Cùm Pharao dixisset ad Moysen, & Aaron: *Orate* Exod. 8. *Dominum, vt auferat ranas à me, & à populo meo. Dixit Moyses Pharaoni: Constitue mihi, quando deprecer pro te, & pro seruis tuis, & pro populo tuo.* Vbi Gloss. Vt, scilicet, nostra oratione, non fortuito casu intelligantur recessisse, constitue mihi tempus, Gloss. ibid. vt quocunque tempore nos orare volueris, intelligas vim orationis; nuncijsque, Deum semper paratum, vt exaudiat.

¶ Quòd si aliquando ex affectu orationis ali-B quæ erumpant lacrymæ, vt illis delectatur Deus! vt gustat! vt diuino illi palato sapidus panis lacry-Psal. 55. marum! vt faucibus eius vinum suaue! *Posuisti lacrymas meas in con spectu tuo.* Sunt hîc mille dulcedines, quæ Dei dulcedines explicant. *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo*, oculo, scilicet, amante lacrymas intueris. Quod amamus, libenter intuemur, inquit Beda: quod execramur, ab eo oculum auertimus. q.d. diceret, adeò delectant te lacrymæ meæ in oratione profusæ, vt eas veluti verus amans, præ oculis semper, & regione pulitas habeas.

Deum numerare lacrymas, signum est gustus earum. Pagn. *Posuisti lacrymas meas in libro tuo.* Cam-Pagn. Camp. pen. *In libro rationum tuarum*, ne, scilicet, vel lacryma nun sit numerata, seu solutio, & satisfactio.

C Geneb. *In sacculo tuo.* veluti res pretiosas. Alij clarius: *In thesauris tuis.* quasi Deus tanti faciat lacrymas, vt eas in suis thesauris recondat. Alij: *In* Geneb. Alij. *ventrem tuum*, vel, *Intrare*, quo sign ficent, quàm gratæ sint, quæ in Dei visceribus reponantur. Va-Vatab. D. Hier. Chald. tab. *In lagunculam tuam*, ceu odoriferam aquam. D. Hier. & Paraph. Chal. *In vtre tuo.* & pro *lachrymas*, transferunt *lachrymam*: *Posuisti lachrymam meam in vtre tuo.* Quàm suauis gustui Dei vel lacryma vna, vt in vtre, ceu vinum pretiosum, repolita, ipsum Deum confortare valeat. Lacrymæ sunt vinum, soli ori Dei repositum, ac reseruatum.

Hinc & in Cant. *Tempus putationis aduenit*, hoc Cant. 2. est, tempus lacrymarum sarmentorum aduenit. Hebr. Heb. *Tempus cantionum aduenit.* Sarmenta plan-D genia symbolum sunt lacrymarum, quæ Deum exhilarant: *Vinum, quod exhilarat Deum, & homines.*

Et in Exodo ob hoc appellantur primitiæ: *De-* Exod. 22. Hebr. *cimas tuas, & primitias non tardabis offerre* Heb. *Lachrymas tuas non tardabis reddere.* hæ namque veluti amoris primitiæ in oratione sunt offerendæ Deo, Lippom. & Lyr. ibid. quas præ gustu videtur non posse expectare, vnde ait: *Non tardabis reddere.* Iam scimus gustum primi itum: *Et erit tanquam temporaneum, quod cùm* Isa. 28. Sept. *aspexerit, deuorabit illud.* Sept. vbi nos legimus: *Decimas tuas, & primitias tuas*, legunt, *Primitias torcularis tui.* Dicent id esse cor, quod calcatum, ac pressum per oculos, lacrymas exprimit in Dei potum.

Hoc Angeli intelligentes, ad vberiores expri-E mendas lacrymas, Magdalenam interrogabant: *Quid quæris?* vt etiam Dominus ipse: *Quid ploras?* Matth. 27. vt scilicet, magis, magisque ploraret, dum consolatorem sublatum diceret: lachrymas, nimirum, irritabant, ac prouocabant præ gustu lacrymarum.

Dum Samuel ageret de reconciliando populo cum Deo, populus peccatorum pertæsus, vt aliquid Deo pergratum faceret, *Conuenerunt*, inquit 1. Reg. 7. sacer Textus, *in Masphat, hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini.* Difficilis explicatu est hæc effusio: sed Chaldæus difficultatem eno- Chald.

dat, *Hauserunt*, inquit, *aquas è puteo cordis sui, & abundè lacrymati sunt coram Deo pœnitentes.*

Greg. Ita Greg. Quid est aquam haurire, nisi de profunda animi pœnitentis confusione lacrymarum fluenta producere? Et Beda: Hauserunt (inquit) compuncti de imo pectore fontem lacrymarum, quem effunderent, quasi gratissimum Deo libamen per oculorum vascula proferendo. Et hic verus est sensus, vt ipsâ patet, eodem capite, in quo, vbi nos legimus, *Et requieuit omnis domus Israel post Dominum.* Hebræus legit, *Planxerunt*; vel, *ingemuerunt omnis Israel post Dominum.*

Beda.

Hebr.

3. Reg. 18. In eisdem libris, orans, & offerens holocaustum pro populo Elias, circa altare fudit aquam pro lacrymis. Sic Interpretes. Mox ignis totum lambendo, aquam, scilicet, & sacrificium, absumpsit.

Genes. 4. Theod. *Et inflammauit Dominus super Abel.* sic iuxta Theodotionem. Abel interpretatur *luctus*, vt intelligas Dei gustum, qui veloci lingua ignea accurrat, vt lacrymas lambat, ac absumat.

2. Reg. 23. Hinc iterum in libris Regum intelligens Dauid, quàm gustet Deus, quámque lacrymis delectetur, Bethlehemiticam illam aquam *noluit bibere, sed libauit eam* Domino: aiunt sacrificasse symbolum lacrymarum. *Libauit*, q. d. non bibamus nos, pro nobis, vel pro nostris: non lacrymemur: aquam lacrymarum totam offeramus Domino: *Et libauit eam Domino.*

O dulcissimas aquas ipso nectare dulciores! ô verum diuini oris sidò vinum, si dicere fas est, ipsum Deum inebrians! *Inebriabo te lacrymis mea*, dixit Propheta, vt iuxta literam, lacrymarum copiam profundendam, & magnitudinem vastitatis illarum vrbium testantem declararet. O quàm alio sensu hæc Prophetæ verba accommodare possumus nostris cum Deo lacrymis, quippe quæ Deum inebriant!

Isai. 16.

D. Hier. in hunc locum.

Cant. 6. Hebr. *Auerte* (lacrymabundos illos) *oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt.* Heb. *Superbire fecerunt*, vel *ipsi me extulerunt.* Lacrymæ quasi extra se Deum faciunt, ita, dixerim, diuinos perstringunt oculos. Poma in amphora maiora apparent; at peccata in lacrymis aut minora, aut nulla sunt: in ipsis etenim minuuntur, consumuntur, ac euanescunt.

Chrysol. Chrysolog. ad illud: *Et altera Maria*, benè altera, quia tot in lacrymis iam ipsa peccatrix non erat, sed *altera.*

Luc. 7. Sic ad Simonem: *Vides hanc mulierem?* q. d. Vides nouam pulchritudinem, iam veteri, ac profana lacrymis prorsus deleta? O lacrymabundos oculos, qui Dei oculos rapiunt, quique cor Dei rapiunt! *Vulnerasti cor meum.* Alij præter alios: *Vendicasti tibi cor meum in vno oculorum tuorum*: hoc est, in vno eorum munere, non tam vendendi, quàm flendi.

Cant. 4. Alij.

Deus, ac Dominus noster adeò capitur lacrymis, vt in lacrymantem faciem oculos coniiciat, & quasi gloriabundus connocet, qui pulchritudinem intueatur: *Vides hanc mulierem?* vides nouam, ac miram hanc pulchritudinem? O quàm hæc dicere poterat: *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo*; vel cum Hieron. *In narratione tua*, & sileo ego, tu *ne sileas lacrymas meas.* Quasi Deus glorietur, enarretque lacrymas. Sed vbi pristinæ fœditates? vb. scelera peccatricis? In lacrymis non apparent: in lacrymis nulla sunt, deleta sunt. *Deleui vt nubem iniquitates tuas.*

Psal. 55. Hieron.

Isai. 44.

Psal. 50. *Lacrymis meis stratum meum rigabo.* Alij: *Lacryma mea stratum meum liquefaciam.* Sit vtcunque consuetudine duratum, vel lacryma, quæ verè ex corde exeat, *liquefaciam.* Heb. *Natare faciam.* Quid? lacryma mare est? sic: peccata tam grauia, vel in lacryma, ceu in mare, submersa sunt.

Gal. in Concord. Hebr.

Chrysost. de lacrymis Dauid peccatum suum deflentis: Quid oculis illis, inquit, formosius, perpetuo lacrymarum imbre, & quasi margaritarum decore ornatis!

Chrysost. homil. 30. in Gen.

Oculos Dei oblectant lacrymæ, & præ suauitate ipsum inebriant: quin adeò potentes sunt, vt non solùm lacrymæ, sed lacryma inebriet. *Inebriabo te* non lacrymis meis, sed *lachryma mea.* q. d. vel sola lachryma ad inebriandum sufficit.

Quid è Dei manibus non extrahes, si hoc ei vinum propinaueris? *Vidi lachrymam tuam*, &c. Mox quindecim concessit annos, &c. Vinum hilarem, ac liberalem, imò prodigum hominem facit. Qui omnia vult, inebriet, & accipiat. Conquerebatur Deus: *Victimis non inebriasti me.* Hinc Dauid in Psal. *Auribus percipe lachrymas meas*, vel cum Hieron. ex Heb. *Ne obsurdescas ad lachrymam meam.* q. d. præ gustu lacrymarum solitus es exaudire primam, ne obsurdescas ad eam, &c.

Isai. 38.

Isai. 43. Psal. 38. D. Hier.

Item: *Confitebor tibi in nationibus, Domine, & nomini tuo psalmum dicam.* Hebr. *Et nomini tuo lacrymabo.* quasi apud Deum sit idem psallere, & flere. Idem dicebat Sponsa: *Tempus putationis aduenit.* Alij: *Tempus cantationis*, vel *tempus plorationis aduenit*: quasi lacrymare, & canere, idem sit.

Psal 17. Hebr.

Cant. 2. Alij.

Lacrymæ vinum Angelorum. *Bibe aquas* (ô anima) *de quibus pueri mei bibunt* (fauor.)

Ruth. 4.

Implete hydrias (oculos) *aqua, qua statim in vinum conuersa est*, &c.

Ioan. 2.

Vt conquerebatur de malo hospite! *Aquam pedibus meis non dedisti.* Hanc vbertim Maria dedit, de qua Chrysol. Mirum! mutatur ordo rerum. Pluuiam terræ cælum dat semper: nunc rigat terra cælum. Sic aquæ, quæ super cælos sunt, laudant nomen Domini. Sol, nimirum, iustitiæ imbrem lacrymarum attraxit, & à mari ipso Mariæ oobem elevauit. Vel ideò ipsa cælum rigat, vt cælum fœcundet, & gratias referat, quas & retulit: *Remittuntur tibi peccata tua: vade in pace.* O quanta vis in lacrymis! Subdit Chrysol. Rigant cælum, terram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latam diuina promulgatione sententiam. Et Ambros. Lachrymæ, tacitæ quodammodo preces sunt; veniam non postulant, & merentur; causam non dicunt, & misericordiam consequuntur. Nisi quòd vtiliores lacrymarum preces sunt, quàm sermonum: quia sermo in precando fortè fallit; lacryma omninò non fallit.

Luc. 7. Chrysol. ser. 93.

Ambros. ser. 46.

De efficacia, & virtute orationis.

PVNCTVM II.

Sub quo curuantur, qui portant orbem. Qui nam sunt, qui orbem portare dicuntur? D. Hieron. Hi, qui ante Deum per orationem curuantur, humerósque periclitanti mundo submittunt. An non Abraham suis humeris portabat orbem? an nô iustus Lot tandiu prouinciam illam portauit, suisque humeris sustinuit? annon Moyses vniuersum populum Israël? Fortis erat, & vera fortitudine Abraham, inquit Rupert. quia fortissimum Dominum tenebat.

Iob 9. Hieron.

Rupert. Abb. in Gen. 18.

Auron

Sap. 18. *Aaron proferens seruitutis suæ scutum orationem, restitit iræ, & finem imposuit necessitati.*

4. Reg. 2. Septuag. Hebr. De Elia verba faciens Elisæus: *Pater mi, Pater mi*, inquit, *currus Israel, & auriga eius.* Sept. *Currus Israel, & eques eius.* Heb. *Currus Israel, & equites eius.* hoc est, hic solus sua oratione adeò fortis erat, vt pro exercitu integro valeret: quod & Chald. Chaldæus innuit: *Preces tuæ curribus, & equitibus sunt validiores.*

Isai. 3. Hinc Deus minatur: *Ecce dominator Dominus auferet à Ierusalem, & à Iuda validum, & fortem,* Sept. *& prudentem eloquij mystici.* Sept. *Auferam Gigan-* Vatab. *tem, & fortem, prudentem eloquij mystici.* Vatab. Sept. *Prudentem oratorem. Validum, & fortem.* Sept. *Vali-* Vatab. *dum, & validam.* Vatab. *Fulcientem virum, & fulcientem fœminam.* Quid aliud ille, aut illa efficit suis precibus, quàm fulcire? humerum supponere, irascentemque Deum detinere?

Hieron. ep. 11. & ep. 16. Non possum absque lacrymis, inquit ep. 11. Hieronymus, Tolosæ facere mentionem, quæ vt hucusque non rueret, Sancti Episcopi Exuperij merita præstiterunt. Et alibi laudans Anastasium Papam, indignam ait fuisse Romam, quæ eum diu haberet, ne (inquit) orbis caput sub tali Episcopo truncaretur: imò idcircò raptus, atque translatus est, ne semel latam sententiam precibus suis flectere conaretur.

Exod. 32. Chald. *Dimitte me, vt irascatur furor meus.* Quis te detinet, Domine? quis te ligat? Chald. *Intermitte deprecationem, vt irascatur furor meus.* q. d. hæc mihi ligat manus.

Sic Hieronymus. Qui dixit: *Dimitte me.* ostendit se teneri posse, ne faciat, quod minatus est: Dei enim potentiam serui preces impediebant.

Psal. 105. Hieron. Chald. *Et dixit, ne disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.* Hieron. *Nisi Moyses stetisset medius contra faciem eius.* Chaldæus: *Nisi Moyses surrexisset, & institisset orare in conspectu eius.*

Num. 12. Abul. ibid. q. 51. In Num. Dominus obiurgauit Aaronem, & sororem eius, quòd Moysi detraxissent. *Iratúsque protinus contra eos, abiit.* At, cur recessit? Quia nolebat rogari super hoc, inquit Abulensis.

Ierem. 7. Iosue 7. 1. Reg. 16. Ad Ieremiam: *Ne obsistas mihi.* Alij: *Ne depreceris me.* Animaduersurus in Achan, ad Iosuë inquit: *Surge: cur iaces pronus in terra?* Ad Samuëlem: *Vsquequò tu luges Saul?* quasi diceret: Iam vos tandem desinite orare, vt ego tandem in peccatores incipiam animaduertere. O vim, ô vim orationis!

Cant. 6. R. Abr. De oculis, qui orationis, & contemplationis sunt symbolum, in Canticis: *Ipsi me auolare fecerunt.* Rabbi Abrah. *Ipsi abstulerunt mihi robur, & dominium meum.*

Isa. 48. Vatab. Hinc, vbi nos legimus: *Laude mea infrænabo te.* Vatab. transfert ex Heb. *Propter laudem meam frænum iniiciam mihi, ne te omninò excindam.* hoc est: quia in oratione me laudas, me ipsum frænabo.

Cant. 4. Ambr. Hæc vincula sunt, quibus ligatur Deus. Cant. 4. *Vulnerasti cor meum*; vel, vt legit Ambr. *Cor meum cepisti, soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum, & in* Hebr. *vno crine colli tui*; vel Hebr. *In vno torque colli tui.* quasi oratio sit aurea catena, quæ Deũ ligat. Sic & aliàs fatetur sponsus: *Coma capitis tui sicut purpura* Cant. 7. Septuag. *Regis iuncta canalibus.* Sept. *Ligati in canalibus*; vel *Rex ligatus in eis.* Mira virtutis huius exaggeratio, Iud. 15. vt Rex Regum eadem capiatur, ac vinciatur. Hi sunt crines Samsonis, in quibus inest maxima fortitudo eius ad Deum vincendum, ac vinciendum.

Quin ea orationis vis est, vt Deum, si dicere licet, excantet, ac sopiat, vt eo tempore ex diuino illo thesauro pro voluntate quid libuerit oranti liceat arripere. Dixit hoc ipsum Dauid: *Præcinite Domino in confessione, psallite,* &c. Sept. *Excantate, & auellite eum ab ira, & linite eum in confessione.* quasi nostris precibus Deus excantetur, ac sopiatur. Psal. 146. Septuag.

Et verè mansuescit Deus oratione, adeòque mansuescit, vt hæc sit proprium linitiuum diuini furoris: *Dimitte me, vt irascatur furor meus.* q. d. Exod. 32. virtus orationis iram propellit, nec sinit, vt sanguis circa meum cor accendatur: antidotum cordis est, quasi omnipotenti manu in cor meum subintrans, iram à corde depellat. Itaque nedum manus; imò & cor ipsius Dei ligat oratio.

Iterum volens Deus, vt digna factia animaduersione populus plecteretur, inquit ad Ieremiam: *Tu* Ierem. 7. *autem noli orare pro populo isto, nec assumas pro eis* B *laudem, & orationem.* Quid refert, Domine, vtrùm hic oret, vel non oret? Sine oret: tu autem fac secundùm iustitiam tuam. Ah noli orare: nam, si oraueris, non irascar: manus mihi ligabis: populum hunc castigare nequaquam potero. O mirabilem orationis vim! quæ ligat manus ipsius Dei, quæ vincit, ac superat ipsum Deum, quæ ipsummet Deum suæ subdit voluntati, adeò vt dicat, quod vni quondam dixit: *Fiat tibi, sicut vis.* Matth. 15.

Meminerint luctæ illius Patriarchæ Iacob cum Angelo, Dei personam gerente: *Per totam noctem* Genes. 32. *Iacob luctatus est.* Quæ lucta, quæso, hæc? Declarat Oseas: *Iacob in fortitudine sua directus est cum An-* Oseæ 12. Septuag. *gelo, & inualuit ad Angelum.* Sept. *Præualuit ad* C *Deum, confortatus est, fleuit, & rogauit eum.* Chald. *Superauit, & fleuit, & deprecatus est eum.* Chald. Quare, tum corporalis, tum spiritualis hæc colluctatio oratione absoluta est: tota nocte Iacob ingemuit, fleuit, orauit: at mane nomen ei Angelus permutauit: *Nequaquam vocaberis Iacob; sed Israel erit nomen tuum.* D. Hieron. qui optimè nouit vim Hebraici sermonis, absolutè negat, *Israel* significare Videntem Deum; sed ait, Vincentem Deum, vel fortem cum Deo: quasi ei dixerit Angelus: Tuis ipse precibus, ô Iacob, fortis fuisti cum Deo, quin ipsum vicisti Deum: vt hinc intelligas, eam esse vim orationis, vt vim quodammodo inferat Omnipotenti. D. Hieron. ex Hebr. Peter. ibid. & Gregor. hom. 14. in Ezech.

Meminerint ad hæc, quid de Elia dicat Iacobus: *Elias homo erat similis nobis, passibilis.* Græc. Iacob. 5. Græc. *Similibus affectionibus obnoxius.* Ad quid hoc? Quis dubitat, an homo fuerit, an similibus passionibus obnoxius? Ah, si quid egerit, noueris; forsitan dubitabis. Memineris naturæ Dei, quàm sit compatiens, quàm citò misereatur, &c. Nunc Elias homo similis nobis, *Oratione orauit, vt non plueret super terram: & non pluit annos tres, & menses sex.* Centum oribus arefacta terra pluuiam petebat: animalia præ siti moriebantur, & cœlum factum est æneum propter Eliæ preces. Contorquebantur (dicere liceat) diuina viscera: heu, heu terra sitit: animalia sitiunt: iam penè populus deficit, & præ siti moritur. Domine, cur cœli cata- E ractas non aperis? quis te detinet? Elias homo similis vobis oratione orans. Quantùm egit Deus, vt ad misericordiam Prophetam inclinaret, vt, permittente Propheta, aquam præberet? Fecit, vt & ipse famem experiretur, vt benè notat Chrys. D. Chrys. serm. 1. de Elia. quo facto aliis compari cogeretur. A coruo pascitur: vt confundatur, quòd animal rapax, natura- 3. Reg. 1. lis rapacitatis oblitum, ei deseruiat; & ipse non sinat dari aquam populo. Nec his permotus: in oculis eius occidit Deus filium viduæ, apud quam hospitabatur. Sic, sic tandem cœpit sentire diuinas artes, quibus durus zelator ad pietatem, &

misericordiam compellebatur: *Etiamne, Domine, filium viduæ, apud quam vtcunque sustentor, occidisti?* Non est, non est mors ista naturæ euentus, tuum opus est: sentio iam artes tuas, quibus me in misericordiæ necessitatem adigis, vt si tibi dicere voluero: Domine, miserere filio viduæ mortuo, tu mihi ex aduerso respondeas: Miserere filio meo Israël. Sicque reueritus est Deus Prophetam, vt penè non posse pluere sine consensu Prophetæ visus sit. Et hoc voluit Apostolus huiuscemodi apparatu: *Elias homo erat similis nobis.* quò intelligamus, vi tantummodo, ac virtute orationis hanc Deo vim intulisse: vnde benè concludit: *Multùm valet deprecatio iusti assidua.* vel, vt est
Græc. Græc. *Multum valet deprecatio iusti efficax.* O miram orationis virtutem, quæ veluti cœli clauis claudit, & aperit, prout vult! *Oratione orauit, vt non plueret, & non pluit:* clauem inuenit, *Et rursus*
Aug. ser. de Tobia. *orauit, & cœlum dedit pluuiam.* Sic & August. Oratio iusti clauis est cœli.

Quid de Moyse? *Extenditque Moyses virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, & discurrentia fulgura super terram, pluitque Dominus grandinem super terram Ægypti.* Sed ait Moyses: *Cum egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit. Egressusque Moyses a Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad Dominum; & cessauerunt tonitrua: nec vltrà stillauit pluuia super terram.*

¶ Nec solùm oratio continet pluuiam, sed continet ipsos cælos, ipsúmque Solem, ne currat.
Iosue 10. *Tunc locutus est Iosue Domino in die illa,* hoc est, orauit ad Dominum. *Sol, ne mouearis contra Gabaon. Stetitque Sol, &c. obediente Deo voci hominis.* Mirum! spatio trigintasex horarum, vt inquit Paraph.
Chald. Iustin. dial. contra Tryph. Chald. Iustinúsque Martyr, Solem stetisse immobilem, *Obediente Deo voci hominis.* Quid? Imperauitne Iosuë ipsi Deo? Nequaquam: sed est tantæ virtutis oratio, vt orans Deo imperans dici possit, & Deum, orantē non solùm audire, sed ei obedire.

¶ Quid, quòd ipsa elementa transmutat oratio?
Sap. 19. *In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt: agrestia enim in aquatica conuertebantur, & quæcunque erant natantia, in terram transibant: ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguentis natura obliuiscebatur.* Hæc mira prodigia in Ægypto omnia dicuntur effecta, vt fit organi sonus. At quæ similitudo hæc! Cur organi magis, quàm alicuius alterius instrumenti? Quonam modo fit sonus organi? Sufflatoriis, ac flatu. Dicere vult: Vt sufflatorij, suspiriorum, orationúmque populi, Deus immutabat ipsa elementa, quasi regis[te]r naturæ. O, inquam, egregiam orationis virtutem!

¶ Et quò intelligas, orationem sua virtute quo-
Matth. 17. què pertingere: *Hoc genus Demoniorum non eiicitur, nisi in oratione, & ieiunio.*
Sap. 18. Item, *Vicit autem turbas* (infernales) *non virtute corporis, nec armatura potentiæ; sed verbo* (orationis) *illum, qui se vexabat* (Diabolum) *subiecit*, &c. Quantæ igitur virtutis oratio, quæ vel in Infernum pertingit!

¶ Sed hoc totum parum est: eousque peruenit virtus orationis, vt mutet quodammodo immutabilem. *Vidi ostium apertum in celo.* Quid vidisti?
Apoc. 5. *In dextera sedentis supra thronum, librum*, &c. *Quis est dignus aperire librum? Et ego flebam multum, quoniam*, &c. Vnus de senioribus, ne fleuetis. *Ecce vicit leo de Tribu Iuda aperire librum.* &c. abstergit lacrymas Ioannes, oculos eleuat, vt leonem conspiciat: *Vidi*, (subdit,) *& ecce agnum stantem tanquam occisum.* O rem inauditam! Quid? Leo factus est agnus? Ita. Et vnde tam mira mutatio? Ex oratione. *Habentes singuli* (qui circunstabant) *phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum.* O virtutem orationis, quæ ex leone Deum mutat in agnum!

Præterea. Rem modò dicam, quæ forsitan excedens videbitur: sed reuerà virtutem orationis non excedit. Oratio ipsi Deo quodammodo dat esse Deum: vt, non orare, quodammodo tollit Diuinitatem. *In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui, quoniam Deus meus es.* Quid? priùs non cognoscebas? Cognoscebam vtique: sed dum oro, non tam cognosco, quàm declaro, Deum esse Deum. Psal. 55.
Hoc sibi volt, *Cognoui*, id est, cognoscere feci. *Nunc cognoui, quòd timeas Dominum*, id est, nunc cognoscere feci, quòd timeas Dominum. Hi, qui simulacra finxerunt, quandonam Diuinitatis honorem eisdem dederunt? Cùm ea finxerunt? Minimè: sed cùm supplices ante ea curuauerunt genua. *Et curuatus est ante illud* (faber insipiens;) *& obsecrauit dicens: Libera me: quia Deus meus es tu.* Genes. 22. Isa. 44.

Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille Deos: qui rogat, ille facit. inquit ille. Martial. l. 8. epig. 24.

Sensū propositionis, quæ videtur excessus, declarat Ioannes: *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & Diuinitatem.* Quid? Non habebat? Certè habebat: sed seniores illi suis adorationibus, & orationibus eum declarabant Deum: *Dignus est agnus accipere Diuinitatem.* subdit Glossa, per orationis confessionem. Apoc. 5. Gloss.

Sic non orans, quantùm in se est, Deo Diuinitatem denegat. *Non petam, & non tentabo Dominum*, dixit impius ille. Quid sibi voluerit, declarat sua translatione Hier. *Non petam, & non glorificabo Dominum.* Cui Propheta: *Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo?* Alij: *Quia Deo exhibetis agonem.* hoc est, quia contenditis quasi in agone Dei gloriam, & Diuinitatem abripere: *&c.* Isa. 7. D. Hier. ex Heb. Alij.

Et nunc intelligo sententiam Chrys. Nihil potentius est homine orante. Chrys.

¶ Quid si vim lacrymarum, quæ in oratione funduntur, adderemus? Sat est dicere, ait Hieron. Lacryma Deum cogit, &c.

Facit locus Isa. quo volens Deus in hostium manus tradere Babylonem, hostes conuocat: *Ascende Aelam, obside Mede, omnem gemitū eius cessare feci;* vel in futuro, *cessare faciam*: q.d. Ite, & expugnate eam: nec vereamini, vt sententiam mutem ob alicuius lacrymas, vt sæpè soleo: omnem enim gemitum eius cessare faciam, quò securiter expugnetis. O vim lacrymarum, quæ si ab vno solo fuissent effusæ, ipsam Babylonem tenuissent! &c. Quando Deus sumere vult pœnas de anima, cùmque deserere, &c. finit, fons lacrymarum siccetur, &c. Isa. 21. Alij.

Hinc, incidi præcepit Holofernes aquæductum Bethuliæ; vt nullo labore eandem capere posset: sic etenim subdit: *Pone custodes fontium, vt non hauriant ex eis & sine gladio interficies eos.* Iudith.

Si continuerit aquas, omnia siccabuntur. Item 37. *Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissimæ funduntur aquæ.* Iob 12.

Pars, supra quam non pluit, aruit. Amos 4.
Os putei (cordis) *grandi lapide claudebantur.* Gen. 29.
Anima nostra arida est (ideò oculi sicci.) Iud. 5. Num. 11.
Nubes sine aqua.
Omnes puteos, quos foderunt serui Abraham, obstruxerunt Gen. 26.

xerunt Pa'aestini, implentes humo, hoe est, fecerunt, A vt ob amissionem terrenorum plorarent, pretiumq; e lacrymatum amitterent, qui pro cælestium iactura plorare debebant.

Gen. 27. O si pro Cælo plorarent, quid non consequerentur!In Gen. *Cumque Esau eiulatu magno fleret, motus est Isaac.* Quid, si pro cælestibus eiulasset?

2 Reg. 1. Vt benè Dauid vim nouerat lachrymarum, *Præcepit Dauid, vt docerent filios Iuda arcum*; vel, iuxta

Lyr. in mor. alios, *planctum*. Quasi pesacutis lacrymarum sagittis cor ipsum Dei dulciter feriatus. O lacrymæ *sagitta potentis acuta! ô sagitta in manu potentis!*

Apud Surium t. 6. 12. Decemb. Sed iam age, hanc esse orationis vim, ac efficaciam, ex Sanctorum precibus comprobemus. Eliam alterum cupis? Accipe ex Metaphraste. Tempore B magni illius Spiridonis, Archiepiscopi Trimythuntis, castigabat Deus insulam Cyprum pluuiæ egestate, & grauis premebat siccitas; & siccitatem consequebatur fames; famem autem pestis; & populi quidem magna pars iam interierat; altera verò id mox credebatur passura. Opus autem habe-

3 Reg. 16. bat illud malum omninò aliquo Elia, aut alio illi simili, qui cælum aperiret oratione: is verò erat

Spiridon verè Elia comparatur. Spiridon. Nam, cùm plaga grauiter vrgeret, & populum valdè persequeretur, ipse pro grege magnum capiens angorem, & paternis inflammatus visceribus, rogat quidem, vt clemens, Deum clementem. Ille statim implet cælum nubibus ex extremo terræ: &, quod est mirabile, ne aliquem motum elementorum existimaret consequi pluuiam, Deus eas procul ostendit. Sistit autem, C non priùs permittens eas ascendere insulam, quàm Sanctus eum rursus oraret. Nondum enim ille guttam emiserat lacrymarum, & protinus multa erupit pluuia, & pinguescit quidem terra; abundat

3 Reg. 17. & 18. autem fructus, & crescunt segetes, & omnia simul mala soluuntur. In hoc Spiridon fuit ipso Elia, (vt aliquid dicam audacter) benignior. Nam Elias quidem, cùm pluuiam retinuisset, deinde rursus remisit: ille verò primum non imitatus, extitit ei par in secundo.

D. Bern in vita S. Malachiæ. Consimilem alterum Eliam quæris? De Dino Malachia, Hyberniæ Episcopo, Bernardus. Coodixerant (seditiosi quidam) Regem cum Episco-

Malachias orans ad instar Eliæ elementa turbat. po trucidare, vt non esset, qui vindicaret sanguinem iustum. Res innotuit Malachiæ, & intrans D Ecclesiam (erat enim propè) eleuatis manibus, orauit ad Dominum: & ecce nubes, & caligo, sed & tenebrosa aqua in nubibus aëris dicto vertetunt in noctem. Fulgura quoque, & tonitrua, & horribiles spiritus procellarum diem vltimum minitantur, vicinámque elementa intentant omnia mortem. Et vt scias, Lector, quòd oratio Malachiæ concusserit elementa, solos intercipit tempestas, solos turbo tenebrosus inuoluit, qui parauerant opera tenebrarum. Denique ipse, qui princeps extiterat tanti mali, fulmine percussus infestit eom tribus aliis; & fuere consortes mortis, qui fuerunt participes sceleris. Illos autem, qui cum Malachia erant, quamuis proximos loco, tempestas omninò non E tetigit, nec quicquam molestiæ intulis. In facto isto recens capimus experimentum veritatis verbi illius: Quia oratio iusti penetrat cælos. Sed & nouum antiqui exemplum miraculi, quo olim tota Ægypto versante in tenebris, solus Israël in

Exod. 10. lomine mansit, dicente Scriptura: *Vbicunque Israel erat, lux erat.* Huc mihi accurrit & factum sancti

3 Reg. 16. 4 Reg. 1. Eliæ, oune quidem ab extremis terræ nubes, & pluuias educentis; nunc verò super blasphemos inuocanti. ignem de cælo. Et modò de simili clarificatus est Deus in sesuo suo Malachia.

D. Greg. l. 1. Dial. c. 5. *Constantius Armentarius.* Quid? oratione non dum concutere, sed & mutare elementa? Gregor in Dialogis. Iuxta ciuitatem Anconitanam Ecclesia Beati Martyris Stephani sita est, in qua vir vitæ venerabilis, Constantius nomine, Mansionarij functus officio, deseruiebat: cuius sanctitatis opinio sese ad notitiam hominum longè, latéque extenderat. Qui idem vir funditus terrena despiciens, toto annisu mentis, ad sola cælestia flagrabat. Quadam verò die, dum in eadem Ecclesia oleum deesset, & prædictus Dei famulus, vnde lampades accenderet, omninò non haberet, omnes lampades Ecclesiæ impleuit aqua, atque ex more in medio papyrum posuit, quas allato igne succendit, sicque aqua arsit in lampadibus, ac si oleum fuisset. Perpende, Petre (subdit Gregorius) cuius meriti vis iste fuerit, qui necessitate compulsus elementi naturam mutauit.

L. 2. c. 33. Idem. Soror venerabilis Benedicti, Scholastica nomine, omnipotenti Domino ab ipso infantiæ tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueuerat: ad quam vir Dei non longè extra ianuam in possessione Monasterij descendebat. Quadam verò die venit ex more, atque ad eam cum Discipulis venerabilis eius descendit frater: qui totum diem in Dei laudibus, sacrísque colloquiis ducentes, incumbentibus iam noctis tenebris, simul acceperunt cibos. Cùmque adhuc ad mensam sederent, & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis fœmina, soror eius, eum ro-

Scholastica orando serenum cælo pluuiam impetrat. gauit, dicens: Quæso te, vt ista nocte non me deseras, vt vsque mane de cælestis vitæ gaudiis loquamur. Cui ille respondit: Quid est, quod loqueris, soror? manere extra cellam nullatenus possum. Tanta verò erat cæli serenitas, vt nulla in aëre nubes appareret. Sanctimonialis autem

Expende vim orationis Scholasticæ. fœmina, cùm verba fratris negantis audisset, insertas digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus, Dominum rogatura declinauit: Cúmque de mensa leuaret caput, tanta coruscationis, & tonitrui virtus, tantaque inundatio pluuiæ erupit, vt neque venerabilis Benedictus, neque Fratres, qui cum eo adérant, extra loci limen, quò consederant, pedem mouere potuissent. Sanctimonialis quippe fœmina caput in manibus declinans, lacrymarum fluuium in men-

Quàm citò exaudita. sam fuderat, per quas serenitatem aëris ad pluuiam traxit. Nec paulò tardiùs post orationem inundatio illa secuta est; sed tanta fuit conuenientia orationis, & inundationis, vt de mensa caput iam cum tonitruo leuaret, quatenus vnum idémque esset momentum, & leuare caput, & pluuiam deponere. Tunc vir Dei inter coruscationes, & tonitrua, atque ingentis pluuiæ inundationem, videns se ad Monasterium non posse remeare, cœpit conqueri contristatus dicens: Parcat tibi omnipotens Deus, soror. Quid est, quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce te rogaui, & audire me noluisti: rogaui Dominum meum, & audiuit me. Modò ergo, si potes, egredere: & me dimissa, ad Monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens: qui tamen e sponte noluit, in loco mansit inuitus. Sicque factum est, vt totam noctem peruigilem ducerent, atque se per sacra spiritalis vitæ colloquia, vicaria relatione satiarent.

August. ser. de Ioan. August. Ascendit precatio, & descendit Dei miseratio

misseratio: licèt alta sit terra, altum cælum; audit tamen Deus hominis linguam, si mundam habeat conscientiam. Cum sensibus loquitur, si sit solus noster gemitus. Sufficit auribus imber oculorom: fletus citiùs audit, quàm voces.

Vides itaque orationem elementa mutare. An non prætereà elementa mutat, dum montes transfert, flammas extinguit; aquam non deorsum, sed sursum vehit? In Vitis Patrum. Quidam de sanctis senioribus misit discipulum suum ad hauriendam aquam. Prolongiùs autem erat puteus à cella senioris: oblitus est autem secum tollere funem discipulus, cum quo hauriret aquam. Cúmque peruenisset ad puteum, contristatus est valdè, quia longè erat cellula eorum: quid ageret, quò se verteret, nesciebat: dubitabat enim ad cellulam sine aqoa reuerti. Tunc anxius nimis, prostrauit se in orationem cum lacrymis, dicens: Domine, miserere meî secundùm magnam misericordiam tuam: quî fecisti cælum, & terram, mare, & omnia, quæ lo eis sunt: qoi facis mirabilia magna solus: miserere mihi propter seruum tuum, qui me misit. Et cùm surrexisset ab oratione, exclamauit: O putee, putee: misit me seruus Christi, Abbas meus, vt hauriam aquam. Statim autem ascendit aqua sursum ad os putei: & cùm implesset lagenam suam, frater abscessit glorificans potentiam Domini Saluatoris. Aqua autem putei reuersa est ad locum suum.

In Vitis Patrum p. 2. 5. 27 & apud Rosueydum l. 3 n. 20. 25.

Per orationē aqua in sublime conscendit.

De Nonnoso, Præposito Monasterij in monte Soractis. Gregor. in Dial. Quia eius Monasteriom in summo montis cacumine situm erat, ad quemlibet paruum hortum Fratribus excolendum nulla patebat planities: vous autem breuissimos locus in latere montis excreuerat, quem ingentis saxi moles, naturaliter egrediens, occupabat. Quadam verò die, dum Noonosus, vir venerabilis, cogitaret, quòd saltem ad condimenta oletum nutrienda locus idem aptus potuisset existere, si honc moles saxi illius non teneret; occurrit animo, quòd eandem molem quingenta boum paria mouere non possent. Cúmque de humano labore facta esset desperatio, ad diuinum se solatium contulit, séque illic nocturno silentio in orationem dedit. Cúmque mane facto, ad eundem locum Fratres venirent, inuenerunt, molem tantæ magnitudinis ab eodem loco longiùs secessisse: suóque recessu largum Fratribus spatium ad excolendum hortum dedisse: imitatus in hoc (vt subdit infrà) factum Gregorij, qui suis precibus montem mouit.

Greg. l. 1. Dial. c. 7.

Nonnosus saxum ingens sua oratione amouit.

Anconitanæ Antistes Ecclesiæ, vir vitæ venerabilis Marcellinus fuit, cuius gressum dolore nimio podagra contraxerat; cúmque familiares sui, vti necesse erat, in manibus ferebant. Quadam verò die per culpam incuriæ eadem ciuitas Anconitana succensa est. Cúmque vehementer arderet, cucurrerunt omnes, vt ignem extinguerent, sed illis aquam certatim proiicientibus, ita crescebat flamma, vt iam totius vrbis interitum minari videretur. Cúmque propinquiora sibi loca quæque ignis inuaderet, iámque vrbis partem non modicam consumpsisset, & obsistere nullus valeret; deductus in manibus venit Episcopus, & tanta periculi necessitate compulsus, familiaribus suis se portantibus præcepit, dicens: Contra ignem me ponite. Quod ita factum est: atque in eo loco est positus, vbi tota vis flammæ videbatur incumbere. Cœpit autem miro modo in semetipsum incendium retorqueri, ac si reflexionis suæ impetus exclamaret, se Episcopum transire non posse. Sicque factum est, vt flamma incendij illo termino refrænata in semetipsam refrigesceret, & contingere vlteriùs quicquam ædificij non auderet. Perpendis, Petre, cuius sanctitatis fuerit, ægrum hominem sedere, & exorando, flammas premere? Petrus. Et perpendo, & obstupesco.

Eodē l. c. 9.

Marcellinus, Ancon. Episcopus, oratione flammas extinguit.

Quid vltrà dictum est? Orationem sua virtute quoquò pertingere? Si mortuus ad vitam reuocat, si à Purgatorij pœnis detentos eripit, si ab ipso Inferno quodammodo damnatos liberat, profectò quoquò pertingit. E regia Constantij Imperatoris Sanctus Spiridon egrediens, hospitio excipitur à quodam Christi amante. Ad eum autem accedit mulier barbara, & linguæ Græcæ imperita, quæ suum filium mortuum ferens in manibus, eum deponit ad Sancti pedes: quin etiam ipsa quoque prona cecidit, deflens miserabiliter, & iis quidem, qoi aderant, ea dicens, quæ non poterant intelligi propter barbariem. Solis loquebator lachrymis, significans se flere propter filium, & petere à Pontifice, vt eum suscitaret. His frangitur vir animi misericordis, & duabus rebus, moderatione, scilicet, & commiseratione mulieris distrahitur. Quando enim ad eius dolorem, viscerum ardorem adspiciebat, aggrediebatur miraculum, & incitabatur ad orandum Deum, vt puer reuiuisceret. Quando verò rursus intuebatur ad magnitudinem petitionis, cùm esset modestus, & moderatus, eordéque pius, & cautus, cedebat, & differebat; & esse iudicabat conatum impudentem. Quocirca statoit adhibere in coosilium vnum ex iis, qui erant secom: is autem erat Artemidorus, qui iam erat Diaconus; vir, qui omnia quidem diligenter exercuerat, quæ pertinent ad virtutem. Vnus verò veluti communis qoidam color erat contemperatus omnibus, vt rectè gerens, nulli omninò esset manifestus. Eum ergo rogauit Sanctus, quid eis esset faciendum. Ille autem ei dixit, quod illum omninò oportebat dicere, & hunc audire. Quid enim, ô Pater, inquit, interrogasti? Quid est autem aliud faciendum, & tibi maximè, nisi Christus vitæ dator inuocandus, quem iam in multis fuit euidens, tuas exaudire orationes? & alioqui si per te saluus euasit Imperator, pauperes, & inglorij iudicabuntur esse despiciendi. Pulcherrimo consilio paret Pontifex, & corde accensus misericordia, & oculos habens plenos lachrymis, genibus in terram flexis, & eam rigans fletibus, ardenter admodum clamat, & miserabiliter: & bonum Christum benignè rogat, vt miseræ mulieri infantem viuificet, & matrem reddat congruenter Scripturæ sacræ propter filium lætantem. Qui ergo per Elisæum, & Eliam Sareptanæ filio, & Sunamitidis immisit spiritum, & vitam est largitus, ipse rursus etiam audiuit Spiridonem, & puer, qui mortuus iacebat, conspectus est veluti plorans ante oculos matris. Lacrymis mihi sunt suffusi oculi præ gaudio. Sic enim meum affecit animum id, quod dicetur, reuocatum in memoriam. Vos quoque id audire. Cùm enim viuum vidit mater suum charissimum (ô arcana tua, ô Christe iudicia!) nimiam non ferens lætitiam, in terram cadens, expirauit. Ostendit id, quod factum est, nihil omnis esse longè optimum. Ecce enim non mortalem solùm esse doloris exuperationem,

Apud Suriū eod loc. quo suprà.

Psal. 112. 3. Reg. 17.

S. Spiridon oratione mortuos ad vitā reuocat.

rationem, sed etiam gaodij noumus immoderationem. Vos quoque, sat scio, affecti estis animo, ex lætitia mutari in dolorem: sunt enim homines natura misericordes: sed propè adest magnus Spiridon, qui vestram tristitiam mutabit in gaudium. Rursus enim morem gerit Attemidoro, & ad hoc, vt det matrem filio, vit modestus induitur. Ad cælos ergo intuens, & Dominum, qui in eis habitat, mente agitans, illum precatus, qui vitam inspirat mortuis, & sola voluntate omnia transmutat, & transformat, dicit ei, quæ iacebat: Sorge, & sta supra pedes tuos. Illa autem repentè, vt quam somnus potius, quam mors oppresserat, surrexit, & ei adstitit, & infantem in vlnis accepit.

Lib. Conformit. c. 25.

In conformitatibus D. Francisci ad Christum. Beatus Conradus iuuenem quendam ad meliorem frugem, suique instituti obseruationem conuerterat. Cúmque ia ad obitum venisset, nocte quadam anima eius venit ante Fratrem Conradum orantem: cui Conradus: Quisnam es tu? Ego, inquit, sum anima iuuenis nuper defuncti. At ille: O fili, quid est de te? Respondit: Gratia Dei, & doctrinæ vestræ, charissime Pater, benè mihi est; quia non sum damnatus: attamen ob aliquas meas culpas non benè purgatas, magnas sustineo Purgatorij pœnas: sed rogo te, Pater, vt sicut tua pietate mihi, dum viuerem, succurristi: ita nunc meis in cruciatibus succurrere digneris, ac pro me aliquoties Dominicam orationem recites: quia oratio tua valdè acceptabilis est coram Deo. Frater verò Conradus libenter assentiens, eandem mox recitauit semel cum *Requiem æternam*. qua absoluta, anima dixit: O Pater sancte, quantum mihi profuit! rogo te iterum recites. Quod cùm ille egisset, inquit anima: Dum oras, totam alleuari me sentio, téque obsecro, ne pro me cesses orare. Frater verò Conradus sentiens, quòd anima illa suis orationibus iuuaretur, centies pro ea orationem Dominicam recitauit. post hæc, anima dixit: Ex parte Domini nostri gratias tibi ago, ac rogo, vt ipse pro hac charitate mercedem æternam tribuat: quia propter orationem tuam sum à pœnis omnibus liberata, & nunc pergo ad gloriam Paradisi.

B. Conradus animā orando liberat à Purgatorio.

Lib. 2. c. 13.

In Vitis Eremitarum D. Augustini. Concionator quidam multos habebat in Christo filios, ac filias, háncque præcipuam habuit virtutem, vt paupercularum, deuotarúmque mulierum, hominúmque confessiones libenter audiret. Cùm is diem clausisset extremum, anima eius descendit in grauissimas incendij pœnas, quas magna ex parte, deuotarum suarum filiarum lacrymas, precésque ad Deum fusas eadem ipsa die mortis suæ deuota quædam mulier extinxisse conspexit. Hora autem liberationis eiusdem è Purgatorio, vox ad eandem mulierem facta est: Propera ante altare Sanctæ Catharinæ: quia ibi hodie dedicatio erit. Ibi etenim ille solitus fuit celebrare. Quæ pergens, vidit eum educi de Purgatorio, & venire super idē altare. Tunc verò è cælo multos filios eius, ac filias, quas Christo pepererat, obuiam ei fieri, iísque stipatum, solenniter in cælum ascendere. Quo exemplo satis apparuit, quàm bonum, & quàm salubre sit, pauperum, ac humilium confessiones audire: nam talium fletibus, & precibus à Purgatorij pœnis ille quantocius est liberatus.

Confessarius ab oratione deuotarū filiarum liberatur à Purgatorio.

D. Pet. Dam. ep. 5. ad Dominicum, cap 7.

D. Petrus Damianus in quadam epist. In Monasterio B. Syluestri, quod in Vrbinati constitutum est territorio, quidam Monachus obiit, & ab incipiente gallicinij nocturnalis articulo vsque ad secundam diei horam cadauer exanime locatum,

A iuxta morem consuetum, atque Fratribus circunquaque psallentibus in feretro iacuit. Cúmque transactis iam Missarum ex maiori parte solenniis, *Agnus Dei*, iuxta Regulam diceretur, ecce repente, qui mortuus iacebat in medio, anima redeunte, surrexit. Stupefacti sunt Fratres, & non nimis admiratione perterriti: quia, nimirum, quem funeris officium persoluentes extulerant, nunc vitalem spiritum recepisse videbant. Ac cùm propiùs accessissent, verbaque audite ex ore eius auidiùs inhiarent, (ah scelus!) maledicta, & contumelias in Deum cœpit effundere; benedictum nomen Saluatoris impiè blasphemare; viuificæ Crucis signū, vt osculairetur oblatum, sacrilego ore conspuere; intemeratam quoque Dei Genitricem ignominio-
B sis non timebat opprobriis lacerare. Quid, inquiens, pro me psallitis, vel Sacrificiorum Hostias offerre tentatis? ego enim in ipsa flammantia Tartara profunda descendi: ibique meus Magister, & Dominus Lucifer me irreuocabiliter deputauit. Coronam planè suam æream, inextinguibili semper ardore candentem, mihi in capite posuit, eiusdem quoque metalli chlamyde, qua induebatur ipsa, me vestiuit. Erat autem chlamys tam longa, vt talo tenus flueret, & tam feruenter ignita, vt liquefacta, guttas emittere videretur. Cúmque Fratres eum, vt pœnitentiam ageret, atque vt occulta sua in medium proferret, vnanimiter hortarentur, ille anathematizabat, & non solùm pœnitentiæ remedium, sed & omnia redemptionis nostræ my-
C steria ore rabido, atque sacrilego condemnabat. Monachi verò semper ad adiutricia orationis arma pio studio recurrentes, cœperunt, abiectis indumentis, corpora sua scopis illidere, pugnis pectora tundere, psalmodiæ, atque omnium, quæ valebant, precum generibus insudare. Cunctis itaque Fratribus in luctuosis orationibus, & ieiuniis constitutis, ac sub diuinæ pietatis expectatione suspensis, tandem supernæ virtutis splendor emicuit. Ecce enim desperatus ille, & voragine maris hiantis absorptus, ad superficiem redit: Dei quippe Saluatoris omnipotentiam laudat, nequissimis Satanæ ludificationibus abrenunciat, Crucem adorat, pœnitentiam flagitat. Confessus est autem, quia post abrenunciationem sæculi, in fornicatio-
D nem ceciderit; quam tamen eatenùs nulli penitùs per confessionis iudicium patefecit. Laudans igitur, & benedicens Deum, vsque ad diem alterum vixit, sicque Creatori suo mirabiliter restitutus, "
in sancta de hoc sæculo confessione migrauit. Sic, "
nimirum, fraternæ orationis fructus floruit. Quæ "
oratio ex ipsis gehennæ visceribus prædam rapuit "
& de flammarum stipula in structura cælestis Hie- "
rusalem lapidem viuum posuit.

Per orationē quidam ab ipsis ferè Inferni claustris liberatur.

An non ergo oratio quoquò pertingit? An non exorans *claues* videtur habere *mortis, & inferni*? Ex quo exemplo, huicque similibus, quæ plura circumferuntur, apparet, non solùm orationem quoquò pertingere: sed & illud per eam fieri, quod supra subiecimus, immutabilem, scilicet, quodammodo ornari: nam, quos Deus, non definitiuè, seu
E finaliter in Inferno damnatos secundùm præsentem propriorum meritorum iustitiam volebat puniri; hos merito piarum precum, ac lacrymarum gratiam consequutos, & per eam remissionem peccatorum adeptos, veréque pœnitentes, mutata sententia, vt ait Ambr. ab Inferni pœnis exoluit, ac liberauit. Sic formaliter D. Thom. De facto Traiani hoc modo potest probabiliter æstimari, quòd precibus B. Gregorij ad vitam fuerit reuocatus,

Apoc. 1.

D. Thom. 1. dist 45 q. 2. art. 2 ad 5. & in addit.

ad 3 p. q. 71. art. 5. vbi de facto Traiani, de quo tamen vide Baron. Annal. tom. 8. anno 604. Lib. 7. Reuelat. S. Brigittæ, c. 13.

tus, & ita sit gratiam consecutus, per quam remissionem peccatorum habuerit, & per consequẽs immunitatem à pœna Inferni. Quicquid sit de huius veritate historiæ, quippe quæ aliis penitùs non probetur.

Quid tandem ad efficaciam orationis addamus? Vim lacrymarum. In reuelationibus S. Brigittæ de Carolo filio eius post obitum ante supremum illum Iudicem constituto. Post hæc loquebatur Diabolus ad Iudicem dicens: Ego scio, quòd tu es ipsa iustitia, & potentia: tu non magis iudicas iniustitiam Diabolo, quàm Angelo. Adiudica igitur mihi istam animam. In illa enim sapientia, quam habui, quando me creasti; scripseram omnia peccata ipsius, in illa malitia mea, quam habui, quando cecidi de cælo. Nam quando primò ista anima ad illam ætatem discretionis peruenit, quòd iam benè intelligebat, esse peccatum illud, quod faciebat; tunc propria voluntas ipsam trahebat ad viuendum magis in mundana superbia, & carnali delectatione, quàm talibus resistere. Respondit Angelus: Quando primò eius mater intellexit, ipsius voluntatem esse flexibilem ad peccatum, statim ipsa succurrebat ei misericordiæ operibus, & precibus diuturnis, vt ei Deus misereri dignaretur, ne ab ipso se elongaret: propter ista denique matris suæ opera obtinuit diuinum timorem: ita quòd, quotiescunque cecidit in peccatum, confestim ad faciendam confessionem properauit. Respondit Diabolus: Me oportet, peccata sua narrare. Et statim volens incipere, in eadem hora clamare cœpit, & plangere, & in se ipso diligenter inquirere, in capite, & membris cunctis, quæ videbatur habere, totusque videbatur tremere, & ea turbatione magna clamauit: Væ mihi misero! quomodo perdidi meum longum laborem: quia non solùm oblitus est textus, & abolitus; verùm etiam tota materia combusta est, in qua omnia fuerunt scripta. (materia autem significat tempora, in quibus peccauit,) quæ non magis curo, quàm peccata in eis scripta. Respondit Angelus: Hoc fecerunt lachrymæ, & longi labores, multæque orationes matris suæ: ita quòd Deus compatiens gemitibus suis dedit eius filio talem gratiam, scilicet, quòd pro quolibet peccato, quod commisit, contritionem obtinuit, humilem confessionem faciendo ex diuina charitate: & ideò illa peccata oblita, & neglecta sunt in tua memoria. Respondit Diabolus, asserens, se habere adhuc saccum plenum illis scripturis, quibus supradictus miles proposuerat, quòd peccata sua emendaret; sed non curauit: ideò teneor cruciare eum, quousque per pœnam fuerit satisfactum: quæ quidem peccata idem miles adhuc emendare non curauit in vita sua. Respondit Angelus: Aperi saccum, & pete iudicium super illa peccata, pro quibus te oportet eum castigare. Quo dicto, clamauit Diabolus sicut amens, dicens: Ego sum spoliatus in mea potentia: nam non solùm ablatus est mihi saccus: verùm etiam peccata, quibus erat repletus: saccus quippe erat segnities, in quo omnes causas posui, pro quibus oportebat, me ipsum punire: quia propter segnitiem multa bona omisit.

Brigitta opportunè, cuique suis precibus succurrit filio.

Brigittæ lacrymæ filij peccata conscripta diluerunt.

Respondit Angelus: Te spoliauerunt lacrymæ matris suæ, & ruperunt saccum, & destruxerunt scripturam: in tantum lacrymæ eius Deo placuerunt. Respondit Diabolus: Adhuc habeo hìc aliqua proferre, videlicet, eius venialia peccata. Respondit Angelus: Ipse obtinuit voluntatem de sua patria peregrinari, dimittens bona, & amicos, in multis laboribus sancta loca visitãdo: & hæc compleuit, se etiam ita parando, quòd dignus fuit à sancta Ecclesia indulgentiam consequi: desiderabat quoque per peccatorum emendationem Deum Creatorem suum placare. Vnde omnes illæ causæ? quas iam scripsisse te dixisti, sunt indultæ. Respondit Diabolus: Adhuc oportet me tamen pro omnibus illis venialibus culpis, quæ commisit, ipsum punire: & ideò per indulgentias minimè sunt deleta: sunt enim millia millium, quæ omnia in lingua mea sunt conscripta. Respondit Angelus: Extende linguam, & monstra scripturam. Respondit Diabolus cum magno eiulatu, & clamore, sicut demens, & dixit: Væ mihi! ego non habeo vnum verbum ad dicendum; nam mihi radicitùs lingua abscissa est cum viribus suis. Respondit Angelus: Hoc fecit mater eius assiduis orationibus suis, & labore: quia animam eius dilexit toto corde. Ideò placuit Deo propter ipsius charitatem, omnia peccata eius venialia indulgere, quæ ab infantia vsque ad mortem commisit: & ideò lingua tua suis viribus creditur caruisse. Respondit Diabolus: Adhuc vnum habeo in corde meo diligenter custoditum, quod nullus potest abolere; hoc est, quòd iniustè aliqua acquisiuit, ea reddere non attendens. Respondit Angelus: Pro talibus mater sua eleemosynis, orationibus, & misericordiæ operibus satisfecit: ita quòd iustitiæ rigor se ad misericordiæ blanditiem inclinauit, deditque ei Deus perfectam voluntatem, sine omnium bonorum suorum parcitate, in omnibus plenè satisfacere, iuxta facultatem suam, quibus aliquid iniustè abstulerat. Istam enim voluntatem accepit Deus pro effectu: quia diutiùs viuere non valebat. Oportet igitur, hæredes suos pro talibus satisfacere, prout possunt.

Respondit Diabolus: Ergo, si non habeo potestatem puniendi eum pro peccatis; tamen oportet me ipsum castigare: quia non exercuit opera bona, & virtutes, quando plenum sensum, & sanum corpus habuit iuxta posse suum. Virtutes enim, & opera bona, sunt illi thesauri, quos secum ad tale regnum ferre deberet, scilicet, ad regnum Dei gloriosum. Permitte ergo me illud supplere cum pœna, quod sibi defecit in virtuosis operibus. Respondit Angelus: Scriptum est, quod petenti dabitur, & pulsanti cum perseuerantia aperietur. Audi ergo, Diabole. Mater eius charitatiuis precibus, & pietatis operibus ad portam misericordiæ perseueranter pulsauit pro eo plusquàm triginta annis, fundendo multa millia lacrymarum, vt Deus cordi eius Spiritum Sanctum infundere dignaretur: ita quòd bona sua, corpúsque, & animam idem filius suus ad Dei seruitium libenti animo exhiberet. Sic etiam fecit Deus: nam ita ardens iste miles effectus erat, quòd ad nihil aliud placeret ei viuere, nisi vt Dei voluntatem sequeretur. Et ecce Deus sic diu rogatus in ipsius cor suum benedictum spiritum infudit. Virgo verò Mater Dei dedit illi ex virtute sua, quicquid sibi defecit in armis spiritualibus, & indumentis, quæ pertinent ad milites, qui debent intrare in regno cæli ad summum Imperatorem. Sancti etiam in cælesti regno collocati, quos iste viuens in mundo dilexit, de suis meritis sibi consolationem addiderunt. Ipse nanque thesaurum congregauit, sicut illi peregrini, qui quotidie caduca bona commutant in æternales diuitias: & quia ipse sic fecit, ideò gaudium, & honorem perpetuum obtinebit, specialiter pro illo ardenti desiderio, quod habuit peregrinandi

Brigitta lacrymæ Diabolum spoliauerunt.

Multis lacrymarum millibus Spiritũ sanctum implorat filio.

nandi ad sanctam ciuitatem Hierusalem, & pro eo, quòd desiderauit feruenter vitam suam libenter bellando exponere, vt terra sancta reduceretur ad dominium Christianorum, ad hoc, vt illud gloriosum Dei sepulcrum in debita haberetur reuerentia, si ad tantum opus sufficiens extitisset. Et ideò tu Diabole, nullam iustitiam habes illa supplere quæ ipse personaliter non perfecit. Respondit Diabolus: Adhuc deficit ei corona: nam, si ego possem aliquid ad eius imperfectionem fabricare, hoc libenter facerem. Respondit Angelus: Hoc certissimum est, quòd omnes qui se ipsos vicerint, de Inferno peccata verè pœnitendo, & diuinæ voluntati se voluntariè conformando, ipsúmque Deũ toto corde diligendo, gratiam Dei consequentur. Placet quoque ipsi Deo, ex triumphali sui benedicti humani corporis corona, eis coronam dare, si secundùm iustitiæ rectitudinem purgati fuerint. Et ideò tibi, o Diabole, minimè conuenit ad eius coronam aliquid fabricare. Tunc Diabulus hæc audiens, clamauit impatienter fugiens, & dixit: Væ mihi: quia tota memoria mea mihi ablata est. Iam enim non recolo, in quibus iste miles meam secutus est voluntatem: & quod est mirabilius, etiam oblitus sum, quo nomine, dum vixit, vocabatur. Respondit Angelus: Scito, quòd modò in cælo vocatur filius lacrymarum. Diabolus verò clamans altè respondit: O quàm maledicta est illa scroffa, seu porca, mater eius, quæ tam prolixum habuit ventrem; quòd tanta aqua in ipsam infusa fuit, quòd omnia ventris eius spatia impleta fuerunt humoribus lacrymarum: sit ipsa maledicta à me, & à tota societate. Respondit Angelus: Tua maledictio honor Dei est, & omnium amicorum suorum benedictio. Tunc autem loquebatur Iudex Christus, sic dicens: Recede tu, inimice Diabole. Deinde dixit illi militi: Veni tu, ô mi electe. Et statim fugit Diabolus. Tunc Sponsa hæc videns dixit: O æterna virtus, & incomprehensibilis tu ipse Deus, & Domine Iesu Christe: tu omnes cogitationes bonas cordibus infundis, orationésque, & lacrymas: in occultas tua gratiosa dona, conferens pro eis æternaliter præmia gloriosa. Sit igitur tibi honor, & seruitium, & gratiarum actio de omnibus, quæ creasti. O dulcissime Deus, tu es mihi charissimus, & verè charior mihi, quàm corpus, & anima mea. Angelus quoque tunc loquebatur eidem Sponsæ Christi, dicens: Tu scire debes, quòd hæc visio non solùm pro consolatione tua à Deo tibi monstrata est: sed etiam, vt amici Dei intelligere possint, quantùm ipse facere dignatur pro amicorum suorum orationibus, & lacrymis, & laboribus, qui pro aliis charitatiuè orant, & laborant cum perseuerantia, & bona voluntate.

Brigitta filius vocatur filius lacrymarum.

August. in Gloss. ordin. Psal. 38.

Quid nunc ais? An non verum illud Augustini ad verba Psalmi: *Auribus percipe lacrymas meas?* Lacrymæ violentæ sunt in precibus?

Chrysost. l. 2 de orando Deum. Luc. 18.

Huic tandem prolixiori puncto punctum faciat Chrysostomos, qui expendens parabolam iniqui Iudicis, ac viduæ interpellantis: *Iudex quidam erat in ciuitate*, &c. Prædictorum veluti epitomen facit: Satis, inquit, erat iusti, clementísque iudicis personam proposuisse, vt huius iustitia collata cum Dei bonitate, demonstraret, quantùm valeat deprecatio. Etenim, si benignus, ac mãsuetus homo placidè recipit eos, qui supplices accedunt; quantò magis idem facturus est Deus, cuius tanta est erga mortalium genus benignitas, vt non solùm nostram excedat intelligentiam; verùm etiam maior sit, quàm vt huius magnitudinem Angeli ipsius possint animo complecti? Itaque satis erat, vt dixi, iusti iudicis personam inducere: nunc autem Iudicem proposuit iniquum, impium, & inhumanum: in cæteris quidem implacabilem; ad preces verò benignum, ac mansuetum: videlicet, vt intelligas, quòd omnis precatio ingenium etiam malum facilè ad misericordiam, & clementiam pertrahit. Quam igitur ob causam hoc fecit Christus? Ne quis omnium ignoraret, quantam vim habeat deprecatio: atque ideireò postquàm Iudici omnium immanissimo adhibuisset viduam, eúmque præter naturam ostendisset factum ex improbo humanum; ad Patrem suum parabolam transfert; ad illum, inquam, bonum, mansuetum, mitem, humanum, misericordia sua vincentem peccata mortalium, condonantem errata plurima, tolerantem quotidie in se dicta conuitia, dissimulantem honorem haberi Dæmonis, se contumeliis affici, Filium suum innumeris incessi conuitiis, aliáque feré item atrocia: dicenda pariter, ac silenda: & tamen sic conuitiis affectus adeò mansuetè toleras. Quòd si viderit eo, quo decet, tremore accedentes sibi, an non protinùs miserebitur? Audite, inquit, quid Iudex iniustus dicat: *Tametsi Deum non timeo, nec hominem reuereor: attamen, quoniam mihi negotium facessit, vindicabo illam.* Quid ais? Quod non potuit metus, hoc potuit deprecatio? Acminæ quidem, & vltionis expectatio non commonerunt hominem ad iustitiam: cæterùm, vbi prodiit vidua supplex, Iudicem ex feroci mansuetum reddidit. Quid igitur coniectandum est de benigno Deo? Si Iudicem crudelem adeò mansuetum reddidit vidua supplicans; quantam bonitatem, quantam humanitatem erga nos exhibebit Deus, qui non modò semper cupit misereri, punire nunquam, verùm etiam ob insignem erga genus hominum charitatem, & supplicia comminatur nobis, & ingentia præparauit præmia, vt & metus suppliciorum arceret à vitiis, & præmij spes extimularet ad virtutem? Non possum ab iniquo Iudice cogitationem auertere, contemplans illius præter naturam mansuetudine, ineffabilem Dei bonitatem. Etenim, si is, qui nonnquam cogitarat quicquam humanitatis cuiquam præstare, subitò mutatus misertus est viduæ rogantis; quantam erga nos Dei sollicitudinem è cælo deportabit deprecatio?

Si vidua interpellans iniquum potuit apud iniquum inhumanumque Iudicem, quid apud clementem Deum nõ poterit deprecatio.

Ad hæc quantùm valeat, ac possit sancta precatio, vel hinc cognoscas, licebit, si consideres, quantùm bonorum singulis diebus, ac singulis horis accipiant hi, qui iugiter Deo supplicant. Quem enim fugit, quòd Solis, Lunæ, stellarúmque lumen, quò cæli temperiem, ac variam alimentorum copiam, quòd opes, quòd vitam; denique quòd alia innumera bona cuncta ex æquo mortalibus largitur Deus, iustis pariter, atque impiis, videlicet, ob immensam suam humanitatem, qua afficitur erga nos? Porrò, si nec rogantes, nec postulantes tanta quotidie misericordia prosequitur, ac refocillat; quantis bonis probabile est fruituros eos, qui per omnem vitã precibus, & obsecrationibus vacarunt?

Quãta Deus præstat oratione.

Age iam, & illud exponamus vobis, quàm multis Sanctis datum sit deprecationis præsidio seruare non solùm gentes, ac ciuitates; verùm etiam orbem vniuersum. In mentione verò deprecationis primus occurrit Paulus, dignus, cuius mentio fiat, Paulus, inquam, ille insatiabilis Dei cultor, & communis pater, ac progenitor seruorum Christi. Ille igitur custos orbis terrarum, per deprecationem, assiduam obsecrationem, omnes gentes

saluas

Quid Paulus orando fecerit. *Ephes. 3.* saluas fecit, semper illud dicens nobis: *Huius rei gratiâ flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur, vt det nobis iuxta abundantiam gratiæ suæ, virtute corroborari per spiritum ipsius, vt in homine interno inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris.* Vides, quantam vim habeat precatio, obsecratio? Ex hominibus facit templa Christi. Et quemadmodum aurum, lapides pretiosi, ac marmora constituunt domos Regum: sic deprecatio templa Christi: *Vt inhabitet*, inquit, *Christus in cordibus vestris.* Quid sublimius ad laudem deprecationis afferri possit, quàm quoòd templa facit Dei? quem cæli non capiunt, is in animam ingreditur viuentem in precibus. *Isa. 66.* *Cælum*, inquit, *mihi sedes est: terra verò scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus, aut quis erit locus requiei meæ?* Quam domum Paulus ædificat sanctis obsecrationibus: *Flecto*, inquit, *genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, vt inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris.* Quin & illinc intelligi poterit, quanta sit vis sanctarum precum, quòd Paulus per totum orbem terrarum velut alatus discurrens, in carceribus habitans, flagella sustinens, gestans catenam, viuens in sanguine, ac periculis; insuper & Dæmones eiiciens, ac mortuos excitans, morbos abigens; in harum rerum nulla fiduciā posuit seruandi homines sed precibus communiit orbem: pôstque miracula, post excitatos mortuos, ad deprecationis præsidiū accurrit, non aliter quàm athleta à corona ad palæstram: quandoquidem, & mortuorum excitationē, reliquáque omnia suppeditat deprecatio. Quam enim vim habent in ardoribus aquæ; hanc in vita Sanctorum habet deprecatio. Paulus hac, medio noctis, rigans animam, omnia facilè perpessus est quamlibet acerba, non aliter præbens terga verberibus, quàm si fuisset statua. Sic in Macedonia carcerem concussit: sic, ceu leo quispiam, precatione disrupit vincula: sic carceris custodem eripuit ab errore: sic Dæmoniorum tyrannidem discussit. *Ephes. 6.* Quin & alia nonimus, quæ scribit ad vniuersos homines: *Deprecationi instate, vigilantes in ea gratiarum actione, orantes simul, & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei ad liberè proloquendum mysterium Euangelij.* Quid ais? Tantam nobis fiduciam deprecatio præbet, vt pro Paulo non vereamur orare? Quis miles ausit pro magno duce interpellare Cæsarem? Quanquam sanè nullus dux tam charus est Cæsari, quàm Paulus Deo: attamen ad tantam dignitatem nos prouehit deprecatio, vt ausimus pro Paulo supplicare Deo.

Quid Petrus orando fecerit. Sic & Petrus ille magnus, ille cælo splendidior, carcerem effugit, maximè quidem ob propriam virtutem, & communem hominum salutem: sed tamen interim Ecclesiæ deprecatio occlusas carceris fores velociter aperuit. Nec enim temerè *Act. 12.* addidit Lucas. *Deprecatio autem fiebat assidua totius Ecclesiæ pro Petro.* verùm, vt nos disceremus, quantam vim in cælis obtineat deprecatio, videlicet, vt Paulum, ac Petrum à periculis liberaret, columnas Ecclesiæ, primos Apostolorum, claros in cælo, murum orbis terrarum, commune præsidium totius terræ, ac maris.

Quid Moses. Dic mihi, quomodo Moyses Israëliticum populum in bellis seruauit? Annon arma quidem cum exercitu discipulo tradidit? ipse verò deprecationem opposuit hostium multitudini? Nos interim docens, preces iustorum plùs valere, quàm arma, quàm equitatum, quàm pecunias, quàm multas copias: eóque vniuersus exercitus, & innumera militum multitudo, in deprecatione Prophetæ spem salutis habebat. Si quidem orante Mose superabant *Exod. 17.* Iudæi: eodem ab orando cessante, inferiores erant hostibus. Itidem & nos orantes facilè Diabolum superabimus: cessantes verò scelestum illum in nos intruimus. Iam & populum ad impietatem prolapsum orando seruauit Moses, orando meruit Dei conspectu frui, aliáque innumera bona consecutus est non alia re, quàm orando. Nam deprecatio & hoc illi præstitit, vt vitam ageret ad similem iis, qui cælum inhabitant. Deprecatio incendij vim extinxit, leones mites reddidit; hoc quidem in Daniele, illud verò in tribus pueris, per quos, nimirum, *Quid Danieli per orationem contigerit.* declaratum est omnibus, quòd quoscunque deprehenderit in periculo constitutos, facilè exurgentibus malis eripiat deprecatio, salutis causa, immortalitatis animæ conciliatrix; Ecclesiæ murus, qui rumpi non possit; munimentum inconcussum, Dæmonibus quidem formidabile; piis verò, nimirum, nobis salutiferum. Hæc eadem sanctum Prophetam Samuëlem produxit: *Quid Samuëli.* etenim, cùm natura matri esset aduersa ad gignendum, exorta deprecatio mox correxit naturæ imbecillitatem.

Quid Dauidi. Deprecationis auxilio Dauid tot, ac tales hostes propulsauit, non bella mouens, non hastam vibrans, non gladium educens, sed deprecatione septus.

Quid Ezechiæ. Huius præsidio Persarum copias Ezechias celeriter vertit in fugam: atque hostes quidem machinas admouebant mœnibus; sed ille muros deprecationis vallo sepsit: simúlque per deprecationem sine armis solutum est bellum: cùm tuba quidem non clangeret, exercitus conquiesceret, arma non mouerentur, nec terra sanguine rubesceret: cæterùm deprecatio sufficiebat ad terrorem hostibus incutiendum.

Quid Niniuitis. Quin & Niniuitis ea saluti fuit, quæ citò depulit iram cælitùs imminentem, citóque vitam corruptam emendauit. Tantam vim, tantum robur habet deprecatio, vt cùm Niniuitæ vitam omnem turpiter, ac scelerosè peregissent; tamen simul atque in ciuitatem ingressa est deprecatio, illicò vertit in diuersum omnia, ac temperantiam, iustitiam, amicitiam, concordiam, egenorum curam, denique vniuersa bona secum induxerit. Etenim, quemadmodum vbi Regina quædam ingreditur ciuitatem, necesse est, vt omnis opulentia pariter consequatur: sic, videlicet, posteaquam deprecatio venit in animam, omnes virtutes simul ingrediuntur. Nam, quod in domo est fundamētum, hoc in anima est deprecatio: hanc vbi primùm, seu basim, ac radicem in anima fixerimus, tum oportet diligenter superstruere pudicitiam, mansuetudinem, iustitiam, pauperiatem, pauperum curam, breuiter, omnes Christi leges, per quem, & cum quo Patri cum Sancto Spiritu gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Deus abundè concedit.

PVNCTVM III.

Iacob. 1. Annon abundè concedit, qui dat omnibus affluenter, quíque *diues est in omnes, qui inuocant illum*, vt ad Rom. inquit Apostolus? *Rom. 10.* Vbi notandum, ab Apost. Deum vocari diuitem, hoc est, affluentem, liberalem, munificum, & copiosè suas gratias, suaque munera elargientem.

Pondetat

D. Ansel. ib. A Ponderat D. Anselm. affluentiam diuitiarum ex eo, quòd est diues in omnes, id est, sufficiens ditate omnes, qui inuocant illum. *In omnes*, non in quosdam, vel in paucos.

Caiet. ibid. O quàm diues, vt hîc benè notat Caiet. Quantumcunque enim quis affluat diuitiis, satis ei est cura de sibi subditis: & similiter quantumcunque idem sit dominus, excusatur, si non affluat diuitiis vsque adeò, vt in omnes subditos possit effundere: Deus autem in omnes effundit, qui inuocant illum.

1. Cor. 12. D. Th. ibid. D. Thomas ad illa verba: *Deus, qui diues est in misericordia.* Deus solus, inquit, verè diues est in misericordia: quia, neque coarctatur angustiis diuitiarum, neque timore nocumenti restringitur, neque lege superioris; quæ tria limitant misericordiam in homine.

B O Deum diuitem in omnes, sufficientem ditare omnes! Hinc dum vnum audit, alterius precum non obliuiscitur, vt inquit Haymo; sed exaudit omnes, est diues in omnes. Nec eget libellis ad memorandum, ac rememorandum; sed ad primum supplicem libellum inclinat aures: nec reiicit illuc obliuioni traditum; sed congruo tempore obsignatum restituit. Haymo. Rom. 10.

Gen. 30. Chald. *Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & concepit.* Chald. *Et venit memoria Rachelis in conspectu Domini, & suscepit Dominus orationem eius, & dedit ei, vt conciperet.* dederat, scilicet, memoriale pro filio. Vt benè memor obsignatum restituit? Sic Isaac simile memoriale obsignatum reddidit cum duobus gemellis.

C Psal. 10. Græc. Psalm. 10. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.* Ex Græco: *Desiderium humilium signauit Dominus.*

Gen. 25. Verè *diues in omnes*: quia non minuit diuitias, vt omnibus dando pauperior fiat: quin pauper fieri videtur, si non det omnibus affluenter.

Huiusce mundi magnates parcè, ac strictè largiuntur, ne sibi desit: Deus autem omnium exauditor, & Dominus omnium, ditior, vt sic dicam, fit, dum largè donat: depauperatur, si non donet. Isa. 59. *Vidit Dominus, & aporiatus est: quia non est, qui occurrat.* loquitur hîc Propheta humano more, & vnico verbo ex Græco, *aporior*, Græc. ad hanc rem mira dicit: *Vidit Dominus, & aporiatus est: quia non est, qui occurrat.* D Alij, *Considerauit, & obstupuit.* Pagnin. *Admiratus est: quia non esset, qui oraret.* Alij, *Infirmatus est*, ceu lactis abondans nutrix, quæ si mamillas non exoneret, infirmatur. Vt mamillas gratiarum plenas habet Deus, *Deus vberum, & Deus mamillarum*, qui præ onere easdem zona præcinctas gestat; infirmatur, si pauperes, & indigi filioli easdem, orando, non sugant; vel infirmatur præ anxietate, ac cupiditate orationis: Heu nemo orat, infirmor, deficio, langueo, morior. Alij. Pagn. Alij. Exod. 6. Oleast. ibid. Apoc. 1.

D. Thom. lect. 3. in c. 4. 2. Cor. 4. Sed D. Thom. vult hoc verbum Græcum, *aporia*, significare ad inopiam venire. Vnde, cum Hier. Chrys. & Ambr. legit: *Depauperatus est. Vidit Dominus, & depauperatus est: quia non est, qui occurrat.* E Desumpta est metaphora, & similitudo à mercatoribus, qui, si expositas merces non vendunt, pauperes fiunt. O diuitem mercatorem, qui inuitat omnes! *Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione.* Sed nemo est, qui occurrat: nemo gratis oblatas merces requirit: *Depauperatus est Deus: quia non est, qui occurrat.*

Forer. ibid. Hebr. Forerius in hunc locum: Aporiatus, inquit, est idem, quòd hæreo, consilij inops fio. Ad Hebrais

A cum hoc in loco est se ipsum tanquàm culpabilem damnare; veluti, qui negligentiam suam incusant, & sibi maledicunt ob malum rei successum. Heu, heu, Domine, inter has metaphoras contremisco. Sensus est: Adeò nos amat Deus, vt eum pœniteat damni, quod nos patimur, ac si ipse pateretur; doléique ad similitudinem mercatoris, qui præ doloris excessu, ob rerum iacturam se ipsum culpat, damnat, ac deuouet, quod idem habet in noua versione: *Et deuouit se ipsum, quòd non esset intercessor.*

Dionys. ep. 8. ad Tit. Quid? quòd item, ad instar mercatoris, auersos, vt ait D. Dionysius, ac resilientes ipse Deus amarotiè prosequitur, ac deprecatur, ne se deserant? Id, quod accidit mercatoribus, dum post emptores currunt, & rogant: Reuertimini, & accipite. Chrys. ad illa verba, *Petite, & accipietis.* Optat date, inquit, qui præcipit petere: beneficia ingerit; qui poscendi hortamenta exprimit: cupit largiri, qui desiderat postulari: ille suadet, qui præstat: ille hortatur, qui donat: occasiones ille dandi exquirit, qui beneficia tribuere consueuit. *Petite*, inquit, *quod vultis, & faciam.* licet precibus mercari, quod optas. Quin & id licet sola voluntate, vt loquit Chrys. *Venite, emite absque argento*, &c. Quo pretio? Sola voluntate. Chrys. serm. de Moyse, tom. 2. Luc. 11.

Isa. 7. Theod. O Deum (si dicere fas est) prodigum sui præ desiderio largiendi! Dictum fuit Achaz, quòd esset molestus, non quia petiisset; sed, quia petere noluisset. Vbi Theod. Molestus diuiti patenti est filios, qui sibi necessaria à patre non petit.

C Iac. 1. Alij. *Qui dat omnibus affluenter.* Alij, *Benignè.* Alij, *Candido animo.* Alij, *Absolutè.* Alij, *Vberrimè, & largissimè.* D. Aug. & Hier. cum Vulgata, *affluenter*; quod significat effusam liberalitatem Dei, pro qua, vt suprà, veniunt adnotanda verba illa, & singula: *Dat omnibus affluenter. Dat*, non vendit propriè bona sua: quia homo ex se pretium non habet, quo ea sibi valeat comparare. *Omnibus*, non aliquibus. *Affluenter*, non parcè. Vnde Apostol. ad Ephes. *Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter, quàm petimus, aut intelligimus; ipsi gloria*, aut efficaciùs, Græc. *Ei, qui potest super omnia facere ex abundantia, super ea, quæ petimus*, hoc est, qui omnia meliùs, ampliùs, abundantiùs, & D supra vota præstare potest, *ipsi gloria.* Ephes. 3. Græc. Corn. à Lap. ibid.

3. Reg. 3. O quàm verè dictum est! *Superabundanter, quàm petimus?* Postulauerat Salomon sapientiam: cui Deus: *Ecce dedi tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens*, &c. *Sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi; diuitias, scilicet, & gloriam: vt nemo fuerit similis tui in Regibus, cunctis retrò diebus.*

Psal 80. Agell. ibid. Quæ vox illa in Psalm. *Dilata os tuum, & implebo illud?* Est declaratio huius summæ liberalitate: quasi eidem non sufficiat os cordis, & animæ, vt est; sed adhuc velit dilatatum, capacius, maius; quo, nimirum, sese magis communicet, magisque diffundat. *Dilata os tuum, & implebo illud.* Orig. q. d. iuxta Orig. Si quid putes, aude petere: etiam E plura, quàm petes, præstabo. O diuinam liberalitatem!

Exod. 14. Heb. Ad populum in eremo egentem, dixerunt Moyses, & Aaron: *Manè videbitis gloriam Domini.* Heb. *Manè videbitis diuitias Domini.* quasi gloria Dei sit, proprias elargiri diuitias, suos thesauros effundere, & penè dixerim, dilapidare.

1. Reg. 1. Hebr. Sept. *Deus Israel det tibi petitionem tuam.* Heb. *dabit tibi petitionem tuam.* Sept. *omnem petitionem tuam.*

D. Basil. Sel. orat. 2. Genes. 2.

Pulchrè D. Basilius Seleuc. in illud Genes. *Tulitque Dominus hominem, & posuit illum in Paradiso voluptatis.* Velut, inquit, patiens magnificentiæ suæ munera, & habere clausum penes se thesaurum impotens, non est contentus prioribus: neque rebus antea dilargitis sua munera circumscribit; neque donatoris desiderium vniuersa terra, & concessum mare satiauit: sed extructum manu sua Paradisum, deliciosam sedem, dilecto concessit.

3. Reg. 9. Vatab. Sept.

Rex autem Salomon dedit Reginæ Saba omnia, quæ voluit, & petiuit ab eo, exceptis his, quæ vltrò obtulerat ei munere regio. Omnia quæcumque voluit. Vatab. *Omnem voluntatem suam, & quicquid petiuit; exceptis his, quæ vltrò obtulerat ei munere regio.* Sept. *Præter ea, quæ dedit ei secundùm manum Regis.* quod est iuxta vulgatum Interpretem, munere, aut magnificentia regia. Vnde 2. Paralip. dicitur Salomon dedisse Reginæ multò plura, quàm ad eum attulerat: quod ex Hebr. propriè legunt Sept. *Dedit Reginæ præter omnia, quæ attulerat Regi.* hoc est, propriis muneribus compensauit, & superauit Reginæ munera. Vnde verisimile est, Salomonem expandisse ad voluntatem, & voluptatem Reginæ cellas omnes thesaurorum, & aromatum, & vinorum, vt gustaret, & desumeret, &c. Nunc, si tam liberalis Rex terræ, an non liberalior Rex cæli? Glossa ordinaria. Et Pacificus noster Ecclesiæ suæ, omnia, quæ petit, dabit. Vnde Ioan. 15. *Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Et non solùm dat, quod ab eo petitur; verùm etiam, quæ humana fragilitas, aut nescit, aut non præsumit petere, gratuito munere largitur.

(Margin: 2. Paral. 9. — Sept. — Pined. de rebus Salom. — Gloss. ord. — Ioan. 5.)

Vt Sponsa cor illud liberale dignoscebat, dum de manibus Sponsi sermonem habens? *Manus,* inquit, *illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis*, vel iuxta Sept. *Manus eius orbes aurei*, hoc est, cæli pluentes pluuiam auream, cæli pluuiæ aureæ.

(Margin: Cant. 5. — Sept.)

Psal. 77. *Ianuas cæli aperuit* (liberalis Deus,) *& pluit illis manna ad manducandum.*

Exod. 17. Hinc Moyses ambabus manibus eleuatis, cælestem gratiarum pluuiam excepturus, orabat: nouerat, nimirum orbes aureos, ideoque manus parabat, vt pluentia dona reciperet.

Genes. 33. Cognouit diuinam hanc liberalitatem Iacob, dum dixit fratri suo Esaü: *Suscipe benedictionem, quam donauit mihi Deus tribuens omnia.* Vbi quasi pro cognomine Diuinitatis ponitur, quòd omnia tribuat. Et certè Dei propria virtus est liberalitas: solus etenim Deus se communicat, sicut fons bonitatis, vt loquitur D. Thom. Hinc & Philo: Secundùm naturam conuenit Deo dare: imò ipsa natura Dei est dare.

(Margin: D. Thom. 1. cont. gen. c. 39. — Philo lib. de somno.)

Mar. 11. At, nónne Deus abundè concedit, qui nihil limitat, sed absolutè promittit? *Quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis?* Thesaurariam suorum thesaurorum fecit orationem nostram, per quam quicquid ad Dei gloriam facit, & quicquid expedit nobis, absolutè habere possumus.

Psal. 99. *Introite portas eius in confessione: atria eius in hymnis.* Quid hæc atria? Cato: Atrium significat partem domus, in qua prisci pecunias, & cætera pretiosiora seruabant: vnde serui atriales, seu atrienses, quibus, tanquam honoratioribus, earum rerum custodiam committebant. Nunc: *Introite portas eius in confessione.* quasi diceret: Orate, & diuinarum diuitiarum, cælestiúmque

A thesaurorum non tam custodes, quàm pro voto domini estote.

Apoc. 1. Hinc in Apoc. is, qui erat inter candelabra, *vestitus podere* (habitu orantis) *habebat in dextera sua septem stellas.* quasi diceret: Qui orat, cælum habet in manu, omnium dominus est. *Omnia vestra sunt*, inquit Apost. *& qui proprio Filio suo non pepercit; sed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* aut Græcè, *donabit*? Elementa, cæli, terra, *præsentia, futura, omnia vestra sunt.* (Margin: 1. Cor. 3.)

Excedit hoc confidentiam tuam? Cura, vt intelligas argumentum Apost. Et memineris, Deum esse, qui promittit. Deique solius propriam esse naturam, sese communicare, seséque diffundere. Bonum est diffusiuum sui. B Vulgatum axioma.

Guar. Abb. ser. de Annunc. Hinc optimè ait Guarricus Abbas: Vim sibi Deus quodammodo videtur inferre, cùm sese in omnes summè liberaliter non effundit. Omnium humanarum infirmitatum, inquit Guar. vel iniuriarum, quas pro nobis pertulit diuina dignatio, sicut tempore primam, sic etiam humilitate ferè maximam existimo, quòd in vtero, nouem mensium tempore, maiestas illa incircumscripta passa est contineri; quando ita penitùs a semetipso defecisse visus est. Tanto tempore nihil illa sapientia loquitur; nihil illa virtus manifestum operatur? nullo signo maiestas, quæ clausa latet, proditur? Non sic in Cruce, &c. Vim ergo sibi videbatur inferre, dum se non affluenter communicabat; C nec pretiosum, aut infiniti valoris Sanguinem largissimè effundebat pariter cum vita.

Testantur diuinam hanc liberalitatem, ac munificentiam pleraque gesta in Euangeliis.

Ioan. 2. Luc. 5. In nuptiis suppleuit vinum, & superfuerunt adhuc plenæ hydriæ. Bis miraculosè turbis multiplicaturus panem, in tantum multiplicauit, vt plures semper cophini superfuerint. His, qui salutem corporalem petebant, etiam spiritualem dabat. Seruo roganti, vt secum patientia haberetur, & dilatio fieret; non solùm hoc liberalis Rex concessit, sed & vniuersum debitum dimisit, quod erat iuxta computum sex millionum aureorum. (Margin: Ioan. 4. Matth. 8.)

Chrysost. in Cat. Matth. 18. Quam Dei liberalitatem sic expendit Chrysost. D in Catena: Vide, inquit, diuini amoris superabundantiam: petit seruus solius temporis dilationem; ipse autem maius eo, quod petit, dedit; & dimissionem, & concessionem totius mutui. Volebat autem, & à principio dare; sed nolebat solum suum esse donum, sed & supplicationis illius, vt non incoronatus abscedat.

Hoc certè Deo solenne est, vt det plura, quàm promittat. Vberior gratia, quàm precatio. Ambros.

Mundus è contra, semper minùs, quàm etiam iuramento promittat.

Genes. 29. *Mutauit mercedem meam decem vicibus.* I ergo, labora, serui mundo, eiusdem promissis præsta fidé: centies mutabit mercedem tuam. E

2. Mach. 7. Antiochus ille promittebat, ac iurabat, diuitem se iuuenem illum, ac beatum facturum. O deceptorem! Sic, sic mundus promittit beatum facere, quem efficit infelicem.

Psal. 145. Campen. *Nolite sperare in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.* Paraph. Camp. *Non enim habent potestatem beandi quempiam.*

Amos 2. *Deceperunt eos idola sua.*

Deut. 31. 3. Reg. 16. *Surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant, inuocate nomina Deorum vestrorum, si fortè vos audiant.*

Non

Psal. 144. Non est, non est nisi Deus noster *fidelis in omnibus verbis suis*.

Psal. 117. *Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in Principibus.*

Lib. de pa- tien. & fort. num 5. Testis sit ille in Vitis Patrum. Senex quidam sedebat in eremo, qui longè habebat aquam à cella sua duodecim milliaria: vbi, dum semel iret haurire aquam, defecit, & dixit: Quid necesse est, vt hunc laborem patiar? Veniam, & habitabo circa aquam hanc. Et cùm hoc dixisset, conuersus est, & vidit quendam sequentem se, & numerantem vestigia sua. Interrogauit autem eum, dicens: Quis es tu? Et dixit: Angelus Domini sum: & missus sum numerare vestigia tua, & dare tibi mercedem. Quod cùm audisset senex, forti animo factus est promptior, & adhuc longiùs posuit cellam suam ab illa aqua quinque milliaria. *Bonum ergo, bonum est sperare in Domino*, qui vestigia dinumerat; qui neque vnicum gressum in suum diuinum obsequium sine mercede relinquit.

Quam citò Deus exaudiat.

PVNCTVM IV.

Mvnifici, ac liberalis est, citò dare. Adeò munificus, ac liberalis est Deus noster, vt nulla interposita mora exaudiat. *Plorans, ne, nequaquam plorabis, miserans miserabitur tui: ad vocem clamoris tui, statim vt audierit, respondebit tibi.* (Isa. 30.) Hoc est, vbi afflictus plorabis, vix primas lacrymas fundes, cùm statim commiseratione tactus, accurret, lacrymásque absterget. Hoc sibi volt: *Plorans nequaquam plorabis.* Ad vocem, non voces, hoc est: ad primam lacrymam, quæ multùm clamat, statim respondebit tibi. Interl. Magis te, quàm voce. Vbi notandum est illud, *statim*, quod est: Vix illa lacryma, illud suspirium, petitio illa Dei aures pulsabit, cùm subitò exaudietur.

Nazianzenus ad illud: *Si conuersus ad Dominũ ingemueris, salutem consequere.* Videtis, ait, cum gemitu salutem coniunctam esse? *Et iamnum te loquente dicet: En adsum.* Nihil, subdit, inter petitionem, & adeptionẽ interuenit. Et in Nazianzenum Cretensis: Quid hac salute paratiùs? siquidem cum gemitu salus est coniuncta. Rursum adhuc te loquente, petitionisque verba connectente, necdum illis conclusis, dicet: *En adsum*, petitioni tuæ satisfaciam.

(Nazianzen. orat. 18.) (Cretens.)

Aures (enim) *eius in preces eorum.* Sic legit Saluianus, qui subdit: Per id, quod dicitur, diuinas aures in precibus semper esse iustorum, non audientia tantùm Dei; sed quædam quasi obedientia demonstratur: semper exaudit, illicò audita concedit. (Psal. 33. Saluian.)

Inclina, Deus, aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram: attende, & fac: ne moreris propter temetipsum, Deus meus. Cùmque adhuc loquerer, & orarem, &c. *adhuc me loquente, ecce vir Gabriel citò volans tetigit me, dixitque: Ab exordio precum tuarum egressus est sermo*, &c. Expende singula: *Cùmque adhuc loquerer*: iterum dico, *adhuc me loquente, ecce, citò volans ab exordio precum.* O citam, ó verè citam exauditionem! (Dan. 9.)

Vt quæ hactenus dicta sunt, amplificentur: *Erit, que, antequàm clament, ego exaudiam; adhuc illis lo-*

Speranza Scriptura selecta.

A *quentibus, ego audiam*: hoc est, dum secum ipsi deliberant de gratias postulandis; quin, antequam ora aperiant, vt postulent, ego exaudiam.

Domine, labia mea aperies. Postulas tibi, ô David, os aperiri: sed, quomodo id postulas clausis labiis? Præuenerat, nimirum, Deus, & iam labia aperuerat. Tam liberalis est Dei natura, vt eodem tempore, aut priùs concedat orata. (Ps. 50.)

Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Regia, & Complut. *Præparationem cordis eorum attendit auris tua. Attendit.* Summa attentatione, erectis auribus auscultas ipsam cordis præparationem; hoc est, primum animi postulaturi motum. Symmach. *Propositum cordis eorum audiuit auris tua.* (Psal. 10. Regia. Compl. Symmach.)

B Vbi etiam pro celeritate notandum est verbum illud præteritum, *audiuit*, non iam audit, quam iam audiuit. O Deum liberalem! ô Deum munificum! Quisnam Rex propositum exaudit? O si preces! ô si lacrymas exaudiret post menses! ô si post multa itinera! Et tamen ad hanc Dei audientiam, vel soli cordis præparatione homines non veniunt, vel solo cordis proposito non accedunt.

Ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum vt te affligeres in conspectu Domini, exaudita sunt verba tua. Non ait, ex die primo, quo clamasti, vel orasti; sed *ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum*, hoc est, ad cogitandum de orando, exaudita sunt verba tua. (Dan. 10.) Quasi diceret: præparationem cordis audiuit: hoc sibi vult, *Ex die primo, quo posuisti cor tuum*,

C non ad orandum, sed *ad intelligendum*, hoc est, ad cogitandum de orando, exaudita sunt verba tua.

Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Non solùm orationem exaudit, sed etiam præparationem orationis. Sic intelligit cogitationes de longè. Vnde David orabat: *Intellige clamorem meum.* Hebr. *Intellige meditationem cordis mei.* (Psal. 5. Hebr.)

Vix Moyses genuflexerat, cùm ait Dominus: *Quid clamas ad me?* etsi nihil diceret; præparationem, scilicet, cordis eius iam Dominus audierat. (Exod. 14.)

Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. Vbi D. August. Dauidem loquentem introducens: (Psal. 31. D. Aug.)

D Vox, inquit, mea in ore nondum erat; sed auris Dei iam in corde erat.

Hanc Dei celeritatem mystica illa visione rotarum, animalium, currúsque Dei, innuit Ezechiel: *Rota, inquit, in medio rotæ, & spiritus vitæ erat in rotis, & animalia ibant in similitudinem fulguris coruscantis.* Mira vndequaque velocitas: rotæ in rotis, ne consideracta vna, plures illicò non præstò essent: rotæ, quæ solùm ibant, non retrocedebant: *Et rotæ ibant, & non reuertebantur.* Quin erant animatæ: *Spiritus vitæ erat in rotis*, hoc est, ad voluntatem, vel voluntatis imperium discurrebant. Animalia ibant, vt fulgura. O diuinam velocitatem ad precum exauditionem currus tam expeditus, totæ animatæ, animalia ignea, & alata! (Ezech. 1.)

E *Currus Dei decem millibus multiplex.* Propriè Græcè: *Ex decem millibus multiplicatus, ac frequenter replicatis compositus. Millia lætantium.* Pagn. *Millia Angelorum.* Angeli, vel non habent necesse transire per medium, vel in momento ferè à loco ad locum feruntur. D. Hier. ex Hebr. *Currus Dei innumerabilia abundantium.* Metaphoræ velocitatis. (Psal. 67. Græc. Pagnin. D. Hieron. ex Heb.)

Item David: *Ascendit super Cherubim, & volauit:* (Psal. 17.)

volauit super pennas ventorum. Et alibi: *Qui producit ventos de thesauris suis.* Qui thesauri sunt isti? Apost. dicit, thesauros Dei, misericordiam Dei: *Qui diues est in misericordia.* de hac ventos producit, vt ad auxiliandum feratur *super pennas ventorum*; & ante eosdem ventos per consequens ad auxiliandum festinet, *Super pennas ventorum*: ergo prior ventis.

Ephes. 2.

Malach. 4. Sic in Malach. *Orietur vobis Sol.* qui mox totum illuminat hemisphærium: O Solis velocitatem! Sol omni sagitta, omni grauium motu vel ad centrum velocior: quem cursum per anni spatium naturaliter conficit, eundem perpaucis horis perficit raptus. Quid, si præterea Sol esset alatus? En Deus noster ad auxiliandum oritur, sicut Sol, & sicuti Sol alatus, *sanitas*, subdit, *in pennis eius.*

Cant. 8. Alij. Quin ad maiorem velocitatem dicitur Deus alas habere igneas. *Lampades eius lampades ignis.* Alij, *Alæ eius, alæ ignis.*

Psal 56. Heb. Nec solùm, quòd celeriter misericordia vtatur, oritur vt Sol alatus; sed Solem ipsum præcurrit, auroram excitat. *Exurge, gloria mea*, (in auxilium meum:) *exurge, psalterium, & cithara*, (ad consolandam hanc mœrentem animam.) Respondit statim: *Exurgam diluculò.* Hebr. *Excitabo auroram.*

Oseæ 6. Sept. Pagn. Nicæn. *Quasi diluculum præparatus est egressus eius.* Sept. *Præparatum inuenies.* Pagnin. *Quasi aurora præparatus est egressus eius.* Nicæn. Qui colitur, vt misereatur; iam misertus est vt coleretur.

Gen. 2. Vt verò puniat, vt castiget, auroram non excitat: sed tardus ad iram, cruribus marmoreis incedens ad exercendam iustitiam, peruenit cunctabundus in ipso feruore diei, vel post meridiem, vel ad vesperam: Sic cùm Adamum esset eiecturus è Paradiso, ambulabat ad auroram post meridiem. Sic in dominium Abrahæ peruenit in ipso feruore diei, vt eum tunc temporis Abraham detineret: Sic ad vesperum fletus; & ad matutinum lætitia.

Ionæ 3. D. Aug. 21. de Ciu. c. 24. Longum tempus expectare non potest, vt misereatur: quod est, continere non potest in ira sua misericordias suas. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* D. August. de subuersione quoad mores intelligit. Euersa est Niniue, quæ mala erat; & bona ædificata est, quæ non erat: stantibus enim mœnibus, atque domibus, euersa est ciuitas in perditis moribus: perfecta subuersio, aut potiùs conuersio. Vnde vertunt alij:

Alij. *Et Niniue versa superiori*, hoc est, ab inferiori, quam respiciebat, parte; ad superiorem, quam clauso oculo non videbat. Hanc autem misericordiam irrogaturus Deus tandiu expectare nequit:

Sept. vnde per Sept. clamat: *Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur.*

2. Reg. 24. Quinimò 2. Reg. prænunciat Regi Dauid Propheta Gad trium dierum pestilentiam: sed misericordia, auditis precibus, tandiu expectare nequit; sed tempus præuenit: comminatus enim fuerat trium dierum pestilentiam: & quia hanc elegit: *Immisit Dominus pestilentiam in Israel*, vt ibi dicitur, *vsque ad tempus constitutum*, quod

D. Ambros. D. Ambros. legit, *vsque ad horam prandij.* Quid hoc? optio trium dierum in tres horas conuertitur? A mane vsque ad horam prandij. Non potuit, nimirum, expectare diutiùs: *Cesset, cesset iam manus tua*, &c.

Quid, quòd si fortè paulisper remoretur, nec tam citò exaudiat (vt more nostro loquamur) A pudore suffunditur? Luctatur cum Iacob; ab aurora præueniri non vult, ideò clamat: *Dimitte me, aurora est*: iam enim ascendit aurora. Nota, ait D. Thom. quòd loquitur ad modum domini, seu viri maturi, & honesti, qui erubescit videri luctari, vel aliqua sibi non condigna agere. Lucta hæc, vt iam diximus, complexibus orationis peracta est. Oseæ 12. *Fleuit, & orauit.* Noluit ergo videri sibi non condigna agere: quasi erubuerit Deus, si quis videret Iacob deprecantem, & eum illicò non exaudientem. Gen. 32. D. Thom. Oseæ 12.

Hinc Propitiatorium duo Cherubim expansis alis vndequaque tegebant. Cur alas expansas habebant? Ne, scilicet, super Cherubin ascensurus, remoraretur; sed mox cum alis expansis, & ad volandum paratis Cherubim inueniret: quò, nimi- B rùm, super hos alatos cursores ad propitiandum non solùm curreret, sed volaret. Exod. 25.

Huc facit, quòd toties in Scriptura dicitur Deus exaudire in igne, & per ignem: *Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Et exaudiuit eum in igne de cælo super altare holocausti.* & alibi sæpè. Quid est, quòd potiùs per ignem, quàm per aliud elementum exauditionis signum dabat? Quia, nimirum, ignis velocius cæteris omnibus est elementum. Vt ergo velocitas diuinæ exauditionis significaretur, dictum est: *Qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus.* Quasi Deus cognoscatur Deus ex eo, quòd subitò exaudit. 3. Reg. 18. 1. Paral. 21.

C *Manè exaudies vocem meam, & manè astabo tibi*, dicebat Dauid. *Mane*, non in meridie, non vespere; sed *mane*, tempestiuè, diluculò. Psal. 5.

Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. Theod. & Symmach. ex Græco: *Statim ac preces obtuli, quod petebam, accepi.* Theod. Symmach. ex Græc.

Citò proferte stolam primam, &c. Videtur non posse expectare, citò. Vix quatuor verba filius dixerat, etsi multa fuerat meditatus; cùm eum pater interpellauit, maioráque dedit, quàm filius nequaquam cogitasset. Meditatus fuerat multa filius: *Ibo ad patrem meum, & dicam ei*, &c. pater verò, ne qua fieret temporis accessio, inquit pueris: *Cito, cito*, &c. Luc. 15.

Moysi quondam imperauit Deus, vt magnalia quædam in Ægypto virgæ illius percussione pa- D traret: ac sitienti populo aquam de petra daturus, non virgæ percussione eum vti voluit; sed, *Loquimini*, inquit, *ad petram*, &c. Quod cùm Moyses non egisset, indignatus Dominus dixit ad Moysen, & Aaron: *Non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Cur id, quæso? Et quodnam piaculi genus, insensibilem illam petram percussisse? Nónne eadem virga ad magnalia ferè quæque patranda adhibita est? ad aërem, nimirum, ac flumen percutiendum, ad aperiendum mare? Ratio, quæ non habetur in facto, in mysterio requiratur. Id certè declarat Apost. *Petra autem erat Christus.* Vt ergo sese ostenderet Deus, quàm pronus sit ad exhibendas largissimè gratiarum aquas, vocem tantummodo loquentis, non ictum virgæ requi- E siuit. Ille, vt Moyses, aquam de petra, virgæ percussione, educere tentat, qui tenerrimam hanc petram, duriorem existimans, diffidente propiore conatu, orationis voce posthabita, diuinas gratias exprimere, & extorquere præsumit. Loquimini, Fratres, ad mysticam petram, & illa dabit aquas. Num. 20. 1. Cor. 10.

Post illam Philisthæorum stragem, sitim passus fortissimus Samson, vt citò exauditus! Aperit ei fontem ex eadem maxilla, ne passum vnum aliò moueat Iudic. 15.

moneat ad quærendam aquam: vnde dictus est, *Fons inuocantis de maxilla.* Vbi cum celeritate exauditionis liberalitatem simul notare est, cùm sitienti seruo fontem aperuerit.

Philip. 4. Tam citò, támque certò exaudit, vt, antequàm orans postulet, gratias referre possit pro re veluti iam recepta. *Cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum.* Quisnam, ô Apostole, orationis est ordo? priùs gratias agere, posteà orare? E contra didici: sed cum Deo, qui tam citò, & tam certò exaudit, hinc sanè ordinem seruare possumus; gratias, nimirum, agere, & posteà orare: quasi possit dicere quisquis orat: Gratias ago, Domine, pro hoc, quod flagito, beneficio: nam, quod petij, ex certa spe iam adeptus sum.

Sed dices: Quomodo hoc esse potest? Duobus, vel tribus abhinc annis gratiam postulo, sanitatem, filios, bona temporalia, &c. & vix obtinui, vel nec obtinui: quomodo alis volat? quomodo exaudit in igne? qui post triennium exaudit, vel adhuc non exaudit? Falleris. Videtur tibi per triennium distulisse in igne, in igne exaudiuit te. *Ex die primo, quo posuisti cor tuum, &c. exaudita sunt verba tua.* Psal. *In quacunque die inuocauero te, exaudi me.* Alij, *Exaudisti me*, q. d. iam me exaudisti.

Dan. 10. Psal. 55. Alij.

Exauditus es, sed nescis: quia nescis effectum orationis. Non est effectus orationis, consecutio postulationis illius temporalis; sed conformitas voluntatis ad Dei voluntatem: alioquin Christus Dominus noster consecutus non esset suæ orationis effectum, cùm in horto orauit: *Transfer calicem à me.* Sed vtique consecutus est: quia non suam, sed Patris voluntatem petebat: *Non mea,* inquiens, *sed tua voluntas fiat.* quæ conformitas si nostris adesset orationibus, semper exaudiremur in igne. Sic postulas sanitatem, nec obtines: exauditúsne es in igne? Vtique: nihil enim à diuina tua distat voluntas; quod est orationis effectus: & ita sanitatem, quia non expedit non concessisse, fuit in igne: cùm verò expedit concedere, est in igne.

Luc. 22.

Adhuc querulus expostulabis fortasse: Multo abhinc tempore auxilium flagito, oro; nec exaudior: mutatus mihi videtur Deus in crudelem. *Clamo ad te, & non audis me,* inquit Iob: *sto* (perseuero in orando, ait D. Thom.) *& non respicis* (exaudiendo:) *mutatus es mihi in crudelem.* Vbi Philippus: In clamore inuentio est orantis, in stando verò perseuerantia. Vnde Tigur. *Perseuerantem minimè curas.* Vel, vt transfert Vatab. *Cum sto tacendo, nihil me curas.* hoc est, neque me supplicem, & prostratum, clamantémque attendis, neque stantem, tacentémque respicis. Sed notandum, quod benè notat Caiet. Illud, inquit, *Non audis me,* eximiam quandam erga Deum charitatem ostendit: sic enim loquitur, quia ab eo se credit audiri: neque enim si non audiretur, surdo narraret suas ærumnas: amantium ergo quodam ingenio, & arte conqueritur, quòd non exaudiatur, qui certò sciebat, quòd exaudiebatur.

Iob 30. Philip. Tigur. Vatab. Caiet.

Iob 9. Sic, *Cùm inuocantem exaudierit me, non credo, quòd audierit vocem meam: in turbine enim conteres me.* Quasnam contradictiones loqueris, ô Iob? Nulla est contradictio, inquit Lyran. Exaudiuit Deus Iob ad profectum: sed credidit, quòd non fuerit exauditus; quia non exaudiuit eum ad votum, ab eo remouendo flagella. Mutuat id à S. Isid. Sæpè Deus multos non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad salutem, &c. Sic cùm sanitatem non restituit; febrim, dolorem non tollit: non exaudit ad voluntatem, sed exaudit ad salutem, &c.

Nicol. de Lyr. ibid. S. Isid.

Præterea exauditur, qui orat; sed suo tempore: congruo, & opportuno tempore exauditur. *Adiutor* (certè Deus) *in tribulatione*, sed *in opportunitatibus.* Psal. 9.

Veniens veniet, & non tardabit, inquit Propheta. Videtur tibi tardare; quia nescis tempus & horam: vbi tempus opportunum aduenerit, volat, adest, præuenit, vt dicat, *Ecce adsum.* Habac. 2.

Iacet infirmus ille calore æstuans, & præ siti ardens totus præscripti refrigerij singulis momentis horam exquirit: amans mater quietem imperat, spondet hora præscripta refrigerium. Fili, quiesce: hos in te semper defixos oculos, amore tui à te non auerto, & ad horam conuerto, vt præscripta hora habeas refrigerium. Heu! conqueritur filius, omnia sine ordine currunt, vel potiùs sistunt horologia: heu, mater, ardeo! Sic voluitur, ac reuoluitur, conqueritur, clamat: quid hoc? ardor febris, & passio est. Sed vigilantem, ac diligentem matrem videre est, vbi hora præscripta venerit, mox, mox poculum porrigentem: Bibe, fili: hæc est hora. Quid, si ante horam dedisset? Mortem misero propinasset. Ita nobiscum Deus: dat nobis refrigerium illud, quod quærimus; sanitatem, quam imploramus, &c. suo tempore. Væ nobis, si ante debitum tempus daret. Sed, præscripta hora, vt currit? *Ego Dominus, qui seruo eam* (magis quàm quæuis mater amans:) *nocte, & die seruo eam: repente* (vbi hora aduenerit) *propinabo ei.* In Eccl. *Medicina omnium* (malorum) *in festinatione, & ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum.* Sept. *Ros occurrens ab ardore lætificabit.* Nota, *obuians, occurrens*, q. d. non expectat horam, sed obuiam venit, vt hora præscripta dicat: Ecce adsum, &c. *Et sanitas in pennis eius*, hoc est, citissimè, cùm tempus erit, sanitatem restituet: eam etenim alis deferet. *Ascensor cæli auxiliator tuus.* Pagnin. *Equitans cælos in auxilium tui.*

Isa. 27. Eccl. 43. Sept. Malach. 4. Deut. 33. Pagnin.

Hunc Dei morem imitari debemus, congruo tempore, & citò dando, quod dandum est. *Si oculos viduæ*, dicebat Iob, *expectare feci.* Sept. *Viduæ oculum non tabefeci.* quod est secundùm Nicetam: Non sum passus egestate, aut lachrymis, aut assiduo oculorum coniectu, intensionéque contabescere. Hebr. propriè est: *Oculum viduæ non consumpsi*, vel *non feci, vt deficeret.* Tigur. *Si viduas lactaui vana spe.* vt lactant, qui dicunt: Vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cùm statim possint dare. Hilares ergo datores esse debemus, memores illius vulgati, tritíque prouerbij: Bis dat, qui citò dat.

Iob 31. Sept. Nicet. Hebr. Tigur. Prou. 3.

Hic Dei mos est, properare, currere, volare, adesse, præuenire: vt beneficium conferat, non moratur. *Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet, & non tardabit.* Quomodo veniens venit, si moram facit? Ah morulæ aliquid nectit, vt sic dicam, vt flatum colligat, ocyúsque currat. Academici illi canem habent leporarium iacentem, & aiunt sub eo: Ocyor, vt ocyor. Sic ita dixerim, oriatur Deus, vt ocyor currat. *Veniens veniet, & non tardabit.* Habac. 2.

Iterum, quàm cita sit Dei largitio, declarat locus ille Exodi, vbi Sacerdos Sanctuarium ingressus, tintinnabula vesti appensa deferebat. Solent Magnates, ac Principes tintinnabulo Exod. 28.

A ſeruos ad ſe vocare, qui mox ſono percepto, accurrunt. D.Thom op.de Beatitud. Ita Deus erga ſe gerit animarum, vt videatur ſeruus emptitius ſingularum: ingredientis igitur ad orandum, vt primum tintinnabulum petitionis audit, accurrit. *Inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Adſum.* Vbi apparet, Deum, veluti ſeruum vocem ſui domini, expectare preces noſtras; &, vt inquit Dauid, quaſi ad fores ſemper tintinnabulum erectis auribus expectare. *Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum.* Et, *In qua unque die inuocauero te, velociter exaudi me. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Chald. *Arrige aurem tuam ad orationes eorum.*

D.Thom. op de beat. c.2. — Iſa 58. — Pſal.144. — Pſal.10. Chald.

Nouerat hoc Auguſtinus, qui dicebat: Petieram B à te caſtitatem, & dixeram: Da mihi caſtitatem, & continentiam: ſed noli modò. Timebam enim, ne me citò exaudires, & citò ſanares à morbo concupiſcentiæ. q.d. Eius quidem naturæ es, vt ſtatim ac exoraris, exaudias.

Auguſt. l. 8. Confeſſ. c. 7.

Hinc meritò dictum eſt: *Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi* (ad fores ſemper) *ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris*, vel iuxta Onckelum: *Quis eſt populus magnus, cui Deus ita appropinquet, vt ſuſcipiat orationem eius in tempore tribulationis, ſicut ipſe Dominus Deus noſter in omni tempore, quo nos oramus?*

Deut.4. — Onckelus.

Vt currit audito tintinnabuli ſono! *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* quaſi dicat: Curramus, &c.

Cant.2.

Pulchrè expendit Chryſol. illud Lucæ de amico, qui pueros ſuos ſecum habebat in cubili, & hic prior pulſantem audierit: O quàm pulſanti iſte geſtiuit occurrere, qui ſic ſecreti ſui cubile ipſum collocauit ad ianuam! O quàm non ad ianuam iam Dominus, ſed ipſa ianua Dominus eſt! *Ego ſum*, inquit, *ianua*. qui, dormientibus ſeruis, pulſantis neceſſitatem ſolus, & primus audiuit.

Chryſol. ſer. 39. — Luc.11.

Facit ad citam exauditionem locus Apoſt. *Spiritus poſtulat pro nobis.* Communis expoſitio, poſtulare facit: donum ergo parauit, antequàm donum petamus, qui nos excitat ad donum petendum, quod ſecum habet; nec opus, vt donum ad donum tollendum reuertatur.

Rom. 8.

D Chryſol. in orat. Dominic. expendens verbum, *Pater*: Cùm Patrem poſtulat, inquit, multa prece filius non laborat: ſicut enim petere cogit neceſſitas genitum; ita vrget charitas dare genitorem.

Chryſol. ſerm.11.

De impedimentis exauditionis.

PVNCTVM V.

Iob 35.

Clamabunt, & non exaudiet propter ſuperbiam malorum. hoc eſt, vel, quia Deo non clamant, ſed vel lamentantur: vel de ſua fortuna queruntur: vel non Deum, ſed cognatos, vel amicos, vel potentes homines obnixè obſecrant; aut certè ſi Deum orant, non eius gratiam, & beneuolentiam in primis quærunt: ſed à malis liberari cupiunt. Hoc ſibi vult, *propter ſuperbiam malorum.* Id eſt, propter exceſſum malorum, quæ patiuntur, & non propter amorem Deum clamant. De his Propheta: *Clamauerunt, nec erat, qui ſaluos faceret, ad Dominum, nec exaudiuit eos.* Ideò ſubdens, concludit Iob, *Non ergo fruſtrà audiet Deus.* Heb. *Veruntamen vanitatem non audiet Deus*, id eſt, vanas preces, quæ ad ipſum, & pro ipſo non funduntur.

Pſal. 17. — Heb.

A *Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat; neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat: ſed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum; & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* Chald. *Ecce non propter defectum manus non eſtis ſalui; nec quia graue eſt coram eo audire, non ſuſcipitur oratio veſtra: ſed delicta veſtra diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum; & peccata veſtra fuerunt in cauſa, quòd auerteretur facies maieſtatis eius à vobis, vt non ſuſciperetur oratio veſtra.* O quàm verum! Nota: *Non propter defectum manus.* non, quia, ſcilicet, ſit curtus, aut ſtrictus manibus: ſed *peccata veſtra fuerunt in cauſa*, ne exaudiremini: peccata vos reddiderunt indignos ſuis gratiis, ſuiſque diuinis B fauoribus.

Iſa.59. — Chald.

Oppoſuiſti nubem tibi (peccatorum tuorum) *ne tranſiret oratio.* Item: *Nos iniquè egimus, & ad iracundiam te prouocauimus, idcircò tu inexorabilis es.*

Thren. 3.

Quid vocatis me (in oratione) *Domine, Domine, & non facitis, quæ dico?* (Fruſtrà vocatis.)

Luc.6.

Oratio mea munda eſt, & ideò peto, vt detur locus voci meæ in cœlo: quia ibi Iudex meus, & conſcius meus in excelſis: aſcendat ad Dominum deprecatio mea.

Iob 16. iux. Sept. in Miſſal. in vigil. S. Laur.

Scimus, quia peccatores Deus non audit: ſed, ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.

Ioan. 9.

Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

Pſal. 65.

Auguſt. Cùm enim quis odio dignus ſit, qua C fronte gratiam requirit? Cui pœna debetur, qua temeritate gloriam depoſcit? Laceſſit Iudicem, qui poſtpoſita ſatisfactione delicti, quærit præmiis honorari. Regi inſultat obnoxius ſupplicio, qui donari flagitat indebito brauio: & dulcem affectum patris ſtolius exacerbat filius, qui poſt illatas contumelias ante pœnitudinem hæreditatis vſurpat certitudinem.

D.Auguſt. medit.c.3.

Nec mirum: debet nanque facere voluntatem Dei quiſquis orat, vt Deus faciat voluntatem ſuam: opúſque eſt, vt orans eandem per amorem cum Deo habeat voluntatem: ſi enim aduerſetur, quid impetrabit? Interrogate Iob: Quid eſt oratio? Dicet, orationem eſſe conformitatem voluntatis ad Dei voluntatem, ac de- D ſiderium gratificandi Deo. *Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit.* Caietan. *Gratificabit Deo.* Hebr. *Benè volet Deo.* ergo oratio eſt idem, quod amor Dei.

Auguſt. — Iob 29. Caiet. Hebr.

Dilexi, inquit Dauid, *quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.* hoc eſt, propter amorem in eum exaudiet me Dominus. Videtur potiùs debuiſſe dicere: Clamaui, ideò exaudiet vocem orationis meæ: ſed nouerat, expertus, & edoctus *in cella vinaria*, aut cum Chald. *in domo gymnaſij doctrinæ*, orationem eſſe amorem, & voluntatem faciendi Dei voluntatem.

Pſal.114. — Cant.2. Chald.

Habentes ſinguli phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum. Expende, *phialas aureas*: aureæ nanque dicuntur, quia vaſa ora- E tionis, nimirum, corda fidelium, debent eſſe diuino amore ſuccenſa, & inflammata.

Apoc.5.

Hieron. in illud Cant. *Sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris.* Bene, inquit, *tanquàm virgula fumi*: quia diuinis extenuata diſciplinis, & concremata intùs in holocauſtum incendio pij amoris, & deſiderio charitatis. Ita Greg. Fumus ex aromatibus, compunctio eſt orationis concepta ex virtutibus amoris; quæ tamen oratio fumi virgula dicitur: quia dum ſola cœleſtia poſtulat, ſecreta progreditur,

Cant 3. Hier.ibid. — D Gregor. hom. 22. in Ezech.

progreditur, vt ad terrena petenda minimè reflectatur. Non virga autem, sed *virgula* dicitur: quia interdum in compunctionis ardore tantæ sublimitatis est vis amoris, vt hanc nec ipse animus possit comprehendere. Subiungitur, *myrrha*, & *thuris*: quia thus in sacrificium inceditur: mirrhâ verò corpora mortua condiuntur, ne vermibus corrumpantur: quare myrrhæ, & thuris sacrificium offerunt, qui & carnem affligunt, ne eis corruptionis vitia dominentur; & redolentem in conspectu Domini amoris sui hostiam incendunt.

Theophyl. Luc. 18.

Egregiè Theophylactus hîc illam pectoris tunsionem expendit, dum Publicanus orauit. Docuit nanque Pharisæum percutiendo pectus, quid in actu orandi præcipuè curandum, nimirum, cordis contritio, & in Deum affectus. Tundit, ait, pectus, vt cor ipsum, quod obdormierat, excitet Deo. Adde & quasi manu designans, vnde oratio germana procedat. Vnde? A corde contrito, & amante.

Matth. 7.

Nec dicat quispiam, hoc haud esse necesse: Christus enim quasi testamento reliquit omnia petentibus: *Petite, & accipietis*. nam & leges ciuiles statuunt, eum à iure hæreditatis cadere, qui testatoris voluntatem non implet. Verissimum est, Christum testamento à Matthæo conscripto omnia reliquisse: *Petite*, &c. Tu verò, dic mihi, præstas, quæ spopondisti: adimples testatoris voluntatem? legem, & præcepta eius? Audi: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò*, &c. Clariùs Chald. *Quid tibi cum fœdere meo, vt assumas fœdus meum, & enarres testamentum meum in ore tuo, cùm tu proieceris verba mea post te.* Hoc est, allegas testamentum, quod ipse condidi, & eius vigore putas omnia absolutè hæreditare? Vtique. Sed exequerisne voluntatem meam? facisne præcepta mea? Si non facis, *quid tibi cum fœdere meo?* Hæc tibi hæreditas minimè competit. Non reliquit Dominus nobis hæreditatem absolutè (inquit Chrysost.) sed sub quadam conditione. Quænam ea est? Qui me diligit, præcepta mea seruabit.

Psal. 49.
Chald.
Chrys. in
Psal. 5.

D Greg. l. 3.
Dial. cap. 15.
1 Tim. 2.
Ierem. 42.
De quodam Florentio exauditio in precibus, quòd Deum in præceptis audiret.

De quodam Florentio, qui Deum toto corde diligebat, quique ad Deum, orando, leuabat puras manus, qualiter prope os suum Deum haberet, ita scribit Greg. Apud omnipotentis Dei singularem munditiam, atque eius simplicem naturam multùm, Petre, humani cordis munditia, atque simplicitas valet. Hoc ipsum nanque, quòd eius famuli à terrenis actionibus segregati, otiosa loqui nesciũt, & mentem per verba spargere, atque inquinare deuitant; authoris sui præ cæteris exauditionem impetrant. Cui, in quantum est possibile, ipsa puritate, ac simplicitate cogitationis, quasi ex quadam iam similitudine concordant. Nos autem turbis popularibus admixti, dum frequenter otiosa; nonnunquam verò etiam, quod est grauius, noxia loquimur; os nostrum omnipotenti Deo tantò longinquum fit, quantò huic modo proximum. Multùm quippe deorsùm ducimur, dum locutione continua sæcularibus admiscemur. Quod benè Isaias, postquàm Regem Dominum exercituum vidit, in semetipso reprehendit, & pœnituit dicens: *Væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labiis ego sum.* Qui, cur polluta labia haberet, ostendit, cùm subiunxit: *In medio populi polluta labia habentis ego habito.* Pollutionem nanque labiorum habere se doluit; sed vnde hanc contraxerit, indicauit, cùm in medio populi polluta labia habentis se habitare perhibuit. Valdè enim difficile est,

Isa. 6.

A vt lingua sæcularium mentem non inquinet, „ quam tangit: quia, dum plerunque eis ad quædam „ loquenda condescendimus, paulisper assueti hanc „ ipsam locutionem, quæ nobis indigna est, etiam „ delectabiliter tenemus; vt ex ea iam redire non libeat, ad quam velut ex condescensione deducti venimus inuiti. Sicque fit, vt ab otiosis ad noxia, à leuioribus ad grauiora verba veniamus, & os nostrum ab omnipotenti Domino tanto iam minùs exaudiatur in prece, quantò ampliùs inquinamur stulta locutione: quia, sicut scriptum est: *Qui auertit aurem suam, ne audiat legem; oratio eius erit execrabilis.* Quid ergo mirum, si postulantes, tardè à Domino audimur, qui præcipientem Dominum, aut tardè, aut nullo modo audimus? Et quid mi- B rum, si Florentius in prece sua citiùs est auditus, qui in præceptis suis Dominum citiùs audiuit?

Prou. 28.

Pulchrè quidem Aug. locum Psalmi: *Auribus percipe, Domine, orationem meam.* legit: *Auribus infige, Domine, orationem meam.* & subdit: Quomodo petiuit, vt figeret orationem in auribus Dei? Respondeat Deus, & dicat nobis: Vis figam orationem tuam in auribus meis? Fige in corde tuo legem meam, & intendet Deus voci orationis tuæ.

Psal. 85.
August.

Hoc sibi voluit Dominus, vt obseruat Chrys. postquàm dixit: *Petite, & accipietis.* repente subdit: *Pulsate*, scilicet, manu operis, & obseruantia legis; *& aperietur vobis* infallibiliter.

Matth. 7.
Luc. 11.

Benè nouerat hoc Dauid: *Deum*, inquit, *exquisiui manibus meis.* Quid? èstne Deus palpabilis? C Ait Augustinus: Nequaquam: sed manibus operum, obseruantiáque præceptorum inuenitur. Sic, sic, qui coram eo exorat, non decipitur. *Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus.* hoc est, in nocte mearum tribulationum coram eo per orationem positus, eundem manu obseruatæ legis exquisiui, eundémque tenui, *non sum deceptus.*

Psal. 76.

Tunc non confundar, (repulsus, & petita non adeptus,) *cùm perspexero in omnibus mandatis tuis.* quòd si non perspexero, confundar.

Psal. 118.

Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis. Vbi Greg. interna facies homi- D nis, mens est, in qua, nimirum, recognoscimur, vt ab authore nostro diligamur. Quam, scilicet, faciem leuare, est in Deo animum per studium orationis attollere. Sed eleuatam faciem macula inquinat, si intendentem mentem reatus sui conscientia accusat: quia ab spe fiducia protinus frangitur, si intenta precibus, necdum deuictæ culpæ memoria mordetur. Diffidit nanque accipere se posse, quod appetit, quæ profectò reminiscitur, nolle se adhuc facere, quod diuinitùs audiuit. Hinc per Ioannem dicitur: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum; & quicquid petierimus ab eo, accipiemus.* Hinc Salomon ait: *Qui auertit aurem suam, ne audiat legem; oratio eius erit execrabilis.* Cor quippe nos in petitione E reprehendit, cùm resistere se præceptis eius, quem postulat, meminit: & oratio fit execrabilis, cùm à censura auertit legis: quia dignum profectò est, vt ab eius beneficiis sit quisque extraneus, cuius, nimirum, iussionibus non vult esse subiectus. Qua in re hoc est salubre remedium, vt cùm se mens ex memoria culpæ reprehendit; hoc priùs in oratione defleat, quod errauit: quatenus, cùm erroris macula fletibus tergitur, in petitione sua cordis facies ab authore munda videatur.

Iob 11.
Greg. ibid.
1. Ioan. 3.
Prou. 28.

Ionæ 2. *Surge, & inuoca Deum tuum.* quasi dicerent, nisi à peccato surrexetis, non est, quòd innoces, serenitatemque postules. Surge, *Surge, & inuoca Deum tuum.* Vt exauditus mox vt statuit in ventre ceti diuinam exequi voluntatem? sed donec stetit iacens, donec reluctatus est, ac obstitit Dei voluntati, ô tempestatem! Quid miramur, Fratres, si, quas adhuc patimur tempestates, non cessant; si tribulationes perdurant, si non exaudimur? A peccato non surgimus.

Sic ille alius post famem validam cupiens exaudiri, *Surgam*, inquit, *& ibo*, &c. Ideò nos famem Luc. 15. patimur, ideò annonæ caritatem expetimur: quia non surgimus. Cupimus à Deo fieri voluntatem nostram, faciamus (iustum est) voluntatem Dei.

Chrys. ad illud, quod dixit Dominus ad Ieremiam: Ierem. 7. *Tu ergo noli orare pro populo hoc: quia non exaudiam te.* Prædicit, inquit, Prophetæ primùm, ne cùm post orationem non exaudiatur, tribuatur hoc suis demeritis. Deinde, vt intelligant Iudæi, quòd nihil eis prodest Propheta, nisi & ipsi, quæ sua sunt, proferre velint. Hoc certè necesse, vt exaudiamur.

In Vitis Patrum, part. 2. §. 12. *Quidã orans non exaudiebatur, quia nihil, quod à re sua erat, agebat.*

In Vitis Patrum Molestiam substinebat quidam Frater à spiritu fornicationis. Abiit autem ad quendam probatissimum seniorem, & precabatur eum, dicens: Pone tibi sollicitudinem, beatissime Pater, & ora pro me: quia grauiter impugnant me passio fornicationis. Hæc cùm audisset senior, orabat intentè die, ac nocte pro eo, deprecans Domini misericordiam. Iterum autem veniebat idem C Frater, & rogabat seniorem, vt magis intẽsiùs pro eo rogaret. Similiter autem cum omni sollicitudine beatus senior orabat intensiùs pro eo. Frequenter autem venientem ad se Monachum videns senior, & deprecantem se, vt oraret, valdè contristatus admirabatur, quia non exaudiret Dominus orationem eius. Orauit autem Dominum dicens: Domine, reuela mihi, vnde in hoc Fratre operatio ista Diaboli: quia deprecatus sum te, & requiem necdum inueni. Eadem autem nocte reuelauit ei Deus, quia circa illum Monachum erat negligentiæ, & ignauiæ resolutio. Ita autem ostensum est sancto seniori. Vidit sedentem illum Monachum, & spiritus fornicationis in diuersis mulierum formis ante illum ludentes, ipsúmque eis D delectari. Videbat autem & Angelum Domini astantem, & indignantem grauiter contra eundem Fratrem, quia non surgebat, nec prosternebat se in orationibus ad Deum; sed magis delectabatur in cogitationibus suis. Hæc autem ostensa sunt sancto seniori per reuelationem. Cognouit autem, quia culpa, & negligentia illius Monachi erat, vt non exaudirentur orationes eius. Et tunc, reuertente Fratre, dixit ei senior: Quia culpa tua est, Frater, qui condelectaris cogitationibus malis: impossibile est enim discedere à te spiritum fornicationis immũdæ, aliis orantibus, & Deum pro te deprecantibus, nisi & tu ipse laborem assumas in ieiuniis, orationibus, & vigiliis multis, cum gemitu deprecans, vt misericordiam suam, & adiutorium gratiæ suæ præbeat tibi Dominus Iesus, vt possis E resistere malis cogitationibus. Et Medici, qui corporibus hominum medicamenta conficiunt, & adhibent, quamuis omnia cum summa diligentia faciant; veruntamen si ille, qui infirmatur, non abstineat à noxiis cibis, vel ab aliis, quæ solent lædere infirmantes; nihil proficiet ei cura, & diligentia, ac sollicitudo Medicorum. Similiter etiam, & in animæ languoribus euenit: licèt cum omni A intensione, & ex toto corde sancti Patres, qui sunt Medici spirituales, exorent misericordiam Christi Domini Saluatoris nostri pro eis, qui orationibus eorum se postulant adiuuari, nisi & ipsi cum omni intensione mentis, tam in orationibus, quàm in omni opere spiritali, quæ Deo placita sunt, fecerint; non eis proficient negligentibus, & resolutis, & de salute animæ minimè cogitantibus orationes Sanctorum. Hæc audiens Frater, compunctus est corde, & cum omni sollicitudine, secundùm omnem doctrinam senioris, statim cum ieiuniis, & orationibus, & vigiliis semetipsum afflixit, & meruit misericordiam Domini, & recessit ab eo spiritus immundæ passionis.

Præterea, *Homo homini reseruat iram, & à Deo* Eccl. 28. B *quærit medelam?* Hugo Card. hoc est, veniam peccatorum suorum frustrà quærit. Hugo Card. ibid. *Relinque proximo tuo nocenti tibi; & tunc deprecanti tibi peccata soluentur:* (aliter non.)

In Isaia: Isa. 1. *Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? Plenus sum. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Cùm veneritis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atriis meis?* Hebr. vel Hebr. *vt conculcaretis atria mea? Ne offeratis vltra sacrificium vestrum.* Pagn. *sacrificium mendax. Incensum abominatio est mihi. Neomeniam, & Sabbathum, & festiuitates alias non feram: iniqui sunt cœtus vestri.* Pagnin. Pagnin. *Quòd conuocetis conuocationem, non possum ferre iniquitatem cum cœtu. Et cùm extenderitis manus vestras,* C *auertam oculos meos à vobis.* Hebr. Hebr. *occultabo oculos meos à vobis, & cùm*, vel Hebr. *etiam quando multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote, auferte malum, &c. & venite.*

Ad hæc: Iacobi 1. *Postulet autem in fide nihil hæsitans*, an Deus, scilicet, potens sit, vt queat; & misericors, vt velit tradere, quod petitur. Ita Gagnæius, & Caietanus: Gagn. Caiet. *Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Non ergo æstimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino.*

Tandem: Iacob. 4. Syriac. *Petitis, & non accipitis, eò quod malè petatis, vt in concupiscentiis vestris insumatis*, vel Syriacè, *vt alatis*, seu *consummetis concupiscentias vestras*; & ideò non accipietis, quod & melius est D quàm si acciperetis.

Oseæ 13. 1 Reg. 8. *Et dixisti: Da mihi Reges, & Principes. Dabo tibi Regem in furore meo.* Meministísne? *Constitue nobis Regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi. Veruntamen contestare eos, & prædic eis ius Regis, qui regnaturus est super eos. Filios vestros tollet*, &c. Nónne itaque melius non accepisse?

Luc. 15. O quantam consequutus esset vtilitatem prodigus, si efflagitatam non obtinuisset substantiam! Non abiisset certè in regionem longinquam dissimilitudinis Dei, vt loquitur August. neque vixisset luxuriosè. Nec putes culpam patris, quòd adolescentiori dedit, inquit Ambros. Ambros. Nulla Dei regno E infirma ætas, nec fides grauatur annis. Ipse certè se iudicauit idoneum, qui poposcit. Vtinam, vtinam non recessisset à patre: impedimentum nescisset ætatis.

Quantam & filij Israël, si concupitas carnes non Num. 11. habuissent? De qua concupiscentia August. Aug. tract. 73. in Ioan. Malè vsurus eo, quod vult accipere, Deo potiùs miserante non recipit; proindéque, si hoc ab illo petitur, vnde homo lædatur exauditus, magis metuendum

dum est, ne qui posset non dare popitius, det iratus. Fastidiebant, quod habebant; & quod habebant, impudenter petebant: quasi non meliùs peterent, non vt cibus, qui deerat, indecenti desiderio præstaretur; sed vt ille, qui aderat, sanato fastidio sumeretur. Meliùs dicere non poterat. Sarius illis fuisset carnes non obtinuisse: nam, *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos*, vt inquit Dauid; vel, vt est in eodem Num. libro: *Adhuc carnes erant in dentibus eorum: & ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis*. Vocatúsque est ille locus, sepulchra concupiscentiæ. Obiter. Psal. 77.

Psal. 58. Olquor hodie helluones visitant hæc sepulcra! Hi sunt, *qui cùm non fuerint saturati, murmurabunt*. Isa. 24. Et super vino erit clamor in plateis, si vinum non sit amabile. Hi cogunt Moysen ad Dominum clamate: *Non possum sustinere omnem populi*.

Et notanda duo. Vnum, Moysen tunc sensisse Superioris onus, cùm populus fastidiuit manna, quod erat suauissimum; & coturnices concupiuit: hæc sunt, ferè dixerim, insupportabilia onera Superiorum. Alterū, tunc Moysen non orasse pro hac inordinata concupiscentia, vt aliàs orauit pro peccato vituli. Quærit hoc idem Burg. cur Moyses non fuerit Dominum deprecatus pro desiderio carnium, vt fuerat deprecatus pro peccato vituli? Respondet cum August. 7. Conf. quòd concupiscentia, si ei satisfit, maius robur accipit: noluit ergo orare, ne concupiscentiæ indulgeretur: at Dominus ipse dedit; sed in pœnam, &c. Permisit Moyses, vt Deus concederet, quæ concupiebant: vt pœna correcti, qui reliqui essent, vlteriùs non concupiscerent, &c. Exod 32. Burg. addit. 4. ad locum Num. 11.

Plerunque non exaudimur, quia exaudiri non meremur; impertinentia petimus, indigna postulamus. *Domine, ante te omne desiderium meum*. q. d. ait Greg. Tale est desiderium meum vt sit dignum conspectu tuo: hoc est, nihil omninò desidero, quod pudeat à te postulare, à quo non nisi digna postulanda sunt. Talium exaudiuntur petitiones, qui dicere possunt: *Domine, ante te omne desiderium meum*, omnes petitiones meæ: non enim sunt petitiones pueriles cæparum, aut alliorum Ægypti, aut coturnicum; sed gratiæ tuæ, &c. Psal. 37. D Greg. in Psal. pœnit.

De perseuerantia in oratione.

PVNCTVM VI.

3. Reg. 18. NOn, quia non exaudimur, ideò debemus ab oratione cessare: sed perseuerare opus est, ac insistere. Vt clauderet cælum Elias, subitò exauditus: vt autem aperiret, ac pluuiam obtineret; orauit, primò, & nihil obtinuit: secundò prostratus exorauit, misitque puerum, vt videret, an nubes aliqua appareret; & cælum serenum erat: orauit tertiò, & ne gutta quidem: quid? adhuc oras? vtique quartò, quintò, sextò, septimò. *In septima autem vice, ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis, ascendebat de mari*, &c. *Et facta est pluuia grandis*. Sed quid sibi vult vestigium? cur pluuia in vestigio? Denotat hanc orationis perseuerantiam, & commendat fiduciam: quia, etsi Deum non videas venientem; venit tamen, & currit: iamdudum cedit, ac incedit pluuia, quam petis: ora, ora, primò, secundò, tertiò, quartò, quintò, sextò, septimò; & semper (hoc sibi vult septies in Scri- Salmer. b. p. prolog. 20.

A ptura,) & semper obtinebis.

D Basilius: Etsi mensis præterit, etsi annus, etsi triennium, & quadriennium; acriter persetato tamen, donec impertes. Sic August. Cùm aliquandu tardiùs dat, commendat dona, non negat. Diu desiderata dulciùs obtinentur: citò autem data vilescunt: pete, quære, insta: petendo, & quærendo crescis, vt capias. Seruat tibi Deus, quod non vult citò dare: vt & tu discas, magna magnè desiderare. Sic Chrysol. de eo, qui media nocte importunè institit, vt plures panes peteret ab amico: O quàm negare noluit, ait Chrysol. qui tibi etiam neganti, qualiter extorqueretur, ostendit! D. Basil. in cōst. monast. D. Aug. ser. 5. de verbis Domini. D. Chrysol. ser. 39.

Totum verum: & in confirmatione sententiæ B D. August. apparet, quàm citò obtentum in manna viluit, & aqua desiderata vt dulcis fuit. *Et de petra melle saturauit eos*. Nunquam legimus, mel fluxisse de petra; sed benè nouimus largissimas aquas inde fluxisse. Quid est, quòd aqua mel visa est? & manna habens omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis, stomachum, ac nauseam prouocauit? nisi, quia ad primam postulationem, manna concessum est; aqua verò diutiùs desiderata est, & post longum desiderium mel visa est? Num. 11. Psal. 80.

Ex gustu prætereà orationis vult Deus exorari diutiùs. *Deprecatúsque est Isaac Dominum pro vxore sua, eò quòd esset sterilis: & audiuit eum, & dedit conceptum Rebecca*. Quantonam tempore orasse, opinamini: viginti annos. Clarè id colligit Chrys. ex eo, quòd Isaac fuisse dicitur quadraginta C annorum, quando duxit Rebeccam: & posteà dicitur: *Erat autem Isaac annorum sexaginta, quando peperit Rebecca*. Vnde manifestum est, quòd viginti annis perseuerauit orando. Quamobrem Oleaster transtulit ex Hebr. *Multiplicauit Isaac preces*, vel *iterauit orationem*. Itaque, subdit Chrys. si iustus ille ita virtute præditus, & tantam apud Deum gratiam habens, tantam præ se tulit constantiam, & studium, continuò Deum orando; quid dicemus nos, qui tantis peccatorum oneribus premimur? Sed etsi aliquid benè egerimus, statim torpescimus, & resilimus, nisi statim exaudiamur. Viginti annis, ô constantiam, Domine! quò tandiu gratiam concessurus suspendis? quî tandiu differre potes? præ gustu orationis! Genes. 25. D. Chrys. ibid. Oleast. ex Hebr.

D Sic mater exauditura filium, surdam se fingit, vt ille preces multiplicet: vt illum diutiùs apud se detineat, dedita opera moratur aliquid datura. Chrysol. Sic se Deus dormire dissimulat: sic Deus moratur, vt anima clamet. *Exurge, quare obdormis, Domine, exurge*, &c. D Chrys. hom. de profectu Euang. Chrysol. Psal. 43.

D. Anselmus: Non differs, quòd nolis dare, (cum Deo loquitur:) sed vt aucto desiderio, abundantiùs possis dare. Item; Differs dare, vt doceas petere: dissimulas audire petentem, vt facias perseuerantem. D. Ansel. l. de mansu. Crucis, & lib. med.

Vt benè cum Chananæa toties repulsa, ac reiecta, vt proptereà dixerint Apostoli: *Dimitte eam, quia clamat post nos*. Verè Chananæa, quod est iuxta Hieron. negotiatrix: quia, nimirum; patien- E tia, ac perseuerantia, tam benè pro salute filiæ negotiata est. Matth. 15.

Sunamitis illa ad Elisei pedes prouoluta, eosdémque tenens, ac constringens, magna fiducia, ac spiritus efficacia dicebat: *Viuit Dominus, & viuit anima tua*, &c. Sicque perseuerans filio rediuiuum accepit. Ita fidelis anima ad Crucifixi pedes, &c. vel cum Sunamitide, vel cum Iacob: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi*, nisi hanc mihi gratiam concesseris, &c. 4. Reg. 4. Genes. 32.

Iacobus

Iacob.l. Schol. Græc. Iacobus: *Qui hæsitat, similis est fl. Ctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur.* Scholia Græca: *Qui hæsitat, non satis sibi constans, quidnam postulet, ac propemodum nihil perseuerans in postulatione, statim recedit.*

Psal 95. D.Hieron. ex Hebr. In Psalmo vbi nos legimus: *Sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.* D. Hieron. transfert ex Hebr. *Fortitudo, & exultatio in Sanctuario eius.* Sanctuarium est locus orationis, quam semper comitari debet fortitudo ad incessanter orandum, & nunquam deficiendum; & cordis exultatio, quam sentimus, dum perseueramus, assiduique in oratione sumus. Non sunt hac fortitudine præditi, neque hac cordis exultatione, qui mox tædio affecti, surgunt, & cessant ab orationibus dicitur per Prophetam: *Et genua debilia roborare.*

Isa.35.

Luc.6. D.Ambros. Ambrof. ad illud: *Et erat pernoctans in oratione Dei.* Species, inquit, tibi, Christiane, datur, forma præscribitur, quàm debeas æmulari. Quid enim te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat?

Quàm id bene intellexerunt Sancti! Angelus ad Posthumium: Fige, posthumi, genua tua in In Vitis Patrum. terra, & faciem tuam ad Orientem, & tunc dabitur tibi à Deo, quemadmodum possis orare. Vbi expende illud, figeret etenim, qui bene genua figit, dat præcipue Deus, quemadmodum possit orare.

Ruff.l.3. n.211. Dicebant de Abbate Arsenio: quia vespere Sabbathi lucescente Dominica relinquebat post se Solem, & extendebat manus suas ad cælum orans, donec mane die Dominico illustraret ascendens Sol faciem eius. Idem de Beato Antonio scribit Cassianus. Mira in vtroque orationis perseuerantia.

Theod.apud Rosueydũ, l.8.c.16. Simeon Styles (authore Theodoreto) plurimas quotidie Deo offerebat adorationes. Semel (inquit Theodoretus) quidam ex iis, qui mecum erant, cùm enumerasset mille, & ducentas, & quadraginta quatuor, deinde lapsus esset, destitit numerare. Semper autem se inclinans, prope digitos pedum frontem admouebat.

Ioan.Mos. apud eũdem Rosu.l. 10.c 105. Idemmet iuge orationis, ac adorationis studium coluit Christophorus, qui singulis diebus sese exercens in regulari psalmodia, nocte quin etiam singula centies flectebat genua.

Hier.ad Eustoch. De Sancta Paula Hieronymus: Ingibus penè orationibus dies, noctésque iongebat. At quantis non solùm viris, sed etiam fœminis assiduitas orandi callum genibus obduxit? Non erant, non erant ij delicate oragentes, quibus dici oporteret: *Et genua debilia roborate.* sed fortes, sed perseuerantes erant in oratione.

Psal 76. Hieron. Symmach. Dauid: *Manibus meis nocte contra eum.* Hieron. *Manus mea nocte extenditur & non quiescit.* Symm. apud Theod. *Manus mea nocte continue extensa est.* Quid miramur, si subdit: *Et non sum deceptus?*

Ioan.5. O quàm Deo pergrata est hæc in oratione perseuerantia! Quid in causa fuisse putatis, vt inter tot languidos, solùm Dominus conieceri oculos in languidum triginta octo annorum ibidem expectantem? Quid, quæso, erat in eo languido, quòd Christi oculos attraheret? Erat perseuerantia hæc.

Hugo Carensis. Sic Hugo Carensis ad illa verba: *Hunc cum vidisset Iesus iacentem.* Visio hæc compassionem notat ex consideratis circonstantiis infirmitatis, & patientiæ ægroti: per tot annos nunquam desperatus, nonquam legitur conquestus, nunquam, vel semel interrogasse: Quando sanabor? sed ibi perseuerauit Deum orans, vt descendente Angelo, vbi aqua mota esset, mitteretur in piscinam, & si Deo placuisset, sanaretur. O quàm pauci in schola Sacramentorum, orationis domo, gymnasio doctrinæ sic patientes, sic perseuerantes inueniat: ò quam multi clamitant ob impatientiam: Me illuc deferte, huc me reducite, a cubiculo in cubiculum, & à cubili in aliud. Quando curabor? Nec vltra tres dies Deum orant.

Chrysost. Pudeat nos, & inctedibilem socordiam nostram deploremus: triginta, & octo annos ille expectauerat continuos, nec eius impletum est desiderium: nec id culpa, aut negligentia eius factum est: nec propterea desperauit: nos autem, si vel decem dies orationibus inuigilantes non exaudimur, tam tepescimus: *Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum*: (quo vsque, ô Propheta, per decem, aut viginti dies?) *donec misereatur nostri.* Chrys. hom. 35. in Ioan. Psal. 122.

D.August. desiderium differtur, vt crescat; & crescit, vt capiat: desiderando enim extendit Deus animum, & extendendo facit capaciorem. Et in hunc sensum interpretatur locum Psalmi: *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies, & noctē, &c.* D.August. in Psal 83. Psal.21.

Hoc idem accidit Sponsæ: *In lectulo meo per noctem quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni.* absconsit se Sponsus, ait Greg. vt non inuentus, ardentiùs quæratur: & differtur quærens Sponsa, ne inueniat; vt tarditate sua capacior reddita, multiplicius quandoque inueniat, quod quærebat. O bonum sui diffusiuum! ô anima, expande sinus! Sic Bern. ad illa verba: *Reuertere, &c.* Non est, inquit, reuersus Sponsus ad vocem, & votum reuocantis Sponsæ, cùm dixit: *Reuertere dilecti mi* Quare? vt desiderium eresceat, vt probetur affectus, vt exerceatur negotium amoris. Hinc ista, quæ amat, facta trepidior, mox sese ad tequirendum tota audirate dedit: quod enim hoc desiderij est, & ardoris, vt surgens de nocte, publicum non erubescat, peretrat ciuitatem, percontetur palam, & passim de dilecto, atque à vestigandis semitis eius nulla valeat ratione auerti, nulla præpediti difficultate, non tempestiuæ retineri amore quietis, non Sponsi verecundia, non vel timore nocturno? &c. Trahebatur à Sponso. Cant.3. D.Greg.4. mor.4. D. Bern. ser. 76. in Cant.

Hoc idem in Chananæa illa, de qua discipuli ad Dominum: *Dimitte eam, quia, &c.* Quis eam tenebat? Non certè Christus? imò illa precibus renere, & remorari conabatur Christum: sed reuerà Christus eam tenebat. Quod si secùs fuisset, cùm clamabat, & non exaudiebatur; cùm procedebat, & repellebatur; cùm adorabat, & obiurgabatur, penitùs desperasset, nisi eam in fide tenuisset, firmasset in spe, & in charitate ligasset. Matth.15.

De attentione, & recollectione cordis in oratione.

PVNCTVM VII.

Distinguunt attentionem omnes, in specie D. Thom. a 2. in actualem, & virtualem: vbi præterea triplicem facit orationis effectum, meritorium, impetratorium, consolatorium, vt suis terminis loquamur. Pro duobus primis, inquit D. Thom. sat est virtualis attentio: pro tertio verò, qui est mentis refectio, seu sapor quidam, & animæ consolatio, D.Thom. 2. 2. q. 83. art. 13.

Psal. 108. consolatio, requiritur actualis: vtraque si desit; non solum oratio non est impetratoria, vel meritoria; sed potiùs, vt benè dicit Basil. Deum irritat. Quare de eo, qui oscitanter, & distractè orat, dictum est: *Et oratio eius fiat in peccatum.* Nun in peccato, ait, sed *in peccatum*; hoc est, ipsamet oratio ita perperam acta, peccatum est: sub irreuerentiam, nimirum, qua sic orans cum Deo agit, quocum quisquis agit, reuerenter agere debet. Et meritò.

2. Paral. 7. In Paral. *Vt sint*, ait Dominus, *oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.* Vbi cor Dei, oculi Dei; num sunt oculi tui, cor tuum?

Ierem. 31. *Quousque deliciis dissolueris, filia vaga: quia mulier circundabit virum.* hoc est, recolligere tibi in eo tabernaculo, in ea hostia ipsum Deum, quò vagaris, cùm hic habeas collectum Deum?

Leuit. 5. Interiora iure perpetuo debentur Deo: & te miserum, qui iure perpetuo te offers, dedisque mundo, rebus, &c.

Eccl. 38. *Dabit cor suum in similitudinem picturæ*, (quæ non habet nisi exteriorem partem.)

3 Reg. 7. *Inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret.* Nos nondum inuenimus cor absconditum in puluere mundanarum curarum; vel adhuc foris est, & vagatur.

Cant. 5. Aug. l. de orat. Domini. Si Sponsa, ait Aug. vel dormiens oculis, corde vigilabat; qui fieret, Sponsus vt vigilet oculis, & dormiat corde, aut forte oculis, & corde dormiat?

1. Reg. 1. Chryf. hom. de fide Ann. De Anna in 1. Reg. *Cum illa multiplicaret preces*, inquit Chrys. sed non omnes *in conspectu Domini.* Et ponderat, quòd non solùm in templo materialiter, corporaliterque oraret, vt plerique; sed *in conspectu Domini, coram Domino*, hoc est, toto spiritu, totáque mentis recollectione; non vt multi, qui tam irreuerenter orant, vt videantur adesse solo corpore, non spiritu: omnes quidem oramus, inquit Chrys. sed non omnes *in conspectu Domini.* Etenim, cùm corpore in terra prostrato, & ore frustra delirante, mens vbique per domum, ac forum circumuagatur; quo iure talis possit dicere, quòd orauerit *in conspectu Domini*? Nam is conspectu Domini orat, qui orat vndequaque colligens suam mentem, nihil habens cum terra commercij; sed ad ipsum Deum totus commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulsa.

Psal. 65. Dauid, *Ad ipsum ore meo clamaui.* Mirum! Quid hoc? Scriptura quandoque redundare videtur. Si ore clamabat, quo ore clamabat? Sic alias: *Voce mea ad Dominum clamaui* Quanam, quæso, alia, quàm propria voce? Sed absit, vel iota vnum redundare in Scriptura. Vox ex Arist. est signum earum, quæ in anima sunt, passionum. Si, dum in templo es, & canis, animus foris versat negotia; iam vox, qua oras, tua non est, cùm tuas conceptiones, & animi passiones non referat. Ille voce sua clamat, qui consona cordi voce clamat. *Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.* Camp. paraphrasticè: *Et comitante animus meus lingua eius beneficio respondent, laudibus extulit illum.* Hoc est exaltare sub lingua, inquit Augustinus, hoc, quod loqueris, intus cogitare.

Camp.

D. August.

Psal. 118. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes: Quando consolaberis me?* Quid? oculi loquuntur? *dicentes?* Sic in oratione ita oculi, os, lingua, manus, omnia membra intenta, & attenta esse debent; vt quodliber membrorum loqui videatur. Vidisti catellos, vt toto corpore pendent à vultu Domini comedentis? *Nam & catelli comedunt de micis, qua cadunt*, &c. Talis esse debet, quisquis orat fixus, nimirum, ac totus à Deo pendens.

Posui faciem meam (ex Interl. & Lyrano, totam attentionem) *ad D minum meum rogare, & deprecari.* Hebr. *ad quærendum orationem, & deprecationes*; vt iis, videlicet, omni studio, atque attentione vacarem. Dan. 9. Interl. Lyra. Hebr.

Porrò Anna loquebatur in corde suo, tantùmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur Expende miram attentionem: *Tantùmque labia illius mouebantur.* At caput? nequaquam. Oculi huc illuc? nihil minùs. *Tantùmque labia*, non pedes, non caput, non oculi, *& vox penitus non audiebatur.* q. d. non mussitabat altiùs, non sibilabat, ne cæteris orantibus esset impedimento: *penitùs, penitùs non audiebatur.* 1. Reg. 1.

Orationes attentæ Deo sommoperè placent. *Et ipsi praeparationes cogitationes* Alij, *Conatus eorum*, vt, scilicet, sint attenti) *perficiuntur.* O quàm Deo placent! *Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.* q. d. inquit Rupert. Si primitiæ cogitationis infestæ fuerint, saltem reliquiæ diem festum agant: hoc est, si initio non ita attenti estis, saltem post aduertentiam istis; & reliquiæ cogitationis diem festum Deo agent. 1. Reg. 2. Alij. Psal. 75. Rupert.

Respexit in orationem humilium. D. Hier. *Orationem vacui* (scilicet, cogitationum.) *Orationem vicuatu*, quæ oculos non habens canit: sic oculis clausis distractionibus cantet. Qui Deo canit, hunc Deus exaudit. Psal. 101. D. Hier. Alij.

Sicut vitta coccinea, labia tua. hoc est, oratio tua ex feruore amoris vnita est, & attentione ligata. Cant. 4.

Deo offerebatur victima intestinis, & pedibus lotis aqua. Greg. In oratione sese homo offerat lotis affectibus, ac immundis cogitationibus, vt Deo placeat. Huc etiam facit, quòd caput hostiæ, quæ offerenda erat, retorquebatur ad collum, quod est organum vocis: quò denotatur, attentionem iungendam voci, & vocem attentioni, si vituli labiorum nostrorum acceptabiles sint offerendi. Leuit. 1. D. Greg. Osee 14.

Multùm valet (apud Deum) *oratio iusti assidua*, Pagnin. *Oratio intenta.* Alij, *Oratio agens.* Iac. 5. Pagn. Alij.

In Apocalypsi, ac alibi sæpè ad diuinas veluti permulcendas aures, tot, tantisque impiorum blasphemiis prægrauandas, cælestis paratur, atque auditur concentus. In terris similiter oratio musica est cælicæ æmulatrix, qua veluti alternantibus choris suauis in Dei auribus concrepat symphonia: sed, si musica vnita non sit, si dissona sit, si distracta: *Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Deus?* Apoc. 15. & 16. Eccli. 34.

Cum fieret vox super firmamentum, Seraphin stabant, & submittebant alas suas. Nec pennam mouebant vt orationem audienti tu obstrepis? Ezec. 1.

Præcipitur Moysi, vt solus Deum allocuturus montem conscendat: nemo secum, neque grex, aut quodvis animal, vel radices montis ad pastum: ne aliqua voce distraherent. Insuper nube ipsa obuoluitur, &c. Omnia dicunt attentionem. Exod. 19.

Item, Sacerdoti incensum ablaturo, vt solus Sanctuarium ingrediatur, & ex incenso, vt nebula consurgat: vnde nulla distractio, sed omnimoda attentio subsequatur. Leuit. 16.

Mox vt Elias sensit Dominum, quò secum loqueretur, pallio caput obuoluit: quasi sensus omnes recolligeret, ne vel minimum distraheretur. 3. Reg. 19.

Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. Hebr. *Solitarium fiat cor meum.* D. Hier. *Vnitum fiat cor meum.* O quam aliqui diuisum habent! ô quàm distractum! &c. Psal. 85. Hebr. D. Hier.

Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Id certè verum: cogitationes etenim dissipatæ, Iob 17.

patæ, & huc, illúcque distractæ contorquent cor, quod cùm in corpore sit; extra corpus, vbi cogitationes sunt, esse vellet; & torquent, donec finiatur oratio. Alij ex Hebr. legunt: *Hæreditantes cor meum*, quasi vnaquæque distracta cogitatio suo iure cor hæreditet, ac inter se litigent, vt totum possideant, &c.

Heb.

De homine distracto, vt benè Chrys. Curuasti quidem genua, sed mens tua foris vagatur: corpus tuum intus; sed sensus foris: os quidem loquebatur; sed mens vsuras cogitabat, possessionum redditus supputabat, descriptiones domorum videbat, amicorum verba voluebat, negligentias intuebatur famulorum, mulierum speciem considerabat.

D. Chrys. hom. 16. Tit. var. in Matth.

Abiit vagus in via cordis sui, (hoc est, cogitationes eius affectiones eius sequuntur:) *vidi vias eius, & dimisi eum*. Gregor. Sæpe Deus eius precem in perturbatione deserit, qui præcepta eius in tranquillitate contemnit.

Isa. 57. D. Greg. 5. Mor. 30.

Distractio in oratione pœna est plerunque distractionum ante orationem. *Opposuisti nubem, ne transeat oratio*. Ac si apertè diceret, ait Greg. Menti nostræ terrenis voluptatibus assuetæ, curarum suarum phantasmata iusto iudicio obiicis: vt cùm in te intenditur, ipso à te cogitationum suarum nubilo reflectatur: & quæ terrena hæc assiduè cogitat, quia vult; hæc etiam toleret in oratione, cùm non vult. Et quia cor moderari diuinæ virtutis est opus, & cogitationes vanas frænare solus ipse valet, ideò subdit Iob: *Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens? Circundedi illud terminis meis, & posui vectem, & dixi: Hucusque venies, & non procedes amplius: & hic confringes tumentes fluctus tuos.*

Thren. 5. D. Greg. 18. Mor. 9. Iob 38.

Dignoscebat hoc Dauid, dum plorabat: *Cor meum dereliquit me*. Et mox: *Complaceat tibi, Domine, vt eripias me*. q.d. meis ipse viribus cor istud, quo nil fugacius, reuocare non possum; tu abripe me à rebus, quæ me abripiunt.

Psal. 39.

D. August. in illud, quod dixit Dauid: *Inueni cor meum, vt orarem ad te*. Inuenire se dixit cor suum, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugitiuum, & non posset comprehendere, & clamare ad Dominum: *Quoniam cor meum dereliquit me*. Vt cor quodammodo fugit à se, nec inuenit cancellos, quibus se includat, aut obices quosdam, quibus retineat auolationes suas, & vagos quosdam motus, vt possit iucundari à Deo suo, & dicere: *Iucunda animam serui tui: quoniam ad te, Domine, animam meam leuaui*. Vix est, vt occurrat talis oratio inter multas orationes: sed hoc esse ex infirmitate, quod Dauid subdit, apertè declarat: *Quoniam tu, Domine, suauis, ac mitis es*. Dicit autem Deum: quia patitur ista nostra, & expectat tamen à nobis orationem. *Ad te, Domine, animam leuaui*. Et quo modo eam leuaui? quomodo potui? quomodo eam fugientem apprehendere valui? Quia *tu, Domine, suauis, ac mitis es*; mitis tolerans me. Et ægritudine defluo, cura, & stabo; confirma, & firmus ero: donec autem facias, toleras me, quia *tu suauis es, ac mitis*, &c.

2. Reg. 7. D. August. in Psal. 85. Psal. 85.

Ducam eam in solitudinem, (vt ibi attenta sit,) *& loquar ad cor eius*. Chald. *Et loquar consolationes ad cor eius*; has quidem distracti nunquam degustant. Quin

Osee 2. Chald.

Labor labiorum ipsorum operiet eos. Verè labor labiorum distracta oratio.

Psal. 139.

Si orem lingua, (tantùm,) *mens mea sine fructu est*.

1. Cor 14.

Ideò distractiones ingerunt Dæmones: Diabolus enim, cùm sit astutus, inquit Chrys. scit, quoniam in tempore orationis grandia postulamus, & sæpiùs impetramus; impedire festinat improuidas mentes: nam aliquando, cùm resupini iacemus, nihil tale cogitamus: sed cùm venimus ad orationem, cogitationum nos opprimunt nubes, vt nos auocent, & sine fructu efficiant.

D. Chrys. quo sup. in Matth.

Et Tyrij vendebant in Sabbathis filiis Iuda. Tyrij vendunt in Sabbathis secundùm Gloss. cùm Diabolus terrenas cogitationes tempore orationis immittit.

2. Esdr. 13. Gloss. Genes. 15. Eccl. 10.

Sic tempore sacrificij aues, vel muscas abigendas immittit: sed qui attentè orat, muscas abigit: *Muscæ etenim morientes*, (hoc est, cogitationes, quæ circumuolitant,) *perdunt suauitatem vnguenti*. Hebr. *Fœtere faciunt oleum pigmentarij*. Sept. *Corrumpunt apparatam olei suauitatem*, vel *putrefaciunt oleum compositionis* quod est oratio.

Hebr. Sept.

In Exodo: Venit musca grauissima in domo Pharaonis; & corrupta est terra (homo terrenus) ab huiusmodi muscis: at Israëlitæ, Videntes Deum muscis non vexabantur.

Exod. 8. Hebr.

Ibidem: Populum sacrificare volentem distraxit Pharao ad conquirendas paleas. Hoc agit infernalis Pharao: distrahit ad mundi huius leuissimas paleas, dum rem sacram facturi sumus, dum, &c.

Exod. 5.

In huius rei figuram, Palæstini insidiantes, puteos Isaac terra replebant: quia, nimirum, immundi spiritus, vt ait Greg. cùm nos studiosè in oratione cor nostrum fodere conspiciunt, congestas nobis tentationum cogitationes ingerunt. *Palæstini*, Hebr. *conspersi*, scilicet, puluere, *vel ruina apposita, vel ruina duplex, aut ruinæ potus, vel cecidit bibens*. Quadrant omnes distractis hominibus.

Genes. 26. Hebr.

Hinc plorat Bernard. Miserere mei, Deus: quoniam ibi plùs pecco, vbi peccata mea emendare debeo: in Ecclesia nanque, sæpè, dum oro, non attendo, quod dico: oro quidem ore; sed mente foris vagante, orationis fructu priuor. Corpore sum interiùs, sed corde exteriùs; & ideò perdo, quod dico. Magna insania est, quando cum Domino maiestatis loqui in oratione præsumimus, & insensati mentem auertimus, & nescio, ad quas ineptias conuertimus cor. *Redite, redite, præuaricatores, ad cor. Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus*. Loquitur mihi Deus in Psalmo, & ego illi: nec tamen cùm Psalmum dico, attendo, cuius Psalmus sit: idcircò magnam iniuriam Deo facio, cùm illum precor, vt meam precem exaudiat, quam ego, qui fundo, non audio. Deprecor illum, vt mihi intendat: ego verò nec mihi, nec illi intendo; sed, quod deterius est, immunda, & inutilia in corde versando fœtorem horribilem eius aspectibus ingero.

D. Bern. in Medit. c. 8.

O quantùm irrident Dæmones distractam orationem: *Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbatha eius*. Pulchrè quidem Lauren. Iustinian. huiuscemodi orationem ridiculosam appellat.

Thren. 1. Iustin. l. de orat. c. 7.

Meministíne: Orauit semel Hilarion fixo in terram capite: &, vt natura ferè hominum, abducta ab oratione mens, nescio quid aliud cogitabat: insilit dorso eius festinus gladiator; & latera calcibus, ceruicem flagello verberans: Eia, inquit, cur dormitas? Cachinnánsque desuper, cùm defecisset, an hordeum vellet accipere, sciscitabatur.

Hieron. in eius vita.

Optimè S. Ephrem ad illud: *Et posuisti, vt arcum æreum brachia mea*. Si inter orandum, inquit, animum vagari permittas, eris velut qui tenet quidem arcum; verùm sagittam contra aduersarium dirigere nequit, illam in vanum nulla certa

S. Ephr. in doc. de panop. sp.

intentione

intentione emittens. Atque interdum hosti quidem terrorem incutit huiusmodi vulneris metus, dum se arcum vibrare considerat: cæterùm sagitta non aduersùs eum, sed in infinitum emittitur.

Psal. 104. Hebr.

Dirigatur, dirigatur, Domine, oratio mea, aiebat David. Hebr. *Firmetur, vel stabiliatur, Domine, oratio mea*. ne, scilicet, hac, illácque dimota, sit arcus meus hostibus in derisum.

Par. 29. Ierem. 2. Ezech. 8.

Vt ridendi erant illi, de quibus tantoperè conquerebatur Deus. *Auerterunt facies suas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum. Verterunt ad me tergum, & non faciem. Vigintiquinque viri dorsa habentes contra templum Domini.* O miseriam! orantium habitum præ se ferebant, templum ingrediebantur, quasi orarent; intentionis, attentionísque faciem auertebant.

Eccl. 4. Olympiod. & Salon. ibid. Ierem. 14.

Custodi pedem tuum (præceptum est Domini per Salomonem) *ingrediens domum Dei*. Cæterùm, de quo pede hîc loquitur? Olympiodorus, & Salonius, non corporis, sed affectus, ne, videlicet, introgressus, pede mentis exire contendas. *Dilexit mouere pedes suos, & non quieuit: Domino non placuit.*

Exod. 34.

O quantam attentionem exigit Deus! Pulcherrimus Exodi locus: *Nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno*. Cur, quæso, extra domum pollicetur securos, domi nequaquam. Aug. Hoc, inquit, vult Deus intelligi, vt securus quisque ascenderet, nec de terra sua sollicitus esset, Deo promittente custodiam, q.d. attentionem omnimodam requirebat, ne vel cogitatione regrederentur domum, cogitarentque, ne fortè quis quidpiam surriperet. Quin, vbi nos legimus, *nullus insidiabitur terræ tuæ*, Hebræus legit, *nullus concupiscet terram tuam*. q. d. tantùm aberit, vt res tuas furari audeant, vt nec eas quidem tunc temporis concupiscant; ne metuas, hostes, suásque ego fræuabo, ac diuertam, vt tua quidem nec concupiscant, nec cogitent. Sic Abulensis.

Aug. quæst. 161. in Exod.

Hebr.

Abulens. Cyprian. sermone in cap. Quando autem. de consec. d. 1.

Hinc optime Cypr. Quando autem stamus ad orationem, Fratres dilectissimi, inuigilare ad preces toto corde debemus: cogitatio carnalis hominis, & sæcularis abscedat, nec quicquam tunc animus aliud, quàm id solùm cogitet, quod precatur. Ideò & Sacerdos ante orationem, præfatione præmissa, parat Fratrum mētes, dicendo: *Sursum corda*. vt dum respondet plebs: *Habemus ad Dominum*. admoneatur, nihil se aliud, quàm Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tempore orationis venire patiatur.

Psal. 118. August. Cassiod. super Psal. 6.

Huc facit Aug. ad illa verba: *Clamaui in toto corde meo: exaudi me, Domine*. Tunc, ait, in toto corde clamatur, quando aliunde non cogitatur. Et Cassiodor. Ipsius est oratio perfecta, cuius & causa clamat, & lingua; actus, & sermo; vita, & cogitatio.

Gen. 49. Bern. ser. 52. Cant.

Hi sunt, qui in lectulo quietæ orationis cum sanctissimo illo Patriarcha Iacob omnium suarum affectionum colligunt pedes, & contemplationis pacatissimo obdormiunt somno: qui, vt ait Bern. sensum non sopiat, sed abducat, hoc est, à diuinis non sopiet, sed à terrenis abducat.

Cepar. in vita.

Felices! Ex his vnus Lodouisius Gonzaga, qui mox vt genua curuabat in terram, mente totus in cælum commigrans, vt suprà dicebat Chrys. nihilque commercij in terris habens, in Paradisi medio inueniebatur; quatuor, aut quinque horarū spatio nullam aliquando penitùs distractionem patiens.

Auth. vitæ eius apud Sur.

Sic, sic attentè orabant viri orationi addicti. Dominicum (Prædicatorum Patrem) noctequadā ante aram ad preces prostratū malus Dæmon exturbare volens, grandem lapidem è tecto Ecclesiæ deiecit; eóque impetu, vt tota Ecclesia eius casu circonsonaret. Vsque adeò autē capiti eius propinquus fuit lapis, vt ruens capitium eius contingeret. Sed viro Dei nihil se penitùs mouente, hostis terribiliter eiulans abscessit. Sic, sic attentè; sic seriò orandum.

Ierem 48. D. Bern. ser. 47 in Cant. D. Cypr. lib. de orat.

Maledictus qui facit opus Dei (D. Bern. per excellentiam, rem sacram, aut diuinum Officium) *fraudulenter, vel negligenter*. Ad quod Cypr. lib. de orat. Quæ maior negligentia esse potest, quàm à te ipso exire, & permittere duci te ab impertinentibus, ac profanis cogitationibus, dum opus Dei facis, quod est oratio? Offenditur homo, si tecum loquens distractum te videat: non offendetur Deus?

Coll. 4.

Orationi instate vigilantes (non oscitantes, aut dormitantes.)

D. Bern. 1 de amore Dei. Genes. 22.

D. Bern. Intentiones, cogitationes, voluntates, affectiones, & omnia interiora mea, venite: ascendamus ad montem, vbi Deus videt, & videtur. Curæ, sollicitudines, anxietates, pœnæ, seruitutes, expecta me hîc cum asino, corpore isto; donec ego cum puero, ratione, scilicet, & intelligentia, vsque illuc properantes, postquàm adorauerimus, reuertemur ad vos. reuertemur enim, & heu quàm citò reuertemur!

Matth. 6. Malac. 1.

Cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, (occupationibus) *ora Patrem tuum. Quis in vobis, qui claudat ostia* (sensuum,) *& incendat altare meum gratuito?* Nescio, an aliquis: certè pauci.

Exemplū ex 1 de Viris illustribus Ord. Cis.

Vidit Bern. cum interesset, vt solebat, nocturnis vigilijs, nocte quadam singulos Angelos iuxta Monachos stantes; & quod quisque psallebat, in schedulis, more Notariorum, tam diligenter excipientes, vt nec minimam syllabam, quanquam negligenter prolatam, ommitterent. Scribebant verò diuerso modo: nam quidam eorum scribebant auro; verba, nimirum, eorum, qui feruentissimi erant, & absoluta cordis intentione psallebant: alij argento; eorum, scilicet, qui feruore minori, plura tamen deuotione canebant: nonnulli atramento; eorum, videlicet, qui continuo bonæ voluntatis vsu in psalmodia, licèt non cum multa attentione; psallebant: aliqui etiam aqua; eorum, scilicet, qui somnolentia, & pigritia pressi, vel vanis cogitationibus à se abductis, ore, non corde canebant: quidam denique nihil omninò scribebant, & hi lamentabilem quorundam cordis duritiam redarguebant, qui obliti professionis suæ, timoris Dei immemores, aut lethali somno prona se voluntate immergunt; aut certè vigilantes, clauso ore, vanis, & noxiis cogitationibus, non ex infirmitate, sed ex voluntaria intentione occupantur.

D. Bonauen. c. 10. Vitæ S. Franc.

His verò persimiles audiant Diuum Bonauenturam Diuo Francisco ita scribentem: Solitus erat vir sanctus Horas cannnicas non minùs timoratè Deo persoluere, quàm deuotè: nam, licèt oculorum, stomachi, splenis, & hepatis ægritudine laboraret; nolebat tamen muro, vel parieti inhærere, dum psalleret; sed Horas semper erectus, & sine caputio, non circumuagis oculis, nec cum aliqua syncopa persoluebat. Si quando esset in itinere constitutus, figebat tunc temporis gressum, huiusmodi consuetudinem reuerentem, & sacram ob pluuiarum inundantiam non omittens. Grauiter etiam se putabat offendere, si quando orationi deditus, vanis phantasmatibus interiùs vagaretur. Cùm aliquid tale accideret, non parcebat confessioni, quin illud penitùs expiaret. Psalmos cum tanta mentis attentione dicebat, quasi Deum præsentem haberet; & cùm nomen

Domini in eis occurreret, præ suauitatis dulcedine labia sua lingere videbatur. A

Contra negligentes in recitatione Officij, & Chori psalmodia.

PVNCTVM VIII.

Isa. 6. D. Isid. l. de eccl. off. c. 7.

SEraphim clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, &c. Chori ergo distincti, vt ait S. Isid. hinc formam sumpserunt: sed vbi charitas, vbi puritas, ac reuerentia Seraphinorum? Cum quibus & nostras voces, vt admitti iubeas, deprecamur. Sed vestræ sunt dignæ admitti, an potiùs dimitti, & comprimi, ne audiantur?

Psal. 34. *In populo graui laudabo te.* hoc est, in populo composito, ac moderato in suis moribus, qui de nulla leuitate, aut indecentia notari potest, laudabo te.

Rom. 15. *Vnanimes, vno ore, honorificetis Deum.* Súntne vnanimes, qui nunquam conueniunt, nec in hora, nec in cantu, nec in situ, &c. Habéntne hi labium electum, seruiúntne Deo humero vno? Vt malè huc, illúcque onus distrahunt?

Esth. 14. *Volunt claudere ora te laudantium, & extinguere gloriam templi*, (qui cursim recitant, & decorè psallentes improbant.)

Exod. 14. de celeb. Miss. c. Dolentes. *Quid clamas ad me?* (voce, non corde: non sic Moyses.)

Trid. sess. 24. Ex Conc. Later. Officium recitandum studiosè pariter, & deuotè. Ex Trident. reuerenter, distinctè, ac deuotè.

Iudic. 12. Quicunque dicebat Sibbolet, pro Schibbolet, iugulabatur. (Timeant syncopantes.

Odio habeo rapinam (syllabarum) in holocausto (diuini Officij.)

Isa. 61. *Repleatur os meum laude*, (non dimidio ore, nec dimidio officio.

Psal. 70. Eccl. 7. *Ne iteres* (hoc est, iterabile facias) *verbum in oratione tua.*

Psal. 118. *Septies in die* (distinctis suis horis) *laudem dixi tibi.* (Etsi Rex tot implicatus negotiis.)

Iob 38. *Vbi eras, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* (adhuc in lecto, vel in ludo.)

Ierem. 7. Suarez l. 4. de Horis. c. 26. D. Chrys. Sept. *Ergo spelunca latronum facta est Domus ista, in qua inuocatum est nomen meum?* Verè spelunca latronum, si ob solum prouentum distractè recitant. D. Chrys. legit: *Spelunca hyenæ facta est habitatio mea* Sic Sept. infra cap. 12. pro, *Nunquid auis discolor, hæreditas mea mihi?* habent: *Nunquid spelunca*

Plin. 8. nat. hist. c. 30. *hyenæ, hæreditas mea mihi?* Hoc animal, ex Plinio, humanam vocem imitatur: & si quod fortè pastoris nomen audierit, nocte vocat; & ex tugurio exeuntem ad illam vocem, aggreditur, eúmque dilaniat. Non secùs, inquit Deus, populus hic. Chorus iste ore me laudat, hymnos, & psalmos personat; sed non habet nisi dilaniandi famem: pias voces simulat, sed caue, hyenæ sunt, &c.

Eccles. 15. *Non est speciosa laus in ore peccatoris.*

Cant. 2. *Sonet vox tua in auribus meis*, (non hominum ad hypocrisim, & inanem gloriam:) *vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Cum voce dulci facies decora, simul, & semel.

Psal. 70. *Exultabunt labia mea, cùm cantauero tibi* (non hominibus, non prouentui.)

Amos 5. *Aufer à me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tua non audiam.*

Osee 7. *Non clamauerunt ad me; sed vlulauerunt in cubilibus suis.*

Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum in cælum, (non voces tantùm, vt aliqui) Thren. 3.

Quæ habitas in hortis (virtutum;) *amici*, (id est, Angeli, & Sancti,) *auscultant* (te.) Cant. 8.

Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate: (nam tales quærit.) Ioan. 4.

Psallam spiritu, psallam & mente. Benè psallite ei. 1. Cor. 14. Psal. 32.

Immola Deo sacrificium laudis. Sacrificium laudis honorificabit me. Item 49.

Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Sept. *Reddemus fructum labiorum nostrorum.* attentam, nimirum, ac deuotam laudem: hunc fructum si reddas, fructus facis. Osee 14. Sept.

Hoc vt Choro assistentes faciant, hortatur Dauid, *Psallite*, inquit omnibus, *sapienter*; hoc est, vt ait Bernard. deuotionis feruore, qui est lingua animæ, spiritus degustare dulcedinem in Psalmo, &c. Psalm. 46. B Bernard.

Præuenerunt Principes, &c. O quàm reprehendunt negligenter accedentes Angeli præuenientes! Illi præueniunt: tu vix aliquando ad initium accedis? Item, qua modestia accedere debes: vbi te iam Angeli expectant, & quomodo accedas intuentur? ideò præuenerunt. Psalm. 67.

Sed, proh dolor! & Angeli mali præueniunt. Accipite ex Vitis Patrum. Quodam tempore nocte Dæmon in specie Monachi ad ostium cellulæ Sancti Macarij pulsauerat, dicens: Surge, Abba Macari, & camus ad collectam, vbi Fratres ad vigilias congregantur. Sed ille, qui gratia Dei repletus falli non poterat, intellexit, Diaboli esse fallaciam, & ait: O mendax, & veritatis inimice, quid tibi consortij quid tibi societatis est cum collecta, & congregatione Sanctorum? At ille: Latet ergo te, Macari, quòd sine nobis nulla collecta agitur, nullaque Congregatio Monachorum? Veni denique, & videbis opera nostra. Dixit autem Macarius: Imperet tibi Dominus, Dæmon immonde. Et conuersus ad orationem, petit à Domino, vt sibi ostenderet, si hoc verum esset, quod gloriatus est Dæmon. Abiit ergo ad collectam, vbi à Fratribus vigiliæ celebrabantur: & iterum in oratione Dominum deprecabatur, vt & veritatem verbi huius ostenderet. Et ecce vidit per totam Ecclesiam quasi paruulos quosdam pueros Æthiopes tetros discurrere huc, atque illuc, & veluti volitando deferri. Discurrentes autem illi Æthiopes pueri singulis quibusque Fratribus in oratione positis, atque psallentibus illudebant: & si cui oculos duobus digitis cópressissent, statim dormiebat; si cui verò in os immersissent digitum, oscitare eum faciebát. Vbi verò post Psalmum ad orandum se proiecissent Fratres, percurrebant iterum singulos; & ante alium quidem iacentem in oratione quasi in mulierum specie ferebántur: ante alium quasi ædificátes, atque portantes aliquid, aut diuersa quæque agentes apparebat; & quæcúque Dæmones quasi ludendo formassent, hæc orantes illi in cordis sui cogitatione versabant. A nonnullis tamé, vbi aliquid horum cœpissent, quasi vi quadam repulsi præcipites deiiciebantur, ita vt nec stare ante eos, aut transire auderent. Aliis etiam iuxta ceruices, & dorsa ludebant; quia non erant in oratione sua intenti. Hæc cùm vidisset Sanctus Macarius, grauiter ingemuit, & lachrymas profundens ad Dominum, dixit: Respice, Domine, & ne sileas, neque mitigeris, Deus, sed exurge, & dispergantur inimici tui, & fugiant à facie tua: quoniam anima nostra repletur illusionibus. Post orationem autem, examinandæ veritatis gratia, seorsum euocatis singulis quibusque In Vitis Patrum, p. 2. §. 39. Ruff. l. 3. num. 41. C D E

quibuſque Fratribus, ante quorum faciem viderat Dæmones diuerſo habitu,& variis imaginibus ludentes, requirit ab eis, ſi in oratione, vel ædificandi cogitationes habuerint,vel iter agendi,vel alia diuerſa, quæ vnicuique per Dæmones imaginata videtat. Et ſinguli eorum ita confitebantur in corde ſuo fuiſſe cogitationes, ſicut ille arguebat. Et tunc verè intellectum eſt, quòd omnes vanæ,& ſuperfluæ cogitationes, quæ vel pſallentibus,vel ſomniorum, aut orationum tempore occurrunt, quáſque vnuſquiſque in corde conceperit,illuſione,& inſtinctu Dæmonum fiant: ab his autem, qui omni cuſtodia ſeruant in timore, ac amore Dei cor ſuum, tenebroſi illi Æthiopes, & hæ, quas immittunt, cogitationes, repelluntur: Chriſto enim mens coniuncta, & præcipuè tempore orationis intenta,nihil malum, nihílque ſuperfluum recipit.

Apud Surium, 26. Mar. tom. 2. Felices, qui ita pſallunt, vt vni Deo ſe pſallere, ac vacare meminerint. Ex horum numero egregius ille Pſaltes, Monaſterienſis Epiſcopus, Lugderus nomine,fuiſſe perhibetur. Imperator Carolus Lugderum ad ſe pro quadam reipublicæ vtilitate euocari fecit. Qui cùm ſecundùm eiuſdem præceptum veniſſet, & iuxta palatium manſionem accepiſſet, primo ſtatim mane, miſſo ad eum Rex cubiculario, ipſum ad ſe venire præcepit. Ea ipſa hora perſoluendis, more ſolito,curſibus, cum ſuis inſiſtebat. Cùm, his expletis, ſe venturum nuncio reſpondiſſet, & hoc Regi ille retuliſſet, ſecunda quoque vice, & tertia ad eum accerſendum miſit. Sed ille diuinum Sacrificium cunctis aliis rebus anteponendum eſſe non ignorans, omninò venire diſtulit, donec cœptam pſalmodiam conſummaret. Qua finita, in conſpectu Regis dum veniſſet, & cur ad imperium ſuum venire contempſiſſet, interrogaret; ille vultu intrepido, mente conſtantiori: Ego, Imperator,inquit, tuum ſemper ita in omnibus præceptum exequendum putaui, vt tamen Deum tibi vtique præferendum non dubitarem,quem omnibus anteponendum omnes norunt,omnes fatentur.Hoc mihi præcepiſti,quando paſtoralis curæ ſollicitudinem mihi commendabas, vt Deo primùm ſeruiendum ſcirem: poſt hæc tuis conſequenter imperiis cognoſcerem eſſe obtemperandum. Hanc tui mandati authoritatem,hanc iuſtiſſimæ diſcretionis regulam ſecutus, Deum tibi,& cunctis in terra mortalibus præponendum non ambigo;nec tutum eſſe credidi, quod huic iuſſioni,& perſpicaciſſimæ rationi contrarium eſſet. Deo, non ad regiæ poteſtatis inhonorationem, & contemptum,(vt maleuoli criminantur,) ſed potiùs propter tuam ſalutem,quæ Deo debeam,excolere curaui;& ita conſequenter ad tuum expeditior ſeruitium veni. Hanc eius reſponſionem Rex optimus amplexus: Gratias,inquit,tibi ago,Epiſcope: quia qualem te eſſe credidi ſemper,talem te nunc fore expertus ſum. Nam aliqui quidem fuerunt, qui hoc tuum factum aliter interpretandum, & ad meam iniuriam retorquendum putarunt: ſed hos,vtpote tuæ ſanctitatis inuidos, minùs deinceps grauatos habebo;& nullius de cætero contra te accuſationem me auditurum, Deo volente, repromitto.Tu,vt hactenus feciſti,Dei ſemper operare voluntatem;& ſimul nobis deuotus,& fidelis pro noſtri imperij ſtatu orare memento.

D. Petr. Damian. ep. 14. ad Deſider. Abbat. c. 7. Audiant id, ac perpendant, qui leuiſſimis de cauſis à quibuſcunque euocati è Choro diſcedunt, quique nec Horas integrè, nec ſuo tempore perſoluunt: & audiant, quod mox ſubiicit; & perhorreſcant. Clericus quidam Colonienſis Eccleſiæ vadum fluminis tranſibat: & ecce Beatus Seuerinus, eiuſdem Eccleſiæ nuper Epiſcopus, equi eius habenas apprehendit, cúmque retinens ſiſtit. Cúmque ille in ſtuporem verſus, & grauiter admiratus, cur tam clarus illic, & tam celebris famæ vir moraretur, inquireret: Da mihi, ait, manum tuam; vt,quæ circa me ſunt,non auditu, ſed & tactu diſcas. Cúmque datam manum fluctibus impreſſiſſet; tantus eum ardor abſorbuit, vt vndique carnes eius reſolutæ defluerent, & oſſa nuda, vix hærentibus articulis, remanerent. Ad quem Clericus: Cùm nomen, inquit, tuum in tanta benedictione ſit apud nos, & fama tua conſonis totius Eccleſiæ præconiis celebretur, cur te peſtilens hæc vorago conſtringit, tantóque (proh dolor!) incendio cruciaris? Ad quem ſanctus Epiſcopus: Nihil aliud in me remanſit, ait, vltione plectendum, præter hoc tantùm: quia dum in aula regia conſtitutus imperialibus me conſiliis vehementer implicui, canonicæ ſynaxis officia per diſtincta horarum ſpatia non perſolui. Mane quippe ſimul omnia coaceruans, tota die negotiis ingruentibus ſecura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam Horarum, ardoris huius fero ſupplicium. Sed omnipotentis Dei clementiam,veſtique ſimul humiliter imploremus, vt manum tuam in priſtinæ ſalutis reſtituat ſtatum.Quod cùm fuiſſet factum: Vade, inquit, fili, obſecra Fratres noſtros Eccleſiæ clericos, & alios ſpirituales viros, vt pro me preces fundant, indigentibus ſubſidia perferant, Sacrificiorum votis inſiſtant. His enim peractis, ego mox de vinculo pœnæ huius indubitanter expediar, & expectantibus me beatorum ciuium choris lætus adiungar.

Horas canonicas intempeſtiuè perſoluens ob negotia, S. Seuerinus Epiſcopus, Purgatorij flammis aduritur.

Quàm multipliciter, & quàm facilè homo diſtrahatur.

PVNCTVM IX.

Multiplicata ſunt ſuper capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. Et, poteſt eſſe particula cauſatiua: quia cor meum dereliquit me; mens enim mea valdè leuis, multúmque inſtabilis, vaga, & profuga eſt, & ſine cuſtodia, cogitationes innumeræ, vanæ, & importunæ me diſtrahunt, & ducunt, vt ait Bernard. modò ad forum, modò ad litigia altercantium, nunc ad conuiuia pinguium, nunc ad immunda libidinum, *Cor mundum crea in me, Deus*, quoniam non ſolùm vana cogitatio illud occupat, & turpis inquinat; verùm & amara diſſipat: ſæpè nanque aliqua iniuria commotus, denſis cogitationum tumultibus in corde premor, hinc inde ſollicitus, & cæcus occaſionem vindictæ de accepta iniuria timor, conſilia multiplico, abſentibus contradico, intra memetipſum contumelias profero, & recipio; receptis autem duriùs reſpondeo, cúmque qui obuiet, nullus adſit, rixas in corde compono, inſidias inuidentium conſidero; & quid contrà iurgij mouere poſſim, penſo; exquiro, quid reſpondeam; & cùm rem nullam teneam, vacuus litigator elaboro; ſícque diem in otium, noctem verò in cogitationem verſo. *Multiplicata ſunt*

Pſal. 39.

D. Ber. de inter. domo, c. 30. & 54.

Pſal. 50.

ſuper capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. O quàm citò nos dereliquit! Huc, illúcque euolant cogitationes: imaginaria enim facultas post peccatum maximè inordinata relicta eſt, parúmque rationi ſubiecta: vnde ſæpè euenit, vt inſtar ancillæ profugæ circumierit, circumſpexeritque regionem, antequàm ſentiamus, vbi ſit. *Garrula, & vaga*, Hebr. *tumultuoſa, & quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis; nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos*, vel *iuxta omnes angulos*. quia, nimirum, quoquò ſe ingerunt, vbique adſunt. Bern. Si à domo mentis, vel ad momentum domina ratio diſcedit, quaſi abſente domina cogitationum clamor, & garrula ancillarum turba, multiplicat: vbi autem ratio ad mentem redit, vel ſi in ea ſtabilis, & fixa manet, omnis confuſio tumultuoſa quieſcit, & quaſi ancillæ ad iniunctum opus totæ cum ſilentio conuertuntur: oportet ergo, vt ratio domi maneat, ne cogitatio vagetur, rumorandáque turba cogitationum.

Prouerb. 7. Hebr. Alij.

Bern. quo ſuprà.

Cogitationes ſunt penè innumeræ. *Illic reptilia, quorum non eſt numerus*. mare, cor; reptilia, cogitationes. Bern.

Pſal 103. D. Bern. de inter. domo. c. 44.

Item: Nihil eſt corde meo fugacius: eſt enim vagum, & inſtabile, & omni mobili mobilius.

Cogitationes ſunt turba illa tumultuans.

PVNCTVM X.

D. Greg. 18. Mor. 28.

Diuus Gregor. Cùm ad cor veritas venit, priùs ab eo cogitationum carnalium æſtus eiicit, & pòſt in eo virtutum dona diſponit. Vnde cùm inuitatus Dominus ad ſuſcitandam filiam Principis duceretur, dicitur: *Et cùm eiecta eſſet turba, intrauit, & tenuit manum eius, & ſurrexit puella.* Foras ergo turba eiicitur, vt puella ſuſcitetur: quia, ſi non priùs à ſecretioribus cordis expellitur importuna ſæcularium multitudo curarum; anima, quæ intrinſecùs iacet mortua, non reſurgit: nam, dum ſe per innumeras terrenorum deſideriorum cogitationes ſpargit, ad conſiderationem ſui ſeſe nullatenus colligit.

Matth. 9.

O quàm maximas agebat Deo gratias Propheta pro ſilentio, tumultuanti huic turbæ indicto! *Benedictus Deus, qui ſubdit populum meum ſub me.* Sanctis quippe viris, ait D. Gregor. populi ſubiguntur, cùm ab eis cogitationes ſtultæ diſſiliunt, vt non per abrupta phantaſmatum rapiant, ſed rationi ſubditæ, à corde humiliter conquieſcant.

Pſal. 143. D. Greg. 26. Mor. 25.

Similiter ad illa verba Iob: *Qui ædificant ſibi ſolitudines.* practicè diſſerit de turba cogitationum, quam vnuſquiſque luxurioſus, iracundus, auarus, & ſuperbus intra ſe patitur. O populum immundarum cogitationum! ô turbam cogitationum turbatarum! ô quàm proſtratam mentem pede miſeræ frequentationis calcant! Alius iuri ſe luxuriæ ſubdit, atque ante mentis oculos ſchemata turpium cogitationum fingit; & cùm effectus non tribuitur operis, hoc crebriùs agitur intentione cogitationis. Voluptatis perfectio quæritur, & concuſſus eneruiter animus, hinc inde & ſollicitus, & cæcatus, occaſionem nequiſſimæ expletionis rimatur. Mens itaque quaſi quendam populum patitur, quæ inſolenti cogitationum tumultu vaſtatur. Alius iræ ſe dominio ſtrauit: & quid in corde, niſi iurgia, etiam quæ deſunt, peragit? Hic ſæpè (quod etiam puncto præcedenti à D. Greg. mutuatus dicebat Bernard.) præſentes non videt, abſentibus contradicit, intra ſemetipſum contumelias profert, & recipit; receptis autem durius reſpondet: & cùm qui obuiet, nullus adſit; magnis clamoribus rixas in corde componit. Turbam itaque hic intus ſuſtinet, quem pondus vehemens inflammatæ cogitationis premit. Alius iuri ſe auaritiæ tradit; & faſtidiens propria, aliena concupiſcit. Hic plerunque concupita adipiſci non valens, diem quidem in otium, noctem verò in cogitationem verſat: torpet ab vtili opere, quia fatigatur illicita cogitatione: conſilia multiplicat, & ſinum mentis cogitationum inuentionibus latiùs expandit: peruenire ad concupita ſatagit, atque ad obtinenda hæc ſecretiſſimos cauſarum meatus quærit. Qui mox vt in cauſa aliquid ſubtile inueniſſe ſe æſtimat; iam ſe obtinuiſſe, quod concupierat, exultat: iam, quid etiam adeptæ rei adiungat, excogitat; atque vt in meliori ſtatu debeat excoli, pertractat. Quam quia iam quaſi poſſidet, & quaſi ad meliorem ſpeciem adducit, mox inſidias inuidentium conſiderat; & quid contra ſe iurgij moueatur, penſat; & exquirit, quid reſpondeat; & cùm rem nullam teneat, iam in defenſione rei, quam appetit, vacuus litigator elaborat: quamuis enim nihil de concupita ceperit; habet tamen in corde iam fructum concupiſcentiæ, laborem rixæ. Graui itaquè populo premitur, qui inſtigantis auaritiæ tumultu vaſtatur.

Alius ſe tyrannidi ſuperbiæ ſubiicit; & cor miſerum, dum contra homines erigit, vitio ſubſternit. Honorum ſublimium infulas appetit; exaltari ſucceſſibus exquirit; totúmque, quod eſſe deſiderat, ſibi apud ſemetipſum in cogitationibus depingit. Iam quaſi tribunali præſidet: iam ſibi parere obſequia ſubiectorum videt: iam cæteris eminet: iam aliis mala irrogat; aliis, quæ irrogauerit, recompenſat. Iam apud ſemetipſum ſtipatus cuneis ad publicum procedit: iam quibus obſequiis fulciatur, conſpicit; qui tamen hæc cogitans ſolus remanet: iam alia conculcat, alia ſubleuat: iam de conculcatis ſatisfacit odiis, iam de ſubleuatis recipit fauores. Qui igitur tot phantaſmata cordi imprimit, quid aliud iſte, quàm ſomnium vigilans videt? Qui ergo tot rerum cauſas, quas fingit, tolerat; nimirum, interioſecùs natas ex deſideriis turbas portat.

Alius iam illicita refugit; ſed tamen bonis mundi carere pertimeſcit: conceſſa tenere appetit: videri inter homines minor erubeſcit: & curat ſummoperè ne inops ſit in domo, ne deſpectus in publico. Exquirit, quid ſibi ſufficiat, quid neceſſitas ſubiectorum petat, atque vt ſufficienter iura patronatus ſubditis expleat, patronos quærit, quibus ipſe famuletur: ſed, dum his familiariter iungitur, eorum proculdubiò cauſis implicatur, quibus ſæpè conſentit in illicitis; & mala, quæ propter ſemetipſum non appetit, committit propter alia, quæ non dereliquit. Nam ſæpè dum honorem ſuum in hoc mundo imminui trepidat; ea apud maiores perſonas approbat, quæ per proprium iudicium damnat. Is, dum ſollicitè cogitat, quid patronis debeat, quid ſubiectis, quid ſibi augeat, quid affectibus proſit; quaſi tanta

frequentia

frequentia turbarum premitur, quanta curarum importunitate laceratur.

Augst. Augost. O quæ turba phantasmatum! ô qui populi suggestionum?

D Greg. homil. 2. in Euang. Luc. 8. Sed, quid agendum ei, qui huiusmodi populos, turbasque patitur? D. Greg. ad illud Luc. 8. de cæco clamante, & magis clamante: *Iesu præceptor, miserere mei*. etsi turba præpediret. Sic, sic, ait, agendum illi, cui turba cogitationum est impedimento. Pergat clamare: *Iesu præceptor*, &c. non cesset, sed clamet, &c.

Item in Sap. *Vicit autem turbas* (cogitationum) *non virtute corporis, sed verbo* (Iesu) *illum, qui se vexabit* (Diabolum) *subiecit*.

Digressio de Cogitationibus.

Repugnandum malis cogitationibus, nec permittenda mora.

PVNCTVM XI.

D. Hier. epist. ad Demetriadem. Diuus Hieron. Nequissimi hostis est illa vel prima calliditas, & ars doli plena, fatigare cogitationibus rudes animas:& nouellis in proposito mentibus solet tam sordidas nonnunquam, & impias cogitationes inserere menti, vt qui tentatur (dum suum illud putat esse, quod cogitat) deteriorem se per spiritum immundum proposito suo arbitretur effectum; multòque potiorem animum habuisse se credat, cùm adhuc res sæculi amaret; propter quod maximè sanctarum Scripturarum studium diligendum est, illuminanda diuinis eloquiis anima, & coruscante Dei verbo Diaboli repellendæ sunt tenebræ. Est autem tutissimum, atque perfectum, vt assuescat animus sollicita semper, peruigilique custodia discernere cogitationes suas, & ad primum animi motum vel probare, vel reprobare, quod cogitat: vt vel bonas cogitationes alat, vel statim extinguat malas. Hinc nanque est fons boni, & origo peccati, omnísque ingenûs delicti in cogitatione principium est, quæ vnunquodque opus, velut in quadam cordis tabula, depingit, antequàm faciat. Ibi ergo maximè oportet obsistere peccatum, vbi nasci solet; statimque ad primam tentationis repugnare faciem; & malum, antequàm crescat, extinguere.

Idem epist. ad Eust. virg. Psal. 136. Idem est conceptus ad Eustochium: Nolo, inquit, sinas cogitationem crescere: dum paruus est hostis, interfice: ne zizania etescant, elidantur in semine. *Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram*. quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem; ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui, vt cœperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, & allidit ad petram: *Petra autem erat Christus*.

1. Cor. 10. D. Bern. ser. de tripl. gen. cogit. Distinguit Bernard. tria cogitationum genera. Nonnullæ, inquit, cogitationes sunt penitus otiosæ, & ad rem non pertinentes, quas tam facilè abiicere, quàm recipere facilè possit anima, dummodo sit secum habitans in corde suo, & assistens Dominatori vniuersæ terræ. Sunt & aliæ cogitationes violentæ maximè, & fortiùs adhærentes, quæ, videlicet, ad necessitates naturæ pertinent; & quasi ex eodem desumptæ limo, de quo & nos facti sumus, si paululùm insederint, auelli nequeunt sine læsione, & difficultate: sæpe enim sic afficit nos carnalis cogitatio de cibo, de potu, siue vestimento, vt vix eradicari queant de cordibus nostris: quod non aliunde est, nisi quia & ipsa limosa, atque viscosa quodammodo, limosam nihilominùs, & glutinosam inuenit terram. Quid ergo agendum, cùm limosa illa cogitatio mentem subierit? Planè exclamandum cum Sancto Iacob, atque dicendum: *Ruben, primogenitus meus, non crescas: ascendisti enim cubile patris tui*. Ruben enim & carnalis, atque sanguinea huiusmodi concupiscentia est, quæ tunc cubile nostrum ascendit, cùm non solùm memoriam tangit cogitatione, sed & ipsum voluntatis stratum ingreditur, & polluit praua delectatione Benè autem primogenitus noster dicitur appetitus ille carnalis: quia ab ipso, nimirum, initio vitæ nostræ in nobis pullulat. Oportet ergo reprimere, quem extinguere non possumus, appetitum, vt quàm citò cubile nostrum ingreditur, crescere eum nullatenus patiamur: sed sub nobis sit, sicut dicit Scriptura: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius*. Genes. 49. Genes. 4.

Iam verò tertium cogitationum genus immundum nimis, ac fœtidum est, quod nec admittere quidem vlla ratione debemus: sed à longè præsentire fœtorem, & tota virtute repellere, toto animo propulsare; lacrymis, atque suspiriis inuocare Spiritum Sanctum, vt adiuuet infirmitatem nostram. Sic, nimirum, confusus abscedens, non tam facilè deinceps simile aliquid viriliter resistentibus nobis malignus hostis afferre, vel offerre præsumet.

Sed adhuc optimè de cogitationibus ad sororem: Soror charissima, audi ea, quæ Dominos ait per Isaiam Prophetam: *Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis*. Sicut vipera à filiis suis in ventre adhuc positis occiditur: ita nos occidunt cogitationes nostræ intra nos enutritæ; quia consumunt animam nostram veneno viperino. Moneo te, vt cor tuum cum omni studio custodias: quoniam ibi est initium boni operis, aut mali: vnde scriptum est: *Omni custodia serua cor tuum: quoniam ex ipso vita procedit*. Audi, quid Sponsus in laudibus Ecclesiæ dicat in Cant. Canticorum: *Coma capitis tui, vt purpura Regis vincta canalibus* Purpura per fasciculos in canalibus ligator, super quos dum aqua proiicitur, per canales ad vestem, quæ supra est, currit, vt vestis tingatur, & inde nomen accipit, vt tincta colore purpureo, purpura vocetur: quæ omnia sanctæ menti congruunt: comæ quippe capitis sunt cogitationes mentis, quæ in canalibus ligantur, quòd in Scripturis diuinis, ne inutiliter fluant, stringuntur. Quando titillat mala cogitatio, non sinas eam manere in corde tuo: quacunque hora venerit, expelle eam. Quàm citò apparuerit scorpio, contere caput eius: contere caput serpentis, id est, malæ cogitationis. Caput serpentis conteritur quando ibi culpa emendatur, vbi nascitur. Idem ser. 49. ad foror. Isai. 1. Prou. 4. Cant. 7.

Sic alibi: In initio cogitationis iniquæ resiste, & fugiet à te. Cogitatio praua delectationem parit; delectatio consensum; consensus actionem; actio consuetudinem; consuetudo necessitatem; necessitas mortem. Dæmonum est malas cogitationes suggerere; nostrum est illicò illas expellere: nam in animo nostro eas iacere, nostræ deputatur culpæ: cogitatio enim immunda mentem non inquinat, cùm pulsat: nisi cùm hanc sibi per delectationem subiugat. Idé in tract. de inter. domo.

Quod ne cuiquam accidat, quàm citiùs fieri

poteſt, expellendæ ſunt malæ cogitationes, cauendúmque pro viribus, ne irrepant in animum. In Deut. *Caue, ne ſubrepat tibi impia cogitatio.* Vel à ſubreptione pro poſſe cauendum eſt.

Deut. 15.

At, quid obeſſe poteſt neglecta aliqua ſubreptio, vel praua cogitatio? *Fur ingreſſus eſt ſpolians, latrunculus foris*; neglectus, ſcilicet, & non expulſus, in cauſa eſt totius damni, & ruinæ. *Venerunt latrones, & fecerunt ſibi viam per me.* Vbi Gregor. Latro inſidians, cogitatio praua, cui ſi mens per conſenſum blanditur, omnes animæ diuitias, omnes virtutes diripit, viámque omnibus vitiis aperit.

Oſeæ 7. Iob 19.

Ante ruinam mala cogitatio. Non aggreditur infernalis hoſtis nudata fronte; ſed ex inſidiis, & proditoriè. De Gaio Pompeio narrat Sextus Iulius, cùm infeſtos haberet Tucenſes, nec eos ſuperare poſſet, petiiſſe, vt ægros aliquot, ac languentes interim apud ſe reficit patterentur: fortiſſimis deinde habitu languentium miſſis, nec ab illis expulſis, ſed admiſſis, ciuitatem occupaſſe. Hoc eodem ſtratagemate vtitur inimicus, qui cùm infeſtos habeat Dei ſeruos, nec apertis eos valeat congreſſibus ſuperare, dum operum ſuggeſtiones patentes non admittunt; debiles, & quaſi languentes cogitationes immittit, quas dum illi, vt parum noxias, intra ſe patiuntur, ſenſim arcem mentis amittunt. Claudendæ erant omninò fores vanæ illi cogitationi, quæ ſub ſpecie languoris admiſſa eſt.

Prouerb. 16. Sext. Iul.

B

En damnum vanæ cogitationis, curioſæ cogitationis, inutilis cogitationis. Nihili facit ille inutilem cogitationem: quid mirum? damnum, ac periculum non intelligit. Sed audiat Dominum per ſuum Prophetam comminantem: *Væ, qui cogitatis inutile.* D. Hier. notat in ſacra Scriptura, *Væ*, interitum æternum ſignare. Sic D. Greg. huiuſmodi comminationem, Inferni comminationem eſſe. Quî fieri poteſt, vt inutile cogitanti fiat tam grauis comminatio? Ab inutili, ſcilicet, cogitatione paulatim deuenitur ad iniquam cogitationem.

C

Mich. 2. D. Hier. in 2. Com. Amos. D. Gregor. hom. 9. in Ezec.

In Iſa. *Cogitationes eorum, cogitationes inutiles.* Pagn. *Cogitationes eorum, cogitationes iniquæ.* Sept. *Cogitationes eorum, cogitationes de homicidiis.* Incrementum animaduerte, vt creuerunt? Ad Babylonem: *Deſcende in puluere.* & mox quaſi per gradum: *Sede in terra.*

Iſa. 59. Pagn. Sept.

De radice colubri egredietur regulus, & ſemen eius abſorbens volucrem. Hoc eſt, de mala cogitatione malus conſenſus; & quod inde ſequitur malum opus, abſorbens, ac interimens animas, quæ anteà virtutum pennis in ſublime ferebantur.

Iſa. 14.

D

Secundùm Sept. in Eccl. Quia non fit contradictio ab his, qui faciunt malum citò: ideò repletum eſt cor filiorum hominum in ipſis, vt faciant mala.

Eccl. 8. Sept.

In Prou. *Qui confidit in cogitationibus*, (vlteriùs non tranſibunt, ſolùm vanæ ſunt, &c.) *impiè agit.* (in præſenti.) Græc. *impiè aget.* (in futuro.)

Prouerb. 12. Græc.

Idcircò non permittenda mora cogitationum. Etſi per ſubreptionem, vel nolenti ex conditione naturæ; etſi per immiſſionem per Angelos malos in mentem veniant malæ cogitationes; mora tamen nulla toleranda eſt. Diſputans Auguſt. de immiſſa prima illa cogitatione per calliditatem ſerpentis in mentem Euæ, inquit: Noſtrum non eſſe viſis non tangi; ſed liberum eſſe ingeſtam cogitationem, ac ſenſum reſpuere, aut viſis affici, & cogitationi conſenſum præbere: debuit Eua non conſentire, etſi non potuerit non ſentire: illud verum eſt, iſtud nequaquam.

E

D. Aug. 3. de lib. arb. 25. Geneſ 3.

In cuius rei allegoriam permiſſum erat Iudæis, vt gentes eorum fines tranſirent, non tamen vt intra fines morarentur. Sic & connubia cum alienigenis fuerant illis interdicta. Connubium cum peccato init, qui in mente patitur morari cogitationem, vnde plurimi malorum operum naſcuntur filij.

Num. 18. Deut. 7.

In matutino (D. Hieron. id eſt, ſtatim) *interficiebam omnes peccatores terræ*; ſcilicet, cogitationes, quæ ad peccata nos prouocant, de quibus Saluator: *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.* Hæc ſunt peccatores, hoc eſt, quæ nos faciunt peccatores, quæque de ciuitate noſtræ mentis ſtatim diſperdere debemus. In matutino, tempeſtiuè, ſtatim eliminandæ, exterminandæque malæ cogitationes. Sic Camp. in Paraph. Vt extermineritur de ciuitate Domini, hoc eſt, vt extra terminos agantur, nec permittantur intra terminos commorari.

Pſal. 100. Matth. 15. Camp.

Huc facit, quod obſeruat Greg. Dominum præcepiſſe Leuitis, vt raderent pilos, non vt euellerent. Quo daretur intelligi, ſuperfluas cogitationes amputandas quidem eſſe; fundiùs tamen amputari non poſſe: quia ſemper caro ſuperflua generat, quæ ſemper ſpiritus ferro ſollicitudinis præcidat: vnde ſtatim ac naſcitur mala cogitatio, eſt adhibenda nouacula; nec permittendum, vt pili concreſcant.

Num 8. D. Greg. 5. Mor. 23.

Dolat Dominus per os Prophetæ, non quòd in mentem veniant malæ cogitationes; ſed quòd morentur: *Vſquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ?* Vbi Greg. non reprehendit, cur veniant; ſed cur morentur: etenim in bona corda cogitationes illicitæ veniunt; ſed morari prohibentur; ſtulti, nempe, eas abiicere neſciunt: vnde in Eccl. dicitur: *Præcordia fatui quaſi rota carri, & quaſi axis verſatilis cogitatus illius.* Rem quippe cogitat, ac recogitat; eandémque centies, ac millies in mente reuoluit. *Et quaſi axis verſatilis cogitatus illius.*

Ierem. 4. D. Greg. 17. Mor. 19. Eccl. 33.

Quid mirum, quòd in opus erumpant? *Væ, qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus veſtris.* Malum in cubilibus ſuis operantur, inquit Rup. qui eiuſmodi ſunt, vt non ab aliquo inducantur; ſed proprio de corde malum confingant. *Dixitque Ieroboam in corde ſuo*, &c. Cogitant ergo, & in cogitationibus morantur, quid inde? In luce matutina faciunt illud, id eſt, cogitationes moroſæ nocturnæ ipſo mane in ipſo opus erumpunt.

Mich. 2. Rup. ibid. 3. Reg. 12.

Applicauerunt quaſi clibanum cor ſuum. Quid mirum? Cœperunt furere à vino; hoc eſt, fomitem admiſerunt luxuriæ. Sic Rup. & Haymo: malis cogitationibus, nimirum, ſuccenderunt cor ſuum ad inſtar clibani. Tota nocte dormiuit, (piſtor Inferni quaſi ſecurus,) coquens eos: iam igne malæ cogitationis immiſſo, mane ipſe ſuccenſus, quaſi ignis flammæ. O quàm verum! Voluit ille, ac reuoluit in mente turpia: libidinis calore inflammatur; in matutino autem opus nefarium perficit. *Applicauerunt*, &c. Hebr. *Applicuerunt ad malè cogitandum.*

Oſeæ 7. Rup. & Haym. ibid. Hebr.

Chryſoſt. ad illa verba Matth. 5. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis.* Qui ſtudet, inquit, elegantes facies inſpicere; ipſe præcipuè ſibi fornacem iſtius paſſionis accendit, & captiuam faciens animam, ad opus quoque celeriter adducit, proptereà non dixit: Qui concupiuit ad adulterandum; ſed, *Qui viderit ad concupiſcendum.*

D. Chryſ. homil 17. in Matth.

D. Greg.

D. Greg. in 1. Reg. 15. Hebr.

A D. Greg. More ignis libido succenditur, & si negligenter extinguitur, adiacens stipula velociter inflammatur. Dispergatur ergo ignis: in frusta concidatur Agag, (quod est meditans, phantasmata nimirum, lasciuiæ,) & custodiatur mens, vt immundas cogitationes dispergat: ne vnam alteri adhærere permittat: quia, cùm agere non possit, vt innoxia nunquam cogitet; agat, quod potest, vt statim cogitationem eiiciat: sic quasi ignem maximum in carbones singulos, & velociter diuidit, & celeriter extingoit, si omnes cogitationum flammas sic separat, vt coniungi in mente, neque per negligentiam, neque per desiderium sinat.

Exod. 1.

Vt calliditate sua huc benè peruenit Pharao, dum mares Hebræorum vix natos suffocare curauit! Præuidebat, nimirum, bellum sibi ineundum, non cum infantibus diuisim; sed cum tot futuris B viris bellicosis. Suffocemus, quotquot nascuntur mares, inquit Pharao, nec adolere sinamus. Sio, sic & nobis mysticè, sanctéque faciendum, quod impiè ille facere cogitauit: dum parui sunt motus, &c.

1. Reg. 14. D. Greg.

Hoc idem Gregor. ad illa verba: *Pepercit autem Saul optimis gregibus, & armentis.* Cogitationes, libidinum greges, & armenta dicuntur: quia, & innumeræ sunt, & de contemplatione immunditiæ in reprobo corde pascuntur. *Nec voluerunt disperdere ea.* q. d. possent disperdere, si voluissent: nam nihil faciliùs, quàm libidibo vincitur, si omnis immunda cogitatio deuitetur: tantóque faciliùs de- C perdi potest, quantò vnusquisque cogitare alia, quàm carnis oblectamenta, potest: quia enim duas simul res imaginari non possumus; dum quicquid est aliud cogitamus, cogitare immunda oon possumus. Celer ergo, & facilis victoria libidinis est, circunspectio cogitationis, &c.

Exod. 1. D. Bern. serm. 34 par.

Nimis certè elaborat hostis noster, vt malas ingerat cogitationes. D. Bern. ad illa verba Exod. *Producebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris.* Sub iugo Pharaonis, ait, fiunt lutea opera, id est, dissoluta, & sordida: ab ipso dantur paleæ, id est, leues cogitationes. Paleatum est leuiter accendi, & in momento consumi: sic & malæ cogitationes, à Diabolo immissæ, citò in mentibus no- D stris accenduntur, carnis mollitie consentiente: sed, si viriliter studeamus resistere, Deo iuuante, protinùs extingountur. Paleis accensis coquebatur lutum, & solidabatur in lateres: & prauæ cogitationes, quæ sunt lutum, paleis delectationis accenduntur, quæ cùm transeunt in actum, tunc coquuntur: cùm verò ducuntur in consuetudinem, tunc solidantur.

Genes. 3. D. Greg. 21. Mor. 2.

D. Gregor. ad id, quod serpenti dictum est: *Pectore, & ventre repes.* Serpens, ait, pectore repit, quando eos, quos in opere luxuriæ non valet, polluit in cogitatione. Qui verò luxuriam actione perpetrat, huic serpens repit ex ventre. Vbi connexio notanda est, pectore, & ventre: nam quisquis immundus repit pectore, mox repet & E ventre.

Eccl. 10. Hebr.

Hinc malæ cogitationes, *Musca morientes*, vel *musca moritura*, aut, *musca mortis* dicuntur; nimirum, ab effectu, quòd mortem inferant, nisi sedulò abigantur: si enim mala cogitatio animo insederit ad aliquam moram, citò aculeum infigit, & sanguinem elicit, id est, ad consensum, titillante delectatione, pertrahit, &c.

Orig. hom. 53. in Num.

Huc spectat Origenis obseruatio de filiis Israël, qui postquàm obtinuerunt ciuitates Amorrhæo- A rum, ascenderunt viam, quæ ducit Basan. Sed ad Regem Basan, inquit Orig. neque Legatos mittere dignantur, neque petere ab eo, vt per terram eius liceat transire; sed continuò confligunt cum eo, & superant tam ipsum, quàm populum suum. Basan interpretatur turpido: meritò ergo nec Legati mittuntur ad istam gentem, nec transitus poscitur: nullus enim transitus nobis debet esse ad turpitudinem; sed ab initio statim expugnanda: *Vt non relinquatis*, ait, *ex eo viuentem.* Nullum ergo à filiis Israël oportet reliuqui in regno turpitudinis viuentem.

Hebr.

Genes. 6.

Hoc olim in figura ab ipso Deo peractum est: nam *Videns Deus, quòd multa malitia creuisset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad ma- B lum omni tempore, Delebo, inquit,* &c. Vbi Chrys. Magna horum verborum emphasis: non dicit, aliqua cogitatio, vt diuerterent quandoque ad bonum; sed, cuncta cogitatio; *& cordis*, inquit, *cogitatio.* q. d. non ex surreptione, sed ex corde cogitabant; & hoc omni tempore, id est, per singulas horas, in hoc studium suum collocabant; nec semel, & iterum, vel fortuitò, sed omni tempore. Quid autem post has cogitationes? *Omnis caro corruperat viam suam.* O quot his persimiles, qui omnem cogitationem cum omni aduertentia intentam habent ad malum, omni tempore! per singulas etenim horas turpem illam cogitationem aduitiunt, eandem voluunt, reuoluunt, &c. Quid igitur agendum? Nullum oportet relinqui C in regno turpitodinis viuentem, aquis sacrarum Scripturarum carnales hæ omnes suffocandæ sunt cogitationes.

D. Chrysost.

Adrian. 4. q. de Euchar. §. Per hæc in resp ad 4. Caietan. in sum. v. Delectat. Sylu. Ang. Tabien. Armil. v. Delectat. Nauar. in Man. c. 11. num. 12. Alex. p. 2. q. 118. D. Th. 1. 2. q. 74. a. 8. D. Bonau. 2. d. 24. p. 2. Ric. ead. d. art. 4. Sot. de dist. cri. pec. l. 8. Vasq. . 2. disp. 108. Azor. p. 1. l. 4 c. 6. D. Aug. 12. de Trini. c. 12.

Rem igitur paucis perstringamus; subitò reiiciendam malam cogitationem, nec in ea morandum. Senserunt aliqui, tum Theologi, Adrian. & Caiet. tum Summistæ, Sylu. Ang. Tabien. Armil. Nauar. hominem non teneri ad repellendam malam cogitationem, si absit periculum consensus in eam; sed posse eandem pati, ac tolerare in mente, vt quid naturale, etiam cum aduertentia eiusdem cogitationis. Opinioni huic tanquàm animarum offendiculo, multò plures, grauésque Theologi aduersantur, Alex. Alens. D. Thom. D. Bonau. Richard. Petrus Sotus, Greg. de Val. Vasquez, Azor. D & alij, communiter tenentes, quemlibet obligari, vel citra periculum consensus, ad expellendam malam cogitationem; nec fas esse cum aduertentia immorari in cogitatione rei ex genere malæ, & præsertim venereæ: ea nanque connexio est, vt ait D. Thom. voluntati, cum appetitu sensitiuo, vt naturaliter in ipsa sequatur appetitus, delectatio, & inclinatio ex delectatione circa eadem, nisi voluntas repugnet, & obsistat. Quare eo ipso, quòd non repugnat, cùm possit, & aduertat; delectatione consentit, ac proinde peccat: cogitatio enim, & delectatio consurgens est, vt supponimus, de obiecto moraliter malo. Clarè id asserit August. Cùm sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda; tenens ta- E men, ac voluens libenter, quæ statim, vt attigerunt animum, respui debuerunt; negandum non est, esse peccatum. Cum his ergo tenendum Auctoribus, non autem cum illis, ex quorum opinione magnus pateret aditus libidini, si nulla esset obligatio respuendi illicitam cogitationem, sed in ea, vel cum aduertentia, immorari liceret.

Psal. 17.

Expellendæ sunt igitur malæ cogitationes, quas eousque expellere debemus, quousque penitùs, penitúsque discedant. *Persequar inimicos meos, &*

comprehendam illos: & non conuertar, donec deficiant. A Nonnulli enim, dum perfectè cogitationes non expellunt à finibus animi, sed sat esse putant in fugam vertisse, opinantes ex se, & nullo impellente, exituras à finibus; ab immorantibus, vel reuertentibus sauciantur, *Non conuertar, donec deficiant.*

Psal. 34.

Pagn.

Bonum his remedium ex Propheta: *Cum mihi molesti essent, induebar cilicio: humiliabam in ieiunio animam meam.* Pagnin. *Inuocabam nomen Domini mei* (Iesu.)

Bonum, mox subortam malam cogitationem signo Crucis, veluti titione, fugare; nec ei vllo modo blandiri, aut moram permittere.

Palad. c. 46. & Ruffin. apud Rosvveydũ, l. 5.

O quàm id bonum fuisset illi, in Vitis Patrum, inanem, videlicet, primùm superbiæ cogitatiunculam respuere; & posteà in subsecuta luxuriæ cogi- B tatione non immurari! Quidam Monachus fuit, qui in eremo, quæ præ cæteris interior erat, habitabat. Hic dum plures annos in abstinentia perdurasset, & prouectus tempore propè iam ad senilem venisset ætatem, omni virtutis flore adornatus, ac totius continentiæ magnitudine sublimatus; cùm in orationibus, & hymnis sedulè Deo deseruiret, tanquàm emerito militi suo Dominus remunerationes parat, vtpote qui in corpore adhuc positus, incorporeæ vitæ officiis fungeretur, ad instar Angelorum, qui dignum indicarunt annonam cælestem præbere ei in deserto, qui cælestem Regem peruigilibus præstolabatur excubiis. Volens ergo Deus, etiam in hoc sæculo, remunerare eius fidele propositum, ad prouidentiæ suæ sollicitudinem C eius quotidiani victus reuocat curam. Vt enim cibi vsum poposcisset naturæ necessitas, ingrediens speluncam suam inueniebat mensæ panem superpositum miræ suauitatis, mirique candoris; ex quo refectus, & gratias diuinæ præstantiæ referens, rursus ad hymnos, & orationes conuertebatur. Ad quem multæ etiam reuelationes, multæque de futuris rebus à Deo præmunitiones fiebant. In his ergo talibus ac tantis profectibus positus, quia gloriari quasi de meritis suis cœpit, & cælestis beneficij munus, vitæ suæ meritum duxit; continuò

Vnde lapsus cœperit.

subintrat eum parua quædam desidia animi, tam D parua, quam nec posset aduertere. Post hæc creuit maior negligentia, ita vt tardior iam fieret ad hymnos; sed & ad orationem pigriùs surgeret: psalmi quoque ipsi, non ea, qua priùs, vigilantia, ab ipso canerentur. Sed, vbi parum quid exhibitum fuisset solito ministerij, anima eius, quasi nimio labore fatigata, & impedita, requiescere festinabat: quia sensus eius reprobus effectus, de superioribus ad inferiora corruerat, & cogitationes suæ

Quid morosæ cogitationes effecerint.

per diuersa eum præcipitia rapiebant: erat enim iam in corde eius clandestina quædam, & turpis, ac nefanda cogitatio: consuetudo tamen prior,

Quanta sit vis bonæ consuetudinis.

veluti si decursus aquæ, etiam cessante remigio, adhuc ex priore impetu nauigium ferat; iis verus institutio ad consueta hominem officia trahebat, E ob quam causam, & stare adhuc in suo statu videbatur. Hic ergo cùm post orationes cibum solitò requisisset ad vesperam, ingressus eum locum, in quo refici consueuerat, inuenit solitò panem mensæ superpositum, ex quo refectus, nihil de eorum, quæ in corde suo versabantur, emendatione curauit; neque immutationis suæ damna persensit; & spernentem se minima paulatim casurum non intellexit.

Progressus morosæ cogitationis.

Intereà, cùm graui iam libidinis incendio stimularetur, & inflammatus turpi concupiscentia, raperetur rursus ad sæculum: illa interim die co- A hibuit se, & solita hymnorum, & orationum ministeria ex more persoluit: atque ingressus vbi cibum sumeret, panem quidem inuenit mensæ superpositum; sed aliquantulò sordidiorem. Admiratus est, & tristis effectus: intellexit enim, quòd ipsum respiceret hoc genus monstri: tamen cibo sumpto refectus est. Die tertio triplicatis vrgeri stimulis cœpit: occupauerat enim cogitationes eius, quasi iam præsentis, & secum positæ, secúmque accumbentis imago mulieris, quam & complecti sibi videbatur, & ad turpes vsus habere substratam. Procedens tamen, & sequenti die ad solita psallendi, & orandi officia, stabat vagus oculis, & mente captiuus. Cúmque solitò ingressus ad vesperam requireret cibum, panem quidem inuenit super mensam; sed sordidissimum, atque ari- B dissimum, & quasi à muribus, & canibus vndique corrosum. Tunc ille, vt hoc vidit, ingemuit, & lacrymas fudit: sed non ita ex corde, nec ita vberes, quæ possent flammam tanti ignis extinguere. Veruntamen sumit cibum, sed neque quantum volebat, neque qualem solebat: cùm interim cogitationes eum, tanquàm cohors barbarica, vndique circumuallant, & omni ex parte in eum tela iaculantur, ac vinctum, captiuúmque eum ad sæculum retrahunt. Exurgens ergo cœpit iter agere noctu per eremum, & tendere ad ciuitatem, &c.

O historiam terroris plenam! Verè, verè *Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam mala cogitatio.* Prouerb. 16. iuxta Sep.

C

Malæ cogitationes detegendæ.

PVNCTVM XII.

MAlignus, inquit Salomon, *nocet, cùm se commiscuerit iusto*, id est, Diabolus decipit, (ita glossat Cassianus,) cùm fuerit colore sanctitatis obtectus. Subdit: Odit autem sonum tutelæ, id est, discretionis vim, quæ de seniorum verbis, ac monitione procedit. Prou. 11. secũdùm Sep. Cass. coll. 1. c. 20.

D Iob de Diabolo: *Sub vmbra dormio in secreto calami.* Caiet. *In secreto prauarum cogitationum.* Iob 40. Caiet.

Item in Eccl. secundùm Sept. *Si momorderit serpens non in sibilo, non est abundantia incantatori.* Cass. Id est, si per confessionem suggestio, seu cogitatio diabolica incantatori cuiquam, spirituali, scilicet, viro, qui carminibus Scripturarum mederi promptus vulneri, & extrahere de corde consueuerit noxia venena serpentis, patefacta non fuerint; succurrere periclitanti, perituróve non poterit. Eccl. 10. Sept. Cass. coll. 2. c. 11.

Idem in Coll. Abbatis Serapionis de marcore patefactarum cogitationum, & de periculo propriæ confidentiæ, exemplum illud portat adolescentis illius, inter Monachos, à quo exactor gulæ quotidie, vice laterũ, paxamacij furtum exigebat, E in quo posteà interiùs tantoperè cruciabatur: qui cùm adfuisset collationi illi, in qua Sanctus Abbas de occultarum cogitationum dominatione disseruit, earúmque naturam, & atrocissimam vim quam haberent, donec celarentur, exposuit, (sunt hæc verba Cassiani notanda,) collationis illius virtute compunctus, tentationem detexit. Mirabile dictu! Ita est, inquit iuuenis, in me confessionis huius virtute dominatio illius tyrannidis extincta, atque in perpetuum consopita; vt nunquam mihi ne memoriam quidem concupiscẽtiæ, huius vlteriùs tentauerit inimicus ingerere, nec Idem.

me post hæc aliquando pulsatum fortius illius desiderij instigatione persensêrim.

Apud Rosweyd. l. 5. num. 37. In Vitis Patrum: Quidam frater impugnabatur a spiritu blasphemiæ, & erubescebat dicere: & quoscunque audisset magnos senes, pergerebat ad eos, vt illis declararet: sed mox eùm peruenisset, iterum verecundabatur illis dicere. Cùm ergo frequenter ad Abbatem Pœmenem veniret, vidit eum senex habentem cogitationes, & dixit ei: Ecce frequenter venis ad me, habens cogitationes, & sic iterum remeas tristis, tecum illas reportans: dic ergo mihi, fili, quid habes? At ille dixit: In blasphemia impugnat me Diabolus, & erubescebam dicere. Et mox vt aperuit causam, leuior impugnatio eius apparuit. Et dixit ei senex: Non contristeris, fili. Quando hæc cogitatio ad te veniet, B dic: Ego causam non habeo: blasphemia tua super te sit, Satana; hanc enim causam anima mea non vult. Quæcunque autem causam anima non voluerit, non diu permanebit: & ita sanus factus Frater ille discessit.

Apud eundem l. 5. n. 13. Item: Alius Frater stimulatus est à fornicatione: & surgens nocte perrexit ad senem, & dixit ei cogitationem suam: & consolatus est eum senex. Ex qua consolatione proficiens, reuersus est in cellam suam. Et ecce iterum spiritus fornicationis tentauit eum. Ille autem iterum abiit ad senem. Factum est autem hoc frequenter. Senex verò non contristabat eum; sed loquebatur ei, quæ ad vtilitatem ipsius pertinerent, dicens: Non concedas Diabolo, nec relaxes animum tuum; sed magis quoties molestus est Dæmon, veni ad me, & increpatus abscedet. Nihil enim sic extædiat Dæmonem fornicationis, quomodo si reuelentur stimulationes eius. Et nihil eum sic lætificat, quomodo si abscondantur cogitationes. Venit ergo Frater ad senem vndecies accusans cogitationes suas: & tandem quieuit stimulus fornicationis ab eo.

Matth. 8. Leuit. 13. *Vade ergo, vade, & ostende te Sacerdoti*: vt Deus iusserat, veste dissuta, & detecto capite: hoc est, ita vt cor (sic dixerim) intueatur: vt omnes cogitationes intelligat: vt etiam, antequam ad eum peruenias, (adeò id placet Deo,) quandoque munderis.

Cogitationes examinandæ.

PVNCTVM XIII.

Cassian. c. 19. & 20. CVm tria nostrarum cogitationum possint esse principia, vt inquit Cass. diuinum, ex Deo, ex Diabolo & ex nobis; oportet nos iugiter observare, & sagaci discretione discutere origenes earum, & causas, & authores, vt quales nos eis præbere debeamus, ex illorum merito, qui eas suggerunt, considerare possimus, vt efficiamur, secundùm præceptum Domini, probabiles trapezitæ, quorum summa peritia est, ac disciplina probare, quodnam sit aurum purissimum, &, vt vulgò dicitur, obrizum, quodve sit ignis purgatione minus excoctum; æreo quoque, vilique denario si pretiosum numisma sub colore fulgentis auri imitetur prudentissima discretione non falli, & non solùm numismata Tyrannorum vultum exprimentia sapienter agnoscere; sed etiam illa, quæ sunt veri quidem Regis imagine, sed non legitimè figurata, peritia sagaciore discernere: deinde, ne quid illis à legitimo pondere diminutum sit,

A censura trutinæ diligenter inquirere, &c.

Idem c. 21. Erimus ergo probabiles trapezitæ, si quicquid agendum cogitatio nostra suggesserit, omni scrupulo retractantes, atque in nostri pectoris trutina collocantes, æquilibratione iustissima perpendamus, an plenum sit honestate communi, an Dei timore sit graue, an integrum sensu, an humana ostentatione, aut aliqua nouitatis præsumptione sit leue, si meriti eius pondus inanis imminuerit, vel arroserit gloria; & sic ea protinus ad examen publicum trutinantes, id est, ad Prophetarum, & Apostolorum testimonia conferentes, vel tanquam integra, atque perfecta illisque consilibrantia suspiciamus, vel tanquàm imperfecta, atque damnosa, nec illorum ponderi consonantia, omni diligentia refutemus.

Luc. 1. Sit nobis exemplo Sanctissima Virgo. Nónne hæc subtilissima trutina cogitationes perpendit? Audiamus Euangelistam: *Et cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Cogitabat, vtrùm diuina, an à Dæmone, inquit Euthym. licèt cogitasse potiùs dicenda sit ex profundissimæ humilitatis sensu; cùm lucis Angelum purissimis, vt solebat, oculis mox cognouerit.

Hebr. 4. *Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti; & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum, ac discretor cogitationum,* &c.

Ezech. 5. *Sume tibi gladium radentem pilos,* &c. *pone in stateram,* &c.

C Ad examen cogitationum, ac spirituum facit illud Iosue, qui viso splendidissimo vultu Angeli, Iosu. 5. adhuc quærit: *Noster es, an aduersariorum?* Sic, sic examinandæ cogitationes, an sint earum, an spiritus, &c. Nostra es, an deuium?

Quod possumus bonas habere cogitationes & qualiter.

PVNCTVM XIV.

Cass. l. 1. coll. c. 18. EXercitium cordis, ait Cass. non incongruè molarum similitudini comparatur, quæ vullatenus quidem cessare possunt ab opere suo aquatum impulsibus circumactæ; in eius verò, qui D præest, situm est potestate, vtrumnam triticum malit, an hordeum, lolium ve comminui. Ita & mens vacua cogitationum actibus esse non potest; quales verò vel admittere, vel parare sibi debeat, studij, ac diligentiæ suæ prouidebit industria: si enim ad sanctarum Scripturarum meditationem recurramus, ac memoriam nostram ad recordationem spiritualium rerum, & desiderium perfectionis, spémque futuræ beatitudinis erigamus, necesse est, vt ortæ cogitationes exinde spirituales in his, quæ meditati sumus, mentem faciant immorari: sin verò desidia, seu negligentia superati, vitiis, & otiosis confabulationibus occupemur, E seu curis mundanis, & superfluis sollicitudinibus implicemur, consequenter exinde, velut quædam zizaniorum species generata, operationem quoque nostro cordi noxiam ministrabit.

D. Th. p. 1. q. 111. a. 2. Gabr. 2. sen. d. 8. q. 2. Theologorum sententia est, Dæmonem non posse ad malum cogere voluntatem, nec ad malam cogitationem intectum*, imò nec immediatè mouere; sed esse in potestate hominis, dum sancta aliqua detinetur cogitatione, pro illo tunc aliam non recipere; sicque non posse Dæmonem intellectum

intellectum aliquid cogitátem cogere eodem tempore ad aliud cogitandum, cùm simul diuersa cogitare non possit: vt probat D. Thom. Et cùm voluntas præcipere possit intellectui, vt sese in bona cogitatione occupet, non poterit tunc temporis Dæmon ab imperio voluntatis intellectum subducere, ac distrahere. Quòd si importunæ cogitationes subrepserint, vel violenter immissæ fuerint, cùm rationem præueniant, & voluntariæ non sint, demeritum nullum habent. Vnum est, quod voluntas à ratione admonita potest intellectui præcipere, vt subortam, vel immensam cogitationem respuat.

D. Bas. in Reg. Quòd præsentia Dei multùm valeat ad distractas cogitationes in vnum colligendas, audiamus S. Bas. qui interrogatus: Cuius animus temerè euagatur, otióque se dat? quis frequenter irascitur? quis humanas laudes auidè capiat? quis ad opera spiritualia piger est? quis actiones suas ad Dei gloriam non refert? quis inter orandum mente semper trahitur? Ad hæc singula hoc vnum respondit: Qui non semper cogitat, Deum cogitationum, & actionum suarum inspectorem esse: hæc enim vna recordatio, si assidua esset, contra omnia vitia sufficiens remedium esse posset. Hæc ille.

Psal. 18. *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.* Hoc est, quidquid corde (quod tu solus intueris) cogito, ac meditor, semper in conspectu tuo & cogito, & meditor: sicque omnis cogitatio cordis mei ea est, quæ semper tibi præsentari possit.

C

Matth. 7. Satis potens est hæc cogitatio ad cogitationes recolligendas, Deum nosse omnes cogitationes. *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Alibi: *Vestri capilli capitis omnes numerati sunt.*

Ezech. 5. Partem æqualem capillorum pones in statera, &c. Quomodo id fieri potest ab homine, sed vtique à Deo, qui numerat omnes cogitationes?

Psal. 7. *Scrutans corda, & renes Deus.*

1. Reg. 16. *Deus autem intuetur cor.*

D. Ambr. Si Sol sua virtute, suisque radiis vel abditissima, & profundissima penetrat, vt dicit D. Ambr. oculi Domini lucidiores Sole in omnes cordis recessus non pertingent?

Psal. 138. O quàm vtilis hæc consideratio! Deus me videt, Deus nouit cogitationes meas, vel de longè (pondera,) &c.

D

Apoc. 1. Ad hæc: Cor castum castas solet habere cogitationes. Ille, qui in Apoc. erat præcinctus ad mamillas zona aurea, habeat caput album, sicut lana munda, sicut nix. Duo hîc, vel tria breuiter notanda: primum, nunc Angelum aperuisse ad mamillas præcinctum, qui olim ad renes solùm præcinctus apparuit: quia nunc, ait Ric. vel ipsæ cogitationes illicitæ manifestè refrænantur: qui enim non inquinamentum carnis, quod veteri Testamento iam fuerat interdictum; sed inquinamentum spiritus, quod in nouo arctiùs est prohibitum, restringere veniebat, non ad renes, sed ad mamillas præcinctus debuit apparere. Sic Hugo Card. Ansbert. & G ossa. Secundum, zonam auream præcingere pectus: nullum est enim aliud vinculum, quod strictiùs conseruet castitatem, quàm zona charitatis, & amoris Dei: honor enim mundi non valet adeò constringere, vt quandoque zona castitatis non dissoluatur: timor item non sufficit, sanitas non item: solus Dei amor constringet renes, & propter hunc eundem amorem nunc multi se continent, vbi olim perpauci se continebant. Demùm notandum, cum pectore,

Hugo Card. Ansber. Gloss. in 1. Apoc.

E

A mamillisque præcinctis esse caput (cogitationum) album, velut lana munda: quia, nimirum, cor castum castas solet habere cogitationes.

Cant. 4. Hoc idem in Cant. vbi laudantur mamillæ sponsæ, & cum laudibus mamillarum iungitur laus crinium: *Vulnerasti cor meum in vno crine colli tui.* hoc est, in tuis sanctis cogitationibus. Et quid mirum? Mox subdit quasi rei causam: *Quam pulchra sunt mammæ tuæ!* Mammæ sunt in pectore, hospitio cordis: vbi purum est cor, puræ sunt & cogitationes.

Matth. 15. *De corde (carnali) exeunt cogitationes malæ, adulteria, &c.*

B Ex puritate, & sanctitate cogitationum fit, vt anima tota sit sancta. In Cant. enumeratis sub diuersis membrorum metaphoris, virtutibus Sponsæ subditur: *Et coma capitis tui, sicut purpura Regis.* Vbi particula, &, vt aliàs in Scriptura, causalis est: q. d. perfectiones, quas de te perstrinxi, ô Sponsa, idcircò habes; quia comæ, hoc est, cogitationes capitis tui, sunt sicut purpura Regis, &c. Cant. 7.

In 2. Reg. tantoperè commendatur pulchritudo Absalonis, vt in Israël nullus pulchrior: *A planta pedis vsque ad verticem, non erat in eo macula.* In quo significatur, animam, quæ pulchras, bonas, sanctásque habet cogitationes, in reliquis sanctam esse: habet enim fundamentum sanctitatis, &c. 2. Reg. 14.

Quàm Deus capiatur bonis cogitationibus.

PVNCTVM XV.

Coma capitis tui. Sept. & tres Patres in catena, *Plexus*, vel *nexus capitis tui.* Vatab. *Subtilis euaporatio capitis tui.* Ambr. *Ornatus tuus, sicut purpura Regis, vinctu canalibus.* Sept. *Ligati in canalibus*, vel, *Rex ligatus in eis.* Mira sanè pulchritudinis sanctarum cogitationum exaggeratio, vt Rex Regum eadem capiatur, irretiatur, ac vinciatur: plexus tuus, cogitationes tuæ ligatæ, non diffluentes, nexus tuus nectit cor meum: subtilis euaporatio capitis tui, non crassæ, concretæque cogitationes me Deum ligant: ornatus iste tuus cor meum capit, me totum irretit. Felices animæ, quæ sanctis cogitationibus Deum ligant! Cant. 7. Sept. Vatab. Ambros. Sept.

Coma capitis tui, sicut purpura Regis. Alij: *Sicut purpura vorax.* Epitheton apud Homerum non insolitum purpuræ voracis, quòd reliquos, nimirum, colores iuxta se positos vincens, quasi voret: id est, cogitationes tuæ, ô anima; chatitatæ purpureæ, reliquas virtutes vorant Cardinales Morales, &c. Quàm totum hoc verum de Sacratissima Virgine, cuius comæ, id est, cogitationes, Regem Regum ligarunt? Hæ certè voraces, quæ reliquorum Sanctorum virtutes vorant. Cant. 7. Alij.

Nec solùm sanctæ cogitationes Deum ligant, sed (ô vim sanctarum cogitationum, quinimò sanctæ solius cogitationis!) Deum excordant: *Vulnerasti cor meum, soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum,* (iterum dico,) *in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Sept. *Excordasti me in vno crine colli tui.* hoc est, cogitatione illa sancta cor mihi surripuisti: nec solùm tuis me fateor irretitū, ac Cant. 4. Chal. ibid. Sept.

ac illaqueatum cogitationibus; ſed etiam excor- A
datum, & vel ſola me excordat; *Vulneraſti cor meum, excordaſti cor meum.* iterum dico, ne incredibile exiſtimetur, *in vno* (vel ſolo) *crine colli tui.*

Pſal. 75. Hoc & Dauid: *Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.* Non ſolùm cogitatio, ſed vel reliquia bonæ cogitationis, &c.

Iudic. 6. Hunc myſticè ſpectat, quod de Samſone legitur fortitudinem, ſcilicet, eius non in brachiis, aut in pectore; ſed in crinibus à Deo collocatam fuiſſe: quò intelligamus, tunc maximam eſſe in homine ſpiritualem fortitudinem ad ipſum etiam Deum vinciendum, ac vincendum, cùm ipſæ cogitationes ſanctæ ſunt, non carnales, vel terrenæ: hæ nanque nullam habent vim: vnde ſtatim ac Dalila B
cœpit contingere crines, ac eoſdem clauo in terram figere, tandémque ope tonſoris abradere, fortitudo defecit, ac in hoſtium manus Samſon deuenit. Hoc ipſum ſpirituali homini contingit, qui cùm ſanctas nutrit cogitationes, nec à carnali manu tangitur, habet fortitudinem ad Deum vinciendum: cùm verò cogitationes incipiunt fieri carnales, ac terrenæ, adeò debilis efficitur, vt ſummo ludibrio ab hoſtibus ligetur. Habebat iam ille bonas in corde cogitationes: quo animi robore apparebat? quàm formidabilis videbatur inimicis? ſed poſt admiſſas carnales cogitationes, quàm imbecillis? vt miſerè obcæcatus? vt ad molam ligatus?

Ibid. *Ferrum* (vel capillum ſolius propoſiti recidens) *non aſcendit ſuper caput meum. In his* (capillis) *eſt*, inquit, *maxima fortitudo mea*; in cuſtodia, ſcilicet, propoſitorum, quæ mox vt perdidit, periit.

Num. 5. Præcipua Nazaræi ſanctificatio in cæſariei nutritione ſita erat. *Conſecratio Dei ſuper caput eius, ſanctus erit creſcente cæſarie capitis eius.* hoc eſt, nutriet comam capitis; mentem, ſcilicet, non habebit nudam, ſed diuinis cogitationibus comptam, ſanctarúmque meditationum floribus germinantem: hic verus Nazaræus eſt, Deo charus: ó quàm hic Deum ligat! &c.

Ezech. 8. *Emiſſa ſimilitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me ſpiritus inter terram, & cælum.* Reuerà ſancta cogitatio à terra hominem eleuat, ac ſuſpendit: quòd ſi in cælum iam eum non conſtituit per fruitionem; ponit tamen per deſiderium, iuxta illud Apoſt. *Noſtra conuerſatio in cælis eſt.*

Philip. 3. Vbi notandum, Prophetam fuiſſe apprehenſum in cincinno capitis: quia, nimirùm, bona cogitatio nos ſubleuat, & vnicum bonum deſiderium nos eleuat. Dixit Angelus Habacuc, vt prandium in Babylonem, & in lacum ad Danielem deferret: cui ille: *Nec Babylonem vidi, nec lacum noui.* q. d. ſi ſcirem viam, quæ ducit in Babylonem, & ſi lacum noſcerem, libenter irem: mox Angelus hoc bono deſiderio (in cincinno capitis) eum apprehendit, & ad Dei Prophetam detulit. Vt mox accipit bonum deſiderium? vt mox Angelus anſam oblatam arripit? & quam vim habet vel ſola bona cogitatio, vt tale pondus ſuſtineat? Væ his, qui nec ſolam bonam cogitationem in corde nutriunt.

Dan. 14.

***

Quantum laboret Diabolus, vt mox ſubortas in corde bonas cogitationes euellat.

PVNCTVM XVI.

V*Enit Diabolus, & tollit verbum de corde.* Mox Matth. 13.
vt ſemen ſanctæ alicuius cogitationis ſubortum videt; totis viribus, animíque conatu enititur, vt de corde tollat, & eradicet. Luc. 8.

Obſeruat Orig. Madianitas, per quos peſtiferi ſpiritus adumbrantur, in valle Iezraël, hoc eſt, ſeminis Dei caſtra poſuiſſe; caſtrametantur enim infernales Spiritus circa enaſcentes bonas cogitationes, vt mox ſubortas diripiant. Orig. hom. 8. in lib. Iudic. Hebr. B

Cùmque ſeuiſſet Iſraël, aſcendebat Madian, & Amalec, & apud eos figentes tentoria, ſicut erant in herbis, cuncta vaſtabant, nihil omninò ad vitam pertinens relinquentes, & inſtar locuſtarum vniuerſa complebant. Iudic. 6.

Vt in promptu ſunt aues Inferni, vt caniſtrum in capite poſitum verbi Dei, ſanctarúmque cogitationum pane refertum abripiant? Gen. 40.

Hinc quidam dicuntur eſſe veluti ſpiritus præcurſores, quorum munus hoc ſolum eſt, vt euigilanti homini ſtatim adſint, & frugum naſcentes in corde primitias, tam Deo charas, tam Deo debitas, tantoperè requiſitas diripiant, ac ſtatim occupent. Vt ſummo manè, ſumma attentione, ac vigi- Clim. grad. 21. C
lantia, qui nunquam dormiunt, præcurrere, & mille diſtractionibus mentem occupare, primúmque locum tenere conantur?

Anticipauerunt vigilias oculi mei. D. Auguſt. Pſal. 76.
legit: *Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei.* D. Aug. ibid.
quod ipſe de vigilia Dæmonum, nos tentantium, intelligit: q. d. non expectant lucem, ſed ipſis tenebris inuoluti, cùm expergiſcor, ſtatim adſunt, vt inutilibus, ac noxiis cogitationibus in mentem irruent, vt obortam aliquam bonam cogitationem abigant.

Sic Ambroſ. ad illa verba: *Præuenerunt oculi* Pſal. 118.
D *mei ad te diluculò.* An neſcis, inquit, quòd pri- D. Ambr. ibi.
mitias tui cordis, ac vocis quotidie Deo debes? ſer. 19.
quotidiana tibi meſſis, quotidianus eſt fructus. D. Bon. in
D. Bonau. Item, cùm euigilas, ſtatim omnes cogi- infor. Nouit. p. 1. c. 4.
tationes tuas abiice de corde tuo, & offer Deo primitias cogitationum tuarum.

De bonis cogitationibus, ac propoſitis opere exequendis.

PVNCTVM XVII.

E S*Ed aduertendum eſt, Deum non delectari bonis tandummodo cogitationibus, cùm iſtiuſmodi cogitationes poſſint, ac debeant coniungi bonis, ac efficacibus deſideriis opere exequendi eaſdem bonas cogitationes.

Vir deſideriorum, mox ſuper articulos manuum Dan. 10.
erectus. Vt cunctis detur intelligi, manuum operis ſubſequi debere deſiderium mentis: & hoc dicit verbum illud, *Dir*, id eſt, homo potens, & efficax deſideriorum.

Abſalon, *Pax patris.* O bonam cogitatio- 2. Reg. 18.
nem, ſed nunquam ad executionem perductam? Hebr.
Quid mirum, (vt ad metaphoram capillorum reuertamur,)

reuertamur,) quòd suis aureis capillis suspensus confessus sit?

Coma bonarum cogitationum ad opus non perductarum maioris condemnationis occasionem præbebit. (Iudith 13.) Iudith tenuit comam Holophernis, & in pœnam, caput illius abscidit, vt & Iahel alterius caput in terra defixit. Fieri nequit, vt hi bonam aliquam cogitationem non habuerint: sed, quoniam hæ bonæ cogitationes nunquam in opus exierunt, propterea maioris damnationis ansam dederunt.

(Iudic. 5.) Vt infernales hostes irrident quorundam inefficaces velleitates! Samsoni quondam abrasi fuerunt capilli: quo facto eius fortitudo defecit: tunc tamen Philisthæi læti non sunt, nec conuiuati; sed vbi capilli eius renasci cœperunt. Tunc ait Scriptura: *Principes Philisthæorum conuenerunt in vnum, vt immolarent hostias, & epularentur, dicentes: Tradidit Deus noster aduersarium nostrum in manus nostras.* Videntur debuisse magis lætari, cùm abrasi fuerunt capilli, quàm cùm renasci cœperunt: quia capillis abrasis fortitudo defecit. Nosti, quæ tunc, non autem prius fuerit lætitiæ causa? quia semper timuerunt, ne crescentibus capillis fortitudo pristina iterum rediret, qua magnam populi stragem ederet; sed vbi viderunt capillos iam renatos; nec se tamen loco mouisse, sibi ipsis certè persuaserunt, nihil ab eo mali in posterum passuros; vnde conuiuia instruxerunt, lætatique sunt. Sic non lætatur Diabulus, cùm quis per peccatum spiritualem amittit fortitudinem; quoniam timet, ne capilli alicuius bonæ cogitationis, boníque desiderij iterum excrescant, per quos pristina redeat fortitudo: cùm autem excrescentibus iterum capillis, cernit hominem non moueri ad operandum, eductis iam bonis desiderijs, nec vnicum ponere gressum, vt ea executioni mandet; tunc lætatur, tunc omnem animi metum abstergere incipit.

Proponit ille, statim ac ex infirmitate conualuerit, adire Confessarium, viuendi rationem mutare, atque cum Ezechia: (Isa. 38.) *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine, saluum me fac* (ex ista infirmitate,) *& psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.* hoc est, studio me orationis dicabo, Oratorium adibo, frequens omnibus illis exercitiis intero: optimum quidem mentis propositum, & homine Christiano dignum: sed quid? conualescit: & ecce nuncij Babylonici, pristini amici, quibus ostendit thesauros, bonas hasce cogitationes, quas dum illi non approbant, à mente conualescentis diripiunt; nec multò pòst, eum in Babyloniam perducunt. Vbi nunc proposita? Si ex ista infirmitate conualuero, hæc, & illa faciam. En è cubili surrexisti, en domu egredi cœpisti; sed, vt Confessarium conuenias, nec passum effers: nunc infernales hostes lætantur, nunc credunt, quòd ex eorum manibus non euades; quòd in Babyloniam te ducent, ad pristinam molam te constituent.

O quàm debiles nonnulli! o quàm parua præditi fortitudine, ac valore ad exequenda ea proposita, ac desideria, quæ animo conceperunt! (Isa. 38.) *Venerunt filij vsque ad partum, & virtus non erat pariendi.* Opus conceptum moritur in ventre bonæ cogitationis.

(Psal. 50. Hieron. ex Hebr. Isa. 26. Psal. 18.) Nescio, quo spiritu isti conceperint, an à spiritu carnis, an ab aliquo timore mundano. Certè non *a spiritu principali*, vel vt transfert Hieron. *à spiritu potenti*, vt dicant: *A timore tuo, Domine, in vtero concepimus, & peperimus: spiritum salutis fecimus super terram.* Non sunt Dei perculsi timore, vt veluti ceruæ membranulas rumpant, colligatas exsoluant, & pariant: sed conceperunt ab aliquo inani timore, qui minùs sufficiens est exsoluere, & in lucem partum edere: vnde conceptum in ventre retinent, cum euidenti eiusdem matris, hoc est, bonæ cogitationis, vitæ discrimine.

Desideria occidunt pigrum. Hebr. *Desiderium pigri interficit eum.* Iansenius: Quia in suis desiderijs morietur, eúmque ad mortem vsque perducent: quod vt in corporaliter pigris accidere videmus; ita similiter in spiritualiter pigris: qui cùm salutem desiderent; & tamen labores bonorum operum subire detrectent, desiderando, & nihil prætereà agendo, incidunt in mortem animæ, & tandem etiam in mortem æternam. (Prou. 21. Hebr. Iansen.)

O debilia desideria! ô velleitates, non voluntates! Non quadrat his, quod olim Cæsar dicebat de Bruto: Magni refert, quid hic velit: quicquid enim vult, valdè vult: hoc est, quicquid cupiebat, incredibili quodam animi ardore cupiebat; nec priusquàm id assequeretur, conquiescebat. Hunc Bruti affectum quamplurimi quidem in rebus fluxis, ac perituris habent: nullis enim verbis exprimi potest, quanta earum cupiditate ardeant, quamque nihil prorsus omittant, quo suorum votorum compotes fiant: at in salutis negotio, atque æternarum rerum desiderio non sic: quod enim volunt (nemo enim vsque adeò demens est, vt salutem nolit) molliter, frigide, languidè volunt. (Cic. l. 4 epist. ad Attic.)

Decreuerunt filij Israël sibimet idolum facere, vt circa illud saltarent, &c. Tanto id animi ardore petierunt, vt Aaron inaures postularit: *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me.* Quid sibi, quæso, voluit Aaron? Theod. ait, hac postulatione eos diuertere credidisse: auaræ etenim sunt mulieres, & ornatus studiosissimæ: ideò postulauit, quod se nunquam accepturum ab eis credit. Sed vicit, ait Theod. earum improbitas, & præpostera liberalitas, aliàs auarissimarum. Vanitati certè dilectissimam opposuit vanitatem. *Tollite inaures.* Hebr. *frangite inaures.* q. d. nunquam suis manibus frangent: & tamen fregerunt. (Exod. 32. Theod. ibid. Hebr.)

Decreuerunt & illi turrim facere, cuius culmen pertingeret ad cælum, vt nomen suum concelebrarent. *Descendamus*, inquit Deus: *quia cœperunt ædificare, nec desistent, donec opere compleant.* Mirum, ab opere, à quo mille de causis, sumptus, laboris, periculi, &c. desistere debebant, *nec desistent*, inquit Deus, *donec opere compleant.* Pari ratione obstinatissima voluntate volunt nonnulli, quicquid volunt, nec ob ingentes sumptus, nec ob immensos labores retinentur: sed cauete, ne his vllam pij operis occasionem præbeatis. O quàm in hoc subitò fatigantur! ô quàm miserè coarctantur! Si altare solùm restaurandum est, cœptum: opere non complent. O frigidam voluntatem! &c. (Genes.)

Vult, & non vult piger. Hebr. *Desiderat, & non anima eius piger*, hoc est, non ex tota anima; sed ex desiderio, veluti inanimato, & mortuo. D. Hier. sic interpretatur, & non anima eius, id est, desiderat piger, sed mox idipsum non placet animæ eius: ardendo est, vult disciplinam: venit semel, nec placet ampliùs: vult Sacramenta, accedit: semel, nec ampliùs, &c. Vult, & non vult: vult quidem (Prou. 13. Hebr.)

bonum,

bonum, sed cum attendit laborem pro illo assequendo subeundum, non ampliùs vult. O quàm verum! Vult homo piger regnare cum Christo, sed non vult pati pro Christo: vult præmia æterna, quæ promittuntur; non autem certamina, quæ iubentur. Vult, & non vult: hæc vult, illa non vult, vnde totus est in desideriis. *In desideriis est omnis otiosus*, aut cum Sept. *otiosus totus est in desideriis.* Sept.

Sed hæc desideria sunt quædam velleitates, non fortes, ac determinatæ voluntates. Atqui velle nihil prodest, si fortitudo, animíque firmitas deest: neque enim velle dicendus est, qui ita aliquid vult, vt interim desidia torpeat; nec ad id, quod velle se profitetur adipiscendum, neruos omnes vllo modo contendat. In hoc velleitatis gradu erat Aug. adhuc adolescens, ac vitiorum illecebris immersus, dum a Deo castitatem ad hunc modum petebat: Da mihi castitatem, & continentiam: sed non modò. Volebat, scilicet, & non volebat: timebat, ne concupiscentiæ morbo quam primùm liberaretur, quam expleri malebat, quàm extingui. (D.August. 8. Conf.c 8.)

O quot Augustino persimiles, qui volunt, & non volunt! Herodes, qui Ioannem in carcerem coniecerat, libenter eum audiebat, bona desideria concipiebat: sed, quando Ioannes, quæ prædicatat, omni prorsus abiecta mora ab eo perfici curabat, nihil fiebat. O miserum, qui Ioannem in carcerem posuit, nec se ipsum a vinculis, quibus constrictus erat, nouerat liberare! (Matth. 14.)

Arundines vento agitatæ. In Act. Apost. Felix ille cum sua Drusilla semper lateri adiuncta, & ipse libenter Paulum audiebat: quia aliquando ad Apostoli tonitrua iam iam nouam vitam pariturus erat: qui tamen dum plenè non voluit, ab illa Drusilla auelli non potuit, totus contremuit, & tamen ab ea Drusilla auulsus non est. *Disputante autem illo de castitate, & de Iudicio futuro, tremefactus Felix respondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te.* O si tunc audiuisset! ô si tunc membranas rupisset, & colligaturas exoluisset! ô si nouam vitam peperisset! ô si plena voluntate dixisset; Volo; &c. (Act. 24.)

Hi, qui huiusmodi velleitates habent, valdè aptè à S. Greg. Naz. comparantur hominum torpedine laborantium incessui. Vt enim illi mouentur quidem; sed progredi nequeunt: mouentur motu trepidationis, aut parum, aut nihil motu progressiuo: sic qui ita volunt, duntaxat volunt, nec in salutis negotio progressum vllum faciunt. Contra, qui seriò, ac fortiter salutem volunt, qui virtutem, ac perfectionem cupiunt: ij ad voluntatem studium, & ipsum opus pro viribus adiungunt. (D. Gregor. Naz. orat. de Basil.)

Istud peruenire ad opus, & executionem, efficacis esse voluntatis, optimè inquit August. Non solùm ire; verùm etiam peruenire illuc, nihil aliud erat, quàm velle ire; sed velle fortiter, & integrè; non semisauciam hac, atque illac versare, & iactare voluntatem, partem assurgentem cum alia parte cadente luctantem. Hoc idem ferè alibi, dum causam assignans, cur animus ad bonum tardus, ac segnis est: quia, inquit, non plenè, neque ex toto vult: nec plenè volebam, nec plenè nolebam, ideò mecum contendebam, & dissipat à me ipso. (D. Aug. sup. 8. Conf. 9. & 11.)

Dedit Dominus Caleb fortitudinem, & vsque ad senectutem permansit illi virtus. O quàm pauci hanc fortitudinem habent! *Caleb quasi omne cor, vel quasi viride.* Perpauci sunt, qui velint ex omni corde: sed ex medio corde, quam plurimi: & ideò statim eis fortitudo deficit, & non peruenit vsque ad consummationem operis. (Eccl. 46. Hebr.)

Speranza Scriptura selecta.

A *Et erit fortitudo vestra, vt fauilla stuppæ, &c.* Isa. 1.

Et requiescet super eum spiritus fortitudinis. Idem 11.

Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Idem 35.

Vt fortis Dauid: *Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ*, (propositum animi constans, ac iuratum.) *Non sic impij, non sic: sed, tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ*. sunt veluti puluis, qui ad omnem ventum per aërem fertur. Psal. 118. Psal. 1.

Sunt veluti folium ad ventum: *Cecidimus quasi folium vniuersi*, hoc est, flante quocunque tentationis vento, cecidimus. Sed arbor iusti *secus decursus aquarum* fructum suum dat in tempore suo, *& folium eius non defluet*: hoc est, bona proposita non sic facilè cadunt, quin virent folia, consistunt B flores, & videntur fructus. Isai. 64. Psal. 1.

Huc peruenit mystica Cantic. vinea: *Videamus, si vinea floruit; si flores fructus parturiunt.* Vbi Greg. florent vineæ, cum mentes fidelium bona opera proponunt: sed fructus non pariunt, si ab eo, quod proposuerint, infirmantur. Non ergo intuendum est, si vineæ floreant; sed si flores ad partum fructuum conualescant. Cant. 7. D. Greg. 12. moral. 24.

Idem alibi: Omnis iniquus priùs in cogitationibus arescit; & postea in bonis actibus deficit: vnde, qui fructuosam vult habere mentem, curet, ne in cogitationibus arescat.

Noluit intelligere, vt benè ageret. Hier. *Cessauit cogitare benefacere.* Arefactus est in cogitationibus, actum est. *Caleo, quasi viride.* Tale semper debet C esse propositum mentis, vt ad executionis fructum peruenire possit. Psal. 35. Hebr.

Folium arefactum, arundo agitata, puluis, arena, sunt homines inconstantes non benè radicati, fundati, &c.

Sunt hi, veluti domus illa supra arenam fundata, quæ ex pluuia, ventis tentationum corruit: non sunt fundati supra petram, &c. Matth. 7. Caiet. ibid.

Vt benè fundatus, vt stabilis Ioseph! *Iniecit domina sua oculos in Ioseph, &c. dormi mecum, &c. & huiuscemodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti.* O tentationem grauissimam, huiuscemodi verbis, sic nimirum efficaciter ad luxuriam prouocantibus! *Mulier*, quæ rogatur, rogat: nullo seruato verecundiæ termino, non sollicitatur; sed ipsa sollicitat: non accipit in mentem, inquit Chrys. quòd haberetur domina, non quòd ille erat seruus; sed à formositate capta, & diabolico incendio suscepto, in iuuenem insilire tentat. *Per singulos dies*, nullo intermisso die. Alij: *Et factum est secundùm hunc diem*; post reuolutam, scilicet, hebdomadam, vel lapsum annum, vt eo die, quo cœpit tentare animum iuuenis, eo quoque altera hebdomada, vel sequenti anno pergeret, ac conaretur illum euincere, quibus posset illecebris. *Molesta erat*, importunè instabat, lacrymis, suspiriis, amplissimis pollicitationibus, vt Rup. ait, obsecrabat, nullis omninò sumptibus parcens, vt inquit Ephrem, singulis horis mutabat amictum, & hanc variam scenam exhibebat. At cuinam? decrepito? *Adolescenti*: non obligato, non frigido; sed *adolescenti* sanguineo: huiuscemodi verbis: *Per singulos dies mulier molesta erat adolescenti.* Sic incentiua libidinum, vt hîc ait Interl. frequenter impetunt castitatem. Ad hæc tamen lapis ille adamantinus, inquit Ephrem, & animo, & corpore inuiolabilis perstitit, atque in tanta procella immobilis mansit. Gen. 39. D. Chrys. ib. Ruper. ibid. D. Ephrem ser. de laud. S. Ios. Patr. E Gloss. Interl.

O quàm verum illud! *Qui confidit in Domino,* Psal. 124.

 sicut

sicut mons Sion, non commouebitur in aeternum. Chryſ. *Eſt immutabilis in aeternum.*

Chryſ. ex Graec. Pſal. 15. Hi ſunt petrae immotae in propoſitis iam factis: petrae ſupra petram fundatae. *Conſerua me, Domine, quoniam ſperaui in te*, &c. *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum insuper, & vſque ad noctem* (grauiſſimae tentionis) *increpuerunt me renes mei.* Camp. *Laudabo Dominum, qui in omnibus à conſiliis mihi fuit, quin in noctibus mediis erudiebant me renes, & immiſſa mihi a Domino cogitationes* (caſtitatis, puritatis, timoris Dei.) *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper*, &c. *Non derelinques animam meam in* (hoc) *Inferno; nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Camp. in Paraph.

Sept. Vt verè fundatus: Non erat arundo, ſed columna. Sic Sept. hic Pſalmo titulum faciunt: *Deſcriptio columnae*, &c.

Valeant inconſtantes, valeant arundines, valeant qui volunt, & non volunt. Audi in ſanctis inſtitutis, ac propoſitis adamantinam firmitatem, & conſtantiam Baſilij, quam his verbis deſcribit frater eius Gregor. in Vita: Placuerat, inquit, ab initio nihil poſſidere, & pauperem eſſe: tanquàm petra immota, ſtabile, ac firmum id iudicium fuit: concupiſcebat per poritatem appropinquare Deo: munus erat haec cupiditas, non arundo. Nicaen. in Vita Baſilij.

Volūtas eſt pulſus animae: pulſum tange, & noſti an quis debilis, ſanus, vel fortis ſit. Fortis voluntas, ſignum optimae animae valetudinis; debilis, vacillans, interpolata, malae valetudinis. Habet illa firmam voluntatem millies potiùs moriendi, quàm venialiter peccandi: ô quàm hic procul abeſt ab infirmitate! Alius vult, & non vult: non vult peccatum, ſed vult occaſionem: non vult mortale, ſed vult veniale: leuia ſunt iſta, non curo corrigere, &c. apud D. Bernard. ſignum, videlicet, febricitantis animae in letbalem febrim paulatim labentis: febris enim, vel modica, dum alitur, augetur, fit ſtabilis, roboratur, ac tandem ad interitum ducit. D. Bern. in ſerm. 1. in Conuerſ. S. Pauli.

Gen. 8. Caiet. Voluntas corui illius, qui dimiſſus ab Arca, *Egrediebatur, & non reuertebatur*, vel cum Caiet. ex Hebr. *Exibat eundo, & non redeundo*; volitans, nimirum, circa arcam, & non ingrediens aliquando, timens ne libertatem perderet; ingredi voluiſſet, ſed timebat; volebat, & non volebat; donec volens, nolens, ſubmerſus eſt, &c.

Graec. Hebr. Apoſt. *Statim ac placuit ei, qui ſegregauit me ex vtero matris meae*, &c. continuò *non acquieui carni, & ſanguini.* Graecè, *non adhibui conſilium cum carne, & ſanguine.* Hebr. eodem ſenſu: *Non conſului carnem, & ſanguinem*, ſed, &c.

Cant. 6. *Anima mea conturbata eſt propter quadrigas Aminadab.* Hic, iuxta quorundam Patrum ſententiam, primus fuit, qui tunc veluti Princeps Tribus Iuda, in mare apertum ſe coniecit Hebr. *Anima mea poſuit me quadrigas Principis populi mei.* Sept. *Poſuit me currus Animadab*, qui interpretatur *ſpontaneus.* Hi, hi placent Deo: hi terrorem Inferno incutiunt, qui firmam habent voluntatem, qui propoſita intrepidè exequuntur. Hebr. Sept.

Et ob id regiam fecit Dominus ipſammet Tribum Iuda, inquiunt Caiet. & Genebr. ob id eam donauit ſceptro, quòd aperto mari, caeteris ingredi cunctantibus, nec Moyſem, & Aaronem ſequentibus, Tribus Iuda confidenter ingreſſa ſit, primáque Deum ſanctificauerit: quod innuit Pſaltes: *In exitu Iſrael de Aegypto: domus Iacob de populo barbaro: facta eſt Iudaea.* Hebr. *Iuda, ſanctificatio eius.* Et in Gen. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, &* Pſal. 113. Hebr. Gen. 49.

A *dux de femore eius*, &c. Vt intelligas, ſceptro, coronáque caeleſti facilè coronandos, qui propoſita bona fortiter, ac firmiter exequuntur. O felices! &c.

Vae autem non exequentibus. Audi, & contremiſce. In Chronicis Ciſtercienſium. Vir vitae venerabilis, Ioannes Epiſcopus, qui de Ordine Ciſtercienſi aſſumptus Valentinam ſatis ſtrenuè rexit Eccleſiam, dum adhuc eſſet ſaecularis, propoſuit in animo ſuo vanitatem ſaeculi abiicere, & habitu Religionis accepto, ſeruire Domino in Ordine, & in Domo Ciſtercienſi. Cúmque hoc, quod ſatis lubriter propoſuerat, per negligentiam differret, coepit paulatim in mente ipſius feruor ille bonae intentionis tepeſcere. Interim verò profectus eſt ad Sanctū Iacubum, orationis, deuotioniſque gratia. Qui cùm ab illa peregrinatione regreſſus fuiſſet B domum ſuam, eadem nocte apparuit ei per viſionem Dominus Ieſus Chriſtus, cum Beatis Apoſtolis ſuis Petro, & Iacobo. Portò Beatus Iacobus habebat librum quendam pulcherrimum, quem & apertum coram Domino tenebat, in quo eiuſdem nomen Clerici erat conſcriptum. Et ait Dominus ad Sanctum Petrum: Dele nomen eius de libro meo: quoniam reſiluit à propoſito ſuo. Accedes autem Beatus Iacobus ad Dominum ait: Obſecro, Domine, parce illi: quia peregrinus meus eſt iámque ſe ipſum corrigere feſtinabit. Cúmque praedictus Clericus pauens, ac tremens hoc ipſum affirmando promitteret, Dominus ait: Et quis me inde ſecurum faciet? Reſpondit Beatus C Iacobus: Domine, ego fideiuſſor illius ſum. Euigilans autem idem Clericus, dum ſecum iſta miraretur, iterum mox obdormiens, vidit eandem viſionem. Cúmque Beatus Petrus ſupradictum librum teneret apertum coram Domino, in loco, vbi fuerat nomen Clerici exaratum, apparuit huiuſmodi inſcriptio: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Ioan. de Aſſign. in Conclaui rerum notab. Ord. Ciſt. c. 33. ex lib. qui de Exord. Ord. Ciſter. Specul. magnū exemp. diſt. 3. exem. 13.

Comminatur via damnationis, nisi illud exequetur, quod fortè erat medium ſibi praeordinatū ad vitam aeternam.

Tranſacta verò viſione, expergefactus, & gratiam Dei vocantem ſe, toto animo ſecutus, relictis vniuerſis mundi vanitatibus, ad Domum Ciſtercienſem feſtinanter acceſſit; ibique probatus, ac D fidelis inuentus, monachicum habitum ſuſcepit. In qua etiam Domo, religione, ac ſapientia proficiens, factus eſt poſtmodum Abbas Bonaeuallis. Inde verò aſſumptus eſt etiam ad Epiſcopatum Valentiae vrbis, quem per annos plurimos ſtrenuè regens, multas ibidem aduerſitates pro defenſione iuſtitiae tuletauit. Attendant, quaeſo, iſtud, qui boni aliquid facere proponunt, & ad effectum perducere negligunt: qui nullo ſe reato conſtringi putant, ſi bonum, quod facere propoſuerunt, non ſoluant, dummodo non voueant: cùm manifeſtè Beatus Gregorius doceat; quia, ſi quis in minori bono conſtitutus, maiùs aliquod bonum facere proponat, iam ſibi minus illud bonum illicitum fecit: & ſi non ſoluat, quod propoſuit, (quamuis in oculis hominum in minori ſtate videatur,) iam tamen in E oculis omnia cernentis Dei, à maiori bono cecidit, qui non ſolùm operum, verùm etiam cogitationum, & intentionum cordis, Iudex venturus eſt. Certè iſte ſeruus Dei, de quo loquimur, nullum votum feciſſe ſcitur: ſed tamen quod ſimpliciter propoſuerat, per negligentiam diſtuliſſe: ei tamen ſubtiliſſimus ille ſcrutator cordium hoc ita penſauit, vt eum de libro vitae deleri praeceptſſet, niſi bonum, quod mente conceperat, quantocyùs effectui mandare curaſſet. Hactenus ex Chronicis.

Huic non diſſimile illud narratur. Clericus quidam immundiſſimae vitae, cui in viſione ſenex

Ioan. Iunior Dominic. in ſcala coeli.

Intellige de libro vitæ secundum quid inspiciet, à quo nemo ita couleri potest deletus 1.p.q. 24. art.1.

A senex apparuit, tenens in manu librum vitæ, in quo erant scripta nomina saluandorum: & quia iste contritus Religionem intrauerat, dum in libro legeret nomen suum, ita frequenter rasum inuenit, quòd vix idem poterat sustinere membrana. Cuius rei rationem ab Angelo sciscitatus, audiuit: Proposuisti pluries correctionem, & tunc erat scriptum, & resiliendo deletum, & nisi modò Religionem intrasses, damnatus fuisses.

De reuerentia in oratione, eiúsque Domo.

PVNCTVM XVIII.

B

2.Paral.6.

FEcerat Salomon basim aneam, & stetit que super eam, & deinceps flexis genibus contra vniuersam multitudinem Israel, & palmis in cælum leuatis, ait: Domine Deus Israel, &c. Interl. Basis ænea soliditas est humilitatis. In hoc firmissimo fundamento fundatur oratio, quæ cælos penetrat. Humilium, mansuetorum tibi semper placuit deprecatio: *Respexit in orationem humilium*, aut, *in orationem vacui*, nimirum, sui ipsius. Vt vacuus Publicanus à longè stans, nec oculos quidem audet leuare, suumque humiliter pectus percutiens? vt humilis? vt vacuus? Sed Pharisæus vt se ipso plenus, apud se orans? Apud se certè orabat, qui se ipso plenus erat: hic non stabat super basim æneã: nulla humilitate, aut reuerentia ante Deum erat, C qui arroganter se iactabat.

Hebr. Luc.18.

Stetit Salomon super basim aneam, & palmis in cælum leuatis. Vbi notanda est hæc manuum eleuatio in hac materia satis frequens: *Eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinum. Extollite manus vestras in sancta.* Volo, viros orare in omni loco: leuantes puras manus. Sic Moyses orauit eleuatis manibus: leuare etenim manus, habitus est orantis, & orantis cum reuerentia: quasi hac manuum extensione nos Dei seruos, ac mancipia fatemur, & in Dei manus nos ipsos dedimus. Paratos est, inquit Tertull. ad omne supplicium ipse habitus orantis: q. d. orantis, præstò sum: recte, aut plecte, si vis, aut certè miserere.

Psal.140.
Exod.17.
Tertul. in Apolog. cap. 30.

D Contestabantur præterea Sancti Dei diuinam reuerentiam, dum Deum orabant tam curuo corpore, vt inter genua faciem ponerent. Sic oraturus Elias posuit faciem suam inter genua sua, & pronus adorabat Dominum. Quid hac glomeratione, nisi reuerentiam signabant, qua veluti serui, vt olim flagellis, lorísque cædendi, ante diuinam præsentiam se ponebant? quasi dicerent: Necte, aut plecte, si vis: ad omne supplicium parati sumus. Aut potiùs ceu pueri in ventre matris glomerati, vt vult Arist. & Hippocr. pueros stare, præsignabant propriam vilitatem, ac miseriam. *Audeo, cum sulus sum ego, & contemptus*, &c.

3.Reg.18.
Arist. 7. de nat. animal. & S. Hippoc. de nat. pueri.

O quam reuerenter orabat Sanctissimus hic Rex! *Adhæsit pauimento anima mea.* Græc. *Adhæsit pulueri anima mea.*

E Sic olim Abraham pronus in terra: *Loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis, & cinis.* Mira orantium reuerentia. Nostis vnde? Ex cõceptu Dei summæ maiestatis, cui cultus latriæ, Græc. adoratio summæ reuerentiæ, ac timoris debetur. Genuflectere, ex D. Basil est ante diuinam maiestatẽ sese enodare, & quasi in frusta facere. Stare, vt plurimùm irreuerentiam, ac arrogantiam sapit: sic Mald. in illud Lucæ 18. *Pharisæus stans, hac apud se orabat.* Speranza Scripturæ selectæ.

Psal.118. Græc.
Gen.18.
Græc.
D.Basil.
Mald. in Luc. 18
lib. 6.

A Hinc altiora Seraphim suas operiunt facies, & contremiscunt.

Hinc vigintiquatuor Seniores cadunt in facies suas, & coronas humiliter deponunt ad pedes sedentis in throno. Apoc.4.

Quid de his, qui non ob aliquam necessitatem, sed ad suam solummodò voluptatem, ac cupiditatem cubantes psallunt? In Vitis Fratrum Eremitarum fertur, quòd cùm duo Fratres quadam nocte sedendo in lectis suis dicerent pariter Matutinas, adfuit Diabolus cum fœtore intolerabili, dicendo: Ad talem orationem, tale debetur incensum. Lib. 2.c.15.

B O quàm irreuerenter! ô quàm indignè assistunt aliqui ante hunc Deum, ante quem tremunt Seraphim? Verè, verè,

Tremunt videntes Angeli,
Versa vice mortalium. Eccles. in Hym.

Bern. Quid aliud cogitare debet Frater intrans ad orationem, quàm propheticum illud: *Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei?* Omninò siquidem oportet, nos orationis tempore Curiam intrare cælestem; illam vtique Curiam, in qua Rex Regum stellato sedet solio, circumdante innumerabili, & ineffabili beatorum Spirituum exercitu: vnde & ipse, qui viderat, quia maiorem numerum non inuenit, *Millia*, ait, *millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* Quanta ergo cum reuerentia, quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet à palude sua procedens, & repens ranuncula vilis? C Quàm tremebundus, quàm supplex, quàm denique humilis, & sollicitus, & toto intentus animo maiestati gloriæ, in præsentia Angelorum, in concilio iustorum, & congregatione, assistere poterit miser homuncio?

Bern. de 4. mod. orat. Psal. 41.
Dan.7.

Omnis vir orans velato capite, deturpat caput suum: omnis autem mulier orans non velato capite, deturpat caput suum. Tumnn ex reuerentia, inquit Gloss. homo orans detecto capite, testatur debitam Deo reuerentiam: mulier tecto capite propter Angelos, ob modestiam, item reuerentiam testatur. 1. Cor. 11. Gloss.

D Sed, ô dolorem! quanta nunc irreuerentia? Chrys. deplorans irreuerentiam, qua communiter ferè audimus Sacrum: Centum, & sexaginta octo horas, inquit, habente hebdomada, vnam, & solam horam sibi segregauit Deus. Vnam, & solam (præsupponit Missam esse horariam, vtrius horæ) ô frigus Christianæ deuotionis! ô Sacerdotum teporem, qui huic frigori deseruit! Hodie Missa non auditur, si medietatem horæ excedit. Missa pulchrior est, quæ breuior est. Nunc, Chrysostome, dicamus: Centum, & sexaginta octo horas habente hebdomada, dimidiam horam sibi segregauit Deus, & hanc, subdit Chrys. in opera friuola, & ridicula insumis? Stat, stat Sacerdos Dei orationem offerens cunctorum: tu autem rides? nihil times, non contremiscis? non colligis te ipsum? &c. Vbi Angeli sunt, vbi Angeli contre- E miscunt; tu rides?

D. Chrys. hom. de Euchar.c. 3.
Idem hom. 15. ad Hebr.

Diuertunt Angeli in domum Abrahæ: Abraham excipit eos, prandiúmque parat. Cucurrit mox ad Saram: *Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes.* Sara igitur suis manibus conuiuium instruit; prandent. A prandio aiunt ad Abraham: *Vbi est Sara vxor tua?* quid? nondum venerat Sara ad visendos Angelos, non. Arguitur mali moris? nequaquam: quin, vt hîc ait Lyra, commendatur modestiæ, quòd Gen.18.

A etſi iunior non eſſet, ſed iam vetus, non prima encurrit obuiam, ſed domi erat, non ſe exhibens, ſed miniſtrans: *Ecce in tabernaculo eſt.* quaſi diceret: Mulier eſt, & vt mulier domi eſt. Venit igitur: ſed qualiter? Notate. Non ſe primò Angelis exhibuit, aut è regione, & in conſpectum poſuit; ſed poſt oſtium tabernaculi ſtetit. Et quia Angeli de ſuſcipiendis filiis ſunt locuti, paululùm hoc audito Sara ſubriſit. Tunc Angeli acriori vultu dixerunt: *Quare riſit Sara? quare riſit Sara?* quaſi dicerent, coram nobis ridet? Mirum! erat Sara poſt oſtium, in domo propria: quinimò *intra ſe*, vt eſt Hebr. & Chald. paululùm ſubriſit: & tamen veluti diffidentis cuiuſdam immodeſtiæ arguitur, quòd, nimirum, Angelis in humana forma, quamuis ex D. Auguſt. ſententia non cognitis, omnimodam reuerentiam, ac fidem non exhibuiſſet. Quid Angeli facient, dum te in domo Dei cachinnantem conſpicient? dum te irreuerentem cernent? &c.

Hebr.
Chald.
D. Auguſt.
B

Gen. 28.

Pergit Iacob Meſopotamiam versùs: in itinere labore defeſſus obdormit: expergiſcitur: excuſat, dolétque, quòd dormierit: *Verè Deus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.* Quid hoc? Aiunt ibidem à longe præuidiſſe conſtruendum templum: & quaſi doluerit, quòd ibi dormierit, etſi tam ſanctè dormierit, ſe excuſauit. *Et ego neſciebam.* Si in loco adhuc non conſecrato, quòd ſibi ſomnos irrepſerit, ſe excuſat; quid erit in Eccleſia dormire? Si locum poſt tot annos conſecrandum, reuerentia repletus, exclamans, terribilem appellat: *Quàm terribilis eſt locus iſte!* hoc eſt, quam ſacer, quia ſacrandus; quam venerabilis, quam ſancto honore, & horrore dignus; & hoc, inquit Hugo Card. quia ibi futurum erat tabernaculum; quantò terribilior, venerabilior, honore, horrore dignior erit Eccleſia, in qua verum eſt tabernaculum, cuius illud figura erat? O quàm huic magis quadrat, quod ibidem habet Chaldæus: *Quàm terribilis eſt locus ille! Non eſt locus communis; ſed locus, in quo beneplacitum eſt coram Deo, & è regione loci huius eſt porta cæli.* Verè, verè Eccleſia non eſt locus communis, non eſt platea, non eſt emporium, non locus, ſeu porticus negotiationis, vt tu arbitraris; ſed locus, in quo beneplacitum eſt coram Deo: & è regione loci huius eſt porta cæli? O verbum amore ſimul, & reuerentia plenum! E regione loci huius, è conſpectu huius Eccleſiæ eſt porta cæli: q. d. Si dignè intras, & exis ab Eccleſia, manet tibi aperta porta cæli: è regione loci huius eſt porta cæli: ô reuerentiam! q. d. ſic ſitutæ ſunt portæ cæli, & Eccleſiæ, vt è porta cæli pateat, quidquid agitur, quicquid dicitur, & cogitatur in Eccleſia, &c. Terribilis ergo eſt locus iſte, in quo quotidie Angeli ſunt, non imaginariè; ſed verè, & realiter aſcendentes cum noſtris orationibus; & deſcendentes cum gratiis: & Deus non eſt in ſummitate ſcalæ, ſed in imo, in Sacramento, &c.

C
Hug. Card. ibid.
Chald.
D
Mart. del Rio. Corn. à Lap. ibi. Fern. in Viſ. vet. Teſt. Viſione 2. in c. 28.

Exod. 26.
Heb. 8.

In Tabernaculo, quod, iubente Domino, fecit Moyſes, non erat niſi Arca, & in ea manna, virga, & legis tabulæ: figuræ huius veri, quod hîc aſſeruatur; & tamen non niſi ſacerdotibus, iiſque poſt hebdomadæ ieiunium, pedum, manuumque ablutionem ad idem ingredi fas erat. Quæ reuerentia! &c.

E

Pſal. 102.

Etſi *in omni loco dominationis eius*, hoc eſt, vbique debeamus benedicere, & adorare Deum; in templo tamen id potiori iure debemus. Duobus præſertim in locis Deus vult adorari; in Cælo Eccleſia triumphante, & in Templo Eccleſia militante. in his etenim modo præcipuo adeſt, vt inquit Dauid. *Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes eius.* In cælo Deum adorant Angeli, in templo homines, &c. Pſal. 10.

Dum ſtaret Arca Domini in templo Philiſthinorum cecidit idolum Dagon in terram, confractúmque eſt. Mirum ſuperſtitioſæ reuerentiæ! Sacerdotes idoli ponere pedes non audebant, vbi collapſa membra fuiſſent. *Propter quod*, inquit ſacer Textus, *non calcant locum illum vſque in hodiernum diem.* Nunc, quæ reuerentia debetur Eccleſiis, locíſque ſacris, in quibus non ſunt manus, & brachia idolorum; ſed reliquiæ, corporaque Sanctorum? *Adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.* Pedes eius dicuntur Sancti, qui ambulauerunt in viis eius, &c. 1. Reg. 5. Pſal. 131.

Erat Ioſuë in agro, qui eleuans oculos, vidit Angelum: *Ego ſum Princeps exercitus Domini.* quo audito cecidit Ioſuë pronus in terram, & adorans ait. *Quid Dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum? Solue, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Angelus is erat, non Deus. Sic iuxta Sept. Qui hoc idem dixit ad Moyſem, Angelus erat. Ad hæc, locus conſecratus non erat, & tamen vel ſola Angeli præſentia dicebatur ſanctus, & in eo talis erat exhibenda reuerentia, vt vir tam ſanctus, qualis Ioſuë, qualis Moyſes, ibidem eſſe non poſſet, niſi diſcalceatus. Eleua nunc oculos fidei in illud Sanctiſſimum Sacramentum, circa quod non Angelum, ſed Angelorum choros, Creatorémque ipſum, & Angelorum, & hominum intueberis: certe calceamenta carnalium affectuum ſponte proiicies, ac ob reuerentiam contremiſces. Ioſuë 5. Sept.

Qui fieri poteſt, vt tam audacter propiùs, quàm par eſt, calceatus ad rubum accedas? non vereris, ne te flamma illa in pœnam comburat? Exod. 3.

Si filij Aaron ex eo, quòd ignem alienum in thuribulis adhibuerunt, flammis vltricibus correpti ſunt; quòd, ſcilicet, irreuerenter coram Deo ſe geſſerint: quid de te fiet, ſi ante Deum impertinentibus cogitationibus, ac paſſionibus, vel ira accenſis, vel libidinis igne flagrantibus acceſſeris? *Leuantes puras manus* (ad thurificandum) *ſine ira*, &c. hic eſt ignis alienus à cultu Dei, &c. Leuit. 10.

Raptus quondam Ioannes vidit Dei maieſtatem ſedentem in throno; & ante eum vigintiquatuor ſeniores, è capitibus leuantes coronas, mittentéſque eas in ſignum reuerentiæ ante pedes ſedentis in throno. Vt ſeniores hi venerabundi procidebant? vt profondè ſeſe demittebant? En thronus, ſanctiſſimum illud Sacramentum, ante quod ſeniores, Regéſque cæli ablatis coronis, genibúſque flexis curuantur: & homines verecundantur ambo genua flectere, quaſi nobilium ſit ſpernere Deum, ac ignobilium reuereri? Apoc. 4.

Idem Ioan. cæteríque Euangeliſtæ referunt de Regibus illis, quòd procidentes adorauerunt Dominum; ambobus, nimirum, genibus. Hæc eſt vera nobilitas, & humilitas honorata ambobus genibus: quinimò toto corpore in terram proiecto cum Abraham ante illam infinitam Maieſtatem puluerem, ac cinerem ſe fateri, ſumma ingenuitas iſta eſt, in qua ſeruitus Chriſti comprobatur, quòd ſi mille genua haberet, omnia ſumma cum reuerentia flecteret. *Cùm compleſſet Salomon orans Dominum, ſurrexit de conſpectu altaris Domini: vtrumque enim genu in terram fixerat.* Vilium, ignobilium, improborúmque eſt ſolum genu curuare: *Et genu flexu ante eum illudebant ei.* Reverà non adorare, 3. Reg. 8. Matth. 27.

ſed

fed illudere videntur, qui tam irreuerenter se habent. A

1. Cor. 11. Ibid. 14. Volebat Apostolus, mulieres in Ecclesia propter Angelos velare caput. Item volebat, in ea mulieres non loqui, sed tacere; idque ob decentissimos respectus. *Mulieres in Ecclesiis taceant: turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.* Nunc tua, ô Apostule, præcepta non seruantur; sed à perstrepentibus muliereulis parui fiunt.

In Vitis Patrum, p. 1. §. 43. Vita Io. Eleem. Sed, vbi magnus ille Patriarcha Alexandrinus, Ioannes, cognomento Eleemosynarius, qui loqui in Ecclesia neminem permittebat; sed in conspectu omnium foras mittebat eum, qui loquebatur, dicens: Si quidem, vt orates, venisti huc, in hoc mentem tuam, & os tuum vacare expoto: si verò propter locutionem, scriptum est: *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Nuli ergo eam facere speluncam latronum. Vbi, vbi est? B

D. Nilus. B. Nilus: Ecclesiam vt cælum adit; & nihil in ea, aut loquere, aut age, qood terram sapiat.

3. Reg. 6. Tertio Reg. magno mysterio notatum est, in templo amplissimo, ac mole perampla, qualis fuit templum Salomonis, nec ictum mallei in construendo fuisse auditum. Omittamus cæteros sensus: ad litteram. Deus non vult in Ecclesia oec minimum strepitum: neminem vult strepere: vult silere omnes: imperat silentium.

Tacete, quia dies sanctus est.

Ierem. 8. Psal. 64. H. br. D. Hieron. *Te decet hymnus, Deus, in Sion.* Alij: *Te decet silentium in Sion.* D. Hier. *Tibi silentium, laus.* Quasi tam ei placeat silentium in Ecclesia, vt pro laude ducat silentium: quòd si in Ecclesia aliter Deum laudare nescis, obserua silentium, & eum laudabis. C

Psal. 62. O quanta cum reuerentia Dauid vel in templo imaginario, quod sibi ipsi ante templi fabricam construxerat! *In terra deserta*, inquit, *& inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi.* Vbique composi-tus: vbique cum reuerentia Et vnde hanc desumebat reuerentiam? Vnde se ipsum componebat, ac formabat? Ex ea reuerentia, quam templo conuenite imaginabatur. Vt aliqui vel plateas, vel ipsas apertas, ac liberas regiones templum faciunt? vt è contra aliqui templum plateam faciunt?

Ezech. 8. Alij. In Ezechiele: Illi templum stabulum fecerant. Alij, terga altari conuerterant. Aliqui thurificabant idolis. Aliæ, plangebant Adonidem. *Nónne vides*, ait Dominus, *quid isti faciunt, vt recedam à Sanctuario meo?* O irreuerentiam execrandam, quæ è domo propria Deum expellit! Et quid in templo faciunt? Id omne quod alibi. Si foris exercentur amores: in Ecclesia item exercentur. Foris detrahitur famæ: in Ecclesia similiter. Foris rumores fiunt: etiam in Ecclesia. *In ostio* D

Sept. *erat idolum zeli.* Sept. declarant, *statua possidentis*: vt quicunque intraret, in hanc primùm statuam diuinarum oculos conijceret, ne aliud præterea cogitaret, dum in Ecclesia esset, vique persimiles cogitationes quamprimùm ab Ecclesia eum abducerent. Heu Domine! Incensum idolis in templo vestro, orationum loco? In oculis vestris faciem auertere à vestra facie, & ad creaturas conuertere? plangere hîc Adonidis mortem? hîc, vbi peccata sunt deploranda, admittere, quæ loco omni infamia notato nullatenus conueniunt? E

Ierem. 7. Præcipit Deus Prophetæ: *Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum, & dic: Audite verbum Domini, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum* (specie tenùs.) *Nunquid spelunca latronum facta est domus ista?* Et posteà ad obscœ-Speranza Scripturæ selectæ.

nos illos obtutos, ac indignissimas templo cogitationes conuersus: *Ego, ego sum*, inquit: *ego vidi.* Quodlibet verbum, verbum non est, sagitta est. *Ego, ego sum: ego vidi.* Heu! heu! non contremiscis?

D. Hier. Infelicissime mortalium, (plorans quondam Hieron. in ep. increpatoria ad talem Diaconum,) tu speluncam illam, in qua Dei Filius natus est, & veritas de terra orta est, & terra dedit fructum suum, de stupro condicturus ingrederis? Non times, ne de præsepe infans vagiat? ne puerpera Virgo te videat? ne Mater Domini contempleretur? Angeli clamant, pastores currunt, stella desuper rutilat, Magi adorant, Herodes terretur, Hierosolyma conturbatur, & in cubiculum Virginis deceptorus Virginem irrepis? Pauco, miser, & tam mente, quàm corpore perhorresco, pone tibi voleus ante oculos tuos opus tuum.

Psal. 73. Hebr. Heu! heu! *Quanta malignatus est inimicus in Sancto* i Quantanam, quæso te, ô Propheta! Hebr. *Omne malum egit inimicus in Sancto. Incenderunt igni Sanctuarium tuum in terra: pollenrunt tabernaculum nominis tui.* q. d. ad chorum Diuinitatis polluendum in cælum peruenire non potuerunt: sed, quantùm in ipsis est, id fecerunt in terra. *Polluerunt tabernaculum nominis tui.* Græcè: *Profanauerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo, cognatio eorum simul: Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.* vt, scilicet; dies festi non appareant: q. d. Profanos adeò reddamus, vt dies festi non sint. Ad Hebraicum: *Incenderunt*, vel *combusserunt* (igne, nimirum, luxuriæ, ac simulatum) *omnes solennitates Dei in terra.* Heu! heu! *Exurge, Domine, & iudica causam tuam. Memor esto improperiorum tuorum; eorum, quæ ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum* (Hebr. *tumultus eorum*,) *qui te oderunt* (in aures psallentium, sacra peragentium, ac Concionatorum) *ascendit semper.*

Euthym. Græc. Hebr. Psal. 73. Hebr.

Psal. 50. Non peccauit Dauid in templo, quod nondum constructum erat: sed, quis Deus vbique est, hoc nomine tam dolenter deplorans dicit: *Et malum coram te feci.* Quid, si in templo concepisset adulterium? quid, si in loco sacro homicidium animo perpetrasset, vt passim hodie?

Iob 1. Id, de quo magis præsumpsit Satan, quòdque sperabat ad Dei confusionem futurum, erat, Iobum inducere ad peccandum in ipsam faciem Dei: *Nisi in faciem benedixerit tibi*, pro, maledixerit tibi: quasi diceret: Permitte, vt eum tangam: & in faciem maledicet. Sed, quod non euenit ei cum sancto Iob; ô quàm sæpè hodie cum plerisque Christianis, qui in ipsis oculis Dei fœdissima, ac impiissima perpetrant!

Esth. 7. *Etiam Reginam in domo mea, me præsente, vult opprimere.* O nefas! in faciem Principis?

Psal. 105. Genebr. *Et fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile.* Quid refert, Domine, quòd fecerint in Horeb? Quid hoc tam emphaticè? Genebrardus: Hic mons vel est ipse Sinaï in Arabia, vel Sinai contiguus. q. d. è regione loci, vbi legem acceperunt? in oculis meis?

Ierem. 11. *Quid est, quòd dilectus meus* (non Scytha, non Barbarus, *sed dilectus meus*) *in domo mea fecit scelera multa?*

Ezech. 8. *Fili hominis, putásne, vides tu, quid isti faciant, abominationes magnas, quas domus Israël facit hîc,* (hîc, hîc, expende,) *vt procul recedam à Sanctuario meo?*

2. Paral. 6. *Elegi, & sanctificaui mihi domum istam, vt sint oculi*

oculi mei aperti, & aures meæ erectæ ad orationem, &c. vt sint oculi mei, & cor meum ibi iugiter. Heu! Domine, ex toto mundo contaminato, ac sceleribus pleno quasi expulsus elegisti domum istam, &c. sed vel hîc claude oculos, & aures, ne loco orationum audias detractiones: ne loco humiliationum, videas illusorum, ac irridentium iocos: ne quo præsertim loco ad te sese conuertere deberent, ad creaturas conuertantur. Certè vides, quid isti faciunt, vt recedas à Sanctuario tuo!

D. Chrys. hom. 36. in 1 ad Cor. O torporem, & frigus! ô temporum miseriam. Apud primos Christianos, inquit Chrys. ipsæ domus Ecclesiæ erant: nunc verò Ecclesia, domus fit; imò domo qualibet profana magis. Nam in domo quidem ordo seruati solet; hera thronum occupat omni cum venustate; famulæ tacitæ sedentes texunt; familiarium quisque, quod imperatum est, in manibus habet: hîc verò magnus tumultus, magna confusio, nihilque à caupona differunt nostra; tantus risus, quantus in balneis, quantus in foro. Et hæc quidem in vrbe nostra solùm: nam alibi, ne amicum quidem, in quem post longum tempus incidisti, compellare licet, &c. Grauissimarum harum sententiarum omnis periodus examinari debet, &c. O quàm verum alibi! In Oratoriis, in quibus fit spiritus professio, vbi seriò profectui quisque studet, ne verbum quidem, rumor nullus, silentium maximum. Post, vel ante Communionem colloqui? absit: concursitare in Ecclesia? absit: de negotiis agere? absit: ridere, iocari? absit, absit. Foris, foris ista fiunt, subdit Chrys. & rectè quidem: neque enim tonstrina, aut vnguentaria taberna Ecclesia est, aut officina forensis; sed locus Angelorum, locus Archangelorum, Regia Dei, Cælum ipsum, &c. Et hîc rides? & hîc iocaris? Nunquid domos non habetis ad nugandum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent?

Thren. 1. O quàm verum, *Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbatha eius!*

Olim ferunt, malignos Spiritus oriente die festo mox è corporibus exire, & in deserta confugere consueuisse, dum ferre non poterant tantam deuotionem internam, & externam: nunc è contra videntur per totam hebdomadam religati, vel in desertis, vel in ipso Inferni centro; & oriente festo irrumpere, catenas dissoluere, & turmatim, ac legionatim corpora inuadere, ac obsidere.

2. Mach. 15. De impio illo Nicanore in lib. Mach. *Cogitauit cum omni impetu committere bellum in die Sabbathi.* Nicanoris infernalis consilium hoc est: hine in diebus festis, ac profestis grauiora scelera perpetrantur.

Psal. 73. *Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.* (Vox Dæmonum, ac membrorum eius; malorum, scilicet, Christianorum.)

1. Mach. Iudas Machabæus, & hi, qui cum eo erant, victo Antiocho, visóque profanato templo, omnes simul fleuerunt: planctum vniuersalem fecerunt. Heu! heu! cur vnanimiter non ploramus, cùm talem nostris oculis cernamos templi profanationem? Vbi magis risui, oculorum curiositati, vaniloquio vacant homines, quàm in Ecclesia? Hîc multoties adorantur idola amata, &c.

Isa. 13. Ferè appellabo Ecclesias, *Delubra vanitatis.* Heu! parcite, si excedere videor.

Psal. 28. *In templo eius omnes dicent gloriam.* (Vtinam duo!)

D. Chrys. Chrys. In Oratorio nihil agatur, nisi id, ad quod factum est, vnde & nomen accepit. Sed quodnis aliud fit, &c. Et credimus impunitam fore irreuerentiam Ecclesiæ?

In terra Sanctorum iniqua gessit? Non videbit gloriam Domini. Bernard. Durus est hic sermo, & comminatio valdè terribilis: *Non videbit gloriam Domini?* Isa. 26. D. Bern. in illud Euang. Ecce nos, &c.

Post tot abominationes, *Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor: & cùm clamauerint ad aures meas voce magna; non exaudiam eos.* Ezech. 8.

Quàm acerrimè animaduertet Deus in eos, qui contumeliam aliquam irrogant Ecclesiæ.

PVNCTVM XIX.

IN Ierem. *Acuite sagittas, & implete pharetras: suscitauit Dominus spiritum Regum Medorum, & contra Babylonem mens eius est, vt perdat eam: quoniam vltio Domini, vltio templi sui.* Ierem. 51.

Mox vt ille calices templi profanauit, eosdem exhibens meretricibus, apparuerunt tresdigiti, &c. Dan. 5.

Heliodoro, qui ausus fuerat profanè ingredi templum, Eques ille *priores calces elisit* (in hac vita, posteriores seruans in altera.) 2. Mach. 3.

D. Chrys. Diuinæ iustitiæ conuenit, vt fulgure è cælo misso pereant, qui in templo peccant.

Foris canes, & venefici, impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium. Extra Ecclesiam fiant hi omnes. Apoc. 22.

Vt zelo ardens Dominus alioqui mansuetus, & pius, propriis manibus, quod aliàs non fecit, eiecit ementes, & vendentes de templo, &c. Quid, si ibi risui vacantes vidisset, quando alibi licita non est passus? Vt videre erat irascentem ob zelum domus Domini, qui comederat eum: *Zelus domus tuæ comedit me.* q.d. Totus sum zelus, & in zeli substantiam, ad instar cibi in comedentis substantiam, conuersus. O nos miseros, quos zelus non comedit; sed, qui zelum concedimus, & in nostrum tepore m, ac frigus conuertimus: ideò templi iniurias non vlciscimur, ideò irreuerentiam non seotimus, quinimò floccifacimus. Ioan. 2. Psal. 68.

Sed non feret Dominus: non sustinebit Dominus: *Kalendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens.* Posteà zelo correptus, *festiuitates alias non feram, festiuitates alias non feram.* alias, nimirum, festiuitates in diebus festis non feram, saltare, ridere, non feram, non feram. Et quid ages, Domine? Isa. 1.

In Amos: *Conuertam festiuitates vestras in luctum.* D. Greg. Tunc festiuitates in luctum conuertuntur, cùm pro peccatis, quæ in ipsis committuntur, homines æternaliter puniuntur. Amos 8.

Quòd si per festiuitates illas intelligimus saltationes, & choreas, ô quàm hæ sæpè conuertûtur in luctum! Descendentibus de monte Moyse, & Iosuè, auditóque tumultu populi vociferantis, dixit Iosuè ad Moysem: *Vlulatus pugnæ auditur in castris. Qui respondit: Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam; sed vocem cantantium ego audio.* Quid est, quòd tam diuersimodè audierunt? Sed, ô quàm idem audiunt! Vlulatus pugnæ; & voces cantantium, ac choreas ducentium, idem. O quàm frequenter ex choreis homicidia, flagellum, & castigatio est Dei! &c. Exod. 32.

Grauiùs

A Grauiùs multô peccat, qui congnoscens peccat. Nobilis quispiam inter eundem à rustico læditur: quærit, num cognouerit: si negat, pertransit: si 4.Reg. 1. asserit, vapulat. 4. Reg. venerunt quidam à Rege Achab missi ad Eliam, quibus, quoniam satis ostenderunt eo titulo, *Homo Dei*, Eliæ cognitionem habere; non in vindictam sui, sed in vltionem ipsius Dei dixit: *Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos.* quasi diceret: Scitis me esse hominem Dei; nec Deum in me reueremini? Si quis fortè peccat, nec sentit, aut cogitat, ibi esse Deum, licèt habitu fidei sciat vbique esse, minùs grauiter peccat: sed aduertens Psal. 77. vbi sit, quis ibi sit, & peccans, grauiùs multò peccat. Et hi impunes non erunt. B *Ædificauit, sicut vnicornium, sanctificium suum in terra.* Quid hoc sibi vult? Vnicornum, mundissimum est animal, non immunditiam patitur: vnde cornu, quo natura est forte, cætera animalia depellit, ne coinquinent. Taurus est munditiæ amator, hoc animal, vt cornu vtator: quid erit Deus? nónne suæ potentiæ cornu vtetur? &c. vt animalia ab Ecclesia expellat? &c.

Alij. *Ædificauit, sicut vnicornium, sanctificium suum in terra.* Alij, *Sicut excelsa, vt cælum.* E cælo omne Iacob 1. bonum: hinc oculos ad cælum leuamus: quia *omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est.* E cælo calorem, lucem, pluuiam, influxus habemus. In cælo sunt Angeli, Beati, Deus. O quam sensibiliter aliqui sunt in Ecclesia, ac si propemodum essent in cælo, Hîc cordia, ac mentes eleuan- C tes illuminari se sentiunt: hîc calorem concipiunt, influxus, gratias: hîc habent Deum, Angelos, Sanctos, Reliquias, imagines; vnico verbo, cælum in terra.

Psal. 26. Hinc Dauid: *Vnam petij à Domino, hanc requiram.* Et quàm? *Vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Et quid ibi, ô Dauid? *Vt videam voluptatem Domini.* Vt ibi videam, ac sentiam gustus Dei. D. Hieron. *Vt videam pulchritudinem Domini.* Alij, *Iucunditatem, vel dulcedinem Dei.* Alij, *Amœnitatem Dei.* D. August. *Delectationem Dei.* [D. Hier. Alij. D. August.] O quam aliqui in Ecclesia vident pulchritudinem! ô quam sentiunt dulcedinem Dei! ô quàm videtur illis Ecclesia Paradisus amœnus deliciarum! D

Mich. 4. *Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum*, id est, de templo. Querebatur præcipuè Deus de Babylonicis, quòd mulieres priuaient deliciis templi: nonnullæ etenim animæ nullas alias, quàm esse in templo, norunt delicias: Ecclesia earum Paradisus est, &c.

Etsi nonnullis accidit, templum esse loco deliciarum tempore tribulationum: sed, dum res prosperè succedunt, alibi delicias quærunt. Psalmo Psal. 26. Tit. Psal. huic, In quo dicitur, *vnam petij à Domino*, &c. titulus est: *Psalmus Dauid, priusquam liniretur, antequam in Regem vnctus esset.* O quot ante prosperitates non habent alias delicias, quàm esse in Ecclesia? &c. sed, &c.

Psal. 117. E *Constitue diem solennem in condensis.* D. August. legit, *in frequentationibus.* id est, frequenter, vsque ad cornu, id est, gratiam communicationis Corporis, & Sanguinis Domini.

Psal. 45. *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.* Ad hoc inhibentur opera seruilia; ad hoc vacandum, vt videatur, & consideretur Deus, beneficia Dei, &c.

Exod. 2. *Memento, vt diem Sabbati sanctifices.* Quædam Gloss. id est, vt facias sancta in Sabbatho, opera bona, opera misericordiæ, &c. Hæc est obseruatio A Sabbathi Christiani, ait Orig. &c.

Olim Hebræi maximum nefas ducebant in die festo ferre mortis legem. *Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Sic olim, ne festum violarent, nec arma, quibus se tuerentur, sumere voluerunt, ignem nec accendere, nec ligna colligere: vnde lapidatus fuit; qui ligna colligit in die Sabbathi. Hodie maximus libidinum ignis quonam tempore magis accenditur, quàm in die festo? Homicidia fiunt in diebus festis, furta in die festo, &c. Ioan. 19. 1. Machab. 2.

Heu! si *cùm inuenissent hominem colligentem ligna.* Hebr. *minutula ligna, siue stipulas*, iussu Domini eum lapidibus obruerunt. Qui multò grauiora collectione illa operatur (inquit Chrys.) & onus B peccatorum colligit, quid non sustinebit? Num. 15. Hebr. Chrys. hom. 11. in Act.

Gregorius Nicænus pariter hoc expendens: Si quis (inquit) deprehensus esset, sarmentorum colligens Sabbatho, propterea oportebat hominem obrui lapidibus, cùm nulla iniuria appareat in delicto? Quam enim fecerat iniuriam aliquas *festucas* casu disiectas per solitudinem ad ignis alimentum apportans? Non enim accusatur, quòd alienum auferat, vt iure videatur puniri iniuria: sed; quod est communiter omnibus propositum, est ei causa, vt in eum iaciantur lapides. Sed quia hoc fecit in Sabbatho, propterea damnantur tanquàm maleficus. Greg. Nicænus hom. 7. in Eccl.

Quantam Deo reuerentiam exhibeat in templo Dauid, ostendit id, quod Salomoni filio templi fabricam mandaturus ait. *Viriliter age, confortare, ne timeas, ne paueas.* Qua de re, quæso, ô Dauid? Cur C tot verbis addis animum? cur ne paueat? vt confortetur? vt viriliter agat? Moraliter diceret quis: animo forti opus, vel solùm altare, nedum Ecclesiam, ad Dei gloriam constructuro: etsi enim nullus sit Satan, nec occursus malus; ad primum tamen lapidem, vt impediat, Infernus totus exsoluitur, &c. *Viriliter age*, q. d. Cœpisti? Fortitudine opus, vt perficias. Sed rem magis, *Viriliter age*, &c Nouerat Dauid cogitationem hanc: Templum Deo constructurus sum: Deo, non homini habitationem parare debeo. talem esse, vt ab opere cœpto quemque terrere possit: addidit proinde animum, vel sapientissimo, vel ditissimo: *Viriliter age, confortare, ne timeas ne paueas.* 1. Paral. 22.

D O quanta in æstimatione construendum illud templum habebat! *Ecce ego*, inquit ad filium Salomonem, *in paupertate mea præparaui impensas Domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia: æris autem, & ferri non est pondus; vincit enim numerus magnitudinem*, &c. Sic lapides, & ligna paraui, &c. omnia hæc *in paupertate mea.* Quid? centum millia auri, & mille millia argenti talenta in paupertate? Milliones magni, si talenta hæc erant Mosaïca, in paupertate? Sic sentiebat: quasi diceret: O si haberem! ô si thesauros immensos haberem! libentissimè omnes in hoc opus expenderem. Sícque videmus eodem spiritu Salomonem ingentes impendisse thesauros, omniáque auro pretiosissimo contexisse, vt templum aureum E dici posset, &c. Declarant hæc reuerentiam, quæ Deo debetur in templo, &c. Ibidem.

Digreßio de Hypocrisi. De ficta Hypocritarum oratione.

PVNCTVM XX.

ADeò subtilis est inanis gloriæ ventus, vt facillimè intret, vt os aperiat orantis. Vt caue-

bat Propheta, ne sibi hic ventus os aperiret: *Domine, labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.* quasi diceret: Non sit hypocrisis, ac inanis gloriæ ventus, qui os meum aperiat: sed tu Domine, tuæque laudis, & gloriæ desiderium. O quàm multi aperiunt ora in Ecclesia; sed non omnibus aperit Deus! Quisnam? Illud, videri velle; laus illa deuotionis, & sanctitatis; merces distributionis, lucrum. Timor efficit, vt ille celebret: non ei Deus aperit os. Illi, qui principaliter in Chorum vadit ad distributionem, non Deus aperit os. Alius coronam recitat, vt videatur, &c. Hinc Ecclesia in ipso Matutini vestibulo hoc vtitur versu, ad rectificandam orantium attentionem, quò, scilicet, quisque oret, & psallat; non ob inanem gloriam, non ob lucrum; sed ob Dei laudem, & gloriam, quam primò, & principaliter intendat. — Psal. 50. — A

Videbis virum, seu mulierem ante Christum Cruci affixum adeò pendentem, vt in ecstasi, seu mentis excessu penitùs rapta videatur: paulò post sese ei offert occasio delectationis, ac gustus sensus, totam se sensui tradit. Obseruasti hos pictores? Depingit Crucifixum suis coloribus, aut potiùs suis liuoribus spirantem, ante quem propria arte illecti, tot actus confingunt, vt ab his, qui nesciunt eos esse pictores, sancti existimentur, & censeantur: sed venit quispiam, pretium offert, picturam vendunt. Sic, sic hypocrita. *Dabit cor suum in similitudinem picturæ.* Hypocrita tot deuotionis confingit actus, vt videatur velle deuotare Sanctos, ne dicam Hebraicè, Deuorare Sanctos: sed pretium occasiunculæ offerte, sentietis, quòd allectus gloriola sese ipsum intuebatur, se ipsum adorabat. — Eccl. 38. Prouerb. 20. Pagnin. & Lyran. ibid. — B

Ah! suum non dat lumen picturis: sese in speciem orantis ante lumen oculorum hominum statuit: non est hoc lumen. Sua opera facit, vt videatur ab hominibus: recepit mercedem suam, vilem gloriolam, quam captat. Verum lumen illud est, de quo Propheta: *Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestra non confundentur.* Hæ sunt picturæ pretij, in oculis Dei pulchræ: *Et Pater tuus, qui videt te in abscondito, reddet tibi.* — Psal. 33. Matth. 6.

Vultus hypocritarum splendorem quidem, ac pulchritudinem veri orantis præ se ferunt: sed est pulchritudo plantæ illius; quæ sese voluit ad Solem: sic etenim isti se solùm vertunt ad Solem oculorum hominum, ad cuius Solis occasum, mox ab oratione languescunt, ac deficiunt. *Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.* Vt indignatur Deus? q. d. Quæ pulchritudo apparens, quæ hypocritis hæc, ostendere cogitationes cælestes, & habere terrenas? Verè *firma radice:* quia, vt plurimùm hypocritæ sunt ubi firmati in cogitationibus terræ: quos meritò stultos appellat; quia pro terrena solùm retributione desudant. — Iob 5.

Quæ est spes hypocritæ, si auarè rapiant? numquid poterit in omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore? Non: quia, dum non videtur, non orat. Vel, quia non verè orat, ideò non omni tempore, vt qui verè orat, orare potest. Quæ est spes exauditionis hypocritæ, si gloriolam auarè rapiat? nulla. Gustúmne vllum habet in oratione; nullum Dei fores paténtne ei omni tempore, vt his, qui verè orant; nequaquam. O vanam hypocrisim! — Iob 27.

Dominus erat *pernoctans in oratione Dei.* hoc est, iuxta phrasim Hebraic. *In magna, & efficaci oratione. Cedros Dei montes Dei,* in Psal. Ionæ 3. *Ciuitas magna.* Heb. *Ciuitas Dei.* Nó pernoctat hypocrita in simili oratione: quia nemo est, qui videat. — Luc. 6. Hebr.

De his per Isa. *Populus hic labiis me honorat.* Alij: *Appropinquat iste populus ore suo, & labiis suis glorificat me: cor autem eorum longè est à me.* Hoc est, appropinquare videtur suis orationibus; sed longè abest suis cogitationibus, & operibus. — Isa. 29. Aliq.

Ex his Pharisæi erant, quorum discipuli sic benè confingebant: *Magister, scimus, quia verax es,* &c. Quibus iratus Dominus: *Quid me,* inquit, *tentatis hypocritæ?* D. Lucas eos appellat insidiatores: *Miserunt,* ait, *insidiatores, qui se iustos simularent.* Quid miramur, si Dominus indignatur? — Matth. 22.

Nihil est, quod magis Deum ad iracundiam prouocet, quàm sic fictè accedere, & cum duplicitate, ac simulatè ire. *Non adhæsit mihi cor prauum: declinantem à me malignum non cognoscebam: oculi mei ad fideles terræ: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.* D. Hieron. *Cor prauum recedit à me: oculi mei ad fideles terræ, vt habitent mecum: ambulans in via simpliciter, hic ministrabit mihi: non habitabit in medio domus meæ faciens dolum, loquens mendacium, non placebit in conspectu oculorum meorum.* vel, vt vertit Felix, *non stabilietur in conspectu oculorum meorum;* hoc est, in domo mea esse non poterit, citò exibit, &c. — Psal. 100. D. Hier. ex Hebr. Felix.

In Prou. *Abominatio est Domini omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius.* vel Hebr. *Cum rectis consilium, & secretum eius.* Quinam sunt illusores? qui fictè, & non seriò Deo deseruiunt. Sed væ illusoribus. — Prou. 3. Hebr.

Væ illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt. Tres hypocritæ: Cain genu flectens, & offerens; sed holocausta non medullata medulla intentionis rectæ; quod est hypocrisis: Balaam tot erigens altaria, vt se à Deo totum pendentem ostenderet; qui tamen totus à mercede pendebat; hypocrita verus, veros signans hypocritas, effusos mercede gloriolæ: Core similiter ficto zelo communis boni, quòd præfecturæ inter paucos restringi non deberent, ambiens ipse præfecturam, hypocrita extitit. Væ illis, inquit Apost. sed væ imitatoribus. O quot! Quinam, ò Apostole? — Iudæ 11. Num. 22. Num. 16. — C

Hi sunt epulis suis maculæ, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes. Tangit modernos hypocritas. Hypocritæ olim præ ieiunio faciem exterminabant; hoc est, extra naturalem terminum ob insignem maciem, ac pallorem ponebant: nunc hypocritæ manducant, & benè manducant. Hoc sibi vult, iuxta Gloss. interl. & Hugonem Card. *Sunt in epulis suis macula.* Id est, gulæ, vnde macula prouenit, sunt vltra modum studentes; idque sine timore. Nam, quis crederet, Prædicatores ieiunij, in secreto voraces? & tamen sunt *semetipsos pascentes,* non pauperes Christi, inquit Gloss. Ipsi, ipsi manducant, & quia clàm, ideò sine timore manducant. Sed tandem vt maculæ magna confusione deteguntur. Gnæus ex Græco, loco *macula,* legit: *Confrag. sa in mari saxa, & cauernosæ rupes.* O quàm verè! ò quàm multi incautè in hus latentes incidunt scopulos, dum oimis eis fidunt! Caue igitur, caue. — Iudæ 12. Gloss. Interl. & Hugo Card. Gnæus ex Græco. — D E

Quos vt meliùs dignoscas, suis tibi Apost. depingit coloribus, & subdit: *Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur.* nubes, quæ videntur cælum tangere; quæ plenæ, fœcundæque aquis gratiæ, doctrinæque videntur: nam de Deo loquuntur, ac si Deum tota se haberent; eùm tamen siccæ omninò sint, & vacuæ, omni humore gratiæ à vento auræ popularis circumferuntur. Diuinitùs hîc Hugo Card. *Nubes sine aqua.* Ecce, inquit, impetuositas: — Hugo Card.

tuositas: quia tales nubes sunt generatiuæ fulguris, & tempestatis. *Quæ a ventis circumferuntur.* Ecce instabilitas, & impatientia. 2. Petri 2. *Hi sunt fontes sine aqua, nebulæ turbinibus exagitatæ.* Meliùs dici non poterat. Hypocritæ sunt nubes impetuosæ generatiuæ fulguris, & tempestatis: sese enim, vt possunt, continent; posteà impatienter contumeliæ fulgur emittunt, &c.

2. Pet. 2.

Arbores autumnales infructuosæ. Arbores autumni, quæ multa folia; at fructum nullum habent. Arbores in autumno florentes, inquit Caietan. & proptereà infructuosæ: quæ enim in autumno florent, hyeme superueniente ad maturitatem fructum non perducunt. Magnam hæ ostensionem habent viridantium foliorum, sed sine fructu. Tali ratione hypocritæ fructum promittunt, sed folia exhibent. *Ante messem totus effloruit* (in flores, & frondes: *& immatura perfectio germinauit.* Vocat immaturam perfectionem, vitam illam ad speciem ecstaticam sine fundamento humilitatis, &c. *Germinauit*, aut superbiam, aut carnem. *Arbores autumnales infructuosæ*, sibi, & aliis Subdit:

Iudæ 12. Caiet. Isa. 18.

Bis mortuæ. Carthus. tum ratione omissionis boni, quod agere deberent; tum commissionis mali, quod agunt. Glossa: *Bis mortuæ*, & ante conuersionem per opera euidenter mala, & post per eadem apparenter bona. *Eradicatæ*, nimirum, à gratia, à terra charitatis, quæ fructus facit centuplicatos. *Seminauit Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum.* Non sic hypocritæ arbores bis mortuæ, & eradicatæ, &c.

Carthus. Gloss. Gen. 26.

Fluctus feri maris, despumantes suas confusiones. Vndas vocat feri maris, vt intelligas, si interdum videntur esse pacati, ac tranquilli; intus tamen suis agitari passionibus. *Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest.* Hinc harum cogitationum fluctus modò videntur ascendere vsque ad cælos, modò descendere vsque ad abyssos, in quibus regulariter confringunt ingentes fluctus suos: nam, etsi eleuari videntur vsque ad finem placendi Deo; reuerà tamen nolunt placere, nisi hominibus. Vnde quicquid agunt, quidquid cogitant, totum spuma, & confusio est.

Isa. 57.

Sydera tandem *errantia.* q. d. Videntur sydera fixa, & confixa in firmamento, cùm sint errantia, imò puræ exhalationes, quæ mox in aëren propriam eorum sphæram euanescunt, aut mox in tenebras exteriores eclipsantur. *Quibus procella tenebrarum seruata est in æternum.* O quàm bene hypocritæ vocantur sydera errantia! Hæc iuxta Bedam, nunquam in eodem loco, vbi prius fecerant ortum, occasum faciunt: sed modò ad infima zonæ brumalis descendunt; modò ad alta zonæ solstitialis ascendunt; modò ad medium zonæ æquinoctialis lineam repetunt. Sic hypocritæ fictam lucem, ac splendorem sanctitatis circumferentes, nunquam in eodem statu perdurant; sed modò ad zonæ brumalis desperationem descendunt; modò ad altam zonæ solstitialis præsumptionem ascendunt; modò, &c.

Beda.

Sydera errantia. Prophetauit autem de his Enoch: Ecce venit Dominus in Sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes. Sed ad quid hîc de iudicio meminisse? De hypocritis sermo fuit, & per consequens de iudicio loquendum erat. Quid aget Deus in die illa magna coram omnibus, cælo, ac terra? Hypocritas deteget: confusione suffundet hypocritas.

Iob 20.

Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum. q. d. Ad cælum spectat ostendere, A quòd stellæ nomen non merentur, nisi erraticæ. Cælum reuelabit, nihil inesse veræ lucis; sed ficti splendoris. Nunc, ait ibidem Greg. hominibus per duplicitatem multa celamur; sed in damnationis die, quicquid in eo intrinsecùs latebat, ostendetur: vnde apte subiungitur: *Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Domini.* Tunc germen domus illius aperitur, cùm omne malum, quod in conscientia illius nascebatur, ostenditur: modò quippe germen domus hypocritæ manet occultum, quia etsi bona imagine apparet operatio, latet tamen intentio: sed cùm adueniente Iudice, vniuscuiusque conscientia ad testimonium fuerit deducta, in hoc hypocritæ domus germen aperietur: quia in eius mente cogitatio peruersa detegetur, &c. B Tunc coram cælo, terráque, testibus Angelis, & hominibus clare patebit, an assidua, ac frequens Eucharistiæ susceptio, &c. esset ob desiderium vnionis animæ cum Deo: an, ne potiùs quis indeuotior aliis videretur. Sed, quæ confusio tunc erit, cùm in conspectu hominum, & Angelorum is, qui sanctus habebatur, reprobus inuenietur? Quæ beata credebatur, erat adultera? Qui bonus dicebatur, erat auarus? &c. *Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersùs eum.*

D. Greg. 15. Mor. 19.

O dementiam hypocritarum, qui, vt ait Hieron. ob inanem modicam gloriolam perdunt meritum operum, quæ agunt! Aureo piscantur hamo, inquit ille; dúmque pisciculum quærunt, hamum perdunt. Nero, vt referunt, hamo aureo piscabatur. C Huius leuitatem, ac inutilissimam prodigalitatem irrisit quidam, & meritò, quòd ob pisciculum vnius oboli, hamum aureum, quem sæpè pisces surripiebant, amitteret. Hæc est dementia, ac prodigalitas hypocritæ, qui aureo piscatur hamo, quique pro nihilo opera maximi valoris amittit. *Nunquid tale est ieiunium, quod elegi? Nunquid contorquere quasi circulum caput suum?* Heb. *Contorquere quasi hamum collum suum?* Sic, vbi nos legimus: *Cum peruerso peruerteris*, Heb. est, *Cum torquente, & obliquante se*, &c. q. d. obtorquendo collum hamo aureo gloriolam piscatur. O insaniam! tantæ rei iacturam facere, & tam paruum fructum captare! Eorum ora pallescunt, ait Greg. corpus debilitate quatitur, pectus intertumpentibus suspitiis vrgetur; D nihilque tanto labore, nisi æstimatio humana cogitatur. Et quid aliud hoc est, quàm opus araneæ texere, seséque euiscerare ad aucupandam muscam?

D. Hieron. Isa. 58. Hebr. Psal. 17. Hebr. D. Greg 8. Mor. 16.

Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, (Græc. *vt glorier*,) *nihil mihi prodest.*

1. Cor. 13. Græcè.

Et sicut tela aranearum, fiducia eius. Loquitur de hypocrita, ait Greg. nec meliùs comparari poterat. Vidistis, considerastis artem, ac laborem araneæ: Estne Geometra, qui æqualiores, & rectiores à centro ad circumferentiam ducat lineas? Estne Nauta, qui meliùs obseruet tempora, an nubilosa, an pluuia, an serena, vt aranea, cùm in sereno non texat, in nubiloso texat: Estne custodia vigilantior hostes obseruans, vt muscam obseruat aranea? O E quanto hæc viscerum impendio texit tenuem, subtilémque telam, vt muscam capiat! O quàm magis stulto labore hypocrita sese euiscerat, arte, ingenióque vtitur, vt muscam humanæ laudis acquirat? *Telas aranearum texerunt. Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum, opera inutilia.* Ideò subdit Iob: *Non ei placebit vecordia sua.* quia, scilicet, bona laboriosa agebat pro fauore humano. Greg. Nulla maior vecordia, quàm præceptis Dei fortiter insistere pro terrena retributione.

Iob 8. D Gregor. 8. Mor. 20. Isa. 59.

Hugo Card. *Sicut tela,* (hic benè Hugo Cardin.) quæ, inquit, studiosè texitur; sed flatu venti dissipatur. Sic quicquid hypocrita exsudat, fauoris aura exsufflat. Greg. Hypocrita dum laudatur, dissipatur. Pergit

D. Greg. Iob: *Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non consurget.* Domus hypocritæ est fauor humanus, vel fiducia sanctitatis, cui modò innititur: quia stat coram hominibus; sed in iudicio coram Deo non stabit: fulciet eam enumeratione bonorum operum, quæ mentiliter facit. Quod enim per se stare nequit, vt ait Greg. fulcitur, vt stet. Sic hypocrita, cùm vitam suam in iudicio cadere conspicit, enumeratione operum fulcit.

Matth. 7. *Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus?* &c. Sed B domus laudis sic fulta non surgit, quia in omnibus, quæ agit, animum nunquam à terra leuauit; & ideò dicetur eis: *Nunquam noui vos.*

Iob 8. *Humectus videtur, antequam veniat Sol, & in ortu suo germen eius egredietur.* Loquitur adhuc de hypocrita sub conuenientissima scirpi metaphora. Humectus, ait, videtur hominibus humore sanctitatis, siue gratia sanctitatis infusus; sed coram Sole iustitiæ, in die iudicij aridus apparebit: nascitur enim scirpus cum flore suo, & secum germen sui seminis producit. Sic hypocrita in ipsa operis inchoatione præmiu laudis recipit: & ideò aliud nõ

Ierem. 48. habebit! *Date flores Moab, quia florens egredietur.*

Iob 8. Sed, quoniam in scirpum incidimus, symbolum hypocritæ, audiamus Iob, & super eum Greg. *Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua? Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: sic spes hypocritæ peribit.* C

D. Greg. 8. Mor. 14. Vbi Greg. Scirpus exteriùs virens, interiùs autem vacuus, hypocritam designat, qui speciemquidem viriditatis habet; sed ad humanos vsus fructum vtilitatis non habet, qui sterilitate operis aridus permanens, solo sanctitatis colore viridescit: sed non viuit sine humore; quia in cunctis, quæ agit, exteriores laudes appetens, à fructu perceptæ infusionis superni muneris euanescit: vnde scirpus in flore, est hypocrita in laude. Acutis verò angulis surgens carectum, manu non carpitur: quia exasperans per arrogantiam sensibus, de prauitate sua hypocrita corripi dedignatur. Sanctus namque D esse non appetit, sed vocari: & cùm fortasse corripitur, quasi in opinionis gloria detrimentatur: loqui sibi redarguentem prohibet; quia velut in occulto vulnere tactus dolet: qualis imperitis innotuit, talis vult ab omnibus æstimari; & patitur est tiori, quàm corripi: redarguitione districtior redditur, quia quasi diræ percussionis æstimat iaculum, puritatis verbum: vnde exasperatus protinus in contumelias surgit, & quæ mala exaggeret, contra vitam correptoris inquirit, &c. Denique nemo illi suum florem adimat, omnes eundem contemplentur, omnes reuereantur, &c.

Idem c. 19. Res est quidem fletu digna, vt hîc sub his Greg. hypocritæ vanitas, qui cùm recta operari appetit, E priùs mente sollicita eiusdem operis sui testes quærit; & tacita secum cogitatione pertractat, si qui gerenda videant; & si dignè hæc eloqui, qui viderint, possint. Si verò eius facta nullum fortasse hominum contingat aspicere, hæc se procul dubiò æstimat perdidisse: & interim arbitri oculos quali absentes deputat; quia ab eo vicem sui operis recipere in posterum recusat. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.*

Matth. 6. O miseros, vt præsentem mercedem mendicant, qui futuram non expectant! *Date nobis de* A *oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.* Vbi

D. Greg. 8. Mor. 17. Gregor. Oleum à proximis petere, est gloriam boni operis a testimonio alieni oris implorare: mens enim vacua, cùm cunctis suis laboribus nihil se intus tenuisse inuenit, testimonium foris quærit. *Date nobis de oleo vestro.* Ac si apertiùs dicant: Cum nos tepeidi sine retributione conspicitis, dicite in operibus nostris, quid vidistis? Verè, verè fatuæ, quæ etiam mori proximæ, cùm semper in vita fuerint gloriæ cupidæ, gloriam & in morte quæsierunt, &c.

D. Anthon. Dominic. 8. post Trinit. Ierem. 12. Sed horum ingenium optimè depingit D. Anthonius Patauinus ad illa verba: *Facta est mihi hereditas mea quasi spelunca hyænæ.* De hyæna, inquit, multa mira dicuntur. Est enim animal paruum, sed rusticum; nocte sepulcra perfodiens, & cadauera mortuorum vorans. Voces hominum affectat, stabula pastorum sequitur, & auditu assiduo addiscit vocamen, quo exprimere possit imitationem vocis humanæ, vt in hominem accersitum de nocte fæuiat. Vomitus quoque humanos mentitur, falsisque singultibus sollicitans sic eanes deuorat, qui venantes, si vmbram eius, dum sequuntur, contigerint, latrare nequeunt, voce perdita. Varietas multiplex inest oculis hyænæ, & colorum commutatio. Hyæna quodcunque animal ter lustrauerit, mouere se non potest. Sic hypocrita est animal bestialiter viuendo, pannum simulatione, rusticum operis deformitate, nocte simulationis sepulcra perfodiens.

Penetrat enim, vt dicit Apostol. *domos mulierum* Per dulces sermones, & seductiones enocat innocentes, & sic cadauera peccatorum vorat: voces, id est, laudes hominum affectat: stabula pastorum, id est, loca, vbi prædicatur, sequitur: vt auditu assiduo quid addiscat prædicare: vt sua prædicatione homines ad se accersitos decipiat. Vomitus quoque humanos, id est, peccatorum confessiones mentitur: accusat se peccatorem, cùm non credat esse; falsisque singultibus, id est, gemitibus, homines sollicitat, vt eum sanctum credant, quem sic gementem viderint. Cuius etiam vmbra si aliquem contigerit, contra ipsum latrare non potest, imò ipsum defendit. Item, in oculis hypocritæ est multiplex varietas oculorum. Aliquando eleuat eos ad cælum, & suspirat: aliquando ad terram, & gemit. Nec est sola in eo oculorum commutatio, sed & colorum: modò enim est pallidus, modò habet vestes despectas, modò compositas, modò placet abstinentia, modò displicet. Hæc diuersi coloris mutatio, interioris instabilitatis mutationem significat. Tandem animal, quod hyæna, id est, hypocrita, ter lustrauerit, id est, circumuenerit verbo prædicationis, exemplo fictæ sanctitatis, asseueratione firmissimæ promissionis, immobile permanebit. Obsecro ergo, *attendite à* Matth. 7. *falsis Prophetis*, qui, vt dicit Gloss. maximè per impatientiam discernuntur in tempore aduersitatis: Gloss. cùm enim prosperitas arridet, pelle sub agnina, curda lupina latent; sed, cùm aduersitas flauerit, pellis ouis laceratur.

O quam longè Sancti aberant à quærenda laude! In his, quæ agebant, solos Dei oculos intuentes optabant. *Dominus videt*, inquit Abraham! Gen. 22. Quid? in re tam ardua, tam insolita, tanti meriti, in re digna omnium creaturarum conspectu, spectatores non quærit? *Dominus videt*, satis est. Sed notate: *Quia fecisti hanc rem*, &c. *multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & vocabor Deus Abraham.* q.d. Tu gloriam non quæris, solis meis con-

sentus

tentus oculis: & ego conspicuum te reddam & A Angelis, & hominibus.

Cùm homo magis secretè operatur, seséque abscondit, eò magis eum Deus detegit. *Vir erat in terra Hus, nomine Iob.* Latitabat illic in terra Gentilium, ceu pretiosa margarita in cœno: sed vt ad lucem eam adduxit, *An putas* (iuxta Sept.) *me aliter tibi respondisse, quàm vt appareas iustus?* hoc est, Quam aliam ob rem permisi, vt tentationes te inuaderent nisi vt iustitia tua elucescat, ac viuendi ratio, amórque erga Deum ipsi Diabolo, omnibúsque hominibus, qui erunt vsque ad consummationem mundi, manifestetur? Et quantùm Deus illustrat, honorátque fugientes honores. O si esses *sicut vir, qui abscondit se à vento!* O si tenebras amares, ac latibula quæreres, quantò maiori tuo B honore faceret Deus de tenebris lucem splendescere?

Iob 1. Iob 40. Septuag. Isa. 32.

Mirum est, quantùm Deus ad lucem proferat abscondita opera. Vetula illa, quæ quod habuit, obtulit, duo solùm minuta in dona Dei, quàm secretò dedisse credendum est? Non certè tuba cecinit, non iactantia pharisaïca obtulit: Christus tamen foras eduxit: vt thesaurum, in Euangelio recensuit, &c.

Luc. 21.

Magdalena effudit vnguentum illud, non vt laudaretur, quin in domo Pharisæi potiùs vituperationem, quàm laudem inde poterat expectare: sic ibi non defuit, qui hanc laudabilem effusionem culpauit: Dominus autem laudauit eam, adeóque laudauit, vt diceret: *Vbicunque prædicatum fuerit hoc* C *Euangelium, dicetur, quod hæc fecit.* Quantam ad lucem abscondita profert?

Matth. 26.

Intentio sit in occulto, non est quærenda laus. *Stellæ* (veræ, & fixæ, non errantes) *dederunt lumen in custodiis suis, & lætata sunt, vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas.* Mirum! cui lucent: Creatori, an nobis? Mihi videntur stellæ factæ in firmamento, vt hominibus nocte lucerent. Verum: sed si à stellis exquireres, cur hoc lumen præberis? si respondere possent, vtique responderent: Quia Deus imperat, illucemus: illi ergo seruimus. *Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas.* Sic, sic mysticis stellis agendum: dent lucem in custodiis suis absconditæ, non extra custodias, ne videantur: vigilent D ad instar custodiæ, dum alij dormiunt, ad orationem, ad opera pietatis vocatæ accurrant, & dicant: *Adsumus.* Quòd si testes homines non habent, non curent: sufficiat solum Deum habere testem: luceant, seruiántque ei cum iucunditate, qui fecit illas: non deerit certè, non deerit, qui aspectum obseruet, qui benignos in proximos influxus notet, quique in Ephemeridibus, ac Annalibus conscribat. Sic Ansel. ad illud: *Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo.* Quia, inquit Ansel. sicut Luna, & stellæ non amittunt lucem suam propter noctem; sed magis lucent: sic vos mente in cælo fixi non obscuramini; sed magis lucetis benè operando. Vult, vt Christiani sint quasi stellæ, quæ in cælo E fixæ non curant terrena; sed totæ intendunt, vt suos cursus, & motus peragant.

Baruc. 3. Philip. 2. Ansel. ibid.

Isti sunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum. Cur ante Dominum? Quia hypocritæ, inquit Damianus, lucent, non ante Dominum, sed ante mundum, vt videantur ab hominibus.

Apoc. 11. S. Pet. Dam. serm. 27.

De duabus stellis, & candelabris, quæ soli Creatori lucebant, D. Hieron. de Sancta Paula sic ait: Quæ vnius vrbis contempsit gloriam, totius orbis opinione celebratur: quam Romæ habitantem, nullus extra Romam nouerat, latentem in Bethlehem, & Barbara, & Romana terra miratur: Quantò se plùs deiiciebat, tantò magis à Christo subleuabatur: latebat, & non latebat: fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutem quasi vmbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores.

D. Hier. in Epist. ad Eustochium.

Idem de S. Hilarione, qui omnia mundi latibula quæsiuit, ne dignosceretur. Mirentur alij signa, quæ fecit; mirentur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatem: ego nihil ita stupeo, quàm gloriam illum, & honorem calcare potuisse: quò magis enim sese occultabat, eò magis Deo reuelante diuulgabatur.

E contra vanæ gloriæ cupidus hypocrita, quò magis sese ostentat, eò magis se obscurat. *Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur.* Apta comparatio sterquilinij, & hypocritæ: sterquilinium enim etsi niue coopertum, citò candorem amittit, & fœtorem exhalat: sic hypocrita fictæ sine sanctitatis contectus, citò suos graues emittit odores, &c.

Iob 20.

Si ascenderit vsque ad cælum hoc est, si tam in sublime ferri videatur, vt capite nubes volando tangat, obseruate, quòd reuera pennas non habet, nisi struthionis, qui cùm pennas, quasi accipitris habeat, & super astra volaturus videatur; à terra tamen vix leuatur. Sic hypocrita, ait Greg. Quantumlibet conetur, ac videatur in cælum ascendere; terrenæ tamen gloriæ pondere pressus, à terra non leuatur.

Gregor.

O hypocrisim! ô fictionem! ó duplicitatem! *Vir duplex animo*, hypocrita hic est, qui, vt ait Tertul. mimicè veritatem tractat; hoc est, gestu, externóque corporis habitu, vt in theatro, personam agit alienam, sancti, nimirum; cùm in propria persona nequissimus sit. Duplex est ergo: nam is, qui apparet, non est.

Iacob. 1. Tertul.

Erat vir ille simplex. Sept. *Erat homo ille verus.* q.d. hypocrita fictus, pictúsve est, non verus.

In charitate non ficta. Græc. *In charitate non hypocrita.*

Iob 1. Sept. 2. Cor. 6. Græc.

Sic vbi nos legimus: *Charitas non est ambitiosa.* D. Basil. legit: *Non mutat se in varias formas.* non poterat meliùs significare hypocritas, qui in tot varias formas se mutant, *vt videantur ab hominibus.*

1. Cor. 13. D. Basil.

Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Inconstantia hæc in hypocritis inde est: quia virtus in ipsis violenta est. Motus violentus ex Philosopho est, cuius principium ab extra, non conferente vim passo. Intùs nullum virtutis principium habent, solùm ab extra, ab aura populari, cuius si nulla sit occasio, nulla est etiam virtutis actio. Permulti, inquit Nazian. ad sumptus prompto animo faciendos sola honoris cupiditate ducuntur: vbi autem largitio arbitris caret, illic quoque largitio languescit. Quod dixit Nazian. de eleemosyna, de cæteris virtutibus dici potest. Nec mirum: quia nullum violentum perpetuum. De his Iob: *Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente suscipient*, &c. quos bene violentos appellat, quòd vi nulla ad intra, sed solùm ad extra mouecantur.

Iac. 1. Nazian. Iob 27.

Hypocrita eo ipso omnibus flagitiis plenus est, quò hypocrita est. *O plene omni dolo, & omni fallacia*, dictum est ad hypocritam illum. Syriacè: *O plene omni dolo, & omnibus flagitiis.*

Act. 13. Syriacè.

¶ Vix

3 Reg. 21. ¶ Vix scelus est, quod sub hypocrisi non perpetretur. Iezabel illa immane commissura scelus, *Prædicate*, inquit, *ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi. Prædicate ieiunium*, vel, vt legit Vatab. Vatab. *Conuocate concionem*. Impia hæc, & hypocrita, sub ieiunio, & prædicatione vult innocentis hominis mortem inuoluere.

2. Reg. 15. Absalom non putauit, nisi adminiculo hypocrisis; peregrinationis in Ebron; visitationis Patriarcharum, qui ibidem quiescebant; exolutionis votorum, quæ fecerat; posse sese in regnum irrudere, patrem expellere. Quis non dixisset, ô piam mentem! ô sanctas hominis cogitationes! ô dependentem à patre filium! vt peregrè voti causa profecturus veniam à patre perquirit? vt peregrini habitum induit? O passus sanctos! ô hypocrisim! ô hypocrisim! veniam à patre accipit, qui patri mortem meditatur, simulat religionem ob talem, ac tantam ambitionem, &c. *Statim vt audieritis clamorem buccinæ, dicite: Regnabit Absalom in Ebron.*

Mich. 3. Hi sunt, qui iuxta Michæam, sanctificant bellum, hoc est, specie alicuius boni canonizant odium, &c. sanctificant, seu canonizant auaritiam, &c.

1. Reg. 15. Saül item nescit auaritiam contegere, nisi sub prætextu, ac specie religionis, sacrificandi Domino: *Vt immolarentur*, inquit, *Domino Deo*. q. diceret, sacrificij causa hæc reseruaui. Vbi omnes notant auaritiam.

2. Reg. 20. Ioab non poterat tradere, ac agere proditoriè cum Amasa, nisi osculo pacis: *Salue, mi frater*. O fictiones! ô duplicitates!

Vitium, quod impudentissimè manus ausum est mittere in Christum Dominum, fuit hypocrisis. *Osculo Filium hominis tradis?* &, *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* q. dicant Pharisæi hypocritæ: Glotiam heu perdimus, quam is acquirit.

Oseæ 7. *Facti sunt quasi arcus dolosus*, qui vnam partem sagitta petere videtur, cùm tamen in aliam sagittam emittat.

Exod. 17. Non est mirum, si Deus tantoperè dolosos odit. Stuporem efficit præceptum illud de perpetuo bello aduersùs Amalecitas, de nominis eius dele-

1. Reg. 15. Deut. 25. tione, déque vltima eius strage: sed, *Mem ento, quæ fecerit tibi Amalec in via, quando egredieberis ex Ægypto: quomodo occurrerit tibi* (pacificè, scilicet) *& extremos agminis tui*, (per insidias, & à tergo,) *qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame, & labore confectus. Delebis nomen eius de sub cælo: caue, ne obliuiscaris, &c.* Quàm odit simplicissimus Deus fictionem, & duplicitatem! &c.

¶ Vitanda ergo duplicitas, & hypocrisis. Sed cauendum, ne dum volumus cauere ab hypocrisi, opera bona non faciamus, vel, quod aliqui faciunt, ne videantur hypocritæ, ópera mala faciamus. Non desunt, qui adeò exhorrent vocari hy-

Isa. 5. Psal. 51. pocritæ vt ob hoc solùm non peccent in tenebris, sed in meridie: peccatum prædicant, in malitia gloriantur, pudétque eos non esse impudentes,

D. August. quod de se in suis confessionibus dicebat August. Et pudebat non esse impudentem.

Ioan. 12. *Ex Principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non eiicerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.*

Vix hodie euacuatum est scandalum Crucis: ô quàm multi à scandalis non cauent, & à communione in Ecclesia cauent! O quàm multi propter merum Iudæorum non nisi nocte cum nobili illo Decurione Consiliarium adeunt. *Tu discipulus eius* Ioan. 9. *sis*. Et ipsi de hoc confundi videntur, & imprecationem iudicant.

Sed *qui erubuerit me, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua, & Patris, & Sanctorum Angelorum*. Luc 10. Hcuiquis honor inter Christianos Christi est, ait Saluian. vbi religio facit ignobilem? Vera virtus non est hypocrisis. Opus bonum in publico, si intentio sit in occulto, non est hypocrisis. Virtutis perficiamus opera, vt Christi decet sectatores: compensemus scandala, quæ dedimus, operibus bonis, quæ facimus: non timeamus sagittas paruulorum, linguas obloquentium, &c.

Vt non timuit apud D. August. magnus ille Victorinus Rhetor Vrbis Romæ? Hoic ob insigne præclari magisterij statuam dicarant: erat quippe omnium doctrinarum peritissimus: at, eùm ad senectam vsque fuisset venerator idolorum, sacrorúmque sacrilegiorum particeps, non erubuit fieri puer Christi tui, & infans fontis tui, subiecto collo ad humilitatis iugum, & edomita fronte ad Crucis opprobrium. O Domine, qui inclinasti cælos, & descendisti; tetigisti montes, & fumigauerunt; quibus modis te insinuasti illi pectori? Legebat sanctam Scripturam, & dicebat Simpliciano: Noueris me iam esse Christianum. Et respondebat ille: Non credam, nec deputabo te inter Christianos, nisi in Ecclesia Christi te videro. Ille autem irridebat eum, dicens: Ergóne parietes faciunt Christianos? Et hoc sæpè dicebat, iam se esse Christianum: & Simplicianus illud respondebat, & sæpè ab illo parietum irrisio repetebatur: amicos enim suos verebatur offendere superbos Dæmonicolas. Sed posteaquàm legendo auxit firmitatem, timuítque negari à Christo coram Angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus confiteri, reúsque sibi apparuit magni criminis, erubescendo de sacramentis humilitatis Verbi tui, & non erubescendo de sacrilegiis superborum Dæmoniorum, quæ imitaror superbus acceperat; depuduit vanitati, & erubuit veritati: subitóque, & inopinatus ait Simpliciano: Eamus in Ecclesiam: Christianus volo fieri. At ille non capiens se lætitia, perrexit cum eo. Vbi autem imbutus est primis institutionum Sacramentis, non multò pòst etiam nomen dedit, vt per Baptismum regeneraretur. Denique, vt ventum est ad horam profitendæ fidei, quæ memoriter in conspectu populi fidelis reddi solet ab eis, qui accessuri sunt ad gratiam, ablatum illi fuit à Presbyteris, vt secretiùs redderet, sicut nonnullis, qui verecundia trepidaturi videbantur, offerri mos erat: ille autem maluit salutem suam in conspectu sanctæ multitudinis profiteri. Ascendit igitur, vt redderet, & omnes sibimet inuicem, quisque vt eum nouerat, instrepuerunt nomen eius strepitu congratulationis. Quis autem ibi non eum nouerat? Et sonuit presso sonitu per ora cunctorum collætantium, Victorinus, Victorinus. Citò sonuerunt exultatione, quia videbant eum; & citò siluerunt intentione, vt audirent eum. Pronunciauit ille fidem veracem præclara fiducia, & volebant eum omnes rapere intrò in cor suum; & rapiebant amando, & gaudendo. Hæ rapientium manus erant.

Aug. Conf. l. 8 c. 2. Psal. 143.

Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Matth. 5. Inhonorauimus Patrem, blasphemari fecimus, (ô quoties!) Nomen eius, curemus, vt glorificetur, &c.

Caueamus

A Caueamus solùm inanem gloriam, & iactantiam, nec quætamus gloriam nostram, sed gloriam Dei, &c. ne nobis accidat, quod in figura accidit Eleazaro in libris Machab. Quod monet Gregor. Magnoperè oportet, & bona semper agere, & ab ipsis nos bonis operibus cautè in cogitatione custodire, ne si mentem eleuent, bona non sint, quæ non auibori militant, sed elationi. Eleazar in prælio elephantem feriens strauit: sed sub ipso, quem extinxit, occubuit: quos ergo iste significat, quem sua victoria oppressit, nisi eos, qui vitia superant; sed sub ipsa, quæ subiiciunt, superbiendo succumbunt? quasi enim sub hoste, quem prosternit, moritur, qui de culpa, quam superat, eleuatur.

1. Mach. 6. D.Greg. 19. Mor. 17.

B

PVNCTVM XXI.

De Iactantia.

Luc. 18. *NOn sum sicut cæteri hominum, &c. ieiuno, &c.* O inanem iactantiam! quam deridens Bernard. Pharisæus hic, ait, stipem mendicans, manus diuitiis, & auro plenas ostentat; quid mirum, si vacuus remanet?

4. Reg. 20. Exechias Rex, quòd thesauros Assyriorum Legatis ostentasset, iussu Domini audiuit: *Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt Patres tui v'que in diem hanc in Babylonem.* Hæc eorum pœna est, qui sine occasione, C & cum quibus non oportet, propalant bona sua spiritualia, quæ acceperunt, vel temporalia, &c.

Dan. 3. Mox vt ille audiuit: *Tu es caput aureum.* fecit statuam auream cubitorum sexaginta. Quid? totam statuam effingis auream, cùm caput solùm dictum sit aureum! & huius altitudinis? O iactantiam tam in spiritualibus, quàm in temporalibus! dices illi: Hæc tua cogitatio bona est: hoc propositum bonum est. totum se hinc sanctum credit. In temporalibus: habet ille quatuor nummos, vix sex cubitorum est, & sexaginta cubitorum se fingit. Theod. ibid. Pulchrè Theodoretus: Daniel caput solùm dixit aureum: superbia statuam totam fecit auream.

Iob 31. Verùm vt à iactantia aberant Sancti: Quis Iobo maior in vtrisque diuitiis? & tamen dicebat: *Si* D *lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo?* hoc est; nunquam mihi vanè complacui de rebus meis, &c.

Sunt qui caput tam debile habent, vt gustato modico vini haustu, & etiam odoratu, inebrientur. Sic aliqui procliues adeò sunt ad extollentiam, vt ob quodlibet paruum opus bonum persuasæ perfectionis præsumptione glorientur: è contra verè perfecti se nihili faciunt, nihil se boni habere Iob 9. credunt *Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.*

Ioan. 1. *Tu quis es? Non sum ego Christus. Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non.*

Psal. 117. Dauid: *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me.* (Iterum dico:) *Dextera Do-* E *mini* (non mea, nisi vt Deus instrumentum) *fecit* Psal. 113. *virtutem. Non nobis, Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.*

Act. 14. Cùm Paulo, & Barnabæ, post restitutam claudo illi sanitatem, vellent Listrenses sacrificare: *Conscissis tunicis suis, exilierunt in turbas, clamantes, & dicentes: Viri, quid hæc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines.* vel, iuxta alios, *iisdem, quibus vos, obnoxij malis sumus.* Vt fugiebant! vt

Spetanza Scripturæ selectæ.

A gloriam inanem, ac iactantiam abhorrebant?

Vt verè Sancti humiles! Matth. 25. *Nudus eram: & cooperuistis me, &c. Domine, quando te vidimus nudum, esurientem?* &c. Matth. 25.

Notat ibid. Theod. hoc responsum ex humilitate procedere. Hoc proprium, inquit, virtutis est, vt opes suas occultet. q. dicant. Non cognoscimus aliquid boni egisse, &c. Theod.

Et ignorabat (Moyses) *quòd cornuta esset facies sua,* (Hebr. *quòd splenderet,* vel *radians esset cutis faciei suæ,*) *ex consortio sermonis Domini.* q. d. solus ipse proprios non videbat radios: Sancti, nimirum, propria non vident merita. Exod. 34. Hebr.

Daniel in lacu leonum, viso prandio: *Recordatus es,* inquit, *mei, Deus?* Vbi Chrys. hæret, stupétB que vehementer: Adeò, inquit, erat humilis? In lacu propter Deum, se indignum existimabat, vt eius recordaretur, & vt exaudiretur? *Recordatus es mei, Deus?* Quid dicis? Post tam multa rectè, & præclarè gesta, post miraculum in lacu factum, adeò humilem te esse existimas? Certè, inquit: nam quæcunque fecerimus, serui inutiles sumus. Ipse præoccupans impleuit euangelicum præceptum, & se nihil existimabat. O quantùm id Deo pergratum! Dan 4. Chrys. hom. 17 in ii. ad Hebr. Luc. 17.

Obseruat Greg. quod dixit Amos ad Amasiam: *Non sum Propheta, neque filius Prophetæ: armentarius ego sum, vellicans sycomoros.* & addit sacer Textus: *Et dixit Dominus ad me: Vade, & propheta ad populum meum Israel.* Quibus Prophetæ verbis C ostenditur, inquit Greg. quia, dum de se humilia loquitur, impletus est, & mox habere prophetandi spiritum meruit, quia se Prophetam non esse humiliter agnouit. D. Greg. 5. Mor. 27.

Huc facit, quod Luc. 7. dixerunt illi de Centurione: *Dignus est, vt hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificauit nobis.* Ille autem: *Domine, non sum dignus,* &c. Vbi Chrys. Illi eum prædicant dignum; ipse se indignum fatetur. Et August. Trepidauit Christum mittere inter parietes suos: & iam intra erat in corde eius. Item: Erat anima eius sedes illius: iam ibi sedebat ille, qui humiles requirebat. Dicendo se indignum, præstitit dignum. Vnde Chrysost. Si magna vis reddere merita tua, ea ne magna esse D putes, & magna erunt. Luc. 7. Chrys. August.

Vt Apost. timidus in propriis laudibus? *In quo quis audet (in insipientia dico:) audeo & ego. Hebræi sunt, & ego: semen Abrahæ,* &c. Vbi Chrysost. Cùm propter pseudoapostolorum fraudem sua narrare cogeretur, id appellat audaciam, & non tantùm audaciam, verùm & insipientiam (*vt minùs sapiens dico,* Chrys. legit, *delirans loquor:*) nos quoque docens, ne in cassum absque necessitate gesta nostra iactemus. 2. Cor. 11. D. Chrys. ibid. Græc. D. Chrys. ibid.

Sic, posteaquàm per quatuordecim annos, vt notat Theophyl. siluit raptum, illum coactus deinde referre, in tertia persona refert, & quia aliquo se modo detexerat: *Factus sum,* inquit, *insipiens: vos me coegistis. Ante annos quatuordecim.* Quod ideò E adnotauit, vt intelligeretur, ait Ansel. quòd non iactantia, sed necessitate diceret, quæ per tot annos tacuerat. 2. Cor. 12. Theophyl. ibid. Ans. ibid.

Vt etiam prædictus iam Exechias eruditus, & pauidus, ne vel lacrymam ostentaret? Sic Hieron. ad illud: *Conuertit faciem suam ad parietem templi,* subdit D. Hieron. Iuxta quod Salomon palatium extruxerat: vel absolutè ad parietem, ne lacrymas suas assidentibus ostentare videretur. Vt cautus nunc, qui paulò antè thesauros ostentabat? 4 Reg. 20. D. Hieron.

Sed vnde Sancti Dei tam humiles? vbinam A hanc animi moderationem didicerunt? in schola Saluatoris: *Discite à me: quia mitis sum, & humilis corde.* Matth. 11.

O quàm præclarus humilitatis magister! O quàm præclara in omnibus dedit nobis humilitatis exempla! Cùm paralyticum sanasset: *Ecce (inquit illi) sanus factus es: iam noli amplius peccare.* Cur non ait: Ecce te sanum feci? Nónne ipse fuerat tanti miraculi author? Nónne ipse erat, qui illum sanum fecerat? Chrysost. Introere Christi humilitatem. Non dixit: Sanum te feci. sed, *Sanus factus es.* Voluit itaque hoc exemplo humilitatem docere, & modum, quo in operibus ostentationem, & vanitatem fugiamus. Ioan. 5. Chrysost. ibid.

Puellam illam excitaturus, tibicines eiecit: ne tu egregium aliquod opus patraturus tuba canas B ante te. Matth. 9.

Lazarum pariter ad vitam reuocaturus, cùm plures ibi vidisset, *infremuit spiritu, & turbauit se ipsum, & lacrymatus est.* Nec ad Magdalenam cadem repetit, quæ dixerat Marthæ. Cur ita? Turba enim aderat multa, (inquit Chrys. in Catena:) & non erat tempus illorum verborum, sed cundescédit, & humiliatur, humanam naturam denudans. Ioan. 11. Chrys. in Catena.

Sic, sic semper humilitatis magister; & nascens, & viuens, & moriens humilitatem docuit. In natiuitate cur se inter noctis tenebras occultauit, nisi vt humilitatem doceret? *Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, Domine, à regalibus sedibus venit.* Cur noctis tempus ad suam natiuitatem elegit, qui ad redimendum mundum, & ad illuminandum illos, qui in tenebris erant, veniebat? Nóne dignior videbatur dies, quæ ad tantum misericordiæ, & pietatis opus eligeretur? Cur igitur noctis tenebras elegit? Bern. Iam verò nocte voluit nasci. Vbi ergo sunt, qui tam impudenter gestiunt ostentare semetipsos? Primus itaque gressus, quem Christus formauit super terram, hic fuit: docere nos exemplo suo, quomodo semper propter humilitatis amorem, vanitatem fugere debemus, & inter tenebras, quæ facimus, bona opera abscondere, ne inaniter videamur. Sap. 18. Bern. serm. 3. de Natiuit.

In monte Thabor inter splendores, & vocem cælitùs delapsam, non defuit nubes, nec sermo de excessu, quem completurus erat in Ierusalem. Matth. 17.

Cùm memoriam suorum mirabilium facere vellet, se ipsum in escam dedit. At quantùm hoc, quæso, conticuit? Quantis modis mirabile hoc opus occultauit? In hoc præcipuè, inquit Angelicus, est verum illud Isaiæ: *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator.* seu, vt alij legunt, *Deus absconsionum.* quia non vnam tantùm rem in Eucharistia abscódit; sed plures, scilicet, personam suam, opus, & modum. Sed quare in tam admirabili; & excelso opere sic se abscondit Saluator, & Magister noster, nisi vt humilitatem doceat? Sic obseruat idem Angelicus, hisce verbis: In his discimus in nobis quoque tria virtuosè abscondere; nostrá personam; opera nostra bona; & bonorum operum intentionem. Isa. 45. Alij. S. Thom. de Euchar. c. 8.

Sed iam in Crucis cathedram ascensurus, vel ascensus, quàm se profundè demisit? A regio titulo caput deflexit. Secundùm Marcum (vt notat Ambros.) milites exuerunt eum purpura. Et subdit, (quod nec vacat mysterio:) Christus enim ascensurus Crucem, regalia vestimenta deposuit: vt scias, quasi hominem passum esse. O verum igitur humilitatis exemplum! Et nascens, & viuens, & moriens humilitatem docuit.

Optimè Tertullianus: Nasci se Deus in vtero patitur Matris; & expectat natus, adolescere sustinet; & adultus non gestit agnosci. Tert. lib. de Pat. c. 3.

Idcircò Sancti tam humiles. Nouerant ad hæc illud, quod iusserat Dominus: *Vtrunque latus propitiatorij tegant Cherubim; expandentes alas, & operientes Oraculum.* Vbi ad mores Oleaster: Considera, quæso, quid te admoneat hîc Deus. Summus benefactor est: & nihilominùs tectus, vt te doceat benefacere, & nolle videri. Sic, sic benè agendum, Fratres; sic cotandum, ne inaniter videamur. Exod. 25. Oleast. ibid.

In Gen. quatuor fluuiorum fit mentio: *Nomen vni Phison; ipse est, qui circuit omnem terram Heuilath: nomen secundi Gehon; ipse est, qui circuit omnem terram Æthiopiæ: nomen tertij Tigris; ipse vadit contra Assyrios: fluuius autem quartus, ipse est Euphrates.* Perge, ó Moyses, & quà fluit? Nihil addit. Cur hîc silet? Mysticè ex Gloss. Interl. Euphrates est frugifer, qui terram facit fructiferam. q. d. tectè operans, eleemosynas faciens, &c. in abscondito faciat, latenter fluat. Genes. 2. Interlin.

Sed, vt ab his longè absunt, qui res suas, vel spirituales, vel temporales ostentant? Qui dicunt: *Diues sum,* &c. *pauperes, caci, miseri, & miserabiles.* Apoc. 3.

O inanem iactantiam primogenitam superbiæ! Studeamus, Fratres, studeamus humiliari, & modestiæ: *Omnes autem inuicem, humilitatem insinuate.* Vatab. & alij: *Arctè, seu nodis illigatam tenete.* ne, scilicet, a verbis, gestibus, &c. dissoluatur: quia, vt dicit Iacobus: *Humilibus dat gra-* C *tiam.* 1. Pet. 5. Vatab. Iacob. 4.

Sed nunc quid sancti fecerint, vt ab inani gloria, & iactantia procul essent, humilitatémque nodis omnibus illigatam tenerent, ostendamus.

De sancto Pœmene referebant Sancti seniores, dicentes: Quia quodam tempore, cùm aduenisset Iudex Prouinciæ, audisséque sanctam opinionem beati Pœmenis, desiderabat videre eum, misitque nuncium ad deprecandum, vt susciperet eum. Beatus autem Pœmen contristatus est valdè, cogitans apud semetipsum: quia, si cœperint nobiles venire ad salutandum, & honorandum me; manifestum D est, quia & alij multi etiam populares frequentabunt me; & necesse est, vt per hoc perturbetur secreta vitæ meæ conuersatio, & humilitatis gratiâ, quam cùm labore tanto, auxiliante Domino, à iuuentute mea studui custodire, forsitan sortipiente maligno Diabolo, perdam, & vanæ gloriæ incurram laqueos. Hæc ergo apud semetipsum pertractans, definiuit, quatenus excusaret magis, & non susciperet Iudicem. Contristatus autem Iudex, quia non eum suscepisset, ait ad Officium suum: Quoniam non merui videre hominem Dei, peccatis meis imputo. Veruntamen nimis desiderauit per quancunque occasionem videre sanctum virum. Excogitauit ergo huiusc emodi causam, quæ occasionem ei præberet videndi eum: comprehendens enim filium sororis beati Pœmenis, misit E in carcerem, vt per istam occasionem, aut susciperet Iudicem, aut certè ipse veniret ad rogandum Iudicem. Dixitque ad Officium suum: vt non contristetur sanctus senior, mandate ei, si voluerit venire ad me, necesse est, vt statim educamus eum de carcere: talis enim est causa eius, quæ non possit impunè transire. Audiens autem mater iuuenis, id est, soror sancti Pœmenis, abiit in eremũ, vbi erat frater suus, flebátque ad ostium cellulæ eius cum multo fletu, & vlulatu rogans eum, vt descenderet ad Iudicem, & rogaret pro filio suo. Beatus autem Pœmen non solùm ad eam nihil dixit; sed nec In Vitis Pat. p. 1. § 49. Abbas Pœmen veniretem Prouinciæ Iudicem non admittit, ob inanem gloriam loquere excludit.

Nec sororis precibus, nec nepotis periculo mouetur. ostium ei aperuit, vt egrederetur ad eam. Tunc cœpit illa maledicere ei, ac dicere: Durissime, impiissime, & ferrea viscera gerens, quomodo te tantus dolor fletus mei non flectit ad misericordiam? quoniam vnicum filiũ habeo, quem in periculo mortis video constitutum. Tunc senior mãdauit ei per Fratrem, qui ei ministrabat, dicẽs: Vade, dic ei: Pœmen filios non genuit, & ideò non dolet. Hæc audiens Iudex, dixit amicis suis: Scribite ad eũ, vt vel epistolã precatoriã faciat ad me, quatenus possim eum dimittere. Tunc iam quamplurimis suadentibus, sanctus senior scripsit ad Iudicẽ, dicens: Iubeat nobilitas tua diligẽter requirere causam illius: & si quid dignum morte admisit, moriatur; quatenus in hoc præsenti sæculo exoluat crimen peccati sui, vt euadat æternas, ac perpetuæ gehennæ pœnas: sin autem nihil dignum morte commisit, quod iustum videtur legibus, ita de eo iube discerni. *Commendatitiis literis pro nepote nõ nisi aqua à Iudice postulat.*

At vnde hic carni, & sanguini penitùs non acquieuit, vt Iudicem videndi eum tam cupidum non admitteret? quia inanem gloriam pertimescebar: quia elationis, ac iactantiæ occasionem pro posse deuitabat.

In Vitis Par. p. 2. §. 18. Referebat idem Beatus Pœmen, quoniam fuit quidã nuper Monachus Constantinopoli, temporibus Theodotij Imperatoris. Habitabat autem in parua cella prope Prascium, vel Græcè, *proasiium*, qui vocatur in septimo, (hoc est, prope suburbium positum in septimo climate, aut regione: nam variæ Vrbis, suburbiorúmque regiones erant, maximè Constantinopoli, & Alexandriæ, quæ certo numero distinguebãtur,) vbi solẽt Imperatores egressi de ciuitate libẽter degere. Audiens autem Imperator, quòd ibi esset quidã Monachus solitarius, qui nunquã egrediebatur de cella, cœpit deambulando pergere ad eum locum, præcepitque sequentibus se Eunuchis, vt nullus approximaret ad cellulã Monachi. Ipse autem solus perrexit, pulsauítque ostiũ. Surrexit autem Monachus, & aperuit ei, & non cognouit eum, quòd esset Imperator: tulerat enim sibi coronam de capite, vt non cognosceretur. Post orationem autem sederunt pariter, & interrogauit eum Imperator: Quomodo sancti Patres degunt in Ægypto? Respondénsque Monachus, ait: Omnes exorant Deum pro salute vestra. Aspiciebat autem Imperator intentè cellulam ipsam, & nihil in ea vidit, nisi paucos panes siccos in sporta pendentes, & dixit ei: Da mihi benedictionem, Abba, vt reficiamur. Statímque festinauit Monachus, & misit aquam, & sal, & misit buccellas, & comederunt pariter, porrexítque ei calicem aquæ, & bibit. Tunc Theodosius Imperator dixit: Scis, quis ego sim? Respondens Monachus dixit: Nescio. Dixítque ei: Ego sum Theodosius Imperator, & ob deuotionem huc veni. Hoc cùm audisset Monachus, prostrauit se ante illum. At ille dixit ei: Beati estis vos Monachi, qui securi, ac liberi de negotiis sæculi, trãquilla, & quieta perfruimini vita; & solummodo de salute animarum vestrarum habetis sollicitudinem, quomodo ad vitam æternam, & ad cælestia præmia peruenire possitis. In veritate enim dico tibi, quia certè in regno natus sum, & nunc in regno dego, & nunquam sine sollicitudine cibum capio. Vel, vt habet Ruffinus, nunquam ita delectatus sum pane, & aqua, sicut hodie; satis enim libenter comedi. Post hæc autem honorificè salutauit eam Imperator, & ita egressus est ab eo. Eadem autem nocte cœpit intra se cogitare famulus Dei, dicens: Quoniam non oportet iam me in hoc loco esse: multi enim non solùm de populo; sed etiam de palatio, & de Senatoribus quamplurimi, exemplum Imperatoris secuti, ad videndum me venturi sunt, & honorem mihi, tanquàm seruo Dei deferendo, non cessabunt. Et illi quidẽ propter nomẽ Domini facturi sunt: ego autem timeo, ne fortè Diabolus malignus mihi subrepat, (vel, vt est in aliis codicibus, meritum subripiat,) & libenter incipiam eos suscipere: & condelectetur cor meum laude, & honore eorum: & per hæc iam incipiam virtutem humilitatis perdere; & laudibus, atque honoribus hominum delectari. Hæc igitur homo Dei secũ cogitans eadem nocte fugit inde, & perrexit in Ægyptum.

(Marginal notes: *Rosvueidus l. 5. in annotat. & in onomastico.* *Theodosius iunior Monachum inuisit.* *Cum eo manducat.* *Felicem eum prædicat.* Ruff. l. 3. num. 19. *Fugit honorem Monachus, ne ob inanem gloriam humilitatis iacturam faciat.*)

Itaque consideremus, dilectissimi Fratres, quanta sollicitudine virtutem humilitatis custodire famulus Dei studuit, vt in cælesti regno æternam gloriam pro labore sanctæ vitæ suæ, quam propter nomen Domini exercuerat, percipere à Christo Domino mereretur.

Solenne fuit Sanctis, ad inanem gloriam declinandam, fugam arripere. Marol. c. 1. l. 4.

Ægidius Atheniensis, quoniam non tam regia stirpe, quàm virtute, & miraculis clarere cœperat, iactationis occasionem fugiens, patriam dereliquit, ad eremum se contulit, & dum apud Veredenium Eremitam in agro Aralatensi habitaret, sabuloso, ac sterili solo; ab ipso terræ Conditore Deo fœcunditatem precibus impetrauit. Mox inde discedens, vastioris solitudinis latebras petiit, ibi quærens domicilio locum, vbi non facilè mortalium de se rumores audire posset. *Ægidius inanis gloriæ occasionem fugit.*

Iodocus item fama sanctitatis, Regúmque Britanniæ stirpe clarus, dum solitarius habitaret, & signorum, quæ fecerat, rumor multos ad videndum eum diuersis ex partibus exciuisset; videns, in tanta se adeuntium frequentia, periclitari humilitatem; in vlteriorem deserti angulum sedem transtulit, vt tam ab inanis gloriæ cupidine, quàm à consuetudine hominum procul esset. Ibidem. *Iodocus idem facit.*

Alexius quoque Euphemiani consularis viri filius, spreta generis nobilitate, Roma decedens, Edessam Syriæ vrbem venit; & inter alienigenas septendecim annos incognitus mendicauit. At postquàm vulgatum est, voce diuinitùs allata, Alexium mendicum in Ecclesia recipiendum; videns ibidèm miraculum illud honori sibi futurum, Laodiceam est profectus, à Laodicea Tharsum, à Tharso rediit Romam: vbi in paterna domo pro peregrino pauperculo susceptus, alios septendecim durauit annos in summa retũ inopia, statúque miserabili; nec ipsis genitoribus suis sese manifestãs: ob hoc præsertim, ne agnitum honore afficerent. In exitu vitæ & quis, & quantus esse, apparuit: hoc signis, prodigiisque instanter editis; illud chirographo in manu defuncti reperto, ac rei ordinem indicante: tunc, scilicet, cùm iam superato vanæ ambitionis periculo, secura humilitas ad cælos properabat, veræ, immortalísque gloriæ honore semper fruitura. O beatum! ô felicem! qui sic se humiliauit in terris, vt exaltereur in cælis. Ibidem. *Sic Alexius.*

Quid humilitatis amor non efficit? In Vitis Par. fuit quidam in Monasterio, nomine Eulalius, nimis gratia humilitatis ornatus. Si quid igitur, vt solet, culpabile admisissent Fratres negligẽtiores, excusantes culpas suas, supradictum fratrẽ asserebant esse culpabilem. Cúmque argueretur à senioribus Fratribus, non nẽgabat, sed prosternebat se in terram, & adorans eos, se dicebat peccasse, & negligẽter fecisse. Cùm autem Monasterij Abbas innocẽtiam eius cunctis testatam vellet, iussit omnium mattulas in ignẽ imponi: quæ statim omnes com- Pelag. libel. 15. n. 86. *Ita Eulalius.*

bustæ sunt, præter mattulam Fratris Eulalij. Quo non solùm omni suspicione fuit absolutus: verùm etiam ob miraculum magna in veneratione haberi à Fratribus cœpit. Verùm ea se in celebritate esse indignè ferens, procul inde secessit in desertum, maluítque in speluncis cum feris habitare, quàm in Monasterio ab hominibus honorari: memor, dictum esse a Propheta: *Saluabuntur, qui fugerint ex eis; & erunt in montibus quasi columbæ conuallium.*

Ezech. 7.

Cass. l. 4. de inst. renunc. c. 30.

Pynuphius etiam Abbas, apud Cassianum, in fuga iactantiæ, inanisque gloriæ insignis fuit. Is, inquit Cassianus, cùm esset immanis Cœnobij Presbyter in Ægypto, non longè à Panephysi ciuitate, & pro ipsa reuerentia vel vitæ suæ, vel ætatis, vel sacerdotij cunctis honorabilis, ac venerandus existeret, videns se pro hoc ipso humilitatem illam, quam secundùm suæ mentis ardorem concupierat, exercere non posse; nec habere, quo virtutem desideratæ subiectionis extenderet; clàm fugiens de Cœnobio, secessit solus in Thebaïdis vltimas partes, ibique deposito habitu Monachorũ, assumpta sæculari veste, Cœnobium Tabennensiotarum expetiit, quod sciebat cũctis esse districtius, & in quo se vel pro longitudine regionis credidit ignorãdũ, vel pro magnitudine Monasterij, ac multitudine Fratrum facilè posse celari. Vbi diutissimè pro foribus perseuerans, cunctorũ Fratrum genibus prouolutus, vt susciperetur, summis precibus exorabat. Cúmque multo despectu tandem fuisset admissus, quòd, scilicet, decrepitus senex, & qui omnẽ suam peruixisset ætatem, ingredi Cœnobium postularet, quo tempore iam ne deseruire quidem suis voluptatibus præualeret, ac ne hoc quidem ipsum causa Religionis eum expetere assererent; sed famis, & inopiæ necessitate constrictum: vt seni, nullique operi penitùs apto, horti cura, diligentiáque mandatur. Quam sub alio Fratre iuniore, qui eum sibi creditum retinebat exercens, sic eidem subdebatur, tantáque obedientia desideratam humilitatis excolebat virtutem, vt non solùm ea, quæ ad horti curam, diligentiámque pertinebant; verùm etiam vniuersa officia, quæ cunctis erant aspera, vel indigna, atque ab omnibus ducebantur horrori, tota quotidie sedulitate compleret. Quamplura etiam, nocte consurgens, ita furtim, nullo teste, vel conscio, tenebris occulentibus faciebat, vt penitùs authorem operis nemo deprehenderet. Cúmque ibidem triennio delitescens, dispersis per vniuersam Ægyptum vbique Fratribus quæreretur; à quodam tandem, qui de Ægypti partibus commearat, vix potuit pro humilitate habitus sui, ac vilitate officij, quod gerebat, agnosci. Nam sarculo deorsum incuruus laxabat oleribus terram; deinde stercus humeris suis aduectans, eorum radicibus ingerebat. Cúmque hoc intuens Frater super agnitione eius diutissima fuisset hæsitatione detentus, propiùs tandem accedens, & non solùm vultum, sed etiam sonum vocis diligenter explorans, ad pedes eius cominùs procidens, primò quidem super hoc stuporem summum videntibus cunctis incussit; cur, videlicet, istud fecerit ei, qui apud ipsos, velut Nouitios, & de sæculo nuper egressus habebatur extremus: pòst verò miraculo sunt maiore perculsi, cùm eius nomen, quod apud ipsos quoque magna fuerat opinione compertum, protinus prodidisset. A quo vniuersi Fratres prioris ignorantiæ veniam postulantes, quòd eum, videlicet, tanto tempore inter iuniores, ac famulos deputassent; inuitum, ac flentem, quòd inuidia Diaboli digna fuisset conuersatione, atque humilitate fraudatus, quam diutissimè requisitam, tandem aliquando se inuenisse gaudebat: nec meruisset vitam suam in illa, quam arripuerat, subiectione finire, ad proprium Cœnobium reduxerunt, custodientes eum summa diligentia, ne ab eis quoque similiter quoquam dilapsus aufugeret.

Pynuphius ob humilitatẽ, relicto Cœnobio, cui præerat, longinquum Monasteriũ, in quo velut incipiens susciperetur, desiderio subiectionis expetiit.

Vbi, cùm fuisset modico tempore demoratus, eodem rursus humilitatis desiderio, atque ardore succensus, captans nocturna silentia, ita diffugit, vt iam non vicinam prouinciam; sed ignotas, & alienas, longéque diuisas regiones expeteret. Nam conscendens nauem in Palæstinæ partes commeare festinauit, credens, se tutiùs latitaturum, si ad illa semetipsum asportaret loca, in quibus ne nomen quidem suum fuisset auditum. Quò cùm aduenisset, nostrũ Monasterium protinùs expetiuit: quod non longè fuit à spelæo, in quo Dominus noster Iesus Christus ex Virgine nasci dignatus est. In quo, permodico tempore delitescens, secundùm sententiam Domini, tanquàm ciuitas super mõtem posita, diutiùs abscondi nõ potuit. Nam continuò quidem Fratrũ, qui ad loca sancta de Ægypti partibus, orationis causa, conuenerant; agnitum eum, summa vi precũ, ad suum Cœnobium reuocarunt.

Reductus Pynuphius in Monasteriũ, iterum unde fugit.

Sed quid iterum de Hilarione dicemus? Dignus is certè est, cuius iterum mentio fiat. Sexagesimotertio vitæ suæ anno cernẽs iam grande Monasterium, & multitudinem Fratrũ secum habitantium, turbásque eorum, qui diuersis languoribus, & immundis Spiritibus occupatos ad se deducebant, ita vt omni genere hominum solitudo per circuitum repleretur; flebat quotidie, & incredibili desiderio conuersationis antiquæ recordabatur. Interrogatus à Fratribus, quid haberet, cur se conficeret, ait: Rursum ad sæculum redij, & recepi mercedem meam in vita mea. Concurrebãt Episcopi, Presbyteri, Clericorum, & Monachorum greges, matronæ quoque, Christianorum grandis tentatio; & hinc inde ex vrbibus, & agris vulgus ignobile; sed & potentes viri, & Iudices, vt benedictum ab eo panem, vel oleum acciperent: at ille nihil aliud, nisi solitudinem meditabatur. Denique biennio (vt summatim ex D. Hieron. vita illius cursum perstringamus) in tali animi sollicitudine peracto, cùm postremò comedere nollet, donec discessum impetraret, & iam dies septem nihil gustasset, ne inedia conficeretur, dimissus, reliquit Palæstinam.

D. Hieron. in Vita Hilarionis.

Hilarion se honorari conqueritur, & solitudinem semper meditatur.

Prætereà gloriam semper fugiendo, dum crebrò sedem mutat, Vetulium, Pelusium, Theuhatũ, Babylonémque peragrauit. Deinde Aphroditon, Eremum Antonij, rursum Aphroditon, Alexandriam, Oasam, Brutium, Pareconium, Inde Siciliam, & inde Epidaurum, ac posthæc Cyprum. Quibus in insulis cùm sese abdidisset, tum malignis Spiritibus conclamantibus, tum miraculis eum vbique prodentibus, diu latere non potuit. Cùm denique viribus partim ætate, partim labore exhaustis è Cypro emigrare nõ posset, ibidẽ & fugæ finis, & vitæ fuit.

Omnes mundi latebras perquirit.

Sed quid, ô viri Dei, fugitis? Ad quid tam sæpe sedem mutatis? Memores verbi Saluatoris diffugiunt: *Cùm vos persecuti fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam.* Memorésque Magistri, qui *cùm cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum Regem; fugit iterum in montem ipse solus.*

Iob 6.

Fuge, dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnulóque ceruorum super montes aromatum.

Cant. 8.

Reuertere, reuertere, Sunamitis; reuertere, vt intueamur te. Quid! nónne vidisti eam? an non hîc modò erat? quò nunc abiit? Fugam arripuit.

Cant. 6.

Quamobrem,

Quamobrem: Quia *viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt: Reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.*

Fugiunt itaque Sancti, cùm honorantur; consistunt, dum contemnuntur.

In Vitis Pat. p. 1.
Petrus Telonarius, dum vt fatuus spernetur, manet; dum honoratur, fugit.

Petrus, cognomento Telonarius, relatus in Vita S. Ioannis Eleemosynarij, distractis pro Christi amore amplissimis facultatibus, semetipsum quin etiam seruum venalitium fecit. Diuenditus verò, domi aliquando domino coquinabat: aliquando autem eius abluebat pannos, quanquam nunquam priùs in quolibet horum fuerit assuetus. Cúmque gratiam inuenisset in oculis domini sui, eò quòd omni cum humilitate ea omnia præstaret, vidisétque eum dominus sæpè conuitia perferre, & percuti à conseruis, (habebant enim eum tanquàm amentem, ita vt nomen ei imponerent amentis;) voluit eum libertate donare: at ille pro Christo seruus, améntsque haberi voluit: donec agnitus à quopiam, qui illuc venerat; edito priùs insigni miraculo, aufugit. Itaque tunc fugit, cùm coleretur vt liber: tunc mansit, cùm teneretur vt seruus; cùm sperneretur vt fatuus.

In Vitis Pat.
Virgo quædam D. Picterio sanctior, habita vt fatua, manet; vt sancta, fugit.

Fuit quædam Virgo, ex relatu D. Basilij, in quodam Monasterio fœminarum, quæ stultam esse, ac Dæmonem se habere, simulabat, quæ vsque adeò ab omnibus aliis horrori habebatur, vt nec cibum quidem cum ea acciperent: talem siquidem vitam elegerat, vt à coquina nunquam recedens, totius illic ministerij impleret officium, & erat secundùm vulgare prouerbium, vniuersæ domus spongia, impletum in se rebus probans, quod in sanctis libris scriptum legimus: *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc mundo, stultus fiat, vt sit sapiens.* (1. Cor. 3.) Hæc igitur inuolutum pannis habebat caput, & ita omnibus seruiebat: cæteræ autem Virgines tonsæ, cucullis cooperiebantur: nulla aliquando hanc potuit de quadringentis videre manducantem; nunquam per omne æuum suum sedit ad mensam, à nullo vel modicam partem panis accepit; sed micas tantùm detergens illarum mensarum, & abluens ollas, his solis alimoniis contenta viuebat. Nulli vnquam fecit iniuriam: nulla ipsius murmur audiuit: nulli, aut parum, aut satis locuta est. Et certe cùm ab omnibus cæderetur, cùm omnium viueret odio, maledicta omnium sustineret; Sancto Picterio, cui hoc vocabulum erat, probatissimo viro, sempérque in deserto viuenti, astitit Angelus Domini quadam die sedenti in loco, qui dicitur Porfiricæ, affatúsque est eum his verbis: Cur, inquit, grande aliquid te esse credis, vt Sanctus in huiusmodi degens loco? Vis videre mulierem te sanctiorem? Vade ad Tabennensiotarum Monasterium fœminarum, & vnam ex ipsis illic inuenies, in capite habentem coronam: ipsam cognosce te esse meliorem, quo dum contra tantum populum sola diebus, ac noctibus pugnat, cor ipsius nunquam à Deo recedit: tu autem vno in loco residens, nec quoquam aliquando progrediens, per omnes vrbes animo, & cogitatione vagaris.

Statímque ad supradictum Monasterium venit, & Magistros Fratrum rogauit, vt introducerent eum ad habitaculum fœminarum. Quem mox illi vt virum gloriosum, virum etiam prouectioris ætatis, cum grandi fiducia introduci fecerunt. Ingressus autem omnes sorores desiderauit inspicere, inter quas solam illam, pro qua venerat, non videbat. Ait autem ad postremam: Omnes, inquit, mihi adducite; deesse enim mihi videtur aliqua. Dicunt ad eum: Vnam stultam habemus intrinsecùs in coquina. Sic enim eam, quæ à Dæmonio vexabatur, appellabant. Et ait ille: Exhibete ad me ipsam quoque, vt eam videam. Quo audito, supra memoratam vocare cœperunt. Quæ cùm nollet venire, sentiens, vt credo, aliquid, aut fortassis hoc ipsum diuina reuelatione cognoscens, dicunt ei: Sanctus Pecterius te videre desiderat. Erat autem vir fama, & nomine grandis. Cúmque ad eum fuisset exhibita, & vidisset pannos in fronte ipsius inuolutos, proiecit se ad pedes eius, dicens: Benedic me. Rursus ad ipsius pedes & ipsa corruens: Tu me, inquit, benedic, Domine. Omnes verò Sorores obstupuerunt simul dicentes: Noli, Abba, talem tibi facere iniuriam: fatua est enim ipsa, quam cernis. Tunc Sanctus Picterius ipsis omnibus ait: Vos magis estis fatuæ: nam hæc & vestra, & mea est Nonna. Hoc enim nomine vocant illi fœminas spirituales. Et deprecor Deum, ait, vt ita dignus in die Iudicij merear inueniri. Quo audito, omnes simul ad pedes eius prociderunt, singulæ varia peccata, & propria confitentes. Alia autem abluens sordes catini, supra eam se fudisse, dicebat: aliæ verò colaphis eam à se verberatam sæpè memorabant: aliæ nares ipsius sinapi impletas a se esse deflebant: cæteræ quoque diuersas referebant se ei iniurias irrogasse: pro quibus omnibus ille fusis Deo precibus, egressus est. Post paucos autem dies, non ferens illa tantam sui gloriam, tantóque se nolens Sororum honore cumulari, grauaríque credens singularum excusationibus, egressa de Monasterio illo occultè, quò ierit, in quem se merserit locum, ad nullius potuit notitiam peruenire.

D. Basil. in Const. Monast. c. 12.

Quid, rursus quæro, tantoperè fugiebant? Basil. Inanem gloriam, dulcem spiritualium operum spoliatricem, iucundum animarum nostrarum hostem, tineam virtutum, blandissimam bonorum nostrorum deprædatricem, eandémque mellis illitu fraudis sui veneni coloratricem, & mortiferi hominum mentibus poculi perporrectricem.

A quo vitio in tantum viri Dei semper abhorruerunt, vt eorum plerique, ne in aliquo honore haberentur, quasdam veluti ineptias fecerint, ac fatuos se esse simulauerint.

In Vitis Pat. p. 2.
Simeon, vt humanã gloriam deuitaret, panem, & caseum manducãs à quodam Iudice velut inuenitur.

Quadam vice Iudex quidam venit videre Abbatem Simeonem, & præcedentes Clerici dixerunt ei: Abba, paratus esto: quia Iudex audiens de te venit. Et ille ait: Etiam ego me præparabo. Et cooperiens se sacco suo, & tollens in manu sua panem, & caseum, sedit in egressu cellæ suæ, & cœpit manducare. Venit ergo Iudex cum officio suo, & videntes eum, spreuerunt, dicentes: Hic est Monachus solitarius, de quo talia audiebamus? Et statim recesserunt, & reuersi sunt ad se.

Humanam gloriam fugiens quidam senex, denudans se, & lauans in palude, stultus, ac dæmoniacus haberi voluit.

Item. Senex erat in inferioribus eremi partibus, & sedebat quiescens in spelunca: vnus autem sæcularis homo Religiosus ministrabat ei. Contigit verò, vt filius sæcularis illius infirmaretur. Multis ergo precibus postulabat senem, vt veniret in domum suam, & faceret orationem pro infante, & surgens senex, ambulabat cum eo. Ille autem præcessit eum, & ingressus in domũ suam, dixit: Venite in occursum Anachoretæ. Quos cùm senex vidisset de longè egressos cum lampadibus, sensit, quòd ad se venirent; & statim despolians se vestimenta sua, misit se in flumen, & cœpit ea lauare stans nudus. Ille autem, qui ministrabat ei, videns hoc, erubuit, & rogauit homines, dicens: Reuertimini: senex enim noster sensum perdidit. Veniens verò ad senem, dixit ei: Abba, quid hoc fecisti? omnes enim, qui te viderunt, dixerunt, quòd dæmonium

habet senex. Cui Ille: Et ego volebam hoc audire. A

Sur. 1. Iul. c. 4. Simeon Salus stultitiam simulat, vt inanem gloriam fugiat.

Sed, quantum his similia, ac multò solenniora Simeon ille Salus fecisse narratur? Eruditissimus, Lipomanus apud Surium, sic præfatur. Cum sequentem historiam percurreris, lector candidissime, ne, quæso, scandalizeris, videns sanctum, & sapientem virum, propter Christum adeò se humiliasse, vt fatuus ab omnibus æstimari voluerit. Miri sunt sancti Spiritus afflatus, & stupenda in seruos suis diuina iudicia. Simeonem nunc elegit stultitiam simulantem, vt confundat sapientes, & per eius lusum mundum ludificans, tam fidelium, quàm infidelium animas ad se conuertit. Hic igitur, cùm iam ad eminentem perfectionis, sanctitatisque gradum peruenisset, videns Dei benignitatem multa per eum, eaque ingentia, ac valdè stupenda signa B facere; illud in animum induxit suum, vt eadem, ad inanem gloriam deuitandam, sub quibusdam ineptiis, ac veluti stultitiis pro viribus occultaret. Hinc quadam die Emesam ciuitatem ingressus, inuncto in sterquilinio cane mortuo, solutâque, quam habebat ex fune, zonula, eiúsque pede alligato; eum traxit currens prope locum, vbi erat schola puerorum. Cùm ergo eum vidissent pueri, cœperunt clamare: Abbas stultus. & aggressi sunt post eum currere, & ei colaphos impingere. Postridie autem eius diei, cùm esset dies Dominicus, accepit nuces, & ingressus est in Ecclesiam, in principio Officij, amputans, & extinguens candelas. Postquàm verò, vt eum educerent, accurrissent; ascendit ambonem, & illinc nucibus lapidabat mulieres. Cùm autem C eum multo labore eduxissent; dum egrederetur, subuertit libros placentariorum, & cætera sexcenta id genus alia, sub quibus, vt narrat Leontius, relatus à Metaphraste, valdè mira ad humilitatem tuendam nisus est occultare signa.

Bacciuc in Vita S. Philip. l. 2. c. 18. S. Philip Nerius stultum se simulat, vt humilitatem custodiat.

Sanctissimus occurrit hoc loco P. N. Philippus Nerius, huic non absimilis, quippe qui illud vnum impensiùs meditatus videtur, quonam pacto, veluti stultus, ab omnibus haberetur: vnde modò media in platea saltare visus est, modò in loco frequentior ab aquatore veluti sitiens aquam efflagitare, & coram omnibus bibere; nunc semitonsus incedere; modò genistæ flores præ manibus gestare; nunc ineptiarum libellos legentem audite; nunc pelliceа quadam veste indutus pompaticè D deambulare; hæcque, & alia similia facere, quibus humillimè de se ipso sentiens, pro viribus conatus est, vt idem cæteri de ipso sentirent.

Nec his contenti: tanta prætereà viri Dei tuendæ humilitatis auiditate tenentur, vt non solùm honores fugiant, nec solùm stultitiam simulent; verùm etiam aliquid sibimetipsis demant, & quodammodo detrahant, propriísque in detractionibus exultent.

In Vit. Pat. p. 2. Abbas Moyses Iudici se sciscitanti: Moyses, inquit, fatuus est, & Hæreticus.

Audiuit aliquando Index Prouinciæ de Abbate Moyse; & perrexit, vt videret eum. (illas, vt adoraret eum:) & nunciauerunt seni de aduentu eius: & surrexit, vt fugeret in paludè. Et occurrit ei Iudex ille cum suis, & interrogauit eum, dicens: Dic nobis, senex, vbi est cella Abbatis Moysi? Et dixit eis: E Quid vultis eum inquirere? Homo fatuus est, & Hæreticus. Et veniens Iudex ad Ecclesiam, dixit Clericis: Ego audiens de Abbate Moyse, veni, vt viderem eum: & ecce occurrit nobis senex pergens in Ægyptum; & interogauimus eum, vbi est cella Abbatis Moysi? & dixit nobis: Quid eum quæritis? fatuus est, & Hæreticus: Audientes autem Clerici, contristati sunt, dicentes: Qualis erat senex ille, qui hæc de Sancto locutus est ad vos? Et illi dixerunt: Senex vetustissimus vestimentis vtens, longus, & niger. Et illi dixerunt: Ipse est Abbas Moyses: & quia noluit videri à vobis; ideò hæc vobis ipse de se dixit. Et multùm ædificatus Iudex discessit.

D. Franciscus in contumeliis exultat.

Ex Chronicis. Cùm se D. Franciscus inter homines fama sanctitatis efferri percepisset, ne quam ex eo vanitatem, aut voluptatem caperet; alteri negotium dedit, vt è contra probris, petulantiáque ipsum incesseret. Er cùm ille rusticanum, idiotam, ignauum, inutilémque eum appellasset, calumnianti gratias agebat, affirmans, veriùs de se sentire oblocutores suos, quàm laudatores, qui opinione decepti, supra id, quod esset, se æstimarent. Memor Isa. 3. erat Isaiæ dicentis: *Populo meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.*

D. Greg. l. 1. Dial. c. 5.

De Constantio Anconitanæ Ecclesiæ mansionario Greg. Dial. Quia, inquit, valdè opinio sanctitatis eius excreuerat, multi hunc ex diuersis Prouinciis anxiè videre sitiebant. Quadam vero die ex longinquo loco ad videndum eum quidam rusticus venit. Eadem verò hora casu contigerat, vt sanctus vir stans in ligneis gradibus, reficiendis lampadibus deseruiret. Erat autem pusillus valdè, exili forma, atque despecta. Cúmque is, qui ad videndum eum venerat, quisnam esset, inquireret, atque obnixè peteret, vt sibi debuisset ostendi; hi, qui illum nouerant, monstrauerunt, quis esset. Sed, sicut stultæ mente hominum merita ex qualitate corporis metiuntur; eum paruulum, atque despectum videns; ipsum hunc esse, non cœpit omninò credere; in mente etenim rustica inter hoc, quod audierat, & videbat, quasi facta fuerat quædam rixa, & æstimabat tam breuem per visionem esse non posse, quem tam ingentem audierat per opinionem. Cùmque ipsum eum esse à pluribus fuisset assertum, despexit, & cœpit irridere, dicens: Ego grandem hominem credidi; iste autem de homine nihil habet. Quod vt vir Constantius audiuit; lampades, quas reficiebat, protinùs relinquens, lætus concitus descendit, atque in eiusdem rustici amplexum ruit, eúmque ex amore nimio constringere cœpit brachiis, & osculari, magnásque gratias agere, quòd de se talia iudicasset, dicens: Tu solus es, qui in me apertos oculos habuisti. Qua ex re (subdit Gregorius) pensandum est, cuius apud se humilitatis fuerit, qui despicientem se rusticum ampliùs amauit. Qualis enim quisque apud se la- »tear, contumelia illata probat. Nam, sicut superbi » honoribus, sic plerunque humiles sua despectione » gratulantur. Cùmque se, & in alienis oculis viles » aspiciunt; idcircò gaudent, quia hoc iudicio con- » firmari intelligunt, quod de se & ipsi apud semer- » ipsos habuerunt. »

D. Constantius se quendam ridentem lætus amplectitur.

De confidentia in Oratione.

Acceptarum gratiarum memoria motiuum est confidentiæ.

PVNCTVM XXII.

Psal. 16.

EGo clamaui, quoniam exaudisti me, Deus: *inclina aurem tuam, & exaudi verba mea.* Quid iam, ô Rex, exaudirus clamas? Nunc, nunc fiducialiter clamo, inquit Dauid: quoniam aliàs exaudiuit me, &

D. Greg. 35. Mor. 5. & spero aliàs me exaudier. Super quæ verba Greg. Non ait, quia clamaui, exaudisti me: sed, *clamaui, quoniam exaudisti me.* qui enim loquens exauditus fuerat, votis proficientibus exauditur clamat.

Psal. 56. Sic August. ad illud: *Clamabo ad Deum altissimum* Quomodo, inquit, te audiuit clamantem, si altissimus est? Nata est, nimirum, experimento fiducia. *Ad Deum*, inquit, *qui benefecit mihi.* Huc facit illud primæ parentis Euæ, postquàm peperit Gen. 4. C in, dicentis: *Possedi hominem per Deum.* quod Alij. alij transferunt: *Possedi virum, & Dominum.* hoc est, ex accepta iam gratia gratias expecto. *Possedi virum, & Dominum.*

Gen. 15. B Quondam Deus vocauit Abraham: *Scito præ noscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos, & cruient.* Et quandiu durabit hæc seruitus? *Et affligent quadringentis annis. & post hæc egredientur cum magna substantia.* Quis id facilè credat? *Ego Dominus*, iam præmiserat, *qui eduxi te de Vr Chaldæorum*; hoc est, de fornace ignis, in quam, cum veri Numinis ado rator, missus fuisti. Sed, cur hanc deliberationem temoratur; vt spem huiusce alterius liberationis conciperet?

Hinc toties hoc idem ad memoriam reuocabat Abraham ad concipiendam spem, *Deus, qui eduxit te de Vr Chaldæorum.* Sic in periculis, in difficultatibus: *Dominus qui eduxit me de Vr Chaldæorum.* tum memoria accepti beneficij, tum fiducia recipiendi.

Psal. 80. Dionys. Richel. Sic, vt obseruat Dionys. inuitans populum ad fiducialiter postulandum: *Dilata os tuum, & implebo illud.* Præmittit motiuum fiduciæ: *Ego enim Exod. 17. sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata,* &c.

Hanc eandem spem nouatum gratiarum ex acceptis iam gratiis Moyses docuit, cùm iussit, vt cum virga montem conscenderet: vnde à populo aduersus Amalecitas pugnaturo virga cerneretur: *Ego ascendam in montem, habens virgam Dei in manu mea.* Mirum! sustentatione, ac adiutorio indigebat: nec manus eleuatas tenere iam poterat, & eas virga onerat? Quid eam eleuas, si non potes; O mysterium! tota fiducia ex illa aliàs potenti virga nasci debeat, ideò eam eleuat, & cunctis populi oculis ostendit, vt quondam per eam patratorum magnalium recordaretur, & confideret, ac D speraret auxilium. q. diceret: Bellate, ô milites: sed oculos ad virgam hanc potiùs, quàm ad arma leuate: leuate oculos ad montem, vnde veniet auxilium vobis. Vbi notandum significanter appellasse virgam, *virgam Dei*, vt omnipotentiæ meminissent, & ex acceptis iam aliis victoriis, victoriam sperarent.

Matth. 8. Erant in mari discipuli, tempestas exoritur, perterriti incipiunt diffidere: quibus Dominus: *Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum; & quot cophinos sumpsistis? neque septem panum in quatuor millia hominum; quot sportas sumpsistis?* q. d. Confidite & E nunc.

Psal. 114. Genéb. ibid. Vt hoc motiuo vtebatur Dauid? *Qui inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.* D. Basil. ibid. hoc est: quia me exaudire solet, diebus meis, quandiu viuam, eum inuocabo. D. Basil. illud, *&*, accipit pro, ideo: quia aurem mihi sæpiùs præbuit; ideò per totam vitam Deum inuocabo.

D. Ennod. l. 5 epist. 10. Pulchrè D. Ennod. Percipio spe futura, quæ deprecor: nesciunt in fontibus hærere, quæ cælo authore tribuuntur: semper incrementis ad eul-

A men ascenditur, vbi diuinus fauor præstat auxilium.

Qui orat ergo, fiducialiter oret: non diffidat; sed certam, & in manu, vt dici solet, reputet gratiam. Hac fiducia orabat Dauid: *Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.* Psal. 3. Sed quomodo id potest esse cum veritate coniunctum, cùm subdat? *Exurge, Domine: saluum me fac, Deus meus.* Si iam te Dominus exaudiuit, quid nunc exoras? Iansenius sic respondet: Ex Iansen. ibid. certa exauditionis fiducia pronunciat se iam accepisse, quod precabatur: quasi iam illud accepisset, si firmiter se confideret accepturum.

Hanc eandem declarauit fiduciam vel tunc, cùm 2. Reg. 15. & 18. ait: *Seruate mihi puerum Absalom.* vel Hebr. Hebr. *Mansuescite*, aut *leniter ite super puerum Absalom.* Abul. ibid. Quid? loqueris vt certus de victoria? Sic, confidentia eum certum reddebat: nouerat enim infatuatum consilium Achitophel, quoniam orauerat; & ideò sperabat, quòd & in reliquis Deus exaudiret eum, &c. Beneficium enim pignus est beneficij: accepta iam gratia spes est recipiendæ.

Est præterea monitiuum confidentiæ, infallibilitas diuinarum promissionum, ac Dei verborum veritas.

Multoties repetunt Euangelistæ verba illa: *Vt adimpleretur Scriptura: vt adimpleretur, quod dictum est per Prophetam*, &c. Sic iam iam in Cruce Matth. 27. C Dominus spiritum emissurus, antequàm tamen emitteret, multa cum diligentia hoc notant Euangelistæ, inquiunt enim: *Sciens Iesus, quòd omnia consummata sunt, vt consummaretur Scriptura, dixit, Sitio.* Post talem, ac tantam sanguinis effusionem, cum sitire non mirot, quod adhuc maiorem fiiat passionem: pati modò nun minor, nec etiam minor Christum sitientem nostram salutem dicere: *Sitio.* vel quòd sitiri sitiat, vt loquitur Nazianz. Nazian. sed quòd solùm dixerit: *Vt consummaretur Scri-* D. Cyril. *ptura*, miror, & obstupesco. Scio, quòd ex D. Cyrillo scholasticis terminis aiunt, particulam, *vt*, non dicere causam necessitatis, sed inevitabilitatis. Sed ad tem nostram August. Motiuum Dominus D. August. Scripturas omnes, quæ de ipso loquebantur, percurrit, & consummatas iam vidit: solùm parum aceti in Psalm. superetat: *Et in siti mea potauerunt* Psal. 68. *me aceto.* & animam agens animam retinet, donec huc sibi desetatur acetum; nec anteà moti vult, quàm hoc idem degustet. *Vt Scriptura adimpleretur.*

Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Matth. 5. Quid hinc non educimus id quod educit D. Thomas? Si iam, quæ D. Thom. de Christo impossibilia, & incredibilia mundo videbantur, sic ad amussim completa sunt, vsque ad parum aceti: quid erit de eo, quod tam expressè promisit, & quasi iuramento obfirmauit: *Quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis?* vel de eo: *In quacunque hora ingemuerit peccator*, &c. si veniam pœnitentes rogauerimus, si salutem, &c.

In verbum tuum supersperaui, non solùm sperauì; sed *supersperaui*: adeò vera existimo verba Psal. 118. tua.

Ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. 2. Tim. 2. Quanto minùs sua?

Hoc credere redundat in Dei gloriam. Nouerat Isa. 7. ille, cui cùm dictum esset: *Pete tibi signum à Domino Deo tuo. Non petam*, inquit, *& non tentabo* Alij. *Dominum.* Alij: *Non petam, & non exaltabo*

Dominum. Et verè Dominum exaltat, & multùm exaltat, qui fidelem in promissis eum esse credit.

Gen. 21. *Gen. 22.*

Mira Abraham fides diuinis promissionibus. Promiserat ei Deus: *In Isaac vocabitur tibi semen,* &c. Non multò pòst: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac,* &c. Pergit ad montem: *Expectate hic,* ait, conuersus ad famulos, *donec ego, & puer reuertamur ad vos.* Quid, ô Abraham, fingis? das verba famulis? Quomodo cum puero reuerteris, si puerum sacrificaturus vadis? Non fingo, inquit Abraham: sed persto fundatus in Dei promissione: omninò, ac infallibiliter cum puero reuertar. *In spe contra spem arbitrans, quia & a mortuis suscitare potens est Deus.*

Hebr. 11. *Saluian. lib. 2. ad Eccl.*

O miseria! (deplorat Saluianus) ô peruersitas! homini ab homine creditur; & non creditur Deo: hominis promissionibus spes accommodatur; Deo negatur. Omnia in rebus humanis spes futurorum agunt; ideò terris frumenta credimus, &c. totum inter homines spe agitur: solus Deus est, de quo desperatur: cùmque elementa ipsa, & naturam totius mundi Dominus noster fidelem fecerit, illi tantùm propè ab omnibus non creditur, qui solus fecit, vt rebus omnibus crederetur.

Chrysol. ser. 25.

Eadem est querimonia Chrysologi: Homo homini exiguæ chartulæ obligatione constringitur: Deus tot, ac tantis voluminibus cauet; & tamen debitor non tenebitur?

Bern. hom. 4. sup. Missus est.

Notat Ber. Multa, quæ dare disposuit Deus, antea polliceri, vt ex promissione excitetur fiducialis deuotio, vt quod gratis daturus erat, deuota oratio promereatur; sicque, ait, dum nos præuenit tribuendo, quod retribuat gratis; agit, ne gratis tribuat.

Gen. 15. *Caiet. ibid.*

Caiet. in illud Genes. *In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abram.* Ecce, inquit, quò Deus curâ suâ descenderit, vt ad similitudinem paciscentis hominis se gesserit cum homine, & tanquàm ex contractu obligatum se exhibuerit: quod ideò facit, vt confidentiores nos erga se reddat. Chrysost. Ipsum tene debitorem; ipsum exige: hac enim exactione delectatur: nam ideò toties in Scripturis se vadem exhibet, vt præbeat occasionem exigendi.

Psal. 9. *Symmac.*

¶ Placet summoperè Deo hæc confidentia. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Symmac. *Propositum cordis eorum audiuit auris tua.* Per hoc verbum, *propositum*,

Agell. & Lorin. ibid.

Agellius, & Lorinus stabilitatem, ac firmitatem cordis nihil hæsitantis; sed in spe, ac fide permanentis, intelligunt; cùm quis, nimirum, certo quodam modo impetraturus aliquid Deum postulans, & in fide nihil hæsitans; tunc habet propositum, Deum exauditurum.

Ioan. 5. *S. Chrys. hom. 35. in Ioan.*

Quodnam propositum fuit illud Paralytici in probatica piscina iacentis? Fuit propositum huiusmodi firmum, stabile, quod diuturnitate tanti temporis nunquam hæsitauit. Cuius fiduciam iam suprà relatus simul patientiam demiratus Chrys. Pudeat nos, inquit, & incredibilem nostram socordiam deploremus: triginta, & octo annos ille expectauerat continuos; nec eius impletum est desiderium; nec id culpa, aut negligentia eius factum est; nec propterea desperauit: nos autem, si vel decem dies orationibus inuigilantes non exaudimur, iam tepescimus, &c.

Psal. 122. *Theod.*

Ingem perseuerantiam, ac fiduciam notat ad illa verba Theod. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Non præscripto tempore, inquit, spem definimus; sed expectamus, donec misericordia digni effecti simus.

Luc. 11. *Chrys. serm. 55.*

Chrysol. ad illa verba; *Quis ex vobis patrem petit panem,* &c. ita, vt solet, eleganter: Negat patrem, qui de patris suspectus est largitate.

Psal. 130.

Quàm pulchra metaphora Propheta alibi perfectam describit confidentiam: *Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea: speret Israel in Domino.* Considerastísne vnquam naturalem lactentium in matres confidentiam, vt suorum corporum nullam prorsus curam habent: sed charitati maternæ sunt penitùs, & omninò commendati? Id, quod ad summum facere norunt, hoc est: materna viscera aliquo excitare vagitu. Talis etiam est recens ablactatorum fiducia: nam, licèt ampliùs matrum vbera non sugant; non eas propterea despiciunt, aut ab eis reliqua sperare desinunt: quin potiùs ex beneficio hactenus accepto, toti à matribus pendent, à solito gremio non recedunt. Hunc fiduciæ gradum habebat Dauid, qui, vt in naturalibus maximus, ita in spiritualibus summus est. *Sicut ablactatus est super matre sua,* &c. vel iuxta alios:

Alij.

Qualis ablactatus super matrem suam, talis in me anima mea. Hoc est, sicut infans omninò se credit amanti illi curæ maternæ, cùm sibi omninò consulere nequeat, ac totus proinde in matre conquiescit, & ad matrem ob rem quamlibet fiducialiter confugit: sic ego ad diuina illa misericordiæ viscera confugio in quacunque necessitate, in quocunque periculo, in omni tentatione, &c. & ea semper aperta reperio, semper diuinæ illius prouidentiæ brachiis complector.

Camp. in Paraph.

Campensis: *Sicut infans ab vberibus matris recens depulsus, qui solus figere gressus non potest; sed matris sustentatur manu: ita me semper iudicaui sine tuo auxilio nihil posse.* & ideò aliis hanc commendat fiduciam ex proprio experimento: *Speret Israel in Domino ex hoc nunc, & vsque in sæculum.* Campensis: *Expectet, si sapit, quiuis ex Israel Dominum, & pendeat ab eo ab hac hora, vsque ad finem vitæ. A custodia matutina, vsque ad noctem,* non vsque ad nonam, vel ad vesperum; sed vsque ad obscurissimam noctem maiorum tribulationum, vsque ad noctem ipsius mortis, vsque ad finem vitæ.

Iob 13.

Etiamsi occiderit me, in ipsum sperabo.

In omnibus, vel arduis, ac difficillimis sperandum in Deo; in imminentibus periculis vertere se se homo debet ad Dominum: Domine, hæc tua causa est, tuum est auxiliari. Sic Dauid, ab exercitu Regis Saül circundatus, conuersus ad Dominum: *Fortitudinem meam,* inquit, *ad te custodiam.*

Psal. 58. *D. Hier. ex Hebr.*

D. Hieron. ex Hebr. *Fortitudinem eius ad te seruabo.* q. d. Me ipsum contra Regem defendere nequeo: tuum est, Domine, auxiliari.

Psal. 26.

Erátque tam certus diuinæ protectionis, vt ex maiori periculo maior eidem augeretur fiducia: hinc alibi: *Si consistant aduersùm me castra, non timebit cor meum: si exurgat aduersùm me prælium, in hoc ego sperabo.* Difficile est hîc, quid sibi velit illud, *In hoc ego sperabo.*

Legion. & Geneb. ib.

Legionensis, & Geneb. tam ex Græc. tum ex Hebr. illud, *hoc*, referunt ad prælium; & aiunt ad ostensionem miræ fiduciæ, vel in ipsis hostium suorum armis Dauidem spem suæ incolumitatis collocasse: q. d. Tantùm abest, vt hi exercitus mihi adimant, quin potiùs accrescant fiduciam.

D. Cypr. ep. ad Donat.

Adeò Deus hac delectatur fiducia, vt ad mensuram eius gratias conferat, ac munera elargiatur. D. Cyprian. Quantùm vas fidei capacius afferimus, tantùm gratiæ inundantis haurimus.

Deut. 11.

Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit.

Pes

D. Bern. ser. 15. in Psalm. Qui hab. Pes vester, vtique spes vestra est, inquit Bernard. & quantumcunque illa processerit, obtinebit; si tamen in Deum tota figatur, vt firma sit, & non titubet.

Ex Euangeliis obseruandum, gratiis indigentes iuxta fidei suæ modum,& capacitatem gratias consequi. Archisynagogus credidit per contactum, & manus impositionem Christum posse sanare: hoc ergo modo sanauit. Hæmorrhoissa illa, *Si tetigero fimbriam*,&c.tetigit, & sanata est. Centurio absolutè credidit: absolutè obtinuit. Sic Chananæa illa toties repercussa; fiducia tamen non circumscripta, aut tempore, aut modo, sed absoluta, & illimitata: *Domine, filia mea malè à Dæmonio vexatur*. libera eam,vt vis,quia absolutè potes,&c. *O mulier*, audit, *magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis*. q. d. Tu absolutè confidis; absolutè fiat. In manu tua sit quodammodo *fiat* illud,quo iam feci omnia. Hæc enim vox(inquit ibid. Chrys.) affinis est illi,qua dictum est: *Fiat cœlum, & factum est cælum*: & non solùm fiat, quod vis; sed, sicut vis. Taliter,scilicet,delectatur Deus magna, ac illimitata fiducia.

Luc. 8. Mat. 9.

Matth. 15.

Chrys.ibid.

Sed adhuc Chananææ fiduciam perpendamus. Plena hæc lacrymis, & dolore ante Christum: *Miserere mei*, inquit, *fili Dauid: filia mea*, &c. *& clamabat*. Christus verò dum hæc loquebatur, ait August.& habemr ex Euangelio, *tacebat*. Mirum! Illa præ dolore clamat, defflet casum,enarrat tragœdiam,exprimit passionem. *At ille non respondit ei verbum*. Vel Syriacè: *Ne verbum quidem respondit*. Et hæc clamabat adeò, vt discipuli clamoribus fatigati dixerint: *Dimitte eam, Domine: quia clamat post nos*. Alij: *Quia clamat ante nos*. Vtrunque certe faciebat: nam instar canis, modo antè, modò retrò; nunc ad pedes lambens, nunc à dextris; nunc verò à sinistris currens, suam misera declarabat miseriam. Ita Chrysostom. relatus à Damasceno. At Iesus: *Non sum missus, nisi ad oues*, &c. Tum illa: *Domine, adiuua me*. Christus autem: *Non est bonum sumere panem filiorum*, &c. Vbi notandum, quantis eam modis Dominus vult probare. Priùs ab accedente discedit: secundò, sequentem fugit: tertiò, clamantem dissimulat: quartò, intercessores redarguit: vltimò, adorantem quasi conuitiis afficit. O clementia Medici, vbi es? Sic durè contrectas vulnera? Sic fortiter premis vlcera? Vide, ne eam in desperationem inducas. Sed ista adhuc sperans ait: *Etiam, Domine*, &c. O violentia mulieris! ô fidei profectus! ô omnipotentia humilitatis! quantuncunque conuitiata repelleretur, fortiter perseuerans, arguit ex concessis, & omninò voluit exaudiri: violenter sibi salutem non modò impetrauit, sed extorsit. *O mulier, magna est fides tua! & propter hunc sermonem vade, exiit Dæmonium à filia tua*. Sic, sic sperandum, Fratres, sic perseuerandum, sic clamandum, ac de se coram Deo humiliter sentiendum: *Fiat tibi, sicut vis*. quasi diceret, subdit iam citatus Chrys. Fides quidem tua maiora, quàm peteres, posset impetrare.

Syriac.

Alij.

Chrys. hom. 7. de diuersis. Damasc. l. 1. Parall. c. 15.

Mar. 7.

Greg. Naz. orat. 25. Hac certè prædita Gorgonia illa, tot heroicarum virtutum mulier,apud Nazianzenum fratrem orat. 25. quæ est in laudem sororis. Pia, inquit,& præclara quadam impudentia apud Deum effertur. Caput altari admouens,nec se antè ab eo minitans discessuram, quàm sanitatem consecuta sit. Expende confidentiam: nec se antè ab eo minitans discessuram, quàm sanitatem consecuta sit. Pia quadem impudentia, imò confidentia minitabatur,&c. O rem admirandam! (subdit) protinus liberam se morbo sentit, hanc spei mercedem consecuta, vt quod sperauerat, obtineret, animæque firmitate corpori firmitatem compararet.

Quantùm Deo displiceat diffidentia.

PVNCTVM XXIII.

Psal. 77. NVnquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Ideò audiuit Dominus, & distulit, & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel. Heb.: *Valdè iratus est*. Hoc sibi vult ignis hoc loco, vehemens, nimirum, & inflammata Dei indignatio.

Hebr.

Num. 20. Mirum! quia petram percussit Moyses, taliter indignatus est Deus, vt ei, fratríque suo Aaron dixerit: *Inhonorastis me*. Quid, quæso, egerunt? Diffisi sunt; ac diffidenter, veluti ioco, ne proprium emitterent honorem, illa percussione petræ quasi periculum fecerunt, an aqua flueret; vnde communis cum ipsis incredulitatis notantes filios Israël dixerunt: *Audite, increduli: nunquid*, &c. Sicque rem dubiam fecerunt; secùs cetiò dixissent, petram illam daturam aquam. *Et distinxit in labiis suis*, inquit Dauid, loquens de Moyse ad aquam contradictionis, hoc est, pro dubietate quasi dialectica distinctione est vsus. Sic Græc. *Et dubius fuit*. Alij: *Et perplexus fuit*. nam humano iudicio rem metiendo, talem, nimirum, silicem, illiúsque qualitatis, durissimæ, scilicet, ac aridissimæ non posse aquam; & præsertim tanto populo effundere; dubitauerunt, vel potiùs indignum eo beneficio populum considerantes, dixerunt: *Nunquid*, &c. cùm potiùs vellet Deus ob omnes difficultates tantò maiorem fiduciam. Vnde noluit Deus ob hanc diffidentiam, vt terram promissam ingrederentur, nec ipsi, nec tam citò aliquis ex populo. Et hoc sibi vult illud, *& distulit*, suprà, promissum, nimirum, terræ illius: quo eruditur allegoricè, diffidentes non intraturos promissam terram viuentium, quæ differetur eis, donec perdiscant confidentiam, peregrinaturi interea in deserto pœnitentiæ.

Psal. 105.

Græc.

Alij.

Matth. 13. Diffidentia est, quæ ligat Dei manus, ne gratias ac dona conferat: *Non poterat*, ait Euangelista, *miracula facere propter incredulitatem eorum*. Suscitaturus Lazarum incidit Dominus in quandam Marthæ diffidentiam: *Domine, si fuisses hic*, &c. Iam venerat Dominus ad Lazarum suscitandum: at ecce hoc se se illi obstaculum obiicit. Incipit eam Dominus ad fiduciam disponere, & dicit: *Resurget frater tuus*. Incipit ad hæc illa confidere; non tamen perfectè, vnde adhuc diffidit: *Scio, quia resurget*, (sed) *in resurrectione, in nouissimo die*. Et ob id non fit miraculum, quia obstat diffidentia. Pergit Dominus: *Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet, Credis hoc? Vtique, Domine*. Tunc: *Lazare, veni foras*. Quantùm laboris insumptum, vt ad confidentiam perduceretur, & miraculum patraretur.

Ioan. 11.

Matth. 9. Nunquam satis admiratus sum, Dominum excitaturum puellam, tibicines, qui, vt mos erat, mœsto clangore dolorem, & lacrymas excitabant, eiecisse; & eò magis, quòd Chrys. eos indignos asserit, qui miraculum viderent. In quonam, quæso, sita erat hæc eorum indignitas? In hoc, quod diffidentes de reditu ad vitam, solam mortem lugebant,

Chrys. hom. 32. in Matt.

nihil

nihil de vita cogitantes. In horum præsentia noluit Dominus miraculum perpetrare. A

Iac. 1. *Non ergo existimet homo ille* (hæsitans,) *quòd accipiat aliquid à Domino.* Est hîc contra diffidentiam emphasis peculiaris particulæ Græcæ, τὶ, quæ (Græc.) significat, ne minima quidem accipiet à Deo, hîc, vel in futuro, vt addit Interlin. Vnde August. Si fides deficit, oratio perit.

D.Thom. 2. 2. q. 83. q. 14. Cass. col. 9. c. 32. Nec mirum: quia, vt dicit D. Thom. oratio efficaciam merendi habet à charitate; at verò efficaciam impetrandi principaliter à fide. Hinc Cassianus ait, Signum futuræ impetrationis esse, quando spiritus mouet ad petendum cum magna fiducia, & quasi securitate impetrandi.

Hæc ceu in possessionem rei desideratæ ponit orantem, qui propterea & in oratione, & post orationem ex ea fiducia totus conquiescit. Non sic B spes, ac desiderium rerum mundanarum: quod nunquam præstat quietem: *Spes* enim, *quæ differtur, affligit animam* de spe rerum mundanarum intelligitur; hæc nanque semper differtur: sed in rebus spiritualibus cum spe simul quodammodo per certitudinem quandam maximam moralem, est possessio. Vt sese affligebant miseri illi, quos (3. Reg. 18.) Elias deludebat? Vocate Deos vestros. *Clamate voce maiori,* &c. Sed Elias, vt quietus? vt securus?

1. Reg. 1. Hanc primo Reg. habuit Anna post filij postulationem: *Abiit mulier in viam suam, vultúsque* (Alij.) *illius non sunt amplius in diuersa mutati.* Alij: *Neque fuit amplius mœsta.* Vbi Chrys. Vides mulieris fidem? priusquam acciperet, quod postulauerat; C perinde confisa est, quasi iam accepisset.

Ioan. 4. Quo hanc heroico gradu habuit Sanctissima Virgo? *Quid mihi, & tibi est, mulier?* At illa: *Quodcunque dixerit vobis, facite.* Intelligebat, nimirum, nihil dissensionis esse inter se, ac Filium. Et hoc interpretari possumus sibi Filium illis verbis voluisse: *Quid mihi, & tibi* (dissonum, diuersum, contrarium, non omninò commune) *est mu-* (Matth. 27.) *lier?* Est hæc phrasis Hebr. *Nihil tibi, & iusto illi,* hoc est, contrarium. Sic, *quid mihi, & tibi* (contrarium, & non omninò conforme) est mater? Hoc illa intelligens, ac certissimè tenens: *Quodcunque,* inquit, *dixerit vobis, facite.* D

¶ Quatuor efficacissimæ rationes, & motiua fiduciæ in Paralip. *Noster autem Dominus Deus* (2. Paral. 13.) *est. Proponuntur panes in mensa mundissima, estque apud nos candelabrum, & lucernarius.* Prima ratio fiduciæ est integra fides. *Noster autem Dominus Deus est, quem non derelinquimus.* Secunda, Eucharistiæ sanctissimæ Sacrificium: *Proponuntur panes,* &c. Tertia, Christus in ea consistens: *Estque apud nos candelabrum aureum.* Quarta, intercessio Beatissimæ Virginis eius Matris: *Et lucerna eius.*

4. Reg. 2. Eliseus non habens, quo flumen transiret, expandens Eliæ pallium, quod aliàs tantæ virtutis expertus est, *Vbi est,* inquit, *Deus Eliæ etiam nunc?* Et expanso pallio super aquas, aquæ diuisæ sunt, E adeò vt sicco vestigio pertransierit. Nunc, si talem in pallio Eliæ fiduciam habuit Eliseus, quamnam, quæso, fiduciam in quauis tribulatione habere poterit Christianus in pallio, & amictu protectionis Sanctissimæ Virginis, & Saluatoris?

Christus Cruci affixus, efficacissimum est motiuum fiduciæ.

PVNCTVM XXIV.

ERit vita tua pendens ante oculos tuos die ac nocte: & non credes vitæ tuæ? Per admirationem nos dicere possumus animæ diffidenti, quod olim per asseuerationem nonnullis dictum est: En vita tua ex morte sua pendens in ligno. Sic legit Tertull. *Et non credes vitæ tuæ?* Pectus, ac viscera misericordiæ habet aperta; manus confixas, ne te puniat; quinimò vt tibi ignoscat: & non credes vitæ tuæ, perfidior adhuc ipsis Hebræis? (Deut. 28. Tertul. lib. contra Iud. c. 11. D. Leo ser. 8. de passione.)

Desperauerat anima illa ob multitudinem peccatorum. *Et dixi: Periit finis meus, & spes mea à Domino.* q. d. desperaui, &c. Tunc vocem ad cor audit: *Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absynthij, & fellis.* Memorare, quòd propter te pauper, & nudus natus sum, vt mea inopia te ditarem; vt mea nuditate te vestirem. Recordare transgressionem omnium terminorum; recordare excessum amoris in te mei. *Recordare absynthij, & fellis,* &c. Egit id anima, & spem concepit. *Hæc recolens in corde meo, ideò sperabo.* (Thren. 3.)

Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui; & calamitas, quam patior, in statera (Crucis:) *quasi arena maris hæc grauior appareret,* &c. (Iob 6. Greg. ibid.)

Effundam super Domum Dauid spiritum precum. (Zac. 12.) Sept. *Spiritum gratiæ, & misericordiæ: & aspicient ad me, quem confixerunt.* Peccatis confixisti? Verum est: sed ideò effusus est spiritus precum, gratiæ, & misericordiæ, ne desperes, sed misericordiam exores. (Septuag.)

Vt clamat? *Aperi mihi, soror mea sponsa, aperi mihi: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Vt aditum per confidentiam requirit? vt testatur, peccata totius mundi, respectu suæ immensæ charitatis esse ad instar exigui roris, ac tenuium guttarum, quæ super ardentem fornacem coniectæ inflammant magis, quàm restinguant? *Caput,* mea scilicet, diuina charitas, veluti incensa fornax, *plenum* quidem *est rore,* tuorum, videlicet, frigiditate peccatorum: sed hæc ad ignoscendum impellunt. *Aperi mihi,* &c. (Cant. 5. Ghisler. ibid.)

Botrus Cypri, dilectus meus mihi. Alij: *Racemus camphora dilectus meus mihi.* Camphora, etsi in aquam coniecta, ardere perhibetur. Dicere volebat: Aquæ multarum mearum imperfectionum non extinguunt camphoram inflammatæ illius charitatis, &c. (Cant. 1. Alij.)

Et erat ignis ardens supra verticem montis in conspectu filiorum Israel. O incendium! ô flammas! (Exod. 24.)

Quî fieri potest, vt ex Crucifixi conspectu non suboriatur fiducia? O quàm huic quadrat, quámque huic bellè accomodari potest, veluti sub pietatis simulacro: *Hic peccatores recipit.* O charum aspectum oculis peccatoris, videre Pastorem ouem in humeris habentem, & sub eo titulum: *Hic peccatores recipit!* alius titulus certè non quadrat hoc magis. (Luc. 15.)

Et factus est principatus super humerum eius; hoc est, errabunda peccatoris ouis super humeros eius eiusdem est principatus. Corona, quam gerit in capite ex spinis est peccatorum conuersorum contexta. (Isa. 9.)

Sumes aurum, & argentum, ex Babylonia electum; & facies coronas, ad coronandum Sacerdotis (Zac. 6.)

caput

caput. Decrà:ne in Hierusalem aurum? Vult au- A rum ex Babylonia, vt intelligas, Deum peccatoribus contritis coronari.

Cant. 4. Gregor. Beda. *Veni, coronaberis de capite Amana, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Vbi Greg. & Beda de infidelibus Dæmonum cubilibus in Christi coronas conuersis hunc locum interpretantur.

Isa. 45. *Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulabunt: vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator.* Hæ sunt gloriæ Crucifixi: acquisitio peccatorum, conuersio peccatorum; huminum, qui in Ægypto laborauerunt: quique in Æthiopiæ carnis, & sensus negotiis sunt inuoluti, homines elati, perditi, &c.

Psal. 67. Cassian. Basil. Habac. 3. *Qui educit vinctos* (Cass. de Inferno, ligato Diabolo. Basil. *vinctos* intelligit, qui peccati erant innexi vinculo: talis erat Zachæus: talis Matthæus) *in fortitudine.* (Habac. 3. *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius*) *similiter eos, qui exasperant.* Cass. blasphemos in Deum (vt Saulus:) *qui habitant in sepulcris,* in carnalibus fœtidis sepulcris, vt nec velint, nec possint ambulare (vt tot, tantæque.) Sic Gloss. ibidem.

Gloss. D Aug. ser. 1. de Cruc. & latr. De his gloriatur hîc Christus. D. August. de Cruce, & latrone: Nemo, ait, Regum aliquando passus est, latronem, hominem, aut quempiam alium eiusdem naturæ conseruum secum assumens ita in ciuitatem introducere: sed Christus hoc fecit, qui mortis, & Diaboli victor, & sacratissimam ingrediens patriam, secum latronem introduxit; non conculcans Paradisum istius pietatis opere, sed honorans; neque confundens latronis introitu, sed illustrans: honor nanque Paradisi est talem habere dominum, qui etiam latronē dignum facere possit Paradisi deliciis: etenim, cùm publicanos, & meretrices introduceret in regnum cælorum, non confudit, sed exultit, neque deiecit, sed honorauit Paradisum. Talis est Dominus tegni cælorum, vt meretrices, & publicanos probabiles reddat, vt digni appareant gratia, & gloria, quæ illic est.

Act. 9. Saulum mox conuersum rapuit, vt Paradisum honoraret, ac illustraret: ô gloriam diuinæ misericordiæ, quæ blasphemum è centro Inferni transferat in paradisum! *Saulus.* Hebr. *Sepultus*: quin ex Haymone, *infernalis*: at per Christum: *Nostra conuersatio in cælis est.*

Hebr. Hay. in prolog. D. Paul. D Ambr. in Psal. 39. D. Ambrof. Tripudiabas, ô Draco, quòd Apostolum subtraxeras Christo: plus dimisisti, quam sustulisti, qui latronem vides in Paradisum esse translatum: nemo est, qui possit excludi, quando receptus est latro: minister tuus eò peruenit, vnde ipse deiectus es.

D Chrys. hom. 4. in Ioan. Sic D. Chrys. probat Iudæos non dedecorasse; sed ornasse Christum Dominum, dum eum inter duos latrones crucifixerunt: quod enim in dedecus parauerat malitia, innocentia conuertit in gloriam: etenim crucifixus inter duos latrones, alterum è duobus saluum fecit, & redditus est Paradisi E locus, qui infamiæ designatus erat.

Enim verò si potentia agentis secundùm Philosophum eò maior probatur, quò de minori potentia materiæ perfectiorem extrabit formam; proculdubiò maior elucebit potentia diuinæ misericordiæ, qua de meretrice eliciat Sanctam, de publicano iustificatum, &c.

Luc. 7. D. Aug. ser. 9. de verb. Ap. D. August. in illud Lucæ: *Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.* Exaggerat, inquit, facinus mulieris, vt accumulet indulgentiam largitoris.

D. Ambrof. ser. 3. de mul. Samar. D. Ambrosius de muliere Samaritana: Nouo, inquit, admirationis genere, mulier, quæ ad puteum Samariæ meretrix aduenerat, à Christi fonte casta regreditur: & quæ aquam petere venerat, pudicitiam reportauit: relinquens aquæ vasculum, ad ciuitatem non fert hydriam, sed refert gratiam: vacua quidem videtur reuerti onere, sed plena sanctitate reuertitur: quæ peccatrix aduenerat, reuertitur prædicatris: etenim, si aquam ciuibus non intulit, tamen fontem salutis inuexit. Hæ sunt Christi gloriæ, hæ conuersiones, hæ peccatorum, ac peccatricum acquisitiones, ac mutationes.

B Vt gloriatur! *Vides* (ô Simon) *hanc mulierem*? Luc. 7. q. dicetet: Non ea, quam existimas, & me ignotare dicis; imò tu eam ignoras: quia hæc non est, quæ fuerat, sed longè altera.

Chrysolog. serm. 78. *Venit Maria Magdalene, & altera Maria.* Non dixit: Venerunt, inquit Chrysol. Ne venit: sub vno nomine venerunt duæ, mysterio, non casu: venit ipsa. sed altera, altera, sed ipsa: vt mulier mutaretur vita, non nomine; virtute, non sexu.

1. Reg. 10. Isa. 40. Alij. O quàm verè: *Mutaberis in virum alium!* O quàm verè: *Mutabunt fortitudinem*, vel iuxta alios, *efficientur alteri!* adeòque alteri, vt qui priùs erant vilissimi, pretiosissimi fiant.

Psal. 32. D. Hier. Id quod innuit Dauid, dum ait, Deum in suis C thesauris eos ponere: *Ponens in thesauris abyssos.* D. Hieron. id est, peccatores. Abyssos autem ponit Deus in thesauris: quia nihil tanti facit, quàm peccatorem conuersum, in quo se diuitem in misericordia ostendit, ac penè ostentat. *Vides hanc mulierem?* quasi in suæ omnipotentiæ thesauris nihil ad ostentationem pulchrius, ac pretiosius habeat, quàm peccatorem conuersum, ac sanctum redditum.

Psal. 138. Hug. Card. ibid. Hinc Dauid: *Mirabilis facta est scientia tua ex me*, id est, ex peccato meo, vt ait Hugo Card. dum, scilicet, illud abstulisti, & me in Sanctorum numero mirabiliter collocasti.

Isa 8. Hæ sunt Christi opes, hi thesauri. *Voca nomen eius: Accelera spolia detrahere, festina prædari:* D *quia, antequam sciat puer vocare patrem, & matrem, auferetur fortitudo Damasci.* Pagnin. *Tollet opes Damasci. Hæc dicit Dominus Christo meo: Subiiciam ante faciem eius gentes, & dorsa Regum vertam: & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum.* Qui thesauri sunt hi? Regum fortasse orientalium thesauri iam olim oblati? Hi sunt patentes. Absconditi thesauri erant eorum Regum corda: hæc erat vel tuos tui, ô Saluator, thesauri, &c. Pagnin. Isa. 45.

Psal. 90. Alij. Sed adhuc diffidis? adhuc vel ante Crucifixum contremiscis? *Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.* Alij: *Qui habitat in latibulo* (latetis) *Altissimi, in vmbra omnipotentis commorabitur. Sub pennis eius sperabis, donec transeat iniquitas,* hoc est, sub Crucis alis fiduciam habebis, *donec transeat iniquitas.*

Prou. 18. *Turris fortissima, nomen Domini, ad ipsam currit iustus.*

Ierem. 39. *Et erit tibi anima tua in salutem: quia in me habuisti fiduciam.*

Prou. 28. *Iustus autem quasi leo confident, absque terrore erit.* Leo præcipuè fiduciam habet in capite, & ex Christo capite oritur iusto fiducia.

Psal. 9. *Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum,* (quod

(quod est Iesus: & quid est aliud Iesus, nisi Saluator: O Iesu, ergo esto mihi Iesus, & salua me.)

Isa. 4. Interl. *Tantummodo inuocetur nomen tuum* (Interl. *Iesus*) *super nos.* Vox septem illarum mulierum, quæ apprehenso viro, sic clamabant: per quas vniuersitas meretricum ad Dominum reuertentium designatur. Greg.

Greg. hom. 21. Mich. 7. Rom. 5. *Proiiciet in profundum maris* (suæ amarissimæ passionis) *omnia peccata nostra.*

Apost. *Si cùm inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est; multò magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum.* Efficaciùs inferri non potest. Si cùm in peccato, tui, Deique oblitus eras, Deus tamen te quæsiuit; nunc quæris ipsum, & times, ne te vltrà velit? Voluit te inimicum, nuoe nihil aliud quærentem, quàm eius amicitiam, non volet? Si te reprobare vellebat, non erat, cur vocaret: sed te in tuorum peccatorum fæcibus, in quibus tutus eras, relinquere poterat, & tunc morti adiudicare, ac damnare: sed te vocauit, sed spatium vitæ pœnitentiæ dedit, bona desideria donauit, lumina concessit, &c.

Iud. 13. Samsonis mater ad virum suum: *Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum, & libamenta non suscepisset, neque ostendisset nobis hæc omnia.* Sic, sic non dedisset hanc Sacramentorum famem; sed permisisset, vt tuis siliquis nutrireris: non ostendisset tibi hæc omnia, quàm bonum seruire ei, quàm sequenda æterna, quàm hæc temporalia fugienda, &c.

Chrys. hom. 22. quæ est de pœnit. Chrys. Non sic insanus amator dilectam suam amat, vt Deus pœnitentem animam.

D. August. in medit. c. 8. Diffido, inquies, ob mea demerita: sed confide ob Christi merita. Sic August. Multum est, inquit, quod mea meretur impietas: longè autem maius, quod Redemptoris mei reposcit iure pietas. Magna est mea iniustitia: satis verò maior Redemptoris iustitia. Quantò nanque est superior Deus homine, tantò mea malitia est inferior eius bonitate, & qualitate, & quantitate: quid enim deliquit homo, quod non redemerit Filius Dei factus homo?

Idem in Manu. c. 13. Alibi: Desperare possem propter nimia peccata mea, & vitia, & culpas, & infinitas negligentias meas, quas egi, & quotidie indesinenter ago corde, ore, & opere, & omnibus modis, quibus humana fragilitas peccare potest; nisi Verbum tuum, Deus meus, caro fieret, & habitaret in nobis: sed desperare iam non audeo, quoniam subditus ille tibi. *Vsque ad mortem, mortem autem Crucis, tulit chirographum* nostrorum peccatorum, *& affigens illud Cruci,* peccatum crucifixit, & mortem: in ipso autem securus respiro, qui sedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis.

Idem. Ex cap. 23. Peccaui peccatum grande, & multorum sum mihi conscius delictorum: nec sic despero: quoniam vbi abundauerunt delicta, superabundauit & gratia. Qui de venia peccatorum suorum desperat, negat Deum esse misericordem; & quantùm in se est, negat Deum habere charitatem, veritatem, & potestatem, in quibus tota spes mea consistit, scilicet, in charitate adoptionis, in veritate promissionis, & in potestate redemptionis. Murmuret, quantùm voluerit, insipiens cogitatio mea, dicens: Quis es tu? & quanta est gloria, quibúsve meritis illam obtinere speras: & ego fiducialiter respondebo: Scio, cui credidi: quia in charitate nimia adoptauit me in filium: quia verax est in promissione, potens in exhibitione, & licet ei facere, quod vult. Non possum terreri multitudine peccatorum, si mors Domini in mentem meam venerit: quoniam peccata mea illum vincere non possunt. Claui, & lancea clamant mihi, quòd verè reconciliatus sum Christo, si eum amauero. Tota spes mea est in morte Domini mei.

A

Adhuc desperas? Audi. Quid tibi, ô peccator, Dæmon dicit? inquit Bas. *Non est salus ipsi in Deo eius.* sed Deus ait: *Qui cadit, non adiiciet, vt resurgat?* Non persuasit tibi nudo verbo, persuadebit conspicuo exemplo: quid enim non tam potest eluí, atque coccinum? quid nimis candori æquari potest; & tamen qui ista condidit, dicit: *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Non es persuasus exemplo? vel iuramento affirmanti Deo crede. *Viuo ego, dicit Dominus, quia nolo mortem peccatoris: sed magis, vt conuertatur, & viuat.* Qui viuit, viuere volt peccatorem. Si verbo, exemplo, & iuramento non credis, vel operibus crede. Non est subuersa Niniue: quia pœnitentiam egit. Humiliatus Achab est, & dicit Deus: *Non inducam in diebus eius mala.* Peccauit Dauid: dicit, *peccaui*: & statim audit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Idem peruerso Manassæ accidit. Videamus, quid Christus dicat: *Non veni vocare iustos; sed peccatores.* Ouem portat super humeros. Ficus expectatur, licèt infrugifera, spe futuri fructus. Quid dubitas? Magdalenam recipit, Petrum, Paulum: quomodo te non recipiet? Hucusque Basilius. D. Basil. hom. 19. de pœnitentia. Psal. 3. Isai. 1. Ezech. 33. 3. Regum 21. 2. Reg. 12. Matth. 9.

B

C

Quid, quòd, vbi Ierosolymis talia, tantáque passus est Christus, statim ac resurrexit de remissione peccatorum agere cœpit, & hanc omnibus obtulit? *Incipientibus*, inquit, *ab Ierosolyma.* O pietatem! ô fiduciam! his primùm remissionem offert, qui eum crudeliter occiderant. Luc 24.

Sed audi, & hinc tandem omnem procul pelle desperationem. In Vitis Patrum: Frater quidam impugnabatur à fornicatione. Contigit autem, ve veniret in vicum quendam Ægypti, & vidés filiam Sacerdotis Paganorum, adamauit eam; & dixit patri eius: Da mihi eam vxorem. Ille autem respondens dixit: Non possum eam dare tibi, nisi interrogauero Deum meum. Et abiens ad Dæmonem, quem colebat, dixit ei: Ecce Monachus quidam venit, volens accipere filiam meã: do eam illi? Respondens Dæmon dixit: Si negat Deum, & Baptismum, & propositũ Monachi, da eam illi. Et veniens dixit ei: Nega Deum tuum, & Baptismum, & propositum Monachi: & dabo tibi filiam meam. Ille verò consensit: & statim vidit velut columbam exire de ore suo, & volare in cælum. Pergens autem Sacerdos ad Dæmonem, dixit: Ecce promisit se tria illa facturum. Tunc respondens Diabolus dixit ei: Non des ei filiam tuam in vxorem: quia Deus eius non recessit ab eo; sed adhuc adiuuabit eum. Et veniens Sacerdos dixit Fratri illi: Non possum tibi eam dare: quia adhuc Deus tuus adiuuat te, & non recessit à te. Hæc audiens Frater, dixit in semetipso: Si tantam bonitatem ostendit Deus in me, cùm ego infelix negauerim, & ipsum, & Baptismum, & propositum Monachi; bonus autem Deus, etiam cùm tam grande scelus commisi, nunc vsque adiuuat me, cur ego recedam ab eo? Et in semetipsum reuersus, recepit sobrietatem mentis, & venit ad eremum ad magnum quendam senem, & narrauit ei rem, quæ fuerat facta. Et respondit ei senex: Sede mecum in spelunca, & ieiuna tres hebdomadas continuas, & ego deprecabor Deum pro te. Et laborauit senex In Vitis Pat. p. 2. l. de fornic. De quodam, qui Deũ negauit, nec tamen fuit à Deo penitus derelictus.

D

E

ſenex pro Fratre,& deprecatus eſt Dominum, dicens: Obſecro te,Domine,da mihi animam hanc, & ſuſcipe pœnitentiam eius. Et exaudiuit orationem eius Deus. Et cùm impleta fuiſſet prima hebdomada, venit ſenex ad illum Fratrem,& interrogauit eum dicens: Aliquid vidiſti? Et reſpondens Frater, dixit: Etiam, vidi colombam ſurſum in altitudine cæli contra caput meum volantem. Et reſpondens ſenex, dixit ei: Attende tibimetipſi, & deprecare Deum intentè. Secundò verò venit iterum ſenex ad Fratrem, & interrogauit eum, dicens: Vidiſti aliquid? Et reſpondit: Vidi columbam venientem iuxta caput meum. Et præcepit ei ſenex, dicens: Sobrius eſto mente, & ora. Et completa tertia hebdomada, venit iterum ſenex, & interrogauit eum dicens: Aliquidne plùs vidiſti? Et reſpondens ille dixit: Vidi columbam,quæ venit, & ſtetit ſuper caput meum;& extendi manum meam, vt tenerem eam; illa autem ſurgens intrauit in os meum.Et gratias agens Deo ſenex, dixit Fratri: Ecce ſuſcepit Deus pœnitentiam tuam: de cætero attende tibimetipſi,& eſto ſollicitus. Et reſpondens Frater dixit: Ecce amodò tecum ero,donec moriar.

Arnol. tract. de ſept.verb. Domini. Verè, verè Arnoldus tractatu de ſeptem verbis Domini in Cruce: Non arctatur, inquit, non arctatur numero, non clauditur fine, nullas omninò habet metas diuina clementia: ſit, qui inuocet, erit, qui exaudiat: ſit, qui pœniteat, non deerit,qui indulgeat.

C ¶ Peccata præterita non debent adimere confidentiam;ſed præſentia,& volita: hæc,hæc ſi conſcientiam remordeant, confidere non permittent.

1. Ioan. 3. *Si cor noſtrũ non reprehendit nos, fiduciã habemus.*

Iob 22. *Si longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo, eleuabit ad eum faciem tuam, rogabis eum, & exaudiet te.* Sept. Septuag. *Fiducialiter ages coram Domino, inſpiciens cælum hilariter.*

Geneſ. 4. Hebr. *Quare concidit facies tua? nõnne ſi benè egeris, recipies?* Hebr. *Nonne ſi benè egeris, eleuabis?* vultum,ſcilicet,per fiduciam.

S. Iſid. Non poteſt habere fiduciam, quem peccandi recordatio delectat.

D

De diuina miſericordia in peccatores.

PVNCTVM XXV.

EST præterea motiuum fiduciæ,conſideratio diuinæ miſericordiæ in peccatores. Hæc nullis clauditur terminis. Matth. 18. *Quoties peccabit in me frater meus,& dimittam ei?* Quærit Petrus communi nomine, *Vſque ſepties?* Hucuſque reſtrictio humani cordis: ſed audi latitudinem cordis Dei: Luc. 17. *Non dico tibi ſepties,ſed vſque ſeptuagies ſepties.* numerus finitus pro infinito. Quo audito, accedunt diſcipuli ad Dominum: *Domine, adauge nobis fidem.* q. dicant: Hæc fides,quam habemus,ad id credendum non ſufficit. O diuinam miſericordiam!

E

Pſal. 50. *Miſerere mei, Deus,ſecundum magnam miſericordiam tuam.* Tuam dicit,non humanam: væ nobis, ſi ſecundùm humanam indulgeret.

Se ipſum neſciens dignum morte iudicauit Dauid: 2. Reg 12. *Filius mortis eſt vir, qui fecit hoc.* cùm Deus dixerit: *Non morieris.* Vlteriùs, ſcilicet, non pertranſit humana miſericordia. Secundùm tuam ergo,non ſecundùm humanam;miſerere mei, Deus.

Iſa. 53. Septuag. *Vidimus eum virum dolorum, & ſcientem infirmitatem.* Sept. *Homo in plaga ſciens ferre iniquitatem.* Matth. 18. *Omne debitum* (decem millium talentorum)

Speranza,Scripturæ ſelectæ.

A *dimiſi tibi, quoniam* (duobus verbis) *rogaſti me.* O quam facilis debitorum remiſſio apud Deum! non ſic apud homines, &c. Et expende, non fortuitò, ſed myſterio oblatum domino huiuſmodi tantorum millium debitorem? *Et cùm cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta.* Quærit Euſebius: Euſeb. Emiſſ. Dom. 22. poſt Pentecoſt. Quare, cum hoc priùs dominus rationem ponere voluit? Et reſpondit: Vt huius exemplo cæteri intelligerent, quantam ſpem habere potuiſſent: omnes enim homines in hoc numero continentur: cùm enim vſque ad decem numeramus, niſi iterum ab vno incipiamus, nihil habemus, quod dicamus. Hoc igitur debito maius debitum non eſt. Et tamen tam facilè, [illegible] dimiſit.

B Matth. 27. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Ad latronem,& vſque ad mortem latronem [illegible] Deperdito huic ſat erat dixiſſe: *Mecum eris in Paradiſo.* ſed, *hodie, hodie,* ne dilatione gratia diminueretur, inquit Ambr. Ambroſ. quod enim futurum promittit, vnius diei ſpatio nõ patitur protelari, mox eum in regni, & talis regni poſſeſſionem [illegible]. Si dixiſſet: *Mecum eris in Paradiſo* quidẽ,ſed non niſi exãlatis ante decennij, aut longioris adhuc temporis iuſtis Purgatorij laboribus. etiam tunc omnia eius *merita* exceſſiſſet *& vota*; etiam tunc *vox Domini* fuiſſet *in magnificentia*: ſed cùm nihil diſtulerit, dixeritque, *Hodie*, exclamare licet, ô admirabile gratiæ Chriſti paradoxum! ô inauditum, & præter ipſius etiam latronis opinionem hodie! *Hodie mecum eris in Paradiſo.*

C

Chryſ. Quid fuit latrone miſerius? ſed repentè euaſit omnium beatiſſimus: nam,vt erat ſupplicio damnatus,& ad mortẽ ducebatur,omnes eũ accuſabant;totum tempus erat conſumptũ,& vita trãſacta fuerat in ſcelera: ſed quoniam exiguo tempore Chriſtum,vt oportuit,timuit,beatus factus eſt. Chryſ. in Pſal. 127.

Exaltabitur parcens vobis. Nota, *exaltabitur*; nimirum, ex condonatione,ac remiſſione peccatorum ſe quaſi maiorem oſtendet. Iſa. 30.

Commendat autem charitatem ſuam Deus: quoniam,cùm adhuc peccatores eſſemus, &c. Græc. *notam, nobilem,illuſtrem facit charitatem ſuam Deus.* Rom. 5. Græc.

Propitiaberis peccato meo: multum eſt enim. Quæ ratio hæc? Optima cum Deo,qui magnæ miſeriæ occurrit magna miſericordia. Hinc ille in perſona peccatoris: *Peccaui nimis in vita mea: quid faciam, miſer, vbi fugiam,niſi ad te, Deus meus?* Peccaſti,& vis ad Deum confugere? Adam fugit,tu confugis? Sic quia nunc magis quàm anteà pium,& miſericordem ſe ſe oſtendit: quia iam non Deus vltionum;ſed Pater miſericordiarum. Pſal. 24. In reſp. Defunct.

D

Miſeros facit homines peccatum. Hebr. *Pietas populorum peccatum*, hoc eſt,peccatum miſeros facit, verum eſt: ſed hæc miſeria Dei pietatem, ac miſericordiam prouocat. Prouer. 14. Hebr.

Meminiſtin' quanta promptitudine, ac facilitate ignouit adulteræ? *Hæc mulier modè deprehenſa eſt in adulterio. Inclinauit ſe,& digito ſcribebat in terra.* Quid, quæſo, ſibi voluit ea inclinatione, illiſque E characteribus in puluere? Significare voluit ſuam miſericordiam. O quàm iam non amplius ſtilo ferreo in vngue adamantino, vt olim peccatum Iuda! ô quàm iam non amplius marmore; ſed in puluere delebiliter, & venialiter peccata ſcribit! Nunc indulgentiarum Deus pœnas in puluere; præmia verò ſcribit in marmore. Ioan. 8. Ierem. 17.

Inclinauit ſe etiam,ne adultera ſic pudore,ac cõfuſione ſuffunderetur, vt deſperaret: ſed ipſe oculos in terram deflexit (memor, quòd puluis ſumus,) vt illa in cælum erigeret, & ſpem cõciperet; q. diceret.

F

q. diceret: Vide tua peccata in puluere: suspitium ea dispergit, lachryma delet. D. Hieron. ait, Dominum in eo puluere scripsisse peccata eorum, qui eam accusauerant, vt & ipsi sua facinora delebilia intelligerent, si & ipsi ea delere, & super ea dolere voluissent. Etiam vestra peccata, ô Scribæ, & Pharisæi, videtis in puluere; ad quid pœnam exigere alieni delicti? Melius est, vt vestrorum vos pœniteat delictorum: ecce faciem auerto etiam à peccatis vestris: ite dolentes. Idque factum esse, D. Ambr. author est. Et cœperunt, inquit, sua magis peccata deflere, qui alieni criminis venerant accusatores. Id, quod innuere videtur Euangelista, dum ait: *Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant.* q. diceret, dimisso capite, atque contriti. Dein conuersus ad mulierem trepidantem: *Vbi sunt*, inquit, *qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Nemo, Domine. Nec ego*, inquit, *te condemnabo. Vade: iam amplius noli peccare.* q. diceret: Licèt sis morti obnoxia ob tantum scelus, contra quod leges omnes cæli, terræque proclamant; licèt peccaueris peccatum grauissimum, grauius homicidio, &c. attamen iuuet te mea maior misericordia, sufficiat tibi tuus iste internus peccati dolor. *Vade*, ne ampliùs solùm peccare velis! O clementiam! ô charitatem!

D. Hier.

D. Ambr.

Nec solùm peccata scribit in puluere; sed ad maiorem fiduciam, ipsemet delet, & clausis oculis peccata delet. Dauid: *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Quid? vis, vt tua, clausis oculis peccata deleat? nec vis, vt priùs ea videat, numeret, ac perpendat? Quisnam œconomus, quis mercator, aut villicus clausis oculis scripturas rationis delet? quæ peritio hæc? In mundo impertinens: honestissima cum Deo. *Omnes, omnes iniquitates meas* clausis oculis *dele.*

Psal. 50.

Quid sibi aliud voluit magna illa peccatrix, dum accessit retrò? hoc, nimirum, vt de more sua illi scelera clausis oculis deleret.

Adeò pronus est Deus ad remittenda peccata, vt cùm Nouatiani pœnitentiam negarent, contra eos dicat Ambr. Hi Diuinitatis naturam, & Dei bonitatem omninò ignorauerunt: & si in alteram partem esset declinandum, potiùs dicere debuissent, omnia Deum ignoscere, etiam sine pœnitentia, quàm negare pœnitentes à Deo admitti.

Luc. 7.

D. Ambr. de pœn.

Quòd si vultis videre, quàm facilè remittat peccata, ad mentem reuocate, cuinam huiusmodi concesserit facultatem: *Tu es pastor ouium, Princeps Apostolorum: tibi tradita sunt claues regni cælorum.* Quid? claues regni cælorum in manu pastoris? vt pro arbitrio pastoris, & claudantur, & aperiantur cæli? Ad ianuam Parad. si terrestris collocauit Dominus *Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem*, ne quis ingredi auderet: & claues ianuæ cæli sunt commissæ, creditæque pastori, vt quiuis facillimè possit ingredi?

Gen. 3.

Ideò D. Petro, vt pastori traditæ sunt claues regni cælorum, vt sese illius pastoris successorem intelligeret, qui pro omnium suarum amore pro ouibus mori dignatus est, quique pro vna quærenda, nonaginta nouem in deserto dimisit: huic simili debebantur claues cælorum. Vnde Petro non priùs Christus Dominus concessit, quas promiserat, claues, quàm per amorem proximi sibi eum similem vidit. *Petre, amas me? Tu scis, Domine, quia amo te: pasce agnos meos. Petre, amas me? Tu scis, Domine*, &c. *pasce* (iterum præ amore dico) *agnos meos. Simeon Ioannis, diligis me plus his? contristatus, &c. Tu scis, Domine. Pasce oues meas*, accipe claues. Quando erat præ eo zelo sic rigidus, vt vix

Ioan. 21.

A septies peccatori crederet esse parcendum, non erat aptus clauibus. *Non solùm septies, sed septuagies septies*; hoc est, infinitis vicibus iuxta infinitam meam misericordiam, terminum tu ne ponas meæ misericordiæ, quæ non habet terminum.

Sic alias cùm Petro ostensum esset in mentis excessu *Calum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ*; hoc est, omnium generum peccata, dictúmque esset ei: *Surge, Petre, occide, & manduca*: illéque facere recusasset: mox vocem audiuit: *Manduca, manduca: quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Cùmque id factum esset per ter*, non manducante Petro, sed adhuc hæsitante, *statim receptum est vas in cælum*: ac si Pe- Act. 10.

B tro diceretur: Tibi peccatorum crimina mactandi, ipsósque peccatores Ecclesiæ incorporandi officium demandatur: quod dum omnis rigidus facere hæsitas, & quasi horres; en misericors Deus linteum in cælum dum recipit, ipsos peccatores suscipiendos, ac in cælum, nedum in Ecclesiam inferendos, deletis criminibus, declarat.

Etiamsi millies repetas mihi exemplum Eliæ, Phinees, & aliorum (inquit S. Dionys. Areop. epist. ad Demophilum, vbi Carpi visionem habet) non est hic spiritus Dei, nec sensus Christi; peccatori, scilicet, indignari, illíque non parcere. Calamum quassatum non confringere, linum fumigans non extinguere; sed fouere, sed expectare, vt lumen gratiæ reaccendatur, est spiritus Dei, est sensus Dionys. Areop. epist. ad Demoph.

C Christi. Obuiam ire, currere, super collum filij peccatoris procumbere, exosculari eum, est spiritus Dei, est sensus Christi.

Comprehensus sum à Christo Iesu. Quid, ô Apostole, fugiebas? O quibus passibus! Sed comprehensus sum, hoc est, me fugientem, Tartareúmque petentem barathrum Christus insequutus est, & comprehendit. Sic Chrysostomus. Philip. 3.

Chrys.

Filio, qui dissipauerat substantiam suam cum meretricibus, filio ex mille titulis huius nominis indignissimo; talia pater, talia. Sed, quî fieri potest, vt sic benignè suscipiatur à patre? quisnam pro eo intercessit? fuitne aliquis Ioab pro Absalom? Apud hunc patrem, inquit Chrysol. non intercedit extraneus: intus est in patris pectore ipse, qui in- Luc. 15. Chrys. serm. de duobus filiis.

D teruenit, & exorat affectus. *Cùm adhuc esset longè, vidit eum pater suus, & misericordia motus accurrens, cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Maiestas illa incomprehensibilis, & immensa eccidit illa diuina labia figuntur ori abominabilis filij. *Vidit eum pater suus*, etsi ipse non videret patrem suum, ô amorem! ô charitatem! *Citò, citò proferte stolam primam*, ornamenta, gratiam, virtutes, dona: *adducite vitulum* mea Diuinitate *saginatum*: occidite Filium meum pro hoc filio. Quid est hoc, æterne Pater? quodnam hoc gaudium in cælis? Indignatur natu maior, quòd talia huic perdito exhibeantur. *Epulari, & gaudere oportebat* ex necessitate, vt sic dicam, amoris: *quia hic mortuus erat, & reuixit; perierat*, velut ouis erratica, *& in-*

E *uentus est.* Hic est spiritus Dei, tam læto animo excipere peccatorem, vt totum præ gaudio exultet cælum, vt iubilet terra, vt in stuporem vertantur quicunque maiori in via Dei sunt præditi lumine, per natu maiorem signati.

O quàm citò obtinet veniam, qui rogat! Psalmo 50. titulus est: *In finem Psalmus Dauid.* Chald. *Ad laudandum hymnus Dauid.* Hier. *Victori ps. Dauid.* Symmac. *Triumphus ipsi Dauid.* Quid? tam citò victoriã canis, triumphũ, sic dixerim, iactas? Sic: quia Deus citissimè parcit: vnde, vbi dixero, *Miserere mei*, Psal. 50. Chald. Hier. Symmac.

mei, Deus. iam veniam obtinui, iam iam de peccatis triumphum retuli. Hinc August ad illud, *Peccaui.* &, *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Tantùm, ait, tres syllabæ valent, &c. Et alibi: Trea syllabæ sunt; sed in his tribus syllabis flamma sacrificij coram Domino ascendit in cælum. Quod etiam perpendit Chrysost. dicens: Vnum verbum vno in momento prolatum verè, puréque vniuersam contulit pœnitenti salutem.

Sed adhuc restant addenda: *Ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis.* Hebr. *Pedetentim ambulans cū Ephraim*, quasi suis ineptis, ac iuuentutibus compatiens, nec omnia simul exigens, sed pedetentim: Sept. *Ego colligaui Ephraim.* Vbi Hieron. Ego clementissimus Dominus ligabam pedes Ephraim, ne à me longius fugerent (hoc enim significat, *libatam*,) & quasi repugnantes vinculis meæ dilectionis astrinxi.

Adhuc ampliùs: *Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iudicio, & iustitia, & in misericordia, & miserationibus.* Vbi idem Hieron. O quanta (exclamat) clementia Dei! meretrix, quæ cum multis amoribus fornicata est, & ob crimen bestiis tradita, postquam reuertitur, nequaquam reconciliari dicitur, sed despōsari. Hinc persimili animæ deperditæ, quæ tota erat in sanguine suo, dictum est: *Viue*, hoc est, iuxta Hier. pœnitentiā age: *& vnxite oleo* (misericordiæ,) *vestiui te discoloribus* (virtutibus, & gratiis,) *& calceaui te hyacintho* (scilicet, cæli.) (Vt per Ieremiam clamat? *Reuertere, auersatrix Israel, dicit Dominus; & non auertam faciem meam à vobis, quia sanctus.* Sept. *Quia misericors sum ego, & non irascar in perpetuum.*

Tertull. ad illud, *Pœnitentiam age, si*, &c. Inauditum, ait, misericordiæ genus! summo cum iure veniam negare posse; & non solùm non negare, sed rogare, sed minari, nisi ad eum reuertamur. Tam pater nemo, tam pius nemo.

Quin eo peruenit hæc Dei benignitas, ac misericordia in peccatores, vt eum obliuisci faciat peccatorum, ac si ea non perpetrassent. *Noli timere, Sion: Dominus Deus tuus gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione sua.* q. d. de peccatis transactis perpetuum inducet silentium, ac si numquam peccasses. *Silebit in dilectione sua.* Sept. *Innouabit te charitate sua.* id est, quasi si alia esses, nunquam nupta, te accipiet: ô benignitatem!

O quàm longè ab hac clementia spiritus rigidiores! *Vis, imus, & colligimus ea? & ait: Non*, sed date spatium, si fortè lolium fiat triticum: quod enim non fit in natura, fit in gratia, *non, non.*

Sic Chrys. ad illa verba: *Et aliud cecid supra petram*, ab insipientia vindicans seminantem: possibile enim est, inquit, vt lapis in terram fertilem conuertatur, *non, non*; sed expectate.

Vis, dicamus, vt descendat ignis, &c. *Nescitis, cuius spiritus estis. Filius hominis non venit.* &c.

In Apoc. apparuit vestitus podere: denuò, si opus esset, seipsum sacrificaturus.

3. Reg. Elias spiritum habens rigidiorem, peccatoresque ob zeli nimietatem ferre non valens, translatus est. Hic, veluti ex Regū historia recenset Chrys. vt vidit Iudæorum gentem, contempta Dei misericordia, perpetuò in deliciis viuere, idolorum cultui deditam: & à Deo quidē impietatem tolerari; ipsos autem longanimitate ita ad maiorem viræ impœnitentiam abuti; volens eos punitum iri, cogitabat quidnam aduersùs eos diuinæ bonitati opponeret, quæ paruis lacrymis statim mouetur, vt itā depoat. Dicebat itaque: Bonus erga illos Deus est, paucisque eorum flectitur lacrymis: verùm bonitas illa populo malè cedit: longanimitate enim abutentes perditè viuunt, & Deus ipse cōtemnitur. *Viuit Dominus*, inquit, *& non erunt per annos illos ros, & pluuia.* Deinde cùm Deus ei respondetet: quid ergo, si pœnitētes illi mihi blandientur, si lacrymas afferentes spectem, si à delictis resipiscētes videam? statim ne dare debeo pluuiam? Minimè, inquit. *Viuit Dominus, nisi per os meum non erunt tribus annis ros, & pluuia, nisi per sermones oris mei* Non, quādo tibi videbitur, pœnæ finem facias. Tibi enim pro clementia tua semper videbitur misericorditer agendum. Sed tunc, quando ego pro iis orauero, & iudicauero, quòd dignam animæ suæ curam getant, probéque resipiscant.

Igitur propheticam sententiam teneritus est, & honorem intamento illi dedit. Rem tamē moderatus Dominus sic est, vt Prophetam simul teuereri videretur, & populi, quē fame puniebat, misereretur. Omnes, inquiens, peccatores, ô Propheta, misericordiæ meæ chirographum habent. Ne mendacij apud illos me argui feceris: audi autem & ipse chirographi vucem: *Nolo mort. in peccatoris, sed vt cōuertatur, & viuat. Proficiscere*, inquit, *& compare coram Achab.* Reconciliari eis volo, sed absque te nō reconciliabor: tu gratiam illis præbe, qui nunc castigantur. Ego clam apud te pro illis intercedo: tu autem manifestus amicitiæ reianiæ sis author. *Vade, & compare apud Achab, & dabo pluuiam super terram.* Tu concilia, tu significa, tu pluuiam concessam pronūcia: ego autē tuis sententiis subscribam. Cursit igitur volens, & nolens, & imbres futuros prædicat. Verùm impietatem eorum, adhuc videns iterum tristem quandam in eos meditabatur sententiam. Et quid tunc ad ea Deus? Videns pertinacem Eliæ animum adhuc à misericordia abhorrentem, à peccatoribus ipsum segregat. Ego, dicit, scio zelum tuum, grata est mihi anima tua: verùm interim & peccatoribus misericors sum, cùm suprà modum puniuntur. Tu verò valdè seuerus es pietatis exquisitor: vnde, quia peccatores ob zeli nimietatem ferre non vales, ascende quasi in cælum: ego autem in terra peregrinus ero. Nam, si diu tibi manendum in terris; propediem humanum genus, quod à te continuò plectitur, abolebitur. Transi in cælum, ô Elia: non potest cohabitare ignis calamo. Impeccabiles contuberniones posthac habiturus es. Inter Angelorum choros habitare te faciam: ego autem cum peccatoribus peregrinabor, qui in humeris quem erraticam baiulare possum.

¶ Eapropter non dedit claues Angelis, sed hominibus, vt & ipsi in firmitate circundati comparerentur. O si purissimis illis Spiritibus confiteri sordes nostras deberemus, quantus esset timor, quanta confusio? &c. Quàm verò ex huius institutione Sacramenti misericorditer nobiscum actum est: Olim non remittebatur peccatum, nisi per solum actum veræ, & perfectæ contritionis: si tantillum signo, & gradui, quem debet habere cōtritio, defuisset, non remittebatur peccatum. Quàm verò difficile est actum veræ contritionis elicere? Quid est contritio? Est perfectissimus dolor offensæ Dei, quatenus offensa Dei est; hoc est, Dei per se infinitè amabilis: dolor, inquam, nascens ex illo perfectissimo charitatis amore, non ex amore sui, non ex præmiu, nnn ex timore pœnarum, &c. En, quàm difficile hunc contritionis actum elicere!

Cōtritio fuit illa Dauid: *Miserere mei, Deus. Tibi soli peccaui. Lauabo per singulas noctes lectum meum.* aut cum D. Hier ex Heb. *Natare faciam per singulas noctes*

Marginalia: August. l. 50. hom. hom. 31. & hom. 41. — Chrys. hom. 5 de pœn. — Oseæ 11. — Hebr. — Septuag. — Hieron. — Oseæ 2. — D. Hier. ib. — Ezech. 17. — Ierem. 3. — Septuag. — Apoc. 2. — Soph. 3. — Septuag. — Matt. 3. — Matth. 3. Chrys. hom. 45. in Matt. — Luc. 9. — Apoc. 1. — 3. Reg. 17. — Chrys. hom. 1. de Elia. — Ezech. 18. — 3. Reg. 18. — De Sac. pœn. — Psal. 50. — D. Hieron. — Hebr.

Speranza Scriptura selecta. — F a

noctes lectum meum. in lacrymarum, nimitum, pelago. Sic ſuum dolotem exptimens dicebat. (Pſal. 6.) *Turbatus eſt à furore oculus meus*, aut cum eodem D. Hier. (D. Hier.) *Caligauit præ amaritudine oculus meus.* quòd penè aſſiduis lactymis obeæcatus ſit: hæc eſt contritio.

(Iſa. 38.) Fuit & conttitio illa Regis Ezechiæ: *Attenuati ſunt oculi mei, ſuſpicientes in excelſum, Domine, vim patior, reſponde pro me.* tantus, nimitum, inerat cordi dolor, vt loqui non poſſet.) *Quid dicam? Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* At, quàm pauci ad hoc ſignum, gradúmque petueniunt? Saül dixit: *Peccaui.* nec tamen petuenit. Antiochus, qui hæc ſigna tranſgreſſus videtur, nequaquam petuenit: miſericordiam enim non eſt conſequutus. Tot alij, qui attritionem habebant, non contritionem; ô ſi huius Sacramenti beneficio frui potuiſſent; vt ſalui facti eſſent, qui ſunt damnati!

Nunc duæ lactymulæ, attritio eſt ſufficiens diſpoſitio, vt loquitur Concil. Trid. qua quis accedat ad Sacramentum, & fiat contritus, eique perfectè remittatur peccatum.

(Leuit. 13. Luc. 17.) Ad hæc, leproſis olim præceptum erat ſe publicè leproſos clamare: vnde illi in Euangelio clamabant à longè: *Ieſu præceptor*, &c. Nunc leproſus euangelicus in aurem ſoitus Sacerdotis ſe talem ſibilare debet.

(Leuit. 5.) Olim quiſque, ex victimatum qualitate, quæ publicè offerebantur, ſua propalabat peccata: nunc ſat eſt cotam Sacerdote offerat vitulos labiorum ſuotum; confiteatur, nimitum, peccata ſua, &c.

C

Et tamen quàm multi ſunt hodie, qui tam facili, tam ſuaui Sacramento abutuntur: præ verecundia, præ timore, &c.

(2. Reg. 14.) Sunt qui ratò, ſemel, nimirum, in anno tondentur, grauante cæſarie: caueant, ne, vt Abſalom, impœnitentes moriantur. Sine, excteſcat peccaturum cæſaries: hac impœnitens ſuſpenderis.

(Luc. 11.) *Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum.* D. Chryſ. & D. Baſ ab effectu, nimitum, ne peccator confiteatur. Hinc Iſaias vocat illud, (Iſa. 27.) *Serpentem vectem, & ſerpentem tortuoſum.* D. Hieron. ex Hebr. *Serpentem claudentem.* (Hebr.)

(Gene. 3.) Meminerint, an fuerit vel initio ſerpens claudens? confeſsíue ſunt illi peccatum ſuum? Non. Et vnde? Quia ſerpens claudens, eorum poſt peccatum clauſerat ora, inquit Greg. O quot hodie in confeſſione, ſerpentis opera, ora concludunt, dum peccatum vel non confitentur, vel excuſant, vel palliant, vel extenuant! &c.

D

(Exod. 9. Hebr.) Pharao poſt innumera, ferè dixerim, peccata, ſeptimáque iam plaga ob ſuam duritiem excepta; Exod. 9. ad Hebraicũ: *Peccaui*, inquit, *hac vice*, quaſi priùs non æquè peccauerit, ait Lippom. in catena. (Lippom.)

(Iob 3. Greg. ibid.) *Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna.* Vbi Gregor. ſunt nonnulli, qui non ſolùm nequaquam deflent, quod faciunt; ſed etiam laudare, & defendere non deſinunt. Et, nimitum, dum defenditur culpa, geminatur. Contra quod rectè per quendam in Eccleſiaſtico dicitur: (Eccl. 21.) *Peccaſti, non adiicias iterum.* Peccatum quippe peccato adiicit, qui malè geſta etiam defendit, & noctem illam ſolitariam non relinquit, qui culpæ ſuæ tenebris etiam partocinia defenſionis adiungit. Hinc eſt, quòd primus homo de erroris ſui nocte requiſitus, eandem noctem eſſe ſolitariam noluit: quia, dum requiſitione ad pœnitétiam vocaretur, ei adminicula excuſationis adiunxit, dicens: (Geneſ. 3.) *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* ſcilicet, exceſſus ſui vitium in authorem latenter intorquens: ac ſi di-

E

A

ceret: Tu occaſionem delinquendi præbuiſti, qui mulierem dediſti. Hinc eſt, quòd huius erroris ramus in humano genere ex illa nunc vſque radice protrahitur, vt quod malè agitur, adhuc etiam defendatur. Dicatur ergo: *Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna.* ac ſi apertè exoret, dicens: Culpa, quam fecimus, ſola remaneat: ne dum laudatur, & defenditur, in conſpectu nos noſtri Iudicis multipliciùs adſtringat.

Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis, vt aliqui veri filij Adam, & Euæ, qui conſuerunt ſibi tot excuſationum folia. Sic, ſic multi adeò excuſationes hæreditarunt, vt ipſas ſemper excuſationes exenſent. (Pſal. 140.) Græc. *Ne prætexam prætextus in peccatis meis.* O quot prætextos! ô quot fines ſine fine! Ob hoc, propter hoc; *Ne prætexam prætextus.* (Græc.)

B

Saül ô quot prætextus prætexuit in peccato ſuo! (1 Reg. 13.) *Neceſſitate compulſus*, &c. Vt ſacrificarem, &c. Ne populus dilaberetur, &c. *Pepercit populus*, (non ego,) &c. (Item 15.)

David peccat, vt non excuſat; ſed vt clarè fatetur peccatum ſuum! (2 Reg. 12.) *Peccaui Domino.* Quàm abeſt ab excuſationibus! Non reiicit culpam in fœminam ſe lauantem; non in tentationem, &c. ſed in ſe ſolum: *Peccaui Domino.* Nec ſolùm non occultauit; ſed, vt ait Ambr. peccatum ſuum vulgato ſermone tranſmiſit, ac deplorauit.

Sana, ſana animam meam, quia peccaui tibi. Hoc eſt, interprete Auguſtino: In factis meis, in peccatis meis, non accolo fortunam; non dico, Hoc mihi facit fatum. non dico: Adulterum me fecit Venus, & latronem me fecit Mars, & auarum me fecit Saturnus. *Ego dixi: Domine, miſerere mei: ſana animam meam, quia peccaui tibi.* q. d. nullis ambagibus, nullis excuſationibus peccatum inuoluo: ſed ego, ego, qui commiſi; ego aperio, & confiteor. (Pſal. 40. Auguſt. ibid.)

C

Iob: *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem.* Vbi D. Thom. (Iob 31. D. Thom. ib.) *Quaſi homo*, id eſt, ſicut homines facere ſolent, peccatum indebitè negando, vel excuſando, vel aliquibus aſtutiis palliando. Vſitatum enim generis humani vitium eſt, inquit Gregor. (D. Greg. ib.) & latendo peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo multiplicare. Heb. (Hebr.) *Si abſcondi quaſi Adam peccatum meum.* q. d. nunquam mihi conſui folia excuſationum: etſi filius Adæ, caui à culpa hac hereditaria. *Si abſcondi quaſi Adam peccatum meum.* D. Greg. legit: *Si abſcondi quaſi debilis peccatum meum.* Meliùs dici non poterat: O quàm debilis ille, qui non valet confiteri peccatum. Sept. *Quòd ſi, & cùm non ſponte peccaſſem, abſcondi peccatum meum: non expaui turbam multitudinis, vt non enarrem coram eis.* Duo notabilia in hac Sept. lectione. (Septuag.) Quid ſibi vult: *Et cùm non ſponte peccaſſem?* Peccare non ſponte; hoc eſt, non ita deliberatè: vel primos motus, qui ſatis inuoluntarij ſunt, vel primas cuiuſque materiæ malas cogitationes aſſignabam, clarè, diſtinctè. Sed coram quo? Coram multitudine, coram populo culpam dicebam. Miratur hanc humilitatem Chryſ. (Chryſ.) Qui rectè factorum, inquit, nullum teſtem quærebat; erratorum cunctos eſſe conſcios optabat. Eadem admiratione Gregor. Videatur, ait, vir iſte cuilibet magnus in virtutibus ſuis: mihi certè ſublimis apparet etiam in peccatis ſuis. Mirentur in eo, qui volunt, integritatem iuſtitiæ; mirentur viſcera pietatis: ego in eo non minùs admiror confeſſionem humillimam peccatorum, quàm tot ſublimia geſta virtutum. Hæc,

D

E

hæc

hæc sunt veræ humilitatis testimonia, & iniquitatem suam cognoscere,& cognitam voce confessionis aperire.

Non abscondi quasi homo peccatum meum. Legit
Caiet. ibid. Caiet. *Non abscondi, quasi hominem, peccatum meum.* hoc est, eo modo, qui homines in latibulis abscondunt hominem.

Psal. 138. Felix. D. Aug. ibid. *Quia tenebræ non obscurabuntur à te.* vel, vt Felix transfert: *Tenebræ non habent tenebras apud te.* aut, vt legit D. Aug. *Tenebræ non obtenebrabuntur à te.* & subdit: Tu ergo noli tenebrare tenebras tuas: & Deus illas non tenebrat; sed magis illuminat. *Deus meus, illumina tenebras meas.* Qui autem tenebrant tenebras suas? Homines mali, homines peruersi, cùm peccant, vtique tenebræ sunt: dum non confitentur peccata sua, sed insuper defendunt, hi tenebrant tenebras suas. Si ergo peccasti, in tenebris es; sed confitendo tenebras tuas, mereberis illuminari tenebras tuas: defendendo autem tenebras tuas, tenebraberis tenebris tuis, & quando euades à duplicibus tenebris, qui in simplicibus laborabas? &c.

Iosu. 7. Absconde, vt libet, peccatum tuum; semper tamen apparebit, & foras erumpet. Tulit Achan regulam auream, &c. *Abscondi*, inquit, *in terra contra medium tabernaculi mei, argentúmque fossa humo operui.*
Alij. At regula erat, aut *lingula*, vt alij transferunt, seipsam detegens: latere non potuit.

Tegit illa præ verecundia lapsum, nec ipsi marito fidit; sed non multò pòst, hunc ipsum, doloribus attestantibus, vt ait Rupert. clamando aperit.
Oseæ 13. Oseæ 13. *Colligata est iniquitas Ephraim; absconditum est peccatum eius: dolores parturientis venient ei.* Tunc clamabit, cùm, scilicet, doloribus mortis circundata, Confessarium quæret.

Amos 8. Iudic. 11. *Circuibunt quærentes verbum Domini.* Sed faxit Deus, ne parum disposita. Audiat: *Nónne vos estis, qui nunc venistis ad me necessitate*, aut iuxta alios, *angustia compulsi*: Et cuius hæc verba? Iephte,
Hebr. Hebr. *aperientis.* q. d. Sana, ac viuens aperire noluisti, in angustia mortis aperies?

Adeò innata est homini proprietas abscondendi, & excusandi peccatum, vt nec homines spirituales satis ab ea cauere sciant. Aaron conflat vitulũ au-
Exod. 32. reum, & ait ad Moysem: *Proieci aurum in ignem, & egressus est hic vitulus.* Ex so, & casu? O excusationes!
Genes. 18. Quid, quòd hæc proprietas maximè in mulieribus ea est, vt inducat eas ad negandum, quod impossibile est negare? Angeli viderant Saram ridentem. Cur risisti? *Non risi*, inquit. Viderunt Angeli, & negas? Proprietas est mulierum, quæ non videntur induci posse ad dicendum, peccaui.

3 Reg. 3. Ipsæ meretrices, quæ nesciunt erubescere, mirum certè verecundantur peccata confiteri. Meministis duarum illarum coram Rege Salomone? Quid sibi illa voluit, filium præfocatum dum alteri supposuit, & viuum abstulit? Non carere filio? Nequaquam: quia mox diuisioni subscripsit. Sed, quid sibi voluit? præfocationem illam contegere, ne diceretur filium præfocasse.

Zac. 5. Massa plumbea iniecta in os mulieris, &c. *Et illud erat mutum*, &c.

3 Reg. 15. Hebr. Consilium impij illius Baasa, Hebr. *compressionis*, ædificare Rama, Hebr. *excelsam*, vel *sublimem*; arduam, videlicet, rem, vt non posset quispiam egredi, vel ingredi de parte Asa, *Medici*, vel *sanantis*, Regis Iuda, Hebr. *confessionis.*

Prou. 31. *Aperi aperi os tuum, mute; & discerne, quod iustum est, & indica.*

Iosue 10. *Aperite os speluncæ, & educite quinque Reges, qui*

A *in ea latitant, Regem Ierusalem*, qui beatum, ac pacificum, seséque tam Deo fruenté superbè iactat, superbiam, scilicet. *Regem Ierimoth*, Hebr. *ebrietatem*, gulam, videlicet. *Regem Lachis.* Hebr. *sibi virũ*, auaritiam, quæ sibi sola est. *Regem Hebron*, Hebr. *coniugium.* & *Regem Eglon, vitulum mœroris*, iracundiã. Hebr.

Ideò artificiosa Confessarij charitas requiritur, vt obstetricante manu educat colubrum tortuosum, ne nimia rigiditate claudat ora confitentium. Gen. 38.

Obstetrix illa Zaræ eductum brachium constrinxit, vnde infantulus retrahens manum primogenituram perdidit. Peccator ille mali operis manum educit, tu rigidè stringis: ille retrahit manum, obmutescit, dimidiat confessionem, perdit primogenituram.

B Sunt qui impatienter nequeunt tolerare peccatorum fœtorem, vnde mox nasum obturant. O quàm parum obseruarunt actiones Christi! Dicit Ioan. 11. illi Martha: *Fœtet, quatriduanus est.* At Christus: *Tollite lapidem.* Fœtet, Domine, Tunc Dominus super os ipsum fœtentis sepulcri: *Lazare, veni foras.* Sic, sic patienter audiendi sunt siue nausea pecca- Chrys. serm. tores. Quod perditum fœtet, non fœtet Creatori. 65. Quod horret alienum operis euertit, amator sui operis non abhorret. Sic Chrysologus.

Vnde caueat, quæso, Sacerdos, ne acerba nimis increpatione, toruóque vultu conturbet confitentem; & vulnus, quod leni fotu curandum est, duriùs contrectans, exasperat, ac suppurare faciat: ne fortè & ipsi contingat, quod in Vitis Patrum cui- In Vit. Pat.
C dam seni quondam contigisse fertur, qui cùm ado- p. 2.
lescentem Monachum, qui impuras passus erat co- *Indiscretè*
gitationes, audisset, immoderata reprehensione *quidam alie-*
propè ad desperationem compulit, indignum Mo- *nis tentatio-*
nachi nomine contestans, cuius pectus impudicis *nibus non cõ-*
cogitationibus patere potuerit. Sed mox ipse *patiens, ei-*
iusto Dei iudicio eadem tentatione tam vehemen- *dem ipse ten-*
ter inquietari cœpit; vt & hic senex, sicut & ille *tationibus*
iuuenis, iam ad sæculum redire, secum in animo *vrgetur.*
versaret. Cæterùm sapientia, ac sanctitate prædita Apollo Abbas, iuuenem vultu demissum cernens, cùm tristitiæ causam didicisset, blandiret consolatus est, docens, non esse malum, fœda cogitatione impugnari; sed vinci: nam se quoque idem sæpè passum; Deo tamen adiuuante, nunquam succu-
D buisse. Deinde senem, iam relicto, in quo ætatem egerat, tugurio, vagum, profugúmque ad se aduocans, vt rediret, admonuit; & iam suam expertus imbecillitatem, alienæ misereri disceret, non irasci. Post hæc pro illo precatus, tentationem oratione abegit. Improuidus igitur ille confessionis auditor nónne & se, & confitentem perditum isset? Nónne cæcus cæcum ducens, ambo in foueam corruissent, nisi Apollo Domini miserantis nutu, manum suam vtrique supposuisset, memor verbi illius: *Si* Gal. 6. *præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris?*

E *Non abominaberis Idumæum*, (Hebr. *terrenum* Deut. 23. *sanguinem*:) *quia frater tuus est*, (id est, consangui- Hebr. neus. Sic Hugo Card.) *nec Ægyptium*, (Hebr. *tri-* Hugo Card. *bulatum, angustiatum*) *Quia* (& tu aliquando) *ad-* Hebr. *uena fuisti in terra eius*, (in iisdem fortsitan, aut grauioribus peccatorum angustiis constitutus.)

Vt Iosue formam perfecti Confessoris expres- Iosu. 7. sit? *Fili* (Achan,) *da gloriam Domino Deo Israel, & confitere: indica mihi, quid feceris, & ne abscondas.* Vt blanda, & suaui compellatione conclusum, & absconditum peccatum educit? *Verè*, ait, *ego peccaui Domino Deo Israel: & sic, & sic feci.* Qua cõfessione

Speranza Scripturæ selectæ.

Caiet. Abul. Masius Se-rar.ibid.

A recentiores aiunt Achan fuisse saluatum pro pœna recipientem eam lapidationem, & concremationem. Vnde nostra confessio, quàm suauior sit, satis apparet: ille enim confessus est, & lapidibus obrutus, & concrematus: nos, si confiteamur, non lapidamur; sed è contrario, si non confiteamur, lapidamur, & concremamur. Inde etiam confundimur, quòd etsi ille esset lapidibus obruendus (quod & sciebat) per confessionem tamen dedit gloriam Deo: nos, qui nisi confiteamur, lapidibus obruemur; non tamen confitemur, &c. O quàm Dei benignitate, ac pietate abutimur!

1.Cor.3. Tertul. l. de resur.car. Theod.ibid.

Ite, ergo, *ite*; *ostendite vos Sacerdotibus. Vos*, totos, videlicet *Omnes nos*, dicebat Apost. *manifestari oportet ante tribunal Christi*. Verè, verè Christi tribunal, eiusdem Vicarij sedes: *Omnes nos*. B Si omnes, inquit Tertul. & totos: si totos, & interiores, & exteriores, tam animas, quàm corpora; sensus, nimirum. Theod. non sisti, sed *manifestari*. Sufficit hoc ad eos, qui mala sua non sentiunt, admouendos, vt suorum peccatorum vulneribus medeantur: vt non fiant manifesta omnibus. Manifesta ergo, & non manifestabuntur. Sed qualiter manifestari: Græcè, *Perlucidos*, siue *transparentes esse oportet* ad instar corporis diaphani, *vt referat vnusquisque quæ, ad quæ gessit*.

Græc.

Psal.31. Hug.Card. ibid. Isa 38. Psal 76. Campen. Hebr Chald. Septuag. Euthym.

Dauid: *Dixi: Confitebor aduersùm me iniustitiam meam Domino. Dixi*. Hugo Card. ibidem ex præhabita deliberatione: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Exercitabar, & scopebam spiritum meum*. Campensis: *Excutiebam spiritum meum*. Hebr. *Scrutabatur sese spiritus* C *meus*. Chald. *Inuestigabat*. Sept. *Surriebam*. Euthymius: *Fodiebam spiritum meum*. Nihil inuenio, inquit ille: excute, scrutare, inuestiga, sarri, fodi. *Fode, fode parietem*, scrutare lucernula per cordis tenebras, ac latibula.

Ezech. 8.

Dixi: Confitebor. Hugo Card. id est, simul corde, & ore fatebor. Non est enim mentiendum in confessione, siue excusando, siue accusando. *Pro anima tua non confundaris dicere verum*. Item, debet esse accusatoria: vnde dicit: *Aduersum me*. *Iustus in principio*, &c. *Aduersùm me*, nō aduersùm Deum, vt Adam: non aduersùm fatum, vt Astronomus: non aduersùm Diabolum, vt populus stultus. Sed aduersùm me, vt Dauid. *Ego sum, qui peccaui*, D *& ego inique egi. Iniustitiam meum*: peccata enim debemus confiteri, sicut Publicanus; non institiam, vt Pharisæus. Sic faciunt hypocritæ in confessione: celant peccata, & bona dicunt. Significati per Iacob, cuius mater pelliculas hœdorum circundedit manibus eius, & colli nuda protexit. Sic mater eorum, id est, vana gloria, quæ pascit eos, opera pœnitentiæ prætendit exteriùs. Et talibus, quando veniunt ad confessionem, posset dicere Sacerdos, si benè palparet eos: *Vox quidem, vox Iacob est; sed manus, manus sunt Esau*. Item, dicit non quancunque *iniustitiam*, sed *meum*, non alienam: sicut multi faciunt, qui aliorum peccata vel obliquè dicunt, vel directè, cùm sua deberent dicere: *Mulier, quam dedisti mihi*, dixit Adam, *dedit* E *mihi de ligno, & comedi*. q. d. Ipsa me fecit peccare; & tu ipse, qui dedisti mihi eam. Et retorquent quidam iniquitatem in Diabolum, vt qui dicunt: Diabolus decepit me. quidam in proximum, vt dictum est: quidam in Deum, qui dicunt, se peccasse, Deo permittente; vel dicunt, se esse talis complexionis, aut constellationis, quòd non possunt abstinere à peccato. Sed, qui benè vult confiteri, dicit, iniustitiam esse suam: quia liberum arbitrium habet,

Eccl.4. Prou.18. 2.Reg.24. Luc.18. Genes.27. Genes.3.

A quod nisi consenserit, non peccabit. Vnde dicit August. super illud Psalm. *Ego dixi: Domine, miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi*. Ego, ego, non fatum, non fortuna, non Diabolus. Item debet esse cōfessio satisfactoria, id est, cum proposito emendandi. Vnde benè addit, *Domino*, id est, ad honorem Domini; scilicet, vt seruiam ei de cætero. Vnde Iosuë 7. *Fili, da gloriam Deo Israel, & confitere, atque indica mihi, quid feceris*. Ex his autem omnibus sequitur remissio peccati, vnde sequitur: *Et tu remisisti impietatem peccati mei*.

Psal.40. August.ibid. Iosuë 7.

Ea certè optimæ confessionis forma: *Surgam, & ibo ad Patrem meum. Surgam* per pœnitentiam, inquit hoc loco Hugo Card. qui iacui per culpam, & ignauiam in grabato malæ voluptatis. *Et ibo* B fide, & opere *ad Patrem meum* Christum, eiúsque Vicarium. O quàm bonum, Christi Vicarium, & Confessarium putare patrem? & dicam ei, *Pater, peccaui in cælum*, &c. Sic, sic ad Confessarium eundum: sic confitenda peccata.

Luc.15. Hug. Card.

O quàm ab hoc pœnitente longè absunt, qui verecundantur sese peccatores asserere! hos apud Climacum ille ille confundet.

Clim. grade 4.

Contigit, ait, quendam ex prædali ordine ad monasticam conuersationem accedere, quem Abbas eiusdem Monasterij ad contemplationem eius institutionis, quæ erat in loco, iussit per septem dies cum quiete perfrui. Post septem verò dies Pastor eum seorsum ad se vocans, interrogat, & an sibi cum ipsis cohabitare placeret, explorat. Cùm C verò manifestè conspexisset, ipsum morari velle, eum omni integritate rursum interrogat, quid incongruum, aut inhonestum ab eo factum fuisset in mundo. Igitur, vt vidit ipsum ad verbum simul vniuersa confitentem, iterum tentans, dixit ad eum: Volo te hoc coram vniuersa fraternitate propalare. Ille verò verè suum odiens peccatum, & omnem confusionem contemnens, indubitanter spopondit: Etiam, si vis, ait, in medio Alexandriæ ciuitatis. Deinde congregat Pastor vniuersas in Ecclesia Dominicas oues; numero ducentas triginta, & diuina perfecta Synaxi, in die Dominica, post Euangelij complementum, induci coram omnibus facit illum sine querela obnoxium, à quibusdam ex Fratribus tractum, & temperatè percussum, mani- D busque retrò vinctum, & cilicioo sacco vestitum, aspersúmque puluere caput habentem; ita quòd ex ipsa etiam contemplatione confestim commutanerit in planctum, & eiulatum vniuersos stupore repletos: non enim aliquis nouerat, quod fiebat. Deinde, cùm ad Ecclesiæ portas propè venisset, sanctum illud benigni Iudicis caput clamat ad eum magna voce: Sta: indignus nanque es ingressus in hæc sancta. Stupefactus est igitur super Pastoris ex Sanctuario ad ipsum illata voce: existimauit enim secundùm quòd Fratres certificauit nouissimè sacramentis, non hominis vocem, sed tonitrui se audiuisse. Procidit quidem continuò in faciem tremefactus, & totus timore contritus, terræque prostratus, pauimentum la- E crymis irrigabat.

De quodam, qui media in Alexandria confiteri paratus erat.

Permittitur iterum, admirabili Medico salutem ipsius in vniuersum negotiante, & formam salutis, & manifestæ, & efficacis humilitatis omnibus exhibente, dicere omnia ab ipso acta specificè coram cunctis, qui cum pauore vniuersa confitebatur per singula omnium auditui peregrina, non solùm corporalia secundùm naturam, & præter naturam in rationabilibus, & etiam in irrationabilibus animalibus commissa: verùm

quoque

quoque & vsque ad veneficia, & homicidia, quæ audire, vel scripto tradere non est fas. Igitur confessum illum tonderi permittit, atque cum Fratribus numerari: sapientiam verò illius Sancti admiratus, seorsum ipsum interrogaui, cuius rei gratia » tale peregrinum spectaculum peregisset. At, qui » verè Medicus erat: Duorum istorum gratia, ait: » primò quidem, vt confessum præsenti confusione » à futura commutarem. Quod & factum est: non » enim surrexit à pauimento, ô Frater Ioannes, quo» vsque omnium indulgentiam est sortitus. Et ne» que difficile credas: nam aliquis illic existentium » Fratrum in me confides, dixit: Quia horribilem » vidi quendam chartam tenentem scriptam, & ca» lamum: & quando peccata, inquit, prostratus iste » dicebat, ipsam ille calamo cancellabat, & conse» quenter, *Dixi* enim, ait: *Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei* Secundum verò est, quoniam quosdam possideo non confessas offensiones habentes. Illos igitur per hunc exhortabor ad confessionem, sine qua nullus indulgentiam sortietur.

Quãta huius fuerit virtus contritionis.

Quòd Deus vtitur misericordia magis, quàm iustitia.

PVNCTVM XXVI.

Iacob. 2. Græc. D. August. q. 105. in Exod.

Tandem facit ad efficaciora motiua fiduciæ, Deum semper vsum esse misericordia magis, quàm iustitia: Deus æqualiter infinitus est, in attributis, quæ cum ipso, qui infinitus est, identificantur: plures tamen sunt misericordiæ effectus, quàm iustitiæ. Quod dixit S. Iacobus: *Superexaltat misericordia iudicium.* Græc. *Gloriatur,* seu *exultat misericordia aduersùs iudicium*, id est, vincit, & superat; nimirum, quantùm ad effectus, vt D. August. declarat.

Isa. 28.

Hinc misereri, & parcere dicitur opus Dei; punire alienum opus ab eo. Sic Isaï. *Vt faceret opus suum* (misereri,) *alienum opus eius* (irasci, & punire,) *vt operetur opus suum, peregrinum opus eius ab eo.* Vultis videre, quàm peregrinum?

Isa. 7.

Volebat quondam secare, ac radere, nec nouaculam vnam habebat. Vnde illam, quæso, habuisse putatis? *In nouacula conducta*, inquit Propheta. Verùm, qui fieri potest, vt in domo Dei non sit gladius, qui radat, opúsque sit nouaculam conducere? *Alienum opus eius.*

Dan 9. Ierem. 14. Isa. 44.

Hinc est, quod vbi in Scriptura sic absolutè dicitur Deo: *Fac.* sine alio additamento, per antonomasiam subauditur misericordia. *Attende, Domine, & fac*, id est misericordiam. *Si iniquitates responderint nobis, Domine: fac propter nomen tuum*, id est, propter nomen tuum fac nobiscum misericordiam tuam. *Laudate, cæli, quoniam Dominus fecit*, supple, misericordiam. *Fac cum seruo*, quid? declarat ipsemet, *secundùm misericordiam tuam. Vt faceret opus suum.*

Ierem 31. Psal. 18. Hebr.

Cùm sermo est de misericordia, mensurarum quidem fit sermo; sed quæ terminum non habent. *Ædificabitur ciuitas Domini, & exibit vltra normam mensura. In omnem terram exiuit sonus eorum.* Heb. *Exiuit linea*, seu *norma eorum*; hoc est, in fundatione suæ Ecclesiæ, non est vsus mensura, aut linea terminata; sed lineam protraxit infinitam; vt omnibus, scilicet, communicaret gratiam Euangelij. Sed cùm sermo est de iustitia, omnia strictè, &

Prouerb. 16. Isa 28. Idem 27.

A cum mensuris. *Pondus, & statera, indicia Domini. Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. In mensura contra mensuram iudicabis eam*; hoc est, examinatis mensuris, ac inter se collatis, q. d. mensuremus cum hac, mensuremus cum illa, ad amussim, &c.

Thren. 2. Rupert. Ab. lib. 2. in Ier. c. 44.

Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion. Notate: antequàm dissiparet, cogitauit: vbi benè cogitauit, noluit vtcunque dissipare; sed *Tetendit funiculum suum*, vt, nimirum, architecti, aut fabri murarij facere solent, dum timent, ne aliud pro alio destruant, priùs perpendiculo, seu linea designant locum. Sic Dominus, inquit Rupert. ista B cogitauit, & cum consilio egit: negotij, videlicet, summam in libra rationis appendit, & tetendit super eam funiculum septuaginta annorum. Vbi autem destruxit, non id funditùs, & repentè fecit; sed paulatim quasi materiæ depulsæ manum porrigens. *Non auertit*, inquit, *manum suam à perditione.* hoc est, aliqualiter retinuit, ne totus simul paries præceps rueret.

D. Chrys. homil. 5. de pœn. Gen. 2. Iosu. 6.

Chrysostomus: In nobis structuræ quidem multùm temporis; parum verò destructionis: è contrario autem fit in Deo, cùm struit, velociter struit; cùm destruit, tardè destruit. (Comprobat.) Sex in diebus cælum, terrámque fecit, magnitudines, lateráque montium, &c. sed vult Iericho demoliri, & dicit ad Israëlem: *Circuite eam septem diebus, &* C *octauo die cadet murus.* Pòst admiratione plenus: Mundum vniuersum sex in diebus construis, & vnam vrbem septem diebus solùs? *Alienum opus ab eo.*

Rom. 2. Theoph. ibid.

Apost. Rom. 2. *Reddet vnicuique secundùm opera eius, his quidem, qui secundùm patientiam boni operis, gloriam, & honorem; iis autem, qui non acquiescunt veritati, ira, & indignatio*, Quænam hæc dicendi forma, ô Apostole? Theophyl. aduerte autem, vt Deum asserat gloriam, & honorem largiri; mœsta verò nequaquam: neque enim iram, indignationem, tribulationémque, & angustiam dixit, à Deo inferri. Viuificandi Deo inest facultas; nobis verò pro nostra ignauia, supplicia, & cruciatus. *Alienum opus ab eo.*

Ierem. 18. Græcè. Chald.

Adeò alienum est, vt cùm, nostris exigentibus D culpis, Deus irasci cogitur, & punire; punitionem ipsam præter Dei vsum, abusum dicat Propheta: *In tempore furoris tui abutere eis.* Et quidem eruditè vulgatus huc ita transtulisse visus est, quod est Græcè: *Fac in eis.* & Chaldaicè: *Sume vindictam ex eis* quasi punire, vindictam sumere, non tam penè sit misericordi Deo vsus quàm abusus.

Gen. 11. Gen. 18.

Adeò alienum irasci, & punire à Deo, vt cùm id facturus est, non videatur id solus posse facere; sed consilium adhibet, &c. Sic adhuc post auditos scelestorum clamores, superbiámque illorum hominum conatus: *Venite*, inquit, *descendamus*, &c. Et, *Descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam.* Tota, E nimirum, Trinitas conuocatur: volunt videre, examinare, scire, rem per causam cognoscere; propriis oculis videre, non clausis oculis in flagella ruere.

Cant. 2. Cant. 5.

O crura marmorea ad vindictam! sed, ô pedes ignei, & alati ad misericordiam! Hinc cùm ad animam venit, currit; cùm ab anima recedit, non videtur pedem efferre, aut leuare posse. *Reuertere, reuertere, dilecte mi, similis esto* (in reuertendo) *capreæ, hinnulóque ceruorum.* Venturum facit similem velocissimis animalibus; at recedentem dicit habere crura marmorea. *At ille declinauerat, atque transierat.*

transferat. Quo gressu, ô Sponsa? Subdit: *Crura eius, columna marmorea.* Quid hoc? Iam dixeras pedes eius veloces, vt pedes hinnulorum ceruorum; nunc crura habet marmorea? Ne miremini. Tunc veniebat, nunc recedit: recedit autem sic tardè, vt recedere non posse videatur; quia, nimirum, crura eius fundata sunt super bases aureas charitatis.

Isa. 30. Sed misericordiam facturus expectare non potest, se ipsum continere non valet. Isa. 30. *Expectat Dominus, vt misereatur vestri.* Quid hîc creditis significare, *expectat?* Vult dicere, expectare non potest: qui vehementi flagrat desiderio aliquid faciendi, dicere solet, expecto, vt faciam. *Expectat Dominus, vt misereatur vestri.* Hebr. *Suspirat, anhelat Dominus, vt misereatur vestri.* Expectare non potest.

Luc. 19. *Zachae, festinans descende: quia in domo tua oportet me manere.*

Chrys. Chrys. orat. de B. Philog. Benignus est, & quemadmodum parturiens cupit emittere fœtum; ita & ille cupit effundere misericordiam suam erga peccatorem.

Act. 9. D. Bern. ser. 1. de conu. S. Pauli. D. Bern. ad illud, *Subitò circumfulsit eum lux de cælo.* Illustrat, inquit, cælesti fulgore, vel foris, intus adhuc luminis incapacem; qui necdum infundi poterat, diuina saltem circunfunditur claritate. *Suspirat, anhelat Dominus, vt misereatur vestri.* Vt radius, quò intrare potest, mox intrat: sic diuinus splendor animam circunfulget, vt intret, & illuminet. *Anhelat, vt misereatur vestri.*

Isa. 55. Heb. *Multus est ad ignoscendum.* Hebr. *Multiplicabitur ad ignoscendum.* Transformabit sese in varias formas, nunc peregrini, nunc olitoris, &c. vt gratiam suam impertiat. Quo sensu Petrus gratiam multiformem appellat: *Sicut boni dispensatores multiformis gratia Dei.* O quot in formas se format! Aduersitas illa, forma est gratiæ; rerum iactura, est forma gratiæ: *Multiformis gratia Dei.* Forer. ex Hebr. *Multiplicabitur ad ignoscendum*, vel, *multiplicat ad condonandum*, vel *condonationes multiplicat.*

Hîc iterum facit, quòd vbi sermo est de iustitia, sermo est guttarum, atque stillarum. Isa. 10. Ierem. 34. Dan. 9. Cant. 5. *Stilla ad Africum, stilla ad sanctuaria. Stillabit furor meus super ciuitatem istam. Stillabit super nos desolatio, & maledictio. Manus meæ stillauerunt myrrham*, & centum in locis, vbi sermo est myrrhæ amaræ mortificationum, castigationum, flagellorum, aduersitatum; de stillis sermo est: stillando namque, guttatim, non totam effundit Deus iram suam, vt aït in his locis Hieron. Apoc. 15. Hinc in Apoc. ira Dei dicitur asseruari in phialis aureis, quæ cùm os angustum, constrictúmque habeant, totam simul iram non possunt effundere; sed paulatim, guttatímque stillant. Nec vacat mysterio, phialas esse aureas: quia, nimirum, ira est in misericordia, quæ eam continet, ne tota simul effundatur. Psal. 74. Hinc calix iræ Dei paulùlum inclinatur, neque susque deque voluitur vt exinaniatur. Sed oleum misericordiæ totum effunditur. Cant. 1. Septuag. Ambros. *Oleum effusum, nomen tuum.* Sept. *Oleum exinanitum*, siue *oleum exinanitum, nomen suum.* Vbi Ambros. Calix ad feriendum non est exinanitus: calicem enim iræ exinanire non nouit, sed exinanitum tamen est vnguentum. O effusam misericordiam! Phialæ aureæ iracundiæ Dei: balsamum spargitur, ac in terram effunditur? Venenum quis vnquam vidit in phialis aureis asseruari; balsamum verò spargi & effundi! Quid hoc? nisi quia adeò misericors est, vt misericordiæ velut aquæ copiam faciat; adeò restrictus in iustitia, vt eam

A constringat in phialis, & phialis aureis angusti oris, vt stillet, vt guttatim fundat.

Cùm autem de misericordia sermo est, non guttatum, sed pluuiarum, sed fluuiorum sermo est. Idem Ioan. qui vidit iram in phialis aureis, misericordiam vidit, vt fluuium aquæ viuæ procedentem de throno Dei, & agni. Apoc. 4. Psal. 45. Isa. 66. Ezec. 36. Cant. 4. Psal. 67. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, Declinabo super eam, quasi fluuium pacis. Effundam super vos aquam mundam. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, Quæ fluunt impetu de Libano. Pluuiam voluntariam.* Alij: *Pluuiam gratiarum, charismatum, liberalitatum, donorum*, &c. Nec vnquam agitur de mensuris angustis, rasilibus; sed confertis, coagitatis, supereffluentibus. Luc. 6. *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam* (calcatam, decussam, vt nihil vacuum re-
B linquatur:) quinimò, *Et supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* O effusam verè, & profusam Dei misericordiam, quàm pluit, quàm diluuiat, quam versat, vt flumina! Sed vt restrictus in castigando? vt mensurat? *Vt ligat aquas* (tribulationum) *in nubibus* (suæ misericordiæ,) *vt non erumpant pariter deorsum?* vt stillat? &c. Iob 26.

Huc etiam facit quotundam obseruatio, quæ est huiusmodi. Vbi in Scriptura sermo est de misericordia, dicitur Deus eadem vti ambabus manibus, & numero multitudinis: *Manus tua, Domine, fecerunt me. Et amplectens eos, & imponens manus benedixit eos*, &c. Iob 10. Marc. 10. Cùm autem sermo est de iustitia, in numero vnitatis: *Manus Domini tetigit me.* tactu Iob 19. Isa. 1.
C solius manus. *Conuertam manum meam ad te.* Sermo est de flagello, vel melius dicam, de quasi flagello, de funiculis, vnica manu, solo contactu. Sed, cùm sermo est de blanditiis, de ambabus manibus, de amplexibus, de osculis sermo est: *Et procumbens super collum eius*, &c. Luc. 15.

Adeò misericors, vt quo tempore se magis ostendit iratum; non possit simul non sese misericordem ostendere: *Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* Habac. 3. Deus nunquã magis iratus, quàm vbi omnis terra corrupit viam suam, diluuium misit. Sed notate, tale diluuium, quod omnes eradicauit
D arbores, non eradicasse oliuam: vnde columba retulit *Ramum oliuæ virentibus foliis.* Mirum certè: Gen. 7. sed mysticè hoc innuebat, Deum vel magis iratum misericordiæ recordari.

Excandescens, quondam in Pharaonem, cùm iam plures immisisset plagas: vocauit Moysem: Exod. 9. *Mane consurge, & sta coram Pharaone, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum, vt sacrificet mihi: quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & super seruos tuos, & super populum tuum, vt scias, quòd non sit similis mei in omni terra. Nunc enim extendens manum meam, percutiam te, & populum tuum peste, peribi que de terra. En pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægypto a die, qua fundata est, vsque in præsens tempus.* Heu,
E heu, qualis, & quanta hæc Dei indignatio? sed, *Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia, quæ habes in agro*, &c. Ecce, ecce clementiam Dei, qui etiam irascens, iram clementia diluit, eáque pœnam temperat, & mitigat. Sic August. Hugo Carensis, & Steph. qui præsertim expendens verba illa: *Et grando, & ignis mixta pariter ferebantur.* ita fatur: in igne feruor diuini amoris exprimitur: quia & hominem punit, & signum amoris impendit. August. Hugo Carensis & Steph. ibid.

Nunquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas: hoc est, nunquid Psal. 76.

fluuium

fluuium hunc miserationum poterit continere? Non; sed iram, vt duplicibus misericordiæ ripis, restringit, & continet. *Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.*

Nahum 1. Hebr. Chald. Hebr. Psal. 29. Isa. 26. Hieron.

Dominus patiens, & magnus fortitudine. Heb, *Dominus latus naribus.* Chald. *Dominus longè propellens iram. Ira in indignatione eius.* Hebr. *Ad momentum,* vel *momentanea est ira eius.* Sic in Isa. 26. *Abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.* Vbi Hieron. vt, nimirum, doceat, breue tempus esse, & momentum, quo Dei pertransit indignatio. At *Vita in voluntate eius.* vel, vt transfert Hieron. *Vita in propitiatione eius.* vel, vt Vatab. *Vita in beneplacito eius.* seu, vt Caiet. *Vita* (non solùm vita) *in voluntate eius.*

Vatab. Caiet.

B

Thren. 3. Exod. 9. August. & Theod.

Non ex corde suo humiliauit, & abiecit filios hominum. Quid, quòd vel animalia videtur non posse occidere? Occisurus, vt dictum est, pecora Ægypti, admonuit per Moysem Pharaonem, vt ea sub tecta recolligeret, ne grandine tacta perirent. Vbi August. præcipuè, & Theod. hanc diuinam adnotarunt misericordiam: *Alienum opus eius, peregrinum opus ab eo.*

Isa. 27. Hier. ex Hebr.

Adeò verum, vt si quandoque contingat irasci, & ad flagella venire, suam naturam mutare videatur. Clarè id dicit: *Indignatio non est mihi, quis dabit me spinam?* &c. Hieron. *Quis me faciet durum, atque crudelem; & vincam naturam meam?* q.d. Meapte natura sum totus misericors: quis mihi det, vt C meam hanc vincam, ac mutem naturam, & rigidus fiam?

Genes. 3.

Hinc volens de Adamo sumere supplicium, id egit sumpta hominis forma. Educit id Augustinus ex eo verbo, *deambulabat*; nimirum, in humana forma, & passibus humanis, quasi eum puderet, ac ei nimis repugnaret punire in forma Dei.

Genes. 19. Oleast. Gen. 18.

Ob id nec in Pentapolim iuit: aut, eo inuisibiliter iuit, vt ait Oleaster, ne in punitione videretur. Et Angeli, qui iuerunt, vt lento gradu, vt tardè peruenerunt? *Veneruntque vespere,* &c. Vbi expendendum venit, quòd eò aduentantes, adeò lentè mouebant gradum, vt ipsi Abraham (ante cuius D hospitium consultò transire voluerunt) potiùs stantes, quam incedentes viderentur: *Apparuerunt ei tres viri stantes.* Qui & ab eo rogati, vt apud se pranderent, libenter annuerunt, expectarúntque libentissimè, vt commiscerentur tria sata similæ, indéque fierent subcinericij panes, occideretur, coqueretúrque vitulus. Et à prandio non statim abeunt; sed adhuc sedent, confabulantúrque: *Vbi est Sara, vxor tua?* &c. Cúmque tandem surgunt, non protinus alas expandunt: verùm cum eodem Abraham pedetentim vadunt. Abraham simul gradiebatur, deducens eos; ac inter loquendum, occasionem ei præbent, vt roget, ne illuc omninò peruenire cogantur; quò tandem vbi perueniunt, non statim iussa exequuntur, sed adhuc morantur, E etiam apud Lot cœnaturi expectant, vt coquantur azyma, &c. Quid hoc? quid, ô Angeli tam longas nectitis moras? Quondam Angelus à Iudæa in Babylonem, (non à conualle Mambre in Pentapolim,) quod est per tot, tantáque milliaria, nec temporis quidem punctum expectans, vt prandium pararetur; sed iam paratum vel ipsis messoribus arripuit, atque Habacuc transtulit *in impetu spiritus sui.* Quid hoc, inquam? Iste volat: & quid dico, volat? Fortè tanto impetu fertur, vt nec medium pertranseat, si modò corporeus Prophetia non obstabat: illi vix pedem efferre possunt, ac prandium, cœnámque parari patientissimè sustinent?

Dan. 13.

A Cur hoc? Quia, nimirum, ille ad benefaciendum vadit; ij verò, quia ad puniendum vadunt, veluti coacti pertrahuntur, vnde & lentissimo incedunt gradu. *Veneruntque vespere.*

Exod. 20. Hieron. in 18 Ezech.

Huc facit illud: *Ego sum Dominus Deus tuus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem.* Quæ verba acutè expendens Hieronym. Non truculentiæ est, inquit, & seueritatis, iram tenere vsque ad tertiam, & quartam generationem; sed signum misericordiæ, pœnam differre peccati. Quando enim dicit: *Reddens iniquitatem,* &c. hoc indicat, quòd tantæ misericordiæ sit, vt non statim puniat, sed sententiam differat puniendi.

Isa. 26. Mich. 1. Hieron.

B Vtque summatim multa complectar: cùm punire cogitur, è suo veluti naturali centro, ac circulo egredi videtur. *Ecce Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatorum terræ. Ecce Dominus egredietur de loco suo, & calcabit super excelsa terræ.* Egreditur de loco suo, inquit Hieronymus, quando quietem, & mansuetudinem, & clementiam suam pro emendatione peccatorum rumpere cogitur, qui cùm per naturam dulcis sit, vitio nostro amarus efficitur, non sibi, sed nobis.

Dan. 7. Apoc. 1.

Quid, quòd vbi cogitur formare iudicium, & ferre sententiam in peccatorem, canescit? *Antiquus dierum sedit,* &c. *capilli eius, tanquàm lana alba, & sicut nix.* Sic in Apocal. acturus iudicium C contra quosdam Episcopos, apparuit canitie coopertus, qui in Cant. erat *candidus, & rubicundus*: quin, vt more nostro loquamur, dolet, affligitur: *Tactus dolore cordis intrinsecùs: Delebo, inquit, hominem, quem creaui. Heu! vindicabor,* &c. Mala nostra videre non sustinet. Vbi Satanæ dedit facultatem, vt Iobum vlceraret, non sustinuit videre; sed egressus est Satan à facie Domini: vt solet, qui videre sectiones non sustinet, aut discedit, aut Chirurgo dicit, vt seorsum ad secandum vadat. Hinc dat significationem, *Vt fugiant à facie arcus.* Hinc Psal. 7. arcum tendit, & parat: vbi obseruat Basil. Omnem Dei operam in intendendo, & parando arcu consumi; ad terrendum, videlicet, ne cogatur D sagittam emittere.

Gen. 6. Isa. 1. Iob 2. Psal. 7. Basil.

Hinc dum cælum tonat, homonésque pertimescunt, ne cælum terræ misceatur, *fulgura in pluuiam facit.*

Psal. 134. 3. Reg. 19.

Et ecce spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras: non in spiritu Dominus. Et post spiritum commotio: non in commotione Dominus. Et post commotionem ignis: non in igne Dominus. Hucvsque visiones imaginariæ, & ad speciem tantùm, inquit Caiet. *Et post ignem sibilus auræ tenuis,* vel Hebraicè: *Et vox emissa subtilis.* Et in hac Dei præsentiam, vt in diuinæ miserationis symbolo, persensit Elias; vt optimè idem notat Caietanus.

Caiet.

1. Reg. 17. Hugo ibid. Chrys. hom. de Dauid, &c.

Hinc & mysticus Dauid lapides misit in peram, E in qua, iuxta Hugonem, mulgebat lac: aut in situlam, vt inquit Chrysost. vt olim arcum posuit in nubibus in signum fœderis.

Psal. 45. Oleæ 2.

Hinc denique, ceu Pater amans, si quando virga percutit filium, virgam posteà præ dolore confringit. *Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni. Arcum, & gladium, & bellum conteram de terra.* Sic dolet: *Non est qui consurgat, & teneat me,* ceu Pater, qui castigare nollet: quin *& doluit Dominus super miseriis eorum,* vt aliqui per amoris excessum faciunt, dum plorant, vel cum filio, vel cum vxore plorante. At misericordiam facturus, vt lætatur! *In seruis suis miserebitur Deus.*

Deut. 32.

Græc. *In seruis suis consolabitur Deus.* non solùm non dolebit, sed gaudebit, sed consolabitur Deus.

Græcè. Orig. hom. in c. 1. Ierem.

Optimè quidem Origenes: Deus ad benefaciendum promptus est: ad puniendum autem eos, qui pœna digni sunt, dissimulat. Cùm possit quippe tacens, & sine contestatione venturi punire eos, quos simul dignos supplicio iudicat, nunquam hoc facit; sed etiamsi condemnauerit, dicit, quod sibi semper dicere propositum est, vt liberentur à condemnatione per pœnitentiam, qui condemnati fuerant per delictum. Horum exempla, cùm de Scripturis multa possimus accipere, sufficiunt incidentia. Niniuitæ peccatores condemnati erant à Deo: adhuc enim quadraginta dies, & futurum, vt Niniue subuertatur. Noluit eos enim silentio Deus punire damnatos: sed dans eis locum pœnitentiæ, & conuersionis, misit Prophetam, vt dicente illo: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* qui condemnati erant, non perirent; sed agentes pœnitentiam, impetrarent misericordiam Dei. Qui in Sodomis, & Gomorrhis iam erant exitio destinati, vt manifestum est ex sermonibus Dei, quos locutus est ad Abraham: attamen quod erat suum, fecerunt Angeli, volentes eos saluari, qui se indignos salute iudicauerunt, hæc dicentes ad Lot: *Est tibi aliquis gener, aut filij, aut filia?* Neque verò ignorabant non esse eos secuturos Lot: sed ostenderunt suam pariter, & eius, qui eos miserat, benignitatem in homines, & amorem.

Ionæ 1.

Gen. 19.

Ierem. 1.

Horum quiddam simile inuenimus in Ieremia scriptum esse: est enim annotatum tempus prophetiæ eius, quando cœpit prophetare. Quisque ergo, qui Scripturas legit, sciet, quia cœpit prophetare *in diebus Iosia, filij Amon, Regis Iuda, vsque ad tertiumdecimum annum regni eius:* deinde prophetauerit *in diebus Ioakim, filij Iosia, Regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedecia Regis Iuda.* Et legens didicit, quia per tres Reges prophetia eius contexta sit, *vsque ad captiuitatem Ierusalem in mense quinto.* Quid ergo docemur per „ hæc? Condemnauerat Deus Ierusalem propter „ peccata, quæ fecerat; & hæc erat extrema senten- „ tia vt captiuitati relinqueretur: veruntamen cùm „ hominum sit amator, nec quenquam velit perire, „ antequàm depopulationis tempus instaret, misit „ & hunc Prophetam, vt per sermones eius ad pœ- „ nitentiam conuerteretur: misit eundem sub secun- „ do Rege post primum: misit quoque sub tertio. „ Quid plura? captiuitas iam imminebat: & adhuc „ admirabatur Deus, tribuens, vt ita dicam, & ante vnam diem locum pœnitentiæ: vnde scriptum est, vsque ad captiuitatem, & vsque ad quintum mensem prophetasse Ieremiam. Iam hostium vincula restrinxerant manus: & nihilominùs hæc quodammodo dicebat Deus: Ecce captiui facti estis: agite, licèt serò, pœnitentiam: rogate me, & parcam vobis. Possum emere de captiuitate, qui tradidi.

Chrys. hom. 24. in Gen.

Hanc eandem Dei bonitatem, ac longanimitatem expendens Chrys. Imperat, inquit, iusto, vt fabricet arcam: volebat enim illos, qui tam grauiter peccauerant, fabricatione arcæ admoneri, vt secum cogitarent, quæ fecissent, resipiscendóque indignationem non experirentur: neque enim paruum illis tempus denuò ad resipiscendum concessum, donec fabricaretur arca: sed planè multum, & sufficiens fuisset, nisi adeò ingrati, & stupidi fuissent ad erratorum emendationem. Verisimile enim, quòd quicumque ex eis vidit iustum, qui fabricabat arcam, & causam extructionis sciscitatus sit, & posteà cognouerit diuinam indignationem; inde si voluisset, potuisset ad suorum peccatorum agnitionem venire. Verùm hæc illis nullam vtilitatem attulerunt; non, quia non potuerunt; sed, quia noluerunt.

Igitur, postquàm de construenda arca iusto præcipit, communicat, & narrat ei pœnæ speciem, quam illaturus erat, & dicit: *Ego autem inducam diluuium super terram.* Etiam nunc pro sua misericordia Indignationem bonitate temperat: talem pœnam infert, quæ sine dolore sit, & non sentiatur: & quia video, vlcera eorum incurabilia, sistere volo malitiæ fluenta, vt ne grauioribus pœnis obnoxius se faciant.

Post hæc? *Adhuc septem dies sunt, & ego inducam pluuiam super terram.* Attende, obsecro, etiam ex iis bonitatis diuinæ excellentiam; quomodo post tantam longanimitatem etiam nunc ante septem dies prædicit, volens metu emendatiores illos reddere, & ad pœnitentiam reducere.

Tandem: *Inducam pluuiam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Quid? non erat ei possibile, vt vno die totam pluuiam induceret? Quid, inquam, vno die? Vno momento posset: sed hoc dedita opera facit, volens simul, & timorem incutere, & occasionem præstare, qua possent pœnam, quæ iam in foribus esset, effugere. *Et delebo*, inquit, *omnem substantiam, quam feci, à facie terra vsque ad pecus.* Vide, quomodo, & semel, & iterum prædicit, & neque sic sibi supplicatur?

Huc facit, quòd semper punit citra condignum, vt communis est Theologorum consensio, & præmia confert vltra meritum. Vel in ipso Inferno verè illi dicere possunt: *Misericordia Domini, quia non sumus consumpti.* Hinc Matth. 25. dicitur: *Hædos autem à sinistris.* vnde, scilicet, ad puniendum minor vis. *Oues autem à dextris*, vt aperiat, vel vltra meritum in retribuendo manum; sinistram autem citra condignum restringat. Sed vt manum aperit benedicturus? vt largè retribuit? *In paucis vexati*; at non in paucis; sed *in multis bene disponentur. Momentaneum, & leue nostræ tribulationis*, quæ contraposita habet? Audi: *Supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus. Seminantes in lacrymis.* Hebr. *Seminantes* (vel) *in lacryma, in exultatione metent.* O misericordissime Deus!

Thren. 3.

Matth. 25.

Sap. 3.

2. Cor. 4.

Psal. 116.

Galat. in suis concor.

Hac insigni misericordia ad sese Deus attrahit peccatores. Ob hanc, dicebat Dauid, tibi libenter inseruio, Domine; quòd si durus esses in peccatores, si non parceres eis, quis te sustineret? quis seruiret Deo implacabili? *Si iniquitates obseruaueris, Domine, Domine, quis sustinebit?* Sed, *quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam* (ignoscendi pœnitentibus, & contritis) *sustinui te, Domine*, & sustinent te peccatores, qui si te misericordem non experirentur, procul fugerent. Sed hæc ad te sponte deducit peccatores, qui currunt in odorem vnguentorum tuorum, miserationum tuarum, & scelestiores ipsi hac allecti misericordia ad te veniunt manibus post terga reuinctis, ac in tuum sese dedunt obsequium: *Tuus sum ego*, inquiunt, *saluum me fac. Fortitudo Æthiopia, & Sabaim, &c. Vincti manicis pergent, & te adorabunt, téque deprecabuntur.*

Psal. 129.

Isai. 45.

Per hanc tot venundati, vt facerent malum, pretio istius misericordiæ redempti. Per hanc ille, qui patrimonium cum meretricibus ste indignè prodegit: *Surgam*, inquit, *& ibo ad patrem meum.* Sed heus tu, qua fiducia, qua spe? Respondet Chrysol. Illa, qua pater est: ergo perdidi, quod erat filij: ille, quod

Luc. 15.

Chrysol. ser. 1. de duobus filiis.

quod patris est, non amisit. Ibo ad patrem reus: sed pater, viso filio, cooperit mox reatum, dissimulat Iudicem, & sententiam citò vertit in veniam. *Cùm esset longè, vidit illum pater suus, & misericordia motus, cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Sic pater iudicat: sic peccanti filio dat oscula, non flagella: delicta non videt vis amoris: claudit amplexu, ne nudaret pater filij crimina, &c. talia, tantáque exhibet signa lætitiæ, vt iusti, vt suprà tetigimus, scandalum quodammodo patiantur: sic senior scandalum sumpsisse visus est de nimia charitate.

Quam vt hoc loco benè perpendamus, consideremus primò, quantum id fuit, quod huic pater condonauit. *Dissipauit* miser, vel, quod idem est Syriacè, *dilapidauit substantiam suam*, dispendium in primis omnium bonorum, iuxta Theoph. rationalitatis, libertatis arbitrij, cæli, terræ, vniuersarum creaturarum, legis, Prophetarum, quæ per abusum omnia dilapidauit: condonauit prætereà insolentiam illam, ac impudentiam, qua sic frontosè patrem quasi pugione aggressus, compulit consignare partem: *Da mihi portionem substantiæ, quæ me cõtingit.* Ad hæc, contumeliam sibi, totíque cognationi irrogatam, cùm sic malè dissipasset omnia viuendo luxuriosè. *Gloria patris est filius sapiens: filius stultus mœstitia est matri suæ.* O mœstitiam! ô confusionem, tam degenerem genuisse filium! Condonauit tandem seruitium abiectissimum, vilissimam mendicitatem: porcorum custodiam, quibus toti fecerat iniuriam nobilitati: quod & ipse rubore plenus agnouit. *Iam non sum dignus vocari filius tuus*; qui, scilicet, tam longè abij *in regionem longinquam* dissimilitudinis, & obliuionis tui, vt loquitur August.

(Syriac. Theoph.) (Prouer. 10.)

Totum ipsi condonauit pater: sed quomodo? Fuerunt intercessores necessarij? Diúne adhibitæ preces? Apud patrem non intercedit extraneus, inquit Chrysolog. Verum id cum Deo: cum hominibus non ita. Ignouit certè Dauid Absaloni fratricidium; sed tribus circiter annis post exilium; sed post parabolicas, ac iteratas intercessiones Thecuitis, & Ioab. O quàm aliqui rogari volunt! Tandiu aliquando, vt exeuntem iam spiritum dentibus mandant, priusquàm inimicis ignoscant. Hic verò pater ignoscit statim, non expectat rogari, non stat in throno, vel in sede paternæ Maiestatis, nec in cubiculo, vt filius introgressus dicat culpam, exosculetur terram, humi iaceat, ac tremens offerat satisfactionem: sed, *cùm adhuc longè esset, vidit illum pater suus, & misericordia motus est, & accurrens*, &c. O visum compatientis acutissimum! *Vidit eum pater suus.* Simul vt quis resipiscere in animo cogitauit, inquit Euthym. hunc etiam simul ipse videt; paratus semper ad eorum, qui conuertuntur, susceptionem, & ab exordio statim pœnitentiæ illos recipiens.

(2. Reg. 13.) (Euthym. in c. 15. Luc.)

Occurrens, legit August. obuiam vadens, non expectans, nimirum, in throno; sed obuiam vadens. Vulgata, *Et accurrens*, quod maximam notat voluntatem, & impatientiam perueniendi. *Accurrens*, inquit Hugo Cardinalis, vt vultur aduolás alis misericordiæ. Arrias Mont. & Euthym. legunt: *Et currens ruit in collum eius.* præ nimio gaudio subdit Euthym. non expectauit, vt ille veniret; sed priùs *occurrit*: neque id vtcunque; sed *accurrit*, vt appareat amoris vehementia. *Et ruit in collum eius*, certiorem eum reddens; quòd omne peccatum illi remisisset, *Et osculatus est eum*, tanquàm desideratum filium, qui vsque ad pœnitentiam scelera-

(D. August. Vulg.) (Hugo Card. Arrias Mōt. & Euthym. ex Græco.)

tus fuerat, & abominabilis. O incomparabilem cælestis Patris amorem!

Rogo nunc, ait Chrysol. quis hîc desperationis locus? hîc simulatio quæ timoris? Nisi fortè timeatur occursus, terreat osculum, turbet amplexus; & capere ad vindictam, non recipere ad veniam pater creditur, cùm filium trahit manibus, claudit gremio, ligat lacertis. Sed hanc cogitationem debellatricem vitæ, salutis inimicam expugnant nimis, nimis auferunt, quæ sequuntur.

(Chrysol. ser. 3.)

Dixit autem pater ad seruos: Citò proferte stolam primam, & induite illum, &c. O clementiam! Non dixit: Vnde venis? Fuisti vbi? Vbi sunt, quæ tulisti? Quare tantam gloriam tanta turpitudine commutasti? Sed: *Citò proferte stolam primam.* Videte, quia delicta non videt vis amoris, tardam misericordiam pater nescit: delicta, qui discutit, prodit. *Et date annulum in manu eius.* Paterna pietas contenta non est, innocentiam reparare solam, nisi pristinum restituat & honorem. *Et calceamenta in pedibus eius.* Quàm pauper redit, qui ditatus abscesserat, & de tota substantia calceamenta in pedibus non reportat! *Date calceamenta in pedibus eius.* ne vel in pede remaneret deformitas nuditatis: certè, vt calceatus anterioris vitæ rediret ad cursum. *Et adducite vitulum saginatum.* Communis vitulus non sufficit, nisi fuerit pinguis, nisi fuerit saginatus. Vitulus pinguis testatur paternæ pinguedinem charitatis. Hucvsque Chrysol.

Cui in ser. de Euang. septem panum, dulcis de more consonat Bernardus. Iam verò, inquit, quarti panis ipsa est indulgentia: obsecro vos diligenter colligite fragmenta, ne pereant: sunt enim salubria valdè, & dulciora super mel, & fauum. Sic enim ex toto indulsit, & tam liberaliter omnem donauit iniuriam, vt iam non damnet vlciscendo, nec confundat imperando, nec minùs diligat imputando. Sunt enim aliqui sic donantes iniuriam, vt non vlciscantur; sæpiùs tamen improperent. Sunt & alij, qui sileant licèt; manet tamen alta mente reposita; & rancorem tenent in animo: quarum vtique neutra plena indulgentia est. Longè ab his omnibus benignissima est Diuinitatis natura. Liberaliter agit, ignoscit plenariè; ita vt propter fiduciam peccatorum, sed pœnitentium, vbi abundauit delictum, soleat & gratia superabundare. Testis est Paulus, gentium Doctor, qui plùs omnibus cum diuina gratia laborauit. Testis est Matthæus de telonio electus in Apostolum: cui etiam noui Testamenti primum Scriptorem esse donatum est. Testis & Petrus, cui post trinam negationem totius Ecclesiæ pastoralis cura commissa est. Testis etiam famosissima illa peccatrix, cui in ipso conuersionis initio tanta multitudo dilectionis concessa est, tanta postmodum indulta gratia familiaritatis. Adde. Testis denique parabolicus iste iuuenis, cui pater tam insignia, tamque mira amoris, & charitatis contulit beneficia.

(Bern. serm. 3. de Euang. septem panum.)

Hinc & Euthym. ait, parabolam hanc incredibilem manifestare misericordiam. O incredibilem, credibilem misericordiam! Ignoscit hic pater, & ignoscit meliùs, quàm vnquam vllus homo. Ignoscit citò, ignoscit totaliter. Ignouit Dauid Absaloni: *Reuertatur* (inquit ad Ioab) *in domum suam: veruntamen* (ô illud veruntamen!) *faciem meam non videat.* pro correptione, nimirum, & exemplo aliorum hanc pœnam reseruans, nec citò, nec totaliter ignouit: post duos etenim alios annos, instante eodem Ioab, Absalom in Curiam reductus est, & post adorationem amplexatus est eum pater in

(Euthym.) (2. reg. 14.)

in signum reconciliationis. O quàm longè maior Dei misericordia? Quæ pœna, quæso vos, auditur hi, quæ preces, quæ dilationes? *Vidit eum à longè pater suus, & misericordia motus, cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Non solùm pœnam nullam exegit; sed insuper maxima beneficia contulit: nec solùm maxima; sed extraordinaria, & ante inconsueta aut ipsi exhiberi, aut fratri, scilicet conuiuium & mactationem vituli, concentum, & symphoniam, vt proptereà frater conquestus sit: *Nunquam dedisti mihi hædum.* Ex quo apparet, quàm dulciter excipiat Dominus peccatores, quibus aliqua præstat, quæ iustis ipsis non præstat.

Sed, quanta, & qualia sunt beneficia in eum collata? Beneficia in vniuersum vtilia sunt, delectabilia, & honesta. Tribus his sic beneficiorum generibus eundem demeruit. Vtilibus: quia à capite ad pedes reuestiuit illum. quia præ fame morientem pauit: quia ad paterna bona ius iterum dedit. Delectabilibus: quia eum amplexibus, & osculis excepit: quia vitulum saginatum in conuiuium mactauit: *Manducemus*, dictum est, pro necessitate: *epulemur*, pro voluptate; maximè post tantam famem, quæ glandes ipsas, facit sapidas, nedum tenerrimum vitulum: quia sese repentè translatum vidit ab extremo vno ad alterum; ex vmbra mortis, maximis miseriis, paruo Inferno, ad lætitiam, ad felicitatem, ad vitam, ad paradisum quasi terrestrem. *Noua lux oriri visa est.* O quàm delectabile fuit e, ad illud suum, *Peccaui*, nihil in propriis terminis responderi à patre; non se mulctari multùm, vel parum; non concedi, quasi verè dixerit, peccasse in Cælum, indignum se filij nomine; sed dissimulari totum ab eo, qui dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam, quasi audisset nihil. Accipienda, & mussitanda iniuria adulescentiū est, vt ille inquit: hic ne quidem mussitat, nec minima quidem iniuria videtur affectus. O Patrem misericordiarum! Sic, sic filiorum expugnantur animi, qui seueritate obdurescunt, occallescunt aures, deponunt frontem, cùm sese vident excipi malè, sed amore ligantur, funiculis & ipsi paternæ charitatis trahuntur.

Esth. 8.

Terent. Adel. act. 1. scæn. 1.

Honestis denique beneficiis est cumulatus à patre: honor fuit obuium habuisse patrem stola, non quauis obuia veste fuisse indutum: *Cito proferte stolam primam*, Euthym. hoc est, pretiosissimam, gratiam, scilicet, quam perdidit à patre separatus, fidem, veritatem, cognitionem. *Et induite illum*, qui se ipsum exuit: *& date annulum in manu eius.* O honorem! Annulum damus, cui plenam potestatem damus. Sic Assuerus annulum dedit Aman, vt quod vellet, obsignaret. Sic Pharao tulit annulum de manu sua, & dedit eum in manu Ioseph. Sic in libris Machab. Antiochus morti proximus annulum dedit Philippo amico. Annulus regius solet esse gemma signatoria: quis dicat, an non fuerit gemma ipsius patris, qua exinde signare posset, ac disponere de omnibus, quæ patris erant? Arrhabonem certæ familiaritatis erga Deum Patrem accepit, dum annulum istum accepit.

Euthym.

Esther 3. Gen. 41.

1. Mach. 6.

Quid vltrà in hoc patre desiderari potest? Sed adhuc audi maiora. Quis adeò remittit offensas, vt fiat offendentis Patronus? Inueniuntur, qui reconcilientur inimicis, vt nihil ipsis mali velint: nonnulli etiam, quod plus est, vt bonum optent: at verò qui cum inuidia causas suscipiant non humanæ, sed diuinæ est charitatis. En diuina charitas: cùm auditis symphoniis, quadam quasi inui-A dentia tactus, indignatus esset frater senior, nec ingredi vellet, egressus pater inuitauit eum ad lætitiam communem: cúmque is regessisset falsa ob exaggerationem: *Postquam filius tuus hic deuorauit substantiam suam cum meretricibus.* Syriac. *Substantiam tuam.* Græc. *Vitam tuam cum meretricibus.* pater nihil ad ista in suis terminis respondet: sed accusauit potiùs accusantem, dicens: Gaudendum de inuentu fratre, de reuiuiscentia eius; nec proptereà tam obluctandum, aut ita præter charitatem pugnandum. O cæcum amorem prolis! quo nihil ampliùs turpe videtur filio, quo eum sic defendit, sic amplexatur, sic exosculatur, quasi nihil sit eo in mundo pulchrius. Non horret sordes, putorem, pedorem ex porcorum cura contractum: fœtor ipsi opobalsamum videtur. Mi pater, fuge has meas B sordes, inquit ille. Nihil quicquam offendunt, quia te amo, gnate mi: sic sic patri amanti nihil filij malè olet: ò patris amorem!

Syriac. Græcè.

Guillem. in Acol.

O patrem prodigum, ipso prodigo prodigaliorem! Multùm quidem effusus est prodigus hic filius, ait Guarricus Abbas: sed tamen non prodegit, nisi suimet patrimonium: at, quæ comparatio est gratiæ, & pecuniæ, spiritus, & Carnis Dei, & hominis? *Venite, emite, & comedite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac* Diuinitatis, & humanitatis. O Deum, liceat iterum dicere, prodigum sui!

Guar. Abb.

Nolite timere, pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Græc. *Pater vester est. Cælorum regnum vobis ex sua maxima erga vos beneuo*-C *lentia dare vult. Pater vester est.* O fiduciam!

Luc. 12. Græcè.

Quidam angusti cordis homines non capiunt, qui fieri possit, vt Deus diligat hominem, cùm ipse cæcus non sit, nec leuis amans, nec passione moueatur, optiméque cognoscat hominem, quoad corpus, compendium omnium miseriarum; & quoad animam, plenum tot vndique malis: sed verè falluntur, dum putant, amorem Dei eandem habere originem, quam habet amor in homine: homo etenim ab extrinseco, hoc est, ab obiecti bonitate rationem sui desumit amoris? Deus au-D tem ab intrinseca sua, non creaturæ bonitate ad amandum mouetur. *Charitate perpetua dilexi te.* Hinc mysticè fenestræ templi ab intrinseco latiores: non enim ab extrinseco lumen, sed ab intrinsecis luminibus desumebant.

Ierem. 31.

Est id sensus Bern. in illud: *Pater misericordiarum.* Dicitur *Pater misericordiarum*, inquit Bern. non Pater iudiciorum: quoniam ex se sumit materiam, & velut quoddam seminarium miserendi: nam, quòd iudicat, & condemnat nos, eum quodammodo cogimus: miserendi causam, & originem sumit ex proprio, iudicandi, vel vlciscendi magis ex nostro.

D. Bernard. serm. 5. de Nat. Domini.

E *In eos, qui Dei misericordia abutuntur.*

PVNCTVM XXVII.

SEd, vt ait Tertullianus: Nemo deterior fiat, eò quòd Deus bonus sit, toties remittens, quoties delinquimus.

Tertull. c. 8. de pœnit.

An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans, quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Diuitiæ bonitatis in hoc manifestantur, ait in hunc locum D. Anselm. quòd tanta quotidie mala faciunt homines: & tamen

Rom. 2.

D. Anselm. ibid.

tamen *Solem suum oriri facit super bonos, & malos; & pluit super iustos, & iniustos.* O quot à terra suffocati non merentur! ô quot terra dehiscens deglutire deberet, quos tamen bonitas Dei, benignitas Dei per beneficia, & fauores ad pœnitentiam prouocat! Patientia ostenditur per tot, & tanta mala, quæ sustinet: longanimitas autem, quoniam non statim punit eos; sed expectat ad pœnitentiam per multa tempora. Sed has diuitias bonitatis, patientiæ, & longanimitatis contemnit, qui non sic vtitur ad pœnitentiam, vt Deus intendit; sed ad vanam securitatem vertit, existimans, Deum non curare humanas res, aut donare, quod differt. Sed errat, *Ignorans*, inquit, *quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.* Græcè, *Ad pœnitentiam te agit, & impellit*, &c. (Græc.)

Tu autem secundùm duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ. Quid sibi vult, *thesaurizas tibi iram?* Qui thesaurizat, addit quotidie nummos nummis, & diuitias diuitiis, vt thesaurus augeatur. Sic Anselmus: Accumulas tibi iram, quasi thesaurum. Sic Bernardus: Thesaurizas tibi thesauros iræ, pro protogatis thesauris misericordiæ. Adauget Deus quotidie thesaurũ iræ, prout tu auges quotidie materiam iræ, quæ est peccatum. *Signasti quasi in sacculo delicta mea.* Sept. *Signasti meas iniquitates in marsupio.* Chald. *Signatum est in libro memorialium delictum meum, & accumulas super iniquitates meas.* Eia, age igitur, adauge iniquitatem super iniquitatem: scito, quòd auges thesaurum iræ Dei. *Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* (D. Anselm. D. Bernard. Iob 14. Septuag. Chald. Deut. 32.)

De diuina benignitate iram sibi reprobus thesaurizat, inquit Anselmus: quia, dum ad pœnitendum tempus accipit, & ad peccandum expendit; ipsium remedium gratiæ, vertit in argumentum culpæ: vnde & omnipotens Deus, quia collata remedia conspicit ad culpæ argumentum trahi, ipsam benignitatem, quam contulit, in iudicij districtionem vertit: vt inde pòst plùs feriat, vnde modò ampliùs expectat: & quia homo desertre malum non vult, vt viuat; augeat, vnde moriatur. (D. Anselm.)

Hinc est, quòd in praxi Scripturæ idem est punitionem differre, & irasci. *Distulisti Christum tuum.* D. Hieron. ex Hebr. *Iratus es aduersus Christum tuum. Audiuit Dominus, & distulit*, hoc est, maxima ira excanduit. Id quod subdens declarat: *Ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel.* Hinc ille: Lento gradu ad vindictam diuina procedit ira: sed tarditatem supplicij grauitate compensat. Sic alius: Cunctatur: talis est Numinis natura. Et Gregorius. Quos diutiùs vt conuertantur, expectat, non conuersos duriùs damnat. (Psal. 88. Hebr. Psalm. 77. Plutar. de sera Numin. vindic. D. Greg.)

Hoc est, quod in persona peccatoris fatebatur Dauid: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Vbi August. legit: *Sicut fasces grauatæ sunt super me.* quasi ex peccatis fascis fiat, quo impius comburatur in die furoris, quando sicut ignem mittet Dominus iram suam. Eia ergo fasceem adauge, vt pyram, & ignem, quo comburatis, adaugeas. (Psal. 37. D. Aug. ibid.)

Et pluit Dominus à Domino sulphur, & ignem. Quid sibi vult, *Dominus à Domino?* Caiet. Oleast. Pagnin. Varab. id est, à se ipso, non à causis naturalibus; sed à sua omnipotentia, &c. *Domino à Domino.* D. Hilar. Hieron. & August. id est, Filius à Patre. q. d. Ego humanam assumpturus carnem, humanæ naturæ vlciscar opprobrium: *Et pluit Dominus à Domino sulphur, & ignem.* (Gen. 19. Caiet. Oleast. Pagnin. Vatab. D. Hilar. Hieron. August.)

Speranza Scripturæ selectæ.

A Quæ ira Dei illa fuit, postquàm spatio centum annorum expectauit mundum ad pœnitentiam? *Apertæ sunt cataractæ cæli*, &c. O quàm magna fuit Dei patientia! ô quàm increduli illi ad istorum voces Lot, & Noë! Sed tandem *rupti sunt fontes abyssi, & pluit Dominus à Domino sulphur, & ignem.* (Gen. 6. 1. Pet. 3.)

Vbi Greg. Sulphur sic ignem nutrit, vt fœtorem grauissimum exhalet. In ipsa igitur qualitate vltionis notatur macula criminis: qui enim ad peruersa desideria ex carnis fœtore arserant, dignum fuit, vt simul igne, & sulphure perirent. Et alibi: Quia amore illicito corruptibilis carnis exarserant, simul incendio, & fœtore perierunt: B quatenus in pœna sua cognoscerent, quia æternæ morti fœtoris sui se delectatione tradidissent. Sic Rupert. Quia carnes eorum non qualiscunque luxuriæ, sed eius libidinis igne arserant, quæ est contra naturam: ideò non qualemcunque ignem; sed ignem super eos pluit sulphureum: & quia talem carnis fœtorem miserant ad cælum, tetrè de cælo fœtorem igneum, vel ignem fœtidum receperunt. (D. Greg. l. 14. Mor. 10. Lib. 4. Dial. c. 36. Rup. in c. 19. Gen.)

Quos diutiùs, vt conuertantur, expectat; non conuersos, duriùs damnat: *Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Symmach. *Quis nouit vires furoris tui?* (Psal. 89. Symmach. Psal. 9.)

Exacerbauit Dominum peccator, secundùm multitudinem iræ suæ non quæret. Vt hic vlciscatur (glossat Cassiodorus) in futuro grauiùs puniturus. (Cassiod. ibid.)

C *Et scietis, quia ego Dominus percutiens: ecce dies, ecce venit: floruit virga, germinauit superbia.* Vbi Hieronym. Floruit virga, quæ multo vobis tempore minabatur, & de flore fructum plagatum parturiit. (Ezec. 7. Hieron. ibid.)

O quàm meritò miseri clamabunt: Montes, operite nos: &, colles, cadite super nos! Quid hoc? quid trepidatis? *A facie*, inquiunt, *iræ Agni.* Quid? éstne Agnus leone sæuior, vt à facie Agni trepidetis? O Agnum, qui modò non aperit os suum! ô mansuetum! ô pium. Veruntamen, *Quis non timebit te, Domine, & magnificabit nomen tuum, quia tu solus pius es?* Quæ ratio hæc timoris? Optima; hoc est, quia hæc pietas in iram, & zelum vertetur. (Apoc. 6. Apoc. 15.)

D *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.* Hebr. *Viderunt te aquæ, Deus, & tortæ sunt, & cruciatæ sunt. Et turbatæ sunt abyssi.* Alij: *Et tremuerunt abyssi.* (Psal. 76. Hebr.)

Quis mihi hoc tribuat, vt in Inferno. Hebr. *Sepulcro protegas me?* &c. Eligit mortem, quin fortasse Infernum damnatorum, hoc est, ipsas Inferni pœnas ad tempus; eas, nimirum, quas sensus appellant; antequàm oculos in illos Dei oculos indignatione plenos intendat. Et hoc ait Chrys. Si quis est, qui sensu, ac mente præditus sit; is certè gehennæ pœnam tolerare mallet, quam aduerso E Deo stare. Qui mirum, si Dauid toto contremiscens corpore dicebat: *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie oculorum tuorum?* Vbi Origenes: Sola, inquit, facies iræ tuæ, id est, consideratio ipsa indignationis ita me perterruit, & conuertit, vt iræ tuæ iam in me locus esse non debeat. (Iob 14. Hebr. Chrys. hom. 5. in cap. 15. epist. ad Corinth. Psal. 37. Origen. hom. 1. in Psal. 37.)

Hi memores diuinæ iustitiæ, misericordia non sunt abusi. *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi, Domine*, dicebat Dauid; hoc est, non solùm misericordiam; sed etiã iustitiam cãtabo. *Dulcis, & rectus Dominus.* Cassiod. *Dulcis*, vt ametur; *rectus*, vt timeatur. Sic Lippom. ad illud: *Arcum meum ponam* (Psal. 100. Psal. 24. Gen. 9. Cassiod. Lippoman.)

in nubibus cæli, & erit signum fœderis, &c. Vtranque A complexam notat, quòd licet sit positum in signū, non illud, quod vulneret, sed quod habet terroris indicium, vt dicit Ambros. arcus, scilicet, non sagitta: arcus tamen est. Et Strabus ad illud, *Et flammeum gladium, atque versatilem*. Misericordiæ, inquit, est, quòd versatilis sit: sed iræ, quòd sit gladius, & flammeus.

Genes. 3. Strabus.

D. Bern. ser. 6. in Cant.

Bernardus: Pedum Dei alterum iustitiam, alterum misericordiam nominemus. Hæc illa sunt Sponsi crura, quæ Sponsa iam magnificè commendat comparans ea columnis marmoreis fundatis super bases aureas. Felix mens, cui semel Dominus Iesus vtrunque infixerit pedem, timorem, & spem. Curato, vt neutro frauderis illorum. B Porrò enim, si iam dolore peccati, & iudicij timore compungeris, veritatis, iudiciíque vestigio labia impressisti. Quòd si timorem, dolorémque diuinæ intuitu bonitatis, & spe consequendæ indulgentiæ temperas; etiam misericordiæ pedem amplecti te nueris: alioquin alterum sine altero osculari non expedit, quia & recordatio solius iudicij in barathrum desperationis præcipitat, & misericordiæ fallax assertatio pessimam generat securitatem. Datum est mihi misero nonnunquam sedere secùs pedes Domini Iesu, & modò hunc, modò illum tota deuotione amplecti, in quantum me sua benignitas dignabatur admittere. At, si quando miserationis oblitus, stimulante conscientia, iudicio paulò duriùs inhæterem, mox C metu incredibili, ac miserabili confusione deiectus, & tenebroso circumfusus horrore, hoc solùm palpitans de profundo clamabam: *Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Quòd si eo relicto pedem misericordiæ plùs tenere contingeret, tanta è contrario incuria, & negligentia dissoluebar, vt confestim & oratio tepidior, & actio pigrior, & risus promptior, & sermo incautior, & omnis denique vtriusque hominis status inconstantior appareret. Proinde magistra iam instructus experientia, non iudicium iam solum, aut solam misericordiam; sed misericordiam pariter, & iudicium cantabo tibi, Domine. *In æternum non obliuiscar iustificationes istas. Cantabiles mihi erunt* ambæ pariter *in loco peregrinationis meæ*, quousque misericordia superexaltata iudicio, miseria conticescat, ac sola cantet tibi de cætero gloria mea, & non compungar.

Psal. 100. Psal. 70.

D D. Aug. tract. 3. in Ioan. tom. 9. Ioan. 8.

Sed optimè August. vtriusque simul veritatem, & necessitatem asserit, illud notans, quod Dominus dixit adulteræ: *Nec ego te condemnabo: vade, & iam amplius noli peccare*. Non dixit Dominus, ait August. Nec ego te condemnabo: vade, & viue, vt vis. Intendant ergo, qui amant in Domino mansuetudinem, & timeant veritatem: etenim *Dulcis, & rectus Dominus*. Ama, quòd dulcis est: time, quòd rectus est. Tanquàm mansuetus dixit, *Tacui*: sed tanquàm iustus: *Nunquid semper tacebo? Misericors, & miserator Dominus*. Ita plenè E adhuc adde, *longanimis*: adhuc adde, & *misericors*: sed tunc, quod est in nouissimo: & *verax*: quod enim modò sustinet peccantes, iudicaturus est contemnentes. *An diuitias longanimitatis eius contemnis? Ignoras, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundùm duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ*. Mansuetus Dominus, longanimis Dominus, misericors Dominus; sed & iustus Dominus, & verax Dominus.

Psal. 24. Isa. 42. Psal. 102. Rom. 2.

Sed, inquies, minatur Deus: vix autem vnquam A ad flagellum venit. Audi Chrysostomum: Ergo hæc omnia verba sunt, & neque punitur diues ille Lazari contemptor, neque fatuæ virgines à Sponso reiiciuntur? Ergo, qui sordidis est vestibus, non peribit manus, ac pedes vinctus? Qui centum denarios à conseruo suo exegit, non tradetur tortoribus? Quod de mœchis dictum est, nimirum, quòd vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, verum non erit? Sed minatur ista tantummodo Deus, iterum inquies. Et vnde, dic, quæso, tantam rem audes publicè loqui, atque ex te ipso ferre sententiam? Ex his, quæ fecit Deus, contrarium probare potero: non enim minæ sunt, & verba tantummodo, quæ facta sunt, & in opus exierunt. Quis totum B orbem, inducto diluuio, stagnauit, ac graue illud naufragium, omnimodámque generis nostri perditionem effecit? Quis deinde flumina illa, telaque flammantia super terram Sodomorum dimisit? Quis vniuersum Ægypti exercitum in mare demersit? Quis sexcenta Israelitarum millia in eremo consumpsit? Quis Synagogam Abiron combussit? Quis subter eos, qui Core, & Dathan adhæserant, telluris os aperuit, deuorátque iussit? Quis septuaginta illa millia propter Dauidis peccatum, vno temporis momento peste occidit? Cum me moratione & eos, qui priuatim puniti sunt? An Cain illum continuo traditum supplicio? An lapidatum cum omni suo genere Charmi? An eum, qui propterea quòd Sabbatho ligna collegisset, C idem passus est? An quadraginta illos pueros à bestiis consumptos, quibus neque propter ætatem parcitum est? Si verò etiam post gratiam eadem videre volueris, perpende, quanta Iudæi passi sint. Quomodo liberos suos comederint mulieres; quomodo extremæ fami, bellísque variis, ac grauibus traditi, omnes superiores tragœdias calamitatum suarum abundantia superauerint? Et Ananias, & Saphira quantas ob modici argenti furtum dederint pœnas, omnes scitis, &c.

Chrys. serm. 25. in epist. ad Rom.

Num. 15.

Act. 5.

Adde igitur, adde peccata peccatis, tibíque blandire de minis solùm, nec tandem flagella pertimesce. Putas, posse peccare in æuum, & impunè? Omnium, quæ fiunt, inquit D. Thomas, siue bona, siue mala, est quædam certa mensura; quia nihil est infinitum: & omnium istorum mensura est in D præscientia. Bonorum quidem in eius præparatione. Ephes. 4. *Quia vnicuique nostrûm data est gratia, secundùm mensuram donationis Christi*. Malorum verò in permissione: quia, si aliqui sunt mali; non tamen quantum volunt; sed quātùm Deus permittit: & ideò tandiu viuunt, quandiu perueniant ad hoc, quod Deus permittit. Matth. 23. *Implete mensuram patrum vestrorum*. Et ideò dicit D. Paulus: *Vt impleant peccata sua semper*. Vbi Caiet. Vt indesinenter addant peccata peccatis: quousque impleant præfixam, ac permissam mensuram peccatorum. Vnde Cornelius à Lapide infert, Deum vrbibus, E regnis, & a pari proportione impiis priuatis certum statuisse peccatorum cumulum, ad quem pœnam, vel vindictam differt, donec impleatur, vt illo impleto, omnia simul & perfectè vindicet, & castiget. Origenes: Sicut omnia fecit Deus in mensura, & pondere, ita etiam & patientiæ eius certa mensura est: quam mensuram credendum est esse consumptam, vel ab his, qui diluuio periêre, vel ab his, qui in Sodomis cælesti igne vastati sunt. Vnde & de Amorrhæis dicitur: *Nondum impleta sunt peccata Amorrhæorum vsque nunc*. Fert ergo Deus patiēter, & expectat vniuscuiusque pœnitentiam: sed non nos dissoluat

D. Thom. in 1. ad Thess. 2. lect. 2.

Ephes. 4.

Matth. 23. 1 Thess. 2. Caiet. ibid.

Corn. à Lap. ibid.

Orig. lib. 2. super epist. ad Rom. c. 2. tom. 3.

Gen. 15.

diffimulat hoc, & tardos ad conuerfionem faciat; A quæ rurfum patientiæ eius, & fuftentationis eius certa menfura eft. *Secundùm duritiam tuam, & cor impœnitens, thefaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij.* Sic Ambrof. ad illa verba: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ impletus eſt.* Magna Domini patientia, vt non ftatim peccatorem puniat; fed diu differat, expectans correctionem: nec commoueatur ad vlcifcendum, nifi peccator menfuram excedat. Idem in illud Apoft. *Vt fiat fupra modum ipfum peccatum peccans per mandatum.* Quid eft, ait, fupra modum, quafi datus fit modus delinquentibus, cùm peccare non liceat? fed Dei verba funt dicentis: *Non funt completa peccata Amorrhæorum.* Per quod oftendit, menfuram quandam effe delictorum: quam cùm impleuerint peccatores, vita digni minimè iudicentur; B ficut & Pharao, quia iftum modum impleuerat, Dei virtutes, & figna in illum oftenfa funt, pro quæ cæteri iciunt ad emolumenta vitæ fe exercerent, vt in mortuo vita difcatur. Hoc item Auguft. vel Author libri de vita Christiana, inter Opera Auguftini.

Ambrof. de Abr. Patriar. l.1.c.6.
Rom.7.
D. Auguft. de vita Chrift. c.3.

Sed hoc magis, inquit, fentire nos conuenit, tandiu vnumquemque Dei patientia fuftentari, quandiu nondum peccatorum fuorum terminum, finemque compleuerit: quo confummato, cũ illicò percuti, nec illi vllam veniam iam referuari. Effe autem, fubdit, certum peccatorum modum, atque menfuram, Dei ipfius teftimonio comprobatur. Et quòd vnufquifque, vel celeriùs, vel tar- C diùs, prout peccatorum fuorum modum expleuerit, iudicetur, euidentiffimè quidem demonftratur, quando de Sodomorum, & Gomorrhæorum interitu, ac incendio (qui fua iam peccata repleuerant) ad Abraham Deus loquitur dicens: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum repletus eſt, & peccata eorum magna vehementer repleta funt.* De Amorrhæis verò quid dicit, qui fua nondum peccata finierant, quos poft multos annos, quam fupradictæ ciuitates crematæ funt, conftat effe deletos. *Nondum repleta funt peccata Amorrhæorum vfque adhuc.* Quo exemplo manifeftiffime inftruimur; & docemur, fingulos, fecundùm peccatorum fuorum plenitudinem, confummari; & tandiu, vt conuertantur, fuftineri, quandiu cumulum fuo- D rum non habuerint delictorum confummatum. Nemo fe fallat, nemo fe decipiat: malos non amat Deus, peccatores non amat iniuftos, rapaces, crudeles, & impios non amat. *Quoniam non volens Deus iniquitatem tu es. Et odifti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Hactenus ille, qui tamen, vt cæteri Patres, fic intelligendus eft, vt peccatori nec tunc gratiam fufficientem deneget.

Gen 15
Pfal.5.

Tanta igitur, Fratres mei, mifericordia non abutamur, nec pedem alterum amplectentes, mifericordiæ, fcilicet; alterius, hoc eft, iuftitiæ obliuifcamur; fed, vt monet Bernard. ambabus vlnis amoris, ac timoris complectamur vtrumque: nam etfi *Oculi Domini fuper iuftos: Vultus* etiam, vel E cum Pagnin. *ira Domini fuper facientes mala.*

D.Bernard.
Pfal 33.
Pagnin.
Apoc.4.

Et licet nunc fedens fedeat fimilis afpe-
ctui viridis iafpidis mifericordiæ;
in throno tamen idem iam
fimilis eft fardini
ardenti fuæ
iuftitiæ.

Speranza Scriptura felecta.

A

De fiducia Dei in tribulationibus.

PVNCTVM XXVIII.

Fiduciam hanc in aduerfis fuafit Deus Abrahæ. *Ego*, inquit, *protector tuus fum.* Heb. *Ego fcutum tuum.* q.d. Confide, quia ego protectio tua fum: ego fcutum tuum fum. Memini hoc loco emblematis illius miluis, qui cùm fuerit fcuto optimè protectus in terra; eudem; carens nauicula, flumen traiiciens, inquit:

Gen.15.
Hebr.
Aiciat. in
Hebr.

Cum premeréque folo, cùm premeréque falo.

B ob id in eo totam quafi fuam locarat fiduciam. Miles erat: ó quàm meliùs, fi quod de materiali huc diuinæ adaptaffet protectionis fcuto! *Ego fcutum tuum.* quo terra, marique tutus difcrimina vitaffes omnia. Cùm premeréque folo, cùm premeréque falo; hoc fcutum meum, fpes mea, fiducia mea in terra, & in mari.

Vt id dignofcebat Dauid! *Deus nofter refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.* Hebr. *Deus nobis fpes, protectio, afylum, hofpitium, refugium, adiutorium, & auxilium in tribulationibus inuentum eſt validum.*

Pfal 45.
Hebr.

Tot, tantaque? quid? num id experientia, vfuque didicifti? O quoties! Eram quondam quadam in fpelunca latitans hoftiumque circumfeptus C cuneis; ij ipfi, qui mecum aderant, de hac in Deum fiducia me pertentabant: En circundatus nobifcum ab exercitu; quomodo effugies, nifi aduoles quafi paffer? *In Domino confido*, inquit Dauid. Et ecce celerrimus nuncius ad Saül, qui mox, quadam belli occafione aliunde exorta, abire cogitur: tunc Dauid ad fuos: *Quomodo dicitis animæ meæ: Tranfmigra in montem ficut paffer? In Domino confido.*

Pfal.10.

Nec iterum hac fpe fruftratus: *Mifit*, inquit, *de cælo, & liberauit me*, &c. *Ad Deum, qui benefecit mihi.* Chald. *Qui præcepit araneæ, vt perficeret telam in ore fpeluncæ ad defenfionem meam.*

Pfal 56.
Chald.

Hanc fuam Deus protectionem promifit in Ifa. *Dominum exercituum, ipfum fanctificate, &* D *erit vobis in fanctificationem.* Alij ex Heb. *Et ipfe erit vobis in palatium, & afylum.* Quæ maior fecuritas, quàm palatium, quam Curia Regis cæli, & terræ.

Ifa.8.
Hebr.

Fugiebat quondam Iacob à facie fratris fui Efaü. Itinere fatigatus quodam confedit in loco, vbi delitefcere nequaquam potuiffet, fi Efaü fuperueniffet. Quid egit tunc Deus? Vt oftenderet, quanta eum eiufdem cura maneret, ipfi Cælum aperuit: *Viditque fcalam, & cacumen illius tangens cælum.* Quafi diceret: En palatium, & afylum, ô Iacob. Sed, ó Domine, quis afcendere poteft? En fcala, en Angeli, en egomet, qui manum porrigam, vt te recipiam, téque apertis complectar brachiis. Erat innixus fcalæ, inquit Hieron. vt laffis E manum porrigeret; vt afcendentes fuo ad laborem prouocaret afpectu. Quafi diceret: Quid? domo difceffifti? En Cælum. A proprio fratre fugatus, fratrem reliquifti? En Angeli. Exterus es abfque patre, & matre? En ego. Times? Scande, vt vel in meo finu te abfcondam. *Ego ero cuftos tuus, quocunque perrexeris. Qui habitat in adiutorio Altiffimi, in protectione Dei cæli commorabitur.* D. Hier. ex Heb. *Qui habitat in abfcondito, vel fedens in latibulo Excelfi, in vmbra omnipotentis pernoctabit.* O bonum

Gen.28.
Hieron. ep. ad Iulian.
Pfal.90.
D. Hieron. ex Hebr.

noctis hospitium! hîc Iacob securus dormit, nec sentit noctis iniurias: *In umbra omnipotentis pernoctabit.* Chald. *Qui collocat mansionem suam in secreto Altissimi, in umbra nubium gloria Dei commorabitur.* (Chald.)

In umbra nubium gloria Dei. Meminerimus eius, quod de Moyse, & Aaron in Num. dicitur: Hi cùm seditiosorum tumultum fugerent, cucurrerunt ad tabernaculum: quod postquàm ingressi sunt, *Operuit nubes, & apparuit gloria Domini.* Quasi diceret Deus: Descendam cum omni gloria mea, vt meos protegam, eósque in nubibus gloriæ meæ abscondam. (Num. 16.)

Quantùm itaque confidere debent in suis tribulationibus, qui sub tali, tamáque Dei protectione morantur? O quàm placet Deo hæc fiducia! Adeò placet, vt ideò multoties permittat, ac immittat tribulationes, vt ædificatur fiducia. Erat Dominus in mari cum Discipulis suis: *Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus: ipse verò dormiebat.* Domine, pene Discipuli merguntur, & dormis? Sic, dormio, vt discant confidere. Vultis id apertè videre? Excitatus Dominus, *Quid,* inquit, *timidi estis, modicæ fidei?* Sic penè mergitur Petrus, & increpatur: *Modicæ fidei, quare dubitasti?* Mergor, & modicam fidem habeo? Sic: quin ideò mergeris, quia modicam fidem habes. Vult intelligamus, ipsum ideò permittere nobis tentationes, ac tribulationes grauissimas, quæ videantur inducere in desperationem, vt non desperemus; sed confidamus, licet aquæ tribulationum penè spiritum præcluderent. (Matth. 8.) (Matth. 14.)

Bis legitur D. Petrus super aquas ambulasse, semel vestimentis exutus, & semel amictus. Quando creditis eum mergi cœpisse? Quando nudus incessit. Mirum! mergi debuisse videtur, cùm vestitus ambulauit; & tamen nudus penè submersus est: quia, nimirum, quò minùs securos nos reddimus, eò securiores facimus, cum Deo sumus; & quò magis nos securos facimus, minùs securi sumus. Amat, scilicet, confidentiam, quam eò magis de Deo habemus, quò magis de nobis diffidimus. (Ioan. 21.)

Meminerint de eo, quod dixit Angelus ad Gedeonem: *Dominus tecum, virorum fortissime.* Erat tunc Gedeon animo consternatus ob ingentes inimicorum copias; sublenat tamen aliquantulum oculos, & animum: O Angele Dei, inquit, qui id fieri potest? (Iudic. 6.)

Si Dominus nobiscum est, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? Cur vndique circundant nos inimici nostri? Ideo, potuisset dicere Angelus, vt fiduciam perdiseatis. Vultis videre? De exercitu Gedeonis dicit Angelus: Minue, minoe. *Adhuc populus multus est. Et dimisit viginti duo millia. Adhuc multus est,* & dimisit alium penè exercitû, & cum paucissimis remansit. Domine, sic animum addis ei, qui animo cecidit? Ita volo, vt de se diffidat, & in me confidat, qui tam in multis, quàm in paucis saluare possum. Vnde, cùm cœpisset Gedeon de se diffidere, & in Deo confidere, *En,* inquit, *familia mea minima est in Manasse: & ego minimus in domo patris mei, in quo liberabo Israel?* Dixit Angelus: *Vade: in hac fortitudine tua liberabis Israel de manu Madian.* In quanam fortitudine, ô Angele? In hac, de propriis viribus omninò diffidere, & in Dei viribus omninò confidere. (Iudic. 7.)

O quàm vult Deus, vt semper à suo pendeamus auxilio! Obseruat Orig. iussu Dei candelabrum illud cum septem lucernis (figura iustorum) positum contra Aquilonem; lucernas, quæ semper ardere debebant; contra Boream: sic. Quasi dicat (Exod. 27. Orig. hom. 9. in Exod.)

A Deos, vt totam ardendi vim à me habere confidant, & extingui non timeant. Quo mysticè significatur, iustos in facie Aquilonis positos, hoc est, in magnas tribulationes coniectos, fidei lumen, & charitatis ardorem nunquam amittere, quin vento tribulationum actos magis, magisque ardere, ac per diuinam antiperistasim inflammari.

Ideò Deus conicere solet hominem in magna discrimina, vt discat in suam solam diuinam maiestatem confidere. Mirum! prima die, qua populus exiit ex Ægypto, iuxta mare, in conspectu Pharaonis castrametari, ac figere tentoria iubetur. Domine, hostis à tergo est, & antè est mare: quid hic populus aget? In me confidat. Res certè mirabilis; B præcipit Moysi, vt populum regredi faciat, vt in has solùm sese inueniat angustias: *Reuersi,* inquit, *castrametentur à regione Phihahiroth, quæ est inter Magdalum, & mare.* Alia iam via perrexerant, ac iam vltra processerant: & tamen, *Reuersi,* inquit, *castrametentur,* &c. vt, scilicet, eos in illas coniceret angustias, vnde edisceret, confidentiam, per quam mare, quod nec vnam, centum vias præbuit! *Qui diuisit mare rubrum in diuisiones.* O quoties nec viam vnam videbis! sed, si habueris fiduciam, centum tibi viæ latæ aperientur! &c. (Exod. 14)

Heroïca Dauidis confidentia: *Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.* In quonam, Rex sancte? *In hoc.* Ex Græco, & Heb. constat illud *hoc* referri ad prælium: *In hoc ego sperabo.* hoc est, hinc maiorem sumam occasionem C fiduciæ, quò maiora, grauioráque erunt discrimina; Deus me liberabit, quò minùs nulla me ratione liberare possum: inueniet ipse rationes; modos, & vias; ego confidentiam nunquam amittam; etsi nullum remedium pro me humanitùs appareat, diuinitùs spero Inimicorum tela in ipsorum ora fore detorquenda. Sic Hieronymus. (Psal. 26.) (Græc. Heb.)

Plusquàm heroïca confidentia Iob: *Etiamsi occiderit me, in ipsum sperabo.* Hane illi confidentiam volebat Satan subripere, sperans, quòd tot cladibus, terúmque omnium iacturis, quod reliquum haberet, animam, scilicet, desperatus iactaret. Quænam mala non perpetrat desperatus? O D quàm miserè naufragatur nauta desperatus! Hoc intendit Diabolus, vt omni amissa fiducia desperatè in omnia flagitia tuamus. *Impius, cùm in desperationis profundum venerit, contemnit, & sequitur eum ignominia.* O quàm verè! nullum enim scelus non committit. (D. Hier. ibid. Iob 13.)

Infimus de salute diffisus, inquit Chrysost. omnia communia, & immunda manducat, qui anteà temperans erat: sic, qui grauiùs peccando cœpit desperare, iam nihil dubitat committere. (Chrys. hom. 40. in Matt.)

E *Quòd vana est omnis fiducia, quæ non collocatur in Deo; sed vel in hominibus, vel in diuitiis, vel in Principibus, &c.*

PVNCTVM XXIX.

MIsera illa Hæmorrhoissa duodecim annis fuit in eo sanguinis profluuio, & à Medicis, vt refert D. Marcus, *Multa perpessa, erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat; sed magis deterius* (Matth. 9. Marc. 5.)

deterius habebat. Quid istud fuit? vana in Medicos fiducia. Quid pauperi fœminæ reliquum? Ad cælestem Medicum recurrere, à terrenis iam deploratæ.

O quàm hæc docet nos in infirmitatibus, afflictionibus, &c. ad Deum confugere, & in Deo confidere! Quàm vani, qui ad Deos confugiunt. O quàm his dici potest? Vbi sunt Dij, in quibus habetis fiduciam? *Surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Videte, quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo.* (Deut. 32.)

Quantò ergo melius in Deum confidere, in spirituales medicinas, in Sacramenta? *Ego occidam, & ego viuere faciam.* Aliqui ex Heb. in passiuo: *Ego occidar, & viuam: transfigar, & sanabor.* (Hebr.) Propheticè de Christo; quasi innuant, Christum per suam passionem, & mortem infirmitatibus nostris medicinam condidisse. Quod tandem cognouit Hæmorrhoissa, dum plena fiducia inquit: *Si tetigero tantùm fimbriam vestimenti eius, salua ero.* Vbi Chrysol. O quàm docuit mulier, quantum sit Corpus Christi, quæ in Christi fimbria tantam esse monstrauit! Audiant Christiani, qui quotidie Corpus Christi attingunt, quantam de ipso Corpore sumere possunt medicinam, quando mulier totam rapuit de sola Christi fimbria sanitatem. (D.Chrysol. ser.34.)

O si de fructibus, ac de medicinalibus foliis, ad sanandas gentes, huius arboris sæpè, & ad minus singulo quoque mense, homines desumerent! O si hoc pharmaco immortalitatis (loquitur S.Ignatius Martyr) vterentur! O si hunc vitæ Panem sæpiùs comederent! quàm sani, quàm fortes essent. *Panem Angelorum.* Hier. *Panem fortium*, ab effectu, quòd fortes efficiat. *Panis cor hominis confirmat.* Hic, hic propriè: nam materialis ob reactionem coofirmat sententiam mortis, vnde potiùs panis mortis, quàm panis vitæ dicendus est, &c. In Sacramentis ergo primùm locanda fiducia. (Apoc.22. Psal. 77. Hier.)

Cùm Ægyptios *locustarum, ac muscarum occiderent morsus, nec inueniretur sanitas animæ illorum. Filios Israel nec draconum venenatorum vincebant dentes, etenim neque herba, neque malagma sanabat eos, sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia. Tu es enim, Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis.* (Sap.16.)

Quàm igitur vani, qui ad Deos, quos adorant, in suis necessitatibus confugiunt! *Infelices sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt Deos opera manuum hominum, aurum, & argentum.* (Sap.13.)

Hi sunt Dij tui, Israel. O stultitiam! ò quàm meritò deridet eos Deus per Prophetam! *Deceperunt eos idola sua.* Sui numini, suum argentum, & aurum, in quibus confidebant, deceperunt eos; suæ vnctiones, quintæ essentiæ, elixir vitæ, secreta in scriniis illis reposita, & seruata tanta cum veneratione, fefellerunt eos. (Exod. 32. Amos 2.)

Meministis Asæ, de quo dicitur, quòd *Nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed potiùs in Medicorum arte confisus est: posueruntque eum super lectulum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia.* q.d. semper in vita pigmenta hæc coluisti, habeas ea & post mortem. (2 Paral.16.)

Nunquid resina (medicinarum spiritualium) *non est in Galaad, aut Medicus non est ibi?* Quid opus ad ariolos confugere, Pythonissas consulere, ad Deum Accaron se conuertere? ò quàm multis propreteà dicitur: *De lectulo, super quem ascendisti, non consurges: sed morte morieris.* (Ierem.8.)

Speranza Scripturæ selectæ.

Nemo meliùs, expeditiúsve ambulat in via Dei, quàm is, qui doloris clauo confixus est, quique in vinculis, aut infirmitatis compedibus detinetur. Dixit id Iob: *Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti.* Quid in neruo detentus ambulas? Vtique ambulo, & hoc ab Asa requirebat Deus, vt positus in neruo, expeditiùs in semitis melioris vitæ ambularet: sed in Medicorum arte confisus est (& verè confixus) in creaturis perstitit, qui ad Creatorem ambulare debebat. (Iob 13.)

Princeps ille Synagogæ, quantùm se se ante Christum deiecit, vt filiam rediuiuam haberet! *Cecidit*, inquit Lucas, *ad pedes eius.* D.Marcus: *Procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multùm.* Sed tamen ad Christum confugit; & in eo solùm confisus est: *Nunquid Medici suscitabunt?* terreni nequaquam; cælestis vtique. (Matth.9. Luc.8. Marc.5.)

Perfecta hæc facit trium illorum iuuenum confidentia; *Ecce Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare. Quòd si noluerit, notum sit tibi, ô Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.* Hæc cuiuscunque fidelis debet esse fiducia, & in infirmitatibus dispositio: Deus, in quem confido, potest me liberare. Quòd si noluerit, statuam auream non adoro: in diuitiis non confido, &c. (Dan.3.)

Qui confidit in diuitiis suis, corruet. Nititur ille suis diuitiis? Nummos habeo: annonæ caritatem non timeo: infirmitatem non pertimesco. Sed, quoniam diuitiæ, & thesauri à morte non liberaut, verè corruit, qui in diuitiis confidit. (Prou.11.)

Hinc Apostol. ad Timoth. *Diuitibus huius sæculi* (nam sunt & alterius: sed his non opus) *præcipe non sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, benè agere, facilè tribuere, vt apprehendant verum vitam.* Hæc enim præsens vera non est; sed vmbra veræ: vnde non est necesse, pro ea tantoperè laborare. (1.Tim.6.)

Quàm vani, *Qui confidunt in virtute sua? & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur:* D. Chrys. ad illa verba: *In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in montem, sicut passer?* ait, passerculo totam suam spem repositam esse in paucis illis plumis, quibus confidit semper à laqueo venantium se euasurum: sed, dum minùs credit, visco, vel rete capitur. Hanc ego non habeo fiduciam, inquit Dauid: non præsumo, nec confido in his diuitiarum mearum plumis: sed in Domino confido. O quot in suis reditibus confidunt, & his ex omnibus mundi periculis liberari se posse confidunt! sed, cùm minùs credunt, sese in rete coniectos vident. (Psal.48. D. Chrys. Psal.10.)

Sic omni spe frustratur homo, quam in Deo non collocat; vana quæ fiunt ei spes omnes. Sperat ille auxiliũ. *In fortitudine Pharaonis*, & habet fiduciã in vmbra Ægypti. Humani fauores, opes, & potentia, vmbra dicuntur Ægypti: quia, nimirũ, vt vmbra fugiunt; sed protinus fit ei. *Fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam.* quia relicta terra promissionis veræ religionis, seruitij Dei, in fine vitæ incipit illã sentire confusionẽ inanis, & irritæ suæ spei, quæ non est habitura finẽ. Vnde idẽ Propheta indicit ei væ dãnationis æternæ: *Væ, filij desertores.* Desertores vocat: quia vna, Deo contẽpto, vanissima spe ad inania cõfugerunt. (Isa.30.)

Hi sunt, *Qui confidunt in nihilo* vel, vt alibi habet Isai. *Qui posuerunt mendacium spem suam, & mendacio protegimur.* Sed, *Qui nititur mendaciis, hic pascit* (Isa.59. Idem 28. Prou.10. Isa.ibid.)

 ventos.

ventos. & duplici sensu: est, nimirum, ventorum pabulum, & pascit se ventis, hoc est, vanis spebus. D. August. legit: *Qui fidit in falsis, hic pascit ventos.* O quam verè, vt ille habet in adagiis, Aulicus ille teti venatur ventos! vt hoc, illúcque à
D. Bernard. ventis impellitur! vt ore aperto, vt Bern. ait, ventos attrahit! vt vela dedit ventis, ventorum lusus! pascitur ventis, & pascit ventos, colit, ambit, &c.

Sequitur: *Idem autem ipse sequitur aues volantes.* Volantem, nimirum, quamlibet dignitatem sequitur: mox enim, vt dignitas alicuius demortui in aëre leuatur; eandem ambitiosus prosequitur. Hic pascit ventos, & pascitur ventis, & sequitur aues volantes.

Osee 11. Sic in Osea: *Ephraim pascit ventum: tota die mendacium multiplicat: oleum in Ægyptum ferebat.*
Chald. Chald. *Et munera in Ægyptum deferunt.* hoc est, ad fauores, & gratiam aucupandam munera transmittunt. *Et dixit Ephraim: Diues effectus sum, inueni idolum mihi.* Pascit, scilicet, ventum. Vertit se posteà Propheta ad verum Israëlitam: *Et tu ad Deum conuerteris: spera in Deo tuo semper.*

Psal. 54. *Iacta, iacta in Domino curam tuam,* inquit Dauid. Diuinè Heb. *Iacta in Dominum spem tuam.* iacta, scilicet, rete spei, non ad capiandos ventos, aut aues volantes; sed ad rem capiendam, quæ non è manibus tibi labatur, & quæ non euolet: *Iacta in Dominum spem tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto.* O fluctuationem mundanæ spei, non subfirmatæ anchora veræ, solidæque
Ezech. 27. spei! Graphicè in Ezec. describitur, in typum mundanæ gloriæ, nauis illa cum omnibus armamentis: sed in exactissima eiusdem descriptione, mirum, quòd anchoræ nulla sit mentio; deest quippè fugacissimæ mundanæ spei, ac gloriæ anchora, qua sistat: fugit enim, nec vllo retinaculo remoratur.

Psal. 145. *Nolite confidere in Principibus: in filiis hominum, in quibus non est salus*, hoc est, saluandi potestas.
Camp. Patap. Campen. *Non enim habent potestatem beandi quempiam.* Quàm inanis, quæso, illius promissio, qui iurauit sanctum illum iuuenem beatum se factutum! *Non est salus, non habent potestatem beandi quempiam*, nec se.

Psal. 145. *Beatus, cuius* (non homo; sed) *Deus Iacob adiutor eius: spes eius in Domino Deo ipsius*, non in Principibus, non in diuitiis huius sæculi. *Qui fecit cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt*, (& ideò potest vbique saluare, quia potestas eius vbique.)
Camp. Camp. *Felix, cuius sita est omnis spes in Deo suo, qui & fidem seruat perpetuò, qui custodit veritatem* (suarum promissionum) *in sæculum.*

1. Reg. 30. Pueri Amalecitæ infinitè miseranda vox: *Reliquit me Dominus meus: quia ægrotare cœpi nudiustertius.* O inanem miserorum aulicorum fiduciam!

Gen 33. *Nisi Deus patris mei, in quo semper confisus sum, affuisset mihi; forsitan modò nudum me dimisisset.* Iacob ad ipsum socerum Laban post tot labores.

Esther 6. I nunc, serui, cole, aduta: ante cubiculum eum Aman, dum alij dormiunt, tu miser vigila: ô quàm vanæ eunt tuæ spes!

Num. 25. O quàm frustrantur spebus! ô quot enim illis Principibus suspendi deberent contra Solem! Meminerint historiæ. Per Moysem præcepit Deus: *Suspende cunctos Principes contra Solem.* Quid hoc? Principes isti, inquit Caiet. Solem adorabant. Sic spes vestras in Sole posuistis? Suspende Principes contra Solem. q. d. Oppone ergo morituros imaginem Dei, quem adorant: clament ad eum in morte, quem in vita coluerunt: videant infelices, an Sol misertus eorum, sistat cursum; an potiùs inexorabilis percutiens, secum eos ad occasum perducat. O dolorem! totam in Sole spem locasse, & vocatum, exoratúmque Solem, nec ad momentum stetisse; sed surda aure, velocissimo cursu, vt assolet, conuolasse! Radios illos fuisse miseris, opinor, acutissimas cuspides ad eorum corda transuerberanda. His dici poterat, quod his similibus derisoriè per Moysem dictum est: *Vbi sunt Dij vestri? Surgant, & opitulentur vobis*, &c. *Ego autem in interitu vestro ridebo*, &c. Deut. 32. Prouer. 1.

Persimilem irrisionem meretur infelix ille Sennacherib, cui Dei nomine dictum est: *Sculptile, & conflatile ponam sepulcrum tuum.* Vbi Hieron. Inde, scilicet, punieris, vnde sperabas auxilium. Erit sculptile, & conflatile sepulcrum tuum, vt inter aras, & puluinaria adorantis idola sanguis nefarius effundatur. Pro cuius loci intelligentia. Stabat superstitiosus Rex ante sua idola: tunc proprij eius filij superuenête, & eum internecioni dederunt. Huius Regis cadauer diu ante idola illa inhumatum relictum est: quia nec à filiis, nec ab alio sepulturæ per aliquot dies commendatum est. Et hoc sibi vult: *Sculptile, & conflatile ponam sepulcrum tuum.* Irrisiu, nimirum, vanissimæ spei insensatis illis idolis, ante quorum pedes sine vlla spe insensatum item iacebat cadauer. q. d. Sic iacere ante hæc tua idola erit sepulcrum tuum? surgant, surgant modò, & opitulentur tibi. Nahum 1. D. Hier. ibid.

O quot miserè cadunt ante suorum Insensatorum idolorum pedes, sine vllo, quod recipere possint, auxilio? Adorat ille suas diuitias, totámque fiduciam in illis collocat: infirmatur: educit foras suos nummos aureos: nec vllum sentit auxilium: iacet ante aurum, & intra aurum, & argentum, amata idola; deficit, & moritur: *Et erit sculptile sepulchrum tuum.*

Amantissima eorum non proderunt eis. Isa. 59.

Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Ezech. 7.

Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi: Fiducia mea. Alij: *Et concluso dixi: Fiducia mea.* hoc est, nihil in scriniis conclusum habeo, in quo confidam. Iob 31. Alij.

Sperauit in multitudine diuitiarum suarum. O vanitatem! Zac. 11. *Benedictus Dominus, diuites facti sumus.* Psal. 51.

Sculptile, & conflatile ponam sepulcrum tuum. Sic confidit ille in Principe, eundem adorat, &c. Dum eiusdem moritur, nec auxilium vel minimum habet. *Sculptile ponam sepulcrum tuum.* O quàm verum!

Bonum, bonum est sperare in Domino, quàm sperare in Principibus. Sperate in eo, in quem qui sperat, non infirmatur: *& effundite coram illo corda vestra*; hoc est, omni alia fiducia corda euacuate. Hoc sibi vult, *effundite*; fiduciam, scilicet, cuiusque, Principum, diuitiarum, & idolorum, & in solum Deum confidite. Psal. 117. Psal 61.

Hoc illa aquæ effusione in 1. Reg. sibi filij Israël voluerunt: *Et effuderunt aquam coram Domino*, &c. difficilis locus: sed hoc sibi vult: Abiurarunt: quasi, & illa effusione, & euacuatione vasorum, in quibus ne gutta quidem remansit, euacuationem cuiusque alterius fiduciæ testati sunt: quasi dicerent: En, Domine, corda effundimus, & totam fiduciam, quam delusi in idolis posuimus, funditùs euacuamus, & in te solum verum Deum confidimus. 1. Reg. 6.

Sic, sic penitùs effundamus corda nostra, ne vlla alterius

alterius rei remaneat fiducia. Difficile est reperire hominem, qui funditùs cor effundat. Quisnam est, qui aliquid repositum non habeat pro indigentiis? Quis sua antidota non conseruat? Quis aliquem Principem non colit, ad quem possit confugere? Humanæ spes. *Effundite coram illo corda vestra, Deus adiutor noster in æternum.* q. d. Hæ res aliquid parui auxilij, breuíque tempore conferunt: sed *Deus adiutor noster in æternum.* Hic non deficit, hic non moritur, vt moriuntur Principes: sed *adiutor in æternum.*

D. August. in Confess. Nemo te, Domine, amittit, inquit August. (nec per mortem, nec per volubilitatem,) nisi qui te dimittit. *Vani filij hominum, mendaces filij hominum.* Psal. 61. Hebr. Hebr. *Filij virorum*, id est, clarissimi, & potentissimi, Principes, nimirum, *in stateris, vt decipiant ipsi* (ô quam sæpè!) *de vanitate in idipsum.* Hebr. ad verbum: *In stateras, vt ascendant ipsi* (sunt) *præ vanitate pariter*, id est, vanitate sunt ad vnum cuncti leuiores. *Deus auxilij mei*, dixerat suprà, Hebr. *Deus, petra mea*, salus, munitio, seu arx mea. *Et spes mea in Deo est* (non in Principibus.) *Nolite sperare in Principibus, in filiis hominum, in qui-* A *bus non est salus. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam. Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Ierusalem.* Sunt adeò fluxibilia mundana omnia, vt Eccl. 1. dicat in præterito, quod erat in præsenti. Rex erat, cùm loquebatur: sed, quoniam iam iam non erat futurus, dicit, quòd erit: *Ego Ecclesiastes fui.* O spes inanes! Spes in Deum non confundit, in Principes, ô quàm sæpè! Rom. 5.

A plerisque obseruatum est, quòd strenui Machabæi tunc confundi cœperunt, cùm fiduciam in Deum minuerunt, & cum Gentibus fœdera inierunt: ab eo enim tempore, semper in deterius abierunt: nam, qui cum paucissimis decertabant, & vincebant, post innixam gentibus fiduciam semper victi, & profligati sunt. 1. Mach. B

Vana ergo, & fallax est hominum fiducia. *Mendaces filij hominum, omnis homo mendax.* Alij: *Omnis homo mendacium.* Psal. 115. Alij.

Sperent, sperent in nomine Domini, & innitantur super Deum suum; non super Principes. *Ægyptus frustà, & vane auxiliabitur; superbia tantum est, quiesce.* Hebr. *Bulla tantùm est, quiesce.* O quàm verè, homo bulla! Isa. 50. Isa. 30. Hebr.



DE EFFECTIBVS ORATIONIS.

A

Oratio hominem transfigurat.

PVNCTVM XXX.

Luc.9. *T facta est, dum oraret, species vultus eius altera.* Non sine peculiari mysterio notat Euangelista circunstantiam, qua se se Christus Dominus transfigurauit; potuisset enim, vel cum Apostolis loquendo, vel aliter transfigurari: sed id voluit orando, vt officium orationis exprimeret: sicut hîc benè inquit Euthym. Euthym.ib. ascendit in montem, vt oraret; & dum oraret, facta est species vultus eius altera. Sed B quomodo ascendit, vt oraret; si ascendit, vt se se transfiguraret? Idem est orare, & transfigurari.

O quomodo transfigurat hominem oratio! Ex animali in hominem: quin ex animali in Angelum: quinimò suo modo in ipsum Deum. Miræ equidem transfigurationes, ac metamorphoses, non poëticæ, ac fabulosæ; sed veræ virtute gratiæ, media oratione.

Luc.15. ¶ Ex animali transfigurat in hominem. Meministisne pauperis illius iuuenis, qui paterna discedens domo, abiisse dicitur *in regionem longinquam?* August. Chrys. Bernard. Quæ Regio hæc? August. in regionem dissimilitudinis. Declarat hunc terminum Chrysol. Ex homine, scilicet, transiuit in bestiam. Sic Bero. Egregia creatura facta de grege cibis animalium C nutriebatur; sed vt spiritus, & cogitationes orationis habere cœpit, *Surgam* (benè surgam dicit, qui vt bestia iacebat, inquit Ambros.) *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei,* &c. Cœpit etiam hominis recuperare figuram, adeò, vt eum pater vel à longè cognouerit.

Quidnam mirandum illud est, quod legitur in Dan.4. Daniele de Rege illo Babylonis? *Ab hominibus eiicient te, & cum feris habitatio tua: fænum quasi bos comedes,* &c. *Sed oculos,* inquit (quos vt bestia in terra defixeram) *ad cælum leuaui, Altissimo benedixi,* &c. *Tunc sensus meus redditus est mihi, & figura mea reuersa est ad me.* Recuperauit lineamenta humana, primámque figuram.

Act.9. Paulus lupus rapax. *Domine audiui de viro, quanta mala,* &c Ne timeas, Anania: lupus iam ampliùs D non est. Quî fieri potest? *Ecce enim orat.* O effectum orationis, quæ animalia in homines transfigurat! Sed, quid est, Fratres mei, quòd nos adhuc animales sumus, gustum animalium habemus? Quia orationem non habemus: quia non vtimur, vt debemus, intellectu, & voluntate, quæ potentiæ sunt hominis propriæ. Sensitiuum, inquit Philosophus, constituit animal: nos verò ita viuimus, quasi solo sensu constemus, & facti somus. *Sicut* Psal.31. *equus, & mulus, quibus non est intellectus.*

A ¶ Nec solùm nos oratio ex animalibus in homines; sed ex animalibus, & hominibus in Angelos transfigurat. Ita Chrys. lib. 1. de oran. Deum. Chrys. Deprecatio te separat à mutis animalibus: hæc te sociat Angelis. Vidit Ezechiel quatuor illa anima- Ezech. 1. lia, & inter hæc vnum bos erat? meminit iterum Propheta eiusdem visionis, sed loco bouis vidit Cherubim; & ne putaremus hoc aliud fuisse; *Ipsum,* inquit, *est animal, quod vidi iuxta fluuium Chobar.* Sed ibi bos erat, hîc Cherubim est: quid hoc? Alæ, nimirum, contemplationis, oculique orationis, quibus animalia plena erant, bouem in Cherubim transmutauerant. Quodnam animal rudius boue? sed si pennas contemplationis, oculósque, quibus diuina contempletur, habeat; citò in B Cherubim transfigurabitur. Vnde est hoc, vt tam alta, támque profunda de Deo cogitet, ac loquatur, qui paulò antè vix loqui nouerat? Nihil anteà Idem 10. percipiebat, & nihil de Deo sciebat, bos erat; nunc loquitur de Deo, ceu Cherubim, &c. Effectus orationis. Quî fieri potest, inquit Chrys. vt si quis Chrys. cum homine sapiente habeat consuetudinem, paulatim sapiens fiat: & cum ipsa sapientia habens consuetudinem non fiat sapiens?

O si alas orationis haberemus! licèt rudes, & incapaces essemus, paulatim illuminaremur, ac sapientia vt Cherubim imbueremur. Vnde Thomas bos mutos in Cherubim? Dixit ipse Fratri Reginaldo: Ex alis orationis, ex oratione. Vnde tot simplices homines, & mulieres, rerum Dei cognitio- C ne pleni? Ex schola orationis, ex *cella vinaria.* Sept. Cant. 2. Septuag. Ierem. 33. *Ex domo gymnasij doctrinæ.* Ierem. 33. *Clama ad me* (in oratione,) *& annunciabo tibi grandia, & firma, quæ nescis.* Cur igitur hanc scholam non frequentamus?

O quanta disceremus orantes! *Collum tuum* (iuxta Nicænum, oratio) *sicut turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis.* Alij: *Quæ ædificata est ad* Cant 4. Alij. Vatab. *doctrinas.* Vatab. *Ad vsum dirigendi homines,* supple, in viam salutis. Quantùm didicit Iacob in ea orationis lucta: *Nequaquam vocaberis Iacob, sed* Gen.32. *Israel, videns Deum, erit nomen tuum* q.d. Oratio te Angelum, qui Deum vides, effecit. *Qui appropin-* Deut.33. *quanti pedibus eius,* Crucifixi, scilicet, *accipient de doctrina illius.* O qualis schola sunt pedes Crucifi- D xi! Ibi plùs proficitur media hora, quàm multis annis in scholis Philosophorum: oratio namque est cathedra veræ sapientiæ: hîc homo reformatur interior, hîc moderantur passiones. *Et meditatus sum* Psal 76. *nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.* Alij: *Et perfodiebam spiritum meum.* Alij.

Vbinam meliùs, quàm in oratione, vsque ad radices dignoscuntur motus, & passiones animi? Tanta passionum viuacitas, & immortificatio, non nisi ex defectu orationis, cuius amatores, quasi via compendiaria ad perfectionem perueniunt, hîc resarcitus defectuum, hîc profectuum copiæ, ut Bern.

Nec

Nec iste terminus est transfigurationum; sed vlteriùs adhuc oratio hominem, vt potest, transfigurat in ipsum Deum. Hunc effectum nouerat David. *Accedite*, inquit, *ad eum; & illuminamini*, vel, vt transfert Hieron. *Respicite in illum, & illuminabimini.* Vbi Theodoretus: Qui per orationem ad eum accedit, arcanæ lucis radios suscipit, sicut Moyses in monte.

Psal. 33. D. Hier. ex Hebr. Theod ibid.

In mentem reducit Theod. istud de Moyse. Agebat cum Deo Moyses in monte, & *ex consortio sermonis Domini* quosdam sibi asciuit in facie splendores: vnde dicitur ibi: *Et ignorabat, quòd cornuta esset facies sua* Septuag. *Apparuit glorificatus vultus eius.* Chald. *Multiplicatus est splendor gloria vultus eius.* Quid hoc aliud, quàm consortium diuinæ naturæ, vt D. Petri verbis vtamur? Vnde, sicut ait Apostolus: *Non poterant intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius.* Vt quo pacto non sustinet oculus hominis Dei faciem intueri; sic veluti alterius Dei, Moysi faciem intueri non possent.

Exod. 34. Septuag. Chald. 2. Cor. 3.

Quàm bene Ambros. Oriente die rubent terræ croceo colore perfusæ, gemmarum quoque monilia coruscantia transfundunt finitimis, quod ipsa radiauerint: & miraris, si Moysi vultus diuinæ infectus sit claritate præsentiæ: *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur.* Quid aliud Apostolus dicere volebat, quam transfigurationem hanc, dum ait: *Nos autem, reuelata facie, gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur*, seu, vt Tertullianus legit: *Transfiguramur de claritate in claritatem?* Hoc sibi volebat, scilicet, quòd per orationem anima, seu speculum, diuinis opposita radiis, non nisi diuinos recipere in se radios possit; vnde in Deum tota transfigurata videatur: hæc enim propriè vis est verbi, *speculantes*, quod à speculo, non à specula est, vt claré ex Græco transfert Origenes, *speculantes*, id est, ad speculi typum recipientes. Sic D. August. Anselm. Theod. Theoph. & alij: sic nouissimè Caiet. Nos in oratione, ceu speculum, effecti, in Dei imaginem, quam in nos recipimus, transformamur, & veluti Dij sumus.

D. Ambr. in Psalm. 118. ser. 17. ver. 7. 2. Cor. 3. Tertull. Græc. Orig. August. Anselm. Theod. Theoph. Caiet.

Itaque oratio hominem transfigurat, vt transfigurauit Saul! *Cum veneris ad quercum Thabor*, (nomen certè viri, & locus transfigurationis,) *inuenient te ibi tres viri, ascendentes ad Deum in Bethel*, (vbi Iacob orauit, & scalam vidit.) *Post hæc venies ad collem Dei*, (bonum iter:) *& obuiam habebis gregem Prophetarum, & ante eos psalterium. Insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis*, (exercitium orationis:) *& mutaberis in virum alterum*,) transfiguraris: (quia, qui agrestis erat, inquit Procopius, & tantùm terram colere nouerat, delecto in Regem regium animum indidit.

1. Reg. 10. Procop. ib.

Nec solùm intellectum, sed etiam affectum transfigurat oratio. Videre est quosdam adeò remissos, ac frigidos, vt ne scintillam quidem ignis diuini amoris in se habere videantur. Multo abhinc tempore, Dei seruitio profitentur se operam nauare, nec minimum Dei affectum sentiunt. Vnde hoc? *Defecit*, inquit Propheta, *sufflatorium in igne.* Ex defectu orationis nascitur hæc frigiditas: intellectus enim, ita dixerim, est veluti follis, seu sufflatorium voluntatis, in qua ignem diuini amoris accendit: si exercitium desit orationis, voluntas semper frigida est.

Ierem. 6.

In meditatione mea exardescet ignis. Chald. *Ebullit cor meum in corpore meo.* Væ nobis, qui non vtimur intellectu, nisi ad cogitanda terrena.

Psal. 38. Chald.

A Hæc cogitamus, hæc amamus: sed vt cogitemus aliquid de Deo, vel tempus non habemus, vel nescimus. Mirum, quomodo ille subtiliter cogitat, ac discutit rationes œconomiæ, negotiorum, &c. Cur non vteris hoc intellectu, vt cogites aliquid de Deo, & ratiocineris cum Deo? Cum hominibus die noctúque loquimur: cum Deo, nec per horam possumus. Certè, si cum Deo non agimus in terra, nec in Cælo agemus. Oratio est lingua, seu sermo Cæli. *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Necesse est ergo, vt hoc idioma prædiscas.

Ad vtranque transfigurationem innuendam dicitur illic: *In dextera eius ignea lex, qui appro-* B *pinquat pedibus eius, accipiet de doctrina illius.* Dicitur *lex*, quòd orantem, ac meditantem in ea intellectum informet. *Ignea* verò, quòd affectum inflammet.

Deut. 33.

Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? O quàm facilè & nos veteres pennas dimitteremus, si ad Austrum feruentis orationis alas intellectus, & affectus expanderemus?

Iob 39.

Surrexit quondam Abbas Ioseph, & expandit manus suas in cælum: & facti sunt digiti eius, velut decem lampades ignis, & dixit Abbati Lot: Si vis, efficiêre totus sicut ignis.

Hinc orationis exercitio dediti, tanto Dei amore accenduntur, vt sicut illi, quoad intellectum, videntur Cherubim; sic isti, quia semper circa Deum C diuerberant alas, videntur Seraphim.

Isa. 6.

An non Seraphim Sancta illa Vngariæ Regina, Elisabeth, quæ sic orando iuuenem illum incendit? Venit matrona quædam, vt Surius refert, ad Sanctam Elisabeth, Regis Vngariæ filiam, inuisendi gratia, adducto secum adolescente, quem vestis compta, & incompti mores sæculari prorsus animo esse haud obscurè prodebant. Ad quem Elisabetha: Quid tu, inquit, ô adolescens, tam insigniter, & veste, & moribus, sæcularem præfers animum, quem magis Deo tuo prona seruitute olim dedicatum oportuit? Est, ait adolescens, verè vt tu dicis, ô domina: sed oro te plurimùm, vt pro me Deum precari digneris, quò mihi bonum, quod proponis, & incipiendi, & perficiendi donetur gratia. Mox D illa: Itané seriò petis, vt pro te Deum rogem? Peto, inquit ille, seriò, intiméque. Statim illa: Oportet, inquit, te itidem facere, precésque meas tuis iuuare. Quo persuaso, itum est, ac vtrinque oratum loco satis congruenti. Iámque nonnihil moræ intercesserat, cùm iste adolescens clamare cœpit: Iam, iam, ô domina, precari desiste: incendor enim ita miro feruore precũ, vt ferre vix queam. Tum illa vehementius orationi instare, acriori mentis annisu Deo propinquare, &c. At ille semet intensiùs inflammari sentiens, viribúsque paulatim destitui, toto iam corpore in sudorem eunte, atque crebri vaporis nebulam foras exhalante, clamat altiori voce, disiectis præ lassitudine brachiis, E & in speciem prorsus exanimi in terra iacentis: Cessa, domina, cessa: quia vastissimo supplicationis tuæ incendio præcordia mea, & ipsæ medullæ depascuntur. (*In meditatione mea exardescet ignis.* vel, *ebullit cor meum in corpore meo.*) Defectum ita iuuenem, duæ confestim ex pedissequis, simúlque matrona, qua cum venerat, medium corripiunt; & ne casu repentino elideretur, sustentant; feruorem eius intensissimum, & calidissimo perfusa membra sudore vix tactu manuum pati valentes. Tandem nihilo segniùs orâre perseuerantem anhelus iuuenis, quàm potuit altissima voce sæpiùs

Surius tom. 6. p. 458. Psal. 38. Chald.

inclamat

inclamat dicens: Oro te per Iesum, vt cœpto munere iam iam supersedeas, ne me tuis precibus mori coges, quem vitæ meliori iam destinasti. Confestim igitur vt Elisabeth precandi studium remisit remisso pariter calore, iuuenis est velocissimè refrigeratus, móxque suscepit institutum Sancti Francisci, quod semper in vita coluit, cultúmque viriliter consummauit.

Quòd si oratio taliter accendit corda aliorum, quali ardore debet accendere cor orantium? Hi verè dicendi sunt Seraphim, quos sicut Deus tenet magis ardentes, & inflammatos in suo amore; ita semper sunt ante thronum eius, contemplantes illum, & amantes totis viribus, ac toto affectu.

¶ Denique exteriorem hominem transfigurat, sicque totum hominem: nam, si oculos conicias in hominem post orationem, totum compositum videbis, modestiam, ac decorem supra humanum præ se ferentem, oculis, auribus, incessu declarantem secum Deo egisse, &c.

Oratio non fortes efficit contra tentationes.

PVNCTVM XXXI.

Exod. 34.

IN cuius rei figuram Moyses ex consortio sermonis Domini, quosdam in facie radios, veluti cornua, dicitur habuisse, vt intelligamus, oratione, per quam cum Deo confabulamur, & miscemus colloquia, vt ait Chrysost. fortitudinem comparari, & robur acquiri, &c. C

Psal. 5. Hieron.

Mane astabo tibi, id est, ordinabor, & præparabor, inquit Hieron. quod est ad bellum se parantis, &c. Hic bonus ensis, quo quilibet Christianus Christi eques cingere se debet, *Mane*, antequàm domo exeat, &c. *Accipite armaturam Dei*. D. Ambrosius, *vniuersitatem armorum*, Græcè *panoplian*, *omnem armaturam*, scilicet, à capite ad pedes, *vt possitis stare aduersus insidias diaboli, & omnia tela ignea nequissimi extinguere*. Oratione, nitotus conie&tus, nulla in parte vulneri locum dabit. D

Ephes. 6. Græcè.

In suis aduersitatibus, ac tentationibus Iob, cæterarum omnium rerum viribus destitutus, hoc solùm robore, quod præstat oratio, tentationibus obsistebat *Derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos*. q.d. non alia mihi, quàm in labiis fortitudo superfuit. Septuag. *Ossa mea in dentibus sunt*. Quæ forma dicendi hæc? Ossa in dentibus. D. Augustinus, id est, firmitas, & fortitudo mea in verbis est: fractus corpore; viribus tamen orationis armatus. *Ossa mea in dentibus sunt*. Vbi notandum, quòd loco *labiis*, Sept. dicunt *ossa*, vt intelligas, orationem fortitudinem conferre, &c.

Iob 19. Septuag.

Quomodo egisset Dauid cum aduersariis, nisi hoc ab oratione robur habuisset? Aliqui adeò sunt ingrati, vt vel insignibus beneficiis affecti à persecutionibus, & à detractionibus non desisterent: hi in causa sunt, vt brachia concidant, &c. Sic Dauid concidisset animo: sed oratio fortem efficiebat. *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi*. vel, vt transfert Hieron. *Pro eo, quòd diligebam, aduersabantur mihi*. Et vnde standi virtutem desumebas? *Ego autem orabam*. Sic Orig. ibidem. E

Psal. 108. D. Hier. ex Hebr.

S. Ambr. 1. off 35.

Nunquam Dauid (sunt verba Ambrosij) nisi consulto Deo, bellum adortus est; ideò in omnibus victor vsque ad summam senectam euasit. A

Oratio armatura est, qua contra hostes certare possumus. Apost. *Obsecro vos, Fratres, vt adiuuetis me in orationibus vestris*. Græcè, *Vt mecum certetis orationibus vestris*, &c.

Rom. 1. Græc.

Huc facit locus ille Gen. de eo, quod dixit Iacob filio suo Ioseph: *Do tibi partem vnam extra partem, quam tuli de manu Amorrhai in gladio, & arcu meo*. Vbi Lippoman. Non prætereundū, quòd Chaldaica more suo difficilium enodatrix locorum, sic ait: *Quam tuli de manu Amorrhai oratione mea, & deprecatione mea*. non enim legitur aliquando bellasse Iacob, aut gladio, & arcu in prælia vsus: sed arma illius fortia cōtra omnes sibi aduersarios, orationes, & deprecationes assiduè extiterūt.

Genes. 48. Lippom. & Chald.

Sic Glossa ad illud secundi Reg. *Et præcepit, vt docerent filios Iuda arcum*, id est, orationem: ars enim sagittandi spiritualis, ait Glossa, est exercitium deuotæ orationis, quo Dæmones transuerberantur; quo Tartareæ legiones fortiter debellantur. In cuius rei figuram orante Moyse, Amalecitæ à filiis Israel debellati fuerunt. *Et factum est*, inquit, *cùm leuaret manus Moyses, præualebat Israel: vbi autem submisisset manus, inualescebat Amalec*. Vbi Chrysost. Bellum Christianis indictum hoc exemplo insinuatur, belli effectus orationis instar ita aperitur: orat enim Moyses, & vincit; cessat, & vincitur. Discit Christianus, vnde, aut vincatur, aut vincat: nec quisquam poterit excusari, qui hostem vincere noluit, dum orando cessauit. Apparet autem vires hosti illum dare, quòd cessat, & se sponte ei subiicere, qui non orat; hostis enim, dum oras, premitur; dum cessas, erigitur: tu contra te ipsum hostem erigis, dum eum in te non orando admittis? Oratio iugis, infirmitas hostis. Cæterùm ipse contra se tela ministrat, qui hostem precum instantia non fatigat. Quare orationis instantia, hostia sæuitia debellatur. Nam resumat vires, dum parcimus: non erigatur, dum aliquando cessamus. *Oportet*, inquit, *semper orare, & nunquam deficere*. B C

2. Reg. 1. Gloss. ibi. Exod. 17. D. Chrysost. ser. de Moyse, c. 2. Luc. 13.

Deprecatio armatura est inexpugnabilis, ac tutissimum, nec vnquam fallens munimentum, pari facilitate, vel vnum repellens militem, vt innumerabilia hostium millia; quandoquidem Dauid Goliath illum immanem, cùm veluti Dæmon quispiam formidandus irrueret, non armis, neque gladiis, sed precibus deiecit. Sic Ezechias Rex superior euasit in bello, quod illatum est à Persis, cùm non armaret exercitum; sed preces tantùm opponeret hostium multitudini. Magna arma sunt preces, eáque valida aduersus Dæmones. D

1. Reg. 17. 4. Reg. 19.

His armatus Saluator contra Tartareas legiones, *Surgite*, inquit, *eamus*, &c. & his armis præmuniuit suos contra tentationes: *Surgite, & orate, vt non intretis in tentationem*, &c. q.d. Si oratis, tentatio non accedit, &c. Christiani pugnant armis orationis. De his verè dici potest: *Sicut vitulus ablingit in campis herbam: ita ablinget populus hic populum, qui est super terram*. Similitudo est, iuxta Originem, in hunc, quòd vitulus lingua, tanquàm falce, quæcunque inuenit, secat: ita ergo & populus hic, quasi vitulus ore, & labiis pugnat, & arma habet in precibus, &c. E

Matth 17. Num. 22. Orig. ibid.

Pro cuius intelligentia, cùm Balac, Rex Moabitatum, contra se filios Israël venire sensisset, mox nuncios ad Prophetam Balaam, vt ad se veniret, misit: sed, quæ ratio hæc, siue belli, siue status, loco ducis in bello periti, Prophetam vocare? Respondet Orig. Mittit ad Balaam, vt ipse deferat

verbis

verbis verba contraria, & precibus preces. Et hunc verũ sensum habuisse colligitur ex contextu Sept. *Nunc dixit Rex Balac: Ablinget Synagoga hæc omnes, qui in circuitu nostro sunt, sicut ablingit vitulus virentia de campo.* Erat exercitus formidabilis, & eum appellat Synagogam: quia, nimirum, eorum preces, non arma formidabat, &c.

Quam verò debilis, & inermis sit, qui non orat, illud in figura declarat: *Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam; quia Nazaræus, id est, consecratus Deo sum.* Hugo de Sancto Victore. Samson, quandiu capillos capitis habuit, insuperabilis fuit: sed postquàm in sinu mulieris capillos perdidit, continuò ab hostibus capitur, & excæcatur, seruituti etiam addicitur: quandiu enim animus contemplationi inhæret, à tentatione superari non potest; quòd si in delectatione resolutus fuerit, ibique obdormierit, continuò veritatis intimæ lumen amittit, & prauis moribus repugnare non sufficit; tandémque ad molam ponitur, dum internæ dulcedinis oblitus per terrena desideria dissipatur.

Idem, dum vires habebat integras, mandibula (symbolo orationis, secundùm Hieron. Zach. 14) profligauit, ac internecioni dedit exercitum Philisthæorum. Quid est, quòd semper ab infernalibus Philistæis circumdamur? Cur eos non profligamus? Quia ad manum mandibulam hanc minimè habemus. Si cum Moyse oraremus, si manus secum leuaremus, si ea consortio sermonis Domini splendores haberemus; tam celeri cursu Amalecitæ fugam arriperent, vt nec oculos in nos leuarent: sed quoniam manus dissolutas habemus, nec signum terroris in anima habemus, vndique circuimur, vndequaque tentamur, ex omni parte vincimur. *Non audibant intendere in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius.* O quàm verè oculi debiles, & infirmi hominum terrenorum! Non audent intueri hominem studio orationis deditum. &c. Multò minus communes hostes: nam radij, & splendores faciei hominis orantis, cornua illis videntur, vnde diffugiunt. Cur nos minimè fugamus eos? quia non habemus splendores orationis; sed fumus, vt ipsi, tori terreni, & tenebrosi, &c.

Is, quem Ioannes vidit in medio candelabrorum aureorum vestitum pendere, gladium in ore habebat: quid hic gladius significat? *Gladius, quod est verbum Dei, symbolum orationis: quia, nimirum, hostes fugat.*

Exaltationes. Felix, *Laudes.* Alij, *celebrationes cum hymnis Dei in gutture eorum.* Moa: *Et gladij ancipites in manibus eorum.*

Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? Vbi Theod. Quid castris cum choris? Mysticè, anima orans veluti exercitus est aduersùs hostes. Rupert. *Quid videbis in Sulamite?* Nihil omnino, nisi choros castrorum, id est, laudes, seu cantiones prælantium, & cantantium; quod suauissimum, quod verè est pulcherrimum. Laudando chori præliantur, præliando castra laudant.

In tympanis, & choris, & in bellis præcipuis (scilicet, orationе) *expugnabit eos. Noua bella elegit Dominus.*

Horum autem vt ille nouerat? *Congregati sunt filij Moab.* Heb. de patre, Diabolo, *& filij Ammon populi eius ad Iosaphat, vt pugnarent contra eum. Veneruntque nuncij, dicentes: Venit contra te multitudo magna.* Tunc ille: *Statuit cantores Domini, vt laudarent eum in turmis suis, ac voce consona dicerent. Confitemini Domino, quoniam in æternum misericordia eius. Cumque cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos, filiorum, scilicet, Ammon, &c. & mutuis concidere vulneribus.*

Hinc est, Fratres, quòd & vos dum organa suspenditis in salicibus, hoc est, dum tædio, & amarore deuicti, ab oratione cessatis, in manus hostium venitis. Ille in amaris, ac infrug feris salicibus organa suspendit, qui, acedia victus, orationem sanctis operibus non adiungit, sicque ab operibus cessans, orationem suspendit, & lætantibus hostibus captiuus ducitur.

Arma militiæ nostræ (dicebat Apostolus) *non sunt carnalia; sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, &c.* His, his Dæmonibus terrori sumus: his eis obsistimus.

Vultis rei exemplum? Temporibus Iuliani Apostatæ, cùm is ascendisset in Persidem, missus est ab eo Dæmon, vt velociùs vadens in Occidentem, adduceret inde ei aliquod responsum. Cùm autem peruenisset Dæmon in quendam locum, vbi quidam Monachus habitabat; stetit ibidem per decem dies immobilis, eò quòd vltrà progredi non posset: quia Monachus ille non cessabat orando, neque die, neque nocte; & regressus est sine effectu ad eum, qui miserat illum. Dixit autem illi Iulianus: Quare tardasti? Cui Dæmon: Et moras feci, & sine actione reuersus sum; sustinui etenim decem dies Publium Monachum, si fortè cessaret ab oratione, vt transirem, & tedij, nihil agens.

Digressio de Tentationibus.

Cum tentationibus irascibilis, & concupiscibilis aliter, atque aliter pugnandum; cum his fuga, cum illis congressione.

PVNCTVM XXXII.

Benedictus Dominus Deus meus, *qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Laudat Deum, eique gratias agit strenuus Rex, quòd qui è pascuis venerat; artémque digladiandi ab hominibus non didicerat, militiæ præcepta ab eodem edoctus, eiusdem auxilio insignes victorias reportauit. Psalmo titulus est: *Psalmus David aduersùs Goliath.* in quo memoratur insignis victoria in duello Golia; & gratias agit Deo, a quo doctus fuerat modum, artémque bellandi aduersùs eum: *Benedictus Dominus, Deus meus, &c.* Quæ ars fuit hæc? quæ præcepta; quæ, scilicet, seruanda sunt, dum bellum est cum Golia. O quàm refert habere artem digladiandi! Præliari vis indoctus, ait Aug. damnaberis victus. Non vno, eodémque modo, vnicóque præcepto præliandum cum Golia, cum Bethsabea altero. Præliari vis indoctus, damnaberis victus. *Ipse David ad Goliam.* titulus breuis numero verborum; inquit August. sed grauis pondere mysteriorum, scilicet, mysterij loco adnotes modum, artémque illam, qua contra Goliam vsus est, vt eadem & tu cum Golia vtaris: sed caue, ne eadem vtaris cum Bethsabea; quia damnaberis victus. Goliath symbolum superbiæ, & iræ. *Deiecit exultationem Goliæ*, &c. Bethsabea luxuriæ. Si vis deiicere Goliam, obsiste, adorire: si Bethsabeam fuge:

Marginal notes: Sept. — Ibid. c. 6. — Hug. de S. Vict. — Ibid. — 2. Cor. 3. Exod. 34. — Apoc. 1. — Psal. 149. Felix. Alij. — Cant. 7. Theod. — Rupert. — Isa. 30. Iud. 5. — 2 Paral. 20. Hebr. — Psal. 136. — 2. Cor. 10. — In Vit. Pat. l. 6. tit. 2. n. 13. — Dæmoni obsessu orans. — Psal. 143. — Genebr. ibid. — D. August. id hunc locum. — 1. Reg. 17. Eccles. 47.

fuge: hinc tot ruinæ, quòd cum eo vitio, in quo opus fuga, fuga non arripitur; & in eo, in quo ſtandum, ac obſiſtendum, nec ſtatur, nec obſiſtitur. Iob tentandus de patientia, vt ſe geſſit, inſpiciamus: de continentia, & caſtitate, item obſeruemus. Definiuit ipſe, vitam hominis ſuper terram eſſe militiam: videamus, quàm ſe ſe in hac arte peritum oſtenderit. In tentationibus patientiæ, vt firmus, vt conſtans, vt pugnam ſuſtinuit, vt nunquam pedem retraxit?

Iob 2.

Egreſſus Satan à facie Domini, cœpit damna in bonis inferre: mox nuncius venit ad Iob, qui diceret: *Boues arabant, & aſinæ paſcebantur; & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percuſſerunt gladio: & euaſi ego ſolus, vt nunciarem tibi. Cúmque adhuc ille loqueretur*, &c. Adnotat connexionem, continuationemque cladium, Nazianzenus. Ita hæc amiſit, vt nec luctibus ipſis ob afflictionum ſeriem, perpetuámque connexionem, locus eſſet, &c. imò neque piæ alicui cogitationi ineundæ, qua vires, animúmque colligeret aduersùs dolorem, & acerbitatem ſecundi nuncij, neque reſpirandi locum relinquere voluit ſæuus, callidúſque hoſtis. *Cúmque adhuc ille loqueretur, venit alter, qui dixit: Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues*, &c. Quo tentationum ordine ad impatientiam prouocatus? Primò damnum ſentit à terra, & ne recurrat ad cælum, mox intulit: *Ignis Dei cecidit è cælo.* & ne rurſum in terra ſolatium quærat, in terra Chaldæi ſibi aduerſantur: & ne iterum ad cælum confugiat, ventus è cælo venit, vt ſcilicet, fatigatus, & vndique repercuſſus, contra cælum, & terram excandeſcant. At quo ordine hæc damna intulit? Non primò intulit, ac retulit mortem filiorum, ne ob nimium ſtupefactus dolorem inſenſibilis eſſet ad reliqua, quæ eſſet illaturus damna; ſed facultatibus, rebúſque omnibus eum primò exuit: deinde filiis orbauit, quò miſeram filiorum vitam, ablatis iam rebus non alendam, & mox mortem ſentiret. Qua verò diligentia, & qua viciſſitudine vnus vni ſuccedebat? Homo certè non erat, inquit Chryſoſtom. qui hæc Iob narrabat; ſed ipſe Diabolus, hominis in ſpeciem transformatus, &c. vni etenim alius opportunè importunè ſuccedebat, vt importunitate tot cladium, & infauſtorum nunciorum Iobi conſtantiam dimoueret. Nuncij itaque erant tot Dæmones, qui ementita figura, geſtu, & habitu nunciorum, celerrimè inauditis verborum exaggerationibus, ſe ſe illi obuiam faciebant. Sic Chryſoſt. Olympiodorus, Orig. Hieron. nec veriſimiliter alij eſſe poterant, qui non niſi ex induſtria, & ad amuſſim illicò præſtò eſſent, quique ſic punctualiter ea referrent, quæ alius nemo ſcire potuiſſet.

Iob 1.

Naz. orat. in laudem Athan.

Chryſ. hom. 1. de patien. Iob.

Chryſ. Olymp. Orig. Hieron.

Tunc ſurrexit Iob. Non ſolùm non retraxit pedem, ſed ſurrexit, vt obuiaret. Surrexit, ſtetit, quia tentatio erat de patientia. *Adhuc permanens* conſtans, non fugiens; quin poſteà totus vlceratus, putridus, verminoſus, adeò vt vxor eius ad exercitium patientiæ exprobrarit eidem iuxta Septuag. *Tu in putredine vermium ſedes.* ipſe intelligens vermes eſſe, iuxta Orig. Dæmones, erumpentes beſtiolas, vt inquit Tertull. inde in eoſdem ſpecus, & paſtus refoſſæ carnis ludendo reuocabat: vnde & dicebat: *Ecce, qui me comedunt, non dormiunt.* quaſi diceret: Comedite, rodite: conſiſto, non fugio, quia tentabant de patientia. Cùm oneroſi conſolatores conſiſterent aduersùs eum, &c. nunquam clamauit, vt abirent: nunquam rogauit aliquem, vt aliò eos transferret, ne eoſdem amplius audiret: quia tentatio erat de patientia; & ideò patienter tulit, &c.

Septuag.

Tertul. lib. de patient.

Iob 30.

Sed in alio tentationis genere, in materia carnis, fugam vt arripit? *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt*, &c. Circa quæ verba Chryſoſt. Quis non admiretur, & obſtupeſcat videns virum hunc cum Diabolo quidem viriliter certare; virginis autem faciem fugere, & à formoſæ puellæ aſpectu oculos ſubducere? Diabolum quidem videns non fugit, ſed manſit, ſicut leo viribus fidens: virgine autem viſa, non ſtetit, neque moratus in contuenda pulchritudine, ſed ſtatim ſeceſſit. Cenſebat, nimirum, in prælio contra Dæmones virili, & audaci animo opus; in continentiæ autem præparatione, victoriam concedi, non ex virginum conſuetudine, ſed ſeceſſu.

Iob. 31. Chryſ. de contin. Iob ſerm. 2.

Si quis te carpit, maledictis laceſſit, conuiciatur, mordet, rodit, deuorat, oneroſus eſt, ne fugias, &c. ſi tibi blanditur, fuge, &c.

In Geneſi, Agar inſoleſcens deſpectui cœpit habere Saram, quæ impatiens ancillæ, nec ferre valens iugum ſeruulæ, cum Abraham expoſtulauit: *Inique agis contra me.* Heb. *Iniuria mea ſuper te eſt.* hoc eſt, tibi eſt imputanda, qui non prohibes, nec inſoleſcentem caſtigas. Cui Abraham: *Ecce in manu tua eſt: vtere ea, vt libet.* Hebr. *Fac illi, quod bonum eſt in oculis tuis, quódque conuenire iudicabis. Affigente igitur eam Sarai, fugam iniit.* Videamus, an hæc fuga comprobata fuerit, &c. *Cúmque inueniſſet eam Angelus Domini, dixit ad illam: Agar, ancilla Sarai, vnde venis, aut quò vadis?* vt in mentem reuocat ancillæ conditionem? *Quæ reſpondit: A facie Sarai, dominæ meæ, fugio. Dixitque ei Angelus Domini: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius.* q. d. Non eſt hæc cauſa idonea fugæ. Sara, excipe exercitum, patientiam habe: tu humiliare, &c. Iterum, cùm ſolum vidiſſet Sara filium Agar *Ludentem cum Iſaac, dixit ad Abraham: Eiice ancillam hanc, & filium eius. Durè accepit Abraham pro filio ſuo. Cui dixit Deus: Non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua: omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius.* Eiecit eam, nec Angelus eam reduxit, nec filius vltrà domum reuerſus eſt: *Et moratus eſt in ſolitudine.* Quid hoc? *Vidit ludentem.* Gloſſ. interl. Lubricum, & laſciuum eum eſſe docebat, ſicut ipſe erat, &c.

Geneſ. 16.

Heb.

Geneſ. 21.

Gloſſ. Interl.

Mox vt Lot diuiſus eſt ab Abraham, ne eſſet iurgium inter paſtores, &c. *receſſit ab Oriente.* in Occaſum ruiturus, inquit Interlin. Quanuis enim in perſona ſua iuſtus fuerit, non incongruè tamen typum gerit vitioſæ multitudinis, inquit Rupert. Vnde Ambroſius: Lot amœnam regionem elegit; ſed citò infirmioris conſilij pretium luit, vt etiam ipſe captiuus duceretur: quoniam vitio ſeruilis nequitiæ à prudentiore deflexerat, & partem flagitioſorum elegerat. Sodoma enim luxuria, atque laſciuia eſt: ideóque *declinatio*, Latina interpretatione dicitur *Lot*, quòd is vitia eligit, qui à virtute declinat, & ab æquitate deflectit. O quot, dum exercitium patientiæ tolerare nequeunt, paulatim lumen perdunt, eligúntque pacis gratia regionem, ex eorum ſententia, ſicut Paradiſum Domini, vnde poſteà angelica manu, & virtute ſint extrahẽdi! &c.

Geneſ. 13. Interl.

Rupert. l. 5. c. 9. in Gen.

Ambr. l. 1. de Abr. c. 3.

Iebuſæum habitatorem Ieruſalem non deleuerunt filij Beniamin: habitauitque Iebuſæus (conculcatio) *cum filiis Beniamin in Ieruſalem vſque in præſentem diem. Manaſſes quoque non deleuit Bethſan: Ephraim non interfecit Chananæum: Zabulon non deleuit habitatores Cetron: Aſer non deleuit habitatores Accho,*

Iudic. 1. Hebr.

Aethe, &c. De his capite tertio: *Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & disceret filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem prœliandi*, &c.

Sed illud animaduersione dignum est, quòd cùm ex omnibus supradictis nationibus, aliquam partem superesse permiserit ad illorum exercitationem; de Amalec tamen sic strictè iussit: *Non parcas ei, & non concupiscas illius aliquid; sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum, & lactentem, & bouem, & asinum, & ouem, & camelum. Recensui, quæcunque fecit Amalec Israëli, quando restitit ei in via, cùm ascenderet de Ægypto.* Omnes rationes restituerunt; sed magis Amalec. Amalec, *populus lambens, lingens sanguinem, gens bruta*, vitium luxuriæ designat. In via Amalec Israëli restitit, inquit Gregor. Quia libido ad perfectionis summam tendentibus arma voluptatis obiicit. *Cum ascenderet de Ægypto.* Israël de Ægypto ascendit, dum electi ad supernam Patriam pertingere conantur; qui tamen, dum in carne sunt, per validos modos Amalec resistentem vident.

1.Reg.15.

Hebr.

D. Greg. in 1.Reg.15.

Non parcas ei. Quis est autem, qui parcit Amalec, nisi qui aur in cogitatione, aut in ore, aut in carne, lasciuiæ aliquid retinet? nam plerique turpitudinis opera non exercent; sed linguam à turpi locutione non cohibent: plerique per opus luxuriam vitant, per cogitationem non vitant: quidam nihil turpe agunt, sed quod refugiunt, corde concupiscunt. Hi omnes parcunt Amalec. *Non parcas ei*: quis de tam nequissimo vitio nihil accendi debet in mente; nihil permitti ardere in opere. *Non concupisces ipsius aliquid*, vt penitùs eradicetur à cogitatione. *Interfice à viro vsque ad mulierem.* Viri motus, mulieres concupiscentiæ, paruuli, & lactentes carnis titillationes, &c. omnes interfici debent, exterminari, deleri, &c.

Exod.17. Hebr.

Exod. 17. *Delebo memoriam Amalec sub cælo.* Hebr. *Delendo delebo*, id est, funditùs, & omninò delebo.

Exod.17. Hebr.

In Exodo describitur victoria contra Amalec. Mirum! cæteræ victoriæ dantur his, qui cominùs pugnabant: hæc datur Moysi, qui eminùs orabat. *Cùm leuaret Moyses manum, vincebat Israel: sin autem paululùm remisisset, superabat Amalec.* Duo hic aduertenda. Primum ex D. Gregor. in hoe potissimùm bello robur in oratione stetisse. Secundum, orantem à longè orasse, &c. In tentationibus carnalibus opus oratione, & fuga. *Fugite fornicationem.* Ponderat Chrysost. illud *fugite*: non dixit abstinete, sed *fugite*, &c. quia qui approximat, non abstinet. *Fugite.* S. Ansel. Non dicit, pugnate aduersùs eam; sed, fugite illam: quia cum aliis vitiis potest expectari conflictus; hæc autem fugienda est, quia non aliter meliùs vinci potest. Ideò viri longè debent esse à fœminis remoti, nec etiam mente huic vitio propinquare, si cupiunt victores fieri. Eadem est ponderatio D. Thomæ. Notandum, ait, quòd cætera vitia vincuntur resistendo: quia, quantò magis homo particularia considerat, & tractat, tantò minùs in eis inuenit, vnde delectetur, sed magis anxietur: sed vitium fornicationis non vincitur resistendo; quia quantò magis ibi homo cogitat particulare, magis incenditur: sed vincitur fugiendo, id est, totaliter vitando cogitationes immundas, & quaslibet occasiones, vt dicitur Zac. 2. *Fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus.*

1.Cor.6. D Chryf. & S.Anselm. ibid.

D.Thom.ib.

Zac.2.

3.Reg.18.

Vt Elias banc distinctionem habebat? Coram Rege Achab, qui eum de patientia pertentabat, *Tune es ille*, inquiens, *qui conturbas Israel?* non fugiens, sed animo virili, pacato tamen, respondit: *Non ego turbaui Israel: sed tu, & domus patris tui, qui dereliquisti mandata Domini.* Sed ecce insurgit in eum Iezabel: mox in fugam, mox timore, ac tremore contertitus, per montes deserta petit, & subter vnam iuniperum fatigatus petit animæ suæ vt moriatur: *Sufficit mihi, Domine: tolle animam meam.* Quid? contra Regem Israël consistis, à facie mulieris fugis? Sic.

Vt motas nectis, peristi. Vnde cotuns ille submersus? Ex Caiet. *Et exiuit exeundo, & redeundo.* Volitabat, nimirum, circa Arcam; ingredi volebat; sed ob odorem cadauerum moras nectens, ingredi non statuebat: sic eundo, & redeundo multoties, tandem à cadaueribus abstractus, & illectus super illa cadauera submersus, suffocatúsque est. O quàm id quotidie misere videre est! Sentit ille odorem, vel potiùs fœtorem cadauerum, &c. Exit exeundo, & redeundo: non fugit, sed circumuolitat; paulatim submergitur, &c.

Genes. 8. ex Caiet. Hebr.

Fugite fornicationem Significanter, inquit Caiet. dicit, *fugite*, tanquàm insequentem, & serpentem in non fugientes: cum reliquis enim vitiis congressus haberi potest rationibus pugnando; cum vitiis autem carnalibus non est pugnandum, quoniam serpunt in cogitationes etiam contra illa, sed victoria per fugam habetur, fugiendo, scilicet, etiam cogitationes omnes talis generis.

Caiet.in 1.Cor.6.

Cassianus ad interrogationem Germani, an ita castitas, sicut & cæteræ passiones, debeat explorari, respondet, vt post ipsum magistri omnes vitæ spiritualis, omninò diuersimodè: nam frequentia hominum, & occasionum in tentationibus impatientiæ ad victoriam confert: ob quod etiam in solitudine existentes, cùm irritationum fomes, atque materia ab hominibus non possit exurgere; tamen earundem incitamenta debemus etiam de industria retractare, vt aduersùs ea iugi cogitationum colluctatione pugnantibus nobis, medela promptior conferatur. Contra fornicationis verò spiritum, diuersa ratio, & dispar est causa: nam, quemadmodum corpori vsus libidinis, carnísque vicinia; ita etiam menti memoria eius est penitùs subtrahenda. Satis enim perniciosum est adhuc infirmis, ægrísque pectoribus, vel tenuissimam recordationem huius passionis admittere, ita vt nonnunquam eis etiam sub recordatione sanctarum fœminarum, vel sub sacræ lectionis historia, noxiæ titillationis stimulus excitetur, cuius causa seniores nostri huiuscemodi lectiones sub præsentia iuniorum solenter consultissimé prætetire.

Caff.lib. 19. collat. §. 16

Sed aliter in tentationibus impatientiæ, & iræ, aliòque modo pugnandum; nempe, congressione, obsistentia, non fuga, vt docet idem Caff. lib. de spiritu iræ. Interdum, ait, superbia, vel impatientia superati, cùm incondiros nostros mores, atque inordinatos volumus emendare, solitudinem nos desiderare conquerimur, tanquàm ibi, nullis nos concitantibus, illicò virtutem patientiæ reperturi, excusantes negligentiam nostram, causásque commotionis, non nostra dicentes impatientia, sed Fratrum vitio generari; dúmque in alios erroris nostri vertimus causas, nunquam ad patientiæ, & perfectionis calcem valebimus peruenire. Summa emendationis, ac tranquillitatis nostræ non est in alterius arbitrio collocanda, quod nequaquam

Lib. 8. de spiritu iræ c.13.

nostræ subiacet potestati; sed in nostra potiùs di- A tione consistit. Itaque vt non irascamur, non debet ex alterius perfectione, sed ex nostra virtute descendere, quæ non aliena patientia: sed propria longanimitate conquiritur.

Concludit, solitudinem non omnibus conuenire: hæc enim, sicut nouit emendatis moribus contemplationem purissimam reserare; ita eorum, qui minùs emendati sunt, vitia non solùm seruare; verùm etiam exaggerare consueuit; tandiúque sibi patiens quis videtur, & humilis, donec nullius hominis commisceatur consortio, ad naturam pristinam mox reuersurus, cùm interpellauerit cuiuslibet commotionis occasio: emergunt quippe ex eo confestim vitia, quæ latebant; & velut equi B infrænes certatim è suis repagulis otio longiore nutriti, acriùs ad perniciem aurigæ proprij, ferociúsque prorumpunt.

Lib.coll. 16. c 17. Rom. 12. In hunc sensum, quidam eorum Abbatum apud eundem Cassianum interpretatur illud Apostoli, *Date locum iræ*, id est: Non sint corda sic impatientia, & pusillanimitatis angustiis coarctata, vt violentam commotionis procellam, cùm irruerit, sustinere non possint; sed dilatamini in cordibus vestris, suscipientes aduersos iracundiæ fluctus in illis eatensis finibus charitatis, quæ *Omnia suffert, omnia sustinet*. Date itaque locum iræ, est excipere iracunda verba, & verbera, si opus sit, in finibus cordis patientiæ, & charitatis; & ibi ea obruere charitate. Sic eadem verba interpretantur Ambros. Anselm. de Orig. ibid. Ambrosius, Ansel. & Orig. qui dicti quasi afferens C rationem subdit: Nemo enim ita rabidus inuenitur, qui illata iniuria, si vicem non recipiat, iterum sæuiat; sed quasi effusu, ac digestu furore necessariò mitescit. Ad summum itaque, dare locum iræ, non erit fugere; sed solummodo passum, quo alterius, aut propria ira pertranseat, retrotrahere, Prou 17. Chald. &c. Quo sensu dicitur in Prouerb. *Doctrina viri per patientiam noscitur.* vel, vt Chald. habet, *Intellectus viri est differre furorem*, &c.

Fugâ occaſionum tentationes vincuntur.

PVNCTVM XXXIX. D

INter formidabiliora, quibus tentator vtitur, est ipsa tentandi assiduitas. O quot arces capit hac longa obsidione! ô quot lapides eacauat assiduo hoc stillicidio! ô quot ad terram deiicit tædio victos! Præstantius remedium est semper abesse ab occasione.

Genes. 39. Eadem assiduitatis arte tentauit Ioseph, & tentauit Samsonem. Genes. 39. *Huiuscemodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti.* Muliere antiquo instrumento vsus est. *Per singulos dies*, &c. verbis, nimirum, sic efficaciter ad luxuriam prouocantibus, *mulier*, quæ rogari debebat, E rogat, nullo seruato verecundiæ termino; non sollicitatur, sed intemperanter: & procaciter (quod Chryſ. notat Chrysost.) ipsa, sollicitat: hoc autem, *per singulos dies*, nullo intermissu die, nullam occasionem elabi sinens. *Per singulos dies molesta erat*, importunè instabat, lacrymis, suspiriis, ampli- Rupert. Ab. mis pollicitationibus (vt Rupert. ait) obsecrabat. *Molesta erat*: sed cuinam? decrepitóne? *Adolescenti*, non obligato, non frigido; sed *adolescenti* sanguineo. *Huiusmodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti.* Sic incentiua libidinum (vt ait Interl.) frequenter impetunt castitatem. Interl.

Hac arte tentauit & Samsonem. *Cùmque molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, defecit animus eius.* Iudic. 16 Vtrunque assiduitate fatigare tentauit. Sed, quid est, quòd Samson cecidit; Ioseph autem permansit? nisi quia Ioseph, quantùm potuit, ab occasione abfuit: Samson verò sese in occasionem immisit, & ideò corruit. Singulis horis illa mutabat amictum (inquit Ephrem) nullis Ephrem. omninò sumptibus parcens: at ille, ne simplici quidem aspectu, in illam intuebatur: quasi diceret: Muta habitus, muta scenas: videre non curo.

Ad hæc, *Accidit quadam die, vt intraret domum, vt operis quidpiam absque arbitris faceret.* Quid Chald. factusus intrasset, declarat Chaldæus: *Vt inuestigaret*, inquit, *scripturas rationis*, præcisa, nimirum, sui muneris necessitate compulsus. Nota, inquit Carthus. quòd non absque arbitris, ac testi- Carth. bus solitus erat intrare per cubicula, vel operari aliquid domi: ne illa, scilicet, auderet ei soli inhonesta proponere. Quid mirum, si etiam assiduè tentatus, non tamen est victus? Semper vt potuit, se custodiuit, & ab occasione abfuit; & licèt iuuenis, tamen perstitit.

Samson autem tanta præditus fortitudine mi- Iudic. 16. serabiliter cecidit, ac defecit: quia aures præbuit; Bern. ser. 5. quia oculos non custodiuit: quia, vt ait ad soro- Abul. ibid. q. 7. rem Bernard. vidit, quod videre non debuit; quia Rib. in ep. ad Hebr. blanditias non vitauit: sed in sinu Dalilæ conquieuit. O quot Samsones (*Samson*, Hebr. *qui* C *vim non patitur*) paulatim vim tentationum capiuntur! Item *Samson* est idem, quod *Sol*. O quot illuminati paulatim animæ visu priuantur, & ad molam ligantur!

Iob 14. *Mons cadens defluit, & saxum transfertur* Iob 14. *de loco suo: lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur.* Quid hoc? Miratur Iob. Sed videamus Dauid, inquit Greg. quantùm mons Greg. ibid. altus fuerit, qui tanta Dei mysteria prophetico spiritu valuit contemplari: at quàm subito casu defluxit? vt cæcatus? vnde? Ea occasione, &c. *Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur.* Salomon quippe inordinato vsu, atque assiduitate mulierum ad hoc perductus est, vt templum idolis fabricaret, qui priùs Deo templum D construxerat; duritiam, nimirùm, mentis absorbent assidua, & mollia blandimenta libidinis; & lentum, atque subtile vitium corrumpit durum, & forte propositum mentis.

Fuga occasionis est opus: nam in duplici tentatione, vel inopinata, vel præuisa, & cognita, aut montis, qui subitò defluat; vel terræ, quæ paulatim alluuione consumatur, semper fuga occasionis est opus.

Crede mihi (Dei semper præsupposita gratia) Exod. 14. victoria in fuga. Fuge, & vicisti. *Nunciatúmque est Regi Ægyptiorum, quòd fugisset Israel.* Mox arrepta fuga: *Cantemus Domino: gloriosè enim magnifica-* Psal. 59. E *tus est*, &c. Hinc Dauid: *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus* (mulieris, quæ lethales vibrat sagittas.) Alij: *Dedisti metuen-* Alij. *tibus vexillum ad excellendum*, in signum, videlicet, certæ victoriæ: quod & subdit: *Vt liberentur dilecti tui*. q. d. Fuge, & vicisti.

Idem Psalm. 55. *Deus, vitam meam annunciaui* Psal. 55. *tibi.* Hieron. *Deus, fugam meam annunciaui tibi.* Hieron. Quid de victoria, ô Dauid? *Tunc conuertentur inimici mei retrorsum.*

Mirus certè locus Psal. 67. *Rex virtutum dilecti,* Psal. 67. *dilecti, & speciei domus diuidere spolia.* Quid hic

perdifficilis

Flam. perdifficilis locus sibi vult? Flamminius: *Reges exercituum fugient, fugient* (ne in decorum in Christiana militia id putes) mox de spoliis, *& pulchritudo domus dividet spolia.* Sic Hieron.

Hieron. Chrys. in Psal. 50. E contra, qui non fugit, etsi alioqui strenuos, perit. Chrys. Rediit Vrias è bello: atque Rex ad eum: Quid est, Vria? vt se habet res bellica? Publicè, inquit ille, vicimus. Audiuit Rex, quòd miles vicisset, cùm ipse victus fuisset: quòd milites feliciter pugnassent, cùm Rex voluptati succubuisset: quòd miles in bello victoriam obtinuisset, cùm ipse à peccato deiectus, ac prostratus fuisset.

Aug. ser. de tempor. Optimum certè, optimum illud Augustini consilium. Contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis inuenire victoriam: nec tibi verecundum sit fugere, si castitatis palmam desideras obtinere.

In Genes. Ioseph dicitur, relicto pallio, foras egressus: ne memoriæ, scilicet, succurreret contactus ille, pallium reliquit. *Et egressus est foras.* Sed, quid sibi vult: *foras?* Quisquis egreditur, foras egreditur. Ex Philone: Penitùs, scilicet, penitùsque egressus est: nunquam rediturus: nec pedem, quem ab ea domo extulit, iterum vnquam intulit. Sunt, qui exeunt; sed non foras, à cubiculo in cubiculum, non domo exeunt. *Relicto pallio, egressus est foras.*

Ambr. l. de Ioseph. c. 5. Ambrosius: Magnus vir Ioseph, qui adamatus non redamauit, rogatus non acquieuit, apprehensus aufugit. Qui teneri veste potuit, animo capi non potuit: ac ne ipsa quidem verba diu passus est: contagium enim iudicauit, si diutiùs moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incentiua transirent: *Relicto pallio, egressus est foras.*

Iudith 16. Conopæum illa *in anathema obliuionis* dicitur obtulisse: quia, nimirum erat amantis. Ille seruat annulum, illa epistolam, alius, &c. *in anathema, in anathema obliuionis*, omnes ausferens, omnes præcidens occasiones.

Psal. 136. Titel. & Genebr. ibid. Cùm filij Israël in Babylonicam captiuitatem ducerentur, ac per desertum, & ironicè, vt inquiunt Titel. & Genebr. audirent dicentes: *Hymnum cantate nobis de canticis Sion.* zelo correpti, organa suspenderunt; quod est Hebr. veluti laqueo, & in cruce: quasi dicerent: Ad ignominiam sumptæ D occasionis suspendantur, suspendantur. Quin, mi-

Apud Labacum in Apar. verbo, Occasio, Proposit. 6. rum! ex quadam Paraphrasi Chaldaica: *Subitò Leuitæ praciderunt pollicem dentibus suis, & dixerunt: Quomodo?* &c. Sic, sic occasiones fugiendæ, mundi organa, citharæ carnis suspendendæ, manus occasionum spiritualiter abscindendæ, ac impossibilitandæ, si dicere licet, ne organa mundi ampliùs pulsare valeant.

2. Reg. 2. Chrys. in Psal. 50. O vim occasionis! Dauid ex solo Bethsabeæ conspectu tam fœdè cecidit. Chrys. *Vidit*, inquam, *mulierem lauantem in solario.* Vidit, atque oculo vulneratus est, ac telum excepit Audiant curiosi, qui alienas formas contemplantur. Audiant, qui insano spectaculorum studio tenentur: qui dicunt: Spectamus quidem, sed sine detrimento. Quid audio? Dauid læsus est: & tu non læderis? Ille læsus est: & ego tuæ virtuti confidere queam? Is, qui tantam Spiritus gratiam habebat, spiculum accepit: & tu sauciari te negas? Atqui ille scortum non vidit; sed honestam, & pudicam fœminam; idque non in theatro, sed domi: tu verò in theatro cernis, vbi etiam locus ipse animum supplicij reum efficit; nec tantùm cernis, sed etiam audis improba verba, &

Speranza Scriptura selecta.

A meretricias, atque obscœnas cantiones, omnique ex parte fertur mens tua; per aspectum, nempe, ob ea, quæ vides; per autem, ob ea, quæ audis; per olfactum, ob ea, quæ odoraris: & cùm tot præcipitia sint, tot corruptelæ, qui credere queam, te à fœtarum morsibus immunem esse? Num tu saxum es? Num ferrum? Homo es communi naturæ imbecillitati obnoxius Ignem cernis, nec vreris? An hoc istud rationi consentaneum est? Lucernam in fœnum pone, ac tum aude negare, quòd fœnum exuratur. Quod porrò fœnum est, hoc etiam natura nostra est. Vidit eam igitur lauantem nudam: pulchritudine captus est, telum excepit, vulnere affectus est.

Mulieri præcipuè vitanda occasio. In Genes.

B Abimelech. *Dedit Sara mill. argenteos, in velamen oculorum*, Chald. *In velamen honoris*, ad operiendam pulchritudinem, inquit Hamerus, grauissimos Author: ne sit ea alius, vt fuit mihi, illecebra, & irritamentum libidinis. *Mille argenteos*: ex computo recentiorum mille argentei erant fere mille scutata ex nostris. Quid? pro emendis velis mille argenteos dedit? Sic, ait Tertul. de velandis virginibus, mille argenteos dedit pro velis emendis, quibus suam, ac puellarum honestatem contegeret. Mirum! mille argenteos pro velamentis? Sic, velaminibus mulieres opus habent. Genes. 24. Chald. Hamerus. Mair. del. R o. Manas. Corn. à Lap. Tertul.

Idem Tertull. ad Christianam mulierem: Oro te, inquit, siue mater, siue soror, siue filia virgo, (secundùm annorum nomina dixerim,) vela caput: C si mater, propter filios: si soror, propter fratres: si filia, propter patres. Omnes in te ætates periclitantur. Induc armaturam pudoris: circunduc vallum verecundiæ, murum sexui tuo strue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos. Tertull. ad Christian. mulier.

Sed hîc ad nostram confusionem, ac pudorem adnotare est, quanta se celeritate Rex ille infidelis ab occasione subduxerit. *Statimque de nocte consurgens Abimelech vocauit Abraham, reddidítque illi Saram vxorem suam.* Non distulit ad mane, non moratus est, sed vbi Deus illi periculum ostendit, media nocte surrexit, &c. Sic, sic huiusce modi restitutiones faciendæ statim. Genes. ibid.

D. Cyprian. de singul. Clericorum: Lubrica spes est, quæ inter fomenta peccandi saluari se sperat. Incerta victoria est, inter hostilia arma pugnare: & impossibilis liberatio est, flammis circundari, nec ardere. *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? sic, qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cùm tetigerit eam.* D. Cyprian. Prou. 6.

D. Bernard. Cum fœmina semper esse, & non cognoscere fœminam, nónne plus est, quàm mortuum suscitare? Quod minus est, non potest: & quod maius est, vis, credam tibi? Quotidie latus tuum ad latus iuuenculæ est in mensa; lectus tuus ad lectum eius in camera; oculi tui ad illius oculos in colloquio; manus tuæ ad manus ipsius in E opere: & continens vis putari? D. Bern. ser. 65. in Cant.

Optimè quidem Isidorus Pelusiota ad Palladium: Mulierum congressus, vir optime, quantùm fieri potest, fuge. Nam eos, qui sacerdotij munere funguntur, sanctiores, ac puriores illis esse oportet, qui ad montes se contulerunt. Siquidem illi, & sui, & plebis; hi autem sui dumtaxat curam gerunt. Atque illi in huiusmodi dignitatis fastigio collocati sunt; omnémque vitam eorum perscrutantur, & explorant: hi autem in spelunca sedent, aut sua vulnera curantes, aut vitia obtegentes, Isidor. ep. 284. L. 2. apud Baron. c 9 p. 567.

" aut etiam coronas sibi ipsis texentes. Quòd si etiã,
" vt cum illis congrediaris, necessitas aliqua te ob-
" stringat; oculos humi deiectus habe, atque ipsas
" quoque, quonam pacto spectandum sit, doce. Non
" enim dumtaxat docendum est, quonam pacto cer-
" nere oporteat: sed etiam, vt oportet, cernere.
" Cúmque pauca, quæ ipsarum animos illustra-
" re queant, locutus fueris; statim euola, ne for-
" tè diuturna consuetudo vires tuas emolliat, &
" infringat.

Quòd si te frequenter cum ipsis versari, nec vllo inde detrimento affici dixeris; id quidem fortasse mihi persuaderi sinam. At illud item velim omnibus notum esse. Aquis lapides extenuari, ac rupem aquæ guttis continenter cadentibus excauari dicunt. Quorum verborum huiusmodi sensus est: Quid rupe durius fingi queat? Quid item aqua mollius, & quidem aquæ guttula? Et tamen assiduitas naturam vincit. Quòd si natura, quæ ægrè dimoueri potest, dimouetur, idque quod minimè habebat, perpetitur: qua tandem ratione voluntas, quæ facilè mouetur, à consuetudine non vincatur, & euertatur?

D. Greg. lib. 4 Dial. c. 7.

Hoc perspicuè videre est in Andrea, Fundanæ ciuitatis Episcopo: Quod, ait in Dial. Gregor. ad hoc legentibus vt valeat, exopto, quatenus qui corpus suum continentiæ dedicant, habitare cum fœminis non præsumant; ne ruina mentem tantò repentina surripiat, quantò ad hoc, quod malè concupiscunt, etiam præsentia concupitæ formæ famulatur. Hæc res non est dubia, quam narro, quia penè tanti in ea testes sunt, quanti, & eiusdem loci habitatores existunt. Hic nanque venerabilis Vir, cùm vitam multis plenam virtutibus duceret, séque sub sacerdotali custodia in continentiæ arce custodiret, quandam Sanctimonialem fœminam, quam secum priùs habuerat, noluit ab Episcopij sui cura repellere: sed certus de sua, eiúsque continentia, secum hanc permisit habitare. Ea qua re actum est, vt antiquus hostis apud eius animum aditum tentationis exquireret. Nam cœpit speciem illius, oculis mentis eius imprimere, vt illectus nefanda cogitaret. Quadam verò die Iudæus quidam ex Campaniæ partibus Romam veniens, Apiæ carpebat iter: qui ad Fundanum cliuum perueniens, cùm iam diem vesperascere cerneret, & quò declinare posset, minimè reperiret, iuxta Apollinis templum fuit, ibique se ad manendum contulit. Qui ipsum loci illius sacrilegium pertimescens, quamuis fidem Crucis minimè haberet, signo Crucis se tamen munire curauit. Nocte autem media, ipso solitudinis pauore turbatus, peruigil iacebat; & repentè conspiciens, vidit malignorum Spirituum turbam quasi in obsequium potestatis præire: eum verò, qui cæteris præerat, in eiusdem gremio loci consedisse: qui cœpit singulorum Spirituum obsequentium sibi causas, actúsque discutere, quatenus vnusquisque, quantùm nequitiæ gessisset, inueniret. Cúmque singuli Spiritus ad inquisitionem eius exponerent, quid operati contra bonos fuissent; vnus in medium prosiliit, qui in Andreæ Episcopi animum, per speciem Sanctimonialis fœminæ, quæ in Episcopio eius habitabat, quantam tentationem carnis commouisset, aperuit. Cùm verò hoc malignus, qui præerat, Spiritus inhianter audiret; & tantò sibi factum lucrum grande crederet, quantò sanctioris viri animam ad lapsum perditionis inclinaret; ille Spiritus, qui hæc eadem fatebatur adiunxit: Quia vsque ad hoc quoque die præterito, vespertina hora, eius mentem traxerit, vt in terga eiusdem Sanctimonialis fœminæ blandiens alapam daret.

De Andrea Fundano Episcopo, qui occasionem non vitans, penè prolapsus est.

Occasio cuiusdam Sanctimonialis sensim animum eius emollit.

Malignorum Spirituũ congregatio ad conferenda mala, quæ quisque gessisset.

A

Tunc malignus Spiritus, atque humani generis antiquus inimicus exhortatus hunc blandè est, vt perficeret, quod cœpisset, quatenus ruinæ illius singularem inter cæteros palmam teneret. Cúmque Iudæus, qui aduenerat, hoc vigilans cerneret, & magnæ formidinis anxietate palpitaret; ab eodem Spiritu, qui cunctis illi obsequentibus præerat, iussum est, vt requirerent, quisnam esset ille, qui iacere in templo eodem præsumpsisset. Quem maligni Spiritus pergentes, & subtiliùs intuentes, Crucis mysterio signatum

B viderunt, mirantésque dixerunt: Væ, væ: vas vacuum, & signatum. Quibus hoc renunciantibus, cuncta illa malignorum Spirituum turba disparuit. Iudæus verò, qui hæc viderat, illicò surrexit, atque ad Episcopum sub festinatione peruenit. Quem in Ecclesia sua reperiens, seorsum tulit; qua tentatione vrgeretur, inquisiuit. Cui confiteri Episcopus tentationem suam verecundatus noluit. Cùm verò ille diceret, quòd in illa tali Dei famula prani amoris oculos iniecisset, atque adhuc Episcopus negaret, adiunxit dicens: Quare negas, quod inquireris, qui ad hoc vsque vespere hesterno perductus es, vt posteriora illius alapa ferires? Ad quæ, nimirum, verba deprehensum se Episcopus intuens, humiliter

C confessus est, quod priùs pertinaciter negauit. Cuius ruinæ, & verecundiæ idem Iudæus consulens, qualiter hoc cognouisset, vel quæ in conuentu malignorum de eo audiuisset indicauit. Quod ille agnoscens, se ad terram protinus in orationem dedit. Moxque de suo habitaculo non solùm eandem Dei famulam; sed omnem quoque fœminam, quæ in eius illic obsequio habitabat, expulit.

Iudæus quidam, quod se Cruce munierat, dictus est, Vas vacuum, & signatum.

Agnita occasionum periculo fœminas omnes à se abdicat.

Rectè, & sanctè id quidem: sed vtinam citiùs. O quanti penè præcipites, miseréque corruunt, dum non tam citò occasionem repellunt! Meministíne magni illius Martiniani? Hic cùm angelicam iam in solitudine vitam ageret; clarus iam, moribúsque omnibus, magnáque in veneratione habitus ob singularem virtutem, innumeráque signa,

D quæ per eum Dominus faciebat; meretricem quandam, quæ pretiosis exuta, laceris autem induta vestibus, veluti errabunda, ne à bestiis voraretur, clamitans ad eius cellam diuerterat, ob pietatem recepit. Sed habitu commutato, quid primùm in laudem nuptiarum dixerit, contráque cælibatum qualiter disseruerit, ac posteà quàm efficaciter ad libidinem hominem Dei concitauerit, patet ea eo, quòd iam tentatione deuictus, ad eam dixit: Mulier, expecta me parumper: quoniam solent aliqui huc ad me venire, & à me benedici: spectabo iam vias, ne fortè aliqui ad nos veniant, & nos inueniant in hac actione.

De sancto Martiniano apud Sur. c. 1. die 13. Februar.

Sed repente benignus adfuit illi Deus, tantáque

E que pœnitudine captus est, vt medium in ignem accensum insiliens, toto iam corpore combureretur, vnde veluti secum depugnans, dicebat: Quid " est, Martiniane? Rectè te accepit hic ignis, qui est " ad tempus, & hæc acerba pœna. Si autem potes " hæc pati, accede ad hanc mulierem: ipsa enim, " vel per eam potiùs Diabolus ignem æternum conciliat. Non est enim hæc causa: sed is, qui eam mo- " uit, vt impediret bonum tuum propositum. Cogi- " ta ergo æternum illud supplicium, ô Martiniane

Quantùm valeat infernalium pœnarum meditatio.

„ vermem, qui non potest sopiri; stridorem den-
„ tium. Hic enim ignis, qui est ad tempus, & cadit
„ sub aspectum, ab aqua extinguitur;& dum ardet,
„ habet lucem: aeternus autem ignis, & qui nun-
„ quam desinit, neque vnquam ab aqua extinguitur,
„ neque vllam habet lucem. Illi vermes nunquam
cessant. Angeli, qui praesunt suppliciis, in punien-
do nunquam defatigantur, súntque planè immi-
sericordes. Cogita haec omnia, ô Martiniane: & si
ea potes sustinere, accede ad mulierem.

His itaque contra praesentem occasionem mu-
nitus, suae deinceps imbecillitatis conscius, adeò
mulierum occasiones vitauit, vt id praecipuè cogi-
taret, in quem locum profugeret, vel conscende-
ret, ad quem fieri non posset, vt mulier perueni-
ret. Cúmque in quadam parua insula in mari po-
sita, in qua nemo penitùs habitabat, se se abdidis-
set, iterúmque opera Diaboli puella quaedam pul-
cherrima, quae sola è naufragio seruata, apprehensa tabula, scopulum eundem tenuit, illuc
appulisset, & clamasset, vt ei manum porrige-
ret, videns non aliunde eam posse habere salu-
tem, aut auxilium, dixit subridens: Hoc quoque
est maligni machinatio. Reuerà non vinces promptum meum, & alacre animi studium, ô Diabo-
le. Deinde dicit apud se: Vae mihi peccatori: rur-
sus mihi adest cordis probatio. Quid ergo fa-
ciam? Si eam dimisero in aquis; tu eris suffocabi-
tur, & maculabit meam animam in die Iudicij.
Sin autem eam assumpsero; non expedit mihi esse
cum ea. Reuera haec est in longè grauiori neces-
sitate, quam prima. Nam illa quidem, cùm esset
in terra, poterat saepè seruari: haec verò non po-
test aliunde seruari. Et cùm suos oculos in caelum
extendisset, dixit: Domine Deus meus, in quem
speraui à iuuentute mea, ne sinas me perire: sed
ptoinde id, quod est vtile animae meae. Cúmque
haec dixisset, tradidit ei manum, & eduxit eam
ex aqua.

Alterius occasionis sensatio.

Cùm autem animaduertisset, eam esse specio-
„ sam, dicit ei: Igni cum foeno nequaquam benè
„ conuenit. Non possum ego, & tu hîc simul esse:
malignos enim in me operatur puttefactionem.
Sed tu hîc mane: neque quicquam timueris: ha-
bes enim panem, & aquam: & quomodo come-
debam ego, tu quoque comede, vt tibi sufficiat,
donec veniat nauclerus, qui adfert ad me panem,
& aquam: adhuc enim restant duo menses, post
quos huc veniet: & cùm huc venerit; narra ei,
quid acciderit. Is verò te hinc educet, & deducet
in tuam ciuitatem. Cúmque haec dixisset, mare
obsignauit signo Crucis, & dixit: Domine Deus
meus, qui increpasti ventos, & mare, eáque tibi
cum tremore obedierunt, me quoque adspice, &
mei miserere, & ne sinas me perire. Ecce enim,
Domine, confidens in sancto tuo nomine, in mare
me proiiciam. Malo enim mori inconsideratè,
quàm cum corporis perturbatione consuetudi-
nem habere cum muliere. Ad puellam autem
conuersus, dixit: Esto salua, mulier. Dominus cu-
stodiet animam tuam, filia, ab omni insultu Diaboli, & te conseruabit in finem. Quae cùm dixis-
set, se statim iecit in mare. Statim autem eum
duo delphines exceperunt, & in tertam deposue-
runt. Puella verò, donec excessit ex oculis eius,
videbat ipsum ferri super aquas, neque sciebat
ampliùs, quid factum esset. Beatus autem Marti-
nianus in terram egressus orauit, dicens: Ago tibi
gratias, Domine Deus meus, quòd fecisti mise-
ricordiam in meam humilitatem: sed etiam vsque

Vt occasionē fugeas, mittit se in mare, & delphinorum tergo euehitur.

A ad finem ne me relinquas, bone Domine, & be-
nigne.

Haec cùm dixisset, dicit apud se: Quid faciam,
nescio. In montibus non me sinit Satanas, nec in
mari. De caetero bonum est mihi meditari dictum
Euangelij, & hoc facere: docet enim Dominus sic
dicens: *Si persequantur vos ex hac ciuitate, fugite in aliam. Amen enim dico vobis, non finietis ciuitates Israel.* Quae cùm dixisset, coepit fugere, & dicere: „
Fuge, Martiniane, ne te comprehendat tentatio: „
fuge, Monache. Sicque fugiens, & se ipsum perse-
quens, finiit dies vitae suae.

Vt occasiones fugeat, perpetuam suscepit peregrinationem.

Matth. 10.

Quid miramur? *Videntes filij Dei filias homi-*
B *num, quòd essent pulchrae, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* Quosnam hîc arbitramini
Dei filios appellatos ex Philonis, Tertulliani, Iusti-
ni, Clementis, & Lactantij sententia? Angelos. Fie-
rìne id quidem potuit? O vim occasionis! Im-
probatur quidem horum sententia, praesertim à
Theodoreto, ac plerisque aliis, tum veteribus, tum
recentioribus: caeterùm ex ea tam perantiqua opi-
nione, quantùm illi occasioni dederint, inferre
liceat, quòd, nimirum, opinati sint, ex aspectu mu-
lierum velut Angelos inflammatos, primúmque
suum tunc temporis peccatum luxuriae admisisse,
ac proptereà caelo eiectos esse. Quòd si ex horum
sententia occasio mouit Angelos, quantùm mo-
uebit homines?

Genes 6.

Phil. l. de Gigan. Tertul. l. de habit. mulier. Iust. Apol. 1. Clem. 3. str. Lactant. l. 2. cap 15. Theod. q 47. in Gen. Corn. à Lap. hoc loco.

C *Deponentes, deponentes*, vt monet Apostolus, *omne pondus.* D. Thom. & Theod. id est, peccatum, *&*
circunstans nos, ex Graeco, *& tenaciter inhaerens*, ac
vincens nos peccatum, hoc est, occasionem peccan-
di. O quàm verè occasio tenaciter inhaerens est
peccatum vincens? Vocant autem occasionem *circunstans peccatum*: quia peccatum per occasionem
circuncirca nos est.

Hebr. 12. D. Thom. Theod. Graec.

Hinc per Isaiam vocatur occasio veluti regio, ac
territorium mortis. *In regione vmbrae mortis*, vel *in regione, & vmbra mortis. His, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent.* Et benè *vmbra*: nam, vt vmbra
corpus; ita occasio peccatum consequitur.

Isa. 9. Matth. 4.

Quantùm proptereà aberant Sancti ab occasio-
ne? Tantùm, vt vel morti proximi, ac animam
agentes abfuerint. Tolle paleam, apud D. Gregor.
D dicebat quidam animam agens: quia adhuc igni-
culus viuit. Tantùm, vt, ferè dixerim, vel mor-
tui pertimuerint. Vnde saepiùs illud in Gen. & ali-
bi animaduerti, quidnam sibi vellet: *Vt det mihi speluncam duplicem, in qua erat spelunca duplex, in spelunca agri duplici.* Quid est sepultura haec du-
plex? Lyranus ait, sepulchrum duplex vocatum,
quòd vnum in summitate cauernae; alterum verò
in fundo esset. Ad quid autem duplicia haec sepul-
cra? Glossa, vt seorsum in altero viri, in altero ve-
rò conderentur mulieres. Quid? vel post mortem
haec separatio? Sic: quò intelligas, quantùm in vita
mulierum occasio sit vitanda.

D. Gregor. 4. Dial. 11.

Gen. 23. Lyra.

Gloss.

A muliere certè fugiendum, vt à facie colubri.
E Prima, quae cum colubro sermones permiscuit,
mulier fuit: vnde, sic dixerim, venenosum quid
hausisse: & ex ore, & oculis, ac vndequaque vene-
num exhalare videtur. Eua mulierem signat; Heua
verò colubrum, vel serpentem. Aspirationem adde
mulieri, & coluber erit.

Genes. 3.

Syriac.

Quid, quòd vel à bonis, ac spiritualibus cauen-
dum? *Videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchrae filij Dei.* ex Chrys. Cyrill. Theod. Rupert.
Hilario, ob sanctitatem, ac temperantiam filij
Seth. *Quòd essent pulchrae.* D. Hier. *quòd essent bonae.*
Caue, caue, etsi sanctus, ac temperans, vel à bonis:

Genes. Cyrill. Theod. Rupert. ibid. Hilar. Hieron. in qq. Hebr.

Auguſt. de cohabit. Cleric. ac mulier.

imò ab his ferè magis, quòd magis alliciant, tum pulchritudine, tum bonitate. D. Auguſt. de cohabitatione Clericorum, & mulierum: Quantò religioſiores, tantò citiùs alliciunt; & ſub prætextu pietatis latet viſcus libidinis. Citò, citò te expedias. Longa, & crebra colloquia ſanctus amor non habet; ſed breuis eſſe laborat; & per monoſyllaba (cùm eius oracula illæ ſciſcitantur) reſponſat. Hier. in Epiſt.

Eccli. 9.
Eccl. 42.
Hug. Card.

Eccli. 9. *Colloquium illius quaſi ignis exardeſcit.*

Eccli. 42. *In medio mulierum noli commorari.* Hugo Card. Niſi velis comburi.

Iob 41.

Iob 41. per accommodationem: *De ore eius lampades procedunt, ſicut ignis accenſa. De naribus eius procedit fumus, ſicut olla ſuccenſa, atque feruentis. Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedit egeſtas*, vel Græcè.

Græc. Alij.

Coram eo (dic, ea) *currit perditio. Membra carnium eius cohærentia ſibi. Mittet contra eum fulmina*, vel *effundet in eum flumina* (voluptatum.) Ob id ſolenne ſemper fuit Sanctis omnibus occaſiones pro poſſe deuitare: ſicque fortes perſiſtebant ab occaſione remoti. Vt fortis Samſon, donec ab occaſione remotus abfuit! Cùmque *veniſſent ad vineas*, ne vineam ingrederetur, nève in occaſionem aliquid à vinea accipiendi ſe ſe Nazaræus immitteret, ſtetit, vt indicant Septuag. *Et venit vſque ad vineam.* Tunc, *apparuit catulus leonis ſæuus, & rugiens; & occurrit ei, & dilacerauit leonem:* magis, nimirum, timuit appropinquare vineæ, quam leoni obuiam ire.

Iudic. 14.
Septuag.

Sic, ſic Deus adiuuat illos, qui, quantùm poſſunt, occaſiones deuitant: vt ſuo eos deſtituit auxilio, hoc eſt, elabi ſinit, qui temerè in occaſiones ſe ſe proruunt. Sic veluti a naufragio præſeruauit Ioſephum, non præſeruauit Samſonem: quemadmodum à tempeſtate liberauit Apoſtolos, non liberauit Ionam.

In Vit. Pat. p. 2. l. de obed. n. 4.

O quanti refert, Fratres, in occaſionem non ſe ſe immittere, ſed potiùs mitti! Miſſus ille in Vitis Pat. ad poſſeſſionem quandam timebat ire, ne ſcandalizaretur. Cui ſenex: Vade, & crede in Deum patrum meorum, quia proteget te ab omni tentatione. Et facta oratione, dimiſit eum. Venit autem Frater in poſſeſſionem; & requiſiuit, vbi maneret miniſter ille, qui parabat neceſſaria ſeni: & inuenit hoſpitium eius. Contigit autem, eum cum ſuis omnibus ad memoriam parentum ſuorum extra poſſeſſionem venire, excepta vna filia eius. Quæ cùm pulſantem Fratrem illum audiſſet, venit ad oſtium, & aperuit ei: & cùm ille interrogaret eam de patre ſuo, illa hortata eſt eum, vt intraret hoſpitium, ſimul etiam & trahebat eum: ille verò non acquieſcebat. Sed cùm diu eum traheret, præualuit introducere eum ad ſe, & complexa eſt eum, & cœpit eum illectare ad commixtionem corporis ſui. Ille autem videns ſe trahi ad luxuriam, & cogitationibus confundi, ingemiſcens clamauit ad Deum, dicens: Domine, propter orationes Patris mei libera me in iſta hora. Et cùm hoc dixiſſet, ſubitò inuentus eſt ad flumen, pergens ad Monaſterium: & reuerſus eſt illæſus ad Abbatem ſuum. Videtis, quantùm Deus adiuuet eos, qui non ſeſe in occaſiones immittunt; & quantùm interſit inter tentare ſe ipſum, & tentari?

Matth. 4.

Chriſti Seruatoris noſtri tentationes ex inuidia tentatoris fuerunt; quòd, nimirum, in virtutum exercitio eum tentator videret: & hæ ad bonum lucrum, & coronam ordinantur. Aliæ ex occaſione ſuboriuntur, quòd ſe quiſquam in occaſionem immittat, dona Dei non æſtimet, in ſe confidat: & hæ ad lapſum tentationes ſunt, vt fuit tentatio Euæ. Fugiendæ itaque occaſiones, vt tentationes vincantur.

Quòd qui verè accedunt ad ſeruitutem Dei, magis quàm alij tentantur.

PVNCTVM XXXIV.

Eccl. 2.

Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Quantò enim quis magis vult mundum fugere, inquit Hugo Cardin. & ad Deum accedere, tantò acriùs, & ſubtiliùs inſurgit Diabolus contra eum.

Hug. Card. ibid.

Matth. 4.
Chryſ. apud D. Thom. in Caten.

Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Chryſ. apud D. Thom. in Cat. Tunc, ſcilicet, quando Pater clamauit de cælo: *Hic eſt Filius meus dilectus.* Quiſquis ergo (ſubdit Chryſ.) poſt Baptiſmum maiores ſuſtines tentationes, non turberis: etenim propter hoc accepiſti arma, vt non vaces; ſed prælieris. Ideò autem tentationem à te Deus non prohibet: primò quidem, vt diſcas, quoniam multò factus es fortior: deinde, vt magnitudine donorum non extollaris: tertiò, vt Diabolus experientia cognoſcat, quòd perfectè ab eo abſceſſiſti: quartò, vt per hoc fortior reddaris: quintò, vt crediti tibi theſauri ſignum accipias; neque enim Diabolus ſuperueniret tibi ad tentandum, niſi te in maiori honore euectum videret. Hilar. In ſanctitate enim maximè Diaboli tentamenta graſſantur: quia victoria ei eſt magis optata de Sanctis. Sitim, nimirum, inextinguibilem habet non turbidi Nili; ſed aquæ limpidæ, & cryſtallinæ, fluuij Iordanis. *Abſorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.*

Iob 40.

Greg. ibid.

§. Greg. ad illud, *Fœnum quaſi bos comedet.* Cur, inquit, Behemoth iſte non equo, ſed boui comparatur? Reſpondet: Equi fœnum quamlibet ſordidum comedunt; aquam verò non niſi mundam bibunt. Boues autem aquam quamlibet ſordidam bibunt; ſed fœno non niſi mundo veſcuntur. Quid eſt ergo, quòd boui, qui mundo pabulo paſcitur, Behemoth iſte comparatur, niſi hoc, quòd de iſto antiquo hoſte per Prophetam alium dicitur: *Eſca eius electa?* Neque enim ſe eos gaudet rapere; quos prauis, ac ſordidis actionibus implicatos in imis ſecum reſpicit voluntariè iacere. Fœnum ergo comedere, ſicut bos, appetit: quia ſuggeſtionis ſuæ dente conterere mundam vitam ſpiritualium quærit.

1. Reg. 7.
Mſloza ib.

Perpulchrè idemmet Greg. obſeruat, quòd, vbi primùm Hebræi conuenerunt *in Maſphat*, quod eſt Heb. *ſpeculatio*, vel *indicium*, (apto pœnitentiæ loco,) & vbi præterita abiurauerunt flagitia, obortiſque lacrymis diluerunt, Philiſthinorum, Tyriorúmque exercitus ſenſerunt oppugnatores. Ablatis, inquit, Diis alienis, peracto ieiunio, exhibita a Prædicatore cenſura examinis; ad Iſraël Philiſthinorum Principes aſcendunt: quia, cùm altiori vita proficimus, maligni Spiritus, qui ſemper benè agentibus inuident, nobis infeſtiores ſunt.

Bernard. de conuerſ. ad Cler. c. 18.

Bern. de conuerſione ad Clericos: Quotidianis diſcimus experimentis, eos, qui conuerti ad Deum deliberant, tentari acriùs à concupiſcentia carnis;

&

& vigeri grauiùs in operibus luti, & laterum,qui Ægypto egredi, & Pharaonis imperium effugere moliuntur.

Exod. 7. Aug. ser. 93. de temp. Expendit etiam August. quòd statim ac filij Israël ad petram Horeb admouerunt ora, hostes habuerunt Amalecitas. Bibit,inquit,de petra populus: & statim bellum initit contra Amalec. Videte, Fratres, quia posteaquàm quisque de petra biberit,id est, Christi Sacramenta susceperit, necesse est illi ad pugnam procedere. Tandiu enim aliquis Diabolum contra se pugnantem non sentiet, quandiu opera illius exercere voluerit. Qui verò illum reliquerit,& de petra bibens,Christum sequi elegerit, necesse est, vt illum patiatur infestum.

Et reuerà infernalis hostis bellum commouet aduersus regeneratos, & in eum præcipuè vires exerit, qui præ aliis desiderio perfectionis, ac sanctitatis fulget, in hunc suos dirigit ictus, contra hunc ipsum Infernum commouet. *Non pugnabitis contra minorem, aut maiorem quenquam, nisi contra Regem Israel*, &c. *& impetu facto pugnabant contra eum.*

Chrys. lib. 1. de compunct. cordis. Miraris, inquit ad Stagirium Chrys. cur non antea potiùs, cùm viueres in deliciis, excelsàque, illa pompa, & sæculi gloria stipatus incederes; sed nunc potissimùm, quando abiecisti illa omnia, ac te ipsum totum Deo deuouisti; adeò molestas sustines tentationes? Define mirari, ô amice Stagiri: nam diuersitas tui status, & tuæ vitæ tibi mutauit inimicum: hactenus non te vidit ab aliis dissimilem; nunc, eùm te videat regio amictu ornatum, & Christi virtutibus decoratum, prosequitur.

Ezech. 4. D. Gregor. hom. 12. in Ezec. Ad Ezechielem: *Et tu, fili hominis, sume tibi laterem, & describes in eo ciuitatem Ierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem.* Vbi Greg. Quasi in latere descripta est Ierusalem, cùm terrena mens cœperit, quæ sint illa interna pacis gaudia, verè cognoscere, & ad conspiciendam gloriam Patriæ cælestis anhelare. Quasi Ierusalem describitur, quando mens, quæ priùs terrena sapuerat, per amorem iam ad contemplandam gloriam cœli eleuatur; sed mox vt ipsa amare cœperit cælestia, antiquus ille aduersarius, qui de cælo lapsus est, inuidet, & insidiari ampliùs incipit, & acriores, quàm consueuerat, tentationes admouet: ideò depicta iam ciuitate Ierusalem, circa eam obsidionem describit, &c.

Cant. 8. Statim ac aliquis Deo se tradit, hostes experitur. *Ego quasi murus*, (dicebat anima, quæ totam se Deo dederat,) *& verba mea, quasi turris: ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens*, subauditur infernales hostes aduersùm me. Antequàm hanc spiritualem pacem perquirerem, antequàm in me ipsa Ierusalem describerem, nullæ pugnæ: nunc *intus pugnæ, foris timores*, &c.

Ibidem. Sic, *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea; si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis*, q.d. Si iam cœpit tentationibus obsistere, si cœpit sensus custodire, & claudere, *Si murus est, si ostium est*; nouas munitiones addamus, *ædificemus propugnacula*: quia Infernus armabitur: *compingamus tabulis cedrinis*, imputrescibilibus, ne per rimulam hostis ingrediatur.

D. Hier. ad Eust. virg. Habac. 1. D. Hieron. ad Eustoc. virginem: Onusta, inquit, incedis auro, latro tibi virandus est. Item: Non quærit Diabolos homines Infideles, de Ecclesia Christi rapere festinat. *Esca eius*, secundùm Habacuc, *electa* sunt. Iob subuertere cupit, & deuorato A Iuda ad cribrandos Apostolos expetit potestatem.

Parui æstimat peccatores, quos iam quieto iure possidet; sed oculos conijcit in eos, qui è manibus eius iam effugerunt, vt denuò *sac ificent reti suo: omne sublime videt, & ipse est Rex super omnes filios superbiæ*. Similis Pharaoni, qui non contentus vti in operibus luti Ægyptiis, gloriabatur se in iisdem operibus totius Israel nobilitate abuti. Iob 41.

Sic Regi Nabuchodonosor parum erat à Babylonicis adorari, si ab illis sanctissimis pueris non adoraretur; qui ideò, vt notat Chrys. ea fecit instrumenta pulsari, vt eo sono permouerentur, arte reuerà, versutiaque tentatoris. Dan. 3. D. Chrys. hom. 4. ad pop.

Quanto verò conatu eos insequitur, qui ab Ægypto exierunt: *Persequar, & comprehendam*, inquit Pharao, *diuidam spolia*, &c. Insequitur cum toto B exercitu, &c. Exod 15.

De occultis tentationibus.

PVNCTVM XXXV.

SEd & serpens erat callidior cunctis animantibus. Ex Hebr. *Sed & serpens erat in multas spiras, & gyros complicatus, & inuolutus.* Gen 3. Hebr.

Quis reuelabit faciem indumenti eius? Figura Hypallage; hoc est, indumentum faciei eius: quis tentatoris mentitas formas deteget? idcircò *Behemot* C dicitur, hoc est, *Bestia*, in plurali; *Leuiathan*, id est, *monstrum marinum, tigris, serpens, auis*, &c. quia, vt ait S. Greg. vt homines bestiales, quos possidet, non amittat, & vt bestiarum voluptates eis exhibeat, in omnes se se bestias transmutat, serpit humi, natat sub aquis, volat, &c. vt diuersorum statuum homines decipiat. Nec his contentus figuris, adhuc insensatiores induit: in ipsa (quis putaret?) elementa se transformat. Iob 41. Hebr.

Patet in tentationibus Iob. Primùm *Irruerunt Sabei, tuleruntque ei omnia.* Sept. *Irruerunt prædones.* Quinam hi prædones fuerût? Ait Orig. & Olymp. fuisse Dæmones sub forma prædonum. Mox ignis de cælo *Oues, pueròsque consumpsit*. Ecce, ait Chrysost. quomodo se se in ignem effingit. Deinde turD bo, ventusque irruens, &c. S. Hieron. & S. Gregor. aiunt in ventum similiter se transformasse. Sic nulla est forma, nulláque figura, in quam perfidus, ac deceptor se se non transfiguret. Nunc hic, nunc illic, nunc agnum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem in se ostendit, & singulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus secundùm varias rerum mutationes, varias exhibet tentationes: nam vt tristes decipiat, tristatur & ipse: vt gaudentes illudat, fingit se & ipse gaudere: vt spirituales defraudet, *In Angelum lucis se transfigurat*: vt fortes comprimat, apparet agnus: vt mites deuoret, apparet lupus. Iob 1. Sept. Orig. Olymp. Chrys. Hieron. Gregor. August. solil. c. 17.

E Hæc quidem omnia secundùm similitudinem variarum tentationum effici habent, vt terreat alios *à timore nocturno*, alios *à saggitta volante in die*, alios *à negotio perambulante in tenebris*, alios *ab incursu*, alios *à Dæmonio meridiano*: & ad hæc quis idoneus, vt cognoscat, & astutias eius quis cognouit? *Quis reuelabit speciem indumenti eius? & gyrum dentium eius quis agnoscet?* En abscondit sagittas suas in pharetra, vt sagittet in obscuro rectos corde, & laqueos suos abscondit sub specie lucis: & hoc difficiliùs perpenditur, nisi à te, Domine, lumen assumamus, vt videamus omnia: nam Psal. 90.

non solùm in carnis operibus, quæ de facili cognoscuntur, nec tantùm in ipsis vitiis; sed in ipsis etiam spiritualibus exercitiis laqueos abscondit subtiles,& sub virtutum colore ipsa vitia induit,& transmutat se in Angelum lucis. Hæc Aug. *Quis ergo reuelabit faciem indumenti eius?* supple, ait S. Greg.nisi ego(Christus,)qui mea tentatione,quam pertuli, omnes eius insidias detexi? At quàm hæ tectæ fuerint, videamus. *Dic, vt lapid s isti panes fiant.* Matth.4. Tentauit esurientem,vt sub necessitatis opetimento se regeret.O quot sensualitates sub specie necessitatis! Ah non,non sic strictè,non tam rigidè,vt possis seruire Deo. Insidiæ, insidiæ: hæc est *vxor Ieroboam* impugnantis,vel multiplicantis populum;gula,nimirum,quæ se aliam simulat. Hebr.

3.Reg.13. Sic 3.Regum decepit Prophetam, qui,cùm præceptum de non capiendo cibo in domo Regis, & in finibus eius habuisset, cùm ibi oblatum cibum omninò respuisset, esuriens postea, & fidem habens Pseudoprophetæ, apud eum diuersatus comedit: quem mox diuina vltione leo occidit. Quid? (fortasse dicebat,)deficere vis in via?quomodo perficies opus Dei? Ah non sic strictè: sum & ego Propheta Dei: comedamus parumper. Et qui tuoc famis passione laborabat, facilè se seduci passus est. O artem! Sic, sic sub specie necessitatis, sub specie boni, aut maioris seruitij Dei persæpè decipit.

1.Reg.15. Quomodo Saül tunc tam spiritualem decepisset,nisi his tegumentis maioris seruitij Dei? Hunc Regem pietate seruaui: hæc pecora,non auaritia, sed religione futura holocausta reseruaui.

Genes.3. His occultis tentationibus quotidie sequitur,ac prosequitur spirituales. Cœpit ab exordio: *Eritis sicut Dy scientes bonum,& malum.* Sub specie boni, participationis perfectionum Dei, suæ bonitatis, suæ simplicitatis,& omni scientiæ, &c. sic eos decepit, quos aliter nunquam decepisset: & ideò ibi dicitur: *Et aperti sunt oculi eorum.* Quid hoc sibi vult? Me iudice, peccatum excæcat. *Cæci facti sunt: quia Domino peccauerunt.* Quomodo ergo se Theod. ibid. habet post peccatum, oculos aperuisse? Respondet Theodoretus, Scripturam sic vocare sensum illum peccati, aperitionem oculorum; quòd tunc senserint se deceptos,cùm post peccatum, Dei facti non sunt.

Exod.28. Hebr. Ezech.1. O quàm oculatos viros spirituales esse oportet! *Stringes tunicam byssi.* Heb. *Oculabis tunicam bysso*,&c.

Quatuor illa animalia, vel ante thronum Dei, *Plena oculis antè, & retro*, &c. *& intus plena sunt oculis.* Quid ante thronum Dei plena oculis? Vt intelligas, quòd quantùm viciniot es, tantùm tibi oculi aperiendi.

Iob 41. Greg.lib 37. Mor.17. *Quis reuelabit faciem indumenti eius?* Greg. Antiquus hostis tanta se arte palliat,vt plerumque vitia virtutes fingat, & vel ipsa capitalia pallio virtutis obtegat. Gulam,& auaritiam, ait Greg. pallio necessitatis tegit, vt fami satisfiat, vt pauperibus consulatur, &c. Acediam velat palliu defatigationis, vt necessarium suum natura leuamen habeat,&c.Superbiam,& ambitionem personat facie honoris,& gloriæ Dei:iram, & inuidiam, velo vitandi proprium, aut alterum damnum: libidinem etiam,quantumuis aliàs impudentem, suo proprio velo velare non deest, quo carnalem amorem spiritualis amoris specie tegat.

Quis reuelabit faciem indumenti eius, & in medium oris eius quis intrabit? vt, scilicet, quid mandat,quidve comedat,cognoscat?

O quàm difficile cognoscere,quid bestia mandat,quidve comedat! Aliud comedit, aliud mandit,inquit Gregor.Mandit zelum Iustitiæ;& tamen vindictam manducat: sic suam satiat passionem. Mandit zelum Dei,& pietatem erga proximum;& tamen propriam comedit commoditatem, & honorem:sic satiat amorem proprium,&c. D. Greg. in illud: Comedistis, & non estis saturati. Aggæi 1. Iob 40. Greg.ibid.

Ossa eius, velut fistula æris. Vbi ait Greg. vehementissimas ac grauissimas Dæmonis tentationes esse illas,quæ latent,& non agnoscuntur,quæ dum tanquàm fistulæ,aures delectant,tot fraudibus, ac deceptionibus peruertunt. Si aduertat, ad cupiditatem refrænandam contentum esse iis, quæ habes; fistulam suam inflat: Cur te ipsum negligis; & quæ adhuc sunt futura, contemnis, cùm nescias, quid tibi sit venturum? Attende, vt ex nunc præpares, quod aliàs posteà deficiet. Annon & terrena potest actio peragi; & tamen in actione culpa declinari: quatenus & exteriora stipendia præbeat, & tamen internam rectitudinem non inflectat? Quòd si te aduertat velle rebus omnibus renunciare, vt nudum sequatis Christum; suam adhuc fistulam dulciùs sonat: vnde hæc temeritatis tantæ surrexit audacia, vt credere audeas, quòd omnia relinqendo subsistas? Annon plerique & terrena patrimonia nequaquam deseruot; & tamen ex his per misericordiæ opera supernæ sortis bona æterna mercantur? Si cupias tuos proximos adiuuare,habésque ad id talentum; fistulam suam musicans sonans suggerit auribus: Quid te ad aliena curanda dilatas? Vtinam tuis confiderandis sufficias.Annon perpendis,quia cùm ad aliena extenderis, erga tua curanda, quæ tua sunt,minor inueniris? Quid ergo tibi prodest, ad alios te dilatare,si periculum immiuet tibi occendi? His & similibus rationibus se Draco obtegit, quæ si locum in corde inueniunt,difficilè valdè remedium admittunt? quis enim Dæmoni resistat, quem Angelum esse iudicat? aut quis vitio temedium afferre studebit,quod putat esse virtutem?

Hoc tentatoris studium est, vt vitia occultet. Hinc iuxta cuiusqoe complexionem vnumquenque tentat,vt vitia non vitio, sed naturæ tribuantur. Dicit id Greg. Priùs conspersionem vniuscuiusque antiquus aduersarius perspicit, & tunc tentationis laqueos apponit:alius nanque lætis, alios tristibus,alius timidis, alius elatis moribus existit: quò ergo occultus aduersarius facilè capiat, vicinas conspersionibus deceptiones parat: quia enim lætitiæ voluptas iuncta est, lætis moribus luxuriam proponit: quia tristitia in iram facilè labitur,tristibus poculum discordiæ porrigit: quia timidi supplicia formidant,pauentibus terrores intentat: & quia elatos extolli laudibus conspicit, eos ad quæque voluerit, blandis fauoribus trahit, &c. D. Greg. 19. Mor.12.

Testis sit Macarius Abbas, qui quondam vidit Dæmonem venientem in figura hominis,vestitum tunica linea perforata, & per singula foramina vascula parua dependebant. Cui senex: Quò vadis, maligne? respondit: Vado commouere Fratres hos,qui sunt inferiùs. Cui iterum senex: Et propter quid tot vascula fers tecum? Gustum, inquit,Fratribus porto: ideò tanta fero, vt si vnum alicui non placeret,offeram aliud: si autem neque illud, dabo tertium;& ita per ordinem, vt mouis omnibus vel vnum ex eis placetet ei. In Vit. Pat. p.4.§.57. Apud Rosueg.lib.5.li. bel.18.n.9.

Sic se occultat, dum vitia non solùm curat, vt ad naturam referantur;sed prætereà, vt veluti virtutes habeantur. *Cartilago eius, quasi lamina ferrea.* Iob 40. D. Greg. 32. Mor.17.

Vbi

Vbi Greg. Cartilago oſſis ſimilitudinem habet; ſed oſſis firmitatem non habet: ſic quædam ſunt vitia, quæ in ſe ſoliditatem virtutis habere videntur: ſed, ſi ſubtiliùs inſpiciantur, protinùs vitia cernuntur: & hinc aliquis expectat præmia, vnde dignus eſt æterna inuenire tormenta. Plerunque enim in vlciſcendis vitiis crudelitas agitur, & iuſtitia putatur, atque immoderata ita iuſti zeli meritum creditur, &c. Ex hac deceptione quot mala prouenianr, idem Sanctus latè docet. Ex his vnum, nullum ſenſum, ac ruborē habere tentatum culparum: alterum, difficultas emendationis, facilè enim, ait, culpa cogitur, quæ erubeſcitur; quia eſſe culpa ſentitur: hinc obſtinatio, & tardiſſima emendatio, ſi tamen emēdantur aliquando: rectum enim exiſtimant eſſe, quod agunt. Vnde benè Ieremias (Thren. 4.), cùm diceret, *Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte*, &c. illicò adiunxit, *Adhæſit cutis eorum oſſibus, aruit, & facta eſt quaſi lignum*, &c.

Huc facit occulta tentatio, qua ſe Diabolus transfigurat in Angelum lucis, &c. Difficile eſt hunc detegere; ſed tamen a ſermonibus eius, inquit Bern. (D. Bernard. ſerm. de 7. ſpirit.) cognoſcemus eum: quis enim ſpiritus ſit, qui loquatur, ipſa ſuggeſtio declarabit. Spiritus carnis mollia, ſpiritus mundi vana, ſpiritus malitiæ ſemper amara loquitur: quoties ergo importunè, vt auolet, carnis cogitatio mentem pulſat: v.g. cùm de potu, de cibo, de ſomno, de cæteriſque ſimilibus ad carnis curam pertinentibus cogitantes, humano quodam inardeſcimus deſiderio, certum ſit nobis, ſpiritum carnis eſſe, qui loquitur, & tanquàm aduerſarium repellamus eum, dicentes: *Vade retrò, Satana: quoniam non ſapis, quæ ſunt Dei*. ſed magis ſapientia tua inimica eſt Deo. Cùm autem non de illecebris carnis, ſed de ambitione ſæculi, de iactantia, & arrogantia, cæteriſque ſimilibus cogitatio vana verſatur in cordibus noſtris; ſpiritus mundi eſt, qui loquitur. Cùm verò non ad voluptatem carnis, aut ſæculi vanitatem; ſed ad iram, ad impatientiam, ad inuidiam, ad amaritudinem animi prouocamur; ſpiritus eſt nequitiæ. Quoties verò ſuper caſtigando corpore, humiliando corde, ſeruanda virtute, & charitate Fratribus exhibenda, ſeu cæteris virtutibus acquirendis, conſeruandis, amplificandis, ſalubris cogitatio in mentem verſatur; diuinus ſine dubio Spiritus eſt, qui loquitur, &c.

Huc etiam variæ tentationes, quas refert Ricard. de S. Vict. (Ricard. de S. Vict. p. 1. in Pſal. 90.) Septem, inquit, ſunt genera tentationum: prima eſt importuna: ſecunda, dubia: tertia, ſubita: quarta, occulta: quinta, violenta: ſexta, fraudulenta: ſeptima, perplexa. Importuna eſt, quæ procaciter inſiſtit: dubia, quæ animum ambiguitates nubilo inuoluit: ſubita, quæ iudicium rationis præuenit: occulta, quæ deliberationis conſiderationem præterfugit: violenta, quæ vires mentis tranſcendit: fraudulenta, quæ animum ſeducit: perplexa, quæ variis impetit vitiis. Et hi ſeptem tentationum modi poſſunt eſſe ſimplices, & impermixti, & compoſiti, atque permixti. Ita autem ſe habent, vt ſecunda ſit grauior tentatio, quàm prima: tertia, quàm ſecunda: & ita deinceps, quæ ſequitur, quàm ea, quæ anteit. Importunæ tentationis eſt, animum ſemper inquietare, & nunquam quietum permittere: dubia autem tentatio animum exagitare conſueuit; & vagum ſemper, & profugum facit: quid enim aliud timorem nocturnum putamus efficere, quàm animum timidum, & trepidum reddere; vbi nihil timeri oporteret, ſummo horrore concutere? Fugit enim eiuſmodi anima, nemine perſequente: *Et cùm pax ſit, ſemper ſuſpicatur bellum*. (Iob. 15.) Subitæ tentationis eſt, animum ſauciare, delectationiſque iaculo affectum transfigere: & quid aliud expectari oportet à ſagitta volante? Occulta tentatio ex ea parte, qua præualet, animum ſemper excæcare ſolet, in tenebris ſemper perambulans, & omne negotium ſuum in tenebris explicans. Violentæ tentationis eſt animum ſemper violenter opprimere, & funditùs eneruare. Fraudulenta tentatio animum infatuare ſolet: quid namque aliud Dæmonium meridianum faceret, quàm animum infatuare, vel in furorem vertere? Perplexæ tentationis eſt animum ſemper dilaniare, diſſipare, diſtrahere. Prima itaque tentatio inquietat, ſecunda exagitat, tertia vulnerat, quarta excæcat, quinta eneruat, ſexta infatuat, ſeptima dilaniat.

O quàm verum, perplexa dilaniat! *Nerui teſticulorum eius perplexi*, ſeu, *implicati ſunt*. (Iob 40. Greg. ibid.) Vbi Greg. Perplexis teſticulorum neruis ligatus eſt, qui in quamlibet partem declinet, metuit, ne à tranſgreſſionis contagione liber non ſit. Alius cuncta, quæ mundi ſunt, deſerens, atque per omnia frangere proprias voluntates quærens, alieno ſe ſubdere regimini appetit: ſed eum, qui ſibi apud Deum præeſſe debeat, minùs cauta inquiſitione diſcernit: cui fortaſſe is, qui ſine iudicio eligitur, cùm præeſſe iam cœperit, agi, quæ Dei ſunt, prohibet; quæ mundi ſunt, iubet. Penſans itaque vel quæ ſit culpa inobedientiæ, vel quod contagium ſæcularis vitæ, & obedire trepidat, & non obedire formidat; ne aut obediens Deum in præceptis deſerat, aut rurſum non obediens Deum in electo Priore contemnat. Perplexis ergo teſticulorum neruis aſtringitur, quia aut obtemperans, aut non obtemperans in culpa ligatur. Alius penſare pondus honoris eccleſiaſtici negligens, ad locum regiminis præmiis aſcendit: ſed, quia omne, quod hîc eminet, plus mœroribus afficitur, quàm honoribus gaudet: dum cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocatur; dolétque, ſe ad laborem cum culpa perueniſſe, & quàm ſit iniquum, quod admiſerit, ex ipſa fractus difficultate agnoſcit. Reum igitur ſe cum impenſis præmiis agnoſcens, vult adeptæ ſublimitatis locum deſerere: ſed timens, ne grauius delictum ſit ſuſcepti gregis cuſtodiam reliquiſſe, vult ſuſcepti gregis curam gerere, ſed formidat, ne deterior culpa ſit, regimina paſtoralis gratiæ empta poſſidere. Per honoris ergo ambitum ligatum culpa hinc inde ſe conſpicit, vnde *Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt*: quia Behemoth iſte ita inexplicabilibus nodis ligat, vt aliquando mens in dubium adducta, vnde ſe à culpa ſoluere nititur, inde culpa arctiùs aſtringatur.

Ad hæc occultiſſimè videtur tentare, dum non tentat. *Reliquit eum Diabolus*, inquit Matth. (Matth. 4.) ſed D. Luc. (Luc. 4.) addit, *ad tempus. Receſſit ab illo vſque ad tempus*. q.d. Ne fidas: quia, quamuis illud ſit verum, quod pulchrè dixit Ambroſius (Ambroſ.) Luc. 4. Diabolus inſtare formidat; quia frequentius refugit triumphari: illud nihilominùs eſt verum, quòd perſæpè plus tentare intendit, dum non tentat.

Contra id, quod & quandoque facit, dum magis tentatum tentat: quod in Iobi tentationibus obſeruat Chryſ. (Chryſ. 28. in 1. Corinth.) Diabolus, inquit, aduerſùs Iob non perditis bobus, neque aſinis, neque camelis, neque domo diruta, neque filiis ruina obrutis, hac vſus eſt fallacia, (loquitur de tentatione per vxorem:) ſed tacet adhuc, & ſuſtinet conſiderata athletæ fortitudinem

fortitudine: ſed, cùm vermium fons ſcaturiebat, & putrida cutis decidebat, & conſumptæ carnes ſamen grauiter fœtentem exhalabant; & ſartagine, & fornacibus, & omni flamma miſeriùs cùm Diaboli manus conſumebat, fera omni crudeliùs vndique eius corpus deuorans: cùm diutiùs is eſſet hac calamitate confectus, tunc vxorem ſubornat: nam, ſi in calamitatis principio acceſſiſſet, non ſanè eum inueniſſet ita eneruatum, neque ita poſſet exprobrare calamitatem, & tanta loqui audacia: nunc autem cùm videt ob temporis longitudinem, & ſanitatis quàm cupidiſſimum, & malorum finem maiorem in modum deſiderantem, tunc accedit, & ait: Quouſque conſumeris? Grauis Rhetor ad decipiendum eos, qui inconſultiores ſunt. Quid igitur hic Beatus? Adamante fortior.

Cant. 2. Bernar. ibid. Totam vim ſuam tentator habet in arte, quæ vbi detecta fuerit, nulla eſt. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ*, &c. Vbi Bern. Iubet, inquit, deprehendi, conuinci, prodi: alia vitia, quæ apertè ſe ingerunt, coërcenda ſunt: hæ verò ſubtiles hoſtis aſtutiæ, vt declinentur, ſatis eſt, ſi cognoſcantur: quis enim, Prouerb. 1. niſi demens, comperta decipula, ſciens, & prudens pedem mittit illam? &c. *Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum*, &c.

Habac. 1. Hinc & piſcator dicitur: *Facies homines quaſi piſces maris: totum in hamo ſubleuauit: traxit illud in ſagena ſua: congregauit in rete ſuum.* Alios *hamo*, eſca coniecta capit: alios *ſagena*, (*ſagena cor eius*:) affectione illa prima fronte ſpirituali, &c. alios *rete*, lucro, &c. Piſcator quos hamo non capit, capit ſagena, & quos non poteſt ſagena, rete capit, &c.

Sed iam ex miſerabili hiſtoria, ſed vera, tentatoris aſtus, ac verſutias detegamus.

In Vit. Pat. p. 2. l. de pat. & fortit. Quidam ſæcularis erat adoleſcens habens patrem; & deſiderabat fieri Monachus: & dum multùm ſupplicaret patri, vt dimitteret eum conuerti, non acquieſcebat: poſtmodum rogatus à fidelibus amicis, vix acquieuit. Egreſſus Frater, introiuit Monaſterium: & factus Monachus, cœpit omne opus Monaſterij perfectè perficere, & ieiunare quotidie. Cœpit etiam, & biduanas abſtinere: ſimiliter autem ſemel in hebdomada reficere. Videbat eum Abbas, mirabatur, & benedicebat Dominum, in abſtinentia, & labore ipſius. Contingit autem poſt aliquod tempus, cœpit Frater ipſe ſupplicare Abbati ſuo, dicens: Rogo te, Abba, vt dimittas me, & vadam in eremum. Dixit ei Abbas: Fili, noli hoc cogitare: non potes ſufferre talem laborem propter tentationes Diaboli, & verſutias eius: & ſi contigerit tibi tentatio, non inuenies ibi, qui te conſoletur à perturbatione inimici, quæ tibi illata fuerit. Ille autem cœpit ampliùs rogare, vt eum permitteret abire. Videns autem Abbas eius, quia eum retinere non poterat, facta oratione, dimiſit eum: qui ad eremum perueniens, ac reſpiciens, vidit arbores palmarum, & fontem aquæ, & ſpeluncam, & dixit: Ecce locus, quem mihi parauit Dominus. Et ingreſſus cœpit ſedere in eo iumens cibum dactylorum, & de fonte aquæ bibens: & fecit ibidem annos ſex, neminem videns.

Diabolus vt etiam bona ſuadendo, Monachum à cella extrahit. Ecce vna die venit ad eum Diabolus in ſimilitudine cuiuſdam Abbatis ſenioris, habens vultum terribilem. Videns autem eum Frater ille, timuit, & procidens in oratione, ſurrexit: & dicit ei Diabolus: Oremus iterum, Frater. Et cùm ſurrexiſſent, dixit Diabolus: Quantùm temporis habes hîc? Et reſpondit: Habeo ſex annos. Dicit ei Dæmon: Ecce te vicinum habui: & non potui cog-

A noſcere, niſi ante dies quatuor, hîc habitares: & ego non longius à te habeo Monaſterium: & ecce anni ſunt vndecim, quòd de Monaſterio non exiui, niſi hodie, quia cognoui, quòd hîc mihi in vicinio habitares, & cogitaui mecum, dicens: Vadam ad hominem Dei iſtum, & cum eo conferam, quod poteſt prodeſſe ſaluti animæ meæ. Et hoc dico Frater, quia, nihil proficimus, ſedentes in cellis iſtis: quia Corpus, & Sanguinem Chriſti non percipimus: & timeo, ne efficiamur exteri ab eo, ſi nos ab hoc myſterio elongauerimus. Sed tibi dico, Frater, ecce hinc tribus milliaribus eſt Monaſterium habens Presbyterum: eamus ergo Dominico
B die, aut poſt duas hebdomadas, & accipiamus Corpus, & Sanguinem Chriſti, & reuertamur ad cellas noſtras. Placuit Fratri illa ſuaſio: & veniente die Dominico, ecce Diabolus venit, & dicit: Veniamus, quia hora eſt. Et exeuntes perrexerunt ad dictum Monaſteriũ, vbi ille Presbyter erat, & ingreſſi Monaſterium, miſerunt ſe in orationem: & exurgens ab oratione Frater ille, reſpiciens, non inuenit, qui adduxerat eum. Et dixit: Quò putas perrexit? num ad commune neceſſarium ambulauit? Et cùm diu ſuſtineret, non venit: poſtmodum autem exiens foras, requirebat eum: & cùm non reperiſſet, dixit ad Fratres loci illius, rogans eos: Vbi eſt Abbas ſenex ille, qui mecum ingreſſus eſt in Eccleſiam? Et dicunt ei: Nos neminem vidimus
C alium, niſi te tantùm. Tunc cognouit Frater ille, quia Dæmon fuiſſet, & dixit: Cùm qua argutia Diabolus eiecit me de cella? Sed tamen non pœnitet me, quia ad opus bonum veni: percipio Corpus, & Sanguinem Chriſti, & ſic reuertar in cellam meam.

Poſt Miſſas volentem reuerti tenuit eum Abbas Monaſterij illius, dicens: Niſi refeceris, non dimittemus te. Et cùm percepiſſet cibum, & regredi vellet in cellam ſuam; ecce iterum venit Diabolus in ſimilitudine cuiuſdam iuuenis ſæcularis, & cœpit eum reſpicere à ſummo capite vſque ad pedes, & dicere: Ipſe eſt iſte, non eſt hic. Et cœpit eum conſiderare, & dixit ei Frater: Quem ſic reſpicis; At ille ait: Puto, non me cognoſcis? tamen poſt tantum temporis me debes cognoſcere? Ego ſum *Vt deceptum primò, decipit etiam ſecundò.*
D vicinus patris tui, filius illius. Quomodo autem? Non eſt dictus pater tuus tali nomine: ſic & mater tua tale nomen non habuit? & tu ſic non vocaris? & mancipia illa, & illa, ſic non ſunt dicta? Mater verò tua, & ſoror tua ante tres annos mortuæ ſunt. Pater autem tuus modò defunctus, & te fecit hæredem, dicens: Cui habeo dimittere ſubſtantiam meam, niſi filio meo, viro ſancto, qui reliquit ſæculum, & abiit poſt Deum? Ipſi dimitto omnia bona mea. Modò autem, qui timet Deum, & ſcit, vbi eſt, dicat, & veniens diſtrahat, & eroget pauperibus pro anima mea, & ſua. Et perrexerunt multi requirentes te, & minimè inuenerunt. Ego autem veniens ex occaſione propter quoddam opus, te
E hîc cognoui eſſe. Vnde non facias moras: ſed veni, & vende omnia, & fac ſecundùm voluntatem patris tui.

Vt ergo à longè verſutiarum telam orditus eſt? Cant. 2. Bern. ibid. *Capite, capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* Bernard. Vulpes tentationes ſunt. Porrò tentationes diuerſæ ſunt pro temporum diuerſitate. Et initiis quidem noſtris, tanquàm nouellarum teneris floribus plantationum, in euidenti vis algoris incumbit, cuius meminimus in ſermone altero, & incipientes ab hac peſte cautos reddidimus. Iam verò proficientium ſanctorum ſtudiis minimè

quidem

quidem se se opponere contrariæ virtutes apertè audent;sed solent ex occulto insidiari, quasi quædam fraudulentæ vulpeculæ:specie quidem virtutes;re autem,vitia. Quantos, verbi gratia, ingressos vias vitæ,progressos ad meliora, super semitas iustitiæ,benè,secúréque proficientes,fraude (proh pudor!) vulpium harum turpiter supplantatos expertus sum,& serò in se virtutum suffocatos plangere fructus. Vidi ego hominem currentem benè: & ecce cogitatio(quidni vulpecula fuit?) Quantum, inquit, bonum, quo solus fruor:si essem in patria,possem vtique impartiri fratribus,& cognatis nostris,& amicis!

Amant me, & facilè acquiescerent suadenti. *Vt quid perditio hæc?* Vado illuc, & saluo multos ex illis, & me pariter. Nec verendum in loci mutatione.Etenim, dum benè faciam, quid interest, vbi,nisi quòd illic procul dubiò satiùs,vbi fructuosiùs degam? Quid plura?It,& perit miser,non tam exul ad patriam,quàm canis reuersus ad vomitum: & se perdit infelix, & suorum acquisiuit neminem.En vna vulpecula;ista, videlicet, frustratoria spes, quam habuit in acquisitione suorum. Potes tu quoque per te ipsum, in te ipso alias, atque alias similes huic inuenire, seu aduertere, si non negligas.

Tentationibus mera voluntate succumbimus.

PVNCTVM XXXVI.

IN omnibus tentationibus, quibus Seruatorem nostrum tentator aggressus est, apparet quidem magna audacia: vis autem parua: non enim vi- Matth.4. deo hic nisi suggestionem: *Dic: adora me: mitte te deorsum.* Nullam hic video violentiam. Cur saltem digito non impellis, vt cadat?Ah! facultatem non habet, inquit D.Hier. Persuadere potest, præcipitare non potest. Non intendit miser, nisi Dei offensam:si præcipitaret, corpus offenderet, non animam:vt verò animam præcipitet, suggestione ingrediatur, oportet;vt scilicet,volens, ac libens anima ipsa præceps ruat.

Gen.3. Sic egit cum primis parentibus, quos præcipites se dare ex altitudine status sui fuasit;non ipse impulit,&c.Et sicut hinc satis apparet debilitas ini- Bernard. mici,qui,vt ait Bernard.non vincit nisi volentem; sic apparet debilitas excusationis nostræ, cùm nostra peccata damus tentationi.

1.Reg.17. Quid est, quòd Gigas ille horribilis non irruit in Dauid, non enim oppressit, non dilacerauit? sed nec tetigit quidem,sed stetit, sed ad singulare certamen solum lacessiuit?Alligatus est fortis, inquit D.Aug.ser. 197. de tem. Aug. alligatus est Diabolus. Sed dicet aliquis: Si alligatus est, quare adhuc tantùm præualet? Verum est, Fratres charissimi:quia multùm præualet: sed tepidis,& negligentibus, & Deum in veritate, non timentibus dominatur. Alligatus est enim tanquàm innexus canis catenis,& neminem potest mordere,nisi eum, qui se illi mortifera securitate coniunxerit.Iam videte, Fratres, quàm stultus est homo ille,quem canis in catena positus mordet: tu te illi per voluptates, & cupiditates sæculi noli coniungere; & ille ad te non præsumet accedere. „ Latrare potest; sollicitare potest: mordere om- „ ninò non potest nisi volentem: non enim cogen- A do,sed suadendo nocet:nec extorquet à nobis consensum,sed petit. „ „

Peccatum nascitur ex voluntate:adeò enim voluntarium est, vt idem ait August. vt, si volunta- Iudic 6. rium non sit, peccatum non sit. Obfirmate volun- Hebr. tatem, nec est, quòd timeatis. Subeat memoriæ Samson,de quo iam toties dictum est. Ligate eum quoquo modo vultis,funibus,neruis, &c. semper Samson,Heb.qui vim non patitur: donec etenim noluit, nec exercitus Philisthæorum in eum præualuerunt:sed mox vt dedit manus, vt captus amore posuit voluntatem in sinu Dalilæ, miser periit. Omnes Samsones sumus, Fratres: vim non patimur:implicat arbitrium cogi:si nolumus,Infernus totus præualere non poterit.

B *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum, quia neque vita, neque mors,&c. neque Angeli, neque Principatus, neque potestates, neque altitudo, neque profundum.* D. Thomas per Angelos,Principatus,& Potestates,Principes tenebrarum intelligit:per profundum, Infernum, &c. q.diceret:Nihil me à Christo, nisi meamet voluntas separare potest. Rom.8. D.Thom. ibid.

Caueamus hoc loco loco non dici liberum arbitrium ex se, suisque solis viribus;sed à gratia adiutum posse omnes tentationes respuere. Probat id fusè Vasquez ex Scripturis,Patribus,& Conciliis: at gratia semper adest. Vasq.q.z. disp.189.

C Exclamabat Paulus: *Infelix ego homo*, &c non quia consentiret;sed, quia sentiret, &c. & alibi: *Datus est mihi stimulus carnis meæ*, ad premendam superbiam,inquit D.Hieron. qui eum colaphizabat,ac diuexabat die,ac nocte: *Stimulus carnis: Sudes*,legit Tertul.hoc est,palus præacutus, spiculum, aculeus.*Stimulus carnis meæ*,Græc.*Carni meæ*,videlicet,impressus,& infixus. Syrus, *Stimulus in carne mea.* O tormentum, quo animæ Dei amanti grauius nihil!Vnde pluries rogauit: Domine,aufer à me,&c.*Vt auferretur à me.* Græc. *Vt desisteret.* nam nunquam cessabat,&c.Cui Dominus: *Sufficit tibi, ô Paule,gratia mea.* Rom.7. 2.Cor.12. Tertull.lib. de fuga. c.1. Græc. Syriac. Græc.

Hoc & suprà: *Sed in his omnibus superamus*, Græcè: *Superuincimus*, plusquam victores sumus *propter eum.* Syriacè, *per eum*, id est, per auxilium D gratiæ Christi. Rom.8. Græc. Syriac.

Idem ad Corinth. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari super id, quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione prouentum,vt possitis sustinere.* Græc. *Facit etiam exitum.* Alij,*Euentum*: vt possitis sustinere,propriè ex Græco, ita sustinere,vt supersint adhuc vires ad plus aliquid sustinendum. Semper adest gatia:adsit, adsit voluntas. Maiorémne vos tentationem patimini quàm passus sit castissimus ille iuuenis, qui colligatus, & ab impudicissima meretrice contrectatus, exosculatus, præcisam morsu linguam in osculatis se faciem expulit?Narrat Hieron.sic alium de Malco Monacho captiuo, qui cùm fuisset compulsus esse cum muliere, quacum captiuus factus est, idemmet postea ad Hie- E ronymum:Vos narrate posteris,vt sciant inter gladios, & inter deserta, & bestias pudicitiam nunquam esse captiuam;& hominem Christo deditum posse mori,non posse superari. 1.Cor.10. Græc. Alij. D.Hier.in Vita Pauli. Item in Vita eiusdem Malci.

Ita est,Fratres,ita profectò est.Ex hoc corpore nunquam me pellere poteritis, (dixerunt Dæmones ex ore puellæ, quæ Sancti Vincentij Ferrerij amore capta,impudicissimè ad se se prostituendam dum in lecto decumberet, ante castissimos eius oculos totam se extemplò nudauerat,) nisi huc Sur.in Vit.l. 1. c.12.

venerit

venerit ille, qui in medio ignis positus, non potuit igne comburi.

Sac. in Vita. Sic & Sanctissimus P. Philippus in persimili tentatione positus, ea immisso e gradibus scamno ab impudica illa potuisset quidem mori, non potuit superari. Sed ad Scripturam reuertamur.

2. Mach. 6. Sancti illius Eleazari tentatio redeat in memoriam, de quo dicitur, quòd aperto ore compellebatur carnem manducare; non solùm, scilicet, persuasionibus, sed ipsius oris apertione, ac vi compellebant illum manducare; carnem, nimirum, in os eius violenter apertum coniiciebant, quò manducaret: at ille: *Non faciam*, inquit, *non faciam*. non manducabo. Sicque ingestam carnem expuebat.

B Voluntas efficax, ac verè deliberata cum Dei gratia omnes vincit tentationes. Ignaui est tentationes adeò formidare, vt impossibile putet resistere, vnde mox ille cedit, ac succumbit. De quibusdam, visa bestia simili pardo cum pedibus vrsi, & ore leonis dicitur, quòd mox adorauerunt bestiam dicentes: *Quis similis bestia? & quis poterit pugnare cum ea?* At quinam hi meticulosi fuisse dicuntur? *Quorum*, inquit, *non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni*. Hi cùm offendunt in grauem aliquam tentationem, viribus, & animo consternati, tentationi succumbunt, se séque excusant: Quis resistere potest? quis pugnet cum bestia? Vox nebulonum est. Nequeo obluctari: resistere non valeo. Ille impotens ita se excusat: sic me aggreditur ira, vt resistere nequeam. Quis poterit pugnare cum bestia? quis leonem hunc frænare potest? Ille viso sensualitatis vrsu, bestiam adorat, &c. *His, hic*, subdit D. Ioan. *est patientia, & fides Sanctorum*. Tentatio, nimirum, est lapis Lydius ad comprobandam patientiam, ac fidem.

Apoc. 13.

1. Ioan. 3. De iusto inquit D. Ioannes: *Non peccat, neque peccare potest*. Quid hoc sibi vult? impeccabilisne est? Non certè ex se: sed vnde? *Quia semen Dei manet in eo*; gratia, scilicet, cui ipse cooperatur, qua sic resistit, vt omnes tentationes vincat, vt in hoc sensu, nimirum, composito, vt schola loquitur, fiat impeccabilis. Sic Aug. Qua gratia sunt filij Dei, non vtique peccant: vt sic, & formaliter addit Caiet. neque peccare possunt; intellige, de potentia dispostia, & propinqua, non remota.

D. Aug. cõtra duas ep. Pelag. lib. 3. c. 3. Caiet. in 1. Ioa. 3.

Nos ergo, Fratres, non excusemus; sed intelligamus, nos ob id peccare, quia volumus: si enim non vellemus, non peccaremus. *Hic est patientia, & fides Sanctorum*, hoc est, fidelitas Sanctorum. Vt fideles in tentationibus Sancti sub tot occasionibus, impatientiæque irritamentis, impertinentissima vxore, relicta arte Diaboli ad impatientiam, &c. vt ne *Stultum quid contra Deum locutus est*? Tobias item in summa afflictione cæcitatis, vt tolerauit vxorem? Monica, mater D. Augustini, vt tolerauit maritum? Sancti non secùs ac nos tentati, imò acrius nobis; sed fortiores, sed constantiores, sed fideliores nobis fuerunt.

1. Cor. 10. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari super id, quod potestis*. Tribuit hoc auxilium Apostolus fidelitati Dei: cùm enim in Baptismo nomen dederimus militiæ Filii sui contra mundum, Diabolum, carnem; promisit ille nobis auxilium, quo dimicaremus, ac vincere possemus tentationes; omnes: quasi diceret: Eia nunc militea, cùm tempus aderit, pugnate: ego vobis semper adero; semper auxilium præstabo, idque spondeo *Fidelis Deus*, &c.

Hinc Tertull. Orig. & Chrys. Deum appellant, agonothetem: quia mensuret luctantium vires,

A nec permittat Diabolum excedere, &c.

Vt propterea accurrit Deus, cùm quis ob vehementem tentationem est in periculo delinquendi. Exod. 3. *Vidi afflictionem populi mei*. Vnde infrà gemebundi: *Palea non dantur nobis, iniustè agitur contra populum tuum*. Chald. *Peccat super eos populus tuus*. Alij: *En peccatum populi tui*. quasi dicerent: Tanta nos premit afflictio, vt faciat proximos peccato. Mox ait Dominus: *Descendi, vt liberem*, &c. Mòaque Moysem vocat: *Veni nunc, mittam te ad Pharaonem, & nunc videbis*, &c. Sic, sic opportuè adest, & dum crescit tentatio, crescit auxilium, quod est: *Faciet cum tentatione prouentum*. ex Gagnæio, id est, fortes, & ferre valentes; & Caiet. non solùm non sinet nos tentari supra vires; sed adiiciet hoc, quòd faciet cum tentatione euentum, vt possitis sufferre; hoc est, sed adiuuabit, vt possitis sufferre tentationem.

Exod. 3. Chald. Alij. Exod. 6. Græc. 1. Cor. 10. Gag. & Caiet. ibid.

B Sed credite, Fratres, infirmatus modò Diabolus est.

Qui fecit eum, applicuit gladium eius. Ligauit ei, scilicet, gladium in vagina: vnde rabidus pro suo arbitratu euaginare non potest.

Iob. 40.

Inermis est, à Christo Domino exarmatus. *Expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in semetipso*. In cuius terrypum, postquàm Dauid cepit vrbem *Rabba*, quod est Hebraicè, *iurgum*, siue *impugnatio*, *tulit diadema Regis eorum de capite eius*; vel, vt habetur 1. Paralip. 20. *Tulit coronam Melchom*: (quod est, *consiliator eorũ*,) *de capite eius, fecitque sibi inde diadema*.

Coloss. 2. 2. Reg. 12. Hebr. C 1. Paral. 20.

Nec solùm diademate, sed etiam sceptro Diabolum spoliauit. *Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian*. Ibi Hier. Tu, Domine, atque Saluatorl, iugum oneris eius, id est, Diaboli, qui priùs exultabat in mundo; qui cunctis gentibus imperabat: qui grauissimo seruitutis iugo colla omnium deprimebat; & virgam, qua percutiebat vniuersos, & peccata sibi, quasi quoddam tributum reddere cumpellebat, dettaxisti.

Isa. 9. Hier. ibid.

Sic inuitus ex D. Antonio apud Athanasiũ fatebatur: *Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti*. En nullum habeo locum: nullam D possideo ciuitatem: nam mihi nulla sunt arma, &c. Quin ea in caput ipsius à Christo Domino retorta sunt. Vnde Vatab. vbi nos legimus: *Maledixisti sceptris eius*, transfert ex Heb. *Perforasti baculis suis caput eius*. Et rem explicans, subdit: Petemisti, perinde atque si proptiis telis perforasses caput eius.

Psal. 9. Habac. 3. Vatab.

Hinc vulneratus, exanimisque iacet, velut idolum illud ante Arcam, de quo primo Reg. *Caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen*. Vel, vt habent Septuaginta in Bibliis regiis, & Complutensibus: *Caput Dagon, & ambo vestigia pedum eius, abscissa super anteriora liminum, & ambæ iunctu. a manuum eius iacentes super limen*. Quod, nimirum, qui antrà circuibat terE ram, & deambulabat eam, nunc minimè moueatur; abscissisque manibus inermis, mutilatus, inutilisque iaceat *Confractus est Bel, contritus est Nabo*, seu, vt habent Septuag. *Contristatus est Dagon*, non solùm, videlicet, collapsus: sed etiam, vt ait Aug. deformiter confractus; nimirum, in centum partes, vt ait Author Mirabil. Scrip. vel inuentus est disfractis omnibus membris, vt inquit Eucherius. O confusum! ô impotentem!

1. Reg. 5. Sept. Isa. 46. Septuag. Aug. 10. de Ciu. 17. Author Mirab Script. l. 2. c. 7.

Hanc Diaboli imbecillitatem præuidens Propheta. *Quomodo*, aiebat, *confractus, est, contritus malleus vniuersæ terræ?* quam sententiam elucidans

Ierem. 50.

Orig. hom. 3. in Ierem. dans Origen. Christus, inquit, confregit malleum in deserto, cùm tentatus Dæmonem prostrauit: contritoré autem penitùs in passione. Hinc alius: Habac. 3. *Egredietur Diabolus ante pedes eius*; seu, vt alij Alij. transferunt, *Egredietur pruna*, seu *carbo ignitus*, seu *fugiet ante pedes eius*. vel ex Heb. vti transfert Symmac. Theod. Quin. Edit. Symmac. Theodotio, & Quinta Editio: *Egredietur volucris ante pedes eius*. Quòd, nimirum, vbi primùm Christus Dominus pedes suos Cruci affigi passus est; statim Diabolus pedes suos in fugam soluit; imò potiùs quodammodo alas assumpsit, vt fugam celeriùs maturaret. Quod etiam Isa. 27. Sept. Isaias præuidit, dum iuxta Sept. Diabolum serpentem fugientem appellauit. *Visitabit Dominus super Leuiathan serpentem vectem*. Sept. *Visitabit Dominus super Leuiathan, serpentem fugientem*. Ridendus itaque, ac illudendus.

Psal. 103. D. Aug. ibid. Id quod sibi volebat David: *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei* hoc est, ait Aug. vt homines ei illudant, & insultent. Illude Draconi, subdit Sanctus: ad hoc enim factus est Draco. In hoc Iob 40. D. Hier. ibid. Sept. sensu interpretatur Hier. illud Iob: *Nunquid illudes ei quasi aui? aut ligabis eum ancillis tuis?* seu, vt transferunt Sept. *Ligabis eum, tanquàm passerem puero?* quod etiam Isa. ait: *Delectabitur infans super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, mittet manum suam*. Itaque illudere ei possumus, & ligare, tanquàm passerem, si simplices fuerimus, pueri rationabiles sine dolo. Et hinc patet eorum confusio, qui non ligant eum vt passerem; sed ipsi potiùs per occasiones ligantur, Dæmonibus effecti ludibrio, &c.

D. Athan. in Vita Anton. Et certe Diabolus, vt etiam D. Antonius aiebat, hamo Crucis, vt Draco aduncatus à Domino est: capistro ligatus, vt iumentum: & quasi mancipium fugitiuum, vinctus circulo, & armilla labia perforatus, nullum omninò fidelium deuorare permittitur. Nunc miserabilis, vt passer, ad ludum infertius à Christo est: nunc comites suos, quasi scorpiones, & serpentes calcaneo Christianorum substratos gemit. Ille, qui vniuersa maria à se deleta plaudebat, ille, qui orbem terrarum manu sua teneri pollicebatur; ecce à vobis vincitur, & me aduersùm se prohibere non potest disputantem. Contemnenda est, filioli, penitùs cum inanibus verbis superba iactantia. Fulgor ille, qui lucere se simulat, non veri splendor est luminis; sed quibus assurus est, indicat flammas: nam dicto citiùs teccedens, suarum secum refert simulacra pœnarum.

Et infrà, Diabolum alloquens: Contra te, inquit, non is est secura congressio: quia infirmatus es à Domino. Ideò te tuis confoderis iaculi: quia minationem tuam non sequitur effectus. Quid si fallimur, cur cum textore simulato, cur magnitudine corporum nostram aggrederis fidem? Si voluntatem sequitur possibilitas, tantùm tibi velle sufficiat: is enim potentiæ mos est; non extranea fallaciæ adiumenta conquerere; sed sua virtute implere, quod cupiat. At nunc dum theatrali mutatione formatu, quasi rudem infantiam scenica literis simulatione deludere, exhaustas vires manifestius probas. Nunquidnam verus ille Angelus con-4. Reg. 19. tra Assyrios missus à Domino, aut populorum eguit societate, aut sonitus quæsiuit, aut plausus: & non potiùs tacitam exercens potestatem, centum octogintaquinque millia hominum sermone velocius, iuxta iubentis Domini prostrauit imperium? Vos ergo, cùm fragiles sitis viribus, perpetuus vos consequitur interitus.

Iob 1. At dicet aliquis: Cur Diabolus egrediens, Beati

A Iob omnem in ruinam impulit domum? Cur eius operibus penitùs dissipatis, parietum quoque fundamenta subuertens, vnum numerosæ sobolis coaceruauit sepulcrum? Cur ipsum ad extremum tibi vulneris nouitate percussit? Qui hoc opponit, audiat è diuerso: non Diabolum potuisse hoc, sed Dominum, à quo potestas aduersùm nos dupliciter datur: vel ad gloriam, si probamur, vel ad pœnam, si delinquimus. Quin potiùs ex hoc animaduertat, ne contra vnum quidem hominem Diabolum quidquam potuisse, si non potestatem accepisset à Domino: nullus enim, quod suæ ditionis est, ab alio deprecatur. Sed, quid Iob memoro, quem nec expertum potuit vincere? Sed nec contra iumenta quidem eius, nec contra oues suas sine concessa

B Dei proprium robur exercuit: sic etiam in Euangelio scriptum est: *Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum*. Matth. 8. Quomodo igitur, qui porcorum expetunt mortes, imaginem Dei hominem, & tam charum conditori animal, suo valebunt iure peruertere?

Magna, dilectissimi, aduersùm Dæmones arma sunt, vita syncera, & intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto: pertimescit Satanas rectè viuentium vigilias, orationes, ieiunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contemptum, humilitatem, misericordiam, iræ dominatum, & præcipuè purum cor erga Christi amorem. Nouit teterrimus coluber, ex præcepto Domini sub iustorum se iacere vestigiis, qui ait: *Ecce* Luc. 10.

C *dedi vobis potestatem calcare super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici*.

Testis sit virguncula illa Iuliana, quæ Diabolum Metaph. apud Sur. tom 1. 16. Februar. alligatum, & eiulantem per plateas trahebat.

Apoc. 20. Ligatus est ad mille annos. *Vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua: & apprehendit Draconem serpentem antiquum*, qui est Diabolus, & Satanas; *& ligauit eum per annos mille, & misit in abyssum, & conclusit, & signauit super eum*. Per mille annos D. August. & Greg. intelligunt totam hanc vitam: ligatus est, in abysso est, &c.

Idem in epist. *Vos ex Deo estis, filioli; & vicistis eum*; (hoc est, vincere potestis, si vultis;) *vicistis eum, quia maior est, quod in vobis est* (spiritus per

D gratiam inhabitans) *quam qui in mundo*, &c.

Hostis debilitatem inde educit Chrysol. *Dum* Chrys. serm. 97. *autem dormirent homines*, &c. Maximæ, inquit, infirmitatis indicium dormientibus irruisse. Insidiator in noctibus latitat, in diebus vigilantes fugit, appetit dormientes, &c. Hinc iuxta Sept. dicitur Iob 14. Iuxt. Sept. *Alytmyrmecoleon*, hoc est, leo, & formica: leo etenim est pauidis, at fortibus formica.

De remediis contra tentationes.

PVNCTVM XXXVII.

B ¶ Signum Crucis. In fronte Goliath percussus 1. Reg. 17. D. August. Ibid. 13. in fronte, inquit Aug. vbi Crucis signaculum non habebat.

Super montem caliginosum, (Diabolum montem per superbiam, caliginosum per suggestionis caliginem, quam menti infert) *leuate signum* (Crucis.) Isa. 30.

Pauebit Assur (Heb. *insidians*) *virga percussus*. Ibid. 8.

Leua clypeum contra Hai. Alij, *extende scilicet*, id Alij. est, hastam, *contra Hai*. Chrys. Si Crucem faciei tuæ Chrysost. hom. 55. in Matth. impresseris, nullus sceleratorum Dæmonum,

Speranza Scriptura felelia.

cùm hastam videat, qua lethale vulnus suscepit, congredi tecum audebit.

Iudic. 16. ¶ Sacra Scriptura. Samson mandibula (Scripturæ symbolo) profligauit exercitum.

Genes. 3. Hebr. ¶ Non disputare cum tentatione, & tentatore. *Cur præcepit vobis Deus?* Heb. & Chald. *Verúmne est, quod dixit? Nequaquam*, &c. Auctum est. Serpens, inquit Bernard. non fortior erat, sed callidior cunctis animantibus terræ. Vnde & ab interrogatione incipit, mentem mulieris explorans, sciens ingenio, non viribus laborandum. *Cur præcepit vobis Dominus Deus*, inquiens, *ne comederetis de ligno scientiæ boni, & mali?* Quæ respondit: *Ne forte moriamur.* Quod Deus pro certo posuerat; ista sub dubio supponit. Et audi ingenium, malitiámque serpentis: *Nequaquam*, inquit, *moriemini.* Deus affirmat, mulier dubitat, Satan negat: non oportet disputare.

Bern. in ser. de quadr. de bito.

Matth. 26. Chrys. serm. 43. ¶ Oratio. *Orate, ne intretis in tentationem.* Vbi Chrysost. In tentationem vadit, qui ad orationem non vadit.

Isa. 21. ¶ Pœnitentia, humilitas, & oratio. *Sicut turbines ab Africo veniunt, & de deserto vastitas venit, de terra horribili visio dura nunciata est mihi.* Ad hæc verba D. Ant. Patau. In turbine, Diaboli suggestio: in vastitate, cupiditas: in visione dura, carnis tentatio intelligitur. Quò fugiendum? quid agendum? Audi: *Propterea lumbi mei repleti sunt dolore, & angustia possedit me.* Pœnitenti, cùm visio dura nunciatur de terra horribili, lumbi eius replentur dolore, non delectatione. Sequitur: *Corrui, cùm audirem; conturbatus sum, cùm viderem; emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me.* Vir iustus, cùm audit Diaboli suggestiones, statim debet corruere in oratione: quia hoc genus Dæmoniorum non eiicitur, nisi per orationem, & ieiunium, *Conturbatus sum, cùm viderem*, vastationem cupiditatis mundanæ venientem. Et benè dicit: *Conturbatus sum.* Viro enim iusto cùm aliqua temporalium cupiditas vult arridere, ipse statim debet habere conturbatum animum, & vultum, ne eis arrideat. *Et emarcuit cor meũ* ab humore luxuriæ. *Tenebræ* mortis æternæ *stupefecerunt me*, cùm de terra horribili visio dura nunciata est mihi: sicut enim clauus clauum eiicit; sic timor gehennæ delectationem luxuriæ *Tenebræ* mortis æternæ *stupefecerunt me.*

Eccl. 9. Hugo Carens. ibid. ¶ Duodecim ex Hugone Carensi tentationum remedia, qui dum ad illa verba Ecclesiastis, *Melior est sapientia, quàm arma bellica.* duodecim quorundam stultitias in bello spirituali ostendit, totidem tentationum remedia docet. *Melior est sapientia, quàm arma bellica.* Quod (inquit Hugo) etiam in bello spirituali verum est. Multi enim habent bellica arma, id est, virtutes, quarum aliæ sunt arma protectionis, vt humilitas, patientia, mansuetudo; aliæ impugnationis, vt disciplina, quæ ieiuniis, vigiliis, cæterisque huiusmodi disciplinis carnem impugnat; pietas, quæ eleemosynis, velut lapidibus, Diabolum obruit; amor paupertatis, quæ contemptu, veluti gladio acutissimo, mundum interficit: multi habent hæc arma: qui tamen aliquando in bellis spiritualibus succumbunt propter insipientiam, quæ multiplex est.

Prima est, quando arma nimis onerosa sunt, & supra vires, ita quòd non sufficiunt ad portandum, vt sunt nimiæ psalmodiæ, nimiæ vigiliæ, nimiæ disciplinæ, nimiæ abstinentiæ, & huiusmodi, quæ certandi strenuitatem magis impediunt. Propter quod, & Dauid recusauit arma Saülis.

1. Reg. 17.

Secunda insipientia est, cùm ante pugnam non se armant; sed tunc primùm arma protectionis arripiunt, cùm iam fuerint vulnerati; & fiunt eis arma oneri, quæ priùs fuissent defensioni. Verbi gratia: cùm iam fuerint prostrati gladio detractionis; tunc primò volunt accipere clypeum humilitatis, vel patientiæ; tunc primò consilia quærunt, quibus hæc iacula repellere possint. Ante faciendum est. Vnde dictum est: *Fili, accedens ad seruitutem Dei*, &c. Eccli. 2.

Tertia insipientia est: quia ab illa parte, qua maior, & periculosior eis conflictus imminet, protegere se negligunt, & alibi, vbi nullus conflictus est, nullum periculum, omni sollicitudine se muniunt, tanquàm eis nullum aliud periculum immineret. Verbi gratia: cùm infestat spiritus luxuriæ, currunt ad eleemosynas, & orationes, quibus se muniunt; ieiunia verò, & vigilias, & peregrinationes, & huiusmodi, quibus maximè luxuriæ spiritus expugnatur, cùm eis iniunguntur, nullo modo recipere volunt: & ita contra luxuriam se muniunt armis, quibus contra alia pugnatur. Similiter auarus, cùm largitione eleemosynarum posset expugnare spiritum auaritiæ, qui eum impugnat, omninò largiri non curat; sed benè ieiunaret, & oraret. Similiter superbus frequenti vsu humilitatis posset expugnare aduersarium suum: & ipse lauare pedes fratribus, viliorem habere habitum, vltimus sedere, viliùs comedere, opprobria sustinere, omninò non curat; & tamen quærit consilium: qualiter posset aduersarium suum superare. Et in hoc consilio dando sæpè decipiuntur Confessores aliqui, qui arma, & medicamenta morborum spiritualium, vel commiscent, vel permutant; & ideò pereunt in manibus eorum.

Quarta insipientia est: quia differimus hostem percutere, dum paruulus est, & infirmus, & debilis: quia tunc de facili potest occidi. Paruulus est hostis in primo motu: debilis, quando adhuc est in sola cogitatione: infirmus etiam est, quando nondum exhibuimus membra nostra arma iniquitatis peccato, vt legitur; id est, quando peccatum nondum venit ad opus. Occidẽdus est ergo hostis, dum paruulus, & debilis, & inermis est, ne posteà fortior nobis efficiatur. Vnde Sponsa: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* Et Psalmista: *Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram.* Rom. 6. Cant. 2. Psal. 136.

Quinta stultitia est, quòd statim vbi congressus imminet, & iacula præsentimus, prorsus arma nostra reiicimus, quibus poteramus nos tueri. Verbi gratia: cùm iaculum detractionis, aut contumeliæ aliquis in nos iaculauerit; statim patientiam, & humilitatem, quæ velut clypeus opponenda fuerant, abiicimus. Vnde Philosophia dixit Boëtio: Talia tibi contuleramus arma, quæ nisi priùs reiecisses, inuicta te firmitate tuerentur.

Sexta stultitia est, quòd nostros adiutores agnoscentes, aduersùs eos toto studio, & totis viribus pugnamus. Verbi gratia: Contradictiones, & persecutiones, & contumeliæ, & cætera huiusmodi, pro nobis sunt, quasi succursus à Deo missus ad impugnandum hostes nostros. Etenim hostis noster est proprius sensus, ad quem debellandum mittit nobis Dominus contradictores. Item, hostis noster est propria voluntas, ad quam expugnandam mittit Dominus contumelias, ignominias, persecutiones. Hæc omnia pro nobis sunt in prælio, quandiu coram Deo sumus, quia illa sunt à Deo. *Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honestas à Domino Deo sunt.* Cùm igitur aduersùs huiusmodi repugnamus, contra adiutores nostros pugnamus; & quibus Eccl. 11.

gratias

gratias agere debemus, imò pretio magno conducere, (sicut legitur quidam fecisse in Vitis Patrum) eos prosequimur, & repellimus, tanquàm hostes. 1. Reg. 8. Legitur quòd Thou, Rex Emath, misit ad Dauid Ioram, filium suum, vt gratias ageret ei, eò quòd expugnasset Adareser hostem suum. 4. Reg. 16. Similiter legitur, quòd Achaz, Rex Iuda, misit ad Theglathphalasar, Regem Assyriorum, aurum, & argentum, quod inueniri potuit in domo Domini, & in thesauris regijs, vt expugnaret pro eo Regem Syriæ, & Regem Israël. Sic & sapientes faciunt adhuc, persecutores suos, quasi propugnatores suos, benedicunt, & conducunt. Et hoc docuit Matth. 5. Dominus: *Diligite inimicos vestros: benefacite his,* Rom. 12. *qui oderunt vos: orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Benedicite persequentibus vos, benedicite, & nolite maledicere.* B

Septima stultitia est, cominùs pugnare cum hoste, cui ex nostra propinquitate robur accrescit, & ex elongatione deficiunt vires. Sicut accidit in fornicatione, & in similibus vitiis voluptatum, 1. Cor. 6. quæ fugiendo vincuntur. Vnde 1. Corinth. 6. *Fugite fornicationem.*

Octaua stultitia est: quia non contraria contrariis curare volumus, sed similibus. Aqua nolumus pugnare contra ignem; sed igne: hoc est, non mansuetudine, sed ita contra iracundiam aliorum pugnamus; cùm tamen scriptum sit, quòd contraria Rom. 12. contrariis curentur. Vnde Apostolus: *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.*

C Nona stultitia est, clypeo iam perforato se protegere: quod multi faciunt, qui malorum exemplis peccata sua vel excusare, vel defendere conantur.

Decima stultitia est, de aliena morte fiduciam viuendi sumere; & inde minùs arma, & gladios formidare: & non cernimus maiores cecidisse. Hac stultitia laborant multi, qui malorum exemplis armantur ad vitia. Dicunt enim: Hoc fecit, vel facit talis magister, vel talis Prælatus: quid ergo mirum, si ego idem facio?

Vndecima stultitia est, in repugnando contra hostem laborare, cùm possimus eum gloriosiùs, & securiùs sine ictu superare. Verbi gratia: Tantummodo patienter sustineamus: quicquid mali nobis fit, aut dicitur; & non vindicemus nos. D Exod. 14. De quo Exod. 14. *Vos tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis.* Luc. 21. Et hoc est, quod Dominus dixit Apostolis: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

Duodecima stultitia est, te ipsum hostili gladio spontaneè transuerberare: neque enim hoc potest hostis, nisi tu ipse gladium eius in viscera tua 1. Reg. 31. morosa cogitatione, aut delectatione, aut consensu, aut opere impegeris. Volens gladium, voco cogitatum, quem per suggestionem cordi tuo applicat Diabolus, non habens potestatem vlteriùs impingendi; nisi tu ipse in gladium irrueris, sicut fecit Saul. Subtrahe igitur cor tuum, & cadet E gladius, & tu illæsus remanebis, imò quasi victor coronaberis à Domino. Exemplum de hoc in Vitis Patrum, de illo, qui nocte vna septem coronas meruit, propter septem cogitationes, quas à se repulit. Has duodecim stultitias sola sapientia curat, quod non faciunt omnia arma bellica per se. Et ideò rectè dicit Salomon: *Melior est sapientia, quàm arma bellica.*

Speranza Scriptura selecta.

De oratione tribulatorum.

PVNCTVM XXXVIII.

ERat quondam Dauid, vt sæpè, in maximis tribulationibus, vt habetur ex titulo Psal. 101. Psal. 101. *Oratio pauperis, cùm anxius fuerit, & in conspectu Domini fuderit precem suam.* vel ex Heb. Hebr. *Cum mœrore animi cruciabitur,* vel *operietur*, vel *inuoluetur*, *cùm angustiis afficietur*, vel *torquebit se se*, *cùm con-* Græc. *strictus erit, redactusque in angustias.* Græc *Cum acediatus fuerit*, vel *cum labore orat*; & ait: *Domine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.* B sequitur: *Non auertas faciem tuam a me.* Qui fieri potest, vt hæc sit oratio pauperis in anxietate cordis positi, vt ab eo auertat Deus faciem suam? Auertit; sed, vt tribulatus oret, vt clamet: nam tandem non poterit Deus non respicere, & exaudire. D Hier. Vnde subditur: *Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum.* Vel, vt habet alia lectio ipsa iam vulgata vulgatior, *Respexit in orationem cicadæ* quæ, scilicet magis occinit, quò magis ardet: vnde dixit ille: Silet, dum non ardet. Quo intelligas, quòd in ardoribus, ac flammis tribulationum qui orat, exauditur *Respexit in orationem cicadæ.* Alij. Alij. *In orationem myricæ*, herbæ amarissimæ. Caiet. Caiet. *In orationem suspirantis.* Chald. Chald. *In orationem desolatorum.* Hinc ibidem: *In quacunque die tribu-* C *lor, inclina ad me aurem tuam,* &c. q. d. Tu contribulatos exaudis.

De tribulatione. Psal. 117. Hebr. Hebr. *De angustia inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine Dominus.* Vbi Lorin. Lorin. Exaudiri in latitudine, est ex angusto quasi Cant. 2. loco in latum transferri.

Vox turturis audita est in terra nostra. Turtur symbolum est tribulatorum, ac gementium, cùm gemitum habeat pro cantu. Psal. 73. *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.* Hebr. Heb. *Ne tradas bestiis animas turturis tuæ,* &c. Deut. 4.

Hinc Moyses: *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* quod Onckelus Onckelus. ita legit: *Quis est populus magnus, cui Deus ita ap-* D *propinquet, vt suscipiat orationem eius in tempore tribulationis; sicut ipse Dominus Deus noster in omni tempore, quo nos oramus?*

Psal. 136. Hoc sibi voluerunt pauperes illi Israëlitæ ducti in captiuitatem, dum nihil aliud ad suum solamen arripuerunt, quam organa musica: non aurum, non argentū, non gemmas pretiosas; sed organa musica arripuerunt, ac secum tulerūt: vt ab eo, scilicet, qui tribulatos exaudit, in ea tribulatione exaudirentur.

In maximis tribulationibus iustis præsidium est solamen orationis. Hoc remedio in tot, tantisque ærumnis sibi relicto solabatur se Iob: Iob 19. *Et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos,* hoc est, in- E ter tot ærumnas hoc solum mihi solatium relictum est, vt labiis vti valeam, vt paulisper orare possim: quo certè remedio dum vti possum, non funditùs, nec omninò perij.

Hect. Pint. ibid. Ezech. 41. *Et hostium lateris ad orationem: ostium vnum ad viam Aquilonis* (tribulationum, *& ostium vnum ad viam australem* (prosperitatum.)

Maximi amoris vnicum est argumentum, in aduersitatibus non amittere confidentiam in Deum; sed crescentibus tribulationibus orationem orationi addere. De hoc tali dici potest: Cant. 1. *Botrus Cypri, dilectus meus.* quod alij transferunt: Alij. *Racemus*

camphoru, dilectus meus. Camphora accenſa vel in ipſa aqua ardere perhibetur : talis autem debet eſſe anima, quæ Deum amat, vt nec aquæ multæ tribulationum extinguere valeant charitatem, nec flumina aduerſitatum obruere.

Lippoman. Gen. 32. Lippom. in illud quod dicitur de Iacob: *Perterritus diuiſit populum.* Ideò, inquit, timere, & anguſtiari permiſit iuſtum Deus, vt oraret ardentiùs. Idem notat Caiet. in illud, quod ſubditur: *Remanſit ſolus*, vt, ſcilicet, commendaret ſe, & ſuos Deo, ſollicitatus ad orandum timore Eſaü.

Dum in aduerſitatibus confugiunt homines ad Deum, in neceſſitate quodammodo opem ferendi ponitur Deus. In Paral. pulcherrima hiſtoria: 2. Paral. 20. *Congregati ſunt filij Moab, & filij Ammon ad Ioſaphat, vt pugnarent contra eum; veneruntque nuncij, & indicauerunt Ioſaphat dicentes: Venit contra te multitudo magna*, &c. Quid agere tunc poterat Rex iſte? quodnam conſilium capere? *Totum*, inquit ſacer Textus, *ſe contulit ad rogandum Dominum*, ad arma confugit orationis? Alius ſe totum contuliſſet ad congregandum exercitum, ad munitiones parandas, &c. hic totum ſe contulit ad rogandum Dominum: *Domine Deus patrum noſtrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis gentium: in manu tua eſt fortitudo, & potentia. In nobis non eſt tanta fortitudo, vt poſſimus huic multitudini reſiſtere: quæ irruit ſuper nos: ſed, cùm ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.* Mox iuſſu Dei Propheta: *Hæc dicit Dominus vobis: Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem: non eſt enim veſtra pugna, ſed Dei.* q. d. Antequàm Rex veſter oraret, ô Iſraëlitæ, veſtra erat pugna: nunc non eſt veſtra pugna; ſed Dei, in neceſſitate (ſic dixerim) iam ab oratione poſiti opem ferendi. Et quò conſtaret auxilium totum ſitum in oratione, ſubditur ibi: *Et ſtatuit cantores Domini, vt laudarent eum in turmis ſuis, & antecederent exercitum, ac voce conſona dicerent: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam*, &c. *Cùmque cœpiſſent canere, vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos, & mutuis conciſaœre vulneribus.*

Exod. 14. Hoc idem olim: *Cùmque appropinquaſſet Pharao, leuantes filij Iſrael oculos ſuos, viderunt Ægyptios poſt ſe, & timuerunt valdè, clamaueruntque ad Dominum* quibus Moyſes: *Nolite timere: Dominus pugnabit pro vobis, & vos ſilebitis.* Et vix Moyſes genuflexerat, cùm Dominus ait: *Quid clamas ad me?* O quàm ſecurus, qui in tribulationibus totum ſe confert ad rogandum Dominum!

Pſal. 67. *Si dormiatis inter medios cleros*, inquit Propheta, *pennæ columbæ deargentatæ*, &c. Hunc locum ingeniorum crucem appellat Geneb. Communis expoſitio fundatur in lectione, quam idem Geneb. Geneb. Alij ex Græc. Alij. Titel. Aliique afferunt: *Si dormiatis inter medios ſortes.* Alij, *inter medios choros.* hoc eſt, ſi mente inter Angelos; ſi hîc mente, & corpore inter choros orantium conuerſemini. *Pennæ columbæ deargentatæ*, id eſt, proculdubiò ad euadenda diſcrimina diuini auxilij pennæ dabuntur vobis.

Act. 12. Vt erat ſecurus Petrus? vt dormiebat in vtramque autem inter medias furies? Qui fieri poteſt, vt tam profundè dormiat vinctus catenis: *Oratio*, nimirum, *fiebat ab Eccleſia ad Deum pro eo.*

Hoc ſolo orationis præſidio muniebat ſe Dauid aduersùs tot inimicos, de quibus conquerebatur: Pſal. 68. *Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis: confortati ſunt inimici mei iniuſtè.* Nec ſolùm ab inimicis perſecutionem ſuſti-

A neo: ſed *extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.* Si quid negotij in rebus agendis; ſi quid aliquando litis occurrit, iuſtitiam apud homines non inuenio, *Aduerſum me loquebantur, qui ſedebant in porta: & quæ non rapui, tunc exoluebam.* Ipſi me iudices iniuſtè condemnant; quid remedij, ô Dauid? quid ſolatij in tot aduerſitatibus: *Ego verò orationem meam ad te, Domine*, ſupple, dirigebam: q. d. Inimici mei enſes in me ſuos educebant, lanceis ſuis in me veniebant, totis ſuis viribus in me inſurgebant: *ego verò orationem meam ad te, Domine.*

Iterum, cùm eum proprius filius Abſalom perſequeretur, in Pſal. cui titulus eſt: *Pſalmus David, cum fugeret à facie Abſalom filij ſui.* quaſdam ad Pſal. 3.
B Deum amatorias querimonias affatus dicebat: *Domine, quid multiplicati ſunt, qui tribulant me? multi inſurgunt aduerſum me.* Domine, tot me inſequuntur hoſtes, totus penè Iſraël ſequitur Abſalom. *Multi* (propterea) *dicunt animæ meæ: Non eſt ſalus ipſi in Deo eius.* hoc eſt, hac vice ſaluari non potero: quia vel proprius meus filius quærit, me regno, vitáque priuare: ſubditi penè omnes obedientiam denegant: quid agam, Domine? *Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte ſancto ſuo.* D. Hieron. ex Hebr. *Voce mea ad Dominum clamabo, & exaudiet me de monte ſancto ſuo.* D. Hieron. ex Hebr. q. d. Cùm orauero, ſecurus ſum: quia hoc ſolo orandi propoſito ſecurus conquieſcere poſſum. *Ego dormiui, & ſoporatus ſum.*

C Iacob fugiens a facie Eſaü, fratris ſui, in itinere Gen. 28. media in via ſomnum capit. Quid? dormis, & perſequitur te frater? Somnus hic fuit altiſſima contemplatio: *Et ecce ſcala*, &c. *Et Angeli deſcendentes, & aſcendentes.* q. diceret Deus: Relinquere cogeris, ô Iacob, terram tuam? en cælum. Tuus te frater perſequens deſerit? en Angeli, ſeu fratres deſcendentes in auxilium, & aſcendentes, vt tuas preces offerant: ſecurus es.

O quàm meliùs ſecuros nos ipſos redderemus, & eximeremus à periculis medio orationis! O quàm citiùs liberaremur ab aduerſitatibus, orantes ad Crucifixi pedes, quàm quoduis aliud agendo?

Erat afflictiſſima Anna illa in lib Reg. Orauit, 1. Reg. 1.
D & fleuit ante Dominum, & dicit ſacer Textus: *Vultúſque illius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati.* Alij.
Alij: *Non ſuit amplius mœſta.*

Oratio, lætitia eſt in aduerſitatibus. *Triſtatur* Iacob. 5. *quis in vobis? oret.* Sunt, qui, vanæ lætitiæ cauſa, fugiunt orationem: falluntur: orent, orent,

Lætificabo eos in domo orationis meæ. Iſa. 56.

Quæ verè vidua eſt, & deſolata? Quid agere de- 1. Tim. 5. bet, o Apoſtole? *Speret in Deum, & inſtet obſecrationibus, & orationibus nocte, & die.*

D. Hilarius ait, Dauidem adhuc paſtorem per D. Hilar. in princ. expoſ. Pſal. ea deſerta non ſemel melancholia laboraſſe; ſed paruo pſalterio, quod ſecum circunferebat, diuinas canendo laudes, melancholiam expuliſſe.

Quin, inquit Caſſiod. omnes penè pſalmos fuiſ-
E ſe compoſitos occaſione tribulationum.

Iob in tanta afflictione videns, quòd orando, Iob 3. Deúmque laudando conſolari ſe poterat, ſe ipſum increpabat: *Quare tacens conſumor?* q. d. Si orando ſolamen inuenio, cur non oro? Sicque ad Dominum conuerſus, *Voca me*, inquit, *& reſpondebo tibi.* aut certè, loquar, & tu reſponde mihi: quod totum fit in oratione. Nunc ſermo cum Deo habetur, nunc Deus auditur, &c. hîc tot dolore compreſſum aperitur, hîc paſſiones, hîc dolores

o rekuri:

miſcſcunt: *Quare tacins conſumor?*

Pſal. 141. In angoribus animi Dauid, *Effundo*, inquit, *in conſpectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuncio.* Hoc agebat Rex ille ſanctus in tot aduerſitatibus: ante Deum ibat, & ibi cor ſuum aperiebat, ſicque magis conſolatus abibat, quàm ſi eum hoc, aut cum illo tempus inani lætitia contriuiſſet.

Oratio, ceu aurora, tenebras preſſurarum, è corde depellit, cor mœſtum ſerenat. Habebat ille nebulam, tenebras, afflictionem; ponit ſe ſe in oratione: en aurora, quæ tenebras depellit; cælum animæ fit ſerenum; euaneſcunt tenebræ è mente, & corde, quaſi à facie abyſſi. Cuinam adſcribendus hic effectus? Certè orationi. Oſee: *Quaſi diluculum preparatus eſt egreſſus eius.* Pagnin. *Quaſi aurora preparatus eſt egreſſus eius.* Deus in oratione vocatus quaſi aurora illabitur cordi, tenebráſque depellit, &c.

Oſee 6. Pagnin.

Pſal. 31. Alij. ex Heb. *Pro hac orabat ad te omnis ſanctus in tempore opportuno: veruntamen*, &c. Alij ex Heb. *Oret ad te quiſque ſanctus eſt, quamprimum anguſtiam ſenſerit: & iam non tanget eum inundatio aquarum multarum.* Quaſi oratio ſit velut agger non ſinens aquas tribulationum impetu decurrere.

Ianſ. lib. de vitta coccin. D. Hier. Obſeruat Ianſen. in lib. quem inſcripſit de vitta coccinea, Saluatorem noſtrum, quoties aliquid pati debebat, toties oraſſe. Sic D. Hieron. obſeruat paſſionem cœptam, & completam oratione fuiſſe, vt intelligamus, quàm ſit neceſſaria oratio in tribulationibus, ac aduerſitatibus.

Pſal. 31. Alij. Hæc tantummodo erat ſolatio ipſi Dauid: *Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me.* Alij: *Tu es latibulum meum à tribulatione, qua obſides me.* q. d. tu me tribulationibus circundas: tu mihi obſidionem aduerſitatum ponis, vt ad te ſolum confugiam: ergo, *Exultatio mea* (lætitia mea) *erue me à circundantibus me.*

Ionæ 1. In maximis periculis hoc ſolum præſtans remedium, quod gubernator nauis ſuggeſſit Ionæ: *Quid tu ſopore deprimeris? ſurge, & inuoca Deum tuum.* Ideò, fratres mei, tempeſtates non ceſſant: ideò naufragamur; quia non ſurgimus, quia Deum noſtrum non inuocamus.

Ionæ 2. In mare proiectus vt orauit: *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, de ventre inferi* (magnorum, profundorum, & obſcurorum illorum viſcerum piſcis) *clamaui. Cum anguſtiaretur in me anima mea. Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea.* Non deſperant, vt multi in maximis anguſtiis: non iratos ſum Deo, vt reprobi: ſed recordatus ſum confugiendum, vt fieri poteſt, mente ad Deum.

Iſa. 26. Sept. Pagnin. Tribulatio eſt ſchola orationis. *Induſiſti genti, Domine, induſiſti: nunquid glorificatus es? Domine, in anguſtia requiſierunt te.* Sept. *In tribulatione: recordati ſumus tui.* Pagnin. *In anguſtia viſitauerunt te, effuderunt orationem: quoniam correctio tua fuit eis.* Qui orationem nec de nomine nouerunt, alieni, &c. in ſchola tribulationis ediſcunt, viſitant, &c. effundunt orationem. Forerius in noua editione: *Effundunt orationem*, hoc eſt, orationes aptè concinnant, totámque explicant dicendi artem.

Forer. in noua editione.

Pſal. 49. D. Auguſt. ad illa verba Pſal. *Inuoca me in die tribulationis.* Ad hoc enim (ait) permiſi diem tribulationis fieri tibi, vt inuocares me: quia fortè, niſi tribulareris, non inuocares me.

Speranza Scriptura ſelecta.

Digreſſio de Tribulationibus.

Quòd Deus maxima prouidentia tribulationes perpendit.

PVNCTVM XXXIX.

QVi ligat aquas in nubibus, vt non erumpant *pariter deorſum.* Ligat, nimirum, continétque in nubibus ſuæ diſcretiſſimæ prouidentiæ aquas tribulationum, vt non erumpant, &c. Hinc ex his nubibus modò ſoluit febrem; modò capitis, modò laterum dolorem: ſed non exoluit dolores omnes: continet aquas in nubibus, & non emittit eas, vt euertant terram. Sic modò exoluit rerum iacturam, modò filij amiſſionem, &c. ſed cataractas non aperit, vt non erumpant pariter deorſum, &c. Iob 26.

Turbo ille veniens ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, non à ſe ipſo directus; ſed ab animalibus oculatis; moderatus à manu ad nutum vocis ſupra firmamentum, ad quem nutum ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas: quò intelligamus, tribulationes, etſi ad Dei nutum volent, ad eindem etiam nutum, & præſcriptum ſiſti; nec poſſe equos præcipites, & in incertum nubem fulminibus grauidam deducere; ſed oculatè, & certò eò deferre, quò Dei manus, ſuáque diuina vox indicauerit, atque præceperit. Ezech. 1.

Vides, quoniam tu laborem, & dolorem conſideras, ad amuſſim, &c. Pſal. 9.

Iob: *Qui facit ventis pondus*, hoc eſt, flatibus perſecutionum modum imponit, inquit Caſſiod. iuxta illud: *Non patitur vos tentari ſuper id, quod poteſtis.* Iob 28.

Hinc Angeli illi in Apocalypſi ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent, cùm Deus eſſet terræ, maríque iratus. Apoc. 7.

Hinc ipſe Deus ſuis in manibus calicem tenens, cui vult, & quantùm vult ad amuſſim, ad ſcrupulum calicem propinat. Qui ad calicem bibit, quem alter tenet in manibus, ſtatim ac is manum remouet, nec guttam vlteriùs bibere poteſt. Sic, ſic, cùm Deus vult, vt ampliùs non bibas, calicem, quem porrigit, remouet: ſed cùm adhuc ad os tuum calicem tenet: cur læto animo non bibis? *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, vt bibam illum.* Pſal. 74.

Quid tu vides, Ieremia? Virgam vigilantem ego video. Mitum! virgam oculatam, non orbam, aut cæcam; ſed videntem? Sic, quia Deus benè videt, quem, & quantum percutiat. Ierem. 1.

Idcircò Dauid aſſimilabat eum vnicornio, non tauro: *Et dilectus, quemadmodum filius vnicornium.* Pſal. 28.

Duas faciunt huius animalis proprietates. Alteram, quòd vulnerando ſanet: dicunt enim cornu illud medicinale, & antidotum eſſe veneni: contrà verò cornu tauri lethale, ac venenoſum. Alteram verò, quòd oculos ſub cornu habeat, vt videat, quem petat: taurum verò oculos claudere, cornúque petere. O quàm verum vtrunque! *Ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt.* Hebr. *Ipſe vulnerans medetur*, &c. Vnde dici poſſunt plagæ Dei, plagæ vitales; non plagæ mortales, &c. Nec vulnerat clauſis oculis; ſed, *quemadmodum filius vnicornium*, apertis oculis, &c. Iob 5. Hebr.

Sap. 12. *Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti cum tanta cruciasti attentione, dans tempus, & locum, per quæ possent mutari à malitia; cum quanta diligentia iudicasti filios tuos?* O miram ad rem scripturam! Expende verba: *Cum tanta cruciasti attentione.* Græcè, *Cum tanta punuisti circumspectione*, eum adeo prouida ratione, & cura, & præmeditatione: quasi attenderes, ne modum excederes in pœnis, & quæ puniendis congruerent pœnæ, vt non læderent, sed iuuarent; vel sensim, ac paulatim irrogando attentus esses, ac veluti aures, animúmque applicares, ac admoneres ad eorum deprecationem, pœnitentiámve? *Cum quanta diligentia*; Græce, *Exacta, sollicita, exquisita, accurata diligentia, ac studio*: quomodò ex Latino, *tenacitate, ac parcitate*, Italicè, *risguardo, & riserua. iudicasti filios tuos.* O dulce! ô dulce consolationis argumentum!

Græcè.

Latin. ibid.

Tum iusto, tum peccatori insigne beneficium est tribulatio.

PVNCTVM XL.

Ioan. 15. *Absque synagogis facient vos.* Prædicit Dominus suis discipulis non honores, non opes; Zac 13. sed labores, & tribulationes. *Ducam per ignem, & vram eos, sicut vritur argentum: & probabo eos sicut* Tertull. *probatur aurum.* Hinc Tertull. Facit Deus transire electa per tormenta ignium, & suppliciorum, per martyria sic examinator a. Vt lubum transite, ac iterum transire fecit per tormenta ignium, & suppliciorum, & per martyria suæ fidei examinatorsia? Vt purum aurum, igne examinatum, purgatum septuplum, inuentum est? *An putas me aliter respondisse tibi* (hoc est, permisisse, ac immisisse tibi hæc omnia) *quàm vt appareas iustus?* hoc est, vndequaque perfectus, &c.

Ar peccatori quomodo insigne beneficium est tribulatio? Anima illa dispersa in Threnis, & aberrans à Deo, vt tribulationibus reuocatur? Septem Thren. 3. metaphoris eadem mens: *Ædificauit, inquit, in gyro meo: & circundedit me felle, & labore. In tenebrosis collocauit me. Aggrauauit compedem meum. Sed & cum clamauero, & rogauero, exclusit orationem meam. Conclusit vias meas lapidibus quadris: semitas meas subuertit.*

Primò, septo beneficiorum vallauit me: beneficiis me primùm quæsiuit: sanum, diuitem, nobilem, magnum fecit: cœlum, terram, mare, omnia pro me creauit: Angelos in custodiam dedit. Quid vltrà? *Ædificauit in gyro meo.* vt his circundatus beneficiis non egrediar ab amore, à lege, &c. Sed, quia beneficiis ingrata exiti, itáque abusa sum; reuoluit, (etsi semper in beneficium hæc beneficia,) reuoluit cœlum, & fecit æneum, &c. reuoluit terram, &c. vt pugnet orbis terrarum contra insensatum ad talem amorem. Vnde hæc beneficia venerunt? Sic Hier. Quid est ædificare in gyro, nisi vndique pressuris coarctare? Sic coarctat, dum sanitatem in infirmitatem, diuitias vertit in paupertates. honores in ignominiam, &c.

Thren. 3. Sequitur: *Circumdedit me felle, & labore.* hoc est, quocunque me verterem, fel, amaritudinem, tristitiámque propinabar *Cibabo eos absynthio, & potabo eos felle.* Vt omnia, scilicet, amarescant, quò ipse August. solus dulcis sit. Sic Aug. optabat: Peto, Domine, vt omnia mihi amarescant, vt tu mihi solus dulcis sis. Omnia felle, & afflictione respersa sunt tibi:

A vbique fel, vbique amaritudines. Nónne sentis, Deum velle te ab hisce mundi rebus abducere, ac instar paruuli ablactare? Magnum Dei beneficium, nullam hic reperire consolationem; ac non nisi fel, & afflictionem sentire. Sic Deus vniuersum stratum versat, inquit Greg. ad illa verba, *Vniuersum stratum eius, &c.* cùm omne, quod hic sibi parauit ad requiem, hoc est Deus mutat ad perturbationem. Sic *abominabilis fit ei in vita sua panis*; hoc est, consolatio omnis, vt exponit Greg. amarescit, vt ablactentur, &c. quò, nimirùm, hic nullam consolationem reperiens, properet, quò veræ consolationes, & gustus reperiuntur, hic moras non nectat, viam pro patria non diligat, &c. Quærit D. August. cur permiserit Deus tot incommoda, afflictiones, ac seruitutes filios Israël in Ægypto sub immani illa tyrannide Pharaonis? Respondet, vt faciliùs exirent ab Ægypto; nec medio in itinere redirent memores laborum, &c. qui tamen prima die redire voluerunt. Quid, si consolationes habuissent in Ægypto? Idcircò, Fratres, priuat nos omni gustu: deò circundat nos felle, & labore; vt euellamur ab hac Ægypto, &c. Ars diuinæ nutricis Ephraim, &c.

Psal. 40. D. Greg. 13. Mor. c. 5. Iob 33.

Exod. 14.

Præterea, *In tenebrosis collocauit me.* Vt hæ solent nutrices in tenebricoso aliquo cubiculo fastidiosum paruulum concludere, quò post à quietus sit timore tenebrarum: sic timorem inortis, tenebrarum illarum exteriorum immittit, vt ad quando quieti simus. D. Hieron. per locum tenebrosum, quasdam intelligit interiores tenebras, in quibus non discernitur, quales fuerunt Ægypti: in hásque conniectt quosdam viuaciores, liberioresque conscientiæ, vt hisce tenebris, aut scrupulis à veris tenebris liberentur.

C

Ad hæc: *Aggrauauit compedem meum.* Vt accipitri oculi quoquam operiuntur, pedésque aggrauantur, & constringuntur, ne volitet, néve è pugno diffugiat: sic aliquibus visum rerum exhauriendum adimit, & pedes affectionum constringit, *Aggrauauit compedem meum.* Conicit illum in lectum: hoc est in compedes ponere: sed, quia fructum ex infirmitate non educit, aggrauat compedem. Ille in via Dei nec vno gradiebatur gressu: quò curraret, compedem aggrauat. Quis crederet? Cùm Deus hominem in compedes tribulationis, ac infirmitatis conicit, tunc currere facit. *Posuisti in neruo pedem meum.* Mox: *Et obseruasti omnes semitas meas. Tu quidem gressus meos dinumerasti.* Quid? in neruo curristi? Sic.

D

Iob 13.

Hinc: *Sed cùm clamauero, & rogauero, exclusit orationem meam.* Vbi Hier. Dissimulat audire dulcissimum vocem, vt augeat vtilitatem, vt purgetur vita per pœnam, & quietis tranquillitas, quæ hîc inueniri non valet, alibi quæratur.

D. Hier.

Crescit: *Conclusit vias meas lapidibus quadris.* Per hos lapides quadros intelligit Hier. difficultates quasdam insuperabiles. Vt ostendat anima se validis tribulationibus coarctatam, lapidibus quadris se clausam dicit: quia petræ formam quadratam habentes, vbicunque positæ fuerint, fixæ iacent. Quocunque impingis, negotium nullum perficere potes. Petræ quadræ, &c.

E

Tandem: *Semitas meas subuertit.* Equo semita subuertitur defossa humo, vt sic retineatur. Quoties tibi Deus viam incidit? O quoties ruebas! &c. Sic August. Præceps ruebam, Domine: tu me tenuisti, &c. *Semitas*, consilia, technas, ac dolos *subuertit*, vel *conturbauit*; hoc est, omnia callium vestigia, & iudicia cófudit, vt cognosci nequeerint: quin

D. August.

Martin. del Rio. Christoph. à Castro, ibid.

quin ita peruenit, vt cùm aliò tendere viderentur, aliò longè subduxerint, & in eundem locum, vnde me eripere conabar, more cæci cuiusdam labyrinthi, reduxerint. Id quod in persona peccatoris dicebat Iob: *Semitam meam circumsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit.* (Iob 19.) Et per Oseam Deus: *Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet.* (Oseæ 2.) Id, quod eademmet anima in Threnis subdit: *Semitas meas subuertit.* Chald. *Vias meas spinis obduxit.* Sept. *Persequutus est recedentem, & cessare me fecit.* (Chald. Septuag.) Quod sæpè videmus accidere criminosis, qui iustos Iudices fuga euadere nituntur. O benedictus Deus! ô benedictæ spinæ, quæ peccatorum spinas iam inde infixas in anima extraxerunt! quæ me ab infernalibus spinis liberarunt; quæque rosas æternas germinarunt! Benedictæ, inquam, spinæ, quibus Inferni, perditionísque meæ vias obduxit! Benedicta hora, quia me persequutus est recedentem, & cessare me fecit! Benedictæ tenebræ, quæ me luci restituerunt! Benedictus denique labyrinthus, qui me à peccatorum meorum anfractibus, ac nexibus liberauit! Quid, si me recedentem persequutus non esset? Quid, si per vias mortis tot punctiones non sensissem? Quid, si omnia peruia, infractum nullum, labyrinthum nullum nouissem?

Diuinam hanc laudat bonitatem Propheta: *Qui educit vinctos.* (Psal. 67.) Genebr. per asyntheton, è malis eos, qui exasperant ipsum, *in fortitudine.* (Genebr.) Recentiores, *in compedibus.* Caietan. ex Hebr. *in congruentiis.* (Caiet.) O benedictus Deus! Quid illi compedes, illa tribulatio? Diuina tuæ salutis congruentia. Ah clamat ille: Deprimor malis, citò fer opem, fer auxilium. Non *in congruentiis.*

De tribulationum effectibus.

PVNCTVM XLI.

D. Dionys. de eccl. hier.

TRibulatio tres illas hierarchicas efficit operationes: purgat, illuminat, perficit. Vt purgat, ceu proportionatissima medicina! vt in infinitate diuitias, quas deuorauerunt, euomunt auari! *Diuitias, quas deuorauit, euomet: & de ventre eius extrahet illas Deus.* (Iob 20.) Quonam medio? pharmaco tribulationis. Et quando restituisset ille? quando malè parta benè dispensasset, nisi hanc medicinam sumpsisset? O quot indigestiones ex nimia prosperitate! ô quot mali humores in stomacho animæ! Hinc inappetentiæ ciborum salutarium, pœnitentiarum, &c. Quid agit Deus? Medicina tribulationis purgat stomachum. (Iob 6.) *Et quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.* Hebr. *Angustia cibi mei sunt.* (Hebr.) Tribulatio, inquit August. videtur pœna, & ruina: & est medicina, &c. O pœnam! &c. & est medicina, &c. (D. August.)

Nec solùm purgat, vt medicina: sed, sicut ignis. Ob id præcipuè, inquit Irenæus, *Erit tunc tribulatio magna*, &c. vt omnes electi, qui tunc in viuis erunt, igne conflagrationis perfectè purgati, statim post iudicium in cælum valeant euolare. (S. Iren. lib. 5.)

Et hæc Dei bonitas est, quæ nunc etiam ad purgandos electos facit eos transire per leuem tribulationis flammam; sicque eos purgat in camino tribulationis commutans Purgatorium in has paucas, leuésque tribulationes, quæ interim eos purgant, vt argentum, & aurum. Quidnam aliud sunt illi, quàm aurum, & argentum? Sed in hac vita

A non tam purgatum, quin parum stanni admixtum retineant; aliquid deordinatæ affectionis; aliquid negligentiæ, omissionis, &c. Quid agit Deus? *Conuertam*, inquit, *manum meam ad te, & excoquam ad purum aurum tuum, & auferam stannum tuum.* Illa deordinato amore maritum, aut filios diligit: aufert illi Deus maritum. Quid agis, Domine? Volo hoc aurum ad purum excoquere, auferre stannum, &c.

Quid erat Melania, nisi argentum, & aurum; sed stanno mixtum, cum amore forsitan deordinato erga maritum, & filios? Sed ecce, calente adhuc mariti corpusculo, & necdum humato, duos simul perdidit filios. Heu, Domine, quid agis? Volo (D. Hier.) B hoc aurum purgare. Sci[...] hæc certè: nam ad pedes aduoluta Christi: expeditior, inquit, tibi seruitura sum, Domine: quia tanto me onere liberasti.

Ædificabitis vrbes paruulis vestris. Septuag. *Ædificabitis ciuitates impedimentis vestris.* (Num. 32. Septuag.) O quam vere filij impedimenta sunt! [...] Sunt laquei, quos sæpe igne tribulationis exsoluit. Colligatorum puerorum laqueos igni exsoluit in ea fornace, sed pueros non læsit. Hoc agit tribulationis ignis, in perfectiones absumit, laqueos dissoluit, &c. sed non lædit: purgat, decorat tribulatio. (Dan. 3.)

Vidit Zacharias duas illas mysticas virgas, *Vnam*, inquit, *vocaui funiculum, alteram vocaui decorem.* (Zac. 11.) C Quid? virga decor est? Ita plane.

Si dormiatis inter medios cleros. Græc. *Inter medias sortes.* Hebr. *Inter medios tripodes*, inter cacabos, & lebetes. Quid? nigerrimi euadetis? Audi. *Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri*, &c. (Psal. 66. Græc. Hebr.)

Cùm Deus hominem tribulat, terrenorum affectuum puluerem ab eo discutit. Sic Petrus Blesensis: Flagello Domini puluis excutitur. Pulchrè certè: Nisi vestes excutiantur, puluere, ac tineis corroduntur. Quid agit Deus, cùm flagellis te cædit? puluerem à te excutit: à corruptione te liberat. (Pet. Blesens. ep. 31.)

D Alius tribulationis effectus, aliáque operatio hierarchica est, illuminare. Tribulatio est collyrium Apocalypsis, & fel Tobiæ! O quot cæci, qui non nisi hoc felle illuminantur! O quot, mox vt eos Deus ab equo prosperitatis deturbat, cadunt ab oculis tanquàm squammæ, & visum recipiunt! (Act. 9. Psal. 9.) *Cognoscetur Dominus iudicia faciens. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. Via vitæ, increpatio disciplinæ. Vexatio dat intellectum auditui. Domine, in angustia requisierunt te.* (Psal. 72. Prou. 6. Isa. 26.)

Oculos, quos culpa claudit, inquit Gregor. pœna aperit. Fames illi partem dedit sapere, inquit Chrysol. de filio prodigo, cui copia tulerat sentire genitorem: fames reuocat, quem saturitas expulerat. (Luc. 15.) In crassitie, fratres mei, calcitramus. *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: dereliquit Deum,* (Deut. 32.) E *factorem suum.* Magalianus ibid. iuxta alios: *Deturpauit factorem suum.* more, scilicet, belluarum, quæ quò pinguiores, eò plus fimi eiciunt. (Magal. lib. 3. in Cant. Moys.)

Estne id verum, ô Propheta? O quàm verum! *Non est respectus morti eorum.* Symmac. *Non sunt ægritudines mortis eorum*, non tenentur doloribus, aut graui febre affliguntur peccatores. Hebr. ad verbum: *Non sunt constrictiones*, siue *vincula morti eorum. Et firmamentum in plaga eorum.* celeriter, nimirum, explicantur à calamitatibus. Ad verbum: *Et viuida sit fortitudo eorum. In labore hominum non sunt*, humanis miseriis non agitantur. *Ideò tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate, &* (Psal. 72. Symmach. Hebr.)

 impietate

impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis. Alij: egressi sunt præ adipe oculi eorum: transierunt in imaginationes cordis.

Prospera oculos claudunt: verissimum. Nimia humorum copia, nimia pinguedo, nimius fulgor, ac radiatio Solis, totum possunt excæcare hominem. Sic, sic prospera, diuitiæ, licentia absorbent rationem, ac oculi interioris obtutum: quin, aliquando non solùm offuscant, sed excæcant. Excellens sensibile corrumpit sensum. Sensibile supra sensum impedit sensationem. Axiomata philosophica. Vt hanc Philosophiam nouerat Dauid?
Psal. 55. *Ab altitudine diei timebo.* in ipso, nimirum, meridiei fulgore, dum prospera cuncta succedunt, timeo, inquit, ne visum amittam. Id quod & accidit,
B
Psal. 37. & ipse plorans confessus est: *Et lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.*

Filius eius Salomon ex tanta claritate rerum vt excæcatus? vt idolis cæcus immolauit? De eo
Bern. Bernard. 2. de cons. dicit: Blandientibus secundis
Eccl. 1. rebus Salomon ex toto desipuit: sed, *Et vidi, quòd*
Chald. *hoc quoque esset vanitas.* Chald. *Cum primùm aduenit super me angustia, & afflictio, dixi: Etiam hoc vanitas.*

Sed sicut, quorum oculi caligant ex claritate nimia, ac improportionata, visum in locis obscurioribus, minúsque luminosis recuperant: sic sæpè, quos fortuna nimiùm fulgurans læsit, in aduersi-
C
tatum obscuro visum, rationémque reinueniunt.
Psal. 76. *In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.*

Iuuenis ille, dum Sol prosperitatum super ipsius
Luc. 15. zenith directus illuxit, ac splendidissimis, fulgidissimísque radiis vndique circumdedit, ita caligauit, vt nec Deum, nec patrem agnosceret; imò nec se ipsum, ne dignaretur cælum aspicere: sed, vbi versa fortuna est, ac Sol cœpit ei occidere obnubilatus, inclinatæque creuêre vmbræ; nudus, famelicus, subulcus, porcis ipsis, quos pascebat, pauperior, vt visum recepit? vt oculos adaperuit? *Pater, peccaui in cælum, & coram te,* &c.

D
Et quid non videt oculus tribulati? quò eius non pertingit acies? Infernum penetrat, transcendit stellas, nouit se ipsum, ac Deum. Millies de pœnis Inferni sermonem audieris: sed, quando aliquo animi metu de eis cogitasti, nisi aliquo dolore pressus? *Dolores, dolores Inferni inuenerunt me.* O quàm eo tempore ea tormenta penetras positus in tormentis febris, dolorum, &c. Se ipsum nouit: *Ego vir videns paupertatem meam in vir-*
Thren. 3. *ga indignationis eius.* O quot propriam in aduersitatibus paupertatem vident, quàm parùm patientes! &c.

Ioan. 9. *Lutum fecit, & inunxit oculos meos: laui, & vidi.* aqua, scilicet, tribulationis, luto propriæ vilitatis,
Dan. 7. &c. Sic Rex ille, qui visum, cognitionem Dei, suíque perdiderat, in ea tribulatione oculos ad cæ-
E
lum leuauit, Altissimo benedixit, & sensus eius redditus est ei, &c.

Cassiod. in Psal. Inquit Cassiodor. principaliores illustrationes, ac lumina rerum diuinarum, quibus Psalmos composuit Dauid, in tribulationibus accepisse; Psalmi enim, si non omnes, magna ex parte occasione tribulationum compositi sunt. O qualem de se donat Deus cogitationem in tribulationibus!

Iob 33. *Increpat per dolorem in lectulo,* aut *per ægritudi-*
Alij. *nem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit.* Conijcit illum in lectum: producit ignem (febrim) de medio eius, qui det eum in cinerem. Vt hic

A
ignis incipit extinguere concupiscentiarum ignem! vt ossa, vires, viuacitates paulatim marcescunt. Ad hoc, *Abominabilis ei fit in vita sua panis, & anima illius cibus ante desiderabilis.* Aliàs non gustabat ille præter carnalia: omnia stomachus reiiciebat: abominabatur Sacramenta: verbum Dei, vah! nauseabat. Nunc carnalia abominatur: recreationes, quæ erant animæ illius sapidus cibus, stomachatur. Vnde? Ex dolore, ex ægritudine. Adhuc ampliùs: *Consumpta est caro eius à suppliciis, reuertetur ad dies adolescentiæ suæ.* O effectum tribulationum, ac infirmitatum, per quas aliqui adeò pueri fiunt, vt ad pristinam innocentiam reuertantur. Et quoniam *cum simplicibus sermocinatio eius*, se-
B
quitur: *Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo.* Qui, quid esset oratio, iam pridem nesciebat, in infirmitate discit orare, seséque Deo commendare, Deum alloqui, &c. quin aliquando videt faciem eius in iubilo, &c. Qui olim non nisi carnalia sapiebat, intelligebat, patiebatur; nunc ecstasim patitur, &c.

Dicat hoc loco bonus ille vitæ spiritualis Magister, quàm ex illa tibiæ diffractione, quam (Deo Caeciag. in epist. ad Dominam Illustriss. Post. tract. de tribul.
omnia fortiter, ac suauiter disponente) nobili aulico iuueni, sed deperdito contigisse narrat, effectus omnes, quos patientissimus recenset, veri sint. Vt statim per cruris diffractionem Deum, quem cæcus, ac miser ignorabat, agnouit? Vt immanis do-
C
lor, quo die, noctúque diuexabatur, patrem Deum illi dedit sapere, quem deliciæ tulerunt sentire genitorem? Vt omninò alter, quæ priùs nec summis labiis volebat tangere, tunc præ angustia dulcissimi eius cibi facti sunt? Vt qui anteà totus erat addictus ludo, totum posteà se dedit orationi? Vt qui non nisi vana videbat, ac somniabat, in morte tandem vel Angelorum visione dignatus est?

Mirum, quantam Dei cognitionem in infirmitatibus nonnulli adipiscantur? Bos ille labore las- Ezech. 10.
sus, ac pressus in Cherubim transformatus est.

Chrys. Pædagogus noster est tribulatio. Et D. Chrys. hom. hom. 62. ad pop.
Pacianus in parænesi de patientia: Tribulatio re-
D
periorium est diuinorum. D. Pacian.

Bonum ergo, *bonum mihi, quia humiliasti me, vt* Psal. 118.
discam iustificationes tuas. Credite mihi, Fratres; Num. 24.
tribulatio oculos aperit. *Balaam homo, cuius obturatus est oculus, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius* O quot in cæcitate remanerent, nisi permitteret Deus aliquem casum, honoris, rerum iacturam, &c. *Sic, & sic aperiuntur oculi eius.*

Cùm occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum: & rememorati sunt; Psal. 77.
quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est. Quid? obliti erant? Sic. O prosperitates, vt excæcant! O aduersitates, vt illuminant!

¶ Alius effectus est. Tribulationes perficiunt. Exod. 26.
Vt ignem charitatis accendunt! Ceu aqua irrorata Orig. hom. 9. in Exod.
E
super ignem per antiperistasim ignem non extinguit; sed magis inflammat: sic aquæ tribulationum non extinguunt charitatem, sed magis eam inflammant. Vidistis huius fabros ferrarios? quid agunt, dum ignem irrorant? dum sic manu in ignem aquam coniiciunt? Volunt magis accendere: calor enim remissus, ac dissipatus eam aquam sentiens vnitur, intenditur, accenditur. Sic, sic debilis nostra charitatis flamma, remissus calor amoris, dissipata in tot creaturas dilectio aqua tribulationum vnitur, intenditur, & accenditur.

Ob id etiam candelabrum illud septem lucernarum contra Septentrionem iussit Deus constitui;

signa iustorum, inquit Orig. quos Dominus in tribulationum latere constituit: ab Aquilone enim pandetur omne malum; vt, scilicet, earum turbine concussi, variéque exagitati, virtute maiori resumpta in maius transeant incendium, maiorémque flammam, clariúsque lumen emittant. An non lucerna, Iob super candelabrum stercotarium, vt loquitur Cæsarius Naz. contra Septentrionem constituta? *An putas me aliter respondisse, quàm vt appareat iustus?* hoc est, nisi vt tua virtus, &c. elucescat?

Iob 2. Iob 40. Septuag.

Tribulatio statim hominem perficit. Vt Regulum subitò ab vno statu ad alium transtulit? ad incipientium, ad proficientium, ac perfectorum, cùm non credens Christum posse sanate nisi præsentem, credidit, & absentem id posse efficere: *Et credidit ipse, & domus eius tota?* quod notat Beda in signum perfectionis.

Ioan. 4.

Huc optimè facit, quod obseruat Hieron. in factum Dauid, cùm panes illos à Sacerdote poposcit. Dauid, inquit, non erat de Sacerdotibus, non licebat ei comedere panes propositionis; sed, quia persecutio Saül virtutum illius profectus erat, propterea in fuga sua, dum nescit, subitò Antistes efficitur, & non violat mandatum Dei. Sic ille. Vbi expende illud, subitò Antistes efficitur, quod est vitæ perfectiotis, quin etiam perfectus.

Hier. in c. 2. Soph.

Tribulati magis irinetibus ad perfectionem ambulant, *Euntes ibant, & flebant*, hoc est, quia flebant, quid dico ambulant? properant: *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt: per patientiam currannus.* Quid dico, accelerant? currunt, volant. *Homo nascitur ad laborem, & auis*, hoc est, vt auis *ad volandum*; quid dico, volant ad perfectionem? iam eam adepti sunt. *Nostra autem conuersatio in cælis est.*

Psal. 125. Psal. 15. Iob 5. Apost.

Vt Iobum tribulatio perficit? ante tribulationem diceriti Domino ad Satan: *Nunquid*, &c. q. d. Inuenirene potes, ô calumniator, in hoc viro imperfectionem? Cui mox: *Nunquid Iob frustrà timet Deum? Nónne*, &c. quasi diceret: Deest probatio patientiæ, nondum constat esse perfectum. Tunc Deus, *Ecce in manu tua est*, &c. post vlcus pessimum à planta pedis, &c. Mirum! non est ausus ampliùs adesse, nec vlirà apparuit, quin obstructum est os eius impudentissimum, & patientia illius perterrefactus, obmutuit, &c. *Patientia, patientia*, Fratres, *pus perfectum habeat.* Esto dicatur aliquis vir probus, si tribulatus non est, non erit sic perfectus, & integer, vt in nullo deficiat: at *Patientia*, inquit Iacobus, *opus perfectam habeat, vt sitis perfecti, & integri in nullo deficientes.* Tribulatio est lapis Lydius. *Vt probatio fidei vestræ multò pretiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem*, &c. Ad hunc lapidem vellem te perfectum cognoscere, Frater, ad hunc tuas deuotiones; nondum te benè noui: tange; tange eum. Vbi Gregor. Nemo quantùm profecerit, nisi inter aduersa cognoscit: quantùm quisque gratiæ in tranquillitate mentis perceperit, in aduersitate perturbationis ostendit. *In igne probatur aurum: homines verò receptibiles in camino tribulationis*, &c. *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Lapis Lydius probans, an homo sit perfectus.

Iob 2. Iacob. 1. D. Gregor. Eccl. 2.

Ad hunc lapidem vt probauit Abraham? *Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & offer illum ibi super vnum montium, quem monstrauero tibi.* Quodlibet verbum probatio erat; imò multæ, ac grauissimæ probationes erant, vt diuinè D. Thom. de erudit. Princ. lib. 5. c. 26. post quas: *Nunc cognoui*, inquit, *quòd timeas Dominum.*

Gen. 22.

Tribulatio præseruat à peccato.

PVNCTVM XLII.

Id sibi voluerunt Apostoli, cùm Dominum interrogauerunt: *Quis peccauit, hic*, (cæcus natus,) *an parentes eius, vt cæcus nasceretur?* Non adeò rudes, ac simplices erant Apostoli, inquit Leontius, vt crederent, hominem nondum natum posse peccare: sed eius erant opinionis, ex præuisione peccatorum cæcitate eum ab illis præseruare voluisse. Præsciens enim Deus, quosdam multa peccata posse committere, flagellat eos, ne peccent: quia vtilius est frangi laboribus ad salutem, quàm remanere incolumes ad damnationem. Ioan. 9.

Proficiscitur Abraham cum vxore in regnum Abimelec: mox sublata est mulier in domum Regis. Vnde eam non tetigit? *Ego custodiui te*, inquit Deus, *ne peccares.* Custodiui, scripsit, repressi, sic Eugubin. Qua id ratione: Iosephus. Morbo graui, ac Medicis ignoto, quo cum impediuit, ne quid in Saram posset. Gen. 20. Eugub. Iosephus.

O quàm verum illud! *Infirmitas grauis sobriam facit animam, & curatio cessare facit peccata maxima.* cedit enim, vt ait Titel. ad purgationem peccatorum præteritorum, & à futuris custodit. Augustin. morbo correptus vt Baptismum petiit? Quodam die pressus stomachi dolore: Vidisti, Deus meus, quo motu animi, qua fide Baptismum Christi tui flagitaui à pietate matris meæ, & matris omnium nostrum Ecclesiæ tuæ. Et infra: Et ecce excipior ibi flagello ægritudinis corporalis, & ibam iam ad Inferos, portans omnia mala, quæ commiseram, & in te, & in me, & in alios. Pro quo toties in Solliloquiis: Quis me tenuit? quis, ne illuc præceps irem, prohibuit? Eccl. 31. Eccl. 10. August. l. Conf. 1. Idem l. 5. c. 9. Idem in Soliloq.

Idcircò sinit quandoque Deus, crus, aut brachium frangatur? oculus vt lumine priuetur, &c. Nunquid nostis dicti illius apud Matth. interpretationem: *Melius est debilem, vel claudum intrare in regnum cælorum, quam*, &c. Nunquam noui, posse claudicantem aliquem, aut mancum cælum ingredi; sed certè credo, eum, qui illuc intraturus est, defectum nullum, aut corporis vitium habiturum; sed reuera non intendit, cæcum aliquem, vel claudum illuc intraturum: verùm hoc, nimirum, si claudus non fuisses, si cæcus, si emolumentis carnalibus, diuitiis, liberis orbatus non esses, ad cælum nequaquam perueniisses: peruenisti autem, quia Deus te oculo, aut filio priuauit; quia hisce in rebus inferioribus te mancum fecit: quòd si eum oculum habuisses, si prosperè per hæc terrana omnia deambulasses, in barathrum, heu, vt præceps ruisses! Matth. 18.

Ibat Propheta ille maledicturus populo Dei; at ecce asina, supra quam sedebat subtus, eum cecidit, pedémque sedentis attriuit: tunc aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum euaginato gladio, cui Angelus: *Cur*, inquit, *tertiò verberas asinam tuam? Ego veni, vt aduersarer tibi: quia peruersa est via tua, mihique contraria. At ille: Peccaui nesciens, quòd tu stares contra me, & nunc si displicet tibi, vt vadam, reuertar.* O quot præcipites per abrupta perditionis abirent, nisi eis asinus corporis subtus caderet, nisi pedem sedentis attereret! Num. 22.

attereret! O quot ad mortis terrores inquiunt: Si displicet tibi, vadam per viam hanc, per quam ambulo: reuertar: vitam commutabo, &c.

Isai. 8. *In manu forti erudiuit me, ne irem in via populi* Alij. *huius.* Alij: *Quasi ad manum apprehendit me, ne irem in via populi huius.*

Sic, sic obfirmat Deus, sic sistere aliquos facit. *In chamo, & fræno* (infirmitatis, & tribulationis) *maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Si aliquos profugos inuenit. *Tribulatio, & angustia,* ceu Dei ministri, *inuenerunt me.*

2. Reg. 20. Hebr. Ioab castrametatus circa Abelam: *Tradite,* inquit, *illum solum* (rebellem ac proditorem *Seba,* Hebr. *saturitatem.*) *& recedemus à ciuitate.*

1. Reg. 26. Saüli furenti scyphum, & hastam abstulit Dauid; vnde ille expergefactus: *Peccaui,* inquit: *nequaquam vltrà tibi faciam.* quasi diceret: En noui satis, quòd cùm modò me posses vnico ictu interficere, vitam meam seruasti. O diuinum, ô verè diuinum in nos amorem, ac bonitatem! Quoties, dum eum persequeremur, offendebamus, vnico ictu corpus, & animam mittere poterat in gehennam? sed scyphum solùm nostrarum voluptatum abstulit, & hastam sanitatis, cui innitebamur, quáque eum offendebamus, abripuit; vitam autem Alij. seruauit, vt dicas: Nune *apparet, quòd stultè egerim, & ignorauerim multa nimis,* vel *errauerim supra modum.*

D. Hier. ep. ad Rustic. O charæ, ô verè charæ tribulationes, quæ nos præseruant à peccato! Bonus ille iuuenis apud Hieronymum, qui carnis tentatione vexabatur, iussu Abbatis iniuriis affectus, & calumniis fatigatus, Papæ! (respondit percontanti quomodo se se posteà circa tentationem haberet) viuere non licet, & fornicari libeat?

Tribulatio ad Deum adducit.

PVNCTVM XLIII.

Isa. 43. ET *dicam Aquiloni: Affer mihi filios tuos de longinquo.* Qui fieri potest, vt Aquilo dissipans nubes, filios afferat? O quot ex longinquo fiunt vicini Deo per tribulationes? Filius, qui abierat in regionem longinquam, vt per tribulationes allatus? D. Greg. ad illa verba, *Compelle intrare.* Felix, Luc. 15. D. Greg. inquit necessitas, quæ ad Deum ire compellit; & mala, quæ nos hîc premunt, ad Deum nos ire compellunt.

Erit pater, cuius filius quietis impatiens, dissolutus, &c. paternum iugum non sustinens, rumpit iugũ, & dicit: Non seruiam, vana fruitur libertate, odio habens paternam domum. Quid amans pater? Scribit ad amicos: Si filius meus ad vos diuerterit, ne illum excipiatis, vt ad me redeat. Sic, Oseæ 2. sic viam obsidet spinis, vt viam deserat, vt domum redeat. Vbi Gregor. O tormenta misericordiæ! cruciat, & amat; hinc Deo permittente creaturæ omnes aduersantur, & terrores Domini, & pœnæ Domini militant contra me, vt me deuictum ad Iob 6. creatorem reducant, &c. Militia Dei tribulationes immissæ, &c.

Ionæ 1. Fugiebat Ionas, & ecce Dei ministri, venti, mare, cælum, pisces, nautæ, &c. descendit fugitiuus in interiora nauis. *Et mare ibat* (Interlin. ad nu- Interlin. tum Dei persequens fugitiuum) *Et intumescebat super eos.* Eadem Gloss. ostendẽs se vltionem Creatoris non posse differre. *Et nauis periclitabatur* Hebr. *conteri.* Hebr. *Et nauis cogitabat conteri.* Prosopo-

A peia, &c. Quid? Volebant reducere fugitiuum? Sic: vbi se ipsum reduxit, stetit mare, quieuerunt venti, &c. Venter ille ceti videbatur ruina, inquit Hieron. & factus est custodia, & carina, quæ quò Deus volebat, Prophetam detulit. Agit tribulatio, ceu Dei carina: etsi tibi naufragium, & ruina videtur, ad Deum te ducit.

Hi, qui sunt, & vnde venerunt? q. d. quomodo hoc Apoc. 7. mare interpositum transierunt! Carina tribulationis. *De tribulatione magna,* &c.

Post se hominem trahit. vel prosperis, vel aduer- Iob 21. sis: vt Regulum, infirmitate filij, qui felicitate non venerat.

B *In tribulatione sua mane consurgent ad me; di-* Oseæ 6. *cent, Venite, & reuertamur ad Dominum,* &c. Psalm. *Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur* Psal. 31. *spina.*

August. Punctus tribulatione cœpi quærere re- August. in fugium, quod in illa felicitate sæculari desieram Psal. 93. quærere. Quis enim facilè recordatur Deum, qui semper felix est, & spe præsenti gaudet? O quàm verum! Ferè nullus. Nisi nos pungeret, nisi spinas infigeret, nisi calcaria admoueret, dormitaremus, obliuisceremur, diuagaremur.

In ira populos confringes. D. August. legit: *In ira* Psal. 55. *populos deduces.* & subdit: Irasceris, & deducis; sæ- D. August. uis, & saluas; terres, & vocas; imples tribulationibus omnia, vt in tribulationibus positi omnes re-

C currant ad te.

In funiculis Adam traham eos. Duplices funes Oseæ 11. Adam beneficiorum, & tribulationum: ruptis primis, secundis attractus est. Sic plerique ruptis catenis amoris, trahuntur catenis tribulationis, ac timoris. Sic ligatus catenis Manasses: *Postquàm co-* 2. Par. 33. *angustatus est, orauit Dominum Deum suum, & egit pœnitentiam valdè coram Deo.*

Tribulationes sunt veluti citationes ad iura soluenda. Fugit ille creditorem: debitum nollet exoluere: quid verò creditor? eum coram Iudice accersit, quò soluere compellat.

Quis, rogo, debitor nisi peccator, *qui debebat ei* Matth. 17. *decem millia talenta?* Fugit, soluere detrectat. Deus eundem citat. Quænam Dei citatio? Ægritudo, afflictio, tribulatio. Per Malach. *Dilexi vos, dicit* Malach. 1.

D *Dominus,* quasi dicat: Vestri, ô homines, sum creditor amoris! *Et dixistis: In quo dilexisti nos?* En, vt debitum negant! en vt fugiunt: Quid ergo Deus? *Et nunc ad vos mandatum hoc, si nolueritis* Malach. 2. *audire, & nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum, mittam in vos egestatem.* Quid egestas, Fratres? Dei cursor, qui diem dicit, ac in ius vocat, vt debitum dilectionis soluatur. In Prouerb. de persimili pigritante: *Et veniet tibi quasi viator egestas.* Prou. 6. Quid hîc vult sibi viator? Iuxta quandam glossam, non is, qui iter facit, ac pertransit; id enim parui faceret peccator, si citò, scilicet, egestas ad eum veniens; pertransiret: sed viator, vt anti-

E quitùs, is, qui alterum in ius vocat, aut diem dicit, appellatur: *Et veniet tibi quasi viator.* Ad rem

Septuaginta: *Et veniet tibi, tanquàm* Septuag. *cursor, egestas; & pauperies, quasi vir armatus.*

* * *

Peccatum

Peccatum est causa tribulationum, & aduersitatum.

PVNCTVM XLIV.

Ionæ 1. D.Hier.ib. NAotæ, inquit Hieron. de Iona inobediente; videntes nauim demergi, credebant onus mercium causam esse submersionis: sed non considerabant, inquit, esse onus fugitiui Prophetæ. Tollebant vasa, & mittebant ea in mare, vt alleuiaretur nauis: sed, quod nauim mergebat, non tollebant. O quàm plurimi malos corporis humores euacuant, putantes eos causas esse infirmitatis; sed non considerant esse onus fugitiuæ voluntatis; fugientis, nimirum, à voluntate Dei, &c. Res illius pereunt, tollit onus, impedimentum ut lucri, &c. & adhuc submergitur: quia non tollit onus, quod mergit.

Matth 9. Deferunt illi ad Dominum paralyticum, vt corporaliter curet: at Dominus remittit ei peccata. Domine, postulant sanitatem, tu peccata dimittis? Remouebat, nimirum, ait D.Thomas, ægritudinis causam: vt pòst induceret sanitatem. Primò peccatorum vincula dissoluit, inquit Chrys. vt ostenderet, eum ob nexus culparum, artuum dissolutione fuisse damnatum.

Ezech. 3. D.Hieron. & Theod. ibid. *Si iustus fecerit iniquitatem, ponam coram eo offendiculum.* D. Hieron. & Theod. legunt: *Dabo tormentum in faciem eius.* Quodnam verò sit tormentum istud, exponit Theod. dicens: Ponam infirmitatem, vt torqueatur. Vidistis bos Iudices veritatem perquirentes? Negat reus: tum Iudex: Funes deijcite, equuleum deferte. Mox visis tormentis reus sua furta fatetur. Hoc sibi vult: *Ponam coram eo tormentum.* O quot obstinati! sed ponatur coram iis tormentum, febris acuta, laterum dolor, ac diuulsio, &c. vt clamaot: Citò, citò Confessarius veniat, &c.

Ambros.in Psalm.118. Octon. 10. Expendit Ambrosius, Octonario decimo præfixum titulum *Iod*, quæ litera, inquit, Latina significatione confessio dicitur, vel certè desolatio. Nec dissentit, subdit, aut dissonans videtur interpretatio: Prou. 10. siquidem, qui desolati sunt, citius confitentur.

Psal. 40. *Liuor vulneris absterget mala.* D. Gregor. ad illa verba Psalm. *Sana animam meam: quia peccaui tibi.* Percutit, inquit, Deus, vt sanet: & ideò foras verbera admouet, vt intus vulnera animæ sanet, &c.

Hugo Car. in Psal. 19. Iob 5. Sic Hugo Carēsis premens patientissimi verba: *Ipse vulnerat, & medetur: percutit; & manus eius sanabunt.* Percutit, inquit, corpus, & sanat animam.

Mich. 7. *Iram Domini portabo: quoniam peccaui ei*, &c.

3.Reg. 22. Peccatum est magnes tribulationum, aduersitatum. Acbab scelestus ad prælium descendens, ne interficeretur, regium commutat habitum, militaremque induit: at ecce *Quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit Regem inter pulmonem, & stomachum: tunc dixit aurigæ: Eijce Hebr. me de exercitu, quia grauiter vulneratus sum.* Mirum! sagitta sic in incertum directa, (Hebr. *In simplicitate directa*,) percussit Regem inter pulmonem, & stomachum. Hebr. *Inter iuncturas, & loricam*: qua parte solùm intrare poterat, ac vulnerare. Quis eam direxit? Casu. O quàm falleris! Dicitur casu quoad sagittarium, non quoad Deum. Putas tribulationes casu euenire? Deus dirigit. *Sagitta Domini in me sunt.* Peccatum attrahit sagittas, &c.

Zach. 5. *Leuaui oculos meos, & ecce volumen volans.* Quid in eo conscriptum, ô Propheta? *Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ: sed per aerem volat. Deus scit, vbi se sistet.* Audi, quò ingreditur: *Educam illud, dicit Dominus, ad domum furis*, &c. Et quid ibi aget hic liber? *Commorabitur in medio domus eius, & consumet eam; & ligna eius, & lapides eius.* Quid est, mi Frater, quòd è domo tua calamitates nunquam discedunt? Caue, ne sit domus furis: quia per aërem volabunt infortunia, domúmque tuam ingredientur, &c.

Oseæ 4. *Sanguis sanguinem tetigit.* Hebr. *Peccatum peccato vnitur.* Quid inde? *Propter hoc*, subdit, *lugebit terra.* Peccatum, peccatum, Fratres, est causa intrinseca aduersitatum, quam pauci cognoscunt. Amos 5. Ideò in Amos, *Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum, & intulistis parum*, &c. Erit ille diligens in serendo, &c. & tamen parum, aut nihil colliget. Vnde? *Ponite, ponite corda vestra super vias vestras. Vineas plantabitis amantissimas: & non bibetis vinum earum: quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra. Comedistis, & non estis saturati.* Non potest ille vires resumere, comedit, &c. nec conualescit. *Ponite corda vestra super vias vestras.* Per quam viam ambulas? &c.

Deut. 29. Flagellum Dei, Fratres, *Dicet sequens generatio, & peregrini videntes plagas terræ huius, ita vt vltrà non seratur, nec vireat quidpiam germinis, & dicent: Quæ est hæc ira furoris Domini? quia seruierunt Diis alienis, & adorauerunt eos.* Ideò cælum æneum, & terra ferrea, &c. mentitur opus oliuæ, & arua non afferunt cibum, &c.

Oseæ 13. Chald. *Perditio tua, Israel: tantummodo in me auxilium tuum.* Chald. *Cùm vos deprauatis opera vestra, ô domus Israel, dominantur in vos populi: sed quoties conuersi estis ad legem meam, verbum meum fuit vobis præsidio.*

Num. 23. Hebr. *Non est idolum in Iacob.* Hebr. *Non est labor in Iacob.* Idolorum, & tribulatio simul.

Thren. 5. Plorabat Propheta: *Recordare, Domine, quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum.* Quodnam, ô Propheta! En per partes: *Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre. Matres nostræ quasi viduæ. Aquam nostram pecunia bibimus: ligna nostra pretio comparauimus. Ceruicibus nostris minabamur, non dabatur requies. Ægypto dedimus manum, & Assyriis, vt saturaremur pane. Serui dominati sunt nostri. Pellis nostra, quasi clibanus, exusta est*, &c. *Defecit gaudium cordis nostri. Cecidit corona capitis nostri.* Heu quot, quantaque mala! At quæ tantorum causa malorum? Subdit: *Væ nobis, quia peccauimus: propterea mœstum factum est cor nostrum: ideo contenebrati sunt oculi nostri.* q.d. inquit Lyran. Hæc, & alia mala ob Lyr. ibid. peccata nostra incurrimus.

Thren. 4. Idem capite superiori, vbi spiritualium quorundam casus, ac ærumnas lamentatus esset. *Quomodo obscuratum est aurum?* &c. Rationem, causámque malorum concludit: *Completa est iniquitas tua, filia Sion: visitauit iniquitatem tuam, filia Edom: discooperuit peccata tua.*

Habac. 3. Hinc & alius: *Propter iniquitatem vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian. Nunquid in fluminibus iratus es, Domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua?* q. d. Aliò tendit ira tua, cùm mare sæuit, cùm venti contrarij perflant, cùm grando irruit, &c. Quò

verò

verò tendit illi Ionam, in Ionam aliquem, in Iu- A
Thren. 1. dam, propter quos tempestates exurgunt. *Peccatum peccauit Ierusalem. propterea instabilis facta est.*
Hebr. Hebr. *Propterea in commotionem facta est.*

Deut. 28. Hebr. Peccatum, peccatum, Fratres, aduersitatum est causa. *Nisi timueris nomen eius gloriosum, & terribile augebit Dominus plagas tuas; & plagas seminis tui, plagas magnas, & perseuerantes.* Ad verbum *plagas fortes, certas, stabiles, inges, veras; infirmitates pessimas, & perpetuas: & conuertet in te omnes afflictiones Ægypti, & adhærebunt tibi.* O communitatem! Quid est, quòd tribulationes tuæ augentur? non diminuuntur, quinimo crescunt in dies magis? Infirmitas perdurat: prioris roboris hasta, cui innitebaris, tibi non restituitur,
1. Reg. 26. vt in se reuerso Saüli à Dauid restituta est: quia B certè tuorum te adhuc peccatorum non pœnitet: idcircò adinstar languidi tot habes annos in ista infirmitate: ideò filiorum, ac nepotum tuorum plagæ sunt fortes, certæ, stabiles, inges, & veræ: idcircò Ægyptiacas hasce tenebras pateris: idcircò tot mortes vides? Quia, scilicet, non habes timorem Domini, quia peccato inhæres; & ideò hæc tibi inhærent.

Iob 14. Pagnin. *Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.* Pagnin. *Signata est ligamine forti pœna præuaricationis meæ, & addidisti pœnam pœnæ.*

Psal. 31. Hieron. Psal. 105. Hebr. In qq. Hebr. *Multa, multa flagella peccatoris.* Hieron. *Multi dolores peccatoris.* Peccatum, & dolor. *Seruierunt sculptilibus eorum.* Hebr. *Seruierunt doloribus eorum.* D. Hieron. ad illa Genesis verba: *Maledicta terra in operibus tuis.* sic etenim legit: & subdit: Opera, hîc non ruris colendi, vt plerique putant: sed peccata significant, vt in Hebræo habetur. Et
Aquila. Aquila non discordat dicens: *Maledicta humus propter te.* Et Theodotion: *Maledicta Adama in transgressione tua.* Hoc est, ob tuum peccatum, ac præcepti transgressionem maledictionem accepit terra, vt tribulos, ac spinas producat loco fructuum.

Ierem. 12. Idem Hieron. huc expendit illa Prophetæ verba: *Vsquequò lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam inhabitantium in ea?* Terra, inquit, nunc sterilis est, herba siccatur: vis nosse rationem? Malitiæ habitatorum eius hoc fa- D ciunt.

D. Basil. D. Basil. hom. 8. in diuites auaros, vbi suorum temporum calamitatem deplorasset, Aspicite, ait, quæso, nunc, quemadmodum nostrorum pondus peccatorum anni, temporúmque naturas mutauerit? An optimus opifex Deus dispensationis suæ oblitus est? Minimè gentium, ait Basil. Sed nostrorum pondus peccatorum, anni, temporúmque naturas mutauit: ver floribus caret, autumnus fructibus, &c. Ob nostra affligimur peccata.

Gen. 42. *Idcircò venit super nos tribulatio: peccauimus in fratrem nostrum* (Christum.)

E

Quòd, vbi nos blanditiis abutimur, Deus flagellis vtitur.

PVNCTVM XLV.

Isa. 26. *INdulsisti genti, Domine, indulsisti: nunquid glorificatus es? Domine, in angustia requisierunt te.* Vellet nos Deus ad se trahere in funiculis Adam, in vinculis charitatis: sed, quoniam hæc vincula

A rupimus, in chamo, & fræno maxillas nostras Psal. 31.
constringit, vt ceu indomitos, incorrigibiles, obfirmatos, domet, corrigat, dimoueat, ad se trahat.

Ille quasi pullum onagri se liberum natum putat. Iob 11.
Cursor leuis explicat vias suas: in desiderio animæ Ierem. 2.
suæ attraxit ventum amoris sui: nullus auertet eam. Hoc est, ex vento subolet asinam, quam concupiscit; ad quàm tanto fertur ardore, vt nullus eum possit auertere: sic & fœminam nullus auertet.
Sed *In menstruis suis inuenient eam.* Hebr. *In mense* Hebr.
suo capient eam. O quot his onagris persimiles cursores leuissimi, hunc illuc naso, modò hanc, modò illam subolantes! Quis eos auertat? Sed *in menstruis suis*, in mense suo concepta iam iniqui-
B tate pariunt dolorem inueniuntur, tunc quilibet spiritualis venator capiet eos. *Vincti in mendicitate, & ferro.*

Si fuerint in catenis, & vinciantur funibus pau- Iob 36.
pertatis, indicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia violenti fuerint: reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat, & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate. q. d. Prius nolebat aliquid moniti audire, caue, &c. nunc audiunt, nunc, &c. *Castigasti me, & eruditus* Ierem. 31.
sum, vt iuuenculus indomitus, &c.

Idcirco, idcircò, Fratres, flagellis vtitur, qui potiùs blanditiis vteretur: sed quoniam blanditiis abutimur, flagellis vtitur. *Assumpsi mihi duas vir-* Zach. 11.
gas, alteram vocaui funiculum, alteram vocaui decorem. Duæ gubernandi, agendique cum homi-
C nibus rationes, flagello, & blanditiis. *Et tuli* Septuag.
eam, quæ vocatur decor: & præcidi eam, seu *fregi,* aut *abieci,* aut *combussi eam.* q. d. Non est, quòd vtar blanditiis, quibus homines insolescunt: frangamus, comburamúsque virgam decoris: funiculis, quibus liuoribus, plagísque compleantur, vtamur, &c.

Sunt quidam, qui non nisi ferula mouentur: Exod. 1.
nihil boni operis agunt, nisi auxilio tribulationis. Mulieres illæ Israëliticæ in Ægypto pariebant sine obstetricibus: sic dixerunt illæ. *Non sic Ægyptiæ.* Ita aliqui nesciunt aliquid boni agere, nisi obstetricante tribulatione. Non Ægyptiæ, sed Israëliticæ non expectant tribulationem: spontè parturiunt, &c.

D Bruno in illud Exodi: *Virga versa est in colu-* Exod. 17.
brum. Quid per virgam, inquit, nisi dulcis corre- Bruno.
ctio Domini designatur? Sed hæc virga in draconem vertitur, quando leuiter correcti, emendare se nolunt.

Huc facit illud Ierem. 1. Quid tu vides, Iere- Ierem. 1.
mia? *Virgam vigilantem ego video.* Theodot. legit: Theod.
Virgam amygdali. Dulcis, nimirum, ac celeriter florentis: sed vbi hæc nequaquam sufficit, quid vltra vides? *Ollam succensam ego video.*

Iustorum est ex tribulatione proficere, malorum verò peiores fieri.

E

PVNCTVM XLVI.

DOmine, salua nos, perimus. Ex tribulatione, Matth. 8.
ac tempestate ad Christum accedũt, ad Deum accató non confugiũt. *Domine, salua nos.* Iusti non merguntur; sed velut arca in diluuiis aduersitatum leuantur. *Tunc surrexit Iob.* q. d. cùm magis Iob 1.
excrescerent aquæ tribulationum, tunc magis caput extulit vndis, &c. Iusti non merguntur in flammibus,

A fluminibus aduerſitatum;ſed ceu Moyſes ab incu-nabulis in flumen proiecti, in fiſcella paupertatis, ignominiæ, &c. à flumine feruntur, ſed non mer-
Exod. 2. Hebr. guntur: iuſti ſunt tot *Moyſes, ab aquis educti*. Cùm aliquem videtis à flumine tribulationum dela-tum, dicite:Oportet hunc eſſe Iſraëlitam, qui non mergitur.

Rom. 5. *Tribulatio*, inquit Apoſt. *patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò ſpem, ſpes au-*
D.Bern.ep. 32. *tem non confundit*. Sed in malis, inquit Bern. tri-bulatio parit puſillanimitatem,puſillanimitas per-turbationem, perturbatio deſperationem, & illa interimit,demergit,&c.

B Quis crederet ab vno, eodémque vento tam
Ierem. 1. diuerſos effectus? *Ab Aquilone* (dicitur illic) *pan-*
Iob. 37. *detur omne malum*. In Iob: *Ab Aquilone aurũ venit*. Mali, nimirum, ex tribulatione colligunt omne malum: at iuſtis venit aurum optimum maioris charitatis, & amoris Dei, &c. Sancta quadam, ac admirabili antiperiſtaſi gelidorum ventorum ma-gis,ac magis inflammantur: aliqui verò mox con-gelantur, mox frigefiunt. Sancto Iob efflarunt venti è regione deſerti: vt non frigefactus? vt au-rum optimum ab Aquilone colligit? ſed vxor vt frigefacta,vt impatiens?&c.

Egregiè, & optima Tertull. perſimilem ſcalæ
Tertull. lib. de fuga. Iacob facit tribulationem. O quàm verum non-nullos per tribulationes, quaſi per gradus, magis, ac magis proficiendo ad Deum accedere: nonnul-
C los verò propter ſuam impatientiam quotidie ma-gis deſcendere!

Erat ille totus Sacramentis addictus, guſtabat Dei verbum, &c. intrat in lectum, paulatim ſen-ſui,ac valetudini indulgens intermittit orationem: incipit obliuiſci comedere panem ſuum:incipiunt illi ſapere colloquia vana: relinquit temperan-tiam, intrant ſenſus, & qui paulò antè peruenerat ad altiores ſcalæ gradus, non ſolùm ad infimum,
Iob 33. ſed ad portas quaſi Inferni deſcendit. *Increpat per dolorem in lectulo, & omnia oſſa eius marceſce-re facit*. hoc eſt, permittit, vt ex ægritudine pau-latim vim illam ſpiritus ſua culpa deperdat. Oſſa marceſcunt; cùm virtutes deficiunt. *Abominabi-lis ei fit in vita ſua panis*. Famem habebat Sacra-mentorum, adeò vt Sacramentum diceretur cibus
Hebr. Dan. 10. Septuag. deſiderabilis: Hebr. *Cibus deſiderij*. vt Dan. 10. *Pa-nem deſiderabilem non comedi*. Sept. *Panem deſide-riorum non comedi*; &c. Paulatim incipit diſſueſce-re, &c. ſurgit è lecto ſine vllo deuotionis ſenſu: cibus,qui erat olim deſiderabilis, deſiderij, quin-imò omnium deſideriorum ſuorum, fit ei abomi-nabilis,&c.Non ampliùs Deum orat, &c. ex infir-mitate. *Appropinquauit corruptioni, & anima eius mortiferis*.

Ioſu. 40. O quàm his quadrat, quod in huius rei figu-ram dicitur illi in tranſitu Iordanis contigiſſe! *Aquæ* nimirum *partis ſuperioris intumuerunt, in-ſtar montis, vſque ad Sarthan: quæ autem inferiores erant in mare ſolitudinis* (*quod nunc vocatur mor-tuum*) *deſcenderunt, vſquequò omninò deficerent*.
Ricar. de S. Vict. tract. de extrem. mali, & pro-mot. boni, c. 16. & 17. Ricard. de S. Vict. Sarthan, inquit, interpretatur *tribulatio eorum*: tribulatio autem eorum, quid aliud eſt, quàm tribulatio tribulatorum? tribula-tio autem voluntaria cuique eſt ſua: quam enim quiſque patienter, ſeu etiam libenter ſuſcipit, ſuam eſſe facit: quia eam ſuæ vtilitati deſeruire cogit: hæc tribulatis imputatur ad meritum, quia vſque ad Sarthan peruenit.Sed aquæ, quæ inferio-res erant, in mare ſolitudinis, quod nunc vocatur mortuum, deſcenderunt. Quæ in mare deſcen-dunt, citò amareſcunt. Tribulationes in mare mortuum defluere, eſt per impatientiam omne meritum amittere.

Tribulationes communes ſunt bonis, & malis. Mali in tribulationibus patientiam amittunt, & vt fugiant pœnas, labuntur in culpas. Sic infelix Rex ille Achaz, *In tempore anguſtiæ ſuæ auxit con-* 2.Paral. 28.
temptum in Dominum, & immolauit Diis Damaſci. Hebr.
Damaſcus, tacitum oſculum, aut *poculum*: his im-molant, &c. At iuſti tempore tribulationum per-ſiſtunt in timore, & amore Dei: *Etiamſi occiderit* Iob 13.
me, in ipſum ſperabo, ac perdurabo, quantùm ipſi placet,vnum,tres,decem,quindecim annos in pla-gis: tot, inquit Theod. Studita, perdurauit Iob, quin vſque ad mortem perduraſſet.

De filiis Iſraël, & Ægyptiis. *Cùm tentati ſunt* Sap. 11.
(filij Iſraël) *diſciplinam accipientes* (proprium iu-ſtorum) *ſcierunt, quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur. Hos quidem tanquàm pa-ter monens probaſti*. Bonau. hoc eſt, ad maiorem D.Bonau. ib.
profectum, vel ad proficiendum in melius proba-tos reddidiſti. *Illos autem* (Ægyptios) *tanquàm du-rus Rex* (per affectum, ſcilicet punitionis, qui in natura tua benignus es) *interrogans* (pœnis, & quæſtionibus tormentorum ſicut latrones, & ma-lefactores) *condemnaſti*: (quia per flagella non ſunt emendati, ſed deteriorati:) *duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præterito-rum*, &c. Sic,ſic impatientes, & rabidi quidam in infirmitatibus,in doloribus,&c.

Non ſic iuſti, Abraham, & alij, qui in tentatio- Gen. 22.
nibus, & tribulationibus fideles dicuntur inuenti. Hebr. 11.
Quid hoc ſibi vult? quòd Deo pro mercede, & quæſtu non ſeruiebant; ſed Deo pro Deo: *Fideles inuenti ſunt*, &c. patientes, conſtantes: his enim tribulationes, & anguſtiæ detrimento non erant, ſed augmento. De Iacob Sapiens: *Honeſtauit il-* Sap. 10. Hebr.
lum in laboribus. Hebr. *Locupletauit eum in ærum-nis*. Tribulatio alios ditat, alios depauperat: tem-pore ſanitatis theſaurizauerat ille plures actus charitatis,obedientiæ,humilitatis, &c. ſuperuenit infirmitas: amittit omnia,&c.

Dicebat anima illa: *Manè erigit mihi aurem,* Iſa. 50.
vt audiam quaſi magiſtrum (Muſicæ, qui diſſonan-
D tis pertrahit aures:) *ego autem non contradico*(con-ſonantiæ,& legibus ſuæ legis:) *retrorſum non abij*, (dediſcens quotidie:) ſed quæro proficere, &c. Tribulationes, Fratres mei, ſunt tractus aurium, ne diſſonos mores, aut voces proferamus: quod ingens beneficium vel ab incunabulis ferè Deus aliquibus confert, qui mox nati vlnis tribulatio-num, aduerſitatúmque complexibus videntur ex-cepti. *Erigit manè, manè erigit mihi aurem*. q. d. mox diuinus Magiſter, ac natus fui, meas cœ-pit aures pertrahere. *Ego autem non contradico*: patiens tolero: *retrorſum abij*,aufugiens. Hoc in-tendit Deus: ſed aliqui contradicunt, retrorſum abeunt,&c.

E O quàm malum ex tribulatione non proficere! 2.Paral. 16.
Aſa nec in infirmitate ſua quæſiuit Dominum. q. d. Ideo immiſſa eſt hæc infirmitas, vt Deum quære-ret, vt ſe ſe ad Deum conuerteret: ſed nec in in-firmitate ſua Deum quæſiuit,&c.

Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea ni- Ezech. 24.
mia rubigo eius,neque per ignem.

Argentum reprobum vocate eos: quia Dominus Ierem. 6.
proiecit eos.

Percuſſiſti eos, & non doluerunt:attriuiſti eos, & Ierem. 5.
renuerunt accipere diſciplinam: indurauerunt facies ſuas ſupra petram,& noluerunt reuerti.

Pſal. 1. Hebr. *Supra quo percutiam vos vlt à addentes præuaricationem?* Hebr. *Ad quid percutiam vos vltra?*

Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus eam.

Exod. 9. *Indurabo cor Pharaonis.* Vbi Auguſt. Induratio non perficitur à Dei potentia compellente, ſed Dei indulgentia generatur: hoc eſt, ceſſatione flagelli, indulgendo, non tribulando, &c. ad quamlibet etenim plagam ſe aliqualiter excitabat, ac molliebat: ſed quoniam non profecit, Deus à flagello ceſſauit. Sic Pharao obduruit.

O quàm cauendum eſt, ne duriores fiamus! Prou. 27. *Si contuderis ſtultum in pila, non auferetur ab eo ſtultitia eius.* Non frangitur, ſed magis duratur, & deterior fit, &c.

Ideò ceſſat plerunque Deus à plagis, & à flagellis, ne deteriores euadamus. Iſai. 1. *Super quo percutiam vos vltrà addentes præuaricationem? Omne caput languidum*, &c. Septuag. Vbi Sept. *Quid vltra percutiemini addentes iniquitatem? Omne caput in laborem, & omne cor in triſtitiam. A pedibus vſque ad caput non eſt in eo ſanitas: vulnus, liuor, plaga tumens, non eſt malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas*, Chald. *Et facti ſunt retrorſum: non animaduerterunt dicentes: Propter quid percuſſi ſumus? Adhuc addunt peccare, nec dicunt: Quare omne caput languidum, & omne cor mærens? Non eſt qui perfectus ſit in timore mei, omnes ſunt contumaces, & rebelles, coinquinati ſunt in peccatis ſuis, ſicut plaga vlceroſa, non dimittunt ſuperbias, nec deſiderant agere pœnitentiam.* q. d. Flagella non proſunt.

Ideò, Fratres, ceſſat à flagello, quod eſt maius flagellum: tunc enim magis tribulat, cùm non tribulat. Pſal. 93. *Vt mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea.* In pœnam etenim peccatoris minuit Deus tribulationes, vnde ſibi foueã faciat, in quam miſerrimè ſua culpa, & voluntate cadat.

Ezech. 18. D. Aug. ſer. 37. de verb. Dom. *Auferetur zelus meus à te, & quieſcam, nec iraſcar ampliùs.* Auguſt. Vis noſſe, nulla pœna, quanta ſit pœna? Dauidem interroga, qui ait: *Irritauit Dominum peccator.* Quare? Quid vidiſti? Vidi peccatorem impunè luxuriantem, & exclamaui: *Irritauit Dominum peccator.* Quare hoc dixiſti? Vide, quid ſequitur: *Secundum magnitudinem iræ ſuæ non quæret.* Ideò, nempe, non exquirit: quia multùm iraſcitur, parcendo cedit: ſed iuſtè cedit, &c.

Prou. 3. Aquila. Salaz. ibid. Signum reprobationis eſt reprobare tribulationes. Prouerb. 3. *Diſciplinam Domini, fili mi, ne abiicias.* Aquila: *Ne reprobes diſciplinam, ſeu correptionem Domini.* Vbi Salaz. Ne te oſtendas reprobum reprobando tribulationes.

Quàm ſit bonum tribulationes pati, & glorioſum aduerſa æquanimiter ferre.

PVNCTVM XLVII

Iacob 1. Oecum. & Vatab. D. Thom. & Alij. OMne gaudium exiſtimate, *Fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.* Numine tentationum omne genus calamitatum intelligit Apoſt. Oecumenius, & Vatabl. legunt: *Pro ſummo gaudio exiſtimate.* D. Thom. & alij: *Perfectum gaudium exiſtimate.*

Cant. 1. D. Bern. ſer. 71. in Cant. Vt id benè Sponſa exiſtimabat! *Trahe me poſt te*, per Crucem, ſcilicet, ac labores. Vbi Bern. Quàm pauci poſt te, ô Domine Ieſu, ire volunt, cùm ad te peruenire, nemo ſit, qui nolit, hoc ſcientibus cunctis: quia *Delectationes dexteræ tuæ vſque in finem!* propterea volunt omnes te frui; at non ita imitari: conregnare cupiunt, ſed non compati.

Ex tribulatione eſt omne bonum. Faciem Dei exquirens Moyſes, audiuit, *Oſtendam tibi omne bonum*, &c. *Poſteriora mea videbis.* q. d. cùm ſcapulas tibi vertero, quod eſt, cùm te tribulauero, *oſtendam tibi omne bonum. Poſteriora mea videbis*, ſcapulas, ſcilicet, ſupra quas *fabricauerunt peccatores*, vel, *arauerunt arantes*, flagellorum, virgarúmque vomere, & in occipite quaſdam ligaturas, vt ait ex Hebræis Mag. hiſt. ſchol. q. diceret: Omne bonum, ô Moyſes, in paſſione. Exod. 33. Pſal. 128. Hebr.

Hinc Dauid: *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* vel, vt alij: *Cùm afflictus fuero ad ſimilitudinem tuam.* Pſal. 16. Alij.

In Numeris: *Decima dies menſes ſeptimi erit vobis ſancta, atque venerabilis, & affligetis animas veſtras.* Vbi pro eo, quod nos legimus: *Erit vobis dies venerabilis.* Orig. legit: *Erit vobis dies propitiationis.* quaſi Deus nihilo magis nobis propitietur, quàm cùm nos in afflictionibus conſtitutos videt. Vbi idem Origen. O mira feſtiuitas! dies feſtus animæ, afflictio appellatur. Num. 29. Orig. hom. 29. in Num.

Quæ bona ex tribulatione proueniant, oſtendit locus Sap. *Honeſtauit illum in laboribus.* Græc. *Locupletauit eum in ærumnis*, vel *per ærumnas.* Hinc Guarricus, Poterit, inquit, inuidus ille tentator ſæuire: ſed hoc erit ſeruire, (vt maior Eſaü ſeruiuit minori Iacob, de quo loquitur Sapiens:) poterit vrere, tundere, diſſecare; ſed hoc erit coronas fabricare. Et Euſebius Emiſ. hom. de S. Steph. cùm ponderat orationem eius pro lapidantibus: Nec mirum, ait, ſi eis neſcit iraſci, per quos ſibi videt, aulam regni cæleſtis aperiri, per quos æternis ſæculis ſe intelligit conſecrari. Tantùm abeſt, vt in tormentis triſtetur, vt pro torquentibus deprecetur: &, ſi addere licet, vt pro tormentis deprecetur, dum, ſcilicet, orat, ne de torquentibus Deus vindictam ſumat. Vt Apoſt. ille faciebat, qui virtutem ſanctæ Crucis agnouerat. Sap. 10. Græc. Guarr. Ab. ſerm. 1. de S. Bened. Euſeb. Emiſ. hom. de S. Steph.

Moyſi quondam in deſerto aquas dulcaturo, *Et oſtendit*, inquit ſacer Textus, *ei lignum.* Alij: *Et docuit eum lignum*, hoc eſt, quandam virtutem ligni. O nos beatos, ſi ſanctæ Crucis virtutem agnuſceremus! ô nos felices, ſi Dominicæ Paſſionis virtutem intelligeremus! &c. Exod. 15. Alij.

Vt bene Ioſeph agnouit! qui propterea fratres ſuos honorifice excepit conuiuio, vt inquit Philo, quaſi eo vellet ſoluere beneficium perſecutionis, eiectionis in ciſternam, venditionis in Ægyptum. Gen. 45.

Huc facit locus Ieremiæ myſticè relatus à Matth. de cæde Innocentium: *Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari; quia non ſunt*; ſupple, in tali amiſſione ſuſcipiendæ conſolationes. Sic Emiſſenus. Vbi enim lætitia vincit lacrymas, gaudium mœrorem, gloria paſſionem; ibi conſolatio neceſſaria non eſt. Ierem. 4. Matth. 2.

Vbi Chryſ. Duo hîc diuerſa conſpicio, & quòd flet, & quòd conſolari contemnit: ſi enim fleuit, cur conſolari contempſit; aut, ſi noluit conſolari, cur fleuit? Et reſpondet: Conditio à matre defletur; ſed ſpe gloriæ conſolatio humana contemnitur: plangit affectus, ſed fides exultat. Chryſ.

Sed D. Hieron. mouet dubium: Quid Rachel inducitur plorans, & non potiùs Lia, cuius filij, nempe, de Tribu Iuda, fuerunt innocentes? Reſponderi poteſt, quòd ex felicitate ſororis, infelicitatem ſuam miſerè deplorabat: quaſi lamentaretur, D. Hieron.

[A] lamentaretur, filios suos non fuisse occisos, vt sorori contingebat, intelligens, quàm gloriosum sit, vel in cæde filiorum tentari.

[Iob 6. Alij.] Iob: *Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat.* Alij: *Tunc esset adhuc mihi consolatio, & obsecrarem in dolore meo, vt non parceret.* Alij: *Et calefaciem me in dolore, & subsiliam præ lætitia, si interfecerit me Deus, & non pepercerit. Nec contradicam sermonibus Sancti.* [Hebr.] Hebr. *Et Deo non resistam precibus*, vt plerique faciuor.

[D.Ambr. Genes. 43.] Hinc Sancti, nedum viui, sed vita functi, si dici potest, pati voluerunt. Quærit Ambr. cur Ioseph transferri voluit vel post mortem, &c. Ne vel mortuus, inquit, requiesceret: quasi tot labores, quos in vita pertulit, ei pauci viderentur; alios & mortuus, vt potuit, pati voluit, &c.

[Act. 6.] O quanti fecit & Apost. ipsum pati! Tanti certè, vt passioni omnia postposuerit. *Opto*, inquit ad Regem Agrippam, *non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt hodie, fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.* q. d. Hæc supra Apostolatum æstimo: te, & omnes vellem Apostolos; hæ catenæ meæ sint.

[Chrys. hom. 5. de pat. Iob.] Chrys. sed audiamus ipsum in hoc ipso gloriantem, & dicentem: *Obsecro igitur vos vinctus in Domino.* nam magna dignitas, & multa, regno, & consulatu, vniuersisque maior pro Christo ligari. [Ephes. 4.] Nihil enim tam clarum est, quàm pro Christo vinctum esse, ita vt catenæ, circundatæ sanctis illis manibus, apostolatu, & doctoratu multò sint illustriores, maiorique veneratione dignæ. [C] Si quis amat Christum, nouit, quod dicitur: si quis insanit, atque aduritur Domini amore, vincit potentiam vinculorum: eligeret fortasse vinctus esse pro Christo magis, quàm cælos inhabitare. Nam fortè vel in dextris eius sedere hoc clarius, hocque clarius, quàm super duodecim sedes sedere. Si quis me cælo condonet omni; vel ea, qua Pauli manus vinciebatur, catena; illam ego honore præponerem. Si quis me cum Angelis statuat, aut cum Paulo vincto; vincula eligerem. Si quis me cum illis faciat Potestatibus, quæ circa Dei thronum sunt, aut vinctum talem; talem eligerem potiùs etiam vinctum. Etenim nihil meliùs, quàm mala pro Christo pati. Si quis mihi mortuos suscitare dederit nunc; non iam id, sed catenam [D] eligerem. Vellem nunc locis in illis versari, quibus vincula illa manent; & catenas videre, quas timuerunt quidem Dæmones, & horrent, & Angeli venerantur. Si ecclesiasticis curis essem vacuus, corpúsque robustum haberem, nequaquam peregrinationem tantam facere recusarem, quò catenas solùm viderem, & carcerem, quò Paulus vinctus. O beata vincula! ô beatas manus, quas ornauit catena illa Paulo circundata! Non tam pretiosæ erant manus, quæ claudum in Lystris erexerunt, quam vinculis circundatæ. Si per illa tempora ipse fuissem, tunc potissimùm fouissem eas; & ante meas oculorum pupillas ponens, nusquam desiissem deosculari manus dignas effectas [2.Cor. 12.] [E] pro Domino meo vinciri. Non eum sic dico beatum, quòd tertium vsque ad cælum, & in Paradisum raptus est; quemadmodum, quòd in vin- [Ibidem.] cula sit coniectus. Non eum sic beatum dico, quòd audiuerit arcana verba; quemadmodum, quòd vincula sustinuerit. Etenim hæc illis longè maiora. Eligibilius nanque mihi est mala pati pro Christo, quam honorari pro Christo.

Quare Chrys. ipsum pati, tribulationémque ipsam quodammodo præfert gloriæ. Videtur excessus. Et quid aliud egit Saluator noster, dum gloriam suo corpori debitam ab instanti conceptionis negauit? nónne pati prætulit ipsi gloriæ? Gloria cælestis, qua anima illustratur, in corpus illi coniunctum connaturali quadam ratione diffunditur, vt aiunt D. Damasc. D. August. & D. Thom. [D.Thom. 3. p.q.45. ar.2. Hebr. 2.] Miraculauit itaque, sic dixerim, vt pati posset. Passionem, suam gloriam existimabat. *Vidimus Iesum propter passionem mortis gloria, & honore coronatum.* Quid? pati dicitur gloria, dicitur honor? Ita planè. Sic Chrys. Theophyl. & Oecumenius.

[Mar. 10. Syriac.] *Hinc faeles eius*, iam *hymno dicto*, aut Syriac. *hymno cantato*, præ gaudio *erat euntis in Ierusalem*: & tam celeri gressu properabat, vt ipsos [B] præcederet discipulos. *Et præcedebat discipulos suos, & stupebant.* Imperterritus præibat, inquit Gloss. Interlin. [Gloss. Interl.] adeò vt discipuli mirarentur.

[Ioan 17. Chrys. hom. 5. de pat. Iob.] Hinc prope mortem: *Clarifica me, Pater*, &c. Quid ais? Miratur Chrys. Ad Crucem raperis cum prædonibus, & sacrilegis, vt execratorum hominum mortem luas, sputis polluendus, & alapis polsandus, & hæc gloriam appellas: Multò magis ego ista gloriam putare debeo.

[2.Reg. 6.] Heu! Fratres, Christus tam passionis amicus, non iam inimici? Christus à conceptionis instanti gloriam corpori debitam exuit; nos nec ad momentum voluptatibus priuari volumus? O eximium in nos Christi amorem? Mirantur Sancti [C] Regem Dauid vestes regias exuisse, & ante Arcam saltasse; quid vestem gloriæ tanto tempore deposuisse? Nihil omninò, Fratres, consolationis Christus Dominus in inferiori portione admisit: à primo instanti, vt dixi, sibi Crucem proposuit, quotidiéque sic dixerim, agonizauit. [Psal. 87. D.Bonau.] *In laboribus à iuuentute mea.* D. Bonau. id est, toto tempore vitæ meæ.

[Luc. 9.] Quænam hinc nobis obligatio patiendi: Mirum, quàm ægrè patiamur. Christus, iterum dico, gloriam corpori participatam mox retraxit: nos semper consolationes optamus. Christus in transfigurationis gloria meminit passionis: *Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.* vt hoc pacto, quasi felle, ac amaritie passionis, vel [D] per breuem illam gloriæ dulcedinem condiret: nos passiones ipsas semper quærimus, quibus possumus delectationibus vel dulcorare, vel minuere. Christus vt dotem gloriæ corpori impertiret, montem quasi difficili gressu conscendit; sed quò pateretur, vt diximus, celerrimo gressu properauit: nos, vbi aliquid pati oportet, vix pedem efferimus; ad gaudia currimus. Ad ieiunia, ad vigilias, ad carnis mortificationes vt pigri sumus! ad voluptates autem vt celeres inuenimur!

Duxit eos in montem excelsum, & in eo gloriam ostendit. Poterat in conualle, aut in planitie transfigurari: sed vt patiendi necessitatem ostenderet, per ascensum montis, in montis cacumine transfiguratus est: nos gloriam vellemus in pla- [E] nitie, nullóque labore consequi.

[Rom. 8.] Dixit Apost. nos esse Dei filios, & subdit: *Quòd si filij, & heredes*, &c. Sed audite: *Si tamen compatimur.* Taxatiuam ponit conditionem sine qua non.

[Apoc. 7.] *Hi omnes, qui sunt, & vnde venerunt?* De tribulatione magna. Væ nobis non venientibus nec de parua.

[Iacob 1.] *Patientia, patientia*, Fratres mei, *opus perfectum habet*, id est, ostendit perfectionem virtutis.

Exod. 15. Philo. *Venerunt in Marath, ibi constituit ei praecepta, & ibi tentauit eum.* Vbi Philo: Est certissimum, inquit, experimentum animae in labore, atque amaritudine. Hinc Apost. *Signa apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus.* Vbi duo notanda, patientiam praeponi signis, euidentiúsque signum apostolatus esse: quasi innoat, nullum euidentius Christiani signum dari, quàm pati. Hinc illa: Aut moriendum, aut patiendum.

2.Cor.12. S. Teres.

Tertul. l. de fuga. Matth.10. In hunc sensum Tertull. illud dictum censet: *Cùm vos persequuti fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam.* denuò, scilicet, persequendi, donec moriamini: q.d. Nuo praecipit, vt persecutiones fugiantur; sed vt potiùs ad persecutiones confugiatur, & vbique occasiones patiendi quaerantur, donec vita finiatur. Aut patiendum, aut moriendum.

Spec.exemp. dist.9.exem. 94. O quàm id nouerat, optiméque sentiebat illa in Spec. exemplorum! Quaedam pulchra facie, sed pulchrior fide, deuota Deo, pia pauperibus, & eleemosynis assueta, cùm à piissimo Patre, Deo, tanquàm filia charissima percussa fuisset subitò plaga leprae, & tota facie defurmata; plangentibus omnibus, qui videbant eam ipsa sola gaudebat, gratias agens Deo. Visitans autem eam quidam Episcopus, & videns eam sic horribiliter deturpatam, quae tam speciosa fuerat, & tam sancta dicebatur ab omnibus; flere coepit, & Dei iudicium admirari. Illa verò ridens, interrogauit eum, quare fleret? Respondit, quòd ex compassione non poterat à lacrymis abstinere. Inquirenti verò Episcopo, quare ipsa risisset. Respondit: Domine, si quis detineretur in carcere tali pacto, quòd nunquam exiret, donec muri funditùs corruissent; si videret muros paulatim corruere pro sua liberatione, gauderet; vnde cùm anima teneatur in corporis carcere, gaudere debet, quando videt corpus suum deficere: & ad finem suum tendere, procul dubiò sciens exitus sui tempus propinquare, vt ad sui Redemptoris aspectum libera teneatur.

Quòd gloriam praecedit passio, quódque per multas tribulationes oportet introire in Regnum Dei.

PVNCTVM XLVIII.

Luc.24. Tertul.de coron. mil. c.14. *Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?* Tu sine passione in gloriam non tuam? Christus, inquit Tertul. fauos post fella gustauit, (hoc est, post resurrectionem;) nec antea Rex gloriae à caelestibus salutatus est, quàm Rex Iudaeorum proscriptus in Crucem, minoratus primùm à Patre modicum quid citra Angelos, & ita gloria, & honore coronatus. Hoc innuit Petrus appellans Christi glorias posteriores: *Praenuntians eas, quae in Christo sunt passiones, & posteriores glorias.* Glossa: id est, praecedentibus tribulationibus comparatas. *Si sustinebimus,* inquit Apost. *& conregnabimus.* Vbi Rupert. hoc ius legale est apud caelestem Regem, vt primùm aduersa tolerentur, deinde regna caelestia conferantur. *Ego Ioannes* (dilectus tamen) *particeps in tribulatione, & regno.* Sed primùm *in tribulatione*: posteà *in regno.* Huc facit, quod obseruat Tertull. Iacob manibus in Crucem compositis, benedixisse duos illos filios Ioseph: vnde elicit, per Crucem aeternam benedictionem comparari. Sic per Crucem, inquiunt, fieri visionem Philosophi: & per Crucem affectum fieri visionem Theologi. *Platea* (templi) *erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & coenaculum templi deferebat per gyrum.* Vt detur intelligi, in caelum non posse conscendi nisi per cochleas, gyrósque aduersitatum.

1.Pet.1. 2.Tim.2. Rupert.ibid. Apoc.1. Tertull.

Ezech.41.

Matth.20. Hinc ad filios Zebedaei sic rigidè, ad Petrum autem idemmet postulantem, sic benignè respondet. Vnde? Quia Petrus post sequelam, per Crucis, ac Passionis imitationem, quid de eis futurum esset, interrogat: illi ante calicé, solo cognationis, ac sanguinis titulo, sedes requirunt. *Nescitis, quid petatis.*

4.Reg.2. Ascendit Elias per turbinem in caelum; tu flantibus Zephyris, auráque suaui in lectica velles ascédere. Erat currus, currus Eliae; sed currus igneus. Per currum Crucis Christus ascendit in caelum, & in caelum ascensuris manum porrigit, dicens: *Si meus es, adiunge te curru, & ascende.* Vbi notandum, nunquàm aliàs, si rectè recordor, Paradisi mentionem fecisse, nisi in Cruce: tunc hac voce vsus est, cùm in Cruce penderet: *Mecum eris in Paradiso.* quasi diceret: Video te in eodem curru: securus ascendes, &c. Hinc, vbi nos legimus: *Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt* Hebraeus apud Caiet. legit: *Tribulationes cor meum dilatarunt* (vel iuxta alios, *sursum ferri*) *fecerunt.* Euellunt etenim tribulationes cor nostrum à terrenis affectibus, & sursum impellunt. Ita, ita est, Fratres mei: per tribulationes in caelum ascendimus.

4.Reg.10.

Psal.24. Hebr. Alij.

Matth.20. *Ecce ascendimus Ierosolymam.* Per quam viam, Domine? Per Crucem, & mortem. *Et Filius hominis tradetur ad illudendum,* &c. Mirum! inquit Marcus: *Et ipsi horum nihil intellexerunt.* Verè: per pauci etenim sunt, qui intelligát, viam spinis, tribulisque tribulationum cõsitam, esse viam, per quam ascendamus Ierusalem caelestem: sed putamus, viam floridam esse viam caeli, &c. Fallimur, fallimur, Fratres. Recta in caelum est via aduersitatum.

Marc.10.

Sap.10. Inquit Sapiens, Dominum deducere *Iustum per vias rectas, & ostendere illi regnum Dei.* Via recta, est via aduersitatum. Recta dicitur, cuius medium correspondet extremis; alioquin est via curua, & obliqua. Iam extrema vitae hominis sunt lacrymae, tum nascendo, tum moriendo: si interim risui vacas, via recta non est. Extrema sunt nuditas, ac paupertas: si intereà benè indutus, sumptuosè indutus incedis, iam via recta non est. *Nudus egressus sum de vtero matris meae, & nudus reuertar illuc.* Hunc deducit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei: honestat illum in laboribus, & complet labores illius. Vbi notandum ad literam, verba hîc fieri de Iacob, cui tune ostensum est regnum Dei, cùm scala illa tam mystica ostensa est, cui Deus innixus, aut iuxta D. Diodorum in Catena Graeca, Angelus Deum referens, idem, qui secum luctatus est: quasi it diceret Angelus: Quid? dormiens, quietus, sine labore scandere cogitas? Falleris: luctãdum est, sudandum est. Sic paulò pòst manus conseruerunt, luctatique sunt per totam noctem vsque ad aurotam. Tunc honestauit eum in laboribus, tunc benedicens compleuit labores illius; sensitque salutis negotium non esse in somno, sed in vigilia; non in requie, sed in labore; non in voluptatibus, sed in aduersitatibus, &c. Non potest haberi Crucifixus sine Cruce, dicebat ille.

Iob 1.

Gen.28.

Diodor. in Cat.

Psal.83. Psalmus 83. *Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum.* habet in fronte: *Pro torcularibus.*

Hebr.12. *Si filij, & heredes.* Verissimum: Sed *flagellat omnem filium, quem recipit.*

Dominus

Psal. 66. Hieron. Felix. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut*, &c. *Qui iurat proximo suo, & non decipit.* Hieron. *Qui iurat, vt se affligat, & non mutat.* Felix: *Qui iurauit affligere, vel vt contereret, aut humiliaret*, (supple, seipsum, vel corpus suum.) *& non mutabit* (proposi-
Titelm. Matth. 17. tum, votum, aut iuramentum.) Sic Titelm.

Petrus: *Domine, bonum est, nos hic esse.* Antequàm pateretur? *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos.* quasi diceret: Gloriam, ô Pe-
Luc. 9. tre, præcedit passio: & propterea illi *dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem*: &
Mar. 9. dum Petrus ante passionem gloriam postulabat, *nesciebat, quid diceret.*

Cant. 1. Sponsa quondam ad dilectum: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* Quò huiusmodi laudes, ô Sponsa? Vt diuinis eius fruar amplexibus. *Lectulus noster*, subdit statim, *floridus.* At ille: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Certè ad rem: illa monstrante lectulum (veluti acutè etiam persen-
Bern. ser. 47. in Cant. sit Bernard.) ille vocat ad campum. Quò ergo Sponsus tendebat? Idem Bernard. Ad exercitium prouocabat.

2. Tim. 2. *Non coronabitur*, Fratres, *nisi qui legitimè certauerit.* Delectet igitur mentem, vt hic monet Gregorius, magnitudo præmiorum; sed non deterreat certamen laborum. Corona gloriæ dicta
2. Tim. 4. est corona iustitiæ: *Reposita est mihi corona iustitiæ.* Nos coronam solùm fauorum, & gratiarum vellemus?

Psal. 123. Cæli portæ dictæ sunt portæ iustitiæ: *Aperite mihi portas iustitiæ.* Nobis solummodo fauorum portas recludi postulamus? Non certè, nam *Aperite mihi portas iustitiæ: ingressus in eas, confitebor Domino. Hac porta Domini: iusti intrabunt per eam.*

Labores in requiem, tristitia in gaudium, tribulatio in gloriam conuertuntur.

PVNCTVM XLIX.

Matth 8. **E**Rat nauis in medio mari: nauicula iactabatur fluctibus: Discipuli, ne mergerentur, laborabat. *Ipse verò dormiebat.* Heu, Domine, tempestatem non sentis? Vtique, inquit Origenes, ipse eam ex-
Orig. citauerat tempestatē; sed ipsemet, qui, etsi dormit, vigilat; cùm vult, cùm tempus est, surgit, imperat ventis, & mari, & fit tranquillitas magna. *Post tem-*
Tob. 3. *pestatem* aduersitatum, lætitiæ *tranquillum facis: post lacrymationem, & fletum, exultationem infundis.*

Ionæ 2. Tempestates tandem in tranquillitatem vertuntur. Tempestas illa magna Ionæ: *Nauis periclitabatur conteri*, &c. tandem, *& stetit mare.* Tempestas illa, bestia illa, videbatur ruina: & facta est catina.

Erat Apostolus cum aliis ducentis septuaginta sex in mari, vbi tam immanis tempestas exorta est,
Act. 27. *Vt neque Sole, neque syderibus apparentibus per plures dies, iam ablata esset spes omnis salutis eorum.* Tandem omnes salui facti sunt meritis Pauli, &c. O quot tempestates! ô quot venti è *regione deserti!* quibus tandem surgens Dominus imperat: Tacete, obmutescite: & fit tranquillitas magna, &c. Sic post huius vitæ tempestates, post labores, post lacrymas, tranquillitas, quies, gaudium succedit.

1. Reg. 1. Annæ illius, Phenennæ aduersariæ, post tot effusas lacrymas, *Vultus non sunt amplius in diuer-*
Septuag. Hebr. *sa mutati.* Septuag. *Vultus eius non concidit amplius.* Hebr. *Et facies eius non fuit ei amplius.* hoc

Speranza Scripturæ selectæ.

A est, nunquàm posteà faciem tristem habuit; quod alij vertunt: *Non fuit amplius mœsta.* Ars ha al-
Apoc. 21. terius vitæ, in qua *abstergei Deus omnem lacrymam*; suis ipse manibus. O charæ lacrymæ! Plorate; plorate nunc, Animæ: veniet dies, cùm lacrymæ omnes abstergentur, non ab Angelis, sed à Creatore Angelorum. *Absterget Deus omnem lacrymam, omnem*, vel minimam, quam quis pro eius amore effuderit. *Omnem*, vndequeque, siue occasione charorum, siue ob acceptas iniurias, siue ob inopiam, &c. *Omnem*: quia *mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor*, &c.

Lacrymæ omnes in gemmas, & vniones conuertentur. Hæ sunt calculi candidi ex D. Hierony- Apoc. ibid.
B mo; candidissimi, videlicet, vniones in præmium lacrymarum. Hoc innuit apparens filiis Israël in deserto Deus. *Habens sub pedibus quasi opus lapi-* Exod. 24.
dis sapphirini. Hebr. *Quasi opus lateris sapphirini.* Hebr.
Quasi diceret: Lateres illi tot laboribus, ac lacrymis confecti in sapphiros sunt conuersi, &c.

Huc facit facies illa bouis in Cherubim faciem Ezech. 10.
conuersa. Videbis modò sub iugo diuinæ legis animam laborantem: videbis in Dei seruitio sudantem, macie confectam, pallentem. Citò hanc faciem videbis in faciem Cherubim conuersam.

Tristitia vestra vertetur in gaudium. Date siceram Prou. 31.
mœrentibus; & vinum (diuinarum consolationum) *his, qui amaro sunt animo*; non his, qui modò lætan-
C tur. *Bibant, & obliuiscantur egestatis sua; & doloris sui non recordentur amplius. Et quæ?* O diuinam Luc. 24.
metamorphosim! tribulationes in gaudia; tristitia in lætitiam; paupertas, mendicitas in copiam.

Mortuus est Lazarus, & factum est, vt portaretur ab Angelis. Ponderat Augustinus: Mortuus D. August.
pauper, inquit, portatur in humeris Angelorum, ne hom. 5. vtr.
saltem ambulans laboraret. Portabatur post tan- in Luc.
tos labores: & portabatur ab Angelis. Non sufficerat ad portandum pauperem, vnus Angelus: plures veniunt, vt chorum lætitiæ faciant, & gaudeat vnusquisque tantum onus tangere, & perducere hominem ad regna cælorum. Et alibi: Vidisti Conc. 2. de
D eum ad portam diuitis pauperem, & mendicum, Lazar.
nunc oculus eleua, & vide eum felicem in sinu Abrahæ. Vidisti eum miserè circumseptum canibus vlcera eius lingentibus? vide nunc eum choris Angelorum circundatum. Vidisti in miseria? conspice in deliciis. Vt mutatæ sunt vices! vt peracta iam scena in suo quisque habitu remansit? Diues, qui diues non erat, in sua paupertate: pauper, qui pauper non erat, in suis diuitiis.

Nescio, an vnquam obseruatum sit, ferè Psalmos omnes, quibus in fronte titulus est: *In finem*, à tristitia incipere; sed in lætitiam terminare. Psalmus, qui hoc titulo prænotatur? vt tristis Psal 4.
initio! *Cum inuocarem*, &c. *In tribulatione dilatasti mihi*, &c. sed finem attende: *In pace in idipsum dormiam, & requiescam: quoniam tu, Domine,*
E *singulariter in spe constituisti me.* Sequentis Psalmi titulus: *In finem.* Tristitiam audi: *Verba* Psalm. 5.
mea auribus percipe, Domine: intellige clamorem meum. Finem audi: *Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto. Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Sic alius: *In finem in carminibus, Psalmus David* Psal. 6.
pro octaua. Sic, in finem, & pro octaua beatitudinis: initio tristitia, in fine lætitia: *Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere mei, Domine.* vt dolorosus! vt tristis! Sed, *Exaudiuit Dominus orationem meam:* Psal. 6.
Dominus orationem meam suscepit. quæ lætitia!

K 3 Sic

Sie quinquagesimus, qui pro titulo habet: *In finem.* scitis, qualiter incipiat: *Miserere mei, Deus,* &c. sed in fine totus est refertus lætitia: *Benignè fac in bona voluntate tua Sion, vt,* &c. Habetis mœstitiam? *Tristitia vestra in finem vertetur in gaudium.*

D. August. ad illud Apost. *Non sunt condigne.* O gaudium in finem sine fine! Dioinè Augustinus ad illud Apostoli: *Non sunt condig: a passiones,* &c. Sæuiat mundus, inquit, fremat mundus, incteper linguis, corusect armis: quicquid vult, quicquid potest, faciat: quid faciet tandem ad id, quod acceptuti sumus? (Declara, deinde perge.) Appendo id, quod patior, contra id, quod spero: illud sentio, istud credo: & tamen plùs valet apud me, quod credo, quàm quod sentio: quicquid enim hîc sentit, & quicquid patitur quis pro nomine Christi, si potest vinci, tolerabile est; si non potest vinci, migrare hinc nos facit, & tunc non extinguit, sed accelerat. Quid accelerat? ipsum, quod expectamos præmiū; ipsam, quam speramus, dulcedinem; quæ cùm venerit, fine fine erit: opus cum fine, merces fine fine.

Ex Chron. Minorum. O pretiosæ tribulationes, quibus ad tantam gloriam peruenimus! Quis non gaudeat, quis non exultet in tribulationibus? Quàm exultabat Franciscus! Cùm is grauiter pateretur in oculis, & venisset ad Sanctum Damianum, prima nocte iam grauiter est infirmatus, quòd lucem aliquam videre non poterat. Cùm ergo stetisset in cella quinquaginta diebus, in tanto dolore oculorum, & vexatione multiplicium murium à Diabolo excitata, quòd die, noctùque quiescere non valebat, hoc esse flagellum Domini recognoscens, cœpit Deo gratias agere, & illum toto corde, & ore laudare, & ex intimis præcordiis clamare, quòd illis, & multò maioribus angustiis dignus esset. Et cùm rogasset Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, Pastor bone, concede mihi ouiculæ tuæ gratiam, & virtutem, vt in nulla tribulatione, angustia, vel dolore à te recedam. facta est ad eum vox de cælo, dicens: Francisce, si tota terra esset aurum; & mare, & flumina, & fontes essent balsamum; & omnes montes, & colles, & lapides essent lapides pretiosi: & tu inuenires alium thesaurum tantò nobiliorem his omnibus, quantò est nobilius aurum, quàm terra; balsamum, quàm aqua; lapides pretiosi, quàm saxa; & esset tibi datus pro infirmitate tua ille thesaurus tam charus, non deberes multùm gaudere. Respondit sanctus Franciscus: Domine, non sum dignus tam pretioso thesauro. Et Dominus ad eum: Gaude nunc, Frater Francisce: quia ille est thesaurus vitæ æternæ, quem tibi reposui, & ex nunc te inuestio: & ista infirmitas, & afflictio tua, est arrha illius beati thesauri. Tunc Sanctus Franciscus est valdè lætus effectus.

Cælestis thesaurum nulli rei comparabili suis tribulationibus S. Franc. promeruit.

Tribulatio diuinus est fauor.

PVNCTVM L.

Psal. 93. Vatab. Beatum eum appellat Propheta, quem Deus tribulationis fauore prosequitur. *Beatus, quem tu erudieris, Domine.* Vatab. ex Hebr. *Beatus, quem tu castigaueris, Domine.* Conscribenda est tribulatio inter fauores.

Psal. 98. Dauid recenset fauores, quibus Deus Israeliticum populum affecit: *Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos. In columna nubis loquebatur ad eos.* fauores insignes. Pergit: *Domine, tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.*

A Quid ais? Inter fauores vltio, & tribulatio? Ita. Sic Machabæi illi: *Etenim non sinere ex sententia agere; sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium.* 2. Mach. 6.

Et iste, inquit Sponsa, *est amicus meus.* Alij: *Et iste est afflictio mea.* Cant. 5. Alij. Matth. 27.

Chariores magis tribulati sunt; quod est, maioribus fauoribus sunt affecti. Christus in Cruce, Virgo, & Dilectus iuxta Crucem: non tam dilecti à longè: inimici, inimici Crucis.

Vobis donatum est, vt non solum in ipsum credatis; sed etiam vt pro illo patiamini. Quid? estne fauor æqualis fidei? Est maior. Sic D. Thomas: Quod est maius donom. Et Haymo subdit: Quod non concedit nisi amatoribus suis: fidem autem amatoribus, & non amatoribus. Philip. 1. D. Thom. & Haym. ibid.

B Christus, inquit Caietanus, generalitatem passionum suscepit, vt vniuersum quoad mala (scilicet, pœnæ) deificaret: ita quòd sicut Verbum diuinum suscipiendo humanam naturam, assumpsit quodammodo totum vniuersum quoad bona; ita suscipiendo mala hominum in generalitate suarum passionum, deificauit totum vniuersum quoad mala. Prodest autem malorum huiusmodi tanta dignitas humano generi valdè; quoniam malorum incursus post Adæ peccatum ineuitabilis est, & necessarius in via virtutis ambulantibus ad cælestem Patriam. Naturaliter autem exosa, fugibilia, tristiáque sunt mala; & propterea arcta, duráque dicitur via vitæ: sed vbi assumpta à Verbo in propria persona mala sunt, deificata proculdubiò sunt, & inde reddita sunt desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum, cùm non habentur; & dulciora super mel, & fauum, cùm habentur, vt gesta Martyrum testantur, dicentium: Hoc est, quod semper optaui. Has epulas ego semper optaui. Video mihi, quòd supra roseos flores incedam, &c. Et hinc virtutis via, patiendo mala, facta est humano generi amabilis, desiderabilis, atque delectabilis secundùm se ipsa. *Sed animalis homo non percipit, quæ Dei sunt.* palato enim nō sano pœna est panis, qui sano est suauis: & oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis. Hucusque Caietanus hoc loco, vt alibi sæpè, velut Dux, & Magister vitæ spiritualis. Caiet. in 3. p. q. 40. a. 1. Cor. 1.

C

D Qui nunc fauor est, iam deificatas habere tribulationes? Pulchrè Sedulius: Sedul. lib. 4. carm.

Pœnam vestitus honore,
Ipsáque sanctificans in se tormenta beauit.

Communicantes ergo Christi passionibus gaudete. Sic & Tertullianus: Quin insuper gratulari, & gaudere nos decet dignatione diuinæ castigationis. Expende illud: Dignatione, &c. Tertull. lib. de patient. c. 11.

Magis dilecti à Principibus, magis ditantur. Vt diuites facit Deus, quos magis diligit? Sed quibus diuitiis? *Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ.* Ierem. 50.

De igne (diuini amoris) *fulgur egrediens* (tribulationis.) Ezech. 1.

E Vt hos fauores Sponsa peroptabat! *Surge Aquilo: veni, Auster.* Quid: turbulentissimos ventos peroptas? Sic, sic perflent iam Aquilo, quàm Auster in hortum meum. *Et fluent aromata virtutum,* &c. Sic Ric. Beda, Cassiodorus. Cant. 4.

Fauor adeò insignis est, vt comprehendi nequeat. Hoc sibi volebat Iacobus: *Si quis vestrûm indiget sapientia, postulet à Deo.* Vbi Venerabilis Beda: Egerat iam de patientia, & subdit: *Si quis vestrûm indiget sapientia.* quasi diceret: Si quis vestrûm non potest intelligere vtilitatem, dignitatem tribulationum, ac aduersitatum, *postulet à Deo,* &c. Iac. 1. Beda.

Ade ò

Mar. 2. Adeò excellens fauor, vt inter cælestia præmia, vt fauor cælestis recenseatur. *Centuplum accipiet, cum tribulationibus*, &c.

Psal. 7. Lorin. in Psal. 101. Diuinum hunc fauorem admirabatur Propheta: *Quid est homo*, (aut iuxta alios, *quid est Enos, obliuiscens*; ex Lorino, *calamitosus, infirmus, ægritudinis deplorata*,) *quòd memor es eius; aut filius hominis, quia* (ceu Medicus) *visitas eum*? Quid, cùm febrim immittit? Dei visitatio. Quid, cùm deplorato te afficit morbo? Dei memoria, qua veluti Medicus te visitare decreuit. O diuinum fauorem! & tu *Enos: obliuiosus*?

Psal. 26. Vt hunc Medicum peroptabat Dauid! *Ne declines in ira à seruo tuo*. Quasi diceret: Ne, quæso, cælestis medice, indignatus domum meam transilias.

Aug. ibid. Quid rogas, inquit August. ne decliner in ira? si à te declinauerit in ira, non in te vindicabit. Si incurras in illum iratum, vindicabit in te. Opta ergo potiùs, vt decliner à te in ira, non accedat. Quid nouit enim? quid desiderat? Ira eius non est nisi auersio vultus eius.

Pet. de Natal. l. 2. c. 36. Succurrat hoc loco memoriæ illud, quod vidente D. Ambrosio accidisse narratur. Cùm B. Ambrosius Romam pergeret, & in quadam villa Tusciæ, apud quendam nimis locupletem hospitatus fuisset, hominem illum super statu suo sollicitè requisiuit. Cui ille respondit, Status meus, domine, semper felix extitit, & gloriosus. Ecce enim infinitis diuitiis abundo: seruos, & famulos infinitos habeo: copiosam filiorum, & nepotum turbam possideo; & omnia semper ad vota habui: nec vnquam mihi aliquid aduersum accidit; nec, quod contristaret, aduenit. Quod audiens Ambrosius, vehementer obstupuit, & his, qui secum erant in comitatu, dixit: Surgite, & hinc quantocyùs fugiamus: quia Dominus non est in loco isto. Festinate, filij, festinate, nec fugiendo moram facite, ne nos hic vltio diuina apprehendat, & in peccatis istorum nos pariter inuoluat. Cùm ergo fugeret, & aliquantulùm processissent, subitò se terra aperuit, & hominem illum cum vniuersis, quæ ad se pertinebant, ita absorbuit, vt nullum inde vestigium remaneret. Quod cernens Ambrosius dixit: Ecce, Fratres, quam misericorditer Deus parcit, cùm hîc aduersa tribuit; & quàm seuerè irascitur, cùm semper prospera elargitur. In eodem autem loco fouea profundissima remansisse dicitur; quæ vsque hodie in huius testimonium perseuerat.

Quàm Deus fuerit cuidã iratus, qui omnia semper habuit prospera.

Hier. ep. 33. D. Hieron. premens verba illa: *Ira magna irascar*. Magna; inquit, ira est, quando peccantibus non irascitur Deus. Vnde & in Ezechiele ad Ierusalem: *Iam*, inquit, *non irascar tibi: zelus meus recessit à te*. Medicus si cessauerit curare, desperat.

Tribulationes perferre, iustorum, Christianorumque.

PVNCTVM LI

Gen. 4. Hebr. PRimus iustus, Abel, Hebr. *Luctus*. Alius, qui cœpit inuocare nomen Domini peculiari studio, fuit *Enos*, Hebr. *Oblitus*: quasi diceret, qui plus spiritum profitebantur, plùs erant afflicti. Iusti semper

Iob 10. D. Hier. tribulantur. Iob: *Si iustus fuero, non leuabo caput, saturatus afflictione, & miseria*. D. Hieron. legit: *Si iustus fuero, non potero reclinare caput.*

Matth. 2. Maldon. ibid. Maldonatus egregiè quidem causam requirens, cur Angelus dixerit Ioseph: *Accipe puerum, & fuge in Ægyptum*: Videtur, inquit, Ægyptus esse schola filiorum Dei: quia adolere non possunt, nisi vexentur.

Prou. 15. *Omnes dies pauperis* (Hieron. populi Dei electi) *mali*: afflictionibus, scilicet, ærumnisque pleni.

Luc. 2. Thren. 3. Iob 16. Iusti sunt positi in signum, in quod mundus omnia sua tela collimat, vibratque. *Hic positus est in signum, cui contradicetur. Posuit me tanquam signum ad sagittam. Posuit me sibi quasi in signum.* Vbi Gregorius afferens illud Apostoli: *Ipsi scitis, quoniam in hoc positi sumus.* ac si eis apertè diceret, inquit Gregorius: Quid in hoc tempore vulnera nostra miramini, qui si æterna gaudia quærimus, huc ad hoc venimus, vt feriamur?

1. Pet. 4. Græc. Gagn. ibid. Consueta res est Christiano tribulationes pati. *Charissimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat.* Græc. *Nolite peregrinari in exustione*, siue *examinatione per ignem*. Quid hîc sibi vult peregrinari? ad instar peregrini, ac transeuntis, visa insolita mirari, hoc sibi vult, *Nolite*, &c. Quasi diceret: Ne sitis cœu peregrini in tribulationibus, quæ vobis contingunt; quasi tribulationes Christiano homini nouæ sint, & insolitæ: nam tribulari Christiano ordinaria res est.

1. Pet. 4. Christiani autem est tribulationes innocenter, & sine causa pati. O quam alieni ab hac diuina scientia, qui dicunt: Si saltem causam dedissem: si commeruissem, &c. D. Petrus, qui suprà: *Nemo vestrûm patiatur, tanquam homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat.* Pati vt Christianus, est innocenter pati; vt innocenter passus est Christus: tunc propriè communicat quis passionibus Christi, cùm innocenter patitur. *Hæc est gratia apud Deum,* 1. Pet. 2. *si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitiam patiens iniustè: quæ est enim gratia, si peccantes, & colaphizati suffertis?*

Iob. 2. Iusti illius encomium illud fuit: *Tu commouisti me, vt affligerem eum frustrà*, id est, sine causa.

Psal. 118. Psal. 50. Iusti tamen in tribulationibus, sensu humilitatis, diuinam iustitiam exaltant. *Iustus es, Domine, & rectum iudicium tuum. Et exultabit lingua mea iustitiam tuam.* O quàm multi, dum res ad votum succedunt, laudant misericordiam: sed dum res in transuersum abeunt, nesciunt laudare iustitiam! Iustus semper deteriora commereri se putat, & laudat iustitiam *Iustus es Domine*, &c.

De perseuerantia in patiendo.

PVNCTVM LII.

D. Aug. ser. 86. de diuersis. DIuus Augustinus: In Cruce per totam istam vitam debet pendere Christianus: non enim est in hac vita tempus euellendi clauos.

Psal. 4. D. Hieron. Thren. 3. Arias. Pagnin. Septuag. Finis, & victoria in phrasi Scripturæ idem sunt. Patet ex titulis Psalmorum, qui inscribuntur: *In finem*, id est, *Victori*, vel *Victoriam consecuto*. Thren. 3. *Periit finis meus*. Arias: *Duratio mea*. Pagnin. *Fortitudo mea*. Septuag. *Victoria mea*.

Iob. 2. Hebr. Idcircò Iob victoriam est consecutus: quia patienter tulit. Credisne patientiam illam paucorum fuisse dierum? Vbi nos legimus: *Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua*, aut Hebr. *in perfectione tua* (nihil adhuc imminutus?)

Septuag. minutus?) Septuag. habent: *Tempore autem multo transacto dixit ei vxor eius: Quousque*, &c. Vnde patet multo tempore in illis calamitatibus fuisse.

Apud Baron. tom 9. Sanctus Theodorus Studita, vt suprà diximus, quindecim annos inquit his morbis laborasse. Sic exemplum probatæ patientiæ reliquit. At, quibus morbis laborauit? Omnibus simul, qui in humano corpore sunt compossibiles; imò, & qui incompossibiles; idque arte Diaboli. Ab eodemmet

Iob. 2. Iob omnes enumerantur. *A planta pedis, vsque ad verticem capitis*, in vnoquoque membro desperatis, mortiferisque morbis laborauit, exitialibúsque quoad se, etsi iussu Dei non peremptoriis. *Vlcere pessimo*, vnde ait Chrysost. corpus totum perforatum habuisse, inde rabifici humoris riuulos, &

B vermium fontes manasse; quo cum vlcere ex Galeno elephantiasis lepra, quæ totam carnem depascit, iuncta est. Podagra: *Posuisti in neruo pedem meum.* Articularibus doloribus: *Ad nihilum redacti sunt omnes artus mei.* Vermibus, vndique: *Tu in putredine vermium sedes. Mater mea, & soror mea, vermibus*, &c. Pediculari morbo, cap. 30. *In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capitio tunicæ succinxerunt me.* Pessima dysenteria, cap. 16. *Effudit in terram viscera mea.* Renum dolore, & morbo colico, ibidem: *Circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos.* Plenitudine, angina, asthmate ex difficultate respirandi, & toracis contorsione, cap. 17. *Spiritus meus attenuabitur.* Pagnin.

Pagnin. Sept. *Spiritus meus corruptus est.* Sept. *Pereo spiritu agitatus*, (vt qui hisce morbis laborant.) Vigilia, vt mox

C capto somno è terroribus excitaretur, cap. 7. *Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Et noctem verterunt in diem.* Inappetentia: *Antequam comedam, suspiro.* Febri hectica, cap. 19. *Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum. Ossa mea aruerunt præ cauma,te, in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis.* Dolore cordis cap. 17. *Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum.* Septuaginta: *Conuulsæ sunt compages cordis mei.*

Alij. Alij: *Rupti sunt articuli cordis mei*, &c. Oculorum vitio: *In amaritudinibus moratur oculus meus.* Ipsorum vnguium morbo: *Testa saniem radebat*, Chald. Chald. i. c. *Accepit testam ad scalpendum se.* Quòd vngues ad scalpendum aptos non haberet.

D Dolore capitis, omniúmque partium ex interiori æstu, quo totus ardebat, ex mordaci, ac pestifero humore, &c. Ad hæc extrema inopia, vnde vxor

Iob c. 2. Sept. apud Septuaginta *Ego errans, & ancilla locum ex loco, & domum ex domo mutò expectans Solem, quando occidit*, &c. *Tu verò ipse in putredine vermium sedes, pernoctans sub dio.* Vnde Basilius, Chrysostomus, Olymp. Iobi vxorem ad suam, virique vitam

Basil. Chrys. Olymp. sustentandam ostiatim quotidie inquiunt mendicasse. Huc facit, quòd testa linteolum non habens, saniem radebat. Inter hæc tot dolorum tormenta, nec stultum aliquid contra Deum loquutus est. O quot ineptias nos proferimus ex impatientia, dum vno simili dolore laboramus! dum ante Christum, ante Sacramenta, qui omnibus simul

E doloribus laborabat, nec stultum aliquid contra Deum loquutus est.

Linguam solam seruauit illi Satan, qua Deum malediceret: sed deceptus est; nam hac Deum benedixit, ac pro tot doloribus ei gratias egit. *Et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.* His æquum est vti ad Deum benedicendum. Hæc

Ioan. 5. fuit Iobi patientia. Terigimus suprà patientiam paralytici triginta octo annorum in probatica piscina patientissimè ægrotantis, & expectantis ad-

A iutricem manum. O quot impatientes ad primum mensem, nedum primum annum! Nondum quintum, aut sextum in infirmitate annum expleuisti: ô quot superfuerit vsque ad triginta octo?

Sed inquies: Hi non vsque ad mortem passi sunt. Inquit Chrysostomus, Lazarum vsque ad mortem passum fuisse. Arbitrarisne tu pluribus Lazaro morbis laborare? D. Chrysostomus ad Instar Medici morbos eius recenset. Lazarus, inquit, D.Chrys. hom. *Quod nemo læditur nisi à seipso.* Luc. 16. pauper fuit, & valdè pauper, cuius paupertati addebatur etiam ægritudo, & ægritudo amarissima, quæ ipsam paupertatem redderet duriorem. Ad hæc vicinitas diuitiis epulantis luxuriosè; vt eum multò ampliùs excruciarent opes in oculis positæ, quæ vetabantur, quàm illæ, quæ per penuriam de-

B erant: videbat enim diuitem copiis, tanquàm fontibus, & fluminibus redundantem; se verò ab hominibus quidem refrigerium nullum capientem; solis verò canibus iacere miserandum; ita enim erat ægritudine resolutus, vt nec ipsos quidem canes valeret abigere. Qui tamen ita pertulit hanc tam diram, tamque teterrimam miseriam, vt neque amarum sermonem, neque blasphemiæ verbum proferret, & illicitum, &c. O quàm citò nos liberari volumus! ô quàm impatientes sumus! *Fuge in* Matth. 2. *Ægyptum, & esto ibi, vsque dum dicam tibi.* Conqueritur ille, tot abhinc mensibus, annis, tribulor, quousque, Domine? sciam hoc saltem. O impatientem! *Esto, esto ibi* (patienter, vt fuit vel Mater mea, meúsque putatiuus Pater) *vsque dum dicam*

C *tibi.* Ille ariditate, ac tenebris obtectus queritur, heu, &c. *Esto ibi*, dicit Deus, *vsque dum dicam tibi.* Cùm tempus aduenerit, reuerteris in terram Iuda. Ægrotat ille, dolet: O quando? *Esto ibi*, &c.

Et clausit à foris ostium Dominus, vel *inclusit* Genes. 7. *eum Dominus deforis* Quid hoc sibi voluit? Vt se re- Alij. signaret ibidem vsque ad mortem, opus fuisset: expectauit ibi supra annum, donec Deus ipse, qui eum incluserat, diceret: *Egredere de arca tu*, &c. Inundant aquæ super caput tuum? in diluuio es aquarum multarum? inclusit te Dominus? Si Deus voluerit, egredieris, &c.

In patientia vestra possidebitis animas vestras. Vt Luc. 21. Luc. 8. ille feliciter possedit, de quo Greg. ad illa verba, *Et* Greg. hom. 20. in Euang.

D *fructum afferunt in patientia.* Vbi hæc primùm habet: Terra bona fructum per patientiam reddit: quia, videlicet, nulla sunt bona, quæ agimus, si non æquanimiter etiam mala toleramus. Quantò enim quisque altiùs profecerit, tantò in hoc mundo inuenit, quòd duriùs portet: quia cùm à præsenti sæculo mentis nostræ dilectio deficit, eiusdem sæculi aduersitas crescit. Hinc est enim, quòd plerosque cernimus, & bona agere; & tamen sub graui tribulationum fasce desudare. Terrena namque iam desideria fugiunt; & tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocem Domini fructum per patientiam reddunt: quia, cùm humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic

E vua calcibus tunditur, & in vini saporem liquatur. Sic oliua contusionibus expressa amurcam suam deserit, & in olei liquorem pinguescit. Sic per trituram areæ, à paleis grana separantur, & ad horreum purgata perueniunt. Quisquis ergo appetit plenè vincere, studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare: vt tantò pòst ad Iudicem mundior veniat, quantò nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. Deinde exemplum subdit:

In

De Seruulo paralytico à primaeua ætate ad finem vitæ.

In ea porticu, quæ euntibus ad Ecclesiam Beati A
Clementis est peruia, fuit quidam Seruolos nomine, quem multi vestrûm mecum nouerunt, rebus pauper, meritis diues, quem longa ægritudo dissoluerat. Nam à primæua ætate vsque ad finem vitæ, paralyticus iacebat. Quid dicam, quia stare non poterat, qui nunquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat? Nunquam manum suam ad os ducere, nunquam se potuit in latus aliud declinare? Huic ad seruiendum mater cum fratre aderat: & quicquid ex eleemosyna potuisset accipere, hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam litteras nouerat; sed Scripturæ sacræ sibimet codices emerat, & religiosos quosque in hospitalitatem suscipiens, hos coram se legere sine intermissione faciebat. Factúmque est, vt quantùm ad B
mensuram propriam attinet, plenè sacram Scripturam disceret, cùm, sicut dixi, litteras funditùs ignoraret. Studebat in dolore semper gratias agere; hymnis Deo, laudibus diebus, ac noctibus vacare. Sed cùm iam tempus esset, vt tanta eius patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia rediit. Cúmque se iam morti proximum agnouit, peregrinos viros, atque in hospitalitates susceptos admonuit, vt surgerent, & cum eo Psalmos pro expectatione exitus sui decantarent. Cúmque eum eis & ipse moriens psalleret, voces psallentium repentè compescuit cum terrore magni clamoris, dicens: Tacete. Nunquid non auditis quantæ resonant laudes in Cælo? Cúmque ad easdem laudes, quas intus audierat, aurem cordis C
intenderet, sancta illa anima in carne soluta est. Sed exeunte illa, tanta illic fragrantia odoris aspersa est, vt omnes illi, qui aderant, inæstimabili suauitate replerentur: ita vt per hoc patenter agnoscerent, quòd eam laudes, quas audierat in Cælo, suscepissent. Cui rei Monachus noster interfuit, qui nunc vsque viuit, & cum magno fletu attestari solet: quia quousque corpus eius sepulturæ traderent, ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit.

Ecce quo fine ex hac vita migrauit, qui in hac vita æquanimiter flagella tolerauit! Iuxta vocem ergo Dominicam, bona terra fructum per patientiam reddidit, quæ exarata disciplinæ vomere, ad remunerationis segetem peruenit. Sed D
vos rogo, Fratres charissimi, attendite, quod excusationis argumentum in illo districto Iudicio habituri sumus nos, qui à bono opere torpentes, & res, & manus accepimus, si præcepta Dominica egenus, & sine manibus potuit implere? Non contra nos Dominus tunc Apostolos ostendat, qui ad regnum secum turbas fidelium prædicando traxerunt. Non contra nos Martyres exhibebat, qui ad cælestem patriam sanguinem fundendo peruenerunt. Quid tunc dicturi sumus, cùm hunc, de quo locuti sumus, Seruolum viderimus, cui longus languor brachia tenuit; sed tamen hæc à bono opere non ligauit? E
Hæc vobiscum, Fratres, agite. Sic vos ad studium boni operis instigate, vt cum bonos vobis modò ad imitandum proponitis, eorum consortes tunc esse valeatis, præstante Domino nostro Iesu Christo, &c.

Tribulatio est recta in Cælum via.

PVNCTVM LIII.

A*Dducam eos per torrentes aquarum in via recta. Semita iusti* (angusta ob tribulationes) *recta est; rectus callis iusti ad ambulandum.* [Ierem. 31. Isa 26. Prou. 10. Hebr.]

Via vitæ custodienti disciplinam. Hebr: *Semita* (compendiosa) *ad vitam, custodiens correptionem.* Hinc Nazianz. oratione de plaga grandinis: Tribulationes ipsæ sunt regia ad Cælum via. Vbi primò fauorem notare est eorum, qui tribulantur: hi enim per viam, qua Reges, Christus, Sancti transierunt, & ipsi pertranseunt. Via prætereà regia dicuntur aduersitates, quòd sicut ex Cod. *Quæ sint regalia,* viæ publicæ Regum, ac Principium dicuntur esse, qui ob id soli eas dilatant, aut cogunt ad libitum: sic tribulationes viæ Dei sunt, quas solus metiri, dilatare, aut cogere potest, vt vult. *In tribulatione dilatasti mihi. Tribulatio, & angustia inuenerunt me.* Iam per vias regias, & publicas nemo incedere prohibetur: sic per viam tribulationum nemo non incedit. Alias aliarum victurum alij, atque alij terunt; alij enim hanc, alij illam perambulant: per tribulationis viam omnes; regia est. At inquies; difficilis, & accliuis est. Audi Chrysostomum in Matth cùm Cælum præparetur in præmium, nihil de præsentis vitæ asperitatibus debet sentiri. Maximè id labores mitigat: finis itineris. Non ergo aspicias, quòd via est aspera; sed quò ducit: neque aliam, quòd lata est; sed vbi desinat. *Via ad vitam custodienti disciplinam: qui increpationes relinquit, errat.* hoc est, longissimè abit à vita, atque salute. [Naziànz. Hugo Car. Salaz. ibid. Psal. 4. Psal. 118. D. Chrysost.]

¶ *Tribulationes sunt scalæ, per quas in Cælum ascendimus.*

Scala Iacob, &c. Itaque, dum tibi Deus tribulationes immittit, scalam, per quam in Cælum conscendas, è Cælo demittit, ac porrigit. [Genes. 28.]

¶ *Qui tribulationes patitur, Christo assimilatur.*

Postquàm Abraham vidit, quo animo, qua patientia, & taciturnitate filius Isaac sacrificio sese aptauit, & gladio subiecit: *Accepit*, inquit Paulus, *eum in parabolam.* quod Vatab. explicat, accepit eum in similitudinem, vt esset similitudo Christi: nemo enim meliùs similitudinem Christi potuit præferre, quàm hic, qui tantam exhibuit patientiam. Sic eum igitur deinde colebat pater, quasi in eo veluti in typo, & figura hominē Deū coleret. [Gen. 22. Heb. 11. Vatab.]

¶ *Passio Christi dulces efficit tribulationes.*

Aquæ Marath ligno dulcoratæ. O quot conqueruntur! *Sed aquæ amaræ sunt*, &c. Lignum Crucis dulcissimas reddit, &c. Hinc *Inundationem maris quasi lac sugent,* hoc est, amaritudines huius vitæ, quasi dulcedines computabunt: quia in mari iam lignum positum est. [Exod. 15. Deut. 33.]

Animæ iam iam ob grauissimas tribulationes desperanti dictum est: *Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absinthij, & fellis.* Quid egit anima? *Hæc recolens in corde meo ideò sperabo.* Septuag. *Hanc pœnam in cor meum ideò sustinebo.* O quàm patienter sustinet, qui cogitat, & recogitat, quid passus sit Filius Dei? &c. [Thren. 3. Septuag.]

¶ *Qui tribulatur, Christo adhærere debet.*

Vt paruulus ille piscis tempestatem præsentiens maris profundum petit, ibique lapidi alicui sic inhæret, vt dum ventorum, ac fluctuum motu

conteruntur

D. Baſil. & D. Ambr. in Hexamer. hom. 5. — A conteruntur naues, ipſe immobilis conſiſtat: talis in tempeſtate tribulationum quilibet eſſe debet, vt inſtar erinacei (ſic piſcis vocatur) ad petram confugiat, *Petra refugium erinaceis*, &c. *Statuit ſupra petram pedes meos. Eſto mihi, Domine, in Deum protectorem, & in domum refugij.* Pſalm. 39. Hebr. Heb. *Eſto mihi in lapidem fortiſſimum, quoniam fortitudo mea es tu: quoniam petra mea es tu.* Efflent venti: Chriſto adhærens ſecurus ſum, immobilis ſum.

¶ *Tribulationes huius vitæ, quantumlibet magnæ ſint, oſtenſiones potius tribulationum, quam tribulationes dicuntur.*

Pſa. 56. *Oſtendiſti populo tuo dura.*

Pſal. 70. *Oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas.*

2. Cor. 6. D. Anſel. ibidem. Quid perſecutio Regis Saul? oſtenſio tribulationis: tribulatio Abſalom? oſtenſio tribulationis. B Hinc notat Anſelmus formas loquendi, quibus vtitur Apoſtolus, dum de tribulationibus huius vitæ ſermonem facit: *Quaſi morientes, vt caſtigati, ſicut egentes, tanquam nihil habentes*, &c. Notandum ait, quòd in his, quæ ſunt aduerſa, dictum eſt, *quaſi, vt, ſicut, tanquam*: quia, nimirum, huius vitæ aduerſitates ſunt quaſi aduerſitates. Ioan. 2. Hinc *Dominus fecit quaſi flagellum*, &c.

¶ *Deus eſt cum his, qui tribulantur.*

2. Reg. 7. Vatab. Dauid 2. Regum: *Redemiſti tibi ex Ægypto gentem, & Deum eius.* Vbi Vatab. id eſt, teipſum, quòd videatis affligi, cùm hi affliguntur. Exod. 1. Erat populus in Ægyptiaca illa ſeruitute coquendis lateribus mancipatus, en vt Moyſi apparet Deus, inter flammas inter rubum: quaſi diceret: Cum ipſis C ſum in tribulatione. Hinc in latere deſcribi voluit Ieruſalem: quaſi diceret: Ne putent me ſolum eſſe in cæleſti Ieruſalem; etiam in Ægypto, vbi eſt tribulatio, deſcribatur Ieruſalem.

Ierem. 6. Mirum! per Ieremiam Deus: *Filia populi mei, accingere cilicio: quia repentè veniet vaſtator ſuper nos.* Hier. ibid. Hieronymus, Super nos, inquit: vt quicquid ſuper ſuum venturum eſt populum, ſuper ſe quoque venire teſtetur. Dan. 3. Nabuchodonoſor: *Ecce video quatuor viros, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei.* Quid ibi in fornace? Cum illis erat in tribulatione.

Sap. 10. *Deſcenditque cum illo in foueam*, (loquitur de Ioſeph:) *& in vinculis non dereliquit eum.* O ſocium fideliſſimum! biennium ibi fuit Ioſeph, & biennium Deus. &c. Quodnam, quæſo, maius conſideranti ſeſe offerre poteſt motiuum patientiæ? D

Iob. 38 Hunc facit illud; *Tollite iugum meum ſuper vos.* quòd ad idemmet iugum quaſi colligatus ſtet Deus, ac tribulatus.

Reſpondit Deus Iob de turbine. Greg. quia & Iob in turbine erat, &c.

¶ *Tribulatio eſt lapis probatorius, & Lydius.*

Gen. 27. Sap. 2. O quàm verè patientia, & tribulatione probantur filij Dei! *Accede huc, fili mi, vt tangam te: & probem, vtrùm tu ſis filius meus, an non.*

Promittit ſe ſcientiam Dei habere; Filium Dei ſe nominat. Contumelia, & tormento interrogemus eum. Græc. Græcè, βασάνῳ, *lapide Lydio*, ſeu *indice interrogemus eum.* E

Heb. 12. *Si extra diſciplinam eſtis, adulteri, & non filij eſtis.*

¶ *Iuſti tribulantur.*

Iudic. 6. *Si Deus nobiſcum eſt, cur apprehenderunt nos hæc omnia?* Imò propter hoc, quia Deus vobiſcum eſt.

¶ *Hæc vita præſens eſt tantummodo patiendi locus.*

3. Reg. 6. *Malleus, & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in Domo Domini.* Hìc enim doluntur, hìc quadrantur.

A ¶ *Qui rheda vult in Cælum aſcendere, tribulationes libenter perferat.*

Elias aſcendit per turbinem in cælum. 4. Reg. 2.

¶ *De patientia in tribulationibus.*

Reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe flagella Domini. Iudith 8. *Peccaui, & verè deliqui, & vt dignus eram, non recepi.* Iob 33. (iudicium rectum.) Idem: *Qui dedit carmina in nocte.* Greg. lætitiam in tribulatione.

¶ *Tribulatio ad Deum adducit, proſperitas abducit.*

Poſtquàm coangustatus eſt Manaſſes, egit pœnitentiam. 2. Par. 33. *Curatio ceſſare facit peccata maxima* (quæ nulla alia ratione ceſſabant.) Eccl. 10. Sap. 18. Oſeæ 2. *Tunc cum primum fuit primogenitorum exterminium, ſponderunt populum* B *Dei ſe eſſe, non credentes propter beneficia. Et hæc neſciuit, quòd ego dedi frumentum, vinum, & oleum: & argentum multiplicaui ei, & aurum.* Quid ages, Domine? *Idcircò conuertar, & ſumam frumentum meum,* (iuſta ingratitudinis pœna.) Et quid inde? *Et erit in die illa, vocabit me vir meus.*

Cùmque requieuiſſent, reuerſi ſunt, vt facerent mala. Nehem. 9. (ſed) *In tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad Dominum.* Eccl. 31 *Infirmitas grauis ſobriam facit animam.*

Iudæi, inquit Chryſ. dum luto fuerunt, & lateritio operi alligati, mites erant, & continuè Deum vocabant: poſtquàm verò libertate potiti ſunt, murmurabant, & Deum exacerbauerunt, & ſe malis infixerunt innumeris. Chryſoſt. hom. 64. ad popul. Antioch.

C ¶ *Tribulatio eſt ſignum ſalutis.*

Ad correctionem in breui tribulati ſunt, (temporali tribulatione,) *ſignum habentes ſalutis.* Sap. 16. *Nec deficias, cùm ab eo corriperis: quem enim diligit Dominus, corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi.* Prou. 3 Gen. 35. *Bennoni, filius doloris*: mox, *Beniamin, filius dexteræ. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum.*

De carcere, catenisque interdum (præſentium tribulationum, abſque læſione Purgatorij,) *egredietur quis ad regnum.* Eccl. 4.

De torrente in via bibet (in hac vita:) *propterea exaltabit caput*, (in altera.) Pſal 109.

Non conſurget duplex tribulatio. Sept. *Non puniet bis in idipſum. Afflixi te, non affligam te vltra.* Nahum 1. Septuag. D

Dominus in tempeſtate, & in turbine viæ eius.

Qui graditur ſuper fluctus maris. Gregorius: Vt frangat vndas. Ibid. Iob 9.

¶ *De fructibus tribulationis.*

Tribulatio patientiam operatur, (Hugo Carenſis, id eſt, exercet. q. d. colit eam, vt fructificet,) *patientia verò probationem, probatio verò ſpem.* Rom. 5. Hugo Carenſ. ibid. *Virtus in infirmitate perficitur.* 2. Cor. 12. Mirus loquendi modus. Ait hìc D. Thom. Ignis in aqua creſcit: quod poteſt eſſe dupliciter, materialiter, & occaſionaliter. D Thom. ibid. Materialiter virtus in infirmitate perficitur, id eſt, infirmitas eſt materia exercendæ virtutis, humilitatis. E *Ne magnitudo reuelationum extollat me*, &c. Patientiæ: *Tribulatio patientiam operatur.* Temperantiæ: quia ex infirmitate debilitatur fomes, &c. Occaſionaliter virtus in infirmitate perficitur, id eſt, eſt occaſio perueniendi ad perfectam virtutem, &c.

¶ *Tribulationes ad ſuam gloriam, & noſtrum maius meritum permittit.*

Neque hic peccauit, neque parentes eius: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. Ioan. 9. Non ſemper ob peccata tribulationes immittit: ſed ob ſuam gloriam: ſic ob noſtrum maius meritum. *Omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Ioan. 15.

Ob

Ob id filij palmitem recidit, ob id secat, vt fructum plus afferamus, &c.

¶ *Motiua consolationum in tribulationibus.*

Ioan. 15. Psal. 33. *Tristitia vestra vertetur in gaudium*, (aqua in vinum.) *Secundum multitudinem dolorum meorum, consolationes tuæ lætificarunt animam meam*, (gloria, vt passio.) Licèt non sint *condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam*, (nec ad futuram pœnam & ignominiam,) *quæ reuelabitur in nobis.* Rom. 8.

¶ *Motiuum patientiæ.*

August. in Psal. 104. Bern. ser. 2. de dedic. Eccles. Premunt vos aduersitates? Iesum in Cruce cogitate. Sic August. Premunt tribulationes, & calamitates? Premi magis, quàm premi videtur vtilius. Sic Bernardus.

Gen. 14. *Meritò hæc patimur: quia peccauimus in fratrem nostrum*, (proximum, aut Christum.)

¶ *Quàm diues, qui tribulationes patitur! quàm felix!*

Conchylium, etsi vndis vndequaque agitatum? in se tamen pretiosissimas claudit vniones: emblema tribulatorum, si dicas cum illo: *Regnum Dei intra vos est*, &c.

¶ *Ad salutem necessarium est pati.*

Coloss. 1. *Adimpleo, quæ desunt passionum Christi, in carne mea.* Quid deerat aliquid? Sic, corpori mystico, cuius caput Christus, fideles membra, qui ea, quæ suot adimplenda, debent adimplere.

¶ *Tribulatio, signum prædestinationis.*

B. Thom. à Villanoua. B. Thom. à Villanoua ad illud: *Calicem quidem meum bibetis*. in Concione de S. Iacobo Apostolo: Hoc, inquit, signum amoris, hoc indicium æternæ hæreditatis, si me hîc fecerit consortem sui calicis.

Isa. 49. Chald. *In die salutis auxiliatus sum tui.* Chald. *In die tribulationis ego suscito salutem* Quasi salutis, ac tribulationis sit ferè nexus indissolubilis.

Rup. Ioan. 6. Acutè Ruper. notat particulam illatiuam, *ergo*, Ioan. 6. vbi Saluator dicitur abiisse trans mare: *Abiit*, inquit Euangelista, *trans mare*. Et mox: *Subiit ergo in montem Iesus. Ergo*, inquit Rupertus: quia trans mare abiit, idcircò ipse quoque in montem subiit q. d. qui in mare tribulationum natat, in monrem gloriæ consequenter conscendit.

In beatitudinibus omnibus ponitur tempus futurum. *Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur*, &c. Sed in paupertate, & passione, in præsenti: *Beati, qui persecutionem patiuntur: quoniam ipsorum est regnum Cælorum.* possunt enim, & diuites lugere, &c. Matt. 6.

¶ *De gloria passionis.*

Tertull. lib. ad Martyr. Tertullianus ad Martyres: Carcer habet tenebras; sed lumen estis ipsi: habet vincula; sed vos soluti estis Deo. Nihil crus sentit in neruo, cùm animus in Cælo est. Nihil interest, vbi sitis in sæculo, qui extra sæculum estis. Triste illic expirat: sed vos odor estis suauitatis.

Oratio est studium Sanctorum.

PVNCTVM LIV.

Psal. 49. Hebr. Chald. CONgregate illi Sanctos eius, (Hebr. *beneficos*, vel *misericordes*, *eius*,) *qui ordinauit testamentum eius super sacrificia*. Chald. *Qui occupantur in precibus*. Idem est sanctus misericors, & homo orationis. *Egressus erat Isaac ad meditandum in agro.* Sept. *Egressus est Isaac exerceri in agro*. Hoc, nimirum, est studium Sanctorum, qui si quandoque Gen. 24.

A rurisse exercent manibus, simul etiam se exercent mente. Sic putant manu, & putant mente: sic legunt flores, aut fructus; sed simul etiam legunt in floribus, & fructibus Dei bonitatem, amorem, &c. Exercentur in agro, & meditantur in agro.

Hoc in valle Mambræ studium Abrahæ, cuius vita continua extitit oratio. Et vt ab vno die reliquos colligamus, quondam Angeli apud eum diuertunt, perueniúntque domum in ipso feruore diei. (Interl. *feruentis orationis*.) Feruentissimè itaque tunc orabat. Quid manè, quid nocte, temporibus propriis orationis? Intrant Angeli: mox pedum ablutioni, ministrationi ciborum vacat. Gen. 18.

B *Accelera, commisce.* Ipse accurrit ad vitulum. Nemo piger in domo sapientis, inquit hoc loco Origen. suísque, & vxoris manibus omnia: meritum hoc non diuidendum vernaculis tercentis: quod considerat Chrys. ibi: Ipse verò stabat iuxta eos sub arbore. O mentem; exclamat, oppidò piam! adhuc stabat centenarios comedentibus illis. Mihi videtur tunc præ gaudio robur quoddam accepisse, imbecillitate sua factus superior Totum id erat oratio. A prandio Angeli abeunt, vbi mystica domi loquuti sunt: & Abraham simul gradiebatur. Per viam nec ab oratione cessauit: quia reuelationes habuit. Relinquunt eum Angeli, & dicit sacer Textus: *Abraham adhuc stabat coram* Origen. Chrys. ibid.

C *Domino*. Chald. *Abraham verò adhuc stabat in oratione coram Domino.* Quid illud *adhuc*? A quo tempore? Ab illo feruore orationis: & per consequens à mane, vel à nocte vsque ad reditum ad domum, postquàm Angeli discesserant, cúmque reliquerant. Vnde ante aduentum Angelorum, orabat; ministrando illis, orabat; itinere vadens, ac rediens orabat. Chald.

Quid mirum? Inquit Origen. vt sponsam habebat orationem. *Abraham verò aliam duxit vxorem, nomine Cethuram.* Vbi Origen. Patriarcharum coniugia semper mysticum aliquid indicant, & sacratum. Cethura interpretatur incensum, & bonus odor. Ille Cethuram ducit vxorem, & bonus Christi odor efficitur, qui sine intermissione orando, offert Domino semper incensum, & dicit cum Dauid: *Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.* Hæc sunt coniugia Sanctorum, iuge studium orationis. Gen. 25. Orig. ibid. Hebr.

D

Sic idem Orig. ad illud, quod dicitur de Rebecca, quòd quotidie solita esset pergere ad puteum. Et quia quotidie, inquit Orig. vacabat ad puteos orationis; ideo inueniri potuit à puero Abraham, & in matrimonium sociari Isaac. Studium est hoc animarum sanctarum, circuire puteos orationis, vnde semper hauriunt. Sic *Isaac deambulabat per viam, quæ ducit ad puteum viuentis, & videntis.* Et hæ dignæ sunt, quæ Deo socientur. Chrys. ad illa verba: *Surrexit autem Anna, postquam comederat, & biberat in Silo; & orauit ad Dominum flens largiter.* Si tam instanter, ait, orauit post cibum, & potum, qualis erat ieiuna? Tempus, quod omnes faciunt, relaxationis; illa faciebat deprecationis: quia quouis tempore hoc est studium Sanctorum. Genes. 24. Orig. ibid. 1. Reg. 1. Chrys.

E

Huc facit, quod dicit Isaias: *De manè vigilabo ad te.* quod Chrys. & Hieron. cum Septuag. ex Græco transferunt: *De nocte manè vigilat spiritus meus.* Quid sibi vult, *de nocte manè*? Significat, à nocte vsque ad mane: studium hoc est Sanctorum. Sic Antonium, apud Cass. vi Sol. occidens relinquebat, sic oriens inueniebat. Vel, *de nocte manè*, Isa. 26. Chrys. Hieron. Septuag. Cassian.

hoc

A hoc est, continuo orationis studio, sic promptus sum nocte ad orandum, vt ipso mane. Vult dicere: Nec somnus, nec indigestio mihi impedimento est, *de nocte manè*; id est, de nocte, vt manè vigilabo ad te. Ex his colligitur, nec tempus, nec locum, nec occupationes adimere Sanctis studium orationis, quin in ipsis ordinatis orare, &c.

Psal. 116. Hebr. Genebr. David: *Praeueni in maturitate, & clamaui.* Heb. *Praeueni in crepusculo.* Genebr. Primum mane anteuerti: in tenebris euigilo: summo mane, antequàm aliqui surgant. Quod subdit: *Praeuenerunt oculi mei ad te diluculò.* vel Hebraïcè: *Praeuenerant oculi mei custodias*; vigiliarum, nempe, in quas nox distribuitur. Adeò, inquit, studiosus fui legum tuarum, vt in earum meditatione vigilias, & nocturnos excubitores praeuenerim: nec solùm dulcissimi B somni tempore; sed etiam prima luce tuas leges meditatus sim: nam in quatuor partes vigiliae diuidebantur. Et ex his infert Genebr. Sanctissimum Regem totas ferè noctes insumpsisse partim precibus, partim meditationibus, & studiis verbi Dei. Hinc suprà: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Et *quomodo dilexi legem tuam, Domine? tota die meditatio mea est.* Vbi Titelm. Vt significaret, adeò sibi cordi esse, atque adeò se diligere legem Dei, vt iugiter de ea etiam loqueretur, & commentaretur, quò & ipse disceret, & alios doceret. Sic Genebr. Adeò tuam legem dilexi, vt illa sit mea quotidiana meditatio, siue locutio, commentatio, occupatio. Adeóque ipsi hoc studium arridebat, vt nihil praetereà suauius duceret. C

Titelm.

Genebr.

Hinc dicebat: *In iustificationibus tuis meditabor.* Hebr. *oblectabo me, vel deliciabor. Et meditabar in mandatis tuis.* Hebr. *Et delectabar in mandatis tuis.* Et, *Testimonia tua meditatio mea est.* Felix, *Solatia mea sunt.*

Hebr. Felix.

Ex quibus constat, quantùm sanctissimo huic Regi familiare fuit, & ad manum studium orationis.

DIGRESSIO.

De praesentia Dei.

Psal. 62. D. Aug. ibid. IVstus vbique locorum Deum sibi praesentem D facit. David: *In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi.* Erat David in deserto Idumaeae, vt elicitur ex titulo Psalmi: *Ipse David, cùm esset in deserto Idumaea.* In ea solitudine, in qua vel indecenter esse posset, in qua à nemine obseruaretur, in qua aliquis alius omni vsus esset libertate, sic compositus, sic deuotus erat, ac si in ipso *Sancto*, hoc est, in templo esset: *Sic in Sancto apparui tibi* Geneb. *Sicut in Sacrario apparui tibi.* Campen. *Perinde appareo coram te, atque in sacra Aede.* Paraph. Chald. *In loco sanctuarii.* Felix: *In sanctitate.* Hoc est, eadem decentia, deuotione, sanctitate, reuerentia interiori, ac exteriori sum in deserto, aut E vbi vis, vbi nemo me videat, ac in ipso templo: quia quoad praesentiam aequaliter vbique es. Sat est mihi vel commoranti in deserto, vel in platea, vel intus, vel foris, hoc certò scire, me ante tuos diuinos oculos esse: hoc me componit, hoc mihi reuerentiam, hoc deuotionem, hoc sanctitatem vbique locorum iubet. Quemadmodum sancti viri in loco campestri tanquam in Sanctuario morantur, & profanum sacrum censent: è contra peccatores templum plateam, vel stabulum faciunt. *Fode parietem, & videbis abominationes,* &c.

Genebr. Camp. Chald. Felix.

Ezec. 8.

Ex defectu considerationis diuinae praesentiae peccata innumera.

PVNCTVM LV.

NOn est Deus in conspectu eius. Quid inde? *Inquinatae sunt viae illius in omni tempore.* Hebr. *Parturiunt viae illius in omni tempore.* Iniquitatis foetum gerentes sexcenta parturiunt peccata, & nunquam parere cessant. *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.* Dixit stultus, id est, peccator: Non est Deus. Qui fieri potest, vt sit adeò stultus, vt dicat, non esse Deum? Ah? Deum esse, vel ipso naturae lumine, & per se notum est. Non vult absolutè dicere non esse Deum: sed, quòd Deum vel non credit, vel non considerat praesentem. Educitur hoc ex Heb. *Dixit insipiens in corde suo: Non est Iudex.* non notat, scilicet, cogitationes, & actiones; vel nostra non considerat, vt iudicet. Quid hinc? *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis,* &c. D. August. Difficile est, vt incurramus in hominem, qui dicat in corde suo: Non est Deus: at alio intellectu discusso, inuenitur esse in pluribus, quod in paucis, & raris, & penè in nullis esse putabamus. Prodeant in medium, qui malè viuunt: inspiciamus facta flagitiosorum, &c. hi non solùm corde; sed & factis Deum esse negant, &c. Talia agunt, quae indicant, quòd Deum praesentem C non credunt.

Psal. 9. Hebr. Psal. 52. Heb. D. August.

Hinc & illi, qui non probauerunt Deum, non habere in notitia, id est, prae oculis habere Deũ, non curarunt, vel non iudicarunt, (sic est Syriacè, & Graecè,) Deum nosse eorum peccata, sic Ambros. aut potiùs non curarunt de Deo veram habere notitiam: non enim hîc negat, quod paulò suprà asserit: *Qui cùm Deum cognouissent*, &c. sed vult dicere, quòd neglexerunt, nec vllam adhibuerunt curam, vt veram Dei cognitionem haberent. (Sic Chrys. Basil. Greg. Nicaen. Theod. & reliqui Graeci.) *Traditi sunt in reprobum sensum*, siue Graecè, *in reprobam mentem*; quae, scilicet, probat non probanda, & probanda improbat, bonum malum, & malum bonum.

Rom. 1. Syriac. Graec. Ambros.

D Sed iam cateruam malorum hinc enascentium videamus: *Repletos*, inquit, *omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque foedere, sine misericordia.*

Hoc idem David: *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso.* Iniustus cogitat apud se delinquere. Sept. *In eo tota eius cogitatio versatur.* Chald. *Dixit scelus, siue iniquitas impio in medio cordis eius, ne ponat timorem Dei ante oculos suos.* Hoc est, iniquitas, E & peccatum, hoc ipsi persuadet, vt cogitet in corde suo, & eximet, non debere se timorem Dei ante oculos habere. Vt peccatum illum excaecat! O miserum! Verè *dolosè egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Dolosè egit.* Syriac. *Liniuit ei peccatum in oculis eius.* Felix: *Adulatus est sibi.* Alij: *Blandè egit apud se.* Se ipsum, scilicet, decipere voluit; noluit oculos aperire, vt Deum praesentem, & intuentem sua peccata videret. *Noluit intelligere, vt benè ageret.* Paraph. *Abscidit intellectum a benè operando.* q. d. Clausit omninò oculos, ne Deum videret: quin oculos sibi eruit, ne videre

Psal. 35. Septuag. Chald. Syriac. Felix. Alij. Chald.

August. ... ſtet: & hoc eſt: *Vt inueniatur iniquitas eius ad odium*, vt, ſcilicet, ſecundùm Auguſt. odio habeat inuenire, & cognoſcere ſuam iniquitatem, malitque non cognoſcere, vt clauſis oculis, & abſque vllo fræno in omne facinus præceps ruat. D. Hieron. transfert, *Ad odiendum*. quod ſumi poteſt paſſiuè, & actiuè; paſſiuè, vt, ſcilicet, odio habeatur ab omnibus, & à ſe ipſo, & ab aliis, & à Deo: actiuè, ad odiendum, ſcilicet, bonum, ad odiendam virtutem, hoc eſt, ad malè agendum, & peccandum: non ex infirmitate, aut fragilitate humana, aut aliqua paſſione (quo pacto, qui peccant, videntur non peccare ad odium;) ſed ex odio virtutis, & ex odio boni. Sequitur: *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni viæ non bonæ; malitiam autem non odiuit.* D. Hieronym. *Iniquitatem cogitat in cubili ſuo: ſtabit in via non bona: malum non abiiciet.* (En per gradus ad profundum.) Priùs iniquitatem in cubili ſui cordis cogitat: hine ſtat in omni via non bona: demum non abiiciet; ſed in ea perſeuerabit. Totum hoc ex eo, quòd non eſt timor, & reuerentia diuinæ præſentiæ ante oculos eius. D. Auguſt. ad illud verbum, *In ſemetipſo*: Quare, inquit, *in ſemetipſo?* Quia homo illum non vidit: quid ergo, quia homo non videt? In ipſo corde, vbi ſibi dicit, *Vt delinquat*, Deus ibi non videt? Nunquid non ibi eſt præſens Deus? ſed, *Non eſt timor Dei ante oculos eius*, & odioſè agit, &c. Nolens, ſcilicet, cognoſcere iniquitatem, ne recedat ab illa. Vt hoc olim in praxi videre fuit in duobus illis bis pueris ſenibus, de quibus ſanctiſſimus bis ſenex iuuenis: *Euerterunt*, inquit, *ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent Cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum.* O quàm verum, *euerterunt ſenſum*! Iudicium, & intellectum. Senſum, ſcilicet, poſuerunt ſurſum, rationem deorſum. *Declinauerunt oculos, vt non viderent Cælum.* q. d. clauſis oculis in facinus iuerunt; non enim fieri poterat, vt ſi Deum præſentem mentis oculis viderent, ... care poſſent: ſed potuerunt, quoniam oculos ... ſerunt; neque recordati ſunt iudiciorum iuſtorum, quæ in ſimilibus criminibus in alios fecerunt, ſed præcipuè cauſa mali, quòd *Declinauerunt oculos, vt non viderent Cælum*: hinc tot ruinæ, hinc tot lapſus.

Idcircò Dominus, inſtante iam tempore paſſionis, tunc humanam quærens ſalutem, eorum maximè, qui obdurati, & peruicaces erant, vt ... ij, qui Cælum intueri nolunt; Deum cogitando præſentem, retrorſum egit eos, qui venerant comprehendere eum. *Vt ergo dixit eis: Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.* quò, ſcilicet, iuxta quorundam Sanctorum ſententiam, vel cadentes cogerentur videre Cælum; & Cælum videndo, ſurgerent: quod non videndo, ceciderunt. O quot lapſus, ex hac oculorum occluſione!

Repleta eſt terra ſanguinibus, & ciuitas repleta eſt auerſione: dixerunt enim: Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. Vbi Hieron. Non modicus ſanguis effuſus eſt: ſed à porta vſque ad portam, vt tota nataret in ſanguine repleta immunditia, &c. Vnde dixerunt: *Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt.*

(Margin notes, left column: August.; D.Hier.; D Hieron. ex Hebr.; D.Auguſt.; Dan. 13.; ... 1.; Ezech. 9.; D.Hier.)

Deum cogitare præſentem, & videntem, frænum eſt ad non peccandum.

PVNCTVM LVI.

Firmabo ſuper te oculos meos. Mox: *Nolite fieri, ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus. In chamo, & fræno maxillas eorum conſtringe*, &c. Pſal. 31.

D. Ambroſ. in Pſal. 118. Vt quis victus libidine, vel indulgens flagitiis, conuerſus huc, atque illuc, ſi neminem videat flagitij ſui teſtem, in facinus ruit; idem tamen, quamuis inueniat paratam occaſionem potiendi, explorat diligenter omnia, ſollicitus famæ, erubeſcens teſtimonium erroris, qui non erubeſcit errorem: at, ſi quem fortè ſpectatorem cognouit facinoris ſui, verecundia ſequeſtrat incontinentiam (ò quàm verè ſequeſtrat, vt denuò manus iniiciat:) quantò magis, ſi quis attollat mentis oculos, & conſideret plena eſſe Angelorum omnia, aërem, terram, mare, Eccleſias, quibus Angeli præſunt, concepto poteſt renunciare peccato? D.Ambroſ. octon. 1. conc 2.

Sed dicit impius: *Tenebræ in circuitu, & parietes me operiunt*, &c. Nònne reuerit⟨i⟩us eſſes Angelorum præſentiam, ſi præſentes eſſe crederes: non metueres, non dicam facere, ſed & loqui, aut cogitare, quod prauum eſt, ſi tibi diuina Scriptura ſuaſiſſet, quia Deus cogitationum arbiter, ſecretorum teſtis eſt verax, ſicut ipſe ait: *Eſtote mihi teſtes, & ego teſtis, dicit Dominus Deus.* Hominum veteris præſentiam, Dei Patris, & Filij non vereris præſentiam? Noli eſſe ſicut cæcus oculis, aut ſicut ſurdus, qui, cùm non poſſit videre, aut audire præſentes, ſolum eſſe ſe credit, & in plurimorum cœtu, dum putat nullum eſſe præſentem, perpetrare adoritur, quod arbitratur eſſe ſecretum; ſimiliter & tu mentis cæcatus oculis noli æſtimare, quòd ſine teſte delinquas, quia hominis præſentiam declinare potuiſti. Plures ſunt, qui tedarguant, quàm quos cauere potuiſti: ipſum te fugere tui accuſatorem non potes, quem conuincit propria conſcientia: quia, ſi negas aliis, tibi non negas. Eccl 23; Iſa 43.

Eliſæo aſſiſtebant Angeli; & ideò agmina hoſtium non timebat: ſed timebat puer eius, qui Angelos non videbat: ſcrutare ergo tu teſtimonia eius, lege Prophetam, qui dicet tibi: *Cælum, & terram ego impleo.* 4 Reg. 6. Ierem. 23.

Videt Diabolus, qui tecum ad alienam introiuit, imò qui te introduxit. Videnτ miniſtri eius, qui te circundederunt. Noli putare, quòd colludium tibi præſtet ſilentij, qui nollet tecum ſupplicij habere conſortium. Studet plurimos ſimiles ſui videre, & in co habet gloriam, quòd plures perditos fecerit, &c. Hactenus diuinè Ambroſ. Huc faciunt exempla meretricum, quas hoc diuinæ præſentiæ fræno conſtrænarunt Ephrem, & Paphnutius in Vitis Patrum: hoc illi earum effrænam libidinem repagulo tenuerunt. D.Ambroſ.

Hanc eandem conſiderationem diuinæ præſentiæ ad ſe frænandum, componendum, colligendum adhibebat D. Auguſtin. in ſuorum Soliloquiorum cap. 14. quod, quia quodlibet verbum notabile eſt, totum tranſtumitur: Imperfectum meum viderunt oculi tui. Oculi, inquam, tui multo ſunt lucidiores Sole, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & in omni loco contemplantur ſuper bonos, & malos. Cùm enim D.Auguſt.

cunctis præsideas, singula implens, totus semper vbique præsens, cunctorúmque curam agens, quæ creasti; quia nihil odisti eorum, quæ fecisti? sic gressus meos, semitásque consideras; & die, noctúque super custodiam meam vigilas, omnes semitas meas diligenter notans, speculator perpetuus, veluti si totius creaturæ tuæ Cæli, & Terræ oblitus, tantùm me solum consideres, & nihil sit tibi curæ de aliis. Neque enim tibi crescit lux incommutabilis visionis tuæ, si tantùm vnum aspicias; neque minuitur, si innumera videas, & diuersa: quia, sicut vnum totum simul consideras, sic singula quælibet, licèt diuersa, perfectè simul, totáque totus conspicit visus tuus: sed sic omnia sicut vnum, & sicut vnum, sic singula, totúsque sine diuisione, vel commutatione, vel diminutione consideras. Itaque totus tu in toto tempore, sine tempore totum me simul, sempérque consideras, ac si nihil aliud considerare habeas. Sic igitur super meam custodiam stas, sicut si omnium oblitus sis, & mihi solùm intendere velis: semper quippe te præsentem exhibes: semper te paratum offers, si me paratum inuenis. Quocunque iero, tu me, Domine, non deseris, nisi priùs ego te desetam. Vbicunque fuero, non recedes, quoniam vbique es: vt quocunque iero, inueniam te, per quem possum esse, ne peream sine te cùm sine te esse non possim. Fateor quidem, quia quicquid facio, ante te facio; & quæcunque facio, ante te facio: & illud, quicquid est, quod facio, meliùs tu vides, quàm ego, qui facio: quidquid enim semper operor, tu pariter semper præsens assistis, vtpote perpetuus inspector omnium cogitationum, intentionum, & delectationum, & operationum mearum. Domine, ante te semper omne desiderium meum, & ante te tota cogitatio mea. Tu, Domine, vides, vnde veniat spiritus, vbi sit, & quò vadat: quia tu es omnium spirituum ponderator: & vtrùm radix sit dulcis, an amara, de qua foris pulchra folia emittuntur, tu Iudex interiùs meliùs ipse nosti, & etiam medullas radicum subtiliùs perscrutatis: & non solùm intentionem; sed radicis eius medullam intimam desertissima tuæ lucis veritate colligis, numeras, intueris, consignas, vt reddas vnicuique non solùm secundùm opera, vel secundum intentionem, sed etiam secundùm ipsam interiorem absconditam medullam radicis, de qua procedit intentio operantis: ad quod tendo, cùm operor. Quicquid cogito, & in quocunque delector, tu vides, aures tuæ audiunt, oculi tui vident, & considerant, signas, attendis, notas, & scribis in libro tuo, siue bonum fuerit, siue malum, vt reddas postcà pro bono præmia, pro malo supplicia, quando aperientur libri, & iudicabuntur secundùm hæc, quæ fuerunt scripta in libris tuis. Hoc est fortè, quod iam dixisti nobis: *Considerabo nouissima eorum*, & quod de te, Domine, dicitur: *Vniuersorum finem ipse considerat.* quoniam tu quidem in omnibus, quæ agimus, finem intentionis magis, quàm actum operationis intendis. Cúmque hoc diligenter considero, Domine Deus meus, terribilis, & fortis, timore pariter, & ingenti rubore confundor: quoniam nobis magna est indita necessitas iustè, rectéque viuendi, qui cuncta facimus ante oculos Iudicis cuncta cernentis.

Caiet. 17. Caietan. ibid. Caiet. ad illa verba: *Ambula coram me, & esto perfectus.* sensus est, ait: Profice in studio, & actionibus tuis, tanquam ambulares in oculis meis: nullum enim maius frænum, nulla efficacior ratio componendi gestus, motus, verba, actionésque, hominis apparet, quàm ambulare ante faciem Principis.

Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete: modestia vestra, quæ, scilicet, moderetur verba, incessum, habitum, omnémque gestum, & morem, vbique locorum, *nota sit omnibus hominibus.* Quo peculiari id modo, ô Apostole? *Dominus enim*, vt conspiciat, *prope est.* Sic Anselmus. Philip. 4. Ansel. ibid. Psal. 89. D. Hieron.

Posuisti, Domine, iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui. Hiet. in Ep. ad Cypr. hoc est, nihil te nostrorum latuit peccatorum: secreta quoque nostra tuus oculus inspexit. Iuxta illud: *Tenebræ non obscurabuntur à te.* Vel, vt alij legunt: *Non abscondentur à te.*

Nónne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? Vbi Gregor. Viarum nomine actiones intelligit, & per gressus mutus mentium: sic autem Dominus vniuscuiusque considerat vias, sic dinumerat gressus, vt ne minutissimæ quidem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuissima, quæ apud nos vsu viluerunt, indiscussa remaneant. Hebr. Iob 31. Gregor. ibid.

Vestigia pedum meorum considerasti. Alij: *Radices pedum meorum contemplatus es.* Aug. cap. 14. quo suprà: Et etiam medullas radicum subtiliùs perscrutaris; & non solùm intentionem, sed etiam radicis eius medullam intimam, &c. Iob 13. Alij.

Hoc ipsum Græcum Dei nomen Θεὸς, iuxta Damasc. significat: Θεὸς enim vel è θέειν, id est, curare, & disponere vniuersa dicitur: vel ab αἴθειν, id est, vrere; Deus enim ignis est, omnem malitiam consumens: vel à θεᾶσθαι, id est, intuendo omnia; nam nihil eum latere potest, imò omnium inspector est, &c. Vnde canit Ecclesia: Damasc. lib. 1 orthod. fid. c. 11.

Speculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actúsque nostros prospicit
A luce prima vesperam.

Hanc Dei præsentiam iram compescere inquit Basil. in Regulis breuioribus. Dicunt quidam, fieri non posse, quin homo irascatur: & respondens inquit: Esto fieri posse, vt miles præsente Rege irascatur; non tamen eo etiam id rationi consentaneum est, quod dicitur: etenim si hominis præsentia, eousque valet, vt qui in æquali naturæ conditione constitutus sit; propter dignitatis tamen excellentiam turbatum alicuius animi motum possit comprimere, qui non tandem hoc facilius futurum existimandum est, si alicui persuasum sit Deum cogitationes suas omnes respicere? siquidèm longe meliùs perscrutatur corda, & renes Deus, & motiones animi peruidet, quàm ea, quæ oculis subiecta sunt. D. Basil. in Reg. breu. resp. 157.

Idem alibi: Caueat virgo, ne aut aspectum, aut motum, aut sermonem suum affectu minùs pudico in quempiam ferat; motúsque omnes & animi, & corporis in sponsi sui seruitium redigat: vbique enim ille eius intuetur cor, & motus omnes diligenter explorat, diligenter ille omnia rimatur, & discutit, non ea solùm, quæ mortalibus patent obtutibus; sed, quæ intimis animæ recessibus latent, ipsiúsque oculos nulla peccatricis conscientiæ latebra vnquam effugere poterit. Nam illæ quidem, quæ mortalibus viris copulatæ sunt, quoties ad id nequitiæ prorupperint, vt adulterij scelus perpetrare gestiant, virorum ingressus, atque exitus sollicitè obseruant, aspectus illorum, quantùm licèt, custodientes. At verò Domini sponsa, cùm eius obtutus, neque præsentiam queat effugere, omnia in eius oculis gerit. Quapropter scire L. b. de vera virg. ad Letoium Melit. Epi c.

oporter

oportet virginem, quòd siue sola aliquid loquatur, in sponsi auribus loquitur: siue sola quippiam agat, hoc ille diligenter intuetur; siue cogitat quicquam, hoc in ipso cordis motu citiùs ille cognitum, & exploratum habet: faciet enim, inquit, quispiam in abditis, & ignorabo? Et quomodo, *Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? qui docet hominem scientiam?* Iste quo pacto non omnia agnoscet, cuius omnia nuda, & aperta sunt oculis? Idcirco homo peccari pro iniquitatis merito cæcatus, & se ipsum fallens dicat, vt vult: *Tenebræ operuerunt me, & parietes in circuitu meo, quis me videt?* Quæ verò sponsi candidissimam lucem semper in suo pectore suscipit, per singula ita clamabit: *Quia tenebræ non obscurabuntur a te; & nox, sicut dies, illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* B Incorporeus ille cum sit, & futurri, & aspectus, & cogitationum, atque intentionum cordis, testis intimus, atque arbiter semper assistit. Infrà: Impiè in sponsum contumeliosa est, quòd hominum plus esse verecundam, quàm ipsius faciem iudicat, quantò aute illorum oculos, ne existimationem suam fœdet, inducens aliquid agere non audet: sub eius autem obtutibus, qui præstò semper est, sine vllo pudore gerit omnia. Quasi igitur præsente sponso, & inspectaute omnia, aut audiente virgo se habebit in omnibus.

Gen. 39. In Gen. Ioseph ad mulierem illam adulteram: *Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in* Sept. *Dominum meum?* Septuag. *Et peccabo coram Deo?* C Ambr. l. 1. c. 2. de Iob, & vita beata. Quam lectionem premens Ambrosius: Pulchrà, inquit, ratio, quòd nec beneficiis Domini esse deberet ingratus, nec occultum posset esse peccatum; quod, Deo teste, committeret.

Hoc peculiare fuit Sanctis, semper coram Deo ambulare.

PVNCTVM LVII.

Hoc ceu compendium, & summam perfectionis docuit Deus ipsum Abraham, cùm dixit ad eum: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Gen. 17. Vbi notandum, quòd ibi, *esto*, vt in plerisque aliis D Scripturæ locis, ponitur pro eris. *Accedite ad* Psal. 33. *eum, & illuminamini.* Psalm. 33. Hoc est, & illuminabimini. Ibidem: *Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.* Pro, videbitis, quoniam suauis est Dominus. Sic Psal. 45. *Vacate, & videte, quoniam* Psal. 45. *ego sum Deus*; id est, videbitis, quoniam ego sum Deus; imperatiuum, scilicet, præsens pro futuro ad ostendendam, ac significandam infallibilitatem successus. *Ambula coram me, & esto perfectus*; hoc est, coram me ambulando perfectus eris, idque tam certum est, ac si iam sis perfectus. *Ambula coram* Caiet. ibid. *me, & esto perfectus.* Caiet. Huiusmodi enim ambulatio Eccl. 14. ducit ad perfectionem: vnde scriptum est: *Beatus vir, qui in sensu suo cogitauit circumspectionem Dei*; hoc est, ad beatitudinis perfectionem, ae E sanctitatem peruenit hoc exercitio consideratonis circumspectionis Dei, quòd Deus semper omnia circumspiciat. Idipsum Dauid confessus est: *Et* 2. Reg. 22. *ero*, inquit, *perfectus coram eo, & custodiam me ab iniquitate mea, & restituet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum suorum.* q. d. Si custodiam me ab iniquitatibus meis, id erit; quia cogitabo Deum me videre: si quid iustè agam, id erit; quia considerabo Deum me suis oculis aspicere. In summa *Perfectus ero coram eo.*

Hoc eum Deus admonuit: *Firmabo super te ocu-* Psal. 31. *los meos.* quasi dicat: Et tu firma in me oculos tuos. Sic ferè August. ibidem: Non à te auferam oculos D. Aug. ibid. meos: quia & tu nun auferes à me oculus tuos. Pagn. *Consulam tibi oculo meo.* Geneb. *Instruam te* Pagnin. Genebr. *in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos*, id est, viam iustitiæ te docebo, per quam gradiri debeas, monstrabo tibi istam viuendi legem, & rationem, siue interiore inspiratione, siue exteriore doctrina, ceu magister motum, qui Principem in omnibus obseruat, & in omnibus ab eodem obseruatur. Vnde oculi magistri sunt super Principem, & Principis ad magistrum. Camp. ex Hebr. Camp. ex Hebr. *Figam in te oculos meos.* & in Paraph. *Studiosissimè obseruabo te oculo proprio.* Felix: *Innuam super te ocu-* Felix. *lo meo.* q. d. ad oculum semper respicias, vt vel nutu oculi erudiaris. *Et esto perf. lin.* Græcè: *Esto irre-* Græc. *prehensibilis.*

Ambula coram me. q. d. Quoniam hæc vita est Gen. 17. via, caue, ne passum efferas nisi coram me. Pedem effer: sed oculos ad me tolle. Viue, conuersare, tracta; sed corā me. Loquere, cogita, fac; sed quidquid cogitas, quidquid loqueris, quicquid facis, fit coram me. Time, ama, coram me. Manduca, dormi, labora, ieiuna, eleemosynas tribue, omnia coram me: si imperas, coram me: si mun. illas, coram me. *Viuit* 3. Reg. 17. *Dominus, in cuius conspectu sto.* Alij: *Coram quo mi-* Alij. Hebr. *nistro. Ambula coram me.* Hebr. *Viue coram me.* quid quodlibet vitæ momentum sit coram me. Vt enim nullum est momentum (vt rectè ait Bern. aut quisquis pius Author est libri Meditationum) quo ho- Bern. Medit. c. 6. mo non vtatur, vel fruatur Dei bonitate, & misericordia: sic nullum debet esse momentum, quo eum præsentem non habeat in memoria. Hæc Deo gratissima est. *Ambulauit Henoch cum Deo.* Sept. *Pla-* Gen. 5. Sept. *cuit Henoch Deo.* Hac potissimùm Noë tantam perfectionem adeptus est: *Noë vir iustus, atque perfectus.* Quo medio? *Cum Deo ambulauit.* Hac illi ad Gen. 6. tantorum meritorum culmen peruenerunt. *Ambula coram me.* Ambros. *Emerere in conspectu meo.* Gen. 17. Ambros. Quasi non possit semper non mereri, qui in conspectu Dei semper est.

In omnibus ergo oculi ad Deum figendi. Figura iustorum animalia illa mysteriosa ante thronum Dei: *Et plena oculis antè, & retrò.* Mirum! oculos cir- Ezech. 1. cunquaque habebant, oculos in pedibus, oculos in manibus, oculos in auribus, oculos in labiis, oculos in oculis, plena oculis intus, & foris, vt, nimirum, mysticè seruus Dei semper coram Deo, & oculo in Deum ambulet, operetur, audiat, videat, loquatur, cogitet, intelligat, amet, plenus oculis intus, & foris, vt ne gressum moueat indignum diuina præsentia; verbum ne dicat; oculum ne eleuet, &c.

Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & Psal. 67. *delectentur in lætitia.* q. d. Manducent, bibant, lætentur: sed in conspectu Dei. Gaudeant, parum abfuit, quin dixerim, saltent: sed coram Arca, in conspectu Domini. Certè non manducabit, plusquàm opus habeat, qui manducat in conspectu Domini, &c. non lætabitur inepta, & vana lætitia, qui lætatur coram Domino.

Iusti nullo vnquam tempore Dei præsentiam amittunt. *Oculi mei semper ad Dominum.* id est, om- Psal. 24. ni tempore, & in omni negotio. Vbi notandum id, quod subdit Proph. *Quoniam ipse euellet de laqueo* Psal. 24. *pedes meos.* Posset ille dicere: Oportet habere oculos ad gressus; videndum, scilicet, quid agendum,

L 2 quomodo

quomodo agendum, &c. Ne dubites, inquit David, oculi tui sint semper ad Dominum. *Quoniam ipse euellet*, &c. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear*, &c.

Plin. l. 22. c. 21. Plin. Heliotropij miraculum sæpè diximus cum Sole se circumagentis, etiam nubilo die. Tales sunt iusti, &c.

Nec solùm die; sed etiam nocte, vel dormientes, iusti stant in Dei præsentia. 1. Thes. 5. Apost. *Siue vigilemus, siue dormiamus, semper cum Christo viuamus*, hoc est, coram eo non solùm vigilemus, sed etiam coram eo dormiamus.

B Hæc est perpetua illa oratio, de qua Dominus: *Oportet semper orare, & nunquam deficere.* Huius mundi hominibus hoc difficile videtur, quinimò impossibile: sed seruis Dei videtur facile; stant enim vbique in Dei præsentia; & hæc est continua oratio: siue manducant, siue bibunt, siue dormiunt, Psal. 15. semper stant in Dei præsentia. *Insuper, & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei.* Vel nocte sto, ô Domine, in tua præsentia, &c. & etiam in somnis testisto, &c.

Origen. hom. 11. in Exod. Origen. eadem homilia 11. in Exod. omne, quod faciunt Sancti, in conspectu Dei faciunt: peccator à conspectu Dei fugit. Adam, postquàm peccauit, fugit à conspectu Domini: & interrogatus, respondit: Gen. 3. *Audiui, Domine, vocem tuam, & abscondi me: quia eram nudus.* C Cain exiuit à facie Domini: quia indignus erat à conspectu Dei. Et notandum, quòd tandiu Adam fuit iustus, quandiu se conseruauit in diuina præsentia. Vnde dixit ei Deus: *Adam, vbi es?* Cùm iustus esses, coram me eras; nec te quærebam: nunc *Vbi es?* &c. Ioseph. l. 1. de Antiq. c. 4. De Abel inquit Iosephus: In omnibus, quæcunque gerebat, putabat Deum esse præsentem: hinc mutua diuini amoris beneuolentia; hinc respectus oculorum Dei ad eum, & eius ad Deum. *Et ad munera eius*, &c. Cain è contra, secundùm aliquos, non credens diuinam præsentiam, statuerat oculos declinare in terram, &c. Vnde egressus à facie Domini, sui eum peccati nunquam pœnituit. Obseruat Origen. quòd iusti, si quandoque aliquid mali faciunt, vel illud, inquit, coram Deo faciunt. Psal. 50. *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* D Qui malum coram Deo facit, continuò pœnitet, & dicit, *Peccaui*: qui autem discedit à conspectu Dei, nescit conuerti, & peccatum pœnitendo purgare. Hoc interest inter, malum coram Deo facere, &, à conspectu Dei discedere.

¶ Quòd etsi occupatissimus sit homo in negotiis; hoc tamen diuinæ præsentiæ exercitio in sua se semper recollectione conseruat, nec aliquid de D. Ambros. suo profectu amittit. Quærit D. Ambros. vnde tantus Rex, qualis erat Dauid, regni negotiis occupatus, nihil de suo profectu amitteret, quin multùm operando augeret. Respondet: Ex eo, quòd Deum sibi præsentem faciebat, in omnibus negotiis, in omnibus consiliis, &c. Deum ceu præsentem alloquebatur, Psal. 118. E quod est *Septies in die laudem dixi tibi.* Septies, inquit Ambros. hoc est, millies, sæpè sæpiùs, &c. Quid mirum, quòd eum negotia non distraherent? Quid mirum, quòd nulla in re, vel graui, vel difficili, vel periculosa vacillaret? Psal. 15. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam*, &c. Si negotium tractabat cum hominibus, simul & multò plus tractabat illud cum Deo: conuocabat concilium, sed in concilio stabat Psal. 118. Hebr. in Dei præsentia. *Consilium meum, iustificationes tuæ.* Hebr. *Iustificationes tuæ, viri consilij mei.* q. d. Audio quidem libenter homines; sed libentiùs Deum: A aures habeo ad homines; sed etiam ad Deum, &c. Sic, sic in rebus agendis.

Sanctis illis animalibus quatuor facierum semper Ezec. 1. conseruabatur facies eò versa, vnde discedebant: sicque discedebant, & non discedebant. Quòd si ad momentum discedebant, vt fulgura reuertebantur. Ita se gerit iustus: semper faciem conuersam habet ad Deum in suis occupationibus, studiis, ac negotiis: si quid enim cum hominibus gerit, detinet faciem versam ad Deum: si legit, si scribit, semper respicit in faciem Christi sui. Quòd, si aliquando ob proximum discedit, ad Deum vt fulgur reuertitur: si in hisce terrenis B negotiis aliquando accidit, vt ad terram declinet oculos, mox erigit ad montem, vnde veniat auxilium, mox figit in Deum, sicque coram Deo quicquid facit, rectè facit.

¶ Qui stant semper in Dei præsentia, sunt Angeli, aut homines angelici. Angeli stant semper in Dei præsentia. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in Cælis est.* qui licèt mittantur ad hominum custodiam; à diuina tamen præsentia nunquam discedunt: ambulant (vt nostro more loquamur) cum homine, stant, manducant, tractant negotia; sed semper sunt in diuina præsentia. *Ego sum Raphael*, dixit idem ad Tobiam, *vnus ex septem, qui astamus ante Dominum.* Tob 12. post omnia itinera, post peracta negotia, post acceptam à Gabelo C pecuniam, &c. q. d. In omnibus itineribus, ac negotiis item astabam ante Dominum: non ideò Dei visione carebam. Sic ad Zachariam Gabriel. Luc. 1. *Ego sum Gabriel, qui asto ante Dominum.* Vnde colligitur, huic exercitio deditos non solùm Angelos, sed etiam Seraphinos esse, & per consequens homines inchoatiuè beatos.

Visio est tota merces. Vt beatitudo perfecta in patria consistit in visione diuinæ faciei; sic nunc inchoatiua per fidem consistit in hoc diuino intuitu, &c. 3. Reg. 17. Glos. ord. ibid. Glos. ordinaria ad illud 3. Reg. *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto.* In conspectu, inquit, Domini stat iustus modò, stabit & in futuro. Hæc enim per fidem, & amorem diuina præsentia arrha est felicissimæ, ac beatissimæ illius præsentiæ, qua Angeli, & iusti sunt beati. Semper D Dei memineris (inquit S. Ephrem,) & Cælum mens Ephrem ser. de patientia. tua euadet. Sic & D. Bonauent. Cùm summa beatitudo, & gloria consistat in iugi visione Dei, huiusmodi beatitudinis imitatio est iugis memoria Bonau. l. 2. de process. relig. c. 20. Dei.

His, qui nunc semper sunt in diuina præsentia, multò meliùs illud quadrat, quod olim Regina illa 3. Reg. 10. de aulicis Salomonis obstupescens dixit: Ephes. 2. *Beati viri tui, & beati serui tui, qui sunt coram te semper.* Hi sunt *ciues Sanctorum, & domestici Dei*; non quidem extra muros, sed à cubiculis secretioribus; Angelorum, videlicet, conserui, Seraphinorum astantium, penè dixerim, æmuli.

Vt Seraphini fuerunt illi primi, Henoch, qui Gen. 5. E toto vitæ tempore *Ambulauit cum Deo.* O nos miseros, qui nec per horam possumus esse in Dei præsentia! Noë, cui Dominus: Gen. 7. *Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iustum coram me in generatione hac.* q. d. quia coram me solus ambulas, (vt ibidem ponderat Chrysost.) ideò te solum video iustum. Videbat procul dubiò alios iustos; sed iustos ante homines, hypocritas: sed hic amator Dei ante Deum iustus erat, qui ideò iustus, quia ante Deum. Hi certè nec passum efferebant nisi ante Deum, &c. Heb. 11. *Moyses inuisibilem tanquam videns sustinuit*, hoc est Deum,

quem

quem non videbat, quia inuisibilis est, ita sustinebat, ac si ipsis oculis videret. Syriac. *Spem habuit, ac si vidisset Deum inuisibilem*, &c. Sic semper hi Seraphini ardentes adstabant ante Dominum; cogitatione, nimirum, & amore actibus intellectus, voluntatis, quibus quasi alis volabant, &c. Incipiamus igitur modò esse in Dei præsentia, vt in eadem simus, & in futuro, &c.

De Orationibus iaculatoriis, quibus facilè, simul & fructuosè in Dei præsentia esse possumus.

PVNCTVM LVIII.

Conseruat sese homo admodum fructuosè in Dei præsentia, quibusdam affectuosis aspirationibus in Deum, ea promptitudine, facilitate, ac frequentia è corde eductis, qua aspirat, vel respirat omnis spiritus. Chal. Omnis respiratio laudet Dominum. His assuetus Dauid: *Os meum aperui, & attraxi spiritum*. Alius: *Os meum aperui, & respirani*, vel *auxi spiritum*. Vtraque lectio conueniens, & ponderanda: & in prima notanda facilitas; & in secunda meritum: facillimo etenim hoc exercitio spiritus, charitas, ac feruor multùm augetur.

His adeò assuetus, vt non solùm die, sed nocte etiam, mox experrectus aliquid è psalmis in Deum aspiraret: *Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar*, &c. D. Hieron. ex Hebr. *Et recordabor psalmorum meorum in nocte, cum corde meo loquebar*, &c.

Idem, *Apud me oratio Deo vitæ meæ*. Hoc est: quando volo, omni tempore, quacunque hora ad Deum aspirare possum. Pagnin. *Mecum est oratio Deo vitæ meæ*, huc est, hasce oratiunculas semper ad manus habeo. &c.

Vel in mediis negotiis, in mediis ministeriis ad Deum mentem leuare possumus, & corde, si non ore, dicere: Domine, adiuua me, &c. *Diligam te, Domine*, &c. vel quid simile. Satagebat Martha circa frequens ministerium: sed vt vel per transitum, & signes nouit occasiones capere duobus verbis alloquendi Dominum? Opinandum non est, huiuscemodi mulieribus, quæ oppidis præerant, defuisse, qui opem ferrent, ac laboribus domesticis leuarent; & propterea Martham Magdalenæ indiguisse auxilio; vel malo liuore conquestam de sorore: sed sancta in sanctis exercitiis visa est arte, qua omnes pariter occupati vti possunt, ac deberet, nimirum, cum Christo loqui, vt poterat. *Domine, non est*, &c. Non omnes diu esse possunt ad pedes Domini; sed saltem in suis occupationibus aliquid breuiter ad Deum loquantur. Sic egit Martha: vt potuit, vt ei per occupationem licuit, Christum alloquuta est. Sic, sic agere debemus: nec est, quòd ipsi nosmetipsos purgemus: quia, si prolixiùs orare non possumus, breuiter saltem possumus, ac valemus. Quod & notat Gregor. ad illa verba, *Quæ stetit, & ait*. Quo profectò exemplo, inquit, instruimur, vt qui Fratribus ministeria exhibemus, si per moram sedere ad Redemptoris pedes non possumus, per aliquantulam moram Redemptori assistere debeamus. Sed benè ei assistimus, si transeundo, & sentiendo videamus: quid est enim, transeundo Dominum cernere, nisi in omni nostro bono opere ad ipsum cordis dirigere intentionem? transimus enim, quando huc, illuc discurrendo in membris suis Domino ministramus: sed transeundo Dominum cernimus, si per omne, quod agimus, præsentem nobis ipsum, cui placere cupimus, contemplamur.

Nunquid iterum excidit memoria illud sanctorum animalium euntium, & reuertentium in similitudinem fulguris coruscantis? Sic, sic, qui ex officio ad aliorum curam tenentur, a filiis, & proximis ad Deum, à Deo ad filios, & proximos, vt fulgura, &c. *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent, Adsumus?* Vt bene hasce orationes, vel potiùs eos, qui hisce orationibus sunt dediti, fulgura dicit? Fulgura, nimirum, per velocitatem, qua è mediis familiæ, ac negotiorum curis ad Deum volant, & ad Deum aspirando dicunt, Adsumus. Domine, adiuua me: commendo tibi negotia mea: ne permittas per ea me à te separari. Rursum en redeo ad negotia, ad familiam: Adiuua me, Domine, &c. Fulgura quidem sunt huiusmodi affectus, aut sagittæ potentis acutæ, & vt inquit D. August. rapium ad Deum iaculatæ. *Fortis est, vt mors, dilectio: dura, sicus Infernus, æmulatio. Lampades eius, lampades ignis*, &c Septuag. *Sagitta, vel ala, vel volatilia eius, volatilia ignis flammæ eius*. Pagnin. *Prunæ eius, prunæ ignis, flammæ vehementissimæ*. Symmac. *Impetus eius, impetus ignis*. Vatab. *Cuius carbones sunt ignis a flamma Dei*.

Respexit in orationem humilium. Alij: *In orationem suspirantis; aut exclamantis*, nimirum, se ad orationem.

De his 1. Regum: *Sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorsum. Ionathas* interpretatur *Domini donum*, per quod præcipue intelligitur oratio. Sagitta orationis, est oratio iaculatoria, quæ nunquam redit retrorsum; sed statim in cor Dei directa, cum taliter vulnerat charitate, vt dicat: *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum*, &c.

Collum tuum (symbolum orationis,) *sicut turris Dauid*, &c. *Mille clypei pendent ex ea: omnis armatura fortium*. Pagnin. *Omnes pharetræ fortium*. Sept. *Omnia iacula potentum*.

Iaculatoriæ dictæ sunt huiusmodi orationes, quòd vi amoris iaciantur in Deum. D. August. ad Probam. Dicuntur Fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes; sed eas tam breuissimas, & raptim quodammodo iaculatas, &c. dum sportulas texebant, dum manibus laborabant, &c. vnum ex iaculis huiusmodi iaciebant: *Diligam te, Domine, fortitudo mea*, &c. Hæc eadem iacula, & nos manu linguæ, vel cordis iacere possumus, quocunque loco, in quocunque negotio, quacunque hora.

Sancta illa mulier in Euangelio, vt notat Beda, vt benè dicit è medio turbarum extollere vocem: *Beatus venter, qui te portauit*. Et nos ad imitationem huius extollamus, si non vocem, mentem, de medio curarum: & sæpè ad Virginem, ad Sanctos, ad Deum, ad Christum aliquid, vt possumus, dicamus: *Beatus venter*, &c. O Virgo, &c. ô Mater, O Christe, ô Redemptor, &c.

Chrysost. Singulis horis vnam precationem offeramus Deo, vt orandi cursus diei cursum æquet &c. Non sinamus elabi horam, in qua mentem non extollamus.

Omnis spiritus laudet Dominum. Hieron. *Omnis respiratio laudet Dominum*.

Sunt qui plurimùm conqueruntur de cordis euagatione,

Syriac. | Phil. 150. | Psalm. 118. | Auenda. ibid. | D. Hieron. ex Hebr. | Psal. 41. | Pagnin. | Luc. 10. | D. Greg. in 1. Reg. | Ezech. 1. | Iob 38. | D. August. epist. ad Probam, quæ est 121. | Cant. 8. | Septuag. | Pagnin. | Symm. | Vatab. | Psal. 101. | Alij. | 1. Reg. 1. | Hebr. | Cant. 4. | Heb. | Pagnin. | Sept. | D. Aug. ad Probam. | Luc. 11. | D. Chrysost. | Psal. 150. | Hieron.

euagatione, in oratione; quippe qui longiùs immorati non possunt. Huiusmodi oratiunculæ iaculatoriæ non habent distractionem: ideò illis tam assiduè vtebantur serui Dei. Ne illa vigilans, & exacta intentio, vt subdit eadem epistola August. quæ tamen necessaria est oranti, per productiores moras hebetaretur. Hæ veniunt ex corde: & quia breues, non sunt distractæ; & ideò plurimùm proficuæ, ac meritoriæ.

Ierem. 2. *In desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui.* Suspirium, quod à corde exit, est ceu velocissima sagitta, quæ ab arcu desiderij in Deum dirigitur. De hac subditur: *Nullus auertet eam.*

Iob 34. *Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius, & flatum ad se trahet.* Dei flatum ad se trahit, qui sæpè ad eum cor dirigit, &c.

Psal. 26. Symmach. *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam, Domine, requiram.* Symm. *Tibi locutum est cor meum, quæsiuit te facies mea.* Sic, sic, vbi lingua orare non possumus, corde oremus.

His homo fit multùm interior: nam semper sibi Deum præsentem exhibet, séque ipsum templum facit, in quo vbique cum Deo amatoriè loquatur.

Gen. 25. Hebr. Iacob *Habitabit in tabernaculis.* Heb. *Habitabat domi*; in Domo, scilicet, orationis, in recollectione cordis, &c.

Chrys. Chrysost. ad Paulum Antiochenum homil. 79. Ne mihi quis dicat, quòd nequit homo sæcularis foro affixus continuò per diem orare, & concurrere ad Ecclesiam: potest enim, & quàm facillimè affixus tribunali, & ante fores constitutus orare. Et hoc fecere multi frequenter, & intus clamante Magistratu, comminante, contendente, furente, præ foribus stantes, signo muniri, & pauca verba per cogitationem orantes, ingressi, mutauerunt eum, atque mitigauerunt, & mitem ex fero reddiderunt; & neque à loco, neque à tempore, neque à clamore quicquam ab hac oratione impediti sunt: neq; enim tam voce opus est, quàm cogitatione; neque manuum extensione, quàm animi intensione; neque figura, sed intellectu.

1. Reg. 1. Samuelis mater, Anna, non quòd claram, & magnam edidit vocem, propter hoc audita fuit, sed quoniam multùm in corde intus clamabat: ait enim Textus: *Vox penitus non audiebatur.* & tamen exaudiuit eam Deus. Ne igitur nos excitsemus, dicentes, quia non esset facile quempiam orare implicitum curis, sæcularibúsque negotiis, prope se non inuenientem Domum oratoriam: nam, vbicunque sis, potes altare tuum constituere: nihil enim prohibet locus, neque impedit tempus. Verùm, licèt genua non flectas, neque percutias pectus, neque in cælum manus extendas; si mentem tantùm feruentem exhibeas, orationis perfectionem consummaueris. Licet enim, & forum petentem, & ambulantem prolixas facere orationes: licet & in officina sedentem; licet ementi, & seruo, & coquo astanti cum ad Ecclesiam ire non poterit, orationes facere prolixas: non enim locum Deus veretur; sed vnum exquirit, feruidam mentem.

Act. 6. Paulus non in Oratorio, sed in carcere supinus iacens; neque flectens genua, non enim sinebat lignum, quo pedibus vinctus tenebatur; quia cum studio iacens orauit, carcerem concussit, &c.

Isa. 38. Ezechias non stans rectus, neque genua flectens; sed supinus propter ægritudinem lecto recubans, cùm ad parietem seipsum conuertisset, quoniam Deum feruenter inuocauit, prolatam reuocauit sententiam, & ad pristinam valetudinem rediit.

Ion. 2. Iob 2. Ionas in ventre ceti, & Iob in stercore, &c. Vbique sis, ora. Templum tu ipse es. Mare erat ante Hebræos, & post terga instabant Ægyptij, & medius Moyses, nihil loquens, multa cum angustia orans, & ait illi Deus: *Quid clamas ad me?*

Exod. 14. Tu igitur, cùm ingruerit tentatio, ad Deum confuge, inuoca Deum: nunquid enim Deus homo purus est, vt locum petas? Deus enim semper propè est. Siue igitur in foro sis, siue in via, siue in mari, siue in diuersorio, siue in officina, siue vbique sis, Deum inuocato, &c. Ponderat illud S. Ephrem: *In omni loco dominationis eius benedic*, &c. Psal. 102. *In omni loco*, &c. Nicæn. Venter ipse ceti in concameratum quietis cubiculum, orationis efficacia, mutatus est.

D. August. D. August. serm. 130. in Parasc. de Cruce, & latrone: Iudæis, inquit, Deus præcepit in vno loco offerre sacrificia; quoniam immunda erat tunc vniuersa terra fumo ararum, & nidore bustorum, cæterorúmque conquinatorum: nobis verò iam, quoniam Christus adueniens, expiauit vniuersam terram, omnis locus Oratorium factus est, & ideò Apostolus præcepit 1. Tim. 2. *Volo viros orare in omni loco.* *1. Tim. 2.*

Psal. 118. Aug. l. 3. de Doct. Christ. Geneb. ibid. Dauid, etsi Rex: *Septies in die laudem dixi tibi.* Quod nihil est aliud, inquit S. August. quàm *Semper laus eius in ore meo.* Septenarius est numerus plenitudinis, ait Geneb. hoc est, sæpissimè te laudaui: ferè, etenim perpetuam mentis vnionem habebat, &c. hísque orationibus iaculatoriis eam conseruabat, &c.

Hæ sunt propriæ infirmorum orationes, quæ infirmum non grauant. Omnes queruntur cum Iob, quòd orationem longam ob infirmitatem facere nequeant.

Iob 17. Sept. *In amaritudinibus moratur oculus meus.* Sept. *Preces adhibeo cum labore.* hoc est, nequeo longam facere orationem.

Isa. 38. Hebr. Sic Ezechias infirmus: *Domine, vim patior.* Hebr. *Infirmitas vim facit mihi, quiescere fac me; quid loquar?* q.d. Morbus adeò me excruciat, vt loqui non possim: tamen *Sicut pullus hirundinis, sic clamabo.*

Hebr. Chald. Aquila. Symmach. Hebr. *Sicut grus, & hirundo.* Chald. *Sicut hirundo capta garrit.* Aquila, & Symmac. *Sicut equus clausus hinnit.* q. d. Non possum ob ægritudinem aliud facere, quàm collum elongare: illa elongatio sit oratio. In hoc lectulo ob vim doloris huc, illúcque agitor, velut hirundo capta quærens effugium: quiuis motus membrorum sit oratio. Adeò me morbus excruciat, vt me veluti cogat hinnire: hoc sit oratio. *Sicut grus; sicut hirundo, sicut equus; sic clamabo: meditabor, vt columba*, quæ gemitum habet pro cantu; quæ oculos tam sæpè ad cælum tollit. Hebr. *Gemebam, vt columba. Eleuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.*

D. Hieron. D. Hieron. Hoc est, à Deo solo, qui poterat subuenire, eleuatis in altum oculis, auxilium præstolabar. Eleuatio igitur oculorum, eleuatio mentis, sit infirmorum oratio.

Orationes iaculatoriæ fuerunt orationes infirmi Ezechiæ adeò efficaces, vt eum ex portis mortis (sicut ait S. Ephrem) ad vitam reduxerint. *S. Ephr. de orando D.*

Gen. 47. Rup. l. 9. in Gen. c. 21. Quacunque ætate, quocunque loco, vel in lecto orandum. In Genes. *Iacob adorauit ad lectuli caput.* Sanctus, & Deo deditus vir, ait ibidem Ruper. oppressus senectute sic habebat lectulum positum, vt ipse iacentis habitus absque difficultate vlla ad orationem esset paratus. *Ad lectuli caput.*

Mariana ibid. Alij. Hoc est, inquit Mariana in suis Annotationibus, sedens in superiori parte lecti. Alij cum Diodoro,

&

Corn. à Lap. ad Hebr. 11. Riber. ibid.

& Gennadio: *Adorauit super caput, vel super summitatem virgæ suæ.* subaudi, innixus. q. d. Iacob summitati virgæ, vel scipionis sui præ senio incumbens adorauit Dominum, nō Ioseph, vt transfert Hier. *Et adorauit Israel Dominum conuersus ad lectuli caput.* Itaque sanctissimus senex, vt poterat, orabat: sic innixos baculo, in lectulo, vel iacens, vel sedens orate debes.

Genes. 24. Septuag.

In omni loco, &c. De Isaac: *Egressus fuerat ad meditandum in agro.* Sept. *Egressus est Isaac exerceri in campo.* Hoc erat exercitium, &c.

Genes. 48.

Hisce breuibus orationibus non solùm bona spiritualia; sed & temporalia comparantur. *Do tibi partem extra partem, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Hæc pars ager est iuxta communem Interpretum sententiam: hanc Patriarcha tulit de manu Amorrhæi in gladio, & arcu. Nunquam audiui, vel legi Iacob adhibuisse gladium, & arcum: vtique scio Esaü fratrem bellatorem, ac venatorem. Sed Paraph. Chald. dicit, hunc gladium, & arcum orationem fuisse. *Quam cepi*, inquit, *oratione mea, & deprecatione mea.* Domine dicebat, vides hos filios. Nihil aliud. Erat hæc breuis oratio, velut sagitta pertingens vsque ad illud cor Dei prouidens, &c. O quot maiores diuitias compararemus, si hoc gladio, si hoc arcu vteremur, &c. 2. Paralip. 1. *Præcepit autem David, vt docerent filios Iuda arcum.* Alij, *planctum.* Lacrymis, nimirum, dulcissimè feritur Deus. Quid aliud suspirium, vel lacryma est, quàm sagitta in cor Dei directa? Hanc ego perdiscam sagittandi artem, qua charitate vulneratus ipsam vulnerem charitatem. August. Sagittaueras me, Domine, charitate tua. Et quid est aliud, lachrymas fundere, suspiria premere, quàm Deum resagittare? 1. Paralip. 18. *Tulit autem David pharetras aureas, & attulit eas in Ierusalem.* Verè in Ierusalem collocandæ aureæ pharetræ orationum istarum: quia his vti nesciunt, qui ciues Ierusalem non sunt. Pharetræ aureæ, orationes huiusmodi iaculatoriæ, quæ ex affectu, & amore, è corde hominis eductæ in ipsum cor Dei protinùs diriguntur.

Chald. — 2. Paral. 1. Alij. — 2. Paral. 18.

Cuiusque status hominibus est necessaria Oratio.

PVNCTVM LIX.

D. August. l. de pecc. merit. & remiss. c. 35.

Est necessaria homini, & omni homini, &c. Innumeræ sunt humanæ miseriæ: hæ verò orationis necessitatem declarant. Sed, ô miseriam super omnem miseriam! quam cap. 38. de peccat. merit, & remissione, deplorat August. mox natus agnus ad propriæ matris vbera suis accurrit pedibus: homini nato, nec ad incessum pedes idonei, nec manus habiles: & nisi ope nutrientis, admotis labris, papillæ vberis suggerantur: nec vbi sunt, sentit; &, iuxta se iacentibus mammis, magis potest esuriens flere, quàm sugere, &c. Magna quoad corpus miseria: sed quoad animam maior: cùm enim Deus sit Deus Verbum, & Deus mamillarum, & ob lactis copiam præcinctus dicatur ad mamillas zona aurea; tamen nec papillas gratiarum in ipsammet buccam positas scit homo sugere. *Immisit in os meum canticum nouum.* quasi diceret: Mamillam suatum gratiarum in os meum immittit: & ego adeò sum miserabilis, vt nec breui oratione sugere velim.

Apoc. 1. Psal. 39.

Genes. 1. Chald.

Declarat se hominem non agnoscere, qui orationem non facit. Genes. 1. *Et factus est homo in animam viuentem.* Chald. *Et factus est homo in animam loquentem. Homo, cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Hieron. *Assimilatus est bestiæ mutæ, & silebis*, &c. Primus ex obseruatione Philonis, qui multam in orationis exercitio nauauit operam, quique *Cœpit inuocare nomen Domini*, id est, particulari studio, &c. fuit *Enos*, Hebr. *Homo.* Si non orat, non est homo, non est rationalis, &c. Pagnin. *Tunc cœptum est inuocari nomen Domini.* Chald. *Tunc inceperunt filij hominum orare in nomine Domini.* Initium Congregationum.

D. Hieron. — Genes. 4. Hebr. — Pagnin. Chald.

Gen. 4.

Ille cœpit, &c. Qui fieri potest, vt Enos primus fuerit? Alij, qui præcesserunt, Abel, Seth, Adam nónne orauerunt? Non fuissent iusti, si non orassent. Iustus non est sine oratione. Aiunt, Enos primum fuisse, qui peculiari studio, & exercitio, ac veluti forma Congregationis orauit publicè, & per cœtus, inquit Corn. à Lap. Sed templum non habebant? Sub aperto cælo congregabantur. *Tunc cœptum est*, &c. Ergo studio orationis addictus, non communi nomine, sed proprio dictus est homo: vt intelligas, homini, vt homo est, conuenire orare, & sociabiliter orare. Homo, Græcè ἄνθρωπος, id est, sursum aspiciens. Sic ait Plato in Cratilo: Enos item interpretatur *obliuiosus*: vt huius nunc exercitij obliuionem intelligas.

Corn. à Lap.

Ephes. 6.

Tot, tantisque tentationibus subiacet homo, quam necessitatem, quæso te, habet orationis? *Non est nobis colluctatio aduersùs carnem*, &c. Quænam arma sunt necessaria? Idem ibidem: *Induite vos armaturam Dei.* D. Ambros. legit: *Induite vos vniuersitatem armorum.* Hæc armorum vniuersitas est in ea turri, (symbolo orationis,) in qua est omnis armatura fortium: hæc est oratio. Ille se armat patientia: sic resistit iræ, & impatientiæ. Alius castitate, &c. induat simul, & semel vniuersitatem armorum, nempe, orationem, &c. hac omnes simul vincet tentationes. *Armaturam Dei*, Græcè, *Plenam, & omnem armaturam*, à pedibus, scilicet, ad caput: oratio sic nos munit, ac vestit. Quam ergo necessaria?

D. Ambr. D. Gregor. Nicæn. — Græc.

Apoc. 1.

Omnibus hominibus est necessaria oratio. Si aliis præes, quomodo sine oratione fungi potes officio tuo? lumine Cæli tibi est opus. In Apoc. is, qui erat inter septem candelabra, (symbola Superiorum,) in dextera habebat, non tædas, sed stellas. *Sacramentum septem stellarum*, dicitur ibi: vt noueris tuum lumen stellarum, & è Cælo; non tædarum, & ex terra esse debere: non sufficit lumen terræ. Bartolus: Ille tuus est lumen terræ: hæc tua prudentia est lumen terræ, &c. requiritur lumen Cæli, vt te illuminet, &c.

Coloss. 3.

Si es vxoratus, quomodo agere potes sine oratione? quomodo pax tibi esse potest sine oratione? Ad Colossenses: *Viri, diligite vxores vestras, & nolite esse amari ad illas. Mulieres, subditæ estote viris vestris, sicut oportet in Domino.* Quomodo hæc charitas, ô Apostole, conseruabitur inter virum, & vxorem? *Verbum Dei*, inquit, *habitet in vobis abundanter*, hoc est, multa oratione. Declarat: *Commonentes vosmetipsos in psalmis, & hymnis*, &c. Si pacem non habes cum viro, hinc est, quia non oras: si hoc onus te opprimit, hinc est, quia oratione te non munis: hinc nec verbum viri suffers; hinc impatiens, quia non oras. Cur adhuc vanitates sectaris? quia non oras. Iosu. 6. *Cùm clamaret populus, muri Iericho* (luna,

Iosu. 6. Hebr.

defectus, vanitas) *funditùs corruerunt*, &c. sed *vociferatione maxima.*

Psal.5. *Manè astabo tibi, & videbo*, &c. Alij: *Manè ordinabor*, &c. Hoc primum negotium, ante omnia negotia, quòd omnia postmodum gerenda ordinat, &c.

In sæculo es, hoc est, in medio Babylonis, totus concupiscentiæ, ac iracundiæ flammis circundatus? qui fieri potest, vt in hac fornace non ardeas, si non oras? Memineris quondam iuuenis illius Hebræi in fornace ignis, nec in capillo quidem læsi. Quid agebat iuuenis? *Aperuit*, inquit

Dan.3. sacer Textus, *os suum in medio ignis, & orauit.* Mirum! ignis factus est, ceu ventus roris, auráque mollis, ac suauis. *Non tetigit eos omninò ignis, neque contristauit.* Solùm vincula, quibus erant colligati, dissoluit.

Hoc certè præstat tibi oratio in fornace Babylonis. (Talis status tuus est.) Concupiscentias tuas, iracundias tuas, passiones, vincula, quibus tot modis vinciris, exoluit, in auram conuertit, &c. sed si

Num.11. non oras, cremaris. Num. 11. *Orauit Moyses, & absorptus est ignis* (concupiscentiæ.)

Excusationes ille nectit: Sæcularis sum, miles, &c. Etsi miles, in ipso actu militiæ ab oratione non excusaris: vt potes, vt fert occasio, orare debes. Non requiritur à te oratio Monachi; sed mi-

Iosue.10. litis. Obsidebat Iosue ciuitatem illam. Vt erat equo insidens, lanceam tenens, &c. vt completam referret victoriam, conuersus ad Solem inquit: *Sol, ne mouearis contra Gabaon; & Luna, contra vallem Aialon, donec vlciscar me de inimicis meis.* Quænam, quæso, forma orationis hæc? an potiùs minari, quàm orare videtur? *Sol, ne mouearis contra Gabaon.* Quodnam imperium præcipere Soli? Saltem humiliter obsecrasset: *Loquar ad Dominum meum*, &c. Saltem aliquantulùm secessisset ab exercitu, rem tantam postulaturus: sed vel inter strepitus militares faciem ad cælum tollit: *Sed, ne mouearis*, &c. Et tamen aiunt, sic perfectè orasse, vt orationem hanc inter famosa sacræ Scripturæ Cantica computent. Nimirum, considerant fuisse orationem militis, qui non poterat Monachi secessum habere; sed, vt erat Dux, in medio exercitu orare debebat. Et quod tunc egit Iosue, potes & tu, siue miles, siue Dux, siue eques sis, quotidie

Hebr. facere. Exploratúmne tibi est, quid sibi velit. *Gabaon? Gabaon, eleuatio iniquitatis.* Cùm eleuari sentis iniquitatem; non te excuses, quòd sis in agro, vel sub dio, &c. Vbicunque sis, eleua mentis oculos ad Solem iustitiæ. *Sol, ne mouearis contra Gabaon, donec vlciscar me*, &c. *Aialon*, ilex, vel quercus. Cùm item sentis, sub quercu huius mundi hos sensus grunnire, glandésque quærere, ad Lunam Mariam: *Et Luna, contra vallem Aialon*, &c. Hæ sunt bonæ orationes sæcularium, &c.

Act.10. *Vir erat quidam in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, & deprecans Deum semper*, &c. *Is vidit in visu manifestè, quasi hora diei nona, Angelum Dei*, &c. Quid ais? Miles erat iste Italus, vxoratus. Eius vita, etsi in bello erat continua oratio: quin etiam veris Angelorum vi-

D.Chrys. sionibus fruebatur. De quo inquit Chrys. quòd suis statis orabat horis, quódque veluti vitæ religiosæ sibi tempora constituerat; adeóque oratio-

Lorin.ibid. ni addictus erat, (vt ex Græco obseruat Lorinus,) vt tres continuas horas oraret, adorans à sexta vsque ad nonam, homo sæcularis.

Quid inquiet alius? Mole negotiorum premor: A tempus mihi orandi non est. *Inundauerunt aquæ* Thren.3. (terrenarum cogitationum) *super caput meum:* opprimor negotiis. Væ tibi sine oratione. *Et dixi*, (multa cum veritate:) *Perij.* Sed, quo remedio vsus es? *Inuocaui nomen tuum, Domine*, &c. *Ne* Eccl.18. *impediaris orare semper.* hoc est, non sint tam multa negotia, vt impediaris ab illa mentis eleuatione, quæ cuique conuenit, & in omni statu, & in omni loco, &c.

Quomodo egisset Dauid in regni negotiis sine oratione: *Vespere, manè, & meridie.* Plùs: *Septies* Psal.118. *in die laudem dixi tibi.* Adhuc ampliùs: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.*

Vbi miratur Chrysost. Rex tantis implicitus D.Chrys. negotiis, purpura, & diademate amictus dicit:

B *Media nocte*, &c. quid nos dicemus, qui priuatam & otiosam vitam agimus; neque eadem, quæ ille, facimus? Nam, cùm in die multis circundaretur curis, negotiis, ac tumultibus; nec tempus inueniret aptum suo ad Deum accessui; relaxationis tempus, quod alij somni tempus faciunt, in mollibus stratis recumbentes, & hinc, & inde se versantes, Rex tantis vinctus curis accedendi ad Deum tempus faciebat. Et oratione, inquit Chrys. perficiebat quæcunque volebat: oratione bella instruebat; triumphósque statuens, victoriam victoriæ copulabat: oratione omnia peragebat, & omnia illi secundùm Dei gloriam succedebant. Proptereà, ait Chrysost. tam in communibus, quàm in priuatis rebus, præter sententiam, multa nobis oc-

C currunt: quia non habemus orationem. O quàm secunda cederent negotia, si coram Deo eadem ageremus! &c. Igitur & nos (verba Chrys.) priuati, & idiotæ, Reges, & otiosam, & quietam vitam agentes, imitemur eum, qui in purpura, & diademate, Monachorum vitam transcendit. Nihil melius. Rex amplissimi regni, qui molem habebat negotiorum, quæ ipsum manebant, ad ipsum spectabant, tempus inuenit orandi ter die, septies in d.e. Quid nos dicimus, qui priuatam, & otiosam vitam agimus?

Sed dices: Verum est: non habeo negotia regni: mea tamen tanta sunt, vt me vix respirare sinant. Audi, quod tibi dicit Seneca 1. de tran- Senec.lib.1. quillitate, cap. 4. Æstimanda sunt ipsa, quæ aggre- de tranquill.

D dimur, negotia, & vires nostræ cum rebus, quas cap.4. tentaturi sumus, comparandæ: debet enim plus superesse virium in latere, quàm in pondere: necesse quippe est, vt opprimant onera, quæ ferente maiora sunt. Prætereà, quædam non tam magna sunt negotia, quàm fœcunda, multúmque negotiorum ferunt; & hæc fugienda sunt, ex quibus noua occupatio, & multiplex nascitur: nec ascendendum eò, vnde liber regressus non sit. Hæc dicit, qui nihil de oratione nouerat.

Sed iterum inquies: Filios habeo, & familiam: orationem facere nequeo. Nescis, quid sit oratio: scis, quomodo vocetur à Sancto Ephrem? Rei fa- S.Ephr. miliaris administratio: hoc est, oratio est medium, quo res familiares benè administrãtur. Bona

E illa mater familiâs, in Prouerbiis, vnde tam benè domum regebat? &c. *Gustauit, & vidit, quia bona* Prou.31. *est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius*, &c. Considerabat hæc semitas domus suæ, panem otiosa non comedebat, & tamen faciebat orationem, de nocte surgebat, &c.

Sic orare debent, qui ad aliorum curam ex officio tenentur: si non diutiùs, saltem sæpiùs. His licet abrumpere orationem, vt domesticos exemplo Domini inuisant. Meminerint orationis, ter Mat.27.

in

in horto interrupta, vt, nimirum, videret, quid agerent Apostoli.

Qui aliorum cura tenentur, non debent tota die clausi orare. Stabat Moyses in monte cum Deo loquens, cui Deus: *Descende: peccauit populus tuus, feceruntque sibi vitulum conflatilem.* Idololatræ fiunt, dum Superiores, patres, ac matres diutiùs absunt, &c. Eundum illis, ac redeundum sæpè: quòd non diu, &c. sine oratione omninò esse non debent. Nemo tam strictè tenetur aliis, vt sui obliuiscatur. Debet quisque Superior consulere aliis; sed iuxta ordinem charitatis, primùm sibi. Ex cōmuni sententia, nullus artifex instrumentum artis alteri dare tenetur, sit, vt vis, stricta obligatio æris alieni: quia eo instrumento viuit. Hoc est oratio, qua nulla obligatione priuari debemus. Bonus amor non est, quo plus res temporales, vel etiam spirituales aliorum, quàm spirituales proprias prosequitur. Quisque igitur ad orationem tenetur.

Exod. 32. D. Hieron. D. Hieron. Ita habeto sollicitudinem domus (scribit ad Celantiam) vt aliquam vocationem animæ tribuas, &c.

Num 9. D. Greg. Dixit Moyses: *State, vt consulam, quid præcipiat Dominus de vobis.* Greg. in past. p. 2. c. 5. Moyses crebrò de rebus dubiis ad tabernaculum recurrit. Ad tabernaculum recurrere, est postpositis exterioribus tumultibus secretum mentis intrare: ibi enim Dominus consulitur; & quod foris agendum est publicè, intus silenter auditur. Hoc quoque quotidie boni Rectores faciunt: vt enim in exterioribus inoffensè deseruiant, ad secreta cordis recurrere incessabiliter curant; & sic vocem Domini, quasi per occultam inspirationem audiunt dum in meditatione mentis à carnalibus sensibus abstrahuntur.

Gen. 25. Origen. *Perrexitque Rebecca, vt consuleret Dominum.* Origenes: Quò abiit, cùm Deus vbique sit? Secessit ab aliis, dicit Orig. vt mentem suam colligeret, vt faciliùs Dei auxilium sibi compararet.

De quotidiano recessu post peracta negotia.

PVNCTVM LX.

Luc. 2. MAria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Hoc à Sanctissima Virgine accipiamus, & quotidiano recessu ponamus in praxim, saltem quotidie vespertino tempore, in corde nostro pium aliquod conferamus.

Leuit. 11. Tota dies insumpta est in negotiis, in rebus agendis, &c. Nónne æquum est, vt quisque randem habeat horæ spatium, in quo curarum omnium memoriam ex animo abiiciat, in quo subleuetur, emergat? &c. Nonnulli pisces maris, & quædam animalia terræ reputabantur immunda: pisces erant, qui pennulas non habebant; animalia, quæ non ruminabant. Per vtraque, iuxta Orig. & D. Gregor. significantur illi, qui semper in profundis curarum latent, nec vel ad horam subleuare se super aquas valent: qui mandunt, traiiciúntque omnia; nec ea iterum reuocant ad considerationis dentem, vt coram Deo examinent, &c. Et ideò non proficimus, idcircò non crescimus cum Domino nostro, eò quòd cibum non sumimus; quia eum non mandimus; quia horam orationi non præstituimus. *Vespere, mane, & meridie, narrabo,*

Orig. hom. 2. in Leuit. D. Gregor. Psal. 54.

& annunciabo, &c. Rex, vt diximus, in regni negotiis occupatus, &c. Non dicamus, nos pluribus ipso Dauid detineri negotiis; sed fateamur nos indeuotos, & spiritum non habere. Quòd si videremur mane domi non posse diutiùs immorari, sed statim nobis opus esse exire; si meridie item; saltem vespere, &c.

Legem ponebat aquis (cogitationum, negotiorum,) *ne transirent fines suos. Et dixi: Vsque huc venies, & non procedes amplius*, &c. Vsque in hanc horam, &c. sed non procedes ampliùs. Hæc est hora apta, peractis negotiis: huc ad hoc silentium venire, &c. Isa. *Anima mea desiderauit te in nocte.* Id est: Adeò, Domine, tecum conuersari desidero, vt anima mea præstoletur nocturnum tempus, quo negotiis omnibus expedita tecum saltem paulisper detineatur. In die etenim non est tanta aptitudo, nec otium; quia opus est multis negotiis occurrere: veruntamen noctu me illis omnibus explicabo, &c. Iob. 38. Isai. 26.

O quàm opportuna hora huius silentij, harum tenebrarum! Adnotant sacri Doctores, tenebras aptissimas meditationi. Optat Moyses agere cum Deo: relinquit populum; montem subit. Mox Deus caligine, ac tenebris illum operit, vt sine vlla distractione secum agere valeat, &c. Exod. 3.

Ob hoc, inquit grauissimus Doctor, voluit Deus, vt vel præter tempus eclipsis illa trium horarum tempore passionis fieret, quo homines illis in tenebris, nulla mentis euacatione, in tanti mysterij considerationem ingrederentur, &c. Simeon de Cas. 4. c. 4. Matth. 26.

Hortus, quò ad orandum ire solebat Dominus *Trans Cedron.* Hebr. *Tenebræ.* Hebr.

Ob hoc idem Elias semel in monte Carmelo faciem inter genua reposuit. Iterum in monte Horeb expectans videre Deum, caput pallio obuoluit. Quid hoc? Nicol. de Lyra, Dion. Richel. ibidem, & alij inquiunt, his modis se se colligere voluisse, sibíque tenebras facere, vt magis recollectus esset, &c. 3. Reg. 18. 3. Reg. 19.

Huc igitur inuitati à Sancto Philippo, cuius est institutum, vt conueniant omnes, & hanc horam sumant, constituántque breui huic orationi, aut conscientiæ discussioni, aut recessui.

Recessus hic certè pernecessarius, sine quo quî fieri potest, vt habeatur, vel amor, vel timor Dei? Vbi nos legimus: *Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.* Hebr. est. *Fiat solitarium cor meum*, aut cum Hieron. item ex Hebr. *Fiat vnitum cor meum, vt timeat nomen tuum.* Quid sibi vult, quòd nec mortes repentinæ nos terrent, nec aliquid nobis timorem Dei incutit? Quia nec cor vnimus, nec paulisper recedimus, vt iudicia Dei perpendamus. Psal. 85. Hebr. D. Hieron.

Huc omnes properent: locus enim omnibus obuius, ac patens est; iis præsertim, qui cum Nicodemo illo lucem ad benè agendum, ac diem propè erubescunt: hi saltem veniant *Ad Iesum nocte. Erat Nicodemus Princeps: hic venit ad Iesum nocte*, qui propterea à Nazianzeno pulchrè dictus est nocturnus Dei cultor. Sed obseruent alium locum item in Ioanne, qui verba faciens de hoc Nicodemo, similiter dicit: *Qui venerat ad Iesum nocte primum.* initia enim suæ conuersionis, ac vitæ spiritualis cœperunt in nocte; posteà palam se confessus est Christi sequacem. Vt & ille alius nobilis Decurio, discipulus occultus propter metum Iudæorum, posteà *Audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu* Hi coram omnibus tulerunt mixturas, vt condirēt corpus Domini, &c. Io n. 3. Nazianzen. orat. 41. Ioan. 19. Marc. 15.

Sic,

Sic, sic & vos venite saltem nocte, &c. Quis scit, an non forsan & audacter confiteamini spiritualem vitam esse vere nobilium, quin eam solam esse veram ingenuitatem, in qua seruitus Christi comprobator? Si Nicodemus bis noctutnus ille Dei cultor, inquit Nazianzenus, funebribus vnguentis ipsum vnge. Vbi Nicetas: Vnguentis Dominicum corpus ad sepulturam perfundit, qui sermones, & disputationes piè tractat, easque fundit odore stillantes, & redolentes.

Naz. cit. loc. Nicet.

Neque hoe adferatur excusatio, quòd domi possit quisque huic recessui vacare. Duas præsertim molestissimas plagas Ægyptus passa est, ranarum vnam, muscarum alteram. Ranas tantas, vt fluuius ebullire videretur, ebulliens ranas exundare implentes plateas, ac vias, domos, cubicula omnia, cubilia, vel furnos, &c. omnésque recessus Item, *Ecce ego mittam in te, & omnes seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas, omne genus muscarum, & implebuntur omnes domus Ægyptiorum muscis diuersi generis, faciámque mirabilem in die illa terram Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi muscæ, vt scias: quia ego Dominus in medio terræ.* Gregorius Magnus, & Nicænus, & D. Bernard. per ranas, seculares strepitus intelligunt; per muscas, importunas cogitationes. Hæ ranæ domi vbique audiuntur. Secedite quoquò vultis, tanas coaxare audietis Musca ibidem grauissima, ac molestissima diuersarum cogitationum, &c. Solùm in Gessen, in Ecclesia, in Oratotiis, non sunt muscæ: quinimò tanta est quies, vt vetè cognosci possit, Deum adesse, &c.

Exod. 8.

D. Gregor. c. 18 n. . lib. de vit. Moys. D. Bern. in Cant. ser. 44.

Et ostium lateris ad orationem. Hebr. *Et ostium cubiculi ad quietem.* O quàm verum!

Ezech. 41. Hebr.

Orate vel domi possumus, dicunt; sed homiliam, doctrinámque audire non nisi in Ecclesia possumus. Te homo decipis: nam etsi domi quoque orandi est facultas; tamen fieri non potest, vt domi tam bene otes, quam in Ecclesia, vbi toi Patres; vbi clamor felici societate exeitus, &c. Est enim in huiusmodi plus aliquid, v. g. concordia, conspiratio, copula amoris, & charitatis, Sacerdotum clamores. Præsunt enim eo eam rem Sacerdotes, vt populi orationes, quæ infirmiores per sesunt, validiores illas complexæ simul in Cælum euehantur. Adde, quod locus ipse sæpè deuotionem orandi excitat. Prærerea Ecclesia est locus magis orationis proprius. Adest præsentia realis Sacramenti. Angelorum societas, &c. *Egressus fuerat Isaac ad meditandum in agro inclinata iam die.* Sept. *Egressus est Isaac exerceri in cãpo ad vesperam.* Bonum exercitiũ post exercitia, &c. Bonum campum oratorium faciebat, &c. Deus noster non est inuentus inter cognatos, & notos; sed in templo, &c.

D. Chrysost. hom. 3. de incomprch. Dei nat.

Genes. 24.

Septuag.

De vtilitatibus, quas ex Congregationibus referunt congregati.

PVNCTVM LXI

Erant discipuli congregati, &c. Eligite ex vobis virum, & descendet mecum ad singula certamen, &c. Studium inimici est separare à castris, vt solos faciliùs interimat. *Percusserunt viros Lais in oreglady, eo quod cum nullo hominum haberent quidquam societatis. Væ soli: quia, si ceciderit, non habet sublevantem se.* vt habent congregati ex sermone subleuante, ex aliorum exemplo, &c. *Habent enim eo elementum societatis, si vnus ceciderit, ab altero fulcietur.*

oan. 20. 1. Reg. 17.

Iudic. 18.

Eccl. 4.

Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum. D. Gregor. Si ergo adesse dignatur, vbi duo, vel tres fuerint; quantò magis non deerit, vbi plures conuenerint? Item, *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo.* Vbi Sanctus Hilarius: In tantum, inquit, humanæ pacis concordiæ Christus studuit, vt vnitatis merito, omnia, quæ à Deo præstanda sunt, impetranda esse confirmet: quòd si duo consentientes impetrant, quid plures? Impossibile est multorum preces non exaudiri, &c. D. Hil.

Matth. 18. D. Gregor. ep. 1. 16.

Clamauerunt ad Dominum Deum Israel vnanimiter. Interlin. Quod charitatis vnanimitate petitur, citò impetratur. Iudith 4. Interlin.

Vbi pissimus ille Rex Iosaphat vidit contra se congregatos filios Moab, & filios Ammon, totum se contulit ad rogandum Dominum. Sed quo nam id apparatu? Orantium Congregatione. *Congregatúsque est Iudas ad deprecandum Dominum.* Et infrà: *Omnis verò Iuda stabat coram Domino, cum paruulis, & vxoribus.* Quod expendens Theodoretus in Gloss. Hæc, ait, cùm dicerentur à Rege, tota stabat multitudo cum clamore Deo supplicans: Deus autem misericors soluit metum bonorum promissione. 2. Paral. 20. Theodor.

Ionæ vltimo: *Non parcam*, inquit Deus, *Niniue ciuitati magna, in qua habitant plures centum viginti millia hominum, qui nesciunt, quid sit inter dexteram, & sinistram suam?* id est, simplices, & sine dolo; vel iuxta Theophylactum, infantes, quorum lacrymæ apud clementissimum Deum sunt preces? Sed quonam potissimùm innumerus populus, sic dixerim, veniam extorsit, ac vim effecit? Ipsa vnione precum. Effecta est tota ciuitas (inquit S. Ephrem) velut corpus vnum. Ion 4. Mariana ib.

Et congregatus est exercitus, vt essent parati in prælium, & vt orarent, & peterent misericordiam, & miserationes. Carbones igniti, &c. S. Ephr. de Ion. 1 to, & 1. Mach. 3.

Bonorum societas quid præstet, Matth. 13. *Ne fortè colligentes zizania*, &c. Act. 27. vni Paulo donatæ sunt tot animæ naufragio peritutæ. 1. Reg. 19. Saül misit lictores ad rapiendum Dauid in Ramatha: qui cùm reperissent ibi cuneum Prophetarum, inter ipsos & ipsi prophetauerunt: cúmque alios, & alios misisset, idémque contigisset, venit ipsemet Saül, qui inter Propheras cùm fuisset, & ipse propheravit, &c. *Cum sancto sanctus eris*, &c. Hinc Bernard. apostrophe ad Thomam extra cœtum Apostolorum: Falleris, Thoma sancte, falleris, si videre Dominum speras ab Apostolorum collegio separatus. Non amat veritas angulos: non ei diuersoria placent: in medio stat, id est, disciplina communi, communibus studiis delectatur. *Post dies octo erant discipuli congregati, venit Iesus.* Tunc tunc apparuit. Hinc D. Cyrillus colligit antiquissimum Congregationum morem. Tunc igitur, ait, sanctæ Congregationes die octauo in Ecclesiis fiunt, & foribus, sublimiore modo, clausis visibiliter simul, atque inuisibiliter Christus omnibus apparet. Matth. 13. Act. 27. 1. Reg. 19. Ps. 17. D. Bern. 4. de Ass. D. Cyril. 12. in Ioan.

Sed nostræ præsertim Congregationis petantiquum exemplar iam nũe recens D. Philippo ostensum in monte Romano à Tertulliano graphicè descriptum audiamus. Coimus, inquit, in cœtum, & aggregationem, vt ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est: oramus enim pro Imperatoribus, pro ministris Tertul. Apolog. c. 39. de disc. Christ.

ministris entum, ac potestatibus, pro statu sæculi, pro rerum quiete, &c. Coimus ad literatum diuinarum commemorationem. Si quid præsentium temporum qualitas, aut præmonete cogit, aut recognoscere, certè fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimos,disciplinam præceptorum nihilominùs iaculationibus densamus (quod nos agimus, Dei gratia,tot.familiatibus cohortationibus.) Ibidem exhortationes, castigationes,& censura diuina. (Disciplinatio,& culpa cum correptionibus.) Modicam vnusquisque stipem, menstrua die vel cùm velit, & si modò possit, apponit.(Conuictus ex symbolo.) Fratres dicimur,& habemur: quia vnum Patrem Deum agnoscimus, qui vnum spiritum bibimus sanctitatis:qui de vno vtero ignorantiæ eiusdem ad vnam lucem expirauimus veritatis. Fratres etiam sumus ex ipsa substantia familiari, quæ penes alios ferè dirimit fraternitatem. Animo, animaque miscemur: nihil de rei commuoicatione dubitamus: omnia indiscreta stant apud nos. Non prius discumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur. (Oratio ante cœnam.) Bibitur, quantùm pudicis est vtile. Vt quisque de Scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, prooocatur in medium. (Dubia ad mensam.) Fabulantur,vt qui sciant Dominum audire. (Recreatio.) Inde disceditur, non in cateruas censionum, neque in classes discursationum; sed ad eandem curam modestiæ, & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnauerint, quàm disciplinam. Hoc tandem sumus congregati, quod & dispersi: hoc vniuersi, quod & singuli: neminem lædentes, neminem contristantes. Cùm boni, cùm probi coeunt, cùm pij, cùm casti congregantur, non est factio dicenda. Hucusque Tertull.

Psal. 133. Iam verò vtilitates,quæ ex Congregatione proueniunt, quis enumeret? *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum!* Quasi diceret: Ex se latè patent vtilitates maximæ; tum ex vnione fraternæ charitatis; tum ratione exercitiorum, in quibus se se exercent; tum Regularum; quibus voluntariè constricti sunt Fratres. Hebr. *Sicut vnguentum in capite.* Hebr. *Sicut oleum illud optimum.* Gratiam,nimirum,congregatorum comparat vnguento, oleoque sacerdotali. Vnde? quia multos,vel sæculares,ex his videre est æqualis, & plerunque maioris sanctitatis, ac perfectionis, quàm ipsi sint Sacerdotes: hic enim in proprio sæcularium habitu, Religiosorum vitam, virtutemque æmulantur: & qui habitu, ob status sui qualitatem, Religiosi esse non possunt, animo, moribusque Religiosi existont,ac in suo statu obedientiam,humilitatem,charitatem, cæterarumque virtutum actus exercent, quibus exercitationibus aliqui ad altissimos perfectionis gradus peruenerunt. Ex his plurimi ex Congregationibus sæcularium.

Eccl. 4. Vnde profectus hic!Ecclesiasticos ait, ex emolumento societatis. Quodnam? Videre illum frequentiorem ad Sacramenta,est emolumentum societatis: alium eam pœnitentiam agentem, est emolumentum societatis: illum sic deuotè Missæ assistentem, ac seruientem, emolumentum societatis. Si ciciderit, habet subleuantem se: Confessarius subleuat, adhortatio subleuat, paucæ illæ Regulæ subleuant: quisque dum alium confidentiùs conripit, subleuat: Fratrum exempla subleuant. Animalia illa non solùm se ipsa alis, sed etiam se inuicem percutiebant. Gregor. Ala sua me percutit, qui exemplo sanctitatis propriæ me ad melios accendit. Sunt itaque Fratrum exempla, percussiones alarum, &c.

Ezech. 1. D. Greg.

Hoc & Iob: *Respiciet homines, & dicet: Peccaui,* hoc est, videbit deuotionem eius, qui hoc est, vt ipse; iuuenis, vt ipse; nobilis, artifex, vt ipse: compungetur: dicet, Peccaui. Sed, *Væ soli: quia si ceciderit, non habet subleuantem se.* O quam malè aliqui nullum vinculum volunt,vt viri Lais, nullam legem recipiunt, rumpunt vincula: dicunt, Non seruiam: sapiunt reproborum stultitiam. Iustorum est leges velle: *Legem pone mihi, Domine,* &c. Homo, vt aliquid boni faciat, eget aliquando aliqua obligatione,qua excitetur,præmoneatur, &c. qui eum nullo hominum societatem habere vult, nulli Congregationi nomen date, obseruetur, vt viuit. Quid mirum, si gladio spirituali, si non materiali occumbit? si contumelia aliqua lacessitus, contumeliosè respondet?In nulla Congregatione didicit actus mansuetodinis,patientiæ, humilitatis mortificationis, &c. *Væ soli.* Hæc autem exercitia nunquam intermittēda sunt. *Vbi duo,vel tres congregati fuerint in nomine meo,* &c. Si venit Deus inter hos paucos; tu, quia plures aliquando non sunt,non venies? Caue: Diabolus enim nihil magis curat, quàm te cum Thoma à bonorum collegio separare,solum te quærit.

Iob 3. Psal. 118.

Aristoteles: Si quis est,qui congressus, & societates hominum ferre non possit, aut nullo egeat, quòd se ipso contentus sit; hic profectò in parte ciuitatis non est habendus: quare aut bestia, aut Deus. Arist. l. 1. de Repub. c. 1.

Quantùm conetur Diabolus, vt orationem impediat.

PVNCTVM LXII.

NOn habet arma, quibus validiùs impugnetur, Idcircò laborat, vt ea è medio rollat. Consilium id fuit inimicorum populi Dei, qui cùm optimè nossent, quàm ij benè armis vterentur in prælio, curarunt, ne vel gladius, lanceáve fieret: *Porrò faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel: cauerant enim Philisthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium, aut lanceam.* Huc, nimirum, præcauet Diabolus, ne gladius, aut lancea orationis inueniatur: homo autem sine oratione miles est sine armis. Quomodo se gerat inermis homo in hac militia super terram? 1. Reg. 13.

Percupidi olim filij Israël sacrificandi, à Pharaone distracti sunt ad paleas conquirendas, fingendósque lateres, quò vix respirare valentes, sacrificiorum obliuiscerentur. Persimili arte nos ab oratione Diabolus conatur abducere, dum paleis harum mundanarum rerum conquirendis, ac lateribus efformandis occupat; paleis, inquam, quæ infernalem nobis ignem succendant. Exod. 5.

O quàm multi opera Diaboli illud Manasse dicere possunt *Incuruatus sum multo vinculo ferreo, & non possum tollere caput, & non est respiratio mihi,* q. d. moles negotiorum me opprimit: *Non possum tollere caput.* 2. Paral. 33.

Mulier incuruata opera Diaboli, ne cælum aspiceret. Sic incuruati multi, vt mentem eleuare non possint. Luc. 14.

In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrûm oculos dextros O sæuitiam! Seruat ille quidem sinistros, quibus terrena respiciamus; suffodit dextros, ne cælestia perspiciamus. 1. Reg. 11.

Primum,

1.Mach.1. Primum, quod ille è templo impiè subripuit, A candelabrum illud luminis fuit. Hoc sacrilegus ille, ac infernalis Antiochus subripere conatur, vt candelabro orationis ablato, simus semper in tenebris.

Iudic.16. D. Gregor. 7.Mor.13. Orationis dono amisso homo fit totus exterior. Testatur Samson, inquit Greg. qui postquàm oculos perdidit, ad molam deputatus est: quia maligni Spiritus, postquàm tentationū stimulis intus aciem contemplationis effodiunt, foras in circuitu laborum mittunt, iuxta illud: *In circuitu impij ambulant.*

Thren. 3. Hebr. *Quod & ille mysticè plorabat: Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.* Qui enim cælestia non mandit, terram comedit. Hebr. *operuit me,* aut, *versauit me in cruce.* B

Deut.24. In Deuteronomio neminem volebat Deus posse accipere loco pignoris inferiorem, ac superiorem molam: cuius rei rationem reddit: *Quia*, inquit,
Septuag. Chald. *animam suam apposuit tibi.* Septuag. *Quia animam suam dat in pignore.* Chaldæus: *Quia* (cum hisce molis) *esca sit omni animæ.* Ob id Diabolus nun vult, vt huiusmodi molas domi habeas.

Iudith 7. Hinc & gustum orationis conatur tollere, vt sic, paulatim tollat orationem: si fontem siccare non potest, aquæductus saltem studet incidere. Sed non est propter id intermittenda oratio; quinimò magis orandum exemplo Domini, qui *factus in agonia* (omni destitutus consolatione) *prolixius orabat.* C

Prouerb.31. Sancta illa anima in Prouerb. *Gustauit, & vidit, quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius.* O si homo paululum vim tibi inferres, vt hu studio operam nauares! ô si gustares de oratione, quàm suaue cum Deo agere! &c. mox vaniloquium, mox omnia displiceret.

D. Greg. 2. Dial.4. Sed communis hostis pro viribus elaborat, vt huic sancto studio non vacemus. Huc optimè facit illud, quod refert Greg. in Dialogis. In vno ex Monasterijs, quæ venerabilis Benedictus construxerat, quidam Monachus erat, qui ad orationem
Tempore orationis Diabolus extrahit Monachū ab Ecclesia. stare non poterat: sed mox vt se Fratres ad studium orationis inclinabant, ipse egrediebatur foras; & mente vaga terrena aliqua, & transitoria D quærebat. Cùmque ab Abbate suo sæpiùs fuisset admonitus, ad virum Dei deductus est: qui ipse quoque stultitiam eius vehementer increpauit: & ad Monasterium reuersus, vix duobus diebus viri Dei admonitionem tenuit: nam die tertia ad vsum proprium reuersus, vagari tempore orationis cœpit. Quod cùm seruo Dei ab eodem Monasterij Patre, quem constituerat, nunciatum fuisset, dixit: Ego venio, eùmque per memetipsum emendo. Cùmque vir Dei venisset ad idem Monasterium; & constituta hora, expleta psalmodia, se se Fratres in orationem dedissent, aspexit, quòd eundem Monachum, qui in oratione manere non poterat, quidam niger puerulus per vestimenti fimbriam foras traheret. Tunc eidem Patri Monasterij, Pompeiano nomine, & Mauro Dei famulo secretè dixit: Nunquid non aspicitis, quis est, qui istum Monachum foras trahit? Qui respondentes, dixerunt: Non. Quibus ait: Oremus, vt vos etiam videatis, quem iste Monachus sequitur. Cùmque per biduum esset oratum, Maurus Monachus vidit: Pompeianus verò, eiusdem Monasterij Pater, videre non potuit. Die igitur alia, explecta oratione, vir Dei Oratorium egressus, stantem foris Monachum reperit: quem pro cæcitate cordis sui virga percussit, qui ex illo die nihil persuasionis vlteriùs à nigro iam puerulo pertulit; sed ad orationis studium immobilis permansit: sicque antiquus hostis dominari non ausus est in eius cogitatione, ac si ille percussus fuisset ex verbere. E

Matth.17. *Hoc genus Dæmoniorum non eijcitur nisi per orationem, & ieiunium*; & ideò studet orationem pro viribus impedire.

Quid, & quomodo postulandum.

PVNCTVM LXIII.

Luc.18. Bona spiritualia postulanda sunt, gratia, nimirum, lumen, virtutes, &c. Cæcus ille secus viam mendicans, pauper erat, nec tamen diuitias populi cit: secus viam erat, palatium, vel hospitium non postulauit: pannosus erat; pretiosa indumenta nun quæsiuit. *Quid vis, vt faciam tibi?* Hoc, *Domine, vt videam.* Hoc, huc postulandum à Deo, lumen, gratia, &c. Bona temporalia, sanitas, diuitiæ, &c. Matth.15 micæ sunt, quæ cadunt de mensa Domini. Sic Augu- D. Aug. stal ad illa verba: *Non est bonum sumere panem filio-* 74. de temp. *rum, & dare canibus*, quibus illa: *Etiam, Domine,* &c. Sed mirum non est, gentilem fœminam eas taliter implorasse.

Rupert. c.24. Mirum potiùs de Salomone, de quo Rupert. Cùm Dominus dixisset illi: *Pete, quod vis, vt dem tibi*, & tanta sibi oblata gratia, posset æternitatem gloriæ cælestis vna petitione adipisci, quæ summa beatitudo est; ille temporali gloria delectatus, & apud homines volens haberi gloriosus, leue, seu 3.Reg 3. mediocre bonum petiuit: *Dabis*, inquiens, *seruo tuo cor docile, vt iudicare possit populum tuum, & discernere inter bonum, & malum.* Et quidem bonum erat, quod petiuit, & melius, quàm si petisset dies multos; aut tale quid, quod bonum quidem est, sed exile, & infimum; & hoc magis placuit Domino, quod sic petiuit, quàm si petisset quidpiam eiusmodi, dies multos, aut diuitias, aut animas inimicorum suorum. Sed, cur non dixit, sicut dixerat pater eius, Dauid; *Vnam petij à Domino, hanc re-* Psal.26. *quiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ!* videlicet, quia cor eius non erat perfectum cum Domino Deo suo, sicut Scriptura testatur, sicut cor Dauid patris sui.

Psal. 36. Camp. Indigentia rerum temporalium Deo proponenda est, & in eum omnis sollicitudo, & cura proijcienda: *Reuela Domino viam tuam.* Camp. *Expone coram Domino statum rerum tuarum, & spera in eo, & ipse faciet.*

Ioan 11. Pro rebus, quæ spectant ad corpus, non est, quòd valde insistamus, paucis cum Deo opus est. Duæ illæ sorores: *Domine, ecce, quem amas, infirmatur.* Literulam hanc breuiloquentem, ac Laconicam ad amantem dirigunt; amanti autem satis Greg est nunciasse, inquit Gregor. non enim ausæ sunt dicere: Veni, & libera eum, sed semiuerbo exponunt indigentiam, & cætera silentio inuoluunt, quia, scilicet, agebatur de sanitate corporali. Vbi verò res erat de salute animæ, Magdalena non mittit, sed ipsa vadit, & omnibus orat modis, oculis, lacrymis, amplexibus, nedum vnguentis, & capillis; pro negotio verò temporali sanitatis paucis se se expediunt, duobus solummodo verbis: *Quem amas, infirmatur.*

4.Reg.19 Isai.37. Cùm tam minaces literas accepisset à Rege Assyriorum Rex Ezechias, quidnam egit? Id, quod in temporalibus negotiis agendum est, eisdem literis ante Deum: *Domine*, inquit, *aperi oculos tuos, & vide: & expandit literas coram Domino.* q.d. Lege,

Lege, Domine, & vide indigentiam meam. Sic, sic meritus tanquam non orantes oramus (inquit Bernard.) nec efficacius tanquam diffidentes confiditus: vbi explicata indigentia, curam ipsi Deo committimus, & quiescimus. *Vinum non habent.* hoc satis: *Spera in eo, & ipse faciet*, &c.

D Bern. de g... hum. Ioan. 2. ... 7.

D.Thom. ait bona temporalia, diuitias, honores, sanitatem, &c. sub conditione petenda, si, nimirum, expediant; spiritualia verò, gratiam, Dei amicitiam, absolutè: quia hæc, ceu vera bona, semper expediunt, & ad Dei gloriam, & hominis salutem faciunt.

D.Thom.

Hinc dum postulas absolutè, & cum proprij animi inhærentia, hæc bona terræ, diuitias, &c. non exaudiris. Sic Dauid: *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Quid hic sibi vult, *iniquitatem*? Vult innuere diuitias: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*; hoc est, si quid cum indifferentia, & sub conditione postulandum est, ex inordinato affectu absolutè postulo, non exaudior: sed, si ad salutem conducentia postulem; non antè postulauero, quàm accepero.

Psal. 65.

Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Hebr. iuxta Eugub. *Voce mea ad Dominum clamabo, & iam exaudiuit me de monte sancto suo.* quia, nimirum, bona spiritualia postulauerat.

Psal. 3. Hebr.

Sed temporalia cùm petimus, vt tardè, vt plerunque cum indignatione ea obtinemus! Regalium munerum olim cupiditate captus Balaam, quanuis præmonitus ne ad Regem iret, semel, & iterum consulturus Deum accessit, an liceret ire. Quid, heus tu, rogas, quod iam palàm est, non licere? Iam regalibus animus inhærebat: sed ecce tibi, iam munerum aspectu corrupto facultas datur à Domino, vt optata perficiar, vt illuc sese tandem conferat, quò tantopetè animus inhiabat: *Surge, & vade cum eis* At, quæ facultas hæc? Propitiæne, an irati? Pulchrè Anast. Nicæn. quæst. 32. Indignatus ergo Deus dicit: *Surge, & eos sequere.* Quod sæpè solet etiam fieri à Medicis, qui nonnunquam quidem iubent abstinere à cibis noxiis: cùm autem de eo propensi sunt ægroti, & quodammodo vim afferunt Medico, vt eis permittat sumere; tunc Medicus irascens permittit: scit enim eos nolle corrigi. At quorsum cedit importuna, indiscretaque temporalium concupiscentia? In lapsum, in dolores, in mortem. *Asina concidit sub pedibus sedentis: attriuit sedentis pedem. Et nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem*, &c.

Num. 22.

Anast. N. cæn.

Hinc temporalia cùm petimus, plerunque non exaudimur. Quòd si hæc è diuinis manibus aliquando veluti extorquemus; ea quandoque obtinuisse, parum gaudemus. *Quid fles? quid doles animo?* inquit Esdras ad mulierem illam: quæ ait: *Sterilis fui ego famula tua, & non peperi, habens maritum annis triginta. Ego enim per singulas horas, & per singulos dies, & annos hos triginta deprecor Altissimum nocte, & die*, (ô intensum mulieris desiderium!) (*Et factum est post triginta annos exaudiuit me Deus, & dedit mihi filium, & iucundata sum super eum valdè ego: & vir meus, & omnes ciues mei: & nutriui eum cum labore multo: & factum est, cùm creuisset, & cum introisset in thalamo suo, cecidit, & mortuus est, & euertimus omnes lumina*, &c. O breuem diuturnæ flagitationis consolationem!

4. Esd. 9.

An non similis illa, *quæ cernens, quòd infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar.* Quæ tamen non multò pòst *ob difficultatem partus periclitari cœpit, & egrediente anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei!*

Gen. 30.

Gen. 35.

Quærite, quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.

Vt quæsiuit sancta illa Augustini mater? Et vbi essent tantæ preces (inquit in suis Confess. August.) & tam crebræ sine intermissione? An verò tu, Deus misericordiarum, sperneres cor contritum, & humiliatum viduæ castæ, ac sobriæ; frequentantis eleemosynas, atque seruientis Sanctis tuis; nullum diem prætermittentis oblationem ad altare tuum; bis in die, manè, & vespere, ad Ecclesiam sine vlla intermissione venientis, non ad vanas fabulas, & aniles loquacitates; sed vt te audiret in tuis sermonibus, & tu illam in suis orationibus? Huiúsne tu lacrymas, quibus non à te aurum, & argentum petebat, nec aliquod mutabile, aut volubile bonum; sed salutem animæ filij sui, tu, cuius munere talis erat, contemneres, & repelleres ab auxilio tuo? Nequaquam, Domine: imò verò aderas, & exaudiebas, & faciebas ordine, quo prædestinaueras esse faciendum.

D. Aug. l. 5. Conf. c. 9.

§ *Digressio de huius mundi rebus, diuitiis, auaritia, affectu libero, &c.*

PVNCTVM LXIV.

ET certè ad quid tanto ardore hæc bona caduca postulare, cùm re vera bona non sint?

Vsque modo non petistis quicquam. Petite, &c. Quidnam postulauerant confessum hinc inde ad dexteram, & sinistram? &c. Ah honores, diuitiæ, &c. non sunt res quidditatiuæ, &c. accidentia sunt, nihil sunt, &c. Interrogemus Salomonem qui tam abundè hæc omnia habuit: videamus, quanti ea æstimarit. *Verba Ecclesiastis. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Quid sibi vult *Ecclesiastes*? supputator numerorum. Quò nunc peruenit, ô Salomon, computus rerum harum omnium, bonorum, diuitiarum, deliciarum, &c? *Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes.* Et ne putes errorem in computis, repetit: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Hebr. *Nihil, & nihil, & omnia nihil.*

Eccl. 1.

Hebr.

Pined. ibid. sect. 6.

Hebr.

Hi honores, hæ magnitudines sunt entia rationis, non realia. *Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo* O quàm verè florens, & florens, in palatio! q. d. extra palatium iam non ampliùs aulicorum stipatus caterua, cùm in syluis morabar, florens non eram. Vnde pater, hos esse accidentarios honores, & tā vanos, ac caducos, vt ad instar florum omnes euanescant.

Dan. 4.

Vt, ceu flos agri, ad insufflationem euanescunt! Cum Ioh, flante Deo, periisse multos iam vidimus: *Gloria eius quasi flos agri*, &c. qui insufflatione deperit.

Isai. 40.

De diuite huius sæculi Iacobus: *Sicut flos fœni transibit.* Syriacus in præsenti: *Sicut flos herbæ præterit.* sic, quod sequitur: *Exortus est Sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & diues in itineribus suis marcescet.* Ad innuendam præsentem defectionem, & caducitatem, Syriacè est in præsenti: *Exoritur Sol, arefacit herbam, & flos cadit: sic etiam diues arescit.*

Iacob. 1. Syriac.

arefit. vt, fcilicet, nullam durationem intelligas, A quippe quæ etiam in ortu arefit, & ficcatur,&c.

O vanam mundi gloriam! ô vaniores mundi dilectores! *Mundus tranfiit, & concupifcentia eius*: Alij ex Græc. *Tranfuerfos agit*. quafi circungyrato capite mundi hæc inanis diuerfitas, ac apparatus fuos infpectores tranfuerfos agat. *Inconftantia concupifcentiæ tranfuertit fenfum fine malitia*. Alij: *Circunrotatio concupifcentiæ tranfuertit fenfum fine malitia*, vel *decipit allicens blanda fpecie*. Eft allufio ad lufum puerorum, qui circungyrant, & cadunt; vel ad eos, qui ob oculos mundum circunrotant.

1 Ioan. 2. Græc. Sap. 4. Alij.

Vnde precabatur Dauid: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem*. Hebr. *Tranfire fac oculos meos* ne, fcilicet, defixi hæreant, & ne mihi caput B proinde circungyrent.

Pfal. 118. Hebr.

Quid aliud quæfiuit Diabolus, dum Chrifto Domino noftro fupra pinnaculum templi fublato, *Oftendit omnia regna mundi* fed, vt notant Euangeliftæ, *In momento*? Voluit ei, fcilicet, caput circungyrare, vt præceps rueret.

Matth. 4. Luc 4.

Sed animaduertite, non potuiffe Dæmonem tota fua arte diuturnum, & æternum monftrare, quod re vera momentaneum eft: vnde Ambrof. Benè in momento temporis,& fæcularia, & terrena demonftrantur, quò non tam confpectus celeritas indicatur, quam caducæ fragilitas poteftatis exprimitur: in momento enim cuncta illa prætereunt,& fæpè honor fæculi abit,antequàm venerit: quid enim fæculi poteft effe diuturnum, cùm ipfa C diuturna non fint fæcula?

Ambrof. in Luc.

Dixit Apoft. *Præterit figura huius mundi*. Syriacè: *Tranfit fpecies huius fæculi*. Græcè: *Prætereundo fufpenfos tenet*. hoc eft, fua fucata fpecie mundus fuos dilectores attonitos tenet. Alij: *Decipit*, vel *deludit externa effigies apparens, habitus, & fchema lucentis huius ornatus & fpecies*. Theoph. transfert: *Diffoluitur figura huius fæculi*. & fubdit: Quid ergo tenemur amore eius, qui diffoluitur: figuram autem appellauit,commonefaciens homines eiufmodi effe vifus (hoc eft, ad fpeciem duntaxat) quendam fumum, id eft, fumofas quafdam in aëra è terra afcendentes fpirationes, vaporéfque inanes; tametfi varios colores,& figuras fpeciofiffimas induant, oculorúmque pabulum, ac tincturam, ef- D féque fuperficiem quandam fluxam, nihil ftabile, aut fubfiftens habentem. Sic ferè ille.

1. Cor. 7. Syriac. Græc. Alij. Theoph.

Senfus Apoft. conformis eft fapienti in Prouerb. *Subftantia diuitis, vrbs roboris eius: & tanquàm murus validus circundans eum*. Hebr. *Vrbs, & murus in imaginatione fua*; hoc eft, imaginatur vrbes,& caftella,&c. fed omnia ludicra,& phantaftica funt,&c.

Prou. 18. Hebr.

De his imaginationibus Dauid: *In ciuitate tua* (vera ciuitate) *imaginem eorum ad nihilum rediges*. Vbi vox Hebræa, non veram, fed vmbratilem; non folidam, fed imaginariam felicitatem importat. Sic vbi ait: *Veruntamen in imagine pertranfit homo; fed & fruftra conturbatur*. Heb. eft: *Verè profectò tantùm in vmbra, ficut larua, perfonáque* E *hiftrionica pertranfit more mimi per theatrum, vbi generatio præterit*, &c. Auguft. verò legit: *Quanquam in imagine ambulet homo; tamen vanè conturbatur*. ftudio fcilicet, terrenorum, &c. Lambunt fiti famelica imagines rerum. Singula verba funt ponderanda: Lambunt,&c. non res, fed imagines rerum.

Pfal. 72. Hebr. Pfal. 38. Hebr. D. Aug.

De parua rerum omnium duratione, & quàm hæc bona fugacia fint. Ierem. 48. *Date flores Moab*: A *quia florens egredietur*. Vatabl. *Date alas Moab*: *quia volando volabit*, &c. Vt id benè nouerat Propheta: *Deus vitam meam annunciaui tibi*. Hebr. *Deus, fugam meam*, &c. Sic, vbi legimus: *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Manè ficut herba tranfeat; manè floreat, & tranfeat: vefperè decidat, induret, & arefcat*. Iuxta Hebraicum hîc fenfus eft: *Multùm conuerfioni contulit, & falutis, quòd omnis vita mortalium, quafi fomnium, ita velo. i. morte contracta eft, quæ in fimilitudinem florum, atque fœni, eodem penè tempore ficcatur, atque deperit*.

Ierem. 48. Pagnin. Tigur. Vatabl. Pfal. 55. Hebr. Pfal. 89. Hebr.

Vt hanc celeritatem, breuémque rerum harum finem confeffi funt illi; etfi cognitione vfi non funt! *Venite, vtamur creatura, tanquàm in iuuen-* B *tute*. Sed quomodo? *Celeriter*, ad inftar canum Ægypti, nimirum, fugiendo: quia & hæc bona fugiunt, ac dilabuntur. *Non pertranfeat nos flos temporis*. Tot verba, tot veritates. Verè flos,& verè pertranfiens, &c. Alij ex Græco: *Non prætereat nos flos aeris*. Aëtea, vana hoc omnia funt. *Coronemus nos rofis, antequàm marcefcant*. O ftultitiam! Cognofcitis marcefcere, & eifdem coronamini? Coronatis caput, fedem mentis, & intellectus, inquit Tertull. caducis hifce terrenarum rerum floribus, mentis defpectu contetendis? Hæc eft miferia: cernuntur hi flores marcefcere; & iifdem homines coronantur,&c.

Sap. 2. Alij ex Græc.

Nullum fit pratum, per quod non pertranfeat luxuria noftra O quàm benè pertranfeat! quàm fugax C vana illa delectatio! fed certè fugax non erit pœna, quæ correfpondet perpetuæ peccandi libidini,&c. *Vbique relinquamus figna lætitiæ*. Signa lætitiæ, non lætitiæ, funt mundi voluptates: figna folùm, vmbræ, & veftigia voluptatum, &c. *Quoniam lumbi mei impleti funt illufionibus*. Notat D. Ambr. guftus, & voluptates illufiones effe, fomniatas voluptates effe, non veras.

Pfal. 37.

Vt id confeffi funt illi Sap. 5. *Laffati fumus in via iniquitatis, & perditionis* Græcè: *Iniquitatis impleti fumus viis*. quafi dicerent: Nunc per viam ambitionis, nunc adulationis, nunc per hanc, nunc per illam ambulauimus. *Impleti fumus viis: ambulauimus vias difficiles*. Græcè: *Ambulamus vias inuias*. Vt ad illam delectationem perueniremus, mille D vias ambulauimus, iuimus, rediuimus,&c. Tandem adepti voluptates, honores,&c. quandiu durarunt? Tot labores pro quàm duraturis rebus? *Tranfierunt illa omnia, tanquàm vmbra*, &c. quæ gradatim celeritatem deuorant, &c. *Tranfierunt in affectum cordis*. Symmac. *Prætergreffi funt apparentia cordis*. Alij: *Tranfierunt in imaginationibus cordis*. Hebr. *Tranfierunt in picturas cordis*. vbi & nullam rerum foliditatem, ac veritatem; fed apparentem, ac proinde cordis famem non fatiantem, & celeritatem fimul notare eft. Memini ciborum illorum depictorum ante illum appofitorum: memini illius, qui fomniabat fe comedere,&c. De his dici poteft: *Tranfierunt in picturas cordis*,&c.

Sap. 5. Græc. Pfal. 72. Symmac. Alij. Hebr.

E *Aqua bonorum horum temporalium, cordis humani fitim non extingui; & quàm fit ardens hæc fitis in rerum harum terrenarum amatoribus.*

PVNCTVM LXV.

HYdropicus Euangel. vti propter tumorem Luc. 14. fuperbi fymbolum eft; fic propter fitim, eft typus

typus eorum, qui harum rerum desiderio,& amore flagrant.

Omnes homines præ siti ardent: vnde iussu Dei vocantur ad aquas,quæ sitim explere possunt: *Omnes sitientes venite ad aquas.* Sed,ô rem, quæ instupore detinet Cælos ipsos! Cum tanta siti viuos Dei fontes ardens præterit homo; & anhelus currit ad dissipatas harum rerum cisternas. *Obstupescite, Cæli, super hoc.* In Apocal. vidit Propheta bestiam cum septem capitibus,& decem cornibus, supra quam sedebat mulier amicta purpura,& auro, vnicum aureum calicem in manu habens, & circa eam Reges terræ: & in fronte habebat scriptum, *Mysterium.* Inquit D. Ioann. hîc, obstupefactum, ac ceu extra se attonitum perstitisse: *Et miratus sum,* inquit, *admiratione magna,* &c. Qua de re? q. d. Apostolus: Omnis terra præ siti arida, omnes homines sitibundi inter ea capita,& cornua se inuicem comprimentes, vt ad calicem ora apponerent! *Miratus sum admiratione magna, Mysterium.* Qui fieri potest, vt tot sitibundi ex vno calice sitim extinguant! Nec stilla? &c. Et pro hac, ô quot labores! ô quot calamitates perferunt,&c. Morem gerere septem capitibus opus est,& tandem,quod bibis,absynthium est,&c.

Vnus,qui biberat: *Inebriauit me absynthio, felle, & labore.* O miseros!, qui eò ampliùs sitiunt! Rex ille Babyloniæ hac siti nonnemo vocauit: *Et habuit cum eis mysterium consilij sui.* Quodnam? *Vt omnem terram suo subiugaret imperio.* O sitim ardentem! Quid, si subiugasset? extinxisséne tàtim? Maior quàm anteà exarsisset siti, & plurasset cum Alexandro. De quo ille:

Æstuat infelix angusto limine mundi.

Mysterium planè,quod perpauci intelligunt, huius, videlicet, mundi aquas non explere sitim cordis. *Et dabit vobis Dominus,* hoc est, & dari permittet, si mundo seruieritis, quid? *Panem,* quem mundus habet, *arctum.* Pagnin. *Angustiæ. Et aquam breuem.* Sept. *Angustiam:* quia, nimirum, mundus copiam non habet, aliquam stillam vix vix exhibet. *Luxit vindemia: infirmata est vitis: cessauit gaudium tympanorum: ingemuerunt omnes, qui lætabantur corde: quieuit sonitus lætantium: conticuit dulcedo cithara. Cum gaudio non bibent vinum. Amara erit potio bibentibus illam. Clamor erit super vino in plateis.* Hoc est, iuxta Lyranum: Tanta erit vini, lætitiæ, scilicet, ac deliciarum mundialium inopia, vt guttæ singulæ tanti pondere æstimentur. Huius gratia alter alterum calcabit in platea: veluti, cùm tu publica egestate, per fenestram porrectum panem quisque clam ut sibi dari: Mihi, mihi. Huc sibi vult: *Clamor erit super vino in plateis.* quia, scilicet, mundus grandine tactus; cupiant nun habet, & moritur præ siti.

Sed, ô flumina nectarum Dei! ô torrentes dulcedinum, quibus suos potas! *Probate me, probate, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam.* Pagnin. *Donec non sufficientia,* id est, donec non sint vobis sufficientia vasa. Chaldæus: *A leò vt dicatis, satis est.* q. d. Nolumus ampliùs: vasa enim capaciora non habemus. Domine, satis est: satis est, Domine, vt Sancti Franciscus Xauerius, Philippus, & Ephrem exclamabant.

Egregiè quidem D. Ennodius in vna epistolarum: *Largis meatibus cælestium munerum vnda procurrit: transeunt haurientis ambitum, quæ à Christo veniunt, fluenta donorum.* Sola veua

Speranza Scriptura selecta.

est, quæ maciem nescit,& defectus abiurat; tantùm eurisbus suis suggerens, quantùm meretur pectus sitientis accipere. *Sed qui bibit ex aqua hac* (mundi, quæ est *terra, sitis,* quæque cupiditates mundanas irritat magis, quàm satiet, vt ait Gilbertus in Cant.) *sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.*

O felices! hæ, hæ sunt aquæ, quæ ad cor pertingunt, quæque sitim non solùm sedant, sed restinguunt. Et his, qui biberont, aliquóſne aliquando vidistis? vt proptie videntur admouisse ora ad fontes, & aquas Dei? Dicite eis, an aliquid cupiant? Nihil. Si sitim habeant diuitiarum, delectationum, honorum? Nihil. Non curant de honoribus: non quærunt delectationes, &c. admouerunt os cordis ad aquas Dei. Rupertus: Audacter affirmo, quòd sola vna huius mellis stilla potest, quod totus mundus non potest. Cor quidem copia mundi non satiat: vna huius dulcedinis gutta plenè inebriat.

Sed misera auarorum sitis, qui nunquam omninò sitim explent. *Inter aceruos meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.* Loquitur de auaris, qui expressis, compressisque vndequaque peculiis, exsuctóque pauperum sanguine, adhuc sitiunt. Dixit id clarius suprà: *Vim fecerunt deprædantes pupillos, vulgus pauperum spoliauerunt; nudis, atque incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas.* Græc. *Nudos compresserunt inhiste, fructus esurientis abstulerunt.*

Sit exemplum Achab, qui cùm tot suis vinetis sitim non expleuisset, pauperis Nabuthæ vineam sitiuit. Hic, ait Ambr. suo contentus palmite: ille regali fulcro diuitiarum præditus, inexplebilis, insatiabilisque opibus suis, exiguam pauperis vineam desiderauit.

Sanè his congruit, quod alio in loco de ceto dicit Iob: *Et faciem eius præcedit egestas.* Vbi cetus, pisces circum circa non sunt: quia omnes deglutit. An non idem facit, qui hodie rem pupilli, aut pauperis illius deglutit, erat alterius,&c.

Væ, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, vsque ad terminum loci. Vbi ex Heb. & Græcu Theod. exponit, & transfert: *Donec deficiat locus.* & D. Hieron. addit, etiam deficiente terra, nunquam satiatur auaritia. *Infernus, & perditio nunquam implentur: similiter & oculi hominum insatiabiles.*

Hoc est oculus eorum in vniuersa terra. Emmanuel Sà in suis Annotationibus: Hic apparet, quales sint, qualiàque facta eorum. Huc tantùm aspiciunt in tota terra sua, hoc est, toti terreni, cogitationes, ac negotia habent terrena, semper in emptionibus, ac dilatationibus terminorum. *Insatiabilis oculus cupidi. Oculi stultorum* (Hugo Card. auarorum) *in finibus terræ.* Auarus (ô quàm verè!) erit hîc corpore, sed oculis, corde, & animo, vel in insulas fortunatas se extendet. *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis.* Ambr. Quid est diues, nisi inexplebilis auri fames, ac sitis? quò plùs hauserit, plùs sitit.

D. August. in illud, *Et non respexit in vanitates, & insanias falsas.* Quò ducit, inquit, & quò perducit terrena auaritia? Fundos quærebas, terram possidere cupiebas, vicinus excludebas; illis exclusis, aliis vicinis inhiabas; & tandiu tenebas auaritiam, donec ad littora peruenires; perueniens ad littora, insulas concupiscis, possessâ terrâ Cælum fortè vis prendere? Relinque omnes amores: pulchrior est ille, qui fecit Cælum, & terram?

M a

Marginal notes (left column): Isa. 55. — Ierem. 2. — Apoc. 17. — Thren. 3. — Iudith 3. — Isa. 30. — Procop ib. — Pagnin. — Sept. — Isa. 24. — Lyran. ibid. — Malach. 3. — Pagnin. — Chald. — Ennod. l. 2. ep. 11.

Marginal notes (right column): Ioan 5. — Ierem. 2. — Gilb ser. 15. — Rupert. ser. de Spir. sancto. — Iob 24. — Græc. — 3 Reg. 21. — Ambr. l. 5. ep. 10. — Iob 41. — Isa. 5. — Theod. — D. Hieron. — Prou. 27. — Zach. 5. — Emman. Sà in suis annotat. — Eccl. 14. — Prou. 17. — Hug. Card. — Prou. 17. — Ambr. l. de Nab. c. 6. — Psal. 39. — Psal. 39. — D. August.

terram: *Et non respexit in vanitates, & insanias mendaces.* Quæ vides, bona putas? Falletis, sanus non es, nimia febre phreneticus factus es: verum non est, quod amas, &c.

Iob 20. Sed audite, quali medicamine huic morbo occurrat Deus: *Divitias, quas*, ad instar cete, avarus *devoravit, evomet, & de ventre eius extrahet illas Deus.* Vi excitabit, & euomere faciet: quemadmodum qui venenum hauserunt, inquit Olymp. (Olymp.) incitantur ad vomitum: sic, cùm quis divitias comparauerit iniustè, cruciatur diuulsis visceribus illas ipsas effundere. (Naz. ad Iul. orat. 9.) Vnde Naz. Ne ex aliorum egestate opes nostras comparare studeamus, neque cum aliorum lachrymis misceamus, à quibus, tanquam à rubigine, consumentur, aut, vt scripturæ verbo vtar, euomentur. O quàm vere! Illi merces pereunt, sericum, lana, &c. caueat, ne cum his admixta sit alicuius pauperis lacryma, neque cum aliorum lacrymis misceamus: quia lacryma illa erit tinea, &c. Nicetas in Scholiis: (Nicet. in Schol.) Vt enim, qui noxium aliquem cibum sumpsit, vnà cum eo probos etiam euomit: sic, qui iniquè congregandis opibus studet, non solùm ipsas, sed etiam quas priùs iure possidebat, plerunque amittet. *Et de ventre eius extrahet eas Deus.* Putat ille, casu grandine tactam vineam: Deus est, qui de ventre extrahit. Ille decoctus remanet: Deus est, qui de ventre extrahit, &c.

D. Chrys. Sequitur Iob: *Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.* Chrysost. vsuratium confert cum aspide surda, quæ nescio quomodo dulciter mordet, post morsum soporem conciliat, & tandem interimit: temorsus conscientiæ auari ob quæstum dulcis quodammodo; sequitur sopor: nam quis restituit? Tandemdo mors.

Caiet. *Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.* Caiet. ait describi hic ingenium, & naturam hominis auari, qui in ipsa bonorum affluentia (Vatabl.) ipsi sibi auarus est. Velut Vatabl. ait, in magna rerum copia eget. Supplicium est auarorum, quibus denegatus est vsus malè partarum divitiarum. (Leuit. 26. Deut. 28.) In Leuit. *Seretis sementem, quæ ab hostibus devorabitur.* In Deuteron. *Vineam plantabis, & fodies, & vinum non bibes, neque colliges ex ea quicquam,* &c.

Luc. 12. *Stulte, & quæ parasti, cuius erunt?*

Pergit Iob: *Non est satiatus venter eius; & cùm habuerit, quæ concupierat, possidere non poterit.* Ad pœnam molestissimæ sitis, ac famis diuitiarum, Græci referunt hæc verba: *Non est satiatus venter* (Hebr. D. Gregor. mor. 5. c. 11.) *eius.* Hebr. *Venter eius non novit pacem*, vel *tranquillitatem.* Auaritia, ait Greg. desideratis rebus non extinguitur, sed augetur: nam more ignis, cùm ligna, quæ consumat, acceperit, accrescit: & vnde videtur ad momentum, flamma comprimi, inde paulò pòst cernitur dilatari.

Non est satiatus venter eius, non nouit pacem. Blandiatur auarus, vt libet: sibi dicat: *Requiesce,* (Tigur.) *comede, bibe.* non est pax, non est requies. Tigur. *Non sentiet in ventre suo, quod opulentus est.* nunquam dicet, Sufficit. *Vadam, & affinam divitiis.* Perpulchra est lectio Hebræa in Imperatiuo, quasi (Eccl. 2. Hebr.) loquens cum corde importunè efflagitante: *Vade, & affiue divitiis, & fruere bonis.* Sed quid? *Et vidi, quod hoc quoque esset vanitas. Non est satiatus venter eius.*

Et cùm habuerit, quæ concupierat, possidere non (Tigur.) *poterit.* Tigur. *Nec conseruare poterit res optatas.* (Caiet.) Caiet. *In desiderio suo non euadet, aut non liberabitur,* id est, nunquam liber euader à desiderando, vel non euadet, vt ipse ait, à laqueo concupiscibilium. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli*, &c. 1. Tim. 6. Concludit: *Cùm satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit: & omnis dolor irruet super eum.* Persistit in metaphora hausti veneni: *Arctabitur, & æstuabit.* Hebr. *Angustia erit ei*; Hebr. compressio, scilicet, afflictio, animi æstus. Alij: *Cùm impleuerit sufficientiam suam*, id est, cùm Alij. quod satis sibi esse putabat, habuerit, arctabitur, vt plus habeat; arctabitur, & æstuabit, cùm stomachum auaritiæ suæ plenum habuerit, ait Greg. Repletus quidem, sed non adhuc satur, angustiatur, & adhuc in noua habendi desideria dilatatur, Quid mirum, si omnis dolor irruit super eum? &c. Videt non extingui sitim. *Etiamsi accesserit ei omnis manus laborans.* Sic legit Isidor. Clar. hoc est, Isidor. Clar. etiamsi omnes homines laborent in eius commoda, etsi omnes ei aquam deferant, adhuc sitit, &c. *Exardescet contra eum sitis.*

Erubesce, Sidon, ait mare. Ambros. Fatigati elementi vox ista est: *Erubesce, Sidon.* Hoc est, meos fluctus negotiator arguis, cùm sis ipse fluctibus inquietior. Erubesce vel pudore, quoniam periculo non moueris. Verecundiores venti sunt, quàm vestræ cupiditates: illi habent otia sua, nunquam vestra quærendi studia feriantur. Et cùm otiosa tempestas est, nunquam vestra otiosa sunt nauigia. Versatur vnda sub remige, quando quiescit à flamine. Deut 7. Isai 23. Ambr. l. de Elia, & iein. c. 19. At vnde? Ex ardenti, qua laborant, siti. Cæterùm illud caueant, quod per simili quondam anaro grauis Author contigisse refert. Is, cùm in vita, ardentissima siti, semper aurum sitisset, liquatam post mortem in sartagine pecuniam in os eius Dæmones refundentes, atque horribili clamore dicentes, audire meruit: Aurum sitisti, aurum bibe. Iac. de V. de quo... auaro, cui post mor... infundebant Dæmones.

Dat huic morbo remedium Propheta. *Divitiæ si affluant,* (quia dum affluunt, fluunt, inquit Basil.) Psal. 61. D. Basil. *nolite cor apponere.* Non apponatis os cordis ad aquas huiusmodi, quæ sitim non extinguunt, sed ad aquas Dei, quas qui biberit, non sitiet in æternum, *Super maria fundauit eam* (terram.) Quid mirum, Psal. 23. si bona hæc instabilia sunt? Quid præterea nimium, si ob salsedinem sitim irritant magis, quàm extinguunt?

Si aduersum me terra clamat, & cum ipsa sulci eius deflent, hoc est, non eousque scidi, ac proscidi terram, non exsulcaui, non perfodi tantùm, vt clamarit, ac quodammodo præ dolore fleuerit. Iob 31.

O pauperem, & infelicem terrá in manu auari!

Quàm sit ardens hæc sitis in terræ amatoribus, patet ex desiderio, quod aliqui habent educendi pecuniam ex lapidibus.

De auro peiora dici nequeunt: Quàm hic nummos ex lapidibus educere! Iob: *Vigilantes ad prædam, præparant panem liberis.* Pagnin. vertit: Iob 24. Pagnin. *A deserto est sibi panis,* id est, ab ipsis lapidibus pecuniam sibi eliciunt. Sic Tigurin. *Desertum panem refert.* Tigur. Ambros. Vnde Ambr. serm. 81. Vsuræ arte nequissima: ex ipso auro aurum nascitur: cùm enim terra, quæ profert aurum, sterilis prorsus sit; ipsi fructiferam terram rubram, aurum, scilicet, reddunt per summam impietatem, & nequitiam.

Quis scit, an etiam in ipsa tentatione gulæ de auaritia, simul Dominum tentauerit is, qui tentat, dum ait: *Dic vt lapides isti panes fiant. Vigilantes ad prædam præparant panem liberis. Vigilantes,* ò quàm verè, vt eliciant pecuniam ex lapidibus! &c. Matth 4.

De his Propheta: *Non est finis acquisitionis eorū, qui argentum fabricant, & solliciti sunt.* Argentum Baruch 3.

fabricate

fabricare dicit, non solum eos, qui argentum conflant; sed eos etiam, qui pecuniam quibusuis modis, quibusuis artibus comparant: qui adeò subtiles rationes excogitant inueniendæ pecuniæ, vt eam excudere videantur; & ideò subdit Propheta: *Non est inuentio operum illorum*, id est, tantæ sunt illorum inuentiones, tot modis laborant, vt non possint animo comprehendi opera illorum, qui solliciti sunt, &c.

Ambros. de Tob. c. 12. Basil. hom. 2. in Psal. 14. Hinc facit, quod aiunt Basil. & Ambros. lucrum vocari fœnus, quasi fœtus pecuniarum; & τόκος Græcè, id est, partus, idque ea ratione, quod cùm pecunia sit naturâ sua maximè sterilis, tamen auarorum industriâ vincit fœcunditate omnia viuentia, &c.

Auari videntur cum auaro iniisse coniugium, vnde soboles multiplex nascatur. Non nupsit mihi aurum, inquit Iob. 31. *Si posui aurum robur meum.* Septuag. *Si posui aurum in coniugium meum.* q. d. Non tam ardenti pecuniæ libidine vtor, vt mille modis quæram aurum ex auro gignere.

Iob 31. Sept.

Mox vt pecuniam in nundinis pecuniæ addere incipiunt; pecunia, etsi sterilis, vincit fœcunditate omnia viuentia.

Eccl. 5. *Auarus non implebitur pecunia*, &c. Hæ aquæ non sunt satis ad extinguendam sitim; sed si vult educere aquam de lapidibus, eat cum populo illo sitibundo: *Percussit petram, & fluxerunt aquæ*, &c. Hæ aquæ terræ refrigerant paulisper, humectant fauces: ad cordis fauces non pertingunt: & si eo expleta, si potestis, pro libito sitim: quia magis, magisque sitietis.

Psal. 77.

D. Aug. c. 30. D. August. Anima, quam creasti, ita facta est capax maiestatis tuæ, quòd à te solo, & à nullo alio possit impleri: quando autem te habet, plenum est desiderium eius; & tam nihil aliud, quod desideretur, exterius testat; cùm enim sis summum bonum, & omne bonum, non habet, quod desideret amplius, si possidet te omne bonum; quòd si non desiderat omne bonum, testat, vt desideret aliquid, quod non est omne bonum: ergo nec Deum, sed potius creaturam: cùm autem creaturam desiderat, continuam famem habet, continuam sitim habet: quia, licèt, quod desiderat de creaturis, adipiscatur; vacua tamen remanet: quia nihil est, quod eam impleat, nisi tu, ad cuius imaginem est creata; imples autem tu eos, qui nihil aliud desiderant præter te. Idem cap. 35. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita*, &c. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Quando*, &c. O fons vitæ, vena aquarum viuentium, quando veniam ad aquas dulcedinis tuæ de terra deserta, inuia, & inaquosa, vt satiem ex aquis misericordiæ tuæ sitim meam? Sitio, Domine, fons vitæ es, satia me, &c.

Psal. 41.

Eccl. 2. Tigur. Compl. Syriac. *Vadam, & affluam deliciis.* Alij: *Vade, constituam te in lætitia.* Tigur. *Latius poculis indulgebo.* Complut. *Assuefaciam te deliciis.* Expleta estne sitis? Minimè: adhuc sitit. *Plantaui mihi vineas.* Alij. *Vineta omnis generis; vites, vel sublimes, vel breui crure, siue adminiculo, per se stantes. Feci hortos, & pomaria, & conseui ea cunctis generis arboribus.* Syriac. *Feci mihi hortos, & paradisos (in terra,) & plantaui illis omnes arbores omnium fructuum.*

Ibid.

Nunc expletàne est? Ardentior quàm antea. O inexplebilem terrenorum sitim! O immensam animæ capacitatem! &c.

Infelices, heu! infelices sitibundi rerum terrenarum amatores, qui semper terram excauant, vt aliquam aquæ surgentem venam inueniant. Heu!

Speranza Scriptura selecta.

A plorat Boet. Quis primos fuit ille, auri qui pondere tecti, gemm asque latere volentes, pretiosa pericula fodit? Neque solùm terræ, sed etiam hominum viscera sitis auarorum scrutata est: nam in excidio Ierosolymitano, vt narrat Iosephus, milites præ auri siti oulius Iudæos diuiserunt, vt in visceribus aurum deuoratum scrutarentur. Nescio certè, quinam sitibundi magis, an qui aurum deuorârunt, an qui deuoratum idem inter fæces fœcem scrutati sunt, &c. Boet.

Ioseph.

Incredibilis hæc sitis est in auaris, qui adeò sunt impotentes, vt nemo eos cohibere possit. Mirum dicam: facilius est imperare Soli, vt sistat gradum, quàm auaro, ne bibat. Meministiúntne Iosue. *Sol, ne mouearis contra Gabaon. Stetitque Sol in*

Iosu 7.

B *medio cæli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei.* Idem præcepit militibus, ne quid de anathemate concupiscerent. Vnus sibi ad ó immoderata vestem auream, & ducenta argenti drachmarum, & regulam, auream tamen, sustulit: & qui potuit Solem sistere, ne procederet, inquit Ambros. auaritiam hominum non potuit sistere, ne serperet. Ad vocem eius Sol stetit: auaritia non stetit. Sole itaque stante confecit Iesus triumphum: auaritia autem procedente penè amisit victoriam, &c.

Ambros. l. 2. off. 26.

C *Cupidi misera seruitute seruiunt diuitiis: ac proinde non sunt domini, sed serui deuincti catena diuitiarum.*

PVNCTVM LXVI.

SERuietis Diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die, ac nocte. Dij alieni sunt nummi, quibus auarus die, ac nocte deseruit. Alieni sunt, non proprij: quia non ille possidet; sed possidetur ab illis: Sic August. Qui cupiditate tenetur, possessus est, non possessor. Sic etiam Seneca: Diuitiæ apud sapientem in seruitute sunt: apud stultum in imperio. Ob hanc miseram seruitutem sentit Ecclesiasticus, nihil esse iniquius, quàm amare pecuniam. Qua ratione, ô Sapiens? *Hic enim animam suam venalem habet*: quoniam suarum est seruus diuitiarum. *Quoniam in vita sua proiecit intima sua*, id est, quia in argentum, & aurum, quæ plùs quàm vitam diligit, posuit viscera, & cor. Hinc tales à Propheta vocantur *Viri diuitiarum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Vbi Ambr. Benè viros diuitiarum appellat, non diuitias virorum: vt ostendat, eos non possessores diuitiarum esse, sed à suis diuitiis possideri.

Ierem. 16.

August. Psal. 48.

L. b. de vitâ beat. c. 16. Eccl. 10.

D

Psal. 75.

Ambr. ibid.

In hoc sensu dixit etiam Iob: *Non sunt in manu eorum bona sua.* ergo non sunt domini. Sic infert Gregor. Bona, inquit, in manu habet, qui despiciendo temporalia sub dominio mentis premit: nam quisquis ea nimiè diligit, se magis illis, quam sibi ipsa supponit. Multi iustorum diuites fuerunt: quorum mentem, quia eorum, quæ aderant, delectatio nimia non possidebat, bona illorum in manu erant: quia potestati animi subiecta tenebantur. At contra iniqui ita se totis desideriis in exteriorioribus rerum appetitionibus fundunt, vt non magis ipsi habita teneant, sed ab iis, quæ habent, captiua mente teneantur, &c.

Iob 21.

Greg. ibid.

E

Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. Perpulchra obseruatio Hieron. non dixisse Dominum: Nō potestis habere diuitias. sed, Non potestis seruire diuitiis. Aliud enim est habere diuitias, aliud illis

Matth. 6. Hier. ibid.

 seruire

Chrysost. hom. 22. in Matth. seruire. Iob, inquit Chrys. diues erat; non tamen pecuniæ seruiebat: sed habebat diuitias, eisque, vt congruit, imperabat: nec erat famulus earum, sed dominus: sicut enim alieni patrimonij, hoc est, Dei dispensator; ita illa omnia possidebat, non modò aliena non rapiens, sed propria quoque indigentibus largiens, &c. hic non seruit diuitiis, sed huic diuitiæ. O miseros seruos diuitiarum! Apud Tertull. de habit. mul. barbaros quosdam, inquit Tertull. quia vernaculum est aurum, & copiosum, auro vinctos in ergastulo habent, & diuitiis malos onerant.

Si aurum abundans tibi est, vide, ne Deus aureis compedibus te obstrinxerit: ingemisce potiùs, &c. O quàm his vinculis constrictus Imperator ille Sueton. in vita Calig. c.42. Caligula, qui, vt Suetonius refert, contrectandæ pecuniæ cupidine incensus, sæpè super immensos aureorum aceruos, patentissimo diffusos loco, & nudis pedibus spatiatus, & toto corpore aliquando volutatus est. Vt iumentum in puluere, ita Imperator hic in auro est volutatus.

Cypr. Episc. l.2.ep.2. Eleganter Cyprian. de mancipio diuitiarum: Suspirat, inquit, in conuiuio, vigilat in pluma; nec intelligit miser, speciosa sibi esse supplicia; auro se alligatum teneri, & possideri magis, quàm possidere diuitias.

Auari suas adorant diuitias.

PVNCTVM LXVII.

INter vitia, quæ ad idololatriam hominem perducunt, vnum, & principale est, auaritia. 1. ad Tim. 6. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Et mox: *Quam quidam appetentes errauerunt à fide.* Et toties: *Auaritia, quod est idolorum seruitus*, &c. Quin ignoro, an Apost. vnquam de auaritia verba faciat, quin protinus non subdat: *Quod est idolorum seruitus.*

Isai. 1. *Repleta est terra argento, & auro.* Mox: *Et repleta est terra idolis.*

Osee 12. *Et dixit Ephraim: Diues effectus sum.* (& quem Deum adoras? Idolum:) *Inueni idolum mihi.* q. d. hoc adoro, hoc mihi Deus est. Hebr. *Inueni vim mihi.* q. d. hoc aurum vi quodammodo me ad sui cultum, ac venerationem attrahit, curuat mihi cordis genua, vt illud adorem.

3. Reg 12. Consilium diabolicum id fuit Ierobeam, qui cùm vellet ad idolorum cultum perducere populum, formauit idola, vitulos illos non æreos, aut plumbeos, sed aureos, vt, scilicet, eo colore, & valore, corda pertraheret: & quidem res ad votum successit: *Excogitato enim consilio fecit Ierobeam vitulos aureos, & factum est verbum hoc in peccatum.* Vt confluxit populus!

Matth. 4. *Si cadens adoraueris me, hæc omnia tibi dabo*, &c. Sic, sic putauit ad idololatriam pertrahere. Nec mirum, cùm Patres eorum olim similiter vitulum aureum adorauerint, dicentes: *Isti sunt Dij tui, Israël, qui te*, &c. De quo Chrysost. Aurum, inquit, Exod. 32. Chrys. serm. 29. Iudaïcum populum sic captiuauit aspectu, vicit illecebris, specie prædecepit, vt hoc esse Deum crederent; & Deum verum, Deum tot beneficiis cognitum denegarent. *Isti sunt Dij tui, Israel.* Sed quonam modo, quæso, *Dij*, si non nisi vnicum erat idolum? Contulerant, nimirum, tam mulieres, quàm viri, ad vitulum suos annulos, & inaures, quibus pro more orientis vtebantur, vt ait Tertul. cont. Iud. c. 1. Tertull. & sic factum est, vt suas opes, & sua monilia adamarent, & adorarent in vitulo conflato, vt ait Clemens Alexand. Quisque suam auri partem adorauit. Clem. Alex. 2. Strom at.

Ezech. *Dedi eis argentum, & aurum; ipsi verò ex argento, & auro fecerunt Baal.* Laban de subreptis idolis expostulans ait: *Furatus es me.* Hebr. *Furatus es cor meum.* Genes. 31. Hebr. O auaritiam! Non tam queritur de filiabus, quam de aureis Deicolis, &c. Adorabat idola, venerabatur aurum: nulla est cognatio, nulla affinitas, vbi aurum intercedit. Quin, vbi de auro agitur, de Deo nihil refert, Deus contemnitur. Meminerint historiæ in Num. Quidam Michas domi idolum summo venerabatur honore: eius maxima Num. 18. cupido incessit Tribui Dan. Adit quidam Sacerdotem idoli, & multis ab eo precibus contendit, vt huic Tribui illud concedat. Non faciam rem hanc, inquit Sacerdos: domini mei idolum minimè tradam. Quid agit ille? Approximat, & in manu eius multum auri deponit, & ait: Subripe idolum, & veni nobiscum. Cùm is aurum videt, idolum subripit, & pergit: & amatum idolum Tribui dat. O auaritiam! Verè *Nihil iniquius, quàm amare pecuniam: hic enim animam suam venalem habet*, vel, vt transferunt alij, *Deum suum venalem habet*, idolum pro idolo, &c. Eccl. 1. Alij.

Cor illud auari demortui repertum palpitans inter aurum, & argentum, occlusum in scrinio, iussu S. Anthonij Patauini. Palpitabat cor quasi extrema suis idolis exhiberet obsequia. Hic verè in vita sua proiecit intima sua, & de hoc verum illud: *Et relinquent alienis diuitias suas.* Hieron. Psal. 40. Hieron. *Interiora sua.*

Osee 12. Ephraïm, qui sibi idolum inuenerat, non habet cor. Donauerat, scilicet, suis idolis, &c. Hinc Salomon: *Diuitias ne dederis mihi, ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est Deus?* Prouerb. 30.

Ita certè. Abundantia temporalium, & obliuio Dei frequenter se comitantur. Ephraïm, & Manasses fratres fuerunt. *Ephraïm*, Hebr. *fructificans*, siue *frugifer*, aut *crescens*. *Manasses* verò *obliuio* interpretatur: quia fructificans, & crescens in temporalibus, sæpè Deum solet obliuisci. Gen 41.

Abominationes illæ templi, illúdque terga vertere, illud thurificare, illud plorare, &c. vnde tantæ idololatriæ? Ex auaritia. *In ostio templi erat idolum zeli.* Alij: *Idolum, vel statua possidentis.* q. d. Intùs omnis abominatio. Miramini, si intùs adorant idola, qui pulchrè profitentur auaritiam? &c. In Leuit. *Nolite conuerti ad idola, nec Deos conflatiles facietis vobis.* Sic in Exodo: *Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos.* Quod apud nos, inquit Rup. Abbas, idem est, ac si dicatur: Non studebitis auaritiæ, nec seruietis Mammonæ. Tropologicè auarus sibi Deus facit aureos, & argenteos, & ad idola conuertitur, dum aurum, & argentum pro Deo habet. Pro (*Idola*) Hebr. *Elelim*, id est, vanitates, res vanæ, & nihili, qualia re vera sunt argentum, & aurum. Cornelius à Lapide dicit, *Elelim*, esse diminutiuum ab *El*, id est, Deus, q. d. Deiculi, nummi sunt mi Deiculi. Oleaster dicit, *Elelim*, idem esse quòd *Deus nihilis*. O quàm verè Deus noctis. *Terra erat inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi* (auari;) qui est veluti immensa abyssus, tenebrosa abyssus. Dauid: *Repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.* Quid sibi vult, *Obscurati terræ?* est phrasis Hebræa, hoc est, terra vmbrosa, obscura, opaca, obscuritate terræ, vmbra terræ. Camp. *Tenebrosa terræ domicilia scelere repleta sunt.* Chald. *Obscuritas dispersa est super terram: & dolus, & rapina, domibus iniquitatum*; non domo, sed ipsis plenis

Ezech. 8. Hebr. Leuit. 19. Exod. 20. Hebr. Corn. à Lap. & Oleast. in Leuit. 19. Genes. 1. Psal. 73. Camp. Chald.

Hieron. & August. ibid. plenis domibus iniquitatum. D. Hier. *Repleti sunt tenebris terræ habitationes iniquæ.* D. August. Multi attendunt ad terram, obscurati sunt, & repleti sunt terra: intrauit in oculos eorum puluis, & excæcauit eos. D. Greg. Tenebra animæ est diuitiarum cupido. hæc interponitur inter Deum, & animam, lumenque gratiæ eclipsat. Vt hoc lumen eclipsatum erat in illis, qui vt ait Apost. *Obscuratum habebant intellectum, & cor obcæcatum auaritia? Deus noctis.* Heu! heu! *simulacra gentium* (non minus forsitan hodie, quam olim) *argentum, & aurum.* Hanc auarorum idololatriam suis coloribus optime depinxit Chrysost. Habent, inquit, nonnulli pecunias, & his vti non audent; sed intactas ad alios transmittunt, tunc, & tanquàm diuina deo dicata tangere minimè audent, quòd si quandoque coguntur, tanquàm ad nefas aliquod timide veniunt. Præterea tanquam quis idolum, aurum, & claustris, & vectibus cohibent, pro templo arcam præparantes, & argenteis vasis abscondentes. Non ita aurum adoras, vt ille idolum? infrà: Idolis quidem boues sacrificant. Auaritia, offer mihi animam, inquit, & persuadet. Vide, quas habet aras, quæ libamina accipiat, &c.

Psal. 113. Chrysost. hom. 64 in Ioan. D. Aug. ser. 10. de Sanct. Rom. 8.

D. August. in quandam competentiam trahit verba illa tanto Dei amore plena: *Quis nos separabit a charitate Christi*, &c. Sic auari: Quis nos separabit a cupidine auri? tribulatio, angustia, an fames, &c. *Certus sum*, &c. possunt & auari dicere auro: *Propter te occidimur tota die*, &c.

Isa. 46. Septuag. *Audite me duro corde* (hi sunt auari) Septuag. *Audite me, qui perdidistis cor* (post idola)

Matth. 23. *Væ vobis, duces cæci, qui dicitis: Quicunque iurauerint per templum, nihil est: quicunque autem iurauerit in auro templi, debitor est.* Sed vnde? quia, scilicet, magis venerabantur aurum, quam templum. Chrys. Ita Crys. in Catena, Pharisæi aurum, quo ipsi delectabantur, & dona, quibus ipsi pascebantur, sanctiora dicebant esse, quàm ipsum templum, vt homines promptiores facerent ad offerenda dona, quàm ad preces fundendas in templo. Hieron. Et Hieron. ibidem relatus: Totum hoc illi faciebant, non ob Dei timorem, sed ob diuitiarum cupiditatem.

Matth. 24. *Cùm videritis abominationem, quæ dicta est*, &c.

Hæc abominatio, secundùm Hieron. est idolum in templo, & mystice auaritia, interesse in personis spiritualibus. In templo scapulis altari conuersis Solem illi adorabant. Ezech. 8. *Idolum Zeli, statua prouocantis*, homines spirituales ad orientem conuertit: vt putantur ibi esse pro Deo; & erant ibi pro interesse: quis hoc de his credidisset? *Fode parietem, & videbis abominationem*, interesse ministrorum, &c.

Deut. 7. *Non concupisces aurum, & argentum, & ex quibus facta sunt sculptilia: quia abominatio est Domini Dei tui*, &c.

Num. 22. O quot videntur longè esse ab interesse, cóque pleni sunt. Balaam: *Si dederit mihi Balach plenam domum suam argenti, & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei.* Sed, quid est, quòd toties interrogas, an Dominus permittat, vt vadas? Explorat, nimirum, inquit Rupert. si forte permittet Dei patientia, quod vt faceret, persuadebat ardens cupiditas. Ire voluisset mercede effusus; & iuit: &, vt obseruat August. magnæ confusionis occasionem habuit, quòd prohibitionem Domini per Angelum factam asina transgredi non ausa est, quam ille victus cupiditate transgredi est conatus. Quin aliud in hoc animaduertite, quòd dum se ab itinere præpediri vidit, cœpit ille totus ita perci-

Rupert. D. August. q. 48. in Num.

tus animal percutere: *Vtinam gladium haberem*, &c. & licèt animal locutum sit, non exterritus tamen ille est, sed dialogizauit cum eo: & excandescens illud proculdubiò interemisset, nisi suum interesse animal in mentem illam auaram reduxisset: *Nonne animal tuum sum?* Mox etenim ille quieuit, nec vltrà asinam percussit: se tamen tam alienum ab interesse monstrabat, &c. Eduxit Dominus ad Moysen: *Cito recesserunt de via, feceruntque sibi vitulum conflatilem.* Vbi Ganfredus: Mira res! Author huius idololatriæ, Sacerdos fuit. Quàm debent cauere spirituales, ne hoc vitio afficiantur, ac inficiantur. Apocal. 12. *Cauda draconis traxit tertiam partem stellarum.* Cauda draconis est argentea, & aurea: hæc stellas trahit, Iudam è cælo apostolico, & quotidie multos, &c. Statim ac intrat auaritia in spiritualibus, actum est, non est charitas, &c.

Exod. 32. Ganfredus. Apoc. 12.

Auaritia dirimit charitatem, pacem, ac vnitatem scindit.

PVNCTVM LXVIII.

Diuus Chrysost. Meum, ac tuum, frigidum illud verbum, & quicquid malorum est in vitam nostram inuehens, innumeráque gignens bella: frigidum verbum, mox vt hoc meum, ac tuum intrat, inter quoslibet bella gignit.

Psal. 75. Hebr. *Et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Alij pro, *viri diuitiarum*, habent, *viri bellicosi*, bellum, scilicet, & diuitiæ idem sunt. *Viri bellicosi.* Alij: *Viri exercitus*, &c.

Luc. 15. Chrysol. serm. 1. de duob. filiis. Notat Chrysol. quod statim ac pater dedit duobus illis fratribus substantiam, diuisi, ac separati sunt. Facultates, inquit, vnitatem scindunt, fraternitatem separant, parentum perdunt, ac violant charitatem. Quin senior spiritualis videns aliquid damni in reditu fratris, vituli, scilicet, illius, timens suum interesse, indignatus est; vnde exclamat Chrysolog. O zeli liuor! duos non capit domus ampla germanos: liuor, scilicet, ne ille plùs aliquid haberet.

Ambros. l. de Ioseph. c. 2. Ambros. de liuore filiorum Iacob: Quid miratis, inquit, si propter fundum, aut domum oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Iacob sancti filios exarsit inuidia?

Gen. 25. Hieron. Aquila. Symmach. Rupert. Hugo Card. Et quid duo illi gemelli in ventre matris? *Collidebantur* Hieron. *calcitrabant.* Aquila, *confringebantur.* Symmach. *colluctabantur*, quasi palæstritæ: vterque, scilicet, nitebatur prior exire, vt fieret primogenitus E visceribus matris? Mysticum hoc in Ecclesia, inquiunt Rupertus, & Hugo Card. sed in plerisque donibus rei, de qua agitur, figura.

Exod. 10. Rupert. ibid. Idem Rupertus de illis Ægypti tenebris, quæ tales erant, vt tribus diebus nemo viderit fratrem suum: Quid tenebrosius, inquit, oculo nequam? hic neminem proximum agnoscit: cupiditate nanque præoccupatus animus non videt fratrem suum, non agnoscit proximum suum. Auaritia dirimit, sed charitas vnit. *Ordinauit in me charitatem.* Ex Heb. *Glutinum eius super me, charitas.*

Cant. 2. Hebr. Hanc ne Apostolici disiunderent: *Nolite*, inquit Saluator, *possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: neque peram in via, neque virgam.* Cur hæc, quæ tantoperè videntur necessaria, Apostolis interdixit? Vt & incentiua litis, inquit Ambros. & instrumenta eriperet vltionis.

Absit omninò ab omnium animis hæc auri cupiditas, huc intercesse: statim enim ac intrat, diuidit patrem à filio, & fratrē à fratre, patruum à nepote. Vt pertimuit Abraham, ne charitatem, & amorem erga nepotem perderet (inquit Scriptura) quòd Gen. 13. *Nec poterat eos capere terra.* Vbi Ambros. Sæculare vitium, vt diuites terra non capiat: nihil enim satis est diuitum cupiditati. Cœperunt pastores iurgati inter se, &c. Mox Abraham nepotem vocat: Mi nepos, iam iam res familiaris inter nos vertitur in controuersiam: optimum est consilium, vt loco potiùs, quàm amore diuidamur. *Si ad dexteram ieris, ego sinistram tenebo,* &c.

Nolite agere de inæquali rerum diuisione inter fratres, &c. Si quid vni vltra fratres reliquos pater testamento, vel legato relinquit, gaudium relinquit. Gen. 48. Iacob relicturus partem agri extra partem Iosepho, dixit: *Do tibi partem extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Difficultas est, quid sibi velit his verbis, *quam tuli,* &c. cùm clarissimè constet ex Gen. 33. pro eo agro suum Iacob soluisse pretium. Omissis multis interpretationibus, præposito inseruit expositio Hieron. Hieron. in tradit. Hebr. gladium, & arcum hoc loco appellasse Iacob pretium, & pecuniam, qua agrum comparauerat: est enim teterrà arcus vulnerans fraternum amorem, & gladius vnitatem proscindens, &c.

Gen. 26. *Foderunt* serui Isaac *in torrente, & repererunt aquam* (symbolum diuitiarum: *sed & iurgium fuit pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac, dicentium: Nostra est aqua. Quamobrem nomen puteï, ex eo, quod acciderat, vocauit calumniam.* Sept. *iniustitiam,* Sept. Chald. Chald. *iurgium,* siue, vt habet Vatabl. & Clar. *contentionem.* Vatab. Clar. *Foderunt autem & alium: pro illo quoque rixati sunt: appellauerunt itaque eum inimicitias;* siue, *odium,* vt dicit Vatabl.

Semper, nimirum, in effodiendis aquis diuitiarum, quæ sitim explere nequeunt, iurgia sunt, semperque rixæ: mundus enim tantum non habet aquam, &c. donec ora ponamus ad perennes illos cælestium aquarum fontes: sic dicitur ibi: *Profectusque inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt. Itaque vocauit nomen eius, latitudo,* &c. aut, quod paulò inferiùs repetit. *Vocauit nomen eius abundantiam,* Heb. *saturitatem.* Hebr.

Quantùm indignetur Dominus contra eos qui spiritum profitentur, dum videt in eis aliquid auaritiæ.

PVNCTVM LXIX.

Ezech. 8. Matth. 24. Græcè. IDolum illud *possidentis* dicitur ob hoc *idolum zeli,* &c. Dum in templo Sacerdotes vidit vendentes, non potuit, sic dixerim, se cohibere, quin propriis manibus flagellum arriperet, &c. *Zelus domus tuæ comedit me.* Zelus, & zelator, Græcè, qui ægre patitur iniuriam. In aliis peccatis, aliisque personis patientiam cernetis; vbi agitur de spiritualibus huic vitio deditis, flagellum arripit, euertit aurum, &c.

Ezech. 22. *Ego composui manus meas super auaritiam,* &c. Terribilia verba, *composui,* &c. non manum meam, sed *manus,* &c.

Oseæ 5. Chald. *Ephraim factus est iudicio, quoniam cœpit abire post sordes.* Quæ sunt illæ sordes, declarat Chald.

A *Quoniam cœpit abire post Mammonam iniquitatis.*

Quam immunis omninò Iob ab omni labe auaritiæ, & inordinato rerum terrenarum affectu.

Putabat Satan, affectum illum Iobi erga Deum, Iob 1. affectum fuisse auaritiæ, non puri amoris; propter diuitias, nimirum, quas ab ipsomet Deo acceperat, non autem propter ipsum Deum, qui, se licet, ratione perfectissimè amari dignus est, ab eo fuisse dilectum. *Nunquid frustrà Iob timet Deum?* &c. q. d. Non est amor purus, sed auri sitis: & vt eum Deus comprobaret auulsum ab omni rerum affectu, omnibus eum spoliat rebus. Spoliatus quomodo dulce: quomodo, &c. Nihil: *Dominus dedit, Dominus abstulit.*

B Et quia in interiori latentem aliquem diuitiarum affectum posset aliquis suspicari, dicit idem ipse. Iob 31. *Si vidi Solem, cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè; & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo,* &c. *Veniant mihi,* &c. Imprecatur, &c. Quid hoc? Miratur Chrysost. cuiusnam sceleris genus videre Solem, &c. Per Solem, & Lunam, rerum harum mutabilium infelix felicitas designatur. Nunc, inquit Iob, Deus, qui abscondita nouit, nouit, me nec in abscondito lætatum super his rebus, &c. Vbi Nicetas: Nicet. ibid. Plerosque inuenias, qui palam contemptum præferant diuitiarum; in mentis autem latebris cupiditatem pecuniæ alunt, atque occultant. Iob autem: *Si vidi Solem, cùm fulgeret,* q. d. nec oculum ad C concupiscentiam oculorum leuaui, nec minimam his de rebus cogitationem habui: quòd si oculos, & cor post se hæc pertraxissent, credidissem me grauissimè deliquisse. Et quo peccati genere, ô Iob? Idololatriæ. Hoc sibi vult: *Si vidi Solem, cùm fulgeret; & Lunam incedentem clarè: & osculatus sum manum meam ore meo* Hoc est, nunquam vt idololatra auro, & argento curuaui genu, & osculatus sum manum in signum reuerentiæ: non adoraui diuitias, nec in abscondito quidem. Auari in latebris pecuniam habent, inquit Nicænus, &c. Nicæn. si externè non quærunt diuitias, forsitan in cordis latebris perquirunt, &c.

Et de hoc, quasi de perfectè ab omni inordinato rerum affectu auulso gloriabatur Deus: ideò Iob 30. D omnibus huius vitæ bonis eum priuauit; ideò ad nuditatem redegit, vt eum talem ostenderet. *An putas,* inquit iuxta Septuag. *me aliter tibi responsisse, quam vt appareas iustus?* vel vt legit Nazianz. Sept. *Num tu censes, me aliam ob causam hæc in te decreuisse, quam vt iustitia tua eluceścat?* Quem locum elucidans Theophanes inquit: Quam aliam ob rem permisi, vt tentationes te inuaderent, nisi vt iustus appareas; & iustitia tua, viuendi ratio, amórque erga Deum, ipsi Diabolo, omnibúsque hominibus, qui erunt, vsque ad consummationem mundi, manifestentur: Quid hic præcipuè sibi vult: *Vt iustus appareas,* vel, *vt iustitia tua eluceścat:* Hoc nimirum, vt appareat omnibus, cælo, & terræ, te nihil de hisce rebus vsurpare, nec his minimùm E hærere, sed mox libero affectu omnia mea mihi reddere. *Dominus dedit, Dominus abstulit,* &c.

Quàm sit potens tentatio cupiditatis.

PVNCTVM LXX.

DIues effectus sum: inueni idolum mihi. Aliqui Oseæ 12. ex Heb. *Inueni vim mihi.* Inueni, scilicet, qui Hebr. mihi,

A mihi, veluti Dominus, vim inferar, méque violenter opprimár ad instar tyranni. Sic Nazianz. orat. 24. Aurum est occultus tyrannus. Vt tyrannizatus pauper, ac miser ille Balaam à propria auri cupiditate, &c. *Pecuniæ obediunt omnia.* Hebr. *Pecuniæ respondent omnia.* Nemo etenim dedignatur respondere pecuniæ: at pauperi ne verbum quidem. Sept. *Pecuniæ humiliantur omnia.* Sicut enim transeunti Principi omnes magna submissione reuerentiam exhibent: sic pecuniæ omnes genuflectunt, quia ad terram vsque procidunt. Oseas: *Diues effectus sum: inueni idolum mihi.* hoc est, ipsas diuitias, pro quibus adoror, &c.

Naziang. orat. 24. Num. 22. Eccl. 10. Hebr. Sept. Oseæ 12.

Quàm potens sit auri fames, ex eo negatiuo præcepto Exodi satis habetur: *Non facietis vobis Deos aureos, & argenteos* quia, scilicet, vi auri attracti adorabitis eos. Tentator, vt vna tentatione in hac reliquas omnes, quasi epilogo amplecteretur, Dominum tentauit de auaritia. Dicit D. Paulus Christum Dominum *tentatum per omnia.* Sed quomodo? Ambitionis, iræ, &c. tentatus non fuit. Respondet Chrysost. tentatorem in hac omnes epilogasse, ac collegisse tentationes; sicque vt generaliter, & particulariter tentaret, de auaritia tentauit, &c.

Exod. 20. Matth. 24.

¶ *Quàm sit commune vitium auaritia:*

A minimo vsque ad minorem omnes student auaritiæ, à Propheta vsque ad Sacerdotem, &c. Ponderá, *Omnes,* nemine excepto, *student,* dedita opera, omni ingenio, arte, intentione, attentione; *student*, vt discant, qua possibili via, & arte ditescant: omnes frequentant scholam auaritiæ, &c. *A minimo vsque ad minorem, à Propheta vsque ad Sacerdotem. Hic est oculus eorum in vniuersa terra*, &c. Amphora, nimirum, auaritiæ, quæ, vt ait Greg. dicitur hominum totius mundi oculus, &c.

Ierem. 6. Zach. 5.

Huc facit, quòd septima phiala auaritiæ diffusa fuit ab Angelo in aërem sic omnibus communem, vt hoc facto intelligas, quàm sit commune vitium auaritiæ, &c.

Apocal. 17. Vieg. ibid.

Quot mala veniant ex auaritia.

PVNCTVM LXXI.

D Thom. 1. 2 q 45 art 1. Ephes. 15.

RAdix omnium malorum est cupiditas. Vtitur Apost. arboris metaphora, quæ consistit in hoc, quòd, sicut radix toti arbori præstat alimentum; ita per diuitias, quasi per arboris radicem, homo acquirit facultatem perpetrandi quodcunque peccatum. Sic D. Thom. *Auaritia, quod est idolorum seruitus.* non dicit vnius idoli, sed multorum: nam & idolo ventris, & inanis gloriæ, &c. seruit auarus, &c.

Ezech. 8.

Vbi ostium, in quo erat idolum zeli, (vel Hebr. idolum possidentis) intrauetis, omnes abominationes videbis. Vel, *Mulieres plangentes Adonidem*, &c.

Ephes. 4.

Illi, qui præcipites in omne facinus proruerunt, *Desperantes*, inquit Apost. *tradiderunt se in omnem immunditiam*, & quasi causam primariam reddens, subdit, *In auaritiam*, &c.

Matth. 17.

Lunaticus ille, typus eorum, qui mutabilia diligunt, *modò in ignem, modò in aquam* proiiciebatur à Dæmone: quia, nimirum, cupidi de igne iræ præcipitantur crebrò in aquam luxuriæ, & ab vno vitio in aliud.

Eccl. 26. Alij. Græc.

Difficilè exuitur negotians à negligentia (cultus Dei.) Alij: *A deceptione.* Græcè: *A delicto. A quoniam ab omni*, &c. in genere, &c.

Soph. 1. Sept.

Dispierunt omnes inuoluti argento. Sept. *Dispierunt, qui erecti erant in superbiam, & pauperes despiciebant.* Superbia, & diuitiæ, & pauperum contemptus, vt plerunque simul? *Ornamenta monilium suorum in superbiam posuerunt*, &c. Vbi Hier. Quæ ego dederam, inquit Dominus, in ornamentum possidentium; illi verterunt in superbiam: vt de quibus poterant per eleemosynas suam animam liberare, ex illis haberent materiam arrogantiæ. Ex diuitiis superbia. *Ideo* (quia diuites) *tenuit eos superbia.* Pagnin. *Ideò instar torquis coronauit eos superbia.* vel Chald. *Ideò circundedit eos superbia.* Vbi Prosperus 3. de vita contemplat. c. 7.

Ezech. 7. Psal. 72. Pagnin. Chald. Prosp.

B cupiditas, & superbia, in tantum est vnum malum, vt nec superbus sine cupiditate, neque sine superbia cupidus possit inueniri, intellige occasionaliter, vt sic loquar, & vt in pluribus. Subdit: *Operti sunt iniquitate, & impietate sua: prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis.* vel iuxta alios, *In picturas cordis.* hoc est, quæ in imi pectoris tabula mens scelerata sibi depinxit scelera, ea omnia perpetrauit.

Alij.

Ideò diuitias, ceu tot malorum occasiones, ex oculis Deus nobis abstulit; & ceu mater, quæ obfutura abscondit, thesauros in secretioribus terræ visceribus abdidit, licèt multi eos effodiant: vnde plorans ille: Heu! inquit, quis primus, &c. & alius: Effodiuntur opes, irritamenta malorum, de quibus Dauid: *De absconditis tuis adimpletus est*

Psal. 118.

C *venter eorum*, &c. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.* quia, si in hanc solam cor meum permiseris inclinari; omnia tua testamenta, & præcepta transgrediar, &c. Omnia mala ex diuitiis. Iob: *Ab Aquilone venit aurum optimum.* Alius: *Ab Aquilone pandetur omne malum.* ergo ex auro omne malum, &c occasionaliter, nimirum.

Iob 37. Ierem. 1.

Signum est malum, inordinatus hic amor habendi.

PVNCTVM LXXII.

D VNum ex reprobationis signis est, faciem in terram conuertisse, & ferè nunquam oculos ad cælum leuare, quin statuisse oculos declinare in terram. *Oculos suos statuerunt* (ex intentione & obfirmato animo) *declinare in terram.* Hominem, qui terra est, terram quandoque respicere non mirum? sed statuere oculos declinare, hoc malum est.

Gen. 4. Hebr.

Ad Cain: *Quare concidit facies tua?* Cain, *vir agricola.* Hebr. *Seruus terræ.* Alij, *Vir acquisitionis.* Cain primus ciuitatem ædificauit, quin teste Philone, septem ædificauit. Vide terreni studium: totus erat in ædificando in terra; vnde aiunt nonnulli, adeò excæcatum amore terrenorum, vt nonnisi hanc præsentem vitam crediderit, vt propterea Abel abnuentem occiderit.

E Non legis quidem Abel vel domum ædificasse: nam ciuis Cæli, aduena terræ properabat ad ciuitatem, quæ habet vera fundamenta, &c. *Si sustinuero, Infernus domus mea est.* Vatabl. *Si ædificauero, Infernus domus mea est.*

Iob 17. Vatabl.

Maledictio in animam terrenam: *Descende, sede in puluere, filia Babylon: sede in terra.* Sed audi è contra: *Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem: solue vincula colli tui, captiua filia Sion.* Solue, solue hos terrenorum affectuum laqueos.

Isa. 47. Idem 52.

Serpentis

Gen. 4. Serpentis maledictio? *Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*; hoc est, homines terreni, & qui terrena sapiunt, quique semper veluti immundi repunt, ruus cibus erunt. Sic Rupertus.

Iob 5. Hi sunt, qui radices in terra egerunt. *Vidi hominem firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.* Hic sunt radicati, & fundati.

Psal. 68. Persimili maledictione damnatur in Psal. *Et dorsum eorum semper incurua. Fecit Deus hominem rectum: ille* per affectum se curuar. De hoc Bern. Quid indecentius in homine, quàm eum erecto Naziaz. corpore curuam gerere animam? O curuæ in ter- Psal. 43. ras animæ! exclamat Nazianzenus.

Humiliata est puluere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster.

Apoc. 8. In Apocalypsi Ioan. vidit volitantem aquilam, & comminantem: *Væ, væ, væ, habitantibus in terra.* Triplex certè væ, vt quædam Glossa ait, correspondet habitatoribus terræ, laboris in opibus parandis, sollicitudinis in conseruandis, doloris in amittendis. Væ ex obseruatione Scripturæ dicit pœnam Inferni, &c.

Exod. 15. *Deuorauit eos terra* (terrenus amor) Num. 15.
Num. 15. *Aperiens terra os suum deuorauit eos.* Isai. 29. *De*
Isa. 29. *terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum*
Thren. 2. (ob amorem terrenorum.) Thren. 2. *Effusum est in*
Osee 7. *terra iecur tuum.* Osee 7. *Ephraim non habens cor*
Matth. 6. (quod habent diuitiæ) Matth. 9. *Vbi est thesaurus tuus, ibi,* &c.

Leuit. 11. *Quod ambulat super manus ex cunctis animanti-*
Matth. 25. *bus, quæ incedunt, quadrupedia, immundum erit.*

Hic *fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui*; intellectum, nimirum (talentum) abscondit in terra, dum eo non vtitur, nisi cogitando terrena, &c. O si hoc talentum expenderet benè! &c. sed abscondit, &c.

Luc. 13. Anima cupida figuratur per filiam Abrahæ. *Quam alligauit Satan, quæ inclinata erat, nec poterat sursum aspicere.* Nota, *non poterat*, &c. quia cupidi nihil cogitant de æternis; sed penitùs curuantur, ac figuntur in terrenis.

Leuit. 21. Leuit. 21. *Gibbosi non intrabant in templum*, hoc est, intra velum, nec accedebant ad altare. Gibbosi sunt, qui incuruantur ad terrena per terrenorum affectum. O quàm difficilè hi templum Cæli intrant, nisi gibbum deponant, vt Magi fecerant, prosternentes se, & offerentes aurum! Hac illi curuatione sunt erecti, & in templum admissi.

Illi ex Tribu Ruben, & Gad trans Iordanem inuentis pascuis ac pratis, sic ad Moysen locuti sunt:
Num. 32. *Terra vberrima est ad pastum animalium, precamur, si inuenimus gratiam co am te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem.* Non poterat meliùs exprimi præscitorum ebetas. Erant iuxta promissionis terram, Iordanem oportebat eos transire, & facili pugna victoriam referre, ac terræ possessionem capere: & vt benè pascerent animalia, quibus alendis toti erant
Psal. 104. addicti, *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.*
Hieron. Hier. Tigur. & Pagnin. *Despexerunt*, vel *respuerunt*.
Tigur. Pagnin. Hebr. Chald. Chald. *Abominati sunt terram desiderabilem*; itique perpetuò remansissent. Signum est præscitorum, qui inuentis pro sensibus hisce pascuis, nolleot transire Iordanem, *Fluuium iudicij, siue descensionem*, hicque perpetuò, & libentissimè remanerent, paruipendentes terram illam, &c. O insensa-
Orig. hom. 26. in Num. tos terræ amatores, qui nihil aliud cogitant, quàm pascere hæc animalia! &, vt obseruat Origen. & inter modernos Oleaster, nihil sibi, totum verò pecudibus optant, vt benè hi sensus pascantur, de

A anima nihil, de Cælo nihil, de terra viuentium nihil. Vellent stulti perpetuò viuere in terra morientium: & licèt creati sint, vt inter Angelos compurentur, contenti essent perpetuò esse inter animalia, &c. Verè animalia, &c.

Ecce eiicis hodie à facie terræ. A patria mea iucundissima, & fertilissima, inquiunt Oleaster, & Pererius. Hoc timer, scilicet, ne agricolari sibi non liceat, inquit ibidem Rupert. ne terram, quam solam amat, vel præsentem vitam pro admisso facinore perdat. Hoc certè primum terræ amatores deplorant: *Da mihi portionem substantiæ.* Græcè, τῆς οὐσίας, essentiæ istius, vitæ istius, cùm additione articuli, qui Græcis excellentiæ est; istius excellentis essentiæ, istius vitæ excellentis. *Quæ me con-* Gen. 4. Oleaster. Perer. Rupert. ibid. Luc. 15. Græcè. Psal. 67.

B *tingit.* Græcè, *quæ mihi cohærens est*: cui cor meum affixum, & conglutinatum est, adeò, vt aliam minimè desiderem. O quot huic persimiles terræ adhærentes, terræque affixi!

An non tales illi, de quibus Propheta: *Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris?* Ad literam, & ad perdifficilis loci intelligentiam, Pharao Hebræorum plerosque ad suas latomias, ac lapidicinas damnarat; vnde illi miserè, veluti in sepulchris, degebant: ab his tamen (quis crederet?) ægrè nimis extrahi passi sunt, diuinique fortitudine brachij fuit opus, vt educerentur. Placebat, nimirum, esse sub terra. Verè talpæ oculos non habentes, quibus cælum viderent.

C At non sic illi, de quibus dicitur: *Recti diligunt te.* Qui sint autem recti, exponit Alanus, dum ait: Hi sunt, qui, vt animalia, non incuruantur; sed dirigunrur, &c. Cant. 1.

Quàm facilè auari damnentur, & quàm difficilè diuites saluentur.

PVNCTVM LXXIII.

TAm facilè damnantur auari, vt vnica insufflatione inueniantur in Inferno. Tyri mercatori illi per os Prophetæ Ezechielis: *In multitudine* Ezech. 28.
D *iniquitatum tuarum, & in iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam.* Subdit: *Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te*, &c. *De medio*, nimirum, de peccatis, quæ tot, tantaque ex corde illius exeunt, producit ignem Inferni, qui eum in sempiternum deuoret, itque secum fert ignem Inferni, qui per quàm facilè excitatur.

Hinc Nabuchodonosor dicitur fecisse statuam Dan. 3. auream, eámque statuisse in campo *Dura prouincia Babylonis.* O idolum auaritiæ, quam multi te venerantur! Cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt statuam auream. At quàm longè à vobis ignis Inferni! Ne latum vnguem. Eodem loco, quo curuabant genu, inueniebantur in Inferno. Hoc sibi vult *Dura.* Hebr. Pyra, scilicet, ignis. Py- Hebr.
E rascit, nimirum, ignis Inferni pro hominibus auaris.

Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, Mich. 6. *mensura minor iræ plena.* Quidnam sunt, quæso, thesauri, ac diuitiæ iniquitate, ac dolo comparatæ; *Ignis*, inquit Propheta, quo miseri torquebuntur. Fodiat, fodiat impius sibi thesauros iniquitatis, aurum congreget, coaceruet argentum, vnde miser diuinam in se iram thesaurizet. Demat frumenti, olei, cæterarúmque rerum mensuræ, minorémque faciat,

A faciat, vt eam Deus ita impleat: quantùm etenim defuerit mensuris, tantùm eis adiicietur vltionis, ac iræ diuinæ, vt compleantur.

Iacobi 5. *Agite nunc, diuites: plorate vlulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt. Aurum, & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit: & manducabit carnes vestras, sicut ignis. Thesaurizatis vobis iram in nouissimis diebus.*

Sap. 15. Hæc est causa, quæ redditur damnationis illorum in Sapientia: *Quia* (dicitur ibi) *æstimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitæ* Sept. *compositam ad lucrum.* Septuag. *Et nundinationem quæstuosam, & oportere vndequaque, etiam ex malo, acquirere,* &c.

Baruch 3. *Vbi sunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines? Ad Inferos descenderunt.*

Exod. 3. *Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus* (diuitiarum.) Miratur Moyses.

Iob 9. *Terra data est in manus impij.* Gen. 25. *Filiis autem concubinarum largitus est munera* (in præsenti.) Prædestinati vox: *Pars mea Dominus: propterea expectabo eum: substantia mea apud te est. Portio mea, Domine, in terra viuentium.*

Matth. 10. Quàm verò difficilè saluetur diues, testatur Saluator dicens: *Facilius est camelum intrare in foramen acus, quàm diuitem ingredi in regnum cælorum.*
C Sententia, quæ in admirationem conuertit sanctos Apostolos: *Et mirati sunt dicentes: Quis ergo poterit saluus esse?* Sed, quid dicitis, ô Apostoli? Quis poterit saluus esse? Pauperes, qui tot numero sunt? Ah paucissimi sunt veri, & voluntarij pauperes; nam quamplurimi sunt voluntate diuites. Quis ergo poterit saluus esse? nam diuites difficillimè saluantur, &c. Psal. 19. *In potentatibus salus dexteræ eius*; hoc est, si potentes, ac diuites saluentur, opus est diuinæ dexteræ, &c.

Gen. 28. Dum Iacob pauper extitit, vidit scalam Angelis ascendentibus, ac descendentibus plenam: quasi dicerent: Via hæc huiusce paupertatis attrita est, facillima est. At diues effectus apud Laban, D cùm domum rediit; plures quidem obuios habuisse narratur; sed eum maximè, à quo benedictionem impetrauit; verùm post luctam, post preces, post lacrymas, postquàm ita emarcuit neruus femoris eius, vt propterea claudicauerit; quò, nimirum, intelligeret, hanc se benedictionem ea assecutum lege, vt vnico tantùm pede terram contingeret, & eam inordinatè non amaret; ne secùs cælestium gratiarum benedictionem amitteret.

Matth. 19. De iuuene, qui omnia à iuuentute præcepta seruasse professus est, inquit Origenes, quòd vbi audiuit: *Si vis perfectus esse, vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus.* cœpit scalpere caput, & non placuit ei: *Erat enim*, inquit Euangelista, *habens multas possessiones.* vnde abiit tristis. Quin idem E Origen. Basil. Hieron. Origenes, Basilius, & Hieronymus aiunt, mentitum iuuenem, quòd præcepta à iuuentute seruasset; si enim præceptum de dilectione proximi coluisset, non ita diues fuisset; sed dispersisset, ac dedisset pauperibus: nec, vt benè notat Hieronymus, dum audiuit: *Vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus*, tristis abiisset.

Psal. 47. Requiritur gratia valdè particularis ad conuertendum, & euellendum hominem diuitiis inhærentem. *In spiritu* (non quouis, sed) *vehementi conteres naues Tharsis.* Hæ naues auro onustæ tertio quoque anno ex Ophir veniebant; ad conterendas autem hasce naues gratia maxima necessaria est. Quid aliud fuit illud: *Veni, & sequere me.* dictum Matthæo; quàm ventus vehemens, qui nauem illam auro onustam contriuit? vt deinde posset dicere: Naufragium passa essem, nisi naufragium passa essem, &c.

Psal. 88. Adeò periculosa est diuitis salus, vt possit dici: *Posuisti firmamentum eius, formidinem.* Quodnam diuitis firmamentum? Diuitias vocent alij firmamentum: ego, inquit Dauid, appello formidinem, &c. Itaque diues fundatus est supra timorem, &c.

Exod. 15. Cùm videmus aliquem statim effectum diuitem, de diuitiis sic comparatis dici potest: *In spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ* (diuitiarum istarum.) hoc est, in eum iratus permisisti, vt res ad B votum succederent, ac diues fieret, &c.

Ecce ipsi peccatores, & abundantes, &c.

Psal. 72. Apocal. 13. *Faciet bestia, ne quis possit emere, aut vendere, nisi habeat characterem bestiæ, aut nomen, aut numerum nominis eius.*

Gen. 48. *Sinistra* (temporalium) *super Manassem* (Heb. *obliuioni traditum.*)

1. Tim. 6. Græcè. *Qui volunt diuites fieri,* &c. *quæ mergunt hominem in interitum.* Græc. *Quæ mergunt hominem in profundum.*

Diuitiæ pondus sunt.

PVNCTVM LXXIV.

Luc. 16. Est aurum natura graue: quid mirum, si mergit hominem? *Mortuus est diues.* Quò descendit cum onere diuitiarum? *Et sepultus est in Inferno.* Aliud est, ait Bernardus, calcare profundum diuisis aquis; aliud ipsas aquas calcare: hoc certè maius, & hoc tempore gratiæ, quo cum Petro super aquas, non cum filiis Israël onustis auro in fundo, plerique hodie gradiuntur. Cur illi in profundo maris, Petrus verò supra mare? Quia Petrus reliquit omnia: illi auri, & argenti onere pressi ab aquis sustineri non poterant.

D. August. Matth. 12. D. Augustinus ad illa verba, *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.* benè ait: Petre, omnia reliquisti, & non ad insipientiam tibi: sciebas enim, quòd Christum nudum sequi non poteras oneratus.

Matth. 9. Diuitiæ pondus sunt, quo non facilè diues surgit. *Vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine.* Nota, *sedentem*: grauabatur, scilicet, onere diuitiarum, stare non poterat, non nisi vocis Christi manus necessaria ad eum subleuandum: *Surge, & sequere me.*

Gen. 13. Hebr. Hieron in qq. Hebr. *Abraham diues valdè.* Hebr. *grauis valdè*, vel *ponderosus multùm.* Hieronym. in Hebr. sequitur: *Abraham grauis vehementer.* Ægypti enim pondere grauabatur: & licèt videantur diuitiæ esse pecoris, auri, & argenti; tamen si Ægyptiæ sint, viro sancto graues sunt. *Grauis* ergo *vehementer*; etsi ipse præ animi euulsione nunquam prægrauatus.

Isa. 55. *Qui non habetis argentum, properate.* Non dicit: Properate, diuites: sciebat enim, eos non benè discurrere, qui sunt argenti pondere onerati.

Dan. 2. Statua illa, cui caput aureum, pectúsque erat argenteum, non alatos pedes; sed tibias, plantásque ferreas habebat. Sanè vbi cor, capútque auro, & argento immersum est, non alas expectes, nec leues pedes ad currendam mandatorum viam; sed ipso ferro, terráque grauiores.

Soph. cap. 1. Hebr. *Disperierunt omnes inuoluti argento.* Hebr. *Disperierunt*

rierunt omnes portitores argenti, vel *onusti argento*. A

Difficile est inter diuitias subleuare cor ad Deum. Ad illa verba Genesis: *Erat Abraham diues valdè in possessione auri, & argenti, reuersúsque est per iter, quo venerat à Meridie in Bethel, vbi prius fixerat tabernaculum, & inuocauit ibi nomen Domini.* (Genes. 13.) Notat quidam Interpres, Sanctum Patriarcham, vt Deo pro acceptis beneficiis gratias ageret, reuersum esse ad paupertatis locum, quem anteà habuerat. Vnde colligitur, quàm sit difficile cor grauatum diuitiis subleuare.

¶ *Terrena cupiditates, & diuitiæ sunt retia, & labyrinthus.*

(1. Tim. 6.) Labyrinthus sunt diuitiæ, inquit Apostolus: *Radix omnium malorum est cupiditas*, (hæc porta est,) *quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis*, &c. O labyrinthum! B &c. Exibo ex illo negotio certè, &c. Quando? Es miser in labyrintho, &c. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli*.

Diuites sunt curis agitati.

PVNCTVM LXXV.

(Ezech. 16.) IN *profundis aquarum* (tribulationum, dolorum) *opes tua. Onychinus*, ab vnguem nam Græci (Gen. 2.) vnguem ὄνυχα vocant, significátque rapacem directionum affectum.) *Inuenitur in terra Heuilath*, C (Hebr.) *vbi nascitur aurum. Heuilath* interpretatur *dolens*. O quot dolores in acquirendo, in conseruando, in augendo! &c. Congruit & lapidis huius proprietas: dicunt enim Onychinum tristitiam excitare, timores multiplicare, & animos ad lites, & rixas commouere. O quàm respondet hoc naturale mobili; vnde enim mores, tristitiæ, *bella & lites? nónne ex concupiscentiis vestris?* &c.

(Luc. 8.) *Aliud cecidit inter spinas*. Theophyl. spinatum instar tinea, diuitiarum sollicitudines. Vnde si tetigerit eas quispiam, manus cruentas facient vulnera infligentes.

De his, qui volunt diuites fieri, inquit Apostolus: (1. Tim. 6.) *Et inseruerunt se doloribus multis*. Græcè: *Et* (Græcè) *transfixerunt se doloribus multis*.

(Exod. 8.) Ex puluere Ægypti orti sunt cyniphes. Quid diuitiæ, nisi puluis Ægypti? ex illis cyniphes, id est, curæ, & sollicitudines oriuntur, quæ mentem pungunt.

An sunt obliti sollicitudinum Iacob, dum diues erat armentis, famulis, & familia rediit ex Mesopotamia? O quot curæ! ô quot timores! *Diuisit* (Gen. 32.) *turmas*, &c. *Si percusserit Esau vnam*, &c. *Libera me. Domine*, &c. Sic congressus cum Angelo per totam noctem luctatus est: semihoræ somnum capere non valuit. At, dum pauper fuit, in nuda terra, reclinato supra lapidem capite, dulcissimè conquieuit, mysteriosa illa visione perfruitus E est, nihil per totam noctem somnum interrupit, quia tunc pauper erat, &c. Sed quando domum rediit, diues erat, & per consequens curis agitatus, &c.

(Luc. 12.) Pauper ille diues Euangelij præ curis quiescere non poterat. Diuitiæ, enimuero: quietem adimunt, animúque veluti spinæ in lecto. Vnde impossibile est conquiescere, &c. *Quid faciam?* O spinæ, quæ rem lacerant! *Requiesce*. Nihil omnis: voluit lese, ac reuoluit, &c.

Ecclesiastes: *Saturitas diuitis non sinit eum dormire.* Arabicè: *Auiditas in diuitiis, non permittit ei* (Eccles. 5.) *auiditas eius, vt dormiat.* quasi diceret: Non tam (Arab.) diuitiæ, quàm auiditas illa diuitiarum quietem, ac somnum adimit.

Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta (Deut. 16.) *altare Domini tui*. Altare Dei est cor; lucus autem sollicitudines terrenorum, ac noxia desideria, quæ iuxta cor plantanda non sunt, ne cor syluescat, fiátque habitatio bestiarum.

Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga (Luc. 10.) *plurima*. Syriacè: *Et distraheris erga plurima. Mar-* (Syriac.) *tha*. Hebraicè, *irritans*, vel *prouocans*. Hoc malum (Hebr.) in diuitiis, turbatio hæc, sollicitudo hæc, distractio hæc.

De finali impœnitentia quorundam auarorum.

PVNCTVM LXXVI.

APud Zachariam: *Hæc est amphora egrediens:* (Zac. 5.) *& ecce mulier sedens in medio amphoræ, & dixit: Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ: & misit massam plumbeam in os eius: & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum: & habebant alas, quasi alas milui; & leuauerunt amphoram inter cæ-* C *lum, & terram. Quò istæ deferunt amphoram?* Et ait Angelus: *Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam*, &c. Quot verba, tot mysteria.

D. Gregorius in Moralibus: Volens Deus Pro- (D. Greg. 14. Mor. 17.) phetæ ostendere humanum genus, ex qua ab eo maximè culpa dilabatur; per imaginem amphoræ quasi patens os auaritiæ designauit. Auaritia enim, quasi amphora est, quæ os cordis in ambitum apertum tenet. *Et dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.* Multos obtusi sensus homines cernimus; & tamen eos in malis actibus astutos videmus, Propheta quoque attestante, qui ait: *Sapientes sunt,* (Ierem. 4.) *vt faciant mala: benè autem facere nescierunt.* Hi D itaque sensu torpent; sed in iis, quæ appetunt, auaritiæ stimulis excitantur: & qui ad bona videnda cæci sunt, excitantibus præmiis ad peragenda mala vigilantes fiunt. Vnde rectè de hac auaritia dicitur: *Hæc est oculus in vniuersa terra.*

Talentum plumbi est ex eadem auaritia pondus peccati. Impietas in medio amphoræ proiicitur: quia, nimirum, in auaritia semper impietas tenetur. Massa plumbi in os eius mittitur: quia, scilicet, impietas auaritiæ, peccati sui pondere grauatur.

Huic impietati duæ mulieres, hoc est, superbia, & inanis gloria coniunctæ sunt, quæ ideò in alis suis spiritum habere dicuntur: quia in actionibus suis Satanæ voluntati deseruiunt. Habebant alas, quasi alas milui: quia actiones earum Diabolo sunt proculdubiò similes, qui insidiatur semper vitæ pullorum, hoc est, paruulorum. Eleuatur amphora inter, &c. quia superbia, & vana gloria habent hoc proprium, vt eum, quem infecerint, in cogitatione sua semper super cæteros homines extollant. Qui inter cælum, & terram est, & ima deserit, & superiora minimè attingit: sic superbia, & inanis gloria meotem per auaritiam honoris captam ita eleuant, vt quoslibet proximos despiciétes, quasi ima deserat, & alta gloriantes petant, qui

qui tamen superioribus ciuibus minimè iunguntur. Inter cælum itaque, & terram feruntur; &c. *Semnaar, fœtor* dicitur *eorum*: & sicut bonus odor ex virtute est, Paulo attestaste, qui ait: *Odorem notitia suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus.* Ita è contrario fœtor ex vitio: & quia quodlibet malum per auaritiam gignitur; ideò dignum est, vt domus auaritiæ in fœtore construatur. Vel *Sennaar*, turris confusionis est, quæ, scilicet, turris Babylon dicitur: quia in regno confusionis Tartareæ auari domus absque dubio ædificatur. Hucusque Gregorius. Tunc impietati domus erigitur, id est, firmum habet in illis hominibus domicilium, & ponitur super basim, cùm sine timore vllo Dei studet quis auaritiæ, & cum hoc studio moritur, &c. Nabal Carmelos, vt auarus, cui ob immeseticordiam. *Emortuum est cor intrinsecus; & ipse factus est quasi lapis,* &c. *Nabal*, id est, *stultus*, & vt stultus mortuus est.

2. Cor. 2. — Ribera in hunc loc. — 1. Reg. 25. — Luc. 12.

Diues ille parabolæ, &c. *Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicens: Quid faciam: quia non habeo, quò congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: destruam horrea mea, & maiora faciam; & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea: & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quæ autem parasti, cuius erunt?*

D. Ambr. ser. 81. & l. de Nabut. 6. 7. & 8.

Singula verba ponderat Ambrosius. Notat hîc primò benignitatem Dei, qui non statim auari cupiditatem punit; quinimò & reconditas diuitias nouis quandoque, & aduentitiis cumulat, si fortè eum aliquando nimietate ipsa satiatum, ad seipsum humanitatis adducat, animámque per abundantiæ nimietatem suadeat aliquid de indigentibus cogitare. Hac ratione ager huius, boni nihil operatuti, vberes attulit fructus: velut magis, magisque Dei patientia noscatur, dum ad huiusmodi homines beneficia suæ benignitatis extendit. Sed, quæ a Deo præbentur etiam ingratis, ista sunt: terræ fœcunditas, aëris temperies, fructuum lætitia, & bonum subsidia, & omnia, quibus anni prouentus fecundis successibus adimplètur. Quæ verò ab homine procedunt, hæc sunt: angustus animus, & parum putans omne, quòd nosciturt, cuius abundantiæ semper deesse aliquid, computans, &c.

Lib. de Nabut.

Quid faciam? inquit. Nónne hæc pauperis vox est, non habentis subsidia viuendi? Egens omninò hinc, atque illuc respicit, scrutatur hospitium, nihil inuenit ad vsum alimenti, considerat, nihil miserius, quàm fame confici, & cibi indigentia mori: quærit mortis compendia, & toletabiliora abeundi supplicia rimatur, arripit laqueum, suspendit laqueum, ignem adolet, explorat venenum, & inter hæc, quid eligat, dubius dicit: *Quid faciam?* Deinde vitæ huius suauitate reuocatus cupit reuocare sententiam, si possit viuendi substantiam reperire; aspicit nuda omnia, vacua omnia, & ait: *Quid faciam?* Vnde mihi alimenta? vnde vestitus? Volo viuere, si habeam, quomodo possim vitam hanc sustinere: sed, quibus cibis, quibus subsidiis? *Quid faciam?* inquit: *quia non habeo.* Clamat diues, se non habere, paupertatis hic sermo est. De inopia queritur abundans fructibus: *Quid faciam?* Quis non talem miseteatur? quis non infelicitatem eius doleat? angustatur ex abundantia, constringitur, & coarctatur ex opulentia, infelix in præsentibus bonis, infelicior in futuris, & vt video, ager ei non

Speranza Scripturæ selecta.

ram teditus largiores, quàm gemitus attulit grauiores: terra ei non fructuum copiam, sed curarum molestiam germinauit; ita vt curis, & mœroribus stimulatus, egentibus, & esurientibus similes perferat cruciatus: egeni siquidem vox ista est: *Quid faciam?* Vnde cibos, vnde vestitus habeo? Eadem conquetitur, & diues: *Quid faciam?* Vbi recondam? Vides, diuitem nec opimis copiis posse lætari; sed mentem eius absumit affluentia, dum nullo intellectu humanitatis admonitus sentire non potest, id sibi abundare, quod aliis deest. Hæ, ô diues, opes magis tibi commissæ sunt, quàm concessæ; quare miror, quòd nescias, quid tibi de illis faciendum sit: consequens est, vt aperias horrea, & repleas esurientes animas pauperum, & dicas: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Quid faciam?* Paratam, ait Basilius hom. 6. tibi responsio fuerit, ô diues: esurientium animas explebo, aperiam horrea, vocem emittam magnificam. Quicunque panibus egetis, veuite ad me. sed *Non habeo*, inquit, *quò congregem fructus meos. & dixit: Hoc faciam. Destruam horrea mea.* Putares, dicere illum: Apetiam hortea mea: ingrediantur, qui tolerare famem non queunt: veniant inopes, intrent pauperes, repleant sinus suos, vt quid ego abscondam, cui Deus fecit abundare, quod largiar? vt quid repagulis portarum claudam frumenta? Audiant hæc, quibus Deus totum replenit camporum ambitum, & victu abundant. Est spes auaro, si respicit pauperem: rumpantur vetusta horrea messibus nouis: imitabor Sanctum Ioseph, & clamabo voce magna, Venite pauperes, edite panes meos, expandite gremium, suscipite frumentum; fœcunditas, diuitiæ, totius orbis abundantia, omnium debet esse fertilitas. Tu verò non hoc dicis, sed ais: *Destruam horrea mea.* rectè destrues ea, quibus nullus pauper onustus recerritur: rectè destruet, quæ sapienter ædificare non nouit: destruet sua diues, qui nescit æterna: destruat hortea, qui non nouit sua frumenta diuidere, sed claudere.

Basil. hom. 6. — Ambros. l. de Nab.

Basilius, *Destruam*, &c. Benè facis: nam iniquitatis hortea digna sunt, quæ destruantur. *Et maiora*, inquit, *faciam.* Infelix! vel id dispensato paupetibus, quod pro sumptu ædificationis impendis.

Et illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi: & dicam animæ meæ, &c. *Habes multa bona.* Nescit auarus bona, nisi ea quæstuosa sint, nominate: sed acquiesco ei, vt bona dicatur, quæ sunt pecuniatia: cur ergo de bonis facitis mala, cùm de malis bona facere debeatis? scriptum est enim: *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis.* Ei ergo, qui vti sciat, multa bona sunt: ei, qui vti nesciat rectè, mala. Bona sunt, si aperias hortea, vt sis panis pauperum, vita egentium, oculus cæcorum, orbatorum infantium pater. Habes, vnde facias: quid vetetis? tua te voce conuenio, habes *Multa bona in annos* multos posita, potes & tibi, & aliis abundare; quid destrues horrea tua? Ostendo tibi, vbi melius tua frumenta custodias; vbi benè sapias; vbi fures ea tibi auferre non possint: include ea in corde pauperum, vbi nulla tinea, nullus gurgulio consumat, nulla corrumpat vetustas. Habes apothecas, inopum sinus: habes apothecas, viduarum domos? habes apothecas, ora infantium orphanorum, vt dicatur tibi: *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem.* Istæ sint tibi apothecæ, quæ maneant in æternum; ista sint tua horrea, quæ fœcunditas futura non destruat: nam quid iterum facies, si tibi plus natum fuerit anno sequenti? iterùm ergò & illa

D. Ambros. — Luc. 6. — Psal. 8.

N destrues,

deſtrues, quæ nunc facere paras,& maiora facies? A dat enim tibi fœcunditatem Deus, vt aut vincat, aut condemnet auaritiam tuam,quò excuſationem habere non poſſis.

Oſeæ 10. *Seminate, ſeminate vobis ad iuſtitiam.* Eſto ſpiritualis agricola: ſere, quod tibi proſit: bona ſatio in corde viduarum. Si terra tibi reddet fructus vberiores, quàm acceperit, quantò magis miſericordiæ remuneratio reddet multipliciora, quàm dederis?

Ambroſ. ſer. 81. At tu nihil tale cogitas:ſed tuam animam malignis conſiliis affligens, cogitas abundantiam Dei humanam facere penuriam,& addis:*Anima mea*, &c. Nónne, ſi dici poteſt, muti animalis vox illa eſt? ſi enim iſte porcinam animam habuiſſet,quid ei aliud,quàm manducandi,& bibendi bona nunciare debuerat? Nec mirum: ipſius enim venter Deus ſibi erat,& totus ſeruus erat carnis. Sed audi,ô homo,dignam appellationem,qua te non hominum quiſquam,ſed ipſe Deus appellat:ait enim; *Stulte,hac nocte*, &c. Ipſis illis æternis cruciatibus maior eſt ſtultitiæ nota: qui enim paulò pòſt erat rapiendus à vita, quæ cogitat? *Deſtruam*, inquit, *horrea*,&c. *& dicam*; *Anima mea*, &c.

D. Auguſt. hom. 38. D. Auguſtinus homil. 38. O cæcitas auari! vna nox ei ſupererat, & de multorum annorum vita cogitabat. Aderant,qui animam repeterent,qui pignus huius vitæ reuocarent; & ille adhuc ad animam de opulentia loquebatur, & hac nocte animæ auferendæ dicebat: *Anima mea,habes multa bona*,&c. *Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum dites.*

Ambroſ. l.de Nab. *Stulte, hac nocte.* Aſſiſtunt iam, qui repoſcunt animam tuam: & tu adhuc differs operum fructus tuorum? Adhuc tu tibi tempora viuendi longa meditaris? *Stulte,hac nocte.* Anima tua,auare,repoſcitur:à tenebris incipit, & in tenebris perſeuerat: auaro ſemper nox eſt, dies iuſto, &c. Gregorius 25. Moral. 2. In nocte ablata eſt anima, quæ confiderationis lucem habere noluit.

Greg. 25. Mor. 2.

Cyprian. de orat.Domin. *Stulte,hac nocte*,&c.Cyprianus de oratione Dominica,lætatur ſtultus in fructibus ipſa nocte moriturus;& cui vita iam deerat, victus abundantiam cogitabat.Concludit Ambroſius.

Quæ autem paraſti, cuius erunt? Quid quotidie metiris,& numeras,& obſignas?quid aurum trutinas?argentum pondetas? Quantò melius eſt liberalem eſſe diſpenſatorem,quàm ſollicitum cuſtodem? In auarorum perſona Dauid: *Miſer factus ſum,& curuatus ſum* (terram verſus) *vſque in finem* (ad mortem.)Myſticè dici poſſet, vſque in finem, id eſt,quouſque veniat Chriſtus:Pſal.*In finem*,hoc eſt,in Chriſtum, &c. qui docens me contemptum terrenorum, exemplo ſuæ paupertatis me erigat, alioquin ſemper curuatus ero, &c.

Pſal.37.

Diuitiarum non ſumus domini, ſed diſpenſatores.

PVNCTVM LXXVII.

Luc. 16. Græcè. **H**Omo quidam erat diues, qui habebat villicum, Græcè, œconomum, domus diſpenſatorem. Sic eum appellat Hieronymus epiſt. 151. ad Algaſiam.

O quàm bonum, ſi nos non dominos, ſed diſpenſatores crederemus! Primum hoc diſcamus, inquit hoc loco Theophylactus, quòd non ſumus domini diuitiarum, (vt putamus;) ſed diſpenſatores alienarum rerum, quæ à Domino nobis creditæ ſunt, vt illas benè diſpenſemus, ſicut ipſe imperat.

Theoph. ibid.

Chryſ.ſer. 125. Chryſologus: In terra nos debemus ſentire villicos, dominos non putare:prorogationis temporariæ miniſterium ſuſcepiſſe, non inueniſſe ius perpetuum poſſidendi.

D. Bern. ſer. 4. de Aduentu. Diuitiæ, verè & propriè non ſunt noſtræ. Sic Bernardus: Quid vobis cùm terreois diuitiis,quæ nec veræ, nec veſtræ ſunt? Si veſtræ ſunt, tollite eas vobiſcum: ſed, *homo cùm interierit, non ſumet omnia.*

D. Chryſoſt. homil. 2. ad pop. Hinc Chryſoſtomus: Sæpiùs riſi teſtamenta legens dicentia: Ille quidem habeat agrorum, vel B domorum dominium; vſum verò alius: omnes enim vſum habemus;dominium autem nemo:nam in fine aliis cedemus, diuitiarum vſu ſolo decepto;dominio autem nudi,& orbati ad aliam vitam migrantes.

Exod. 9. *Mea eſt vniuerſa terra*, dicit Dominus. Ergo Deus ſibi omnium vendicauit dominium, inquit Philo; vſum verò fructum diſtribuit ſuis ſubditis: (& quid inde educat,audite:)quòd ſi cognoſceremus,curaremus,tanquàm res Dei, cogitantes morem eſſe Domini recipere ſua, quandocunque ipſi viſum fuerit: ſic & ademptas ferremus leuiùs: nunc plerique omnes, dum æſtimant hæc ſua eſſe propria, priuati cupiâ eorum, & egentes opprimuntur triſtitiâ.

Phil. l. de Cherub.

Leuit 25. Ideò Dominus in Leuitico: *Terra*, inquit, *non* C *vendatur in perpetuum.* Rationem ſubdit: *Quia mea eſt,& vos aduenæ,& coloni mei eſtis.* O! ſi nos aduenas, & colonos Dei putaremus; ſi relinquere terram iuberemur,vt æquo animo ferremus!Sic affectum probatus dixit ad Abraham? *Exi de terra tua.* Et quia ſuam non putauit, vt ſubitò exiuit? Aduena,& colonus erat,qui non ſe putabat dominum, ſed colonum.

Luc. 16. *Si in alieno fideles non fuiſtis, quomodo mercedem accipietis?* Audis hæc tua non eſſe, ſed aliena? O quàm vtile hoc punctum! Diuitiæ noſtræ non ſunt noſtræ,ſed Dei; & diuitiarum ſumus diſpenſatores,non domini.Ex hac conſideratione, quod Sancti colligebant?quàm parùm ſibi,quàm fideliter,& copiosè aliis communicandum. D. Carolus adeò D ſtrictus ſibi ipſi diſpenſator,vt non niſi parùm panis,& aquæ,vt canis innexus catenæ, acciperet.D. Greg.in Pontificatu,pauperrimo quodam Eremita pauperior, vt Chriſti catenis arctiſſimè ſe conſtrinxerat. Vt non proſternunt ſe ventre ſecus flumina fluxibilium; ſed ambulantes, ſola manu, aquam guſtabant,aut nec guſtabant!Sed vt fideles diſpenſatores,vt liberales cum aliis!Vnde?Quia ſe Dei diſpenſatores exiſtimabant.

Iudic.7.

Qui ſe tales exiſtimant, libenter diſtribuunt, nec triſtantur, cùm diſtribuunt; nec cùm illis res auferuntur: quin rapinam bonorum cum gaudio ſuſcipiunt,quod maioris virtutis eſt,inquit Chryſoſt.quàm eleemoſynas facere Nec mirum:tenent E enim ea,quæ poſſident,vt res Dei: ſicut verè ſunt fideliſſimè diſpenſatori, ſi Deus vult, ſi permittat auferri, patienter ferunt.

Iob 29. Iob dum bona habebat, vt bonus diſpenſator! *Pater eram pauperum*.ſed,vbi ablata ſunt: *Sit nomen Domini benedictum.* Diſpenſatorem,non dominum ſe putabat.

Philo. Hæc conſideratio, inquit Philo, facit curare res, tanquàm res Dei. Ioſeph œconomus in Ægypto, vt inueſtigabat *Scripturas rationis*, vt Chaldæus habet!vt diligens œconomus hominis?

Gen. 39. Chald.

O quàm

O quàm diligentiores deberemus nos esse, vt œconomi Dei!

¶ Diuitiæ bonæ, vel malæ ex vsu esse dicuntur. Si benè diuitiis vteris, bonæ sunt; si malè, & malæ sunt, quia malè vteris eis. Sed, qui fieri potest, vt ex eodem fonte quis hauriat aquam dulcem, & amaram? Cur non? Ibat Ægyptius ad flumen, & sanguinem hauriebat. Ibat filius Israël, & aquam dulcissimam hauriebat. O quàm refert manus, aut Ægyptij, aut Israëlitæ! Sic, si tu pauperibus largissimè tribuis, diuitiæ tibi sanguinis non sunt, bonæ sunt: si prodigis, ac dispergis in luxus, sanguis sunt, malæ sunt, &c.

Exod. 7.

Ambrosius ad illa verba: *Ecce dimidium bonorum, Domine, do pauperibus.* Discite, inquit, non in facultatibus crimen hærere; sed in iis, qui vel nesciant facultatibus: nam diuitiæ, vt impedimenta improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutis.

Luc. 19. D. Ambros.

Diues, & pauper saluari possunt: si diuitiæ malæ essent, diuites saluari non possent. Sed *Deus potentes non abiicit, cùm ipse sit potens*, quin tot diuites saluati sunt: quia, nimirum, diuitiis benè visi sunt, &c.

Iob 36.

Chrysol. in illud: *Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & bysso*, &c. Nunquid, ait, per se tantùm diuitiæ criminosæ sunt! aut solæ, & per se penes Deum damnandæ sunt vestes? & tantùm per se puniendæ sunt epulæ, vt non solùm careant præmio bonorum; sed omnium malorum ferant, & mereantur exitium? Aut ita per se probata est, & sanctificata mendicitas, vlcera tam sacrata, vt Angelorum manibus Abrahæ sancti rapiantur ad gremium?

Chrysol. serm. 121.

Et mirum, Fratres, quòd Abraham quondam diues, nunc diuitem spernit, dicente Scriptura: *Erat autem Abraham diues valdè.* Et eum, quem habuit in bonis præsentibus parem, nunc reprobat, & patitur esse pœnalem; præsertim cùm neque pauperis huius bona, neque mala diuitis illius prodiderit sermo diuinus. Cur ergo nunc Abraham ambit pauperem, diuitem refugit, & refutat? Aut, quemadmodum hunc Abraham innocentem habuêre diuitiæ, hunc fecere diuitiæ criminosum? Illum promouêre ad omnium requiem Beatorum, hunc in omnium malorum barathrum deputarût? Abraham, Fratres, non sibi, sed pauperi diues fuit; & opes non habere, sed propagare gestiuit magis, magisque in sinu pauperis, quàm in horreis recondere suas studuit facultates, sicut toto vitæ eius ordine perdocetur. At iste alter diues, imò diuitiarum captiuus, securus opum, & ipsis censibus compeditus, tantùm pompæ immobile sepulcrum, in quo pietatis totus vtique & visus defecerat, & auditus, non iam personam, non pauperem; sed ipsam misericordiam despicit ad ianuam suam Lazaro sic iacente. Purpura, bysso, delicatis vestibus, epulis blandis, ferrea viscera crudelis anima nutriebat. Verum, verum est, quòd diues cùm nec micas dare potest, semper auarus eger.

Gen. 30.

De affectu libero, & à terrenis euulso.

PVNCTVM LXXVIII.

Act. 1. Hebr. D. Greg.

VIri Galilæi, quid statis? hoc est, *Galilæi, statis?* peregrini, & viatores, (hoc sibi vult Galilæi,) *& statis?* Gregorius: Stultus viator est, qui *Speranza Scriptura selecta.*

A in itinere amœna prata conspiciens, obliuiscitur, quò tendebat.

Non id vnquam obliti sunt Sancti, quorum cordibus fixa hæc inhærebat cogitatio, peregrinos, non ciues esse huius terræ. *Fide* (Abraham) *demoratus est in terra repromissionis, tanquàm in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob, coheredibus repromissionis eiusdem: expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus.* Mira affectus euulsio! In terra, quam sibi Deus repromiserat, *demoratus* est. Græcè, *Aduena fuit*, vel *commigrauit*. Noluit, scilicet, immorari, vt in propria; sed tanquam in aliena. *In casulis habitando, in casulis* à cadendo. In tuguriis, inquit Anselmus, habitauit; non magna domorum ædificia construxit, B sed parua illi suffecerunt tuguria: quoniam mens eius aliò tendebat. *In casulis*, & tentoriis, more viatorum, qui in alieno solo non ædificant, inquit Gagnæus. Non enim hic studuit ædificiis, aut possessionibus; sed omninò liber, & expeditus esse voluit, non possidens nec passum pedis. Sic in sua concione Stephanus: *Et non dedit illi Deus hereditatem in ea* (terra,) *nec passum pedis.* Vt eum cuttum tenuit! Nec tamen turbatus est, inquit Haymo, licèt in terra sibi repromissa, & semini eius, *Tibi dabo terram hanc, & semini tuo.* quin ibi filium peregrinum vidit; nepotem item peregrinari conspexit, nec turbatus est; mentes eorum aliò tendebant, inquit Anselmus.

Hebr. 11.

Græcè.

D. Anselm.

Gagn. ibid.

Act. 7.

Haymo ibid.

C Sed, quoniam conceptus est D. Chrysostomi, ex eius ore aureo audiamus: *Tibi, & semini tuo*, inquit, non per semen tuum tibi; sed *tibi & semini tuo*; & nec ipse, nec Isaac, nec Iacob adepti sunt promissionem. Cur hæc fiunt? Vt nos pudeat, quòd illi quidem, cùm promitterentur, quæ sunt in terra, non attendebant; sed futuram ciuitatem quærebat: nobis autem Deus súsque déque de superna loquitur ciuitate; & eam, quæ est hîc, quærimus. Dixit eis: *Dabo vobis, quæ sunt in præsenti*: quoniam autem vidit, vel potiùs seipsos ostenderunt dignos esse maioribus, tunc non ampliùs finit hæc accipere, sed illa maiora; volens nobis ostendere, quòd digni sunt maioribus, vt qui noluerint his alligari; tanto etenim studio abstinebant à terra, vt nec quæ dabantur, acciperent. *Expectabant enim fundamenta* D *habentem ciuitatem.* Ideò his non afficiebantur ædificiis, quæ fundamenta non habent: hisce possessionibus non hærebant; sed ad supernas anhelabant. O affectum verè à terrenis euulsum! *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus; sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes: quia peregrini, & hospites sunt super terram.* Quasi diceret: Supernas possessiones quærebant, quarum amore præsentes nihili faciebant: & licèt illas in morte adipisci actualiter nondum possent, quin bis millibus, & ter millibus annis expectandum esset; sic à longè tamen more nauigantium, vt Chrysostomus inquit, salutabant patriam, cuius amore peregrinationem hanc exilium computabant: si tam E perfectè à terrenis euulsi, ob tam longam spem rerum cælestium; quantò magis eonati essent, vt omninò liberi semper essent, & ab omni, vel minimo terrenorum affectu, quo ne minimùm tardarentur ab eo ingressu, qui nobis hodie latè patet? *Et ideò non confunditur Deus vocari Deus eorum.* reddit rationem Anselmus, quia non in terra cor posuerant, sed ad supernam patriam totis desideriis anhelabant. Hi non figebant in terra tabernacula; sed modò hîc, modò illic, ne huic terræ afficerentur, anheli semper præ desiderio supernæ patriæ.

Chrys. ibid. Gen. 13.

Isa. 1.

Hebr. 11.

[S. Leo ser. 2. de Ascens.] Rectè sanè Sanctus Leo: Magnatum hic vigor est mentium, & valdè fidelium hoc lumen est animorum, incunctanter credere, quæ corporeo non videntur intuitu, & ibi figere desiderium, quò nequeas inferre conspectum. O quàm ibi fixerant desiderium! Alius inde ciuis, hic peregrinus. [Psal. 119. D. Hieron. ex Heb.] *Heu mihi!* (plorabat) *quia incolatus meus prolongatus est.* vel, *quia peregrinatio mea prolongata est.* Iis enim nimis longa videbatur, non tam propter tædium præsentium malorum, quàm ob cælestis patriæ desiderium. [Geneb. ibid. Psal. 137. Felix.] Sic aliàs: *Si oblitus fuero tui, Ierusalem: si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ;* vel, *si non extulero Ierusalem super caput lætitiæ meæ.* Quasi diceret: Non sit vnquam mea Ierusalem hæc, quam pedibus calco, vt eorum est, qui hic suam pacem volunt qui eam suis in substantiis ponunt: meam Ierusalem extuli super caput meum, &c. hoc sceptrum, hæc corona, hic splendor non me detineant, peregrinari me sinant, [Psal. 38.] *Quia aduena ego sum, & peregrinus, sicut omnes patres mei.* Vt erant euulsi!

[Gen. 38] Mirum! Ioseph in Ægypto ipsis nonaginta quatuor annis, quibus ferè semper ibidem imperauit, nullas possessiones coëmit, nec vllas filiis suis facultates reliquit. [Genes. 46. Rupert. ibid] Verus filius Iacob, qui nec mortuus voluit esse in Ægypto: quod tantoperè miratur Rupertus. Quid est, inquit, quòd Patriarcha tantus, ciuis cæli, cui totus mundus veluti exilium fuit, tantoperè de corpore suo curauit; & seriò scire voluit, quo loco puluis in puluerem, & cinis reuerteretur in cinerem? Videlicet, quia terra promissionis, terra Dei erat; exemplum viuis dedit mortuus, vt in spe patriæ cælestis pignus amaret requiem æternam hæreditatis; ideò etiam post mortem peregrinis huc illúcque deferri mandauit, vt ostenderet nullam requiem, nisi in futura terra promissionis haberi, & possideri à iustis posse.

[Num. 32.] O quàm degeneres illi, qui mox mox ingressuri terram promissam, vbi Iordanem transissent, inuenta citra Iordanem terra aptâ alendis pecoribus petierunt, ne vltra progredi cogerentur, contenti ibidem remorari ad impinguenda pecora! O quot persimiles his, qui si possent, nunquam vellent [Hebr.] transire Iordanem, (descensionem:) vellent enim viuere semper, vt semper hos sensus depascerent, & impinguarent! [Psal. 105.] De his dici potest: *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Miseri, qui obliuiscuntur se esse peregrinos, quos prata virentia detinent, quos exilium delectat, &c.

[Dan. 10.] Tales olim filij Israël in captiuitatem Babylonicam perducti, pro quibus orans Propheta Daniel exauditus dicitur *ex die primo*, quo posuit cor suum, vt se affligeret in conspectu Domini, vnde precibus suis liberationem obtinuit. [Lyran. ibid.] Sic Cyrus ex obseruatione Lyrani, primo regni sui anno, permisit illis, vt redirent, qui tamen non priùs, quam regni eiusdem anno tertio redierunt. Vnde hoc? Rex permittit, Deus item; illi tamen à captiuitate non exeunt. Quid eos remorabatur? Affectus terræ Babylonicæ, in qua plurimas diuitias compararent, & in qua plurimos iam annos vixerant, vnde ferè ampliùs exire non curabant. Sic oportuit, vt Daniel trium hebdomadarum ieiunio, nihil penitùs comedendo, multisque lacrymis, ab illa radicata affectione eorum corda diuelleret. Qui lugentes olim, *Super flumina*, &c nunc diuelli nequeunt. O quàm cauendum, ne paulatim affectus inhæreat!

[D. August.] Viscum est terrenarum rerum affectio. Sic Augustinus: Quod amas in terris, impedimentum est, viscum est spiritualium pennarum, quibus in altum anima leuatur. [Iob. 39.] Generosa illa aquila in Iob ad præceptum Dei eleuata, in arduis ponit nidum suum, non iouiscatur.

[Philip. 4. 2. Cor. 13.] Primi illi Christiani, vt à terrenis euulsi! Apostolus ob id eos omnes vocat sanctos: sic passim in epistolis: *Salutant Sanctos. Salutant vos Sancti.* [Græce.] Græcè, *ἅγιοι*, *sine terra*.

[Psal. 118.] De pedibus iustorum loquens Propheta in Psalmo ait: *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Ierusalem.* Quæ forma dicendi hæc? Pedes in pedibus stabant? Sic, dum iusti super articulos pedum eriguntur, id est, dum vix nullo affectu terram contingunt, *in atriis* iam sunt *Ierusalem*.

[Gen. 29. Ambros.] *Profectus ergo Iacob, venit in terram orientalem.* Ambros. transfert, *Eleuans Iacob pedes, abiit in terram Orientis.* & subdit: Separatus à peccatore Esaü (qui hanc terram diligebat) eleuari statim, ac cælo appropinquare cœpit.

[Sen. l. 1. nat. qq. in Præf.] Seneca: O quàm contempta res est homo, nisi supra humana se erexerit! Tunc quidem iuuat inter sydera ipsa vagantem, diuitum pauimenta ridere, & totam cum auro suo terram: non illud tantùm dico, quod egessit, & signandum monetæ dedit; sed & illud, quod in occulto seruat posterorum auaritiæ. Nec potest antè contemnere porticus, & lacunaria ebore fulgentia, & tonsiles syluas, & derivata in domos flumina, quàm totum circumeat, & terrarum orbem supernè despiciens, angustum, & magna ex parte opertum mari, sibi ipse dicat: Hoc est punctum, quod inter tot gentes ferro, & igni diuiditur! O quàm ridiculi sunt mortalium termini! Punctum est illud, in quo nauigatis, in quo bellatis, in quo disponitis regna. Sursum ingentia spatia sunt, in quorum possessionem animus admittitur: at ita, si minimum secum ex corpore tulit; si sordidum omne detersit; & expeditus, leuisque, ac contentus modico, emicuit.

[Psal. 8.] Terrena calcanda sunt. Psal. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Cælum super caput est, sic sint cælestia: terra sub pedibus est, sic sint terrena. [Act. 4.] Act. 4. Primi illi Christiani afferebant pretia eorum, quæ vendebant, ad pedes Apostolorom. [Hieronym. epist. 8.] Hic pecuniæ locus, pedes, non caput. Ad pedes, ait Hieronymus epistola 8. vt ostenderent, pecunias esse calcandas. [Act. 3. Ambro.] Act. 3. *Argentum, & aurum non habeo.* subdit Ambrosius: sed nec requiro. [Clem. Alex. or. ad Gentil.] Clemens Alexandrinus orat. ad Gent. Ego calcare terram didici, non adorare. Et alibi: Sapiens mundi bona non diligit, ne humi remaneat. [Tertul. in Apolog.] Tertul. in Apol. Terram suspenso pede tenemus.

[Gen. 49.] Morti proximus Patriarcha Iacob pedes suos collegit super lectulum, & obiit, sese colligens, ait [D. Ambros.] Ambrosius, præsentibus se rebus subduxit: quod quia egit in vita, facilè & egit in morte.

[D. Hieron.] D. Hieronymus ad illa verba Micheæ 2. *Surge, & ambula: quia non est tibi hic requies.* Iubemur, inquit, in nullis mundi rebus putare nobis requiem, sed ad sublime tendere.

Habentes alimenta (non blandimenta,) *& quibus tegamur,* (& non quibus ornemur,) *his* (præcise) *contenti simus.* [1. Tim. 6.] 1. Tim. 6. *Est quæstus magnus, pietas cum sufficientia.* [Alij.] Alij: *Quæstus magnus, pietas cum animo sua sorte contento.*

[Iob. 1.] Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. O felicem! sed, ô feliciorem, qui non expectat, vt ignis, ventus, aut Dæmon bona auferat; sed præuenit, & pro Deo se ipsum exuit! &c.

[Amos 2.] ¶ Is vnus fuit D. Franciscus, qui *Fortis inter fortes*

nudus

nudus aufugit (ad Episcopum) ante quem verè di- A
Iob 1. cere poterat : *Nudus egressus sum de vtero matris mea, & nudus reuertar illuc.* æstuabat,nimirum , calore,charitate flagrabat,ob id indomenta proiicie-
1.Reg.18. bat. *Diligebat Ionathas Dauid , quasi animam suam: nam expoliauit se tunica , qua erat indutus , & dedit eam Dauid , & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium,& arcum suum,& vsque ad baltheum.*

Denudatus miles cum nudo hoste pugnaturus,
Iob 1. vbi Iob rebus se omnibus spoliatum intellexit, *surrexit , & scidit vestimenta sua , & tonso capite,*
Origen. Gregor. &c. Origenes , & Gregorius scissionem, abiectionémque vestium eorum inquiunt esse propriam, qui prælium sunt inituri : nudi cum nudis luctari
Nilus. debemus. Sic Gregorius. Et Nilus : Non nisi nú- B dos in stadium lex certaminis deducit. Hoc,nimirum,sibi voluit Franciscus , vestimenta abiecit, vt nudus cum nudo hoste congrederetur, néve haberet , vnde teneretur. Quis similis tui in fortibus, Domine ? Franciscus,contra quem Lucifer ter deuictus, vt ait Bernardinus Senensis,sexaginta millia Dæmonum armauit.

Iudic.7. In libris Iudicum iussit Deus Gedeoni,vt exercitum contra Madianitas compararet , cúmque signa iam esset cum hoste collaturus,præconis voce,Gedeon præcepit,vt vnusquisque audiret : *Qui formidolosus , ac timidus est , reuertatur.* Delectus dein factus est eorum, qui non flexis genibus, sed manu solùm aquam attigerunt : hísque delectis C præcedens Gedeon , inclamauit : *Quod me facere videritis hoc facite.* Sic,sic Franciscus, paucis delectis , qui terrenorum bonorum aquam vix digitó
Hebr. attingebant , formidolosis reiectis,contra Madian Inferni signa contulit præcedens ipse. Verè contra *Madian*,quod interpretatur *iniquitas*,armatus est: nam præcipuè contra diuitias,& auaritiam pugnauit.Et huc facit tonsio capitis Iob;ne vllam , scilicet,ad eum capiendum,aut detinendum,ansam aduersarius haberet.

Scidit vestimenta sua, & tonso capite. Expoliatus fuit Iob rebus omnibus. Supererat,qua erat indutus, vestis ;hac etiam sese exuit:quasi diceret : Nihil volo, exteriora omnia abiicio,de anathemate D nihil penitùs concupisco. Tollite hanc vestem, prædones,(sunt verba Origenis,(etiam hanc proiicio vobis ; nihil apud me remaneat ex his , quæ in potestate nequitiæ vestræ data sunt.

Theod. Cyril. *Et tonso capite.* Aiunt Theod. & Cyrillus , non insolitum capillorum sacrificium.Dici potest , Iobum de his,quæ sibi supererant ,spontaneam Deo oblationem fecisse.O quàm benè Franciscus,& exteriora omnia corporis indumenta, terrena, scilicet , & cogitationes omnes terrenorum sacrifica-
Cant.5. Alij. uit ! *Talis est dilectus meus , & ipse est amicus meus.* Alij:*Et ipse est cogitatio mea.*Francisci vox.

Et tonso capite,insultat,scilicet,aduersario,quòd maiorem sibi dolorem , aut detrimentum non in- E tulisset,quàm si capillos prolixiores,rem,videlicet, superfluam , sensúque carentem totondisset. Ita Franciscus ne hilum quidem perdidisse putaba ex amissione omnium bonorum.

Et tonso capite. Morituri hominis comam iam olim abscindebant:sic pompam capillorum, & capitis honorem mori iam proximi deponebant,ne illo habitu morerentur.Erat hoc Iob,se mori profiteri tum cupidum, tum paratum : quasi diceret,
Phil.1. *Mihi viuere Christus est , & mori lucrum.* Hoc est libentissimè morior. *Et tonso capite* , Franciscus se
Galat.6. mortuum mundo fatebantur. *Mihi mundus crucifixus est. Viuo ego iam non ego*, &c.

Speranza Scriptura selecta.

A *Et tonso capite corruens in terram adorauit , &* Iob 1. *dixit:Nudus egressus sum de vtero matris mea, & nudus reuertar illuc!* Fuit hæc Iob animi constantia,& par pari referre mundo , eidem valedicere , penitúsque renunciare : quasi diceret : Nihil est , quod erga mundum me gratum , aut alicuius beneficij accepti memorem exhibeam:nihil ex hoc mundo mecum aufero, nihil illi acceptum referam:nudus in hunc mundum veni,nudus abibo.

Gloriabatur Iob in sua nuditate. Heu!quantùm laborant homines in comparandis tegumentis: Ego *Nudus egressus sum de vtero matris mea,& nudus reuertar illuc.* Scio non solùm abundare , scio esurire,& penuriam pati in omnibus,& vbique in-
B stitutus sum:didici,in quibus sum sufficiens esse: nudus viuam ; nudus, quod viæ , & vitæ reliquum est,conficiam,nudus reuertar, cantabo vacuus coram latrone viator.Seneca : Nudum latrò trans- Senec. ep.4. ad Lucil. mittit:etiam in obsessa via pauperi pax est.

Nudus egressus sum , & nudus,&c.particula , *Et*, hoc loco, vt alibi sæpè,illationis vim habet:quasi dicat:*Nudus egressus sum.* ergo *nudus reuertar.* Anticipare,nimirum , volebat extremam illam nuditatem, qua hinc omnes abire cogimur : necesse est enim, vt nudus ex hac vita discedam , quoniam in hanc nudus veni.Id, quod dixit Apostolus : *Nihil* 1.Tim. 6. *intulimus in hunc mundum,haud dubium , quia neque auferre quid possumus.*

C Hos affectus omnes Franciscus habuit;reddere, scilicet, voluit par pari mundo;eidem renunciare, ac penitùs valedicere.Gloriabatur,ac lætabatur in sua nuditate : Nihil facio nundinationem quæstuosam , mercaturam,hæreditatem , &c. Securus vel inter latrones , &c. Qui nihil habet , nihil timet , &c. Anticipare volebat necessariam nuditatem.*Dominus dedit,Dominus abstulit , sicut Domino placuit , ita factum est : sit nomen Domini benedictum:* Maior in posterum facultas erit dicendi:*Pater noster,qui es in Cælis*,&c.

Verè cum Iob conferendus , aut ipsi præferendus:non enim vnquam in duplum ditatus ; sed quotidie magis depauperatus Franciscus mortuus
D est. *Ego autem mendicus sum , & pauper : Dominus* Psal.36. *sollicitus est mei* Alij : *Dominus sollicitè quærit pro* Alij. *me*. Alij. *Dominus assignabit mihi.* Alij : *Cogitauit mihi.*Chald.*Cogitauit mihi bonum.*Kimhus : *Æstimauit me.* Chald. Kimhus.

Miræ lectiones,quæ omnes quadrant Francisco: *Dominus sollicitè quærit pro me.*quasi dicat:Ostiatim ipsemet quærit : nihil cogitandum mihi ; quin & assignabit mihi,meisque fratribus, nobis nec cogitantibus superiorem,& locum.Quid plura?Absque eo,quòd ego cogitem , iam ipse *Cogitauit mihi,& cogitauit mihi bonum.* Denique quasi in me glorietur & *æstimauit me.*aut tantam mei curam gerit, vt me æstimare videatur.

E *Excoxi te in camino paupertatis.* O quàm id pro- Isa.48. priè dicit Deus Francisco : *Excoxi te* , purgaui te in camino paupertatis;vt aurum igne purgatur ab omni impuritate , quam ex visceribus terræ contraxit;sic Franciscus in grisolo (vt hoc vocabulo vtar)paupertatis adeò purus ab omni terrena scoria exiuit,vt hieroglyphicum paupertatis extitat. *Excoxi te in camino paupertatis : propter me , propter me faciam , vt non blasphemer.* Blasphematur Deus ab auaris,qui adorant idola : terra auaris repleta est,elegi te pauperrimum , vt restituas mihi gloriam. *Propter me faciam , vt non blasphemer , & gloriam meam alteri non dabo.*

Væ seculo auaro,si non esset Franciscus.*Ecce ego*

Apoc. 7. D. Bonau. in prolog vitæ S. Francisci. Lyran. in hunc locum Apoc.

A *Ioann.: Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei vini.* D. Bonauentura: indubitabili fide (hoc est, firmissime) credendum est, quòd loquatur de D. Francisco. Ad quid missus hic Angelus? Vt à gladio diuinæ iustitiæ terram protegeret. *Nolite*, inquit, *nocere terræ*, &c. Heu! omnis terra infectaerat auaritia Sed *nolite nocere, quousque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* Quousque, scilicet, eligamus aliquos, qui palam perfectam, ac euangelicam profiteantur paupertatem.

Num. 18.

Hi sunt, qui miserunt nuncios ad Sehon Regem Amorrhæorum, dicentes: *Obsecramus, vt transire nobis liceat per terram tuam: non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas ex puteis* B (tuarum voluptatum:) *via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos*, &c.

Luc. 12. Syriac.

Nolite solliciti esse anima vestra, &c. *& nolite in sublime tolli.* Syriacè: *Ne immoretur mens vestra in istis.* Quasi diceret: Ego ostiatim quæram pro vobis: id meæ curæ sit. *Mens vestra non immoretur in istis.*

Septuag.

Septuag. *Nolite volitare super vos.* quod vulgatus dixit: *Nolite in sublime tolli.* Sed nunquid ex paupertate superbia? Ex diuitiis nascitur superbia.

Caietan.

Caietanus propter vitæ huiùs perfectionem, etsi omnia obseruetis, *Nolite volitare super vos.* Ea, scilicet, est huius perfectionis præstantia, vt quodammodo inde oriri possit aliqualis superbiæ occasio.

Alij.

Alij, *Ne suspendamini ex sublimi*, intuentes, scilicet, sydera, Lunam, anni rationem, &c. sed diuinæ fidite C prouidentiæ: nolite vos hisce curis distrahi. Id etiam ex vi verbi Syriaci, *Nolite distrahi*, hoc est, vestris vos orationibus vacare: egomet ostiatim quæram pro vobis, vt vestri curam geram.

Matth. 10.

Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris; non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.

Chrysost.

Chrysost. Ipsos, inquit, ad vniuersi magisterium missurus, ad angelicam (ita dixerim) disciplinam ex humana vita traducit, ab omni cura rerum sæcularium liberos reddens.

Remig. in Cat. D. Thom.

Et Remigius in Cat. D. Thom. Redegit eos, inquit, ad primi hominis dignitatem, vt nulla re indigerent. Et hoc sibi Franciscus voluit.

Zach. 5.

Vt auari omnem sollicitudinem, omnem curam, artem, & ingenium reponunt in conquirendis diuitiis! *Hic est oculus eorum in vniuersa terra.* D Sic Franciscus omnem curam, artem, ingenium in vera paupertate conquirenda contulit, adeò vt verè dici possit *Pater pauperum*, aut *Princeps pauperum*, ad quem grauati ære alieno, afflictique plurimi conuenerunt.

Iob 29. 1. Reg.

Adeò pauper hic paupertatis amator, vt nihil prorsus, nisi conditionaliter reciperet; modò, scilicet, pauperiorem se aliquem non reperiret, vt sic pauperior eo esse posset, qui ad eum paupertatis gradum peruenit, vt non tam pauper, quàm ipsa paupertas dici potuerit. Sic aliquando dictum est ei: Benè veniat domina paupertas. in abstracto, scilicet, quòd non solùm esset pauper, sed ipsa paupertas. Pauper est, qui participat de paupertate: E paupertas est ipsa forma, & qualitas in se; vt essentialiter Deus non solùm iustus, sed ipsa est iustitia; non solùm bonus, sed ipsa bonitas, &c. Sic quodammodo Franciscus non solùm pauper, sed ipsa paupertas dici poterat.

Cap. 6. Regulæ ipsius.

Psal. 15. Chald. Felix Hieron.

Funes (quibus diuiduntur hæreditates) & qui nihil hîc mihi diuiserunt præter paupertatem: *ceciderunt mihi in præclaris.* Chaldaicè: *Sortes ceciderunt mihi in dulcedine.* Felix: *In iucundis, & amœnis.* D. Hieronymus: *In pulcherrimis.* Paupertas enim erat tota Francisci iucunditas, ac deliciæ, vn-A de dominam, & sponsam paupertatem vocabat. *In amœnis, in pulcherrimis, in dulcedine.* quasi diceret: Funes, quibus ligatus sum, nihil hîc mihi pro hæreditate diuiserunt, nisi parum duri panis, & aquæ; sed panis hic durus, vappa illa emendicata, aut aqua, sunt mihi *in dulcedine, in iucundis, & amœnis*, *Dominus petra mea, & robur meum.* Sept. *Dominus munitio mea.* Paguin. *Dominus arx mea.* quasi dicat: Securus in sua prouidentia conquiescere possum, ipse me nutriet. *Dominus munitio mea, arx mea*, frumento plena ad multos annos. Ambrosius: Qui mundum non possidet, hîc totum possidet Saluatorem.

2. Reg. 22. Septuag. Paguin. Ambros. serm. 5.

B *Pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent.* Funes itaque *ceciderunt mihi in præclaris*, quòd nihil habendo habeam: id quod subdit: *Etenim hæreditas mea præclara est mihi.* quasi dicat: Nihil hîc cupio, nihil curo, hæreditas mea in Cælis est. *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum*; hunc, scilicet, quo intelligam, nihil hîc diligendum, nihil quærendum. *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli, & terræ*, (ô verbum *Pater cæli, & terræ*, qui timeat?) *quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*, minoribus meis. *Ita, Pater, quoniam sic placitum fuit ante te.*

Isa. 14.

Vbi notandum, iuxta Felicem, prædicto psalmo titulum esse, *Dati æternitatem, & effundenti sanguinem*, C pro eo, quòd alij transferunt, *Victori*, aut iuxta alios *In finem*, quasi diceret Franciscus: Promittitur mihi æternitas, & transitoria diligam qui redemptus sum Christi Sanguine, aurum sectabor? A Christo redempti sumus, inquit Chrysostomus, & auro seruimus?

Alij. Chrys. hom. 75. ad pop.

Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israël. Iam dixerat ad Aaron: *In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos.* Nunc dicit: *Ego pars*, &c. quasi diceret: Non implicemini vos culturæ agrorum, & vinearum, totos vos mihi, meisque ministeriis impendite. Ambrosius: Cui Deus portio est, nihil debet curare, nisi Deum: ego pars, ego arua, vineta, oliueta, segetes, vuæ, oliuæ; ego absque vomere, & aratro, absque vllo labore, & cura vestra reddam vobis, quæ necessaria sunt: D ego ero vobis ager simul, & fructus: mihi fidite, in me solùm spes omnes vestras defigite. *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.* quasi diceret: Si Pater hæreditatem abstulit, Deus aliam restituet. *Dominus pars hæreditatis meæ.* Deus est mihi omne bonum: Deus meus, & omnia: præter Deum nihil requiro. Hanc hæreditatem, quæ tu es ipse, Domine, ait Augustinus, nemo mihi auferet: hîc eam per gratiam, in Cælo spero habere per gloriam. *Ego pars, ego*, à quo authore bona cuncta procedunt. Vni ergo mihi vacate, & nihil vobis deerit: quin multò plùs vobis, quàm fratribus vestris retribuã.

Num. 18. Ambros. l. de fuga sæculi, cap. 2. Psal. 15. D. August.

Sic dum quondam hyberno tempore, vt moris E erat, benè contectus, ac indutus Francisci germanus incederet, mandauit cuidam, vt à fratre suo, quem nudum cernens, trementem quoque credebat, suo nomine flagitaret, vt caloris stillam, si qua illi superesset, pretio venderet. Cui Franciscus: Iam vendidi, inquit; sed Christo meo. Cuius amore taliter æstuabat, vt mox algentem illum complexus, nedum fouerit, sed inflammauerit. *Surge, Aquilo; & veni, Auster.* Hic, hic eum taliter inflammauit, vt suis eum radiis penitùs denudauerit. O quàm meliùs carnali suo fratre contectus! frigebat, tremebat ille, & putabat tremere Franciscum.

Cant. 4.

Sic

Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives. Vbi Theophylactus: Pauper voluntarius, diues in Deum est, qui & dicere potest: Promptuarium meum Deus est, aperiam, & tollam necessaria, &c. Domus mea vestiaria, Deus est: gazophylacium meum, Deus est: cella venaria Deus est. Aperiam, & tollam necessaria. *Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis*, &c. Hebr. *Elegi abiectus esse ad limen Dei mei*, &c. potiùs ianitor in domo Dei, quàm primus in aula Regum, &c.

Psal. 83. Hebr.

Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini. Sept. *Quoniam non cognoui negotiationem.* Symmac. *Quoniam non cognoui dinumerare, aut non noui numeros, introibo in potentias Domini.* Hoc est, facilè me sublevabo, & in Dei contemplationem ascendam, quoniam nundinationem, & mercaturam contempsi.

Psal. 70. Sept. Symmac.

Solue calceamenta de pedibus tuis. Quid? inter spinas, vt soluat calceamenta? Sic. Non benè ambulabat inter diuitiarum spinas, nisi pes per affectum liberum discalceatus: quò etenim magis discalceatus, minùs pungitur; quò plus calceatus, plus pungitur.

Exod. 3.

Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem! etsi lutulenti hyberno tempore, etsi super niuem, niue candidiores per affectum liberum. Alij. *Sicut hora in monte.* Tales sunt Prædicatores à terrenis euulsi: horologium in monte, quod cùm omnibus pareat, omnibus rectam, ac pet ordinem vitæ rationem demonstrat.

Rom. 10. Alij. Isai. 52.

Eadem est laus in Canticis: *Quàm pulchri sunt gressus tui calceamentis, filia Principis!* vel Heb. *Filia liberalis*, hoc est, generosi, magnique animi, quasi diceret: O quàm pulchrè incedis, anima, dum vix summis digitis terram contingis; quàm magni, excelsique animi, hæc te cuncta spernentis ostendis!

Cant. 7.

O verè animum à terrenis euulsum! *Et erit pro zona funiculus. Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam* (veste cinera.) Quid miramini fauores? *Circundedit me lanceis suis* (amoris:) *concidit me vulnere super vulnus. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me* (Seraphini.) Christo vulnera impressit furor, ac odium: at Francisco amor, & dilectio. Si dicere licet, nobiliora vulnera fecit amor.

Isa. 3. Iob 16. Zach. 13.

De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Stigmata, ait hæc verba D. Thomas, sunt quædam notæ alicui impressæ cum ferro candenti: sicut, cùm seruus ab aliquo domino signatur in facie, vt nullus eum sibi vindicet; sed dimittat eum domino suo, cuius stigmata portat: & ideò Apostolus dicit, se stigmata Domini portare: quasi insignitus sit seruus Christi, quia portabat insignia passionis Christi, dum pro eo multa patiebatur: & ideò ait: *Nemo mihi molestus sit*, nullus me rapere sibi curet: nam ego porto insignia Domini mei Iesu Christi in corpore meo, & sic nemo super me ius habet, nisi Christus. Hæc D. Thom. Quæ omnia quadrant Francisco.

Gal. 6. D. Thom. ib.

Hunc Pater signauit, aut Græcè, *hunc Pater sigillauit*, (& hunc filius.) *Tu signaculum similitudinis.* Vatabl. *Tu instar monetæ figuratæ.* O quàm id benè de te, qui in eius locum suffultus es, cui hoc dictum fuerat!

Ioan. 6. Ezech. 28. Vatab.

Multifariam, multisque modis olim Deus, &c. Græcè, *Mutans se in varias formas*, nunc peregrini, nunc olitoris, nunc Seraphini, vt signet seruum

Hebr. Græcè.

A suum signis redemptionis nostræ. O fauores! *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos.* O quàm talis Franciscus ex Bonauentura! &c. Isai. 66.

Pauperculus, & pauperrimus, qui nihil omninò hîc sibi, suisque voluit: transitum solum poposcit: immorari hîc nunquam voluit. *Liceat nobis transire per terram tuam, ô Edom terrenus.* Vbi Philo, vt assolet allegoricè: Fertur de quodam ex veteribus Philosophis, cùm spectasset pompam sumptuosissimam, ad familiares suos conuersum dixisse: Videte, amici, quàm multis rebus opus non habeo. Compendiò de re maxima, veréque cælesti gloriatus. Verùm apud Moysem non vnius tantùm viri hæc est gloriatio; sed totius gentis populo-

Num. 20. Hebr. Philo.

B sissimæ: *Celeriter transibo*, inquit, *per terram tuam.* O promissionem magnificam, & quæ solis viris Israëlitis debeatur! solent enim cæteri homines non celeriter transire, sed aberrare in via, aut immorari in via.

Hinc D. Leo: Beata mens, quæ peregrinationis suæ tempore casta sobrietate transcurrit, & in iis, per quæ necesse est eam ambulare, non remanet, hospita magis, quàm domina terrenorum. Et D. Gregorius: Hoc, ait, esse speciale electorum solet, quòd sic scium præsentis vitæ iter carpere, vt nouerint, se iam ad alta peruenisse, quatenus cuncta, quæ prætersluunt, sub se esse videant; atque omne, quod in hoc mundo eminet, amore æternitatis calcent: & ita terrena ad hoc solùm inseruiunt,

D. Leo serm. 11. de Quad. D. Greg. 22. Moral. 19.

C vt ambulent, donec ad patriam perueniant. De his alter Gregorius: Quid opus est iis inferna terra, quorum vita spe suspensa est?

Nicæn. l. de beat.

Describunt omnes Institutum Francisci, in quo non vnius tantùm viri hæc est gloriatio; sed totius suæ gentis populosissimæ fœtu nouæ prolis multiplicatæ. O verè abdicatum Virum ab hisce rebus, qui ex diametro auariti cuius possit opponi! Hanc graphicè describit Basilius: Quemadmodum, inquit, qui præ insania mente moti sont, res non vident; sed ex affectione imaginantur: sic anima amore pecuniæ occupata, omnia aurum, omnia argentum videt. Optas, ô auare, omnia ad auri naturam transmutare: quid enim non propter aurum machinatis? Frumentum tibi au-

D. Basil. hom. 6. ex variis.

D rum sit, vinum in aurum congelatur, lanæ in aurum mutantur, &c. Hoc est ingenium auari. Franciscus quicquid cogitabat, erat abdicatio, perfectaque expoliatio ab hisce rebus: sic noluit habere frumentum, quod aurum fieret: noluit recondere vinum, quod in aurum congelaretur: nec propriam voluit habere lanam, quæ in aurum mutari posset: vt semper posset dicere: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Imitatus certè & Eliam, de quo pulchrè Hieron. in epist. ad Iulianum: Elias ad cælorum regna festinans (in curru igneo vt Franciscus) non potest

Hieron. ep. 34. ad Iul.

E hîc cum pallio, sed mundi in mundo vestimenta dimittit.

Sed alia iam similium à terrenis abdicatorum exempla subiiciamus: Abraham Ægyptius pergrandem, iam defessis ætate parentibus, hæreditatem mox aditurus, non solùm non expectauit; sed, vt erat nudus, aufugiens, in solitudine sibi cellam constituit. Illis verò defunctis, cùm ad capiendum tantarum opum patrimonium vocaretur tanti illud fecit, vt ne luco quidem efferret pedem: sed per procuratorem ita egit, vt ne quid sibi reliquum omninò foret, quod protinus mendicantium turbæ, viduisque, ac pupillis

Metal. 1 c. 1.

non diuideretur. Sic nudus nudum Christum secutus est.

In Vit. Pat. P. 2. § 63.

In Vitis Patrum: Quidam iuuenis volebat renunciare mundo, & frequenter egressum reuocabant eum cogitationes inuoluentes eum in variis negotiis: erat enim diues. Vna ergo die egressum eum Dæmones circundederunt, & multum puluerem ante eum excitauerunt. Ille verò confestim expolians se, & iactans vestimenta sua, encurrit nudus ad Monasterium. Declarauit autem Deus vni seni, dicens: Surge, & suscipe athletam meum. Exurgens ergo senex, obuiauit illi nudo: & cognoscens causam, admiratus est, & dedit illi habitum monachalem. Quando autem veniebant aliqui Fratres ad ipsum senem, perquirere eum de conditionibus variis, respondebat eis; de renunciatione autem sciscitantibus, dicebat: Hunc requirite fratrem: quia ego ad renunciationem ipsius nondum perueni. Vt contra Diabolum properans, vestimenta abiecit, ne succumberet? Vt, vt iniectum puluerem excuteret, mundana vestimenta proiecit?

Guillel. in vit. S. Bern. l. 1. c. 3.

Cùm Bernardus Claræuallensis, vt Christum nudum sequeretur, & iam pater fratrum suorum cum fratribus filiis suis spiritualibus, quos verbo vitæ Christo genuerat, de domo paterna egrederetur; videns Guido primogenitus Niuardum natu minimum inter æquales in foro ludentem: Eia, inquit, Frater Niuarde, ad te solum respicit omnis terra possessionis nostræ. Ad quod puer non pueriliter motus: Vobis ergo, inquit, Cælum, mihi terra? Non ex æquo diuisio hæc facta est. Quo dicto, abeuntibus illis, modico pòst euoluto tempore, fratres secutus, nec à patre, nec à propinquis, seu amicis potuit retineri.

Damasc. in Vita.

Sed ne à priuatis solùm substantiis, ac patrimoniis abdicatorum exempla recenseamus: Iosaphat, Indiæ Rex, Auenir Regis filius, vti refert Damascenus in Vita Barlaam Eremitæ, salubri persuasu Christi fidem amplexus, postquàm omnes, qui suæ ditionis erant, Baptismi gratiâ renouandos curasset, coædificatis iam vicatim Ecclesiis, deposuit regnum: nihilque secum ferens, nisi mundanæ gloriæ contemptorem animum in solitudinem secessit. Cùm enim in vrbibus adhuc sine honore esse non posset, ab hominum frequentia procul se habendum, decreuit: iunctúsque ipsi Barlaam, vitam traduxit in eremo, quæ dicitur terræ Senair. Itaque, quem vrbis instar regia vix capere poterat, angustum informis speluncæ tenuit habitaculum: & qui tot populis, tótque gentibus imperitauerat, ab omni mundi gloria euulsus, vnius homunculi præceptis obediuit.

Marul. l. 1. c. 1.

Cùm Iudaëllus, Britanniæ Rex, monasticam vitam ducere decreuisset, Iudoco fratri regnum tradere voluit. Ille itidem ad eandem rem, rerum omnium mundanarum abdicationem aspirans, ne quod vltrò offerebatur, vel inuitus suscipere aliquando cogeretur, clam inde profugit, atque ad ripam Alzei fluminis in agro Pontinij, constructo paruo, humilique tugurio, solitarius habitauit. I nunc, vana, ac stulta hominum cupiditas, per cædes & parricidia, ad quærenda tibi regna, ac imperia, quæ sanctissimi viri tam vili habuerunt!

Ioan. Diac. l. 2. Vit. Greg. in fino.

Sed mira sanctissimi Gregorij animi euulsio, puncto iam punctum faciat. Tempore Gregorij fuit quidam vir magnæ virtutis Eremita, qui omnia propter Deum reliquerat, & nihil nisi vnam cattam possidebat, quam blandiens sæpè quasi cohabitatricem in suo gremio confouebat. Orauit igitur Deum, vt sibi dignaretur ostendere, cum quo futuræ remunerationis mansionem speraret, qui illius amore nihil ex sæculi diuitiis possideret. Quadam igitur nocte sibi reuelatur, vt cum Gregorio Romano Pontifice mansionem sibi sperare deberet. At ille fortiter ingemiscens, parùm sibi voluntariam paupertatem profuisse putabat, si cum eo remunerationem acciperet, qui tantis mundialibus diuitiis abundaret. Cùm ergo Gregorij diuitias suæ paupertati die, noctúque suspirando conferret, alia nocte audiuit Dominum, dicentem sibi: Cùm diuitem, non possessio diuitiarum, sed cupido faciat, cur audes tuam paupertatem Gregorij diuitiis comparare, qui magis illam cattam, quam habes, quotidie palpando diligere comprobatis, quàm ille tantas diuitias, quas non amando, sed contemnendo, & cunctis liberaliter largiendo, dispergit? Itaque solitarius Deo gratias retulit, & qui meritum suum decreuisse putauerat, si Gregorio conferretur; orare cœpit, vt cum eo mansionem quandoque percipere mereretur.

DE



DE ELEEMOSYNA, COMITE ORATIONIS.

Act. 10. Tob. 12. EVVLSI affectus effectus est, ipsa terrenorum largitio, & communicatio, quæ per eleemosynam fit: hæc semper orationis comes indissolubilis extitit. *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Domini. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis, quam thesauros recondere*, &c.
Ioan. 5. Hinc probatica illa piscina, circa quam languentium, ægrotantiúmque multus erat numerus, prope templum erat, vt per pauperes, ita dixerim, transiret, qui templum oraturus intrabat.
3. Reg. 6. Hinc ostium oraculi de lignis erat oliuarum, vt per misericordiam ad ipsum oraculum pateret ingressus. Sed iam perutilissimam dilatemus materiam.

De quinque præcipuis misericordiæ fructibus.

PVNCTVM LXXIX.

Psal. 111. Alij. Hieron. QVinque complectitur fructus eleemosynæ eodem loco Propheta Regius: *Iucundus homo, qui miseretur, & commodat.* Alij: *Felix homo, qui miseretur, & commodat.* D. Hieron. *Bonus vir, & fœnerans.* O vsuram bonam eius, qui miseretur
August. pauperis, qui pro affectu subuenit indigenti: *Suauis vir*, legit August. *Qui miseretur, & commodat*, non enim eum euomet Deus ex ore suo, tanquàm insuauem, &c. hic erit in ore Dei, in corde Dei. O fiduciam! *Disponet sermones suos in iudicio.* En primus fructus: *Disponet sermones suos in iudicio.* Per hanc vocem, *sermones*, non solùm verba, sed etiam opera sæpiùs in Scripturis significantur (*Excepto*
Græc. *sermone Vriæ*, &c.) *Disponet*, Græc. *Dispensabit sermones suos.* Hoc est, res suas, sua negotia, recto, sanoque iudicio disponet, dispésabit, vt omnia agenda consideratè faciat. *In iudicio*, idem, ac cum iudi-
Genebr. ib. cio. Iudicium hîc, inquit Genebr. non denotat ius, iustitiam, æquitatem; sed vsum rectum facultatis
Euthym. ib. iudicandi, & prudentiam. Hoc, secundùm Euthym. vult sibi, *disponet sermones*, ex vi dictionis Hebr. & Græc. λόγος, quæ potiùs hîc rationem, ac negotium, quàm sermonem significat.
Camp. Sic Campen. in sua Paraphrasi: Felix vir, qui misericordiâ mouetur erga pauperes, & mutuò dat: dabit enim illi Dominus eam prudentiam, vt dispensare sciat reliqua, quæ tractanda illi erunt, cum iudicio. O quàm verum! nulli enim prudentiores, quàm eleemosynarij, qui sua negotia diuina prudentiâ disponunt, &c.

A Alius sensus: *Disponet sermones suos in iudicio*: vel cum iudicio. Hoc est, liberaliter quidem largietur de suis rebus, & opibus: idque vt magis liberaliter faciat, luxum fugiet, sibi, suísque voluptatibus aliquid detrahet, vt suas opes dispenset cum iudicio, adhibeátque in erogandis eleemosynis iudicium, ac prudentiam. D. Hieron. in Epitaphio Paulæ: Nulli, inquit, stipem rogantium denegabat: hoe enim se dicebat habere voti, vt mendicans ipsa moreretur; vt vnum nummum filiæ non dimitteret, & in funere suo aliena sindone inuolueretur. Sic autem singulis suam pecuniam diuidebat, vt singulis necessarium erat; non ad luxuriam, sed ad necessitatem. (Vt benè disponebat sermones in iudicio!) Nemo ab ea pauperum vacuus reuersus est; quod obtinebat, non diuitiarum magnitudine, sed prudentia dispensandi. *Non, vt aliis refrigerium, vobis autem tribulatio*, &c. Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere, qui cum terra, & sæculo transituri sunt; sed in viuis lapidibus, qui voluuntur super terram, de quibus in Apocal. Ioan. ciuitas magni Regis construitur; qnos in sapphirum, & smaragdum, & iaspidem, & cæteras gemmas esse vertendos Scriptura commemorat. D. Hier. ep. ad Eust. B Apoc. 21.

Eandem in erogandis eleemosynis prudentiam commendat D. Hieron. in epist. ad Demetriadem, de seruanda virginitate. Alij, inquit, ædificent Ecclesias, vestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles aduehant, earúmque deaurent capita pretiosum ornamentum non sentientia; ebore, argentóque valuas, & gemmis aurata distinguant altaria; non reprehendo, non abnuo; vnusquisque in suo sensu abundet; meliúsque est hoc facere, quàm repositis opibus incubare: sed tibi aliud propositum est, Christum vestire in pauperibus; visitare in languentibus; pascere in esurientibus; suscipere in his, qui tecto indigent, & maximè in domesticis fidei; virginum alere monasteria; seruorum Dei, & pauperum spiritu habere curam, &c. D Hieron. C

Sed & alio sensu: *Disponet sermones suos in iudicio*. Euthym. Benè disponet defensiones suas in futuro iudicio, easque anteà summo cum examine, ac studio præparabit; non secùs, ac facere consueuit fidelis quis, ac sapiens administrator. *Disponet*, scilicet, *sermones suos*, rationes, negotia, res gestas ad Iudicium, ceo de singulis rationem redditurus; vel de verbis ipsis otiosis: hæcque omnia ita disponet, vt possit absque confusione de eisdem rationem reddere. *Disponet sermones suos.* Rab.
ordinatè loquetur, quo tempore aliorum ora erunt Abra.
confusione opilata, & omninò tacentia; is, qui miseretur, distinctè, ordinatè, non confusè ad
D

Iudicem suum loquetur, & confidenter conciliato sibi elemosynatum muneribus superni Iudicis fauore loquetur.

Disponet sermones suos iudicio. Facta ipsa sermones sunt, inquit August. quibus in iudicio defendetur, quod ei non erit sine misericordia: quia & ipse fecit misericordiam. Sic & reliqua ad futurum Iudicium referr August. *In memoria æterna erit iustus.* quia ad dexteram segregatus audiet: *Venite, benedicti Patris mei: percipite regnum, quod vobis,* &c. *esuriui enim,* &c. Neque enim aliqua illic eorum, nisi opera misericordiæ commemorantur. Audient ergo: *Venite, benedicti.* vnde ab auditione mala non timebit. Quod dicit, audient ij, qui à sinistris erunt: *Ite in ignem æternum*, &c. misericordes ergo ab auditione mala non timebunt. Quinimò, vt dixerat, in æternum non commouebuntur: paratum erit cor eorum sperare in Domino: confirmatum erit cor eorum: non commouebuntur, donec despiciant inimicos suos. Erunt, scilicet, tunc temporis inconcussi, immobiles spe auxilij diuini: quo tempore montes commouebuntur, ab auditione mala non timebunt: nihil sibi ipsis conscij erunt, cur ergo timebunt? Etsi Dominus est, qui iudicaturus est; gladium tamen portabit, non vt sit timori boni operis, sed mali: fiducia multa erit cor eorum sperans in Domino, fructus est eleemosynæ. *Fiducia magna apud Altissimum omnibus facientibus eam, quæ & ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.*

Iudicium sine misericordia illis, qui non faciunt misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicium. Syriac. *Exaltati estis per misericordias super iudicium.* Hoc est, per misericordiæ opera extra condemnationem facti estis, securi estis. *Exaltati estis per misericordias super iudicium.*

Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua; sed opere, & veritate. In hoc cognoscimus, quòd ex veritate sumus, & in conspectu eius suadebimus corda nostra. difficillima verba. Quid sibi vult, *Et in conspectu eius*, &c? Vatabl. sic explicat: Suadebimus, ac placabimus animas nostras in die Iudicij: quando omnia commota, & perturba erunt ex memoria operum charitatis erga proximos. Quid enim tunc temporis recordatus fuerit, pauperibus in necessitatibus opem tulisse; cor, & animum sedatum, ac tranquillum habet. Græc. *Persuasissimam reddemus, & confidentem conscientiam nostram coram Deo.* vt sit sensus: Si non verbo tantùm, & lingua; sed corde, & opere, fratres, ac proximos diligemus; confidentem, ac securam reddemus conscientiam nostram coram Deo, &c.

Esuriui, & dedistis mihi, &c. *Esuriui, & non*, &c. S. Leo serm. de collectis: Quasi nec alias virtutes dextri, nec alias offensiones sinistri, &c.

Puncta in Iudicio examinanda. Quàm ergo tunc temporis confidentes beneficij, &c.

Hinc primus misericordiæ fructus: carpamus nunc reliquos ex aliis eorundem verborum interpretationibus.

¶ Secundus. *In memoria æterna erit iustus.* Apud Deum, & homines erit in memoria beneficus, & eleemosynarius, qui ex Genebr. hic, vt alibi, vocabulo iusti censetur. Caiet. ex Hebr. *Sempiternæ memoriæ erit iustus.* Camp. *Iusti memoria in æternum durat.* Quid mirum, quandoquidem cum Domino res est, apud quem ne nummus cadit in obliuionem? *Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium, dicetur, quòd hæc fecit in memoriam meam*, ne dum hominum in memoriam; sed Dei, qui nunquam obliuiscitur, Immisericordes in memoria æterna non sunt: quia, quod agunt, sepeliūt in terra obliuionis. Psal. *In generatione vna deleatur nomen eius pro eo, quòd non est recordatus facere misericordiam.* S. August. Hîc videre bona voluerunt, & cùm ipsis inuisibilia promitterentur, dicebant: *Quis ostendit nobis bona?* Illi voluerunt videre bona hominum in terra morientium; nos credimus videre bona Domini in terra viuentium

¶ Tertius. *Ab auditione mala non timebit, à rumoribus malis, nuncio timorem incutiente.* Rei malæ, & aduersæ auditu non timebit, non terrebitur, constans animo erit in vtraque fortuna: Iob vt auditis nunciis imperterritus, constans! Vnde? Inter cætera, quia *Ab infantia creuit mecum miseratio:* hæc robur addit, vires auget. Vt non beneficus, immisericors ad primum rei alicuius aduersæ nuncium animo concidit! vt vilis apparet! eleemosynarius, vt magnanimus! *Ab auditione mala non timebit.* Non formidabit, inquit Euthym. licèt terribile, atque horrendum aliquid ei fuerit annunciatum. Nec dixit, quòd non audiet; sed, quòd non timebit: sicut suprà: *Quia in æternum non commouebitur.* Non dicit, quòd nullas sit passurus insidias; multæ enim tribulationes iustorum: sed, quod ab eis non commouebitur. Sic ait: Audiet certè mala; sed impertertita aure: omnia accipiet de manu Domini, paruifaciens hæc omnia terrena: deposuit enim anteà, eleemosynarum largitionibus, diuitias suas in loco tutissimo; vnde, etsi audiat, aliqua sibi ablata, non timet: inquit enim, alia in cælis habeo, quò fur non appropiat. Sic nullo alio rumore terretur, nec hostium, qui cùm corpus occidere possint, animam non possunt.

¶ Quartus: *Paratum cor eius sperare in Domino.* Stabile, atque inconcussum permanet cor eius in illa spe, quam habet in Domino. Vbi primùm aliquid mali intentari audit, fidei vmbone protectus, nihil timet: confirmatum est cor eius, suffultum à Deo. Hæc à Deo beneficis, & piis erit magnanimitas, constantia, &c.

¶ Quintus. *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius*, &c. Dispersit larga manu: signanter certè hoc verbo vtitur ad exprimendam liberalitatem: Felix, *Sumptuauit*, hoc est, profusè suas diuitias elargitus est. Sancta prodigalitas, qua non mimi, ac parasiti gaudent, sed pauperes Christi. *Dispersit, dedit pauperibus.* Caiet. *Sparsit, dedit pauperibus.* Profusa miseratione *sparsit*, res suas dedit mendicis, non histrionibus, & huiusmodi. D. August. *Sparsit, dedit pauperibus.* Non videbat, & emebat; sed ille thesaurum seruabat in Cælo, qui esurire, & sitire in pauperibus dignabatur in terra. Non mirum est igitur, si iustitia eius manet in sæculum sæculi, custode illo, qui custodit sæcula. *Dispersit, dedit pauperibus.* Euthym. Dispersionis vocabulo liberalitatem donantis expressit, quam etiam veluti semen, aut sationem quandam esse significauit: spargere enim solent, qui seminant, &c. Sed nihil huiusmodi satoribus deperit: etenim iustitia eius manet in sæculum sæculi.

In sæculum sæculi, periphrasis poëtica æternitatis, vt Genebr. ait, Iustitia. idem, quod eleemosyna, manet in sæculum sæculi: Filij huius sæculi accusant amentiæ spargentes res suas dando pauperibus. Bona amentia, sapiens amentia, inquit Propheta, qua dum quis spargit, colligit, plusque centies colligit, quàm spargit. Vbi insignis est obseruatio Caiet. in id, quod sequitur: *Cornu eius exaltabitur*

exaltabitur in gloria, siue *in honore*, vt ipse legit. Præmium, inquit, id est, profusi miserationis excellentissimum ex tribus: à potestate *cornu eius*; ab exaltatione, *exaltabitur*; à gloria, *in honore*; describit præmium in his tribus: quia ad hæc tria obseruanda, seu promouenda, acquirunt, retinent, augent homines huius sæculi diuitias; ad potestatem, scilicet, exaltationem, & honorem: vt per hæc intelligeremus, quòd spargentibus res suas pauperibus, cumulatiùs multò Deus hæc cuncta, quæ per diuitias haberi possunt, præstat: multò certè excellentiùs, *cornu eius*, (dignitas, prosperitas, robur, & potentia) *exaltabitur in honore*, quam non spargendo pauperibus exaltatum fuisset. Euth.
Euthym. per, *cornu*, honorem intelligit: est enim sermo metaphoricus: ac si diceret: Honor, & gloria eius magnificabitur apud Angelos Dei in gloria, vbi est veri honoris æstimatio. Valeant, qui suis vndequaque collectis diuitiis potentes fieri volunt; qui honores hic capiunt; qui exaltari desiderant; elargiantur opes, quibus id meliùs, feliciùs, beatiùs consequantur, &c. In hoc Psalm. in quo præcipuè agitur de misericordia, adnotandum est ex Caiet. primum verbum: *Beatus vir*, Hebr. esse: *Beatitudines viri timentis Dominum, in mandatis eius volent*
Hebr. *valdè*: hoc est, qui fide magna, & animo volenti instituit obseruantiæ præceptorum Dei, & consiliorum; non expectauit, scilicet, videre homines ante se enectos fame, quinimò sanctissima curiositate ostiatim quæsiuit inopem; huiusmodi sic miserantis non beatitudo, sic dixerim, sed beatitudines sunt, &c.

Quòd eleemosyna prodest in vita, in morte, & post mortem.

PVNCTVM LXXX.

Ioan. 6. IOannis 6. *Cum subleuasset oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde*, &c. *Dicit ei Andreas: Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos,*
Marc. 6. *& duos pisces*. Addit Marcus: *Ite, & videte* (optima diligentia Superioris, præsertim inopiæ tempore.) *Et cùm cognouissent, dicunt: Quinque, & duos pisces*. (nihil vlteriùs.) Mirum! hos panes accipit ex habentis manibus, & diuidit multitudini. Domine, tempore caritatis aufers ex famelici manibus, quod habet? Heu interibis fame! Nihil minùs, diceret Christus. Non intelligitis, quæ Dei sunt: tribuat misericorditer, & largiter, quod habet, sic sibi, aliísque proderit. Liberalitas nobis hoc miracu-
Cyrill. lib. 3. in Ioan. c. 15. lo commendatur, ait Cyrill. & quasi magna voce dicitur: Quantò plura dabis liberaliter, tantò tibi plura largiùs confluent.

3. Reg. 17. In magna illa annonæ penuria diuertit Elias ad pauperrimam viduam, &c. Exclamat illa: Heu miseram! necessitatem vnà cum filio patior extremam: pugillum farinæ habeo, ac parum olei, vt comedamus, & moriamur: *Eu tibi*, &c. Ne timeas (inquit Propheta.) *Hæc dicit Dominus: Farina de hydria tua non deficiet, nec lecythus olei minuetur*. Ad
Ambr. lib. 4. de Abrah. c. 5. de viduis. hoc verbum miratur Ambros. Ex quo cibo, perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum; & ne putaret, id ei promissum ab homine, præmisit dicens: *Hac dicit Dominus Deus Israel*, &c.
Prou. 28. Ielcot. & Lucas. ibid. *Qui dat pauperi* (Prouer. 28.) *non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam*; beneficus, & liberalis in pauperes non solùm non indigebit, sed larga Dei benedictione rerum abundantia potietur: at, qui pauperem deprecantem, opémque, & subsidium miserè implorantem despicit, oculúmque, & aurem ab illius intuitu, & clamoribus auertit, maledictionibus repleibitur, magnámque penuriam patietur. Sic Septuag. *Qui dat pau-*
Sept. *peri, nunquam indigebit: qui autem auertit oculum suum ab inope*, seu ab inimico, *in multa penuria erit*.

Non sit homo parcus in erogandis eleemosynis; sed largus, nec depauperari timeat, aut vereatur æs alienum contrahere: nam, si ob eleemosynas sese oppressum sub alieno ære sentiret, Deus eiusdem debita persolueret. 4. Reg. alia pauperri-
4. Reg. 4. ma vidua relicta per mortem mariti adeò ære alieno oppressa, vt creditores duos filios sibi vellent ad seruiendum vendicare; diuertit ad eam Eliseus, quem vt ad commiserationem adduceret, & ad opem ferendam inclinaret, sic allocuta est: *Seruus tuus, vir meus, mortuus est: & nosti, quia fuit timens Deum*. q. diceret: Nihil aliud dicam. Theod.
Theod. q. 24. ait, mulieris virum fuisse Abdiam illum, qui ad pascendum Prophetas tempore persecutionis Iezabel, magna contraxerat debita: nam centum apud
Nicol. de Lyra in hūc locum. se seruauit, & enutriuit, inquit Theod. in iisque alendis, & sustentandis, alieno ære oppressus debitor factus est: sed, quoniam propter Deum alieno ære se astrinxit, Deus ipse eius debita persoluit. Sed illud notandum, quòd non vino, &c. sed oleo, misericordiæ symbolo, hæc debita soluit, quia misericordia illa vocauit hanc misericordiam, vt illi debitam, vt eam Deus subleuaret ab inopia. Non timeamus ergo aliquid æris alieni contrahere propter Deum: quia Deus ipse præstò erit, ac subleuabit. Debita, quæ quis contrahit, vt seruiat vacet, carni, ludo, vanitatibus, fabricis, Deus non persoluit: quibus verò obstringitur, quia summè indigenti coniuluit, grauabitur Deus ipse.

Eleemosyna viri, quasi sacculus cum ipso, & gra-
Eccl. 17. *tiam hominis quasi pupillam conseruabit: & posteà resurget, & retribuet illis retributionem vnicuique in caput ipsorum, & conuertet in inferiores partes terræ*. O verba mente, animoque studiosius attendenda, quibus vel corda ferrea ad pietatem moueantur! Videtur quandoque deperditus, quod pauperibus datum est, eleemosyna videtur emortua, nullum apparet præmium, nulla Dei retributio, quinimò res domesticæ pessum ire videntur, impensæ non soluuntur, &c. sed ne timeatis: *Et posteà resurget*,
Alij. Alij, *Tandem verò exurgit, & suum singulis dat premium*. q. d. debita exoluit: quia eleemosyna pauperibus collata, seruata diligentissimè fuit in sacculis, qui non veterascunt, &c. Græc. vbi nos le-
Græc. gimus: *Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso*, est, *Eleemosyna viri ad instar sigilli cum ipso*. & sic
D. August. etiam legit S. August. Quæ custodire diligenter
Dan. 6. volumus ea sigillo obsignamus. Sic Darius ostium
Luc. 18. laci; sic Iudæi Christi sepulcrum sigillo obsignauerunt. Eleemosyna ergo dicitur esse apud Deum velut signaculum, seu sigillum: quo innuatur, Deū fidelem memoriam eiusdem conseruare: etsi enim non statim remuneret pietatis opera: tamen apud se custodit, non sinens ea effluere, & excidere memoriâ, vt illa suo tempore proferat, & remuneret:
Alij. *Et gratiam hominis*. vel, vt Alij transferunt: *Amorem hominis*, hoc est, eleemosynam ex amore profectam, quasi pupillam conseruabit; hoc est, & Deus, eorum quo est eleemosyna, tanquàm signaculum,

culum, eam apud se conseruabit, tanquàm pupillam, id est, diligentissimè, summo amore, &c. *Et postea resurget, & retribuet illis retributionem.* Vnde eleemosyna defunctorum comes à S. Ambros. meritò vocatur.

Sed quis enarret retributiones eleemosynarum? Innumeræ sunt in vita, in morte, & post mortem.

Isai. 58. In vita, Isai. *Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagósque induc in domum tuam. Cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris: tunc erumpet quasi manè lumen tuum, & anteibit faciem tuam iustitia tua.* Ibidem: *Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & requiem tibi dabit Dominus Deus semper, & implebit splendoribus animam tuam.* Benedictus Deus, quis hæc dignè enunciet? *Frange esurienti panem tuum. Tuum,* de illo pane agit, qui ad cibum tibi conceditur, hunc frange, etsi alium non habeas. Iob 31. Iob: *Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea.* Bolus ipse cum paupere erat illi communis, vel frustum panis proprijs è faucibus ereptum pauperi dabat. Nicetas. Nicet. Vel perexiguam panis particulam patiebatur egentibus. *Tunc erumpet quasi manè lumen tuum.* Hect. Pint. Hect. Pint. Tunc eris felix, & omnia tibi ad voluntatem fluent: lumen accipitur pro prosperitate, &c. *Orietur in tenebris lux tua,* hoc est, calamitates tuæ in gaudium conuertentur. *Implebit splendoribus animam tuam, & saturare faciet in siccitatibus animam tuam.* Pagnin. Vertit Pagnin. q. d. pereuntibus aliis siccitate, & inopia, te implebit Dominus, & saturabit, & ossa tua liberabit, id est, non solùm animam à malis interioribus; sed etiam corpus à malis exterioribus liberabit. *Et eris quasi hortus irriguus,* &c. Plura dici possunt de temporalibus beneficiis, quæ præstat eleemosyna: lætitia illa in tribulationibus, in infirmitatibus, &c. est retributio eleemosynæ. Nihil tibi vnquam deesse, est retributio eleemosynæ, &c.

Iob 29. Iob tot bonis cumulatum fuisse, vnde? *Benedictio perituri super me veniebat,* id est, periturus, cùm opitularer, benedicebat me, benedictiones precabatur. *Et cor viduæ consolatus sum.* Hebr. Hebr. *Exultare feci præ gaudio,* vel *cantare feci,* &c.

Auris audiens beatificabat me, eò quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non erat adiutor. O quot vociferantes à morte liberauit! ô quot pupillos! ô quot, quibus non erat adiutor, vt nunc! *Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* O quot pauperculas ex luxuriantium manibus eripuit! &c. O quàm id Psal. 81. Deo pergratum! Psalm. *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate,* &c. *Oculus fui cæco, & pes claudo.* Hebr. Hebr. *Oculi eram cæco, & pedes* Chrys. *claudo ego. Ego,* perpendit hoc Chrysost. Non dixit: Per seruos faciebam; verùm egomet, &c. *Oculi, pedes,* in plurali, vt integrum, perfectúmque auxilium miseris, & egentibus à se præstitum significaret. Sed, qui pedes solùm sunt pauperi, quem dum perfectè portare possunt, volunt, vt miserè ipse claudicet: *Oculi eram cæco, & pedes* Gregor. *claudi ego. Pater eram pauperum,* vbi Gregor. Non patronum se, vel proximum, vel adiutorem; sed patrem fuisse testatur: quia, nimirum, magno charitatis officio studium misericordiæ vertit in affectum naturæ.

Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & Septuag. *compatiebatur anima mea pauperi.* Septuag. *Gemui videns virum in necessitatibus.* Alij: *Contristabar.* Alij: *Vrebar.* Alij: *Lacerabar, discruciabar,* &c. *Pater* Alij. *eram pauperum.* Vox digna Principe, Superiore, Magistratu, Christiano, &c.

Quid mirum, quòd omnia in duplum, & in vita, restituerit illi Deus? En vt eleemosyna est vtilis in vita.

Sed & in vita, & in morte. Dauid in Psalm. Psal. 40. *Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem.* D. Hier. ex Hebr. S. Hieronym. *Beatus, qui cogitat de paupere.* Sunt aliqui, quibus infixa cordi de paupere est cogitatio, beati. Euthym. ex Græc. *Super egenum.* Euthym. ex Græco, *Super inopem,* id est, eum, qui ab antiquo, & priori statu decidit. O beatum eum, qui talium pudori compatitur, quique super eos cogitat, non expectans, vt petant. O felicem illum, præsertim hoc tempore, qui verissimè hanc beatitudinem consequi potest! *Super egenum, & pauperem.* Græc. Græcè. *Super valdè infirmum, ac miserum.* O quot hîc sunt! *Dominus conseruet eum; & viuificet eum.* Camp. Camp. *Dominus curam gerat illius.* Gere tu curam pauperis, Deus tui curam geret. *Et viuificet eum.* Alij: Alij. *Et vitam proroget.* Penuria, & pestis, vnico verbo Græco, λιμὸς, quia pestis penuriæ iuncta est; sed vitam prorogabit. Eleemosynariis tempore pestis, & famis, vitam prorogat Deus. Inquit Philo, Abraham ob charitatem in pauperes æternitatem, vt sic Phil. lib. de Cherub. dicam, vixisse: nam Angeli hospitio recepti seminis multiplicationem promiserunt, sicut stellas cæli, & sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest. *Pietas* enim *ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ,* &c. 1. Tim 4. *Et viuificet eum.* Hebr. Hebr. *Et restituet eum, cum decubuerit,* scilicet, ad sanitatem; quod sæpè facit: *Et beatum faciat eum in terra.* Camp. Camp. *Et diuitem in terra faciet.* Pondera (in terra) etiam in hac vita, & hoc sæculo. Sed tandem in infirmitate: *Dominus* Genebr. *opem ferat illi super lectum doloris eius.* Genebr. *Sustentet illum, quando in lecto dolebit, & ægrotabit.* S. Hieron. S. Hieron. *Dominus confortabit eum in lecto infirmitatis eius.* O sit Deus confortator meus, sic parum alio egebo confortatore! Chald. Chald. *Dominus appareat illi super lectum infirmitatis, eius.* O fauores! appareat, visitet eum sæpè, vt pauperes, & infirmos ipse visitauit sæpè. Ad hæc Pagn. Pagnin. *Dominus fulciat illũ,* quasi infirmatiũ. Adhuc ampliùs: *Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.* Camp. Camp. *Lectulũ illius totum angulis vndique ventilatis in ipso morbo versabis, Domine, vt mollius cubet.* O incredibilem penè dixerim; sed certè, veréque credibilem misericordiæ retributionem! Suis ipse Deus manibus lectum versat, quin vndique ventilet, vt molliùs cubet. Hinc illa patientia, hinc illa resignatio, &c. Quia suis Deus manibus lectum refecit. Vt par pari reddit! Vt pro eo, quod tu versasti infirmorum lectulos, tuum ipse suis manibus versat! Sed, si tandem moriendum sit. *In die mala* Theod. Theod. *In die vexationis liberabit eum Dominus.* Veniet, veniet dies mala, ait hîc August. velis, nolis, veniet: bona mors fructus est eleemosynæ. Isai. quo suprà: *Tunc erumpet quasi manè lumen tuum, & anteibit faciem tuam iustitia tua.* Eleemosynæ velut tædæ accensæ præeunt, &c. O miseros! qui in via horroris plenissima, hanc iustitiam non habent, quæ antecedat!

Tob. 4. *Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat,* (hoc est, à mala morte) *& non patietur animam ire in tenebras;* non patietur, vim faciet, obluctabitur, non sinet animam ire in tenebras. Ante fores gehennæ stat misericordia, inquit Augustinus; & neminem permittit in carcerem mitti. August l. 50. hom. hom. 30.

Stephanus,

Gregor. in Dial. l. 4. c. 36.

Stephanus, de quo Gregor. In Dial. medio iam ex corpore è ponte dilapsus, ab operibus carnis per coxaa miser trahebatur deorsum; sed ab operibus misericordiæ, quæ fecerat; & quæ pro eo tunc temporis luctabantur, trahebatur sursum, &c.

Quid, quòd eleemosyna quamprimùm extrahie à Purgatorio? Est locus præallegatus Eccl. *Eleemosyna viri, quasi sacculus cum ipso, &c. & conuertet in inferiores partes terræ*, hoc est, & Deus conuertet eleemosynam in mortuos, vt ad eos, scilicet, meritū eius perueniat, & à pœnis Purgatorij liberetur; penetrat itaque eleemosyna inferiores partes terræ, Purgatorium, vsque ad ostium Inferni, &c. (Eccl. 17.)

Tandem mortuum suscitandi causa, & effectua fuit. Tertio Reg. *Heu, Domine! etiamne filium viduæ, apud quam vtcunque sustentor, occidisti? Et tulit puerum, & attulit in cœnaculum super lectulum*, &c. Cur ibi non suscitauit? q. diceret: Per hanc hospitalitatem, per lectulum hunc, per eleemosynam hanc, suscitat illum Deus, &c. (3. Reg. 17.)

B

Chrysost. hom. 55. in Gen.

Chrysost. hom. 55. in Gen. Stabant viduæ circa Apostolum, & ostendebant ei vestea, quas faciebat illis Doreas, atque ad miserationem Apostolum prouocabant: qui genibus flexis orans dixit: *Tabitha, surge. Illa autem aperuit oculos suos, & viso Petro resedit, & accersitus sanctis viduis assignauit eam viuam*. Vidisti, quanta retributio beneficentiæ, etiam in præsenti vita! Vidisti pharmaci potentiā! Quid præbuit illa viduis? quantum illæ rei rependent? Vestes præbuit, & alimenta; sed illæ ad vitam baoc reduxerunt, & mortem fugere fecerunt.

C

O immisericordiam! E contra, omnibus bonis priuatur quia in vita, in morte, & post mortem.

1. Reg. 25. Primo Reg. cùm Dauid fugiens à facie Saül moraretur cum suis circa montem Carmelum, ob extremam famem quodam die decem ex suis militibus misit ad Nabal hominem valdè diuitem, vt in tanta necessitate, tum ipsi, tum suis opem ferret, quibus ne frustum quidem panis date voluit.

Ab hac sæuiria fluxerunt ei omnia mala: Deus enim taliter indignatus est, vt post decem dies percusserit illum, & mortuus fit: vt enim audiuit delata munera, dicit sacer Textus: *Et mortuum est cor eius intrinsecus: & factus est quasi lapis*. R. Salom. & R. Kimchi, quia, scilicet, ob tanta munera sibi videbatur depauperatus: sic, sic plerique sibi depauperati videntur, si quid pauperi conferatur. Sed, quid sibi vult, quòd post decem dies percussit illum Dominus? Tot diebus dicit Nicol. de Lyra, elanguit quasi mortuus, lapideusque superuixit, quot famelicos milites crudelissimè depulit. (Rab. Salom. & R. Kimch.) (Nic. de Lyr.)

D

O inhumanissimum in famelicos! erat ei conuiuium in domo eius: *Quasi conuiuium Regis*, &c. *Nabal secundum nomen suum stultus est, & cum eo est effluxio*, &c. Sed cum pauperibus tenacissimus, &c. Sed Deus dedit omnem substantiam eius cum vxore ipsi Dauid, cui nec panem dare voluit, &c. O quot hodie incedunt lapidei! &c. (Aquila.)

E

Vt obduruit, vt surdus factus est diues ille, in cuius domo quoridie erat similiter conuiuium, quasi conuiuium Regis, nec tot clamores Lazari mendicantis audiuit? Ad aperiendum cor eius, inquit Chrysol. totum corpus Lazari vlceribus cooperuit, vt tot essent ora clamātia, quot vlcera existentia, &c. nec tamen audire voluit. De quo Aug. Mementote, quid purpurato diuiti contigerit, qui non ideò damnatus est, quòd aliena tulerit, sed quòd egenti pauperi sua non tribuerit; & in Inferno positus ad petenda minima peruenit, quæ hic parua negauit. Idem ait Greg. Nonnulli, inquit, existimant, præcepta veteris Testamenti districtiora esse, quàm noui: sed nimium improuida consideratione fallnntur: in illo enim non tenacitas, sed rapina mulctatur; hic diues iste non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria non dedisse: hoc fuit, quod hunc in Infernum tradidit; quia in sua felicitate timidus non fuit; quia accepta dona ad vsum arrogantiæ inflexit; quia viscera pietatis ignorauit; quia peccata sua redimere, etiam cùm sibi abundaret pretium, noluit. (Luc. 16. Chrysol. ser. de diuit. & Laz. D. August. de confess. virtum.) (D. Gregor. in hunc locum.)

Idemmet S. Gregor. alibi: Diues epulo oculos aperuit, compulsus in damnatione cognoscere, quod perdidit, quando Lazarum non agnouit. Iustè autem qui de abundantia peccauit, æstuanti crematur inopia; guttam aquæ petiit, qui micas panis Lazaro negarit, &c. (D. Greg. r8. Mor. 10.)

In Inferno clamabat: *Pater Abraham, mitte Lazarum*. Sed, quæso, cur Lazarum petiit, quem potiùs offensum, ac indignatum arbitrari poterat, & non magis ipsum Abraham? Intellexit miser, sed serò, Lazarum pauperem suæ salutis medium: mitte, mitte; sed iam tempus non est. O si in vita cognouisset, vel meliùs dicam, cognoscere voluisset &c. Cùm ad te Deus mittit pauperem, mittit & offert salutis medium. (Luc. 16.)

Notandum ex his Patribus damnationem huius diuitis datam non furtis, nec rapinis, sed omissioni eleemosynæ: idque etiam perpendit Chrysost. in damnatione quinque virginum fatuarum: Nec enim virgines, ait, aliena rapuerant, sed propria non dederant, &c. Intellige ergo non sufficere, si dicas: Aliena non diripio; alienum non concupisco. damnaberis etenim, si prætereà, quod proprium tuum est, indigenti non dederis. (Chrys. hom. 54. ad pop.)

Sed, quid dico, proprium? quod tuum est, veriùs pauperis est. Eccl. *Eleemosynam pauperis ne defraudes*. Græc. *Vitam pauperis ne defraudes*, id est, victum ad vitam necessarium: tam enim debitus est illi cibus, quàm vita: vt sua vita eum fraudare non debes; ita nec suo cibo. Notandum verbum, *defraudes*, quo significatur, subtrahi, quod eius est, & ei debetur. (Eccl. 4. Græc.)

Citra omnem controuersiam est, eleemosynam tempore necessitatis cadere sub præcepto: sic S. Thom. & com eo Doctores: tenemur sub præcepto pauperi in extrema necessitate constituto eleemosynam erogare: & vt ait D. Thom. obligamur, non solùm ad erogandum superfluum status, sed necessarium status; superfluum tamen naturæ, id est, quod superest, demptis necessariis ad vitam suam, & suorum. In extremis autem dicitur esse, vt ait Nau. non solùm, qui iam animam agit; sed etiam cùm indicia probabilia apparent, eò deuenturum, nisi ei subueniatur. *Deficient in via*, inquit Dominus. Erant ergo in extrema necessitate, &c. *Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: sic enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini*. O insignem gratiam! si faciem meam non auerto ab inope, Deus faciem suam à me non auertit, &c. (D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 5. & in 4. sent. dist. 15 q. 2.) (Nau. In Man. c. 24. num. 5. & 6. Ioan. 6. Tob. 4.)

Propter mandatum (charitatis proximi) *assume pauperē, & propter inopiam ne dimittas eum vacuum*. (Eccl. 29.)

Perde pecuniam (si eleemosynam dare, vt homines putant, perdere est) *propter fratrem, & amicum tuum*, pauperem, verum amicum, *& non abscondas illam sub lapide in perditionem*, & tuam, (vnde S. Amb. legit *in mortem*) & pecuniæ: vnde quædam Græca exemplaria pro, *Ne abscondas*; habent, *ne eui igine obducatur*. (Græc.)

Iansen. in hunc locum. *Pone thesaurũ in præceptis Altissimi,* (Iansen. iuxta mandata Dei, & prout ipse exigit a te,) *& proderit tibi magis, quàm aurum* (assectatum:) *conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* Perstat sapiens in similitudine thesauri benè collocandi, & tutò reponendi, & ait, bene, & tutè repone, si concludatur, & reponatur in sinu pauperis, qui sinus mysticum Cælum est, quò fur vanæ gloriæ non appropiat. *Et hæc* (esto ingratus pauper non exoret) *pro te exorabit ab omni malo.* Hæc, inquam, etsi conclusa, & abdita, etsi incognita hominibus; tacentibus tamen omnibus, nec ipsis pauperibus eam concelebrantibus, ipsamet Deum exorabit pro te ab omni malo, tum Græcè. corporali, tum spirituali; & exposcet. Græc. *Et ipsa eximet te ab omni afflictione.* O promissionem!

Pergit adhuc Ecclesi. *Super scutum potentis, & super lanceam* (illud, vt vis, defendens; hæc, vt vis, offendens, validiùs) *aduersùm inimicum tuum* (siue visibilem, siue inuisibilem) *pugnabit, &c.* Itaque in mortis agone, quas modò erogasti, eleemosynæ nunc te protegent, nunc pro te pugnabunt, nunc in ipsum hostem, vt tela insurgent.

De nonnullis defectibus in eroganda eleemosyna, ac in soluendis mercedibus.

PVNCTVM LXXXI.

Eccl. 18. **F***ili, in bonis non des querelam: & in omni dato non des tristitiam verbi mali.* Sunt, qui faciunt eleemosynam; sed semper habent in ore aliquod verbum, quo pauper, vel exteriùs, vel saltem interiùs tristetur. *Fili, in bonis,* quæ facis, *non des que-* Græcè. *relam,* hoc est, occasionem conquerendi Græc. loco, *querelam,* legimus, *vituperium. Fili, in bonis non des vituperium.* Aliqui eleemosynam non faciunt: & vituperium, & maledicta coniiciunt in paupe- Chrys. hom. 36 ad populum. rem, &c. Non te pudet, inquit Chrysost. pauperem mendicum pro frusto panis impostorem vocare? Simulat, inquies, tremorem, & infirmitatem. Non times, ne fulmen ab hoc verbo cælitùs accensum in te feratur? Disrumpor ab indignatione: pareite: si simular, ex necessitate simulat, & egestate; propter sæuitiam tuam, & inhumanitatem tuam, quæ talibus personis supplicantibus ad misericordiam non flectitur: quis enim tam miser, & ærumnosus, vt nulla præmente necessitate pro solo pane velit ita deprecari, & plangere, talémque pœnam sustinere? &c. Hoc horribilius dicam, quòd & liberos quidam excæcare sunt coacti, vt nostram penetrarent insensatam duritiem: postquàm enim videntes, nudique circumeuntes crudeles flectere non potuerunt, his tot malis aliam grauiorem adiecere tragœdiam, vt famem soluerent, &c. Tu verò alienis insultas malis, &c. *In bonis ne des querelam.*

Iansen. *Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum magis, quàm datum.* Vbi Iansen. Pulcherrima, inquit, similitudine indicat, quantùm comitas, & benignitas verborum conferat indigentibus, vt beneficium commendet, imò superet: blandum enim, & dulcem sermonem comparat rori; quòd, sicut ros è cælo leniter dimissus æstiuum calorem temperat; ita dulcis sermo ex ore hominis leniter profluens inopiæ malum hominem instar ardoris vrens, & torquens, temperet, & extinguat: durus autem sermo muneri collato additus rectè imbri

A vehementi comparatur, qui tollit quidē ardorem; seu sine gratia, & cū nocumento sæpiùs: ita enim & durus sermo perdit muneris gratiam, & vtilitatem.

Tanto Beatus Didacus erga Christi pauperes In eius Officio 10. Nou. amore flagrabat, vt cùm illorum calamitates pro voto subleuare non posset, vim lacrymarum profundens, verbis eos dulcissimis solaretur.

Nonne ecce verbum super datum bonum? O quàm verum! Plus quandoque solatur pauperem verbum bonum, quam quoduis aliud, &c.

Eccli. 18. *Stultus acriter improperabit: & datus indisciplinati tabescere facit oculos.* Stultus, inquit, etiamsi quid det, tamen acerbè improperat egeno paupertatem,

B inertiam, importunitatem, sùmque grauamen: & inde fit, vt quod sua natura exhilarare solet, potiùs contristet miserum podibundum, ita ſit lque oculis abire cogat: stultus meritò dictos, quòd amarulentia verborum perdat quandoque datum, & meritum, &c.

Iob 31. Septuag. *Si negaui quod volebant, pauperibus: & oculos viduæ expectare feci.* Sept. *Impotentes quæcunque aliquando re opus habebant, non sunt frustrati; & viduæ oculos non tabefeci.* Hoc est, secundùm Nicet. Non Nicet. sum passus egestate, aut lacrymis, aut assiduo oculorum coniectu, intentionéque tabescere: quod ipsum accidisset, si nec rerum, quas optabant, compotes fuissent, neenon despectæ fuissent. Vera pietatis viscera! non solùm enim petentibus munifi-

C cum, ac liberalem se præbebat Iob, sed etiam non expectata viduæ, ac pauperis deprecatione, rebus necessariis illos subleuabat; & non solùm petitioni, sed etiam voluntati, desiderio, oculis, atque expectationi miserorum satisfaciebat, vt qui à petendo, & deprecando, vel præ pudore, vel difficultate alia impediebantur, non ideò rebus necessariis deficerent. Imitabatur, nimirum, Deum, qui desiderium pauperum exaudit, & præparationē cordis eorum. Hebr. *Et oculos viduæ expectare feci.* Hebr. *Oculum viduæ non consumpsi, vel non feci, vt deficeret,* præ expectatione, scilicet. Tigur. *Si viduas lassaui vana spe;* hoc Tigurin. est, nec cotam, nec præ foribus ad duas, vel tres Eccli. 4. boras passus est præstolari, &c. Eccl. 4. *Cor inopis ne afflixeris, & ne protrahas datum angustianti.*

Iac. 5. O quàm longè absunt illi, de quibus Apost. *Ec-*

D *ce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, clamat: & clamor eorum in aures Domini sabbaoth* (exercituum) *introiuit.* Vnum è quatuor generibus peccatorum in cælum clamantium. Cauete: *Epulati estis, & in luxuriis enutristis corda vestra,* vel Alij. *in deliciis vixistis: propterea debita, ac mercedes non exsoluistis.*

Eccl. 13. *Pauper vero tacebit.* Sed oppressio, sed iniuria, quā illum afficis, clamabit.

Deut. 24. *Non negabis mercedem indigenti; sed eodem die reddes ei pretium laboris sui ante Solis occasum: quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad Dominum.* Expende singula: *Non nega-* Alij. *bis mercedem indigenti.* Alij: *Non vim inferes merce-*

E *nario indigenti.* q.d. pugione non aggredieris, non minaberis. *Non vim inferes; sed eodem die,* &c. Vnde Ambros. Qui non patitur, te dicere: Cras dabo; quomodo patietur dicere, non dabo? *Non morabi-* Leuit. 19. *tur opus mercenarij tui apud te, vsque manè.* Statim vult solui mercedem.

Ierem. 22. *Væ, qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: amicum suum opprimet frustra.* Hebr. *In fecio suo seruit gratis,* id est, Hebr. operariis non soluit mercedem: quod sequentia declarant magis. *Et mercedem eius non reddet ei.* Hebr. *Et laborem non compensat,* scilicet,

data

data mercede. Ac, vnde tam strictus cum operariis? Quia tam largus sibi. *Qui dicis: Ædificabo mihi domum latam.* Hebr. *domum mensurarum*, scilicet, magnarum, *& cænacula spatiosa*, seu *ventosa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque sinopide*, *minio*, siue *rubrica.* Et miraris, si mercedes, si debita non persoluit? Sed

(Hebr. Alij.)

Omnis violenta prædatio cum tumultu (nota, quomodo retentionem, mercedem appellet;) *& vestimentum mixtum sanguine* (pauperis illius mercatoris,) *erit in combustionem, & cibus ignis* (qui te tuáque comburet.)

(Isai. 9.)

Vt Tobias ab hoc Igne timebat! *Fili, merces mercenarij tui apud te omninò non remaneat.* Pondera, *omninò*: q.d. nihil prorsus mercedis retinebis, sed integrè, ac penitus persolues.

(Tob. 4.)

Iob: *Si aduersum me terra clamat, & cum ipsa sulci eius deflent.* Quonam modo terra clamet? Terra dicitur clamare, cùm terræ cultores clamant. *Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi.* Vatabl. *& cultores eius nimis operis confeci.* Regia: *Si animam eius afflare.* Alij, *suspirare*, vel *anhelare feci.* O iustum simul, ac misericordem!

(Iob 31. Astanica, & Pineda ibid. Vatabl. Regia. Alij.)

Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem. Vbi August. Cùm dicit, qui intelligit, &c. non expectat, vt petatur. Huc facit illud Eccles. *Sudet eleemosyna in manu tua, quousque inuenias, cui eam tradas.* Hoc est, tota anxietate quæras è manibus elabi, enitatur, sudet, donec exeat è manibus tuis, & veniat ad manus pauperis, &c.

(Psal. 40. August. ibid.)

¶ *De eleemosynæ affectu, & compassionis.*

Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Sept. *Ego autem super omni impotente fleui: gemui autem videns homines in necessitatibus.* Vbi Gregor. Plerunque largitorem muneris rerum abundantia facit; sed ille perfectè tribuit, qui priùs in se dolentis passionem transfert. Qui dare non potest, saltem benigno oculo pauperem respiciat; hoc est, ei saltem compatiatur pro eleemosyna. O quàm bonum bono oculo pauperem videre! *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur.* Hebr. *Qui pronus est oculo.* Alij, *Qui benignus est oculo, benedicetur.*

(Iob 30. Septuag. Greg. ibid. Prou. 22. Hebr. Alij.)

Tales erant illi, de quibus Apost. *Quis supra virtutem voluntarij fuerunt*; hoc est, plus dare voluisse sent, cor que ipsum dedissent, si potuissent.

(2. Cor. 8. Chrys. hom. 2. de pœn.)

De vidua illa, inquit Chrysostom. duobus minutis opes suas exhausit ex tota anima; & de illis, qui in structuram templi pisos obtulerunt receptos, vt aurum; dederunt, inquit, capillos in structuram templi, & non sunt passi repulsam: quòd si aurum habentes, capillos attulissent, maledicti forent; si verò id solùm habentes, recepti.

At quàm recepti, qui non solùm pretiosa quæque; sed & se ipsos præ compassione, & affectu erga pauperes, vendiderunt? Petrus cognomento Telonarius, vbi primùm omnia sua pauperibus erogasset, se ipsum postmodum vendi, pretiúmque eisdem distribui curauit.

(In Vit. Pet. In Vita S. Ioan. Eleem.)

Narrabat S. Ioannes, cognomento Eleemosynarius, de S. Serapione Sindonio, vel Sindonita, hoc nomine nuncupato, eò quòd sindone tantùm regeretur; quòd vel hoc ipsum indumentum die quadam pro Christi amore egeno algenti dederit: & quia postea nudus sedebat, tenens Sanctum Euangelium, interrogatus à quodam: Quis te expoliauit, Abba? demonstrans Sanctum Euangelium, ait: Iste. Et alio tempore dicebat, hoc ipsum Euangelium vendidisse, ac pretium pauperibus

(Serapion seipsum vendidit, vt pretiâ pauperibus erogaret.)

A erogasse. Discipulo verò sciscitanti: Vbi est Euangelium, Abba? Crede, inquit, fili: ob amorem eius, qui dixit mihi: *Vende, quæ habes, & da pauperibus.* illud vendidi, & dedi eis, vt in die Iudicij habeamus fiduciam abundantiorem apud Deum. Et quia iterum vidua mulier petiuit ab eo eleemosynam, quoniam esuriebant filij eius; non habente eo aliquid omninò, tradidit se ei, vt venderet eum mimis Græcis, quos & Christianos fecit in paucis diebus. Hæc referens Sanctus de Sancto Serapione, dicebat ad eos: Væ, væ, ô philo-Christi, quid prodest homini colloquenti de actibus Sanctorum Patrum? Credite mihi, quia vsque hucte putabam, quòd vel aliquid facerem, datis, quas habere possum, pecuniis: nesciebam autem, quòd & seipsos
B vendiderunt, quadam compassione superati.

De S. Paulino Gregor. in Dialogis. Cùm sæuientium Vvandalorum tempore fuisset Italia in Campaniæ partibus depupulata, multique essent ab hac terra in Africanam regionem traducti, vir Domini Paulinus, cuncta, quæ ad Episcopi vsum habere potuit, captiuis, indigentibúsque largitus est. Cúmque iam nihil omninò superesset, quod petentibus dare potuisset, quodam die quædam vidua aduenit, quæ à Regis Vvandalorum genero suum filium in captiuitatem fuisse ductum, perhibuit; atque à viro Dei eius pretium postulauit, si fortè illius dominus hoc dignaretur accipere, & hunc concederet, ad propria remeare. Sed vir Dei magnoperè petenti fœminæ, quid dare potuisset, inquirens; nihil apud se aliud, nisi se, inuenit; petentique fœminæ respondit, dicens: Mulier, quod possim dare,
C non habeo: sed memetipsum tolle seruum; me tutis tui esse profitere; atque, vt filium tuum recipias, me vice illius in seruitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens, irrisionem potiùs credidit, quàm compassionem. At ille, vt erat vir eloquentissimus, atque apprimè exterioribus quoque studiis eruditus, dubitanti fœminæ citiùs persuasit, vt audita crederet, & pro receptione filij sui, in seruitium Episcopum tradere non dubitaret.

(Paulinus seipsum vendidit, vt captiuum redimeret.)

Perrexêre igitur vtrique ad Africam. Procedente autem Regis genero, qui eius filium habebat, vidua rogatura se obtulit, ac priùs petiit, vt ei filium donare debuisset. Quod cùm vir barbarus, typho su-
D perbiæ turgidus, & gaudio transitoriæ prosperitatis inflatus, non solùm facere; sed etiam audire despiceret; vidua subiunxit, dicens: Ecce hunc hominem pro eo vicarium præbeo: solummodò pietatem in me exhibe, mihique vnicum filium redde. Cúmque venusti vultus hominem conspexisset, quam artem nosset, inquisiuit. Cui vir Dei Paulinus respondit, dicens: Artem quidem aliquam nescio; sed hortum benè excolere scio. Quod vir gentilis valdè libenter accepit, cùm in nutriendis oleribus, quia peritus esset, audiuit. Suscepit itaque seruum, & roganti viduæ reddidit filium. Quo accepto, vidua ab Africana regione discessit. Paulinus verò excolendi horti suscepit curam. En, quousque plerique
E Sanctorum ex affectu & compassione in proximos perueneruntl En qualem, & quantam affectus, & compassionis eleemosynam erogarunt!

Cupidi sunt sine misericordia.

PVNCTVM LXXXII.

Si vnus de fratribus tuis ad paupertatem deuenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum tuam; sed aperies eam pauperi. (Deut. 15.)

Iob 38. A Refrigeſcente chariтate, ac vento aquilonari auaritiæ flante, in ſimilitudinem lapidis durantur aquæ; (populi) durantur, vt cryſtallus, &c.

Viſcera eorum crudelia. An non crudelia eorum viſcera, qui *Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore, quos imbres montium rigant, & non habentes velamen amplexantur lapides?* (Iob 24.) Quid eſt, quod pauperes, ac miſeri lapides amplexantur: quia, ſcilicet, magis ſcintillas abſtruſas in lapidum venis ad ſe calefaciendos elicere ſpectant, quàm charitatis calorem à duriſſimis hiſce lapidibus. *Amplexantur lapides*; homines, nimirum, duros, vt lapides: vt eos ad miſericordiam emolliant.

O duritiam! *Vim fecerunt depradantes pupillos.* Hebr. *Pupillos ex vberibus diripuerunt.* B Tanta, ſcilicet, eſt eorum auiditas faciendi ſibi mancipia; vel, quia videre nequeunt ſymbolum pietatis, pupillos ex matrum vberibus diripiunt. Præterea: *Vulgus pauperum ſpoliauerunt.* Hebr. *Pignus pauperis acceperunt.* Iterum: *Nudis, & incedentibus abſque veſtitu, & eſurientibus tulerunt ſpicas*; hoc eſt, quas famelici à meſſoribus relictas ſpicas collegerunt, has inhumaniter abſtulerunt.

1.Reg.25. Huius duritiei fuit Nabal ille Carmelus, de quo ſuprà, cui ob inhumanitatem emortuum eſt cor eius intrinſecùs, & ipſe factus eſt quaſi lapis. Dum tonderentur oues, dùmque haberet domi quaſi conuiuium Regis, mittit ad eum Dauid: *Si quid habes ad manum*, &c. Vt modeſtè petijt! At homo durus, ferox, & malitioſus: *Quis eſt Dauid? & quis eſt* C *filius Iſai? Hodie increuerunt ſerui, qui fugiunt dominos ſuos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonſoribus meis; & dabo viris, quos neſcio, vnde ſint?* O Nabal, verè Nabal, quod eſt ſtultus! Hîc licet tres in homine hoc ineptias animaduertere; & totidem in quos auaritia dominatur. Prima ſtultitia fuit, nolle eum agnoſcere, qui tam beneficus fuerit. *Quid eſt Dauid?* Secunda, loco elemoſynæ reddere verbum contumelioſum: *Hodie increuerunt ſerui* fugitiui. Tertia, timere ſibi, famulis, ac tonſoribus defuturum, quod largiretur; cùm adeò eſſet diues, & extrueret in domo ſua, *quaſi conuiuium Regis.* O cæcam auaritiam! ô ſtultam cupiditatem! ô viſcera crudelia!

Hæ ſunt diuitum ſtultitiæ, non cognoſcere, quid D à pauperibus beneficij accipiant: quin loco eleemoſynæ reddere verba contumelioſa, & in omni rerum opulentia, timere, ne deficiat aqua: ſic equidem ait: *Tollam aquas meas*, &c.

Quàm iuſtè verus Dauid, Chriſtus Dominus noſter, qui hæc paſſus eſt in perſona pauperum, indignabitur; dicétque Angelis ſuis, quod ait Dauid pueris ſuis: *Accingatur vnuſquiſque gladio ſuo. Verè fruſtrà ſeruaui omnia, quæ huius erant in deſerto*, &c. Ego illi tot bona dedi, & merito pauperum conſeruaui, & auxi: defendi à furibus, infortuniis, ac innumeris periculis: (*Viri illi erant nobis pro muro*, dixerat illa, vt ſunt verè pauperes:) nunc vero exiguum quid, aliquid lanæ, panis, &c. ex his, quæ abundanter ipſi à me collata ſunt in E propriam, & pauperum vtilitatem: & cùm deberet eos humaniter excipere & fouere, iniuriis excipit: & cùm ſit aliàs prodigus in ſuis vanitatibus, ſic miſer & tenax eſt in adiuuandis pauperibus, vt timeat, ne ſibi aqua deficiat. Deſeram ergo eum, ac permittam, cor eius emori, & inſtar lapidis ad omne bonum dureſcere, qui lapideum ſe pauperibus exhibuit, tandémque finiet vitam, & bona ſimul, & animam perdet. Hic eſt finis crudelitatis auari, &c.

A *Et ecce homo habens manum aridam.* Duplex huic remedium: *Extende* (ſic iubet Chriſtus) *manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt ſanitati.* Matth.12. Alterum ex obſeruatione circumſtantiæ, quam adnotat S. Marcus; quòd antequàm hominem ſanaret, *Surge*, inquit, *& ſta in medium.* Marc 3. Mediocritatem præcipit diuiti, vt quodam contentus medio non excedat in conquirendis diuitiis; ſed mediocritate contentus ſit: & quò manus ſanetur, pauperibus pro conditione ſtatus elargiatur, &c.

Eccl.10. *Nihil iniquius, quàm amare pecuniam; hic enim animam ſuam venalem habet: quoniam in vita ſua proiecit intima ſua*, id eſt, miſericordiæ viſcera: quoniam, ſcilicet, immiſericors eſt, nec pietatis viſcera habet, &c.

B Chryſ. de diuite, *qui induebatur purpura, & byſſo*, &c. Chryſolog. ſerm.121. Iſte diues, inquit, imò diuitiarũ captiuus, ſeruus opum, & ipſis cenſibus compeditus, tantum pompæ immobile ſepulcrum, in quo pietatis totus vtique & viſus defecerat, & auditus, non iam perſonam, non pauperem; ſed ipſam miſericordiam deſpicit, ad ianuam ſuam Lazaro ſic iacente. Purpura, byſſo, delicatis veſtibus, epulis blandis ferrea viſcera crudelis anima nutriebat, quem Deus humanæ ſalutis auidus inquiſitor emollire cupiens, non tam Lazarum, quàm ipſum pietatis conflatorium eius proiecit ad ianuam. Conflatorium dixi, propter ferrea viſcera. Impiis ergo oculis mendicus Lazarus ingeritur, admouetur, &, vt diues dare poſſit, magis, magiſque diuitis cenſus cu- C mulauit: ſed diues adamãte durior, quicquid Deus pauperis propter alimoniam diuitis conferebat ad cenſum, ille aut effundebat turpiter, aut crudeliter reponebat. Item Deum, vt non taceret, vt clamaret, vt admoneret diuitem, vt panem ſe quærere tantùm ieiunus pauper oſtendat, vt vel ad minima largienda abundantis impellat animum, augetur pauperi fames. *Cupiebat*, inquit, *de micis ſaturari, quæ cadebant de menſa diuitis.* At diues variis crapulatus ferculis indigeriem ſuam ructabat ad cælum, ne vocem pauperis humi & taliter iacentis audiret. Itémque Deus, quia obduratis auribus vnius oris nihil erat vox clamantis, ad aperiendum cor diuitis totum corpus pauperis vulneribus aperit, vt in admonendo diuite D tot eſſent pauperis ora, quot vulnera; ſoluuntur viſcera, vlcera producuntur, hiatus vulnerum dilatatur, ſanies effunditur, & tota pauperis caro componitur in ſcenam pietatis: vt quem vox eſurientis non moueat, vel ſuſpiria, vel dolores, gemitus, & tota ærumnarum congeries commoueret: ſed diues ſuperbo oculo, & inſatiabili corde, hæc omnia, & audire, & ſentire contemnit.

Promptuaria eorum plena, (& pauperes vacui.) Pſal.143.

D. Auguſt ad illa verba: *Dormierunt ſomnum ſuum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Pſal 75. D. Aug. ibid. Somno ſimilis, inquit, fuit vita eorum. Diuitias habuerunt inſtar ſomniantium, qui interim dum dormiunt, diuites ſibi videntur: cùm expergiſcuntur, ſuam cernunt oculis vigilãtibus pau- E pertatem. Sic illis facta ſunt ipſa præſentia delicioſa, quomodo qui videt per ſomnium inueniſſe ſe theſauros, tandiu diues, quandiu non euigilat. Somnium illum diuitem facit, euigilatio pauperẽ: tranſit ſomnus iſte, tranſit vita iſta. *Et nihil inuenerunt in manibus ſuis.* quia nihil poſuerunt in manibus Chriſti, &c. At non eſt ſomnium eorum, qui diuitias ſuas in manus pauperum poſuerunt: hi cùm dormierint ſomnum ſuum, id eſt, cùm è vita migrauerint, theſaurum æternum in manibus ſuis inuenient,

incrementi, qui diuitias suas in manibus pauperum reposuerunt.

Quæ diuites recondunt, nulli prosunt. Sepeliuit Iacob idola illa, quæ sui habebant. *Et inaures, quæ erant in auribus eorum, subter terebinthum.* S. Ambr. ait, infructuosam, ac sterilem eam arborem esse: nanque idola auarorum, quæ sunt diuitiæ, sub sterilitate reconduntur. Inaures etiam eorum sterilitati subsunt: quia vel non audiunt postulantem misericordiam, vel nihil omninò illi tribuunt.

Quomodo proficuum esse potest, quod sub tot clauibus, ac scriniis reclusum asseruatur? Hoc epithecio aurum appellat Moyses: *Et operuit illud* (scilicet, oraculum) *auro purissimo.* Reg. *Auro conclusio.* Sic vbi habetur *aurum obrizum*, Septuag. legunt, *conclusum*. August. *Aurum inclusum.* Tigur. & Vatabl. in thesauris *Inclusum.* Pagnin. & Alij recentiores volunt ex eo aurum dici conclusum, quòd diligenter claudatur, & custodiatur ab auaris in thesauris, quibus vtique, & ipsi recluduntur. O quàm meliùs, si illud educerent, & ex eo oraculum (Christum in paupere) operirent!

Ipsæ diuitiæ erunt Immisericordibus, tormentum. *Audite hoc, vaccæ pingues*, &c. *quæ conteritis pauperem.* Alij: *Quæ absorbetis pauperem*, &c. *Leuabunt vos in contis.* Pagnin. *Leuabunt vos in spinis*, hoc est, ipsæ vestræ diuitiæ vos concrementabunt.

Gedeon, vt perficeret quandam victoriam, petiit panem à viris Socoth: qui date noluerunt. Ex bello reuersus. *Tulit spinas, ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth.* Iusta punitio, vt spinis diuitiarum misericordiae non elargitarum pungerentur, ac occarentur. S. Ambros. Parietes auro vestitis: homines veste nudatis! Clamat humo nudus: & tu sollicitus es, quibus marmoribus pauimenta vestias. Panem postulat homo: & equus tuus aurum sub dentibus mandit. Delectant te ornamenta pretiosa, cùm alij frumenta non habeant. Vitato populi poterat anuuli tui gemma seruare.

¶ *Quàm stricti interdum vel ij, qui spiritum profitentur.*

Videte est quosdam ad mortificationes, & labores expeditos, ac paratos ad ieiunia, flagellationes, peregrinationes, &c. Ad omnia, in quibus sumptus non requiritur, omnem sine sumptu pietatem ostendent, inquit Basil. egentibus verò ne obolum quidem præbebunt.

Bonus ille iuuenis euangelicus præcepta quidem seruabat; sed, *vbi primùm audiuit: Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. abiit tristis*, vel iuxta Hebræos ex Orig. relato à D. Thom. in Cat. *Cæpit scalpere caput suum, & non placuit ei.* O quot! ô quot huic persimiles, qui vbi non agitur de eleemosyna, aut aliquid erogando, viuunt læti, seruant præcepta, & diligunt proximum! Sed, vt ait Euthym. quasi nullum ei inferédo nocumentum, non quasi diuidendo suas cum eo possessiones, (veluti hic iuuenis diligebat:) hoc enim, subdit, excelsum est, & supra Iudaicam in humum depressionem. Benè ergo ambulant, vel, vt meliùs dicam, & verè dicam, ambulare videntur in præceptis; sed, vbi hoc tangitur consilium: *Vade, vende, & da pauperibus.* claudicant, abeunt tristes, scalpunt caput. Vbi notandum, prauam hanc dispositionem ad consilia, magnum esse indicium, quòd præcepta ipsa non seruentur: sicque Hilar. Ambr. Aug. Beda, Theoph. & plerique Græcorum aiunt, vt iam suprà tetigimus, hunc iuuenem nó seruasse, ac mentitum esse: si enim dilexisset proximum, sicut

Speranza Scripturæ selectæ

seipsum, inquit Hieron. opere complesset, & non esset tristis, cùm sua dare pauperibus iuberetur.

Quomodo dilexi legem tuã Domine. Psalmo veluti titulus est littera *Mem.* Hebr. *vi tera charitatis.* q. d. qui hæc non habet viscera, præcepta non seruat.

Quid miseri dicemus? quid educati in schola Christi respondebimus, cùm in Iudicio surget vidua Sareptana gentilis, quæ nunquam Euangelij verba audiuit: *Quod vni*, &c. quæ licèt potiùs cum morte, quam cum fame contenderet, vt dicit Chrys. cùm nihil illi superesset, quàm parum farinæ cum filio comedere, & mori: & tamen mater, in extrema necessitate cum filio, sola interna voce admonita, dat, quod habet. Quid, inquit, nos, qui in extrema necessitate non sumus, quia Dei gratia abundamus; post inspirationes, consilia, præcepta, eleemosynam non facimus.

¶ *Cum misericordibus videtur non exactè, sed cursim, vt dicitur, Deus rationes exquirere.*

PVNCTVM LXXXIII.

QVi post prandium rationes percurrit, videtur, quòd condonare vult. De quodam rationes reddituro, quasi cum culpans Dominus, ait: *Adipe victimarum non inebriasti me.* q. d. Debebas me victimis inebriare: & rationes pro tuo libito percurrissem. Quæ victimæ, & quæ sacrificia sunt hæc? Apost. *Misericordiæ, & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.* vel, vt alij legunt, *Placatur Deus.* O pietatis opera, quæ Deum inebriant, vt rationes percurrat! &c.

Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et quid operit peccata? Apost. *Charitas operit multitudinem peccatorum.*

Erit omnipotens contra hostes tuos. Vatabl. *Aurum tuum erit omnipotens.* Caietan. *Erit Sadai in thesauris tuis.*

¶ *Eleemosynarij prædestinatorum signum habent.*

Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Sunt ergo filij Dei, & electi. Sic Apost. *Induite, vt electi, viscera misericordiæ.* immisericordes autem præscitorum characterem habent.

Est hæc obseruatio D. Gregor. Vt Samuël vngeret Dauid in Regem Israël, *Tulit cornu olei, vnxitque eum in medio fratrum suorum.* Sed, vt vngeret Saül, *Tulit lenticulam olei, vnxitque eum in extrema parte ciuitatis.* Quid hæc sibi volunt discrimina in duorum Regum Israël vnctione? Inquit Greg. non esse hæc tam discrimina, quàm mysteria. Lenticula paruum est vas, sed cornu maius. Hoc in prædestinati caput, & in medio ciuitatis effunditur, quò circunquaque oleũ misericordiæ diffundatur: illud autem angustum in caput reprobi, & in angulo ciuitatis, quia vix erga aliquem sit misericors, idque non tam sit affectu charitatis, quàm carnis.

Vt Iob hoc signum prædestinatorum habebat! *Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero matris egressa est mecum.* Soror gemella, & contemporanea Iobi misericordia. Vbi Greg. in prædestinatis cum ætate corporis crescit simul ætas virtutis prædestinati non excrescunt in superfluis impensis, sed in misericordia: se se restringunt in reliquis sumptibus, sed effundunt in eleemosynis.

O 3 Flebam

Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Sept. Gemui videns virum in necessitatibus. Alij: Contristabar. Alij: Vrebar. Alij: Lacerabar, discruciabar. Filiorum Dei viscera. At præscitorum signa, viscera crudelia, &c. Pia viscera Iob vel ab ipsis incunabulis. Ab infantia creuit mecum miseratio. Septuag. A iuuentute mea enutriebam, vt pater. Vatabl. Pupillum, & orphanum enutriebam, vt pater, & de ventre matris meæ dux eis fui. Sic puer vt eruam, curam eorum gerebam, quasi pater colligebam, amplexabar, fouebam; vt meliùs noueram, exemplum dabam, exemplo præibam, erudiebam. Dux eis eram. Hi erant fructus in ætate acerba, quinam fuerunt in matura? Electis, vt foris ætas corporis; intus, si dici licet, crescit ætas virtutis, inquit Gregor.

Septuag. Alij. Septuag. Vatabl.

Eleemosynam erogare, inquit Chrysost. *ars est omnium quæstuosissima.*

PVNCTVM LXXXIV.

Chrys. eadem hom. QVid, inquit, quis pertimescit, ne pauper euadat, si eleemosynam faciat? Eleemosyna non depauperat; sed est vera ars ditescendi.

2.Cor.9. Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Ad D.Thom.ib. litteram ex D.Thom. loquitur de eleemosyna. Hoc est seminare in benedictionibus, in quibus, inquit D.Ansel.ib. Anselm semel seminans, bis metet, interdum vel in hoc sæculo: Et multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. Quid est, quòd fruges nostræ non augentur? quia in benedictionibus non seminamus.

Iudic.14. De comedente exiuit cibus. Id est, de paupere, qui tuum panem comedit, tibi cibus venit. Ænigma est, quod non intelligit: sed verissimum est.

Qui facit eleemosynam, priùs recipit, & plus Act.9. recipit, quàm alteri conferat. In Act. Apost. bona illa mulier Dorcas plena dicitur eleemosynis, quas faciebat. Quomodo plena, si vacua remanebat? Pauperes illæ viduæ potiùs plenæ dicendæ: & tamen Spiritus sanctus eam dicit plenam eleemosynis, quas faciebat: quia qui facit eleemosynam, potiùs reuerà recipit, quàm conferat.

Prou.31. Hinc de muliere illa forti dicitur, quòd Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Aperuit manum, vt conferret: mox extendit ad pauperem, vt reciperet. Aperit, & extendit, qui dat aliquid accepturus.

Phil.4. Est conceptus Apost. qui loquens de charitate Philippensium, Nulla mihi Ecclesia, inquit, communicauit in ratione dati, & accepti, nisi vos soli. Chrys. declarat: Res hæc, scilicet eleemosyna, communicatio quædam est. Si nos, inquit, vobis spiritualia seminauimus, quid magnum, si nos carnalia vestra metamus? Vides, quomodo communicarint in ratione dati, dando carnalia, & in ratione accepti, accipiendo spiritualia? Quæ, vt ait Hieron. ita sunt, quasi si paruo numero centenarius numerus comparetur. Vtitur hîc Apost. metaphora rationarij libri, in quo benefici Philippenses in sua ratione collatas eleemosynas conscribere poterant; quod subdit Apost. Non quia quæro datum; sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. aut Græc. In rationem vestram. q.d. Rectè, ô Philippenses, rationes inire: nam, dum vos incito ad subueniendum egestati meæ; id facio, non vt ego implear; sed, ne vos inanes sitis: & hoc est, Non dico ideò, quia quæro datum (vestrum:) sed requiro fructum (dati) abundantem in ratione vestra, non mea:) vt cùm rationem de vestris actibus Deo reddideritis, abundet vobis fructus iustitiæ. Sic Anselm. Is itaque qui eleemosynam confert, conscribere potest in parte vna exitum, ac datum pro Deo; sed in altera è regione acceptum: & in hora mortis saltem rationis subducens, videbit, se, plusquàm dederit, accepisse.

Chryf. ibid. 1.Cor.9. Hieron. Phil.4. Græc.

D. Ansel. in c.4. ad Phil.

Nouerat hoc ex S.Chrys. bonus ille Patriarcha, qui Angelo in peregrini specie dicebat: Domine, si inueni gratiam coram te, ne pertranseas seruum tuum. Hoc est, ait Chrys. admirabile beneficium das, non accipis, ne pertranseas, &c. hospitalitas magis accipit, quàm dat. Sic infrà, In manibus, inquit, habeo thesaurum (hos, nimirū hospites,) diuitias hinc sumam.

Genes.18. Chrys. ibid. & hom.41.

Huc facit illud: Et opera manuum nostrarum dirige super nos. Vbi Theod. Signanter inquit, Super nos: nam iustitiæ lucrum nostrum est.

Psal 89. Theod. ibid.

Pulchrè Eucherius ad illud charitatis obsequium, quod in Eliam Sareptana impendit, cui tantoperè oleum refusum est: Facta est, inquit, manus viduæ perenne torcular, & mola iugiter fundens. Vnde Sapiens: De primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus; & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt.

4.Reg.6 Eucher. siue Anglus ib.

Hinc pauperes dicuntur fontes: Tibi derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. Hebr. Tibi derelinquuntur fontes tui, pupillo tu es fons adiutor. Si quis ferret aquam ad fontem: O quàm magis referre, quàm adferre potes, diceret fons, si posset. Sic, sic: O quàm magis referimus, haurimúsque ex fontibus pauperum, quàm adferamus. Ideò, Fratres, tam sicci sumus; quia gratiam ex hisce fontibus, hoc est, per hos fontes non haurimus: ideò siccitates patimur; quia ad hos fontes non accurrimus, &c. Vt id fatebatur Iob: Ab infantia creuit mecum miseratio. Hebr. Magnificauit me, exaltauit me, enutriuit me miseratio. quasi multò plura acceperit, quàm vnquàm dederit, Enutriuit me, magnificauit me, exaltauit me. ad hunc statum tantarum diuitiarum, vt sim ditior in Oriente.

Psal 9. Hebr. Iob 31. Hebr.

Egestatem operata est manus remissa; manus autem fortium diuitias parat. Vbi proprie ex Hebr. est, Manus plicata, aut contracta egestatem operata est. Manus autem extensa, & patula diuitias parat, aut ditat. Sic Septuag. Manus fortium dicant. & Chald. Manus iusti diuitias sibi parat. Chrysost. Auaritia, & cupiditas manus diuitis alligat, & arctissimis vinculis adstringit, ne ad dandum liberæ, & expeditæ sint. Ergo ille, qui hæc vincula disrumpit, fortis est: quod hîc notare est, eleemosynam fortium esse, non debilium, aut trementium. Sic suprà: Imple cornu, (symbolum fortitudinis,) oleo, (symbolum charitatis:) & de muliere forti, quòd manum suam aperuerit inopi, & palmas suas extenderit ad pauperem.

Prou.10. Hebr. Sept. Chald. Chrysost. 1.Reg.16. Prou.31.

Concludamus cum Chrysost. qui ponderat illud Apost. Necessitatibus Sanctorum communicantes. Non subuenientes, inquit, sed communicantes, ostendens, quod plus accipiant, quàm præstent, & quòd res ista negotiatio sit. Tu pecuniam das, illi fiduciam tibi erga Deum adferunt. D. Leo serm. 5. de ieiunio, & misericordiæ operibus. Constans itaque esto, Christiane, largitor: da, quod accipias: sere, quod metas: sparge, quod colligas. Noli metuere dispendium: noli de dubio suspirare prouentu. Substantia tua, cùm benè erogatur, augetur. Qui ergo pecunias amat, hoc sanctū fœnus exerceat, & hac vsuratum arte ditescat. Nam, vt ait Chrys. ser. de

Rom.12. Chry. ibid. D.Leo. Chrysost.

de diuite,& Lazaro: Thesaurus cæli est manus pauperis. Quod suscipit, ne in terra pereat, reponit in cælum. Manus pauperis est gazophylacium Christi: quia, quicquid pauper accipit, accepiat Christus. Da ergo, homo pauperi terram, vt accipias cælum: da nummum, vt accipias regnum: da micam, vt accipias totum: da pauperi, vt accipias tibi: quia quicquid pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis, habet alter.

In Vita S. Ioan. Eleem. §.38.

Sed iam exempla subiiciamus, In Vita S. Ioannis Eleemosynatij: Si quando audiebat pientissimus hic Patriarcha, quoniam eleemosynator est talis, adducebat eum in hilaritate seorsum, & dicebat ei: Quomodo factus est eleemosynator, naturaliter, an te ipsum cogens? Vnde quidam, qui ab eo interrogabantur, verecundati occultabant: quidam autem dicebant: propter quod vnus interrogatus à Sancto, respondit ita: Crede, Domine, quia nihil do, aut facio boni: veruntamen hoc ipsum, quod facio, & præbeo, ex quibus Deus, & orationes tuæ largiuntur, ita facere assueui. Eram prius valde immisericors, & crudelis, & semel damna pertuli, & in paupertatem deueni. Cœpit cogitatio mea dicere mihi? Verè, si esses eleemosynator, non relinquerer te Deus. Statui ergo per singulos dies dare quinque æreos nummos pauperibus: & cùm cœpissem dare, statim Satanas prohibebat me, dicens: Verè quinque nummi isti sufficiunt domui ad olera, aut ad balneum percipiendum. Et statim, tanquàm si de faucibus natorum meorum priuarem eos, nihil dabam. Cùm ergo vidissem, quòd superarer à vitio, dico puero meo: Per singulos dies furare, me nesciente, quinque nummos: & da eleemosynam. Ille verò benefaciens cœpit furari decem; quandoque & siliquam (minimi ponderis, ac valoris, apud Romanos nomen.) Cùm vidisset autē, quia benedicebamur, & diuitiis abundaremus; cœpit & semisses furari, & dare. Semel itaque admirans benedictionem, dixi ei: Verè multùm profuerunt, fili, quinque nummi illi: volo ergo, vt des decem. Tunc dicit mihi & puer subridendo: Vade, & ora pro furtis meis: nam verè hodie non haberemus, quem manducassemus panem: sed, si est fur iustus, ego sum. Tunc ergo dixit: quoniam semisses dabat, & siliquas etiam, & ex fide illius assueui, Domine, de animo dare. Ædificatus ergo sanctus valdè, dixit ad eum: Crede mihi, multas conuersationes Patrum legi, tale aliquid non audiui.

Quidam, se nesciente, iussit dari eleemosynam: qui tamē eo plus ditescebat, quo ille plus tribuebat.

D. Greg. l. 1. Dial. c. 9.

D. Greg. in Dial. Fuit vir vitæ venerabilis, Bonifacius nomine, qui in ea ciuitate, quæ Ferentis dicitur, episcopatus officium tenuit, & moribus impleuit. Huius multa miracula is, qui adhuc superest, Gaudentius Presbyter narrabit, qui nutritus in eius obsequio, tantò valet de illo quæque veraciùs dicere, quantò eis contigerit & hunc interesse. Huius Ecclesiæ grauis valdè paupertas inerat, quæ bonis mentibus solet esse custodia humilitatis, nihilque aliud ad omne stipendium, nisi vnam tantummodò vineam habebat: quæ quodam die ita grandine irruente vastata est, vt in ea paucis in vitibus vix parui, rarique racemi remansissent: quam cùm Dei prædictus vir Reuerendissimus Bonifacius Episcopus fuisset ingressus, magnas omnipotenti Deo gratias retulit: quia in ipsa sua adhuc inopia sese angustiari cognouit. Sed cùm iam tempus exigeret, vt ipsi quoque racemi, qui remanserant, maturescere potuissent, custodem vineæ ex more posuit, eámque solerti vigilātia seruari præcepit. Quadam verò die mandauit Constantio Presbytero, nepoti suo, vt cuncta vini vascula in episcopio, omniáque dolia, ita vt ante consueuerat, pice superfusa, præpararet. Quod cùm nepos illius Presbyteri audisset, valdè admiratus est, quòd quasi insana præciperet, quòd vini vascula præparari faceret, qui vinum minimè haberet: nec tamen præsumpsit inquirere, cur talia iuberet; sed iussis obtemperauit, & omnia ex more præparauit. Tunc vir Dei vineam ingressus, racemos collegit, ac calcatorium detulit, omnésque exinde egredi præcepit, solúsque ibi cum vno paruulo puerulo remansit, quem in eodem calcatorio deposuit, & calcari ipsos paucissimos racemos fecit. Cúmque ex eisdem racemis parum aliquid deflueret, cœpit hoc vir Dei suis manibus in paruo vase suscipere, & per cuncta dolia, omnésque vasa, quæ parata fuerant, pro benedictione diuidere; vt ex eodem vino omnia vascula vix infusa viderentur. Cùm verò ex liquore vini parū aliquid in vasis omnibus misisset, vocauit protinus Presbyterum, iussítque pauperes adesse. Tunc cœpit vinum in calcatorio crescere; ita vt omnia, quæ allata fuerant, pauperum vascula impleret. Quibus cum se idoneè satisfecisse conspiceret, ex calcatorio iussit puerum discedere, apothecam clausit, atque impresso sigillo proprio munitam reliquit; mox ad Ecclesiam rediit. Die verò tertia, prædictum Constantium Presbyterum vocauit, & oratione facta, apothecam aperuit, & vasa, in quibus tenuissimum liquore infuderat, vbertim vinum fundentia inuenit, ita vt pauimentum omne excrescentia vina inundarent, si ad hæc Episcopus tardiùs intrasset.

Triticū erogatum augetur.

Sed quid mirum, quòd hæc de Episcopatus eius tempore narramus, quando iam apud omnipotentem Deum ordine simul, & moribus creuerat, dum illa magis miranda sint, quæ eum senex quidam Clericus adhuc puerulum fecisse testatur? Nam ait, quòd eo tempore, quo cum matre sua puer habitabat, egressus hospitio, nonnunquam sine linea, crebrò etiam sine tunica reuertebatur: quia mox vt nudum quempiam repperisset, vestiebat hic se expolians, vt se ante Dei oculos illius mercede vestiret. Quem mater sua frequenter increpare consueuerat, dicens, quòd iustum non esset, vt ipse inops pauperibus vestimenta largiretur. Quæ die quadam horreum ingressa, penè omne triticum, quod sibi in stipendium totius anni præparauit, inuenit à filio suo pauperibus erogatum. Cúmque semetipsam alapis, pugnísque tunderet, quòd quasi anni subsidia perdidisset, superuenit Bonifacius puer Dei, eámque verbis, quibus valuit, consolari cœpit. Quæ cùm nihil consolationis admitteret, hanc rogauit, vt ab horreo exire debuisset, in quo ex omni eorum tritico parum quid inuentum est remansisse. Puer autem Dei sese illic protinus in orationem dedit. Qui post paululum egressus ab horreo, matrem reduxit, quod ita tritico plenum inuentum est, sicut plenum antè non fuerat, cùm mater illius totius anni sumptus se congregasse gaudebat. Quo viso miraculo, compuncta mater iam ipsa cœpit hortari, vt daret, qui sic celeriter posset, quæ petisset, accipere.

Misericors in pauperes Episcopus pro haustu vini, quem pauperi dari præcepit, dolium vino plenum recepit.

Ex Petro Damiano. Quidam Episcopus oppidò sitiens, vinum sibi afferri præcepit. Cúmque pincerna totum, quod erat in vasculo, funditùs exhausisset in poculum, & Episcopo detulisset: ecce pauper importunis illud sibi flagitabat precibus dari, dicens: quia præ ariditate omnia nisi biberet, quominùs expiraret. E contrà minister asserebat, & nihil se in vase residuum reliquisse, & in eo loco vinum aliud reperire nullatenus posse. In his

ergo fortis Episcopus angustiis deprehensus, cùm & hinc vim sitis sufferre non posset; illinc autem, alio periclitante, se bibere impium iudicans, auertit se à se, fratríque laboranti in necessitate succurrit. Præcepit ergo, pauperi vinum dari. Sed iam quò spes bibendi defecerat omninò, eò siris Episcopi atrociùs sæuiebat. Mandauit ministro, vt vinarium vas requireret, si fortè aliquam consolationis stillam, vel perexiguam reperiret. Qui diutiùs abnegans, nihílque se reseruare constanter affirmans, tandem non spe erectus, sed imperio magis oppressus paruit: & vas, quod vacuum reliquerat, vino plenum nimiùm admiratus inuenit.

Misericors in pauperes paterfamilias, vnum, quem habebat, nummum pauperi tribuit: & statim viginti solidos recepit.

Pauper quidam paterfamiliás vnum duntaxat nummum in loculo possidebat, quem ad emendum aliquid, quod cum pane comederet, expendere gestiebat. Cúmque siccus, & aridus, à lautioribus alimentis hoc diu negotium in mente versaret, interim pauper aduenit, misericordiam postulauit: ille hærens animo, velut in quodam meditullio erat constitutus. Nam si daret, carni metuebat afflictæ: si retineret, culpam incurrere formidabat denegatæ misericordiæ. Tandem vicit spiritus carnem; & euangelicam imitatus viduam, sub pauperis specie bono debitori Deo suam fœneratur quantitatem. Redit domum: panis, qui solebat, apponitur: pauper quidem mensa, sed bona spe diues erat conscientia; damnum siquidem carnis compensabat lucro pietatis. Tunc ecce vir quidam ignotus, & quem anteà nunquam viderat, festinus, & anxius ligatos linteo in manu eius viginti denariorum solidos ponit; dicénsque, eos sibi à domino suo missos, tanquàm, qui ab eo expectaretur, incunctanter abscessit. Cúmque hic attonitus vellet inquirere, ille disparuit. An non ergo eleemosyna ars omnium est quæstuosissima! An non eleemosynator plus recipit, quàm alteri tribuat!

Misericorditer, ac liberaliter tribuendum.

PVNCTVM LXXXV.

Luc. 6. *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* Quantùm misericors nobiscum est! Quàm liberalis! Videre terram nunc, vt plena! totum id misericordia Dei est. Non sit manus nostra ad recipiendum extensa, & ad dandum collecta. O, quot his temporibus manus apertas habent ad recipiendum; sed ad erogandum aliquid, manum plicatam, contractam, aridam habent!

Psal. 17. Hebr. *Cum Sancto Sanctus eris.* Heb. *Cum liberali liberalis eris.* Et hinc quandoque hanc liberalitatem non videmus: quia illiberales cum Deo sumus.

Mirum, cum mundo sic liberales! pro spectaculis, vt impendimus! in ædificia, vt profundimus! Vt turrim ædificemus, vt celebremus nomen nostrum! O vanitatem, inquit Crysost. pecunias tuas in manus inopum dispensa, relictis lapidibus, & splendidis ædificiis, hæc memoria immortalis. Gen. 11.

Vt compareat quis in chorea, in ludis, pro suis vanitatibus, vt prodigè effundit! *Dederunt inaures pro idolo,* &c. Theod, & August. mirantur: Inaures ex auribus mulierum! Factum tamen illud difficile, ait August. Lippom. Præpostera hîc apparet eorum liberalitas, qui in constituendis falsis Deorum cultibus liberalissimi sunt; in instaurando verò, & conseruando vero cultu Dei, auarissimi, & tenacissimi existunt. Iussi sunt viri, & mulieres tollere inaures, & tulerunt. Ne contristetur, inquit August. si quid tale quis facere iubeatur propter vitam æternam. Exod. 32. Theod. & Aug ibid. Lippom.

Dici nequit quàm strictus homo sit cum Deo, & cum proximo. *Cum messueris regiones terræ tuæ, non tondebis vsque ad superficium terræ,* (aliqui radunt.) *ego Dominus Deus vester.* Interl. pro vobis pauper in mundo. Gloss. ord. Qui diuites facio, qui propter miseriam inopum, & gemitum pauperum aliquando exurgam. Metentes, & vindemiantes vult, vt aliquid pauperi derelinquant; ne datori omnium videantur ingrati. *Non tondebis vsque ad superficiem terræ.* Alia littera habet: *Ne exactè angulum agri tui metēdo dissices.* vt illi faciunt, qui messoribus adsunt, secate hac secate illac, &c. Leuit. 19. Interl. Gl. ord. Alij.

De industria spicas relinquite; & remanere permittite, vt absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. Booz miseratione tactus nobilis mulieris Noëmi ad inopiam redactæ ob auaritiam viri crudelis in pauperes, inquit Lyranus. Vbi duo, vel tria notanda: auarorum pœna, qui pauperrimas relinquunt familias: charitas illius, qui non exactè vel omnem angulum agri sui secari iubebat; sed de industria relinqui: quòd, nimirum, propriis oculis viderit inopiam mulieris: tantùm valet propriis oculis pauperes videre! Et ideò voluit Dominus piscinam languentium esse prope templum, vt oculos coniicientes in illos, ad misericordiam mouerentur: ideóque iussit Prophetæ Eliæ, alioqui charitate pleno, vt in Israël se conferret, quo populi illius miseriam propriis oculis prospiceret, dum prope eum torrentem nihil videns sic durus erat. 3. Reg. 17. Et ideò tam parum nos compassibiles sumus: quia oculos à pauperibus auertimus. *Ne auertas (ò fili) oculos tuos ab vllo paupere,* &c. Ruth 2.

Simus itaque liberales, nec in excusationibus inuoluamur. *Non agas,* inquit Dominus, *quidquam callidè in eius necessitatibus subleuandis.* Vbi Oleast. Occurrit Deus humanæ malitiæ: occurrunt enim homini volenti eleemosynam facere mille tentationes. Deut. 15. Oleast. ibid.

Contra hos Basil. Tu quidem cùm aurum das, vt equum compares, animo non angeris; cùm verò corruptibilia exponis, vt Cælorum Regnum accipias, lacrymandum tibi putas? D. Basil. hom. de diuite.

Tot, quæ nobis bona supersunt, vt damnationi, laqueo, & ruinæ, sic merito esse possent. In capillis suspensus est Absalom: & in cincinno capitis delatus est Habacuc: hic, nimirum, in superfluis ad meritum delatus; ille in superfluis ad pœnam suspensus. 2. Reg. Dan. 14. Magalian. Moys. l. 3. sec. 2.

Largi itaque cum Deo simus, magísque cum Deo, quàm cum mundo. Si metiendæ res Dei sunt, mensura manca non sit; sed sinamus eam potiùs excedere. Obseruat Lyranus, templi mensuras omnes fuisse vulgaribus longiores: sic calamus Sanctuarij cæteris erat longior. Hinc Angelus ille mensurabat *Calamo sex cubitorum, & palmo.* Nónne satis erant sex cubiti? Non, quia mensurabantur res Dei, quæ semper cumulatè sunt mensurandæ: in huius mundi rebus strictè, & parcè, &c. in his verò quæ Dei sunt, hominis manus nequaquam debet esse contracta. Ezech. 40.

August. Et nos, & omnis populus vnius Domini serui, (adde, vniusque Patris filij) sumus: & si benè agimus, ad vnam hæreditatem peruenimus. Et quare pauper tecum non capiet cibum, qui tecum accepturus est regnum? Quare pauper non accipiet veterem tunicam, qui tecum accepturus est August.

est immortalitatis stolam? Quare pauper non mereretur panem tuum, qui tecum ad conuiuium inuitatus est Angelorum?

¶ Quàm Deo sit grata miseratio, quámque sit eius larga retributio.

PVNCTVM LXXXVI

Tob 4. Filij, ne auertas oculos tuos ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini.
Act. 10. Syriac. Loco. ibid. Quid hîc plura, te iudice, desiderantur? *Eleemosyna tua commemorata sunt in conspectu Dei.* Syriace: *De eleemosynis tuis commemoratio fuit*, vel *mentio facta fuit coram Deo.*

Osee 10. Isa. 5. *Seminate in iustitia, & metite in ore misericordiæ.* Quid sibi vult, *In ore misericordiæ*? Vult significare: iuxta voluntatem misericordiæ, ad ibiimum misericordiæ. Est Scripturæ phrasis: *Os meum non interrogastis*; hoe est, voluntatem meam non explorastis. *Vocemus puellam; & quæramus ipsius voluntatem.* Græcè: *Et quæramus ipsius os.* Metetis igitur in ore misericordiæ, id est, abundanter, & quantùm ipsa misericordia voluerit. Ita pro certitudine metcedis: *Seminate & metite*, pro, metetis.
Gen. 24. Græcè.

Matth. 10. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* Chrysostomus relatus à D. Thom. in Catena, id est, qualem decet accipere eum, qui suscipit iustum; vel qualem iustus est accepturus; illius, nimirum, iustitiæ participem se faciet, & cum eo pariter iustitiæ præmia reciperet. D. Hieron. in alio sensu: *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, & iustum in nomine iusti*; hoc est, credens, eum esse vel Prophetam, vel iustum, etsi reuerà non sit, merces non peribit suscipientis, licèt indignus fuerit, qui susceptus fit. Sed illud pro omni mercede sufficiat: *Qui recepit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit.* Nihil ampliùs dici potest.
D. Thom. in Cat. ibid.
Matth. 18.

Gen. 24. Et quid mirum, si qui recipit, tam gratus sit, vt vicissim recipi mereamur? Quid in se habuit virgo illa, vt inter tot puellas vna seligeretur, quæ Isaaco sponsa esset futura? *Igitur puella*, inquit ille, *cui dixero: Inclina hydriam tuam, vt bibam. & illa responderit: Bibe, quin & camelis tuis dabo potum. ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac* Quodnam, quæso, id signi genus? Signum erat, inquit Theod. non pulchritudo corporis, neque quicquam aliud ex iis, quæ splendida putantur; sed hospitalitas, effabilitas, & animi mansuetudo. Quantæ verò hæ virginis virtutes? Audi, & expende: *Quæ respondit: Bibe, domine mi. Celeriterque deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit ei potum. Cúmque ille bibisset, adiecit: Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant.* Vbi Tostatus: Magna benignitas in hoe significatur; quia, licèt rogaretur puella, dixit tamen, se velle expectare, quousque omnes cameli bibissent. *Effundénsque hydriam.* Addunt alij: *Effundénsque festina hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauriret aquam, & haustam omnibus camelis dedit. Ille autem contemplabatur eam.* Hebr. *Vir autem obstupebat in ea. Postquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorum decem, dixitque ad eam: Cuius es filia? Indica mihi: est in domo patris tui locus ad manendum? Quæ respondit: Filia sum Bathuelis, filij Malcha, quem peperit Nachor,*
Theod. in Gen. q. 73.
Abulens. ibid.
Alij.
Hebr.

A *Et addidit dicens: Palearum quoque, & fœni plurimum est apud nos, & locus spatiosus ad manendum.* Vbi idem Abul. expendit virginis humanitatem. Licèt, inquit, solùm fuisset quæsita de loco ad manendum pro camelis; respondit etiam de cibo eorum: & ex ingenti animo ait: *Est locus spatiosus*, non ad ingrediendum, ac statim egrediendum; sed *ad manendum. Ipsa ipsa est, quam præparauit Dominus filio Domini mei.* Hæcque digna fuit, quæ in domum Abrahæ reciperetur.

Chrysol. ad illa verba: *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt.* Videtis, inquit, quia Pater iste ditare vult filios, non nudare. *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt* Nouo modo, imò cælesti modo, qui hunc audit, vendendo comparat, recondit erogando, dum amittit, acquirit. Quàm cupit pecuniam perdurare, perpetuare sacculos diuitiarum, condita permanere, qui dicit: *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt.* Ecce docet auaritiam, qui cœperat suadere contemptum: *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt.* Et qui thesaurizantes temporaliter arguebat, ad tutum cupiditatis fomitem, iubet sacculos sine fine perquiri. Christe, quò te pertrahit amor nostrum! vt auarum lucrifacias, facis eum, quod desiderat, non quod oportet, audire: sacculos imperas, æternos thesauros, qui non deficiant, vis parari, vt auarus, dum consueta percurrit ad lucra, aut virtutem capiat, aut à virtute capiatur. *Facite vobis sacculos*, &c. Sacculus cur paratur? Domine, tu vidisti, quia in thesauris tota fides, tota spes in sacculis fit auari; & ideò imputribiles in cælo sacculos vis parari: vt, qui te non sequitur ad cælum, sequatur saltem sacculos suos. Auare, fac tibi saeculos; & fac, iubente Deo: quia votis tuis annuit diuina Maiestas: sed fac tibi sacculos erogando; quia quicquid pauper acceperit, Pater cælestis suscipit. Et vbi recondit? In cælo. Et ne forte perdidisse te doleas vel vsuram, centuplum in cælesti fœnore recipies, quidquid in cælo paupete transmiseris perferente. Vsura mundi centum ad vnum, Deus vnum accipit ad centum; & tamen homines cum Deo nolunt habere contractum. Sunt forsitan de cautione solliciti? Crede, homo, Deo, quod tibi Deus dedit; maiora reddere vult, cùm vult debere largitor.
Luc. 12. Chrysol. serm. 25.
B
C
D

Sed iam de more exempla subiiciamus, quibus pateat, quàm Deo sit grata miseratio, quámque sit eius larga retributio. Petrus Damianus in epist. Abbas quidam, vt mihi relatum est, suauis edulij concupiscentia ductus, lampredam sibi præcipit acquiri. Cúmque ministri dicerent, hoc genus eo loco difficilè posse inueniri; extitit, qui diceret, vnam tantùm in venalibus lampredam se vidisse propositam, nullo pacto minùs, quàm viginti nummorum Papiensium coëmendam. Iussit Abbas numerari pecuniam. Coquorum autem diligentia lautè decoctus Abbati piscis apponitur: sed, antequam tangeretur, ecce pauper ad ianuam hoe potissimùm sibi dari, quod Abbati esset appositum, anxiè postulabat. Mox, vt erat, integrum piscem (nihil hæsitans) vir Domini mittit ad pauperem. Illicò pauper, qui videbatur, cum ipsa paropside plena pisce in sublime se extolit; & librata manu velut xenium portans, cælum cunctis videntibus penetrauit. Vnde liquidò approbatur; quia quod indigentibus datur, Deo transmittitur; & quod in sinu pauperum occultamus, in cælo reponimus.
Petr. Dam. epist. 2.
Concupita lampreda pauperi donata cœlo versus sublata est.
E

Arnulphus, Episcopus Metensis, iuuentutis suæ tempore ex matrimonio tres filios procreauit, cúmque
Surius in Prat. mort. Annos.

Ex Arnulphi progenie ob pietatem in pauperes oriuntur Reges.

cúmque esset misericors, & ad pietatis opera semper intentus, præfatis filiis suis cœpit suadere, vt ei assensum præberent, quatenus omnes facultates suas ad vsus pauperum dispertiret. Negantibus autem, & renuentibus aliis, vnus ex eis (Anchisus nomine) fidens de Christi pietate, sibi plura condonari, ad omnia, quæ pater vellet, se libenter obedire promisit. Agit igitur gratias filio pater, benedicit eum, cunctámque progeniem in posterum nascituram, & prædicit ei plura, quàm reliquerat, se habiturum: factúmque est ita. Nam plures Anchiso, quàm reliquerat, diuitiæ accesserunt; & de eius progenie multi Reges originem duxerunt: Anchisus enim genuit Pipinum, & Pipinus Carolum Martellum: hic Pipinum iuniorem, ex quo Carolus Magnus, & ex hoc cæteri Francorum Reges.

Ioan. Diac. in Vita S. Greg. l. 1.

Beatus Gregorius, qui sanctæ Dei Ecclesiæ Romanæ Pontifex fuit, antequàm fieret Patriarcha, Monachus erat in Monasterio sancti Andreæ Apostoli, ad Cliuum Scauri, prope templum Sanctorum Martyrum Ioannis, & Pauli. Atque illi quidem Monasterio ipse præerat. Matrem verò habuit Beatam Syluiam, quæ tunc iuxta portam Sancti Apostoli Pauli locum patrium, qui Cella noua dicitur, incolebat. Accidit, vt cùm in cellula ipse sua sederet, & scriberet, accesserit ad eum mendicus voce supplici: Miserere mei, inquiens, serue Dei altissimi, qui cùm essem nauis gubernator, naufragium feci, & aliena, meáque perdidi. Ac ille, vti benignus in pauperes, ac verè Christi seruus, vocato Procuratore: Da, inquit, Frater, huic sex nummos aureos. Frater autem, id, quod seruus Dei Gregor. mandauerat, fecit, mendicóque pecuniam dedit. Eodem rursus die pauper idem ad Beatum Gregorium venit. Et miserere mei, inquit, serue Dei altissimi, qui cùm multa amiserim, parum à te recepi. Beatus autem Gregorius ministrum suum iterum vocauit, dixitque, vt sex iterum nummos eidem pauperi numeraret. Ac Frater quidem paruit: sed pauper, cùm, acceptis duodecim nummis, discessisset, ad Beatum Gregorium paulò pòst rediit eodem die: Miserere, inquiens, mei, serue Dei altissimi; & aliquid rursum elargire, quoniam magnam iacturam feci. Procuratore tertium accersito: Da, Frater, inquit, huic pauperi sex alios nummos. At ille respondens: Crede mihi Pater, inquit, ne vnus quidem in area relictus est nummus. Cui Beatus Gregorius: Nónne aliud quicquam habes in promptuario, vt vas aliquod, aut vestimentum, quod pauperi largiaris? Nullum, respondit ille, vas habemus, præter argenteum illud, quod magna domina, de more leguminibus plenum misit. Abi, inquit, seruus Dei Gregorius, atque illud pauperi, præbe. Frater autem fecit quod sibi à Beato Gregorio mandatum fuerat. Pauper igitur, acceptis duodecim nummis, & vase argenteo discessit.

Pauper ter eleemosynam flagitans, ter iubente Gregorio, recepit.

Vas argenteū iussit dari Greg. cùm nihil haberet prætereà.

Cùm autem in sanctissima, & maxima Dei Ecclesia veteris Romæ creatus esset Patriarcha; & quemadmodum Patriarcharum est consuetudo, quodam die Thesaurario mandasset, vt duodecim pauperes ad mensam suam conuocaret, qui secum pranderent; paruit ille, ac pauperes conuocauit: verùm, cùm discubuissent cum Patriarcha, deprehensi sunt esse tredecim: quamobtem accersito Thesaurario: Nónne, inquit, mandaui tibi, vt duodecim vocares? Cur igitur tredecim vocasti præter sententiam meam? His ille auditis perterritus, Crede, inquit, mihi, venerande Domine, duodecim sunt: nec alius quisquam, præter Patriarcham, tredecim vidit. Inter prandendum igitur Patriarcha tertium decimum illum spectabat, qui summo scamnu considebat. Ecce facies eius varias formas sumebat. Modò enim senex, modò adolescens illi videbatur. Itaque, cùm è mensa consurrexisset Beatus Gregorius, reliquis omnibus dimissis, tertium decimum illum, qui tam admirandus ipsi visus fuerat, manu apprehensum in cubiculum duxit, & allocutus est ad hunc modum: Adiuro te per magnam omnipotentis Dei virtutem, vt aperias mihi, quis sis, & quo nomine appelleris. Et ille: Cur, inquit, nomen meum quæris, quod est admirabile? Ego sum pauper ille, qui ad te veni in mansione Sancti Andreæ Apostoli ad Cliuum Scauri, cùm tu in cellula tua sederes, ac scriberes, cui duodenos dedisti nummos, & vas; quod tibi beata mater tua Syluia cum leguminibus miserat. Itaque, cùm perspicuum fuerit, te in cordis simplicitate, & patientia constantem permansisse; ex quo die mihi hæc tribuisti, constituit Dominus, vt Ecclesiæ sanctæ suæ, pro qua proprium etiam Sanguinem effudit, Pontifex fieres, & Petri Principis Apostolorum successor esses, vt posses omnibus, quod cuique opus foret, subministrare. Vnde, Beatus inquit Gregorius, nosti tunc, Dominum, vt ego Pontifex fierem, decreuisse? Quia, respondit, sum Dei Angelus omnipotentis, idcircò id noui. Et tunc Dominus misit me, vt animi tui propositum explorarem; & vtrùm humanitate ductus, an ostentatione, faceres eleemosynam. Quo Beatus Gregorius audito, timuit; neque enim anteà eum Angelum esse cognouerat; & ideò cum illo tanquàm cum homine egerat, & locutus fuerat. Dixit autem Angelus ad Beatum Gregorium: Ne timeas: misit enim me Deus, vt tecum verser in hac vita.

Inter pauperes, quos ad mensam vocabat, Angelum suscepit.

Cùm eleemosynas faceret Greg. à Deo Pontifex est constitutus.

Quod ille cùm audisset, humi prostratus in faciem suam, adorauit Dominum: Si propter exiguam hanc, inquiens, ad promerendum animi propensionem tantum benignitatis cumulum clementissimus Dominus declarauit, vt Angelum suum mitteret, qui mei in perpetuum custos esset; quænam eorum futura est gloriæ magnitudo, qui mandatis eius obtemperabunt, & iustitiam colent: verax enim est ille, qui dicit, iudicio misericordiam præstare, & Deo fœnerari eum, qui pauperis miseretur. Quin etiam ipse Dominus Angelorum, qui salutis hominum author est, eos, qui à dextris erunt collocati, sic alloquetur: *Venite, benedicti Patris mei, paratam vobis à mundi constitutione suscipite regni hereditatem. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: æger, & visitastis me: nudus, & operuistis me: in carcere, & venistis ad me. Quatenus enim fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Quam quidem beatam vocem vtinam audiamus nos omnes, qui hæc vel legimus, vel audimus: & consequamur ea bona sempiterna, quæ parauit Deus his, à quibus diligitur, per gratiam, atque humanitatem Domini nostri Iesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Digressio

Digressio de operibus Misericordiæ.

De Hospitalitate.

PVNCTVM LXXXVII.

Iob 31. Sept. IN hac, vt in aliis charitatis operibus, insignis Iob: *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.* Sept. addunt: *Omni viatori patuit,* non vni, aut alteri; sed omni. Hebræus: *Ostia mea peregrino patuerunt.* quod adhuc maiorem emphasim habet: q. d. Vndequaque patebant ad meam domum aditus: volebam enim non vno tantùm ostio, sed omnibus excipi peregrinos. Sic in scholiis Vatabl. Quid mirum! hanc à suo consanguineo hæreditarat virtutem, Abraham, scilicet.

Vatabl.

Gen. 18. Hebr. 13. De hac præsertim virtute Abraham ab Apostolo laudatur: *Per hanc quidam placuerunt, Angelis hospitio receptis.* Quam historiam iustum est ab ore Chrysostomi audire, qui quot verba habet, tot sententias habet: *Apparuit autem Dominus ei in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei; cúmque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum,* &c. Vbi, antequàm audiamus Chrysostomum, notare est, quod dici solet, fas esse Deum pro Deo relinquere. Apparuit ei Dominus, & ecce visis peregrinis cucurrit: cur cum Deo non loquitur? cur abit, Deúmque deserit? Deum pro Deo relinquit?

Chry hom. 41. in Gen.

Nunc ad Chrysostomum, qui primò ponderat illud, quòd esset *In ostio tabernaculi*; non in tabernaculo, sed in ostio tabernaculi. Tantoperè, inquit, curabat hospitalitatem, vt nollet hospitum venationem cuipiam familiarium committere; sed trecentos decem, & octo habens vernaculos, homo senex, & nunc decrepitæ ætatis (centenarius enim erat) apud ianuam sedebat: quasi diceret Chrysostomus: Ipse, ipse, etsi senex, huic venationi, ac hospitum prædæ operam dabat, nec fatigabatur vel in meridie, & *in ipso feruore diei*, pro sua quiete ducens ministrare viatoribus, quos sub tectum introducere studebat, non curiosè explorans eos, an noti, vel ignoti essent; & quia latam hospitalitatis sagenam expanderat, meruit & vniuersitatis Dominum cum Angelis suis suscipere.

Hugo Card. Quæritur hîc, an Abraham nouerit Angelos, necne. Interlinearis asserit. Chrysostomus negat, ab vtroque moraliter; si nouit; noluit tamen non agere erga visibiles hospites, quod debebat, dispensationi, nimirum, angelicæ in forma visibili ministrando. *Lauentur pedes vestri,* &c. at non egebant ablutione; sed egeo ego ablutionis merito, inquit Abraham: lauentur hi pedes, quales sunt. Quo docemur, cum hospitibus pro viribus agendum, vt beneficium recipiant: nostra enim summoperè interest, si dignantur accipere.

Græcè.

At Chrysostomus cognouisse negat; vnde dictum Apostoli legit: *Per hanc quidam nescij Angelos exceperunt hospitio.* & hinc meritum auget, quòd ignorans quinam aduenerint, talia erga illos exhibuit charitatis officia.

Domine, si inueni gratiam coram te, ne transeas seruum tuum, &c. Quo loco primùm ponderat enixam voluntatem, vt in tabernaculum suum diuerterent: non existimauit, sufficere, vt verbis duntaxat adhortaretur. *Adorabat,* inquit, *super terram,* quasi supplicans, & efficacem exhortationem affe-

A rens, vt ne putetur perfunctoriè adhortari. Deinde perpendit, quòd, omnia, quæ offert, extenuat. *Afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri: & requiescite sub arbore, ponámque buccellam panis: & confortetur cor vestrum, postea transibitis.* q. d. Fatigati estis, & multũ tulistis æstum; ideò oro, ne prætereatis seruum vestrum: num magnum quiddam est, quod ego exhibeo? aquam vobis solam præstare possum, qua pedes vestri lauentur. Deinde mensæ dicit speciem: Ne putetis, inquit, me splendida vobis appositurum, vel condimentorum diuersitatem, vel assatorum varietatem: panem comedetis, & sic transibitis. Vidisti, quomodo variis vtitur modis, precibus vincere prætereuntes; & gestibus, & verbis, & operibus sic efficacibus attrahere

B eos volens? Primùm adorat; deinde dominos vocat: posteà dicit, quæ illis exhibiturus sit, extenuans res, & nihil esse significans: ait enim: Aquam hanc omnibus expositam habeo; vel iuxta alium Translatorem Chrysost. Aquam enim tepidam, inquit, habeo ad lauandas pedes: (q. d. ad effectũ hunc super ignem semper aquam habeo:) & panem, & rectum ab arbore: ne parui feceritis meum tabernaculum, ne despexeritis senectutem; ne renuatis ad exhortationem meam: scio, quantum fertis laborem: coniecto, quantus sit caloris æstus, & proptereà paululùm vos refrigerare volo. O charitatem, cui conuiuium opiparum, quod parabat, nihil videbatur! *Ponam buccellam panis.*

Vbi autem dixerunt: *Sic fac, vt dixisti* senis ex-

C citatus est iuuenilis vigor: & vide eum exultantem in opere, & quasi præ gaudio saltantem.

Et festinauit Abraham in tabernaculum. Vt primò accurrit, sic modò festinauit; festinat, anhelat, currit senio confectus *in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, misce tres mensuras similæ.* Non furfuris, sed *similæ*, floris: quia hospites meliùs excipiendi.

Vide, quomodo sciens boni operis magnitudinem, volebat, vitæ suæ sociam etiam retribuendarum rerum esse participem: quare enim, dic mihi, nulli famulorum, ac famularum hoc præcepit; sed mulieri tam prouectæ ætatis? nonaginta enim annorum erat. Non rebellat mandato Sara; sed parem alacritatem etiam ipsa affert. Audiant viri, au-

D diant mulieres. Viri quidem, vt sic suas contubernales erudiant, vt si quando spirituale lucrum incidat, ne per famulos hoc perficiatur: sed per seipsos faciant omnia. Mulieres autem, vt accedant adiuuare viros tam bonis operibus; & non erubescant aliquos excipiendo hospites propter Christum, illis congruum præbere ministerium, & per se ipsas afferre: sed imitentur Saram vetulam in tanta senecta laborem libenter suscipientem, & famularum opera perficientem.

Et, vt hoc præcepit, ad boues ipse iterum cucurrit. Quasi impatiens non contentus semel, iterum cucurrit. O senis iuuentutem! ô animæ constantiam!

E currit ad boues, & non permittit aliquem famulorum eò transire: per omnia monstrans his, qui aduenerant, quanta voluptate perfusus sit; & quanti faciat eorum præsentiam; & quòd hunc pro thesauro habeat honorem. *Et accepit,* inquit, *vitulum tenellum, & bonum.* Ipse per semetipsum electionem fecit; & optimum, qui aderat, accepit; poróque dedit; & illum quoque vrget, vt sine mora, quanta fieri potest, approperet. Animaduertite, quomodo omnia cum velocitate, cum feruenti alacritate, cum hilaritate, cum gaudio, cum magna iucunditate fiunt. *Et festinauit puer, vt hoc faceret.* Et

neque

neque hic ſenex quieſcit, ſed iterum in miniſtrorum ordinem tranſit. *Et vt accepit butyrum*, & lac, & vitulum, quem mactauerat, appoſuit illic. Sic per ſemetipſum omnia facit, & apponit; & neque dignum ſemetipſum cenſuit, qui conſideret eis: ſed illis comedentibus, *Adſtabat ille ſub arbore.*

O magnitudinem hoſpitalitatis! ô humilitatis excellentiam! ô mentem oppidò piam! Adſtabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur, tunc præ gaudio, alacritate multa, impotenti imbecillitate ſua factus ſuperior, & robur quoddam accepiſſe, recepiſſe. Adſtitit Patriarcha, quaſi famulus, ſummum honorem ſuum exiſtimans, quòd præſentibus miniſtraret. Vidiſti, quanta iuſti hoſpitalitas? neque enim hoc ſolùm conſidera, quod B panes propoſuit, & vitulum; ſed illud cogita, cum quanto honore, & quanta modeſtia exhibita ſit hoſpitalitas: non ſicut multi, qui, ſi quid tale fecerint, ſuperbiunt, & deſpicit ſuſceptos, eò quòd miniſterium illis exhibeant; hoc autem perinde eſt, ac ſi quis diuitias congreget, & circunferat, & cùm collegerit, omnia ſimul è manibus lapi ſinat: quiſquis enim cum arrogantia operatus quidpiam, & ſic faceret, quaſi plus præberet, quàm acciperet, mercedem, quæ hinc prouenit, diſperdit.

Non ſic Abraham, qui propterea, vbi largiter, & magna hilaritate ſeminauit hoſpitalitatem, ſtatim & manipulos vberrimos meſſuit. Hæc ex aureo Chryſoſtomi profluuio. Ex qua hiſtoria om- C nia perfectiſſimæ hoſpitalitatis officia ſatis abundè colligimus, deſiderium ſuſcipiendi, diligentiam, hilaritatem, charitatem, humilitatem in miniſtrando, vel quòd eos ſit comitatus. Quid plura? præmium hoſpitalitatis, filium, & quòd in eius ſemine benedicendæ eſſent omnes gentes.

Sed non diſſimilem, & non fortaſſe minorem hoſpitalitatis retributionem videamus in Rahab.

Iac. 2. *Rahab meretrix nonne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens nuncios, & alia via eiiciens?* Ob quod, vt

Ioſue 6. habetur in Ioſue, ab excidio *Exduxerunt Rahab, & parentes eius, fratres quoque, & cunctam ſupellectilem, ac cognationem illius; & habitauerunt in medio Iſrael vſque in præſentem diem, eò quod abſconderit* D *nuncios, quos miſerat, vt explorarent Iericho.* Vbi

Serar. ibid. q. 43. Serarius: Merito, ac Intuitu Rahab ſalui facti ſunt ab incendio pater, & mater, fratres, ac ſorores, omnes eidem ſanguine propinqui, omnes affinitate coniuncti, omnes eorundem filij, ac filiæ, omnes famuli, & ancillæ, quæ in omnibus iſtorum domibus, ac familiis eſſe poterant.

Hebr. Hebr. *Et eduxerunt omnes familias eius.*

Alij. Alij, *Cognationes.* Alij, *Proſapias eius*; vt propterea plurimi, qui aliquo gradu, quauis ratione ad ipſam ſpectarent, ſalutem ſint conſequuti, non ſolùm corporis; ſed, vt etiam creditur, animæ, iique non minùs, quàm ducenti eſſe poterant. O præmium charitatis! quid quòd tantopere E Deo placuit actus hic charitatis, vt eam vnam eſſe voluerit ſui filij progenitricem?

Rom. 12. Orig. ibid. Hinc Origenes obſeruat illud Apoſtoli: *Hoſpitalitatem ſectantes.* non illud, inquit, ſolùm oſtendit, vt venientem ad nos hoſpitem ſuſcipiamus: ſed, vt requiramus, & ſolliciti ſimus, ſectemur, ac perquiramus vbique hoſpites, ne fortè in plateis ſedeant.

Iudic. 19. *Vadimus ad domum Dei, nulluſque ſub tectum vult nos recipere.* Querela pauperum, ac peregrinorum eſt.

Matth. 8. *Filius hominis non habet* (in paupere,) *vbi caput ſuum reclinet.*

Ioan. 5. *Ego veni* (in perſona peregrini) *in nomine Patris mei, & non accepiſtis me: ſi venerit alius in nomine* A *ſuo* (Dominus talis, vel Princeps,) *illum accipietis.* Sic quidam pauperes excludunt, Magnates excipiunt ſumptuoſe.

4. Reg. 4. *Tranſibat Eliſeus per vnam ciuitatem. Erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum, vt comederet panem; cùmque frequenter inde tranſiret, dixit ad virum ſuum: Animaduerto, quòd vir ſanctus Dei eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter:* (non leuiter iudices vagos, & peregrinos:) *faciamus ei cœnaculum paruum:* (nam pauperi Eremitæ paruum ſat eſt.) *Et ponamus in eo lectulum, & menſam, & ſellam, & candelabrum, vt cùm venerit ad nos, maneat ibi.* q. d. Suum apud nos habeat hoſpitium: quod ius vt ille inuiolabiliter cuſtodiat, noſtra intereſt. Sed B tantæ hoſpitalitatis præmium? *Ecce ſedulò in omnibus miniſtraſti nobis:* (boni hoſpitis digna laus, ſed & digna retributio.) *Quid vis, vt faciam tibi? nunquid habes negotium, & vis, vt loquar Regi?* (non terræ tantùm, ſed cæli?) *Filium non habet* (ſpirituum, opera, virtutes.) *In tempore iſto, in hac eadem hora, ſi vita comes fuerit, habebis in vtero filium.* O quàm verum non ſolùm de rebus temporalibus, ſed etiam ſpiritualibus! ô quàm acquiris! ô quàm proficis hiſce actibus charitatis!

Mox vt iuſtus pedem infert in aliquam domum, pluunt in eam benedictiones.

Geneſ. 30. *Experimento didici,* (Laban ad Iacob,) *quia benedixit mihi Deus propter te.* Sic Iacob ad Laban: C *Modicum habuiſti, antequàm venirem ad te: & nunc diues effectus es, benedixitque tibi Deus ad introitum meum.* Idem accidit ad introitum Ioſeph in domum Ægyptij:

Geneſ. 39. *Benedixit te Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit, tam in ædibus, quàm in agris cunctam eius ſubſtantiam.*

Iudic. 19. Hoc ille nouerat in lib. Iudicum, qui ad quendam Leuitam, qui in platea iacebat: *Pax tecum ſit,* ait: *ego præſtabo omnia, quæ neceſſaria ſunt: tantùm, quæſo, ne in platea maneas. Et introduxit eum in domum ſuam, & pabulum aſinis præbuit, ac poſtquam lauerunt pedes ſuos,* (antiquiſſimum in peregrinos obſequium,) *recepit eos in conuiuium.*

Antiquitus inuiolabile ſeruabatur ius hoſpitij D inter familiares; vnde cùm quis hoſpitabatur apud aliquem, dicebatur acquirere ius hoſpitij, quod nec recipientes, nec recipiendi violabant. O ſi Chriſti verba audiuiſſent! *Qui recipit vos, me recipit.* quàm ſtrictiùs huiuſmodi ius inuiolabile cuſtodiſſent! quanta maiori diligentia quæſiuiſſent hoſpites! &c.

Hieron. l. 3. contra Ruff. Hieronymus de ſe ipſo: Nobis, inquit, in Monaſterio hoſpitalis cordi eſt, omneſque ad nos venientes læta humanitatis fronte ſuſcipimus: veremur enim ne Maria cum Ioſeph locum non inueniat in diuerſorio, ne nobis Ieſus dicat excluſus: *Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me.* Vnde & propo- E ſitum nobis eſt pedes lauare venientium, non merita diſcutere.

1. Pet. 4. *Hoſpitales inuicem* (ô Religioſi præſertim) *ſine murmuratione.* Benè ſine murmuratione: pauci etenim ſunt, qui ſaltem intus non murmurent, recepti, quàm malè excipiantur; recipientes, quòd nimis grauentur.

Sed hi meritum, ac remunerationem hoſpitalitatis ignorant. Non ſic ille, cui tantùm profuit, hoſpitalem fuiſſe, vti narrat Greg. Turonenſ.

Greg. Tur. hiſt. l. 10. c. 23. Homo erat in Antiochia valdè deuotus in eleemoſynis, coniugem, ac liberos habens, nec vnquam ei in omni vita ſua dies præterijt, poſtquàm quiddam proprium habere cœpit, in quo ſine pauperibus epulum prælibaſſet. Hic vna die cùm circuiſſet

vrbem

Quidam ob hospitalitatem, ac misericordiam in pauperes, veluti alter Lot, ab excidio Antiochia eripitur.

vrbem vsque ad vesperum, & reperire non potuisset egenum, cum quo cibum capere posset; egressus extra portam, cùm nox irrueret, reperit virum in veste alba cum duobus aliis stantem, quem aspiciens, quasi Lot ille antiqua memoratus historia, territus ait: Et forsitan peregrinus est Dominus meus? Dignetur cum sociis accedere ad domum serui sui, & sumpto epulo quiescere in strato: manè autem proficiscemini viam, quam volueritis. Cui ille, qui erat senior, tenens sudarium in manu sua, ait: Non poteris, ô homo Dei, hanc vrbem seruare, ne subuertatur. Et eleuans manum excussit sudarium, quod tenebat, super medietatem vrbis: & statim corruerunt omnia ædificia; & quodcunque ibi structum fuit: ibique oppressi sunt senes cum infantibus, viri cum mulieribus, atque vterque sexus interiit. Quod ille cernens, tam de persona viri, quàm de soni vehementia habes effectus; ruit in terram, & factus est velut mortuus.

Eleuánsque iterum vir ille manum cum sudário, quasi super aliam medietatem vrbis, apprehensus est à duobus sociis, qui cum eo erant, atque obsecratus terribilibus sacramentis, vt indulgeret medietati vrbis, ne rueret. Mitigato igitur furore, sustinuit manum suam, atque eleuans hominem, qui corruerat in terram, ait: Vade ad domum tuam: ne timeas: filij enim tui cum vxore, & omni domo tua, salui sunt, nec quisquam ex eis periit. Custodiuit enim te oratio assidua, & eleemosynæ, quas quotidie exerces in pauperes. His dictis, discesserunt ab oculis eius, nec ei apparuerunt vltrà: ille autem reuersus in vrbem, reperiit vrbis medietatem dirutam, atque subuersam cum hominibus, pecoribúsque, ex quibus nonnulli à ruinis deinceps extracti sunt mortui, pauci debilitati reperti sunt viui. Verumtamen nec illà cassa fuerunt, quæ viro huic ab ipso (vt ità dicam) Angelo Domini sunt nunciata: nam veniens, omnem domum suam incolumem reperit. Tantùm funera propinquorum, quæ in aliis domibus effecta fuerant, lamentabatur. Protexit verò eum in medio iniquorum dextera Domini cum domo sua, saluatúsque est à periculis mortis, velut memoratus Lot quondam in Sodomis.

De vestiendo paupere.

PVNCTVM LXXXVIII.

Gen. 3. Charitatem hanc primò Deus ipse, dum primos vestiuit parentes, qui se ipsos nudauerant, exercere dignatus est.

Ezech. 18. Quàm hæc placeat Deo, quámve Deus huic cumulatè retribuat, dictum est per Prophetam: *Si nudum operuerit vestimento, vita viuet ait Dominus.* Magna certè, sed fidelis promissio.

Iob 31. Hinc Iob: *Si despexi pereuntem, eò quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem.* Vere dicit, *pereuntem*: quin frigus solùm necare potest: ego talem, inquit Iob, Dei gratia non spreui.

D. Gregor. ibid. D. Greg. legit: *Si vidi prætereuntem*, hoc est, si non statim ac vidi, cucurri post eum, domi recepi, ac operui; nec nudum solummodò terræ meæ, sed peregrinum. *Si vidi prætereuntem.* Ignoto ergo proximo, ait Greg. misertum se indicat, quem prætereuntem vocat: quia apud piam mentem plùs natura valet, quàm notitia.

Hebr. Hebr. sic: *Si videbo prætereuntem*, hoc est, si quem semel nudum vidi, nudum ampliùs videbo; q. d. quotannis vestiam, nec patiar

A confici nuditate. O eximiam viri charitatem! non expectabat hyemis rigorem: non expectabat tremorem, & clamorem nudorum; sed statim ac eos videbat, vestibus operiebat. O pietatem Christiano dignam, ante Christi Euangelium exercitam! Sed, quæso, vbi? *In terra Vs. Si non benedixerunt mihi latera eius.* Synecdoche, pars pro toto. Hinc Septuag. *humeri*, & Tigurina, *femora* transtulerunt, quòd à capite ad pedes vestiret. *Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est.* Vbi Origen. Ad eius, inquit, tonsuram ouium, omnium pauperum scapulæ calefactæ sunt: ob hoc enim & istam multitudinem pecorum nutriuit, & maximam agriculturam exercuit, vt plu- Sept. Tigurin. Orig.

B rimis impertiret, vt plurimis benefaceret, non propter os suum tantùm; sed vt multos esurientes saturaret, atque plurimos nudos vestiret.

Sed dices: Tanta ipse præstare nequeo. Audi Chrysostomum: Qui habes vestes, vnam petenti tradas: & quoniam ad medietatem præstare grauaris, tertiam saltem partem concedas. Ego, inquit Christus, non tantùm postulo, quantùm dedi: pretiosam vestem gloriæ te indui; & tu pauperi dedisti partem vestis: ego gloriosum te feci in cælis; tu à nuditate, deformitate, frigore ipsum erige. Chrys. hom. 46. in Mat.

C Angelorum te conciuem feci; & tu corporalem vestem tantùm dedisti. Magis accepisti, quàm dedisti. O quàm hæc D. quadrant Martino! *Martinus adhuc catechumenus hac me veste contexit.* etsi esset tertia pars chlamydis.

Quomodo potueris, ita esto misericors, &c. *& de vestimentis tuis nudos tege.* Consilium hæreditario iure filiis dandum. Tob. 4.

Qui habet duas tunicas, det non habenti. Vbi Hieronym. Quicquid vsui humano est necessarium, pro vna tunica habendum est: & totum residuum superfluum est, & pauperibus erogandum. Luc. 3. Hieronym.

Beati, quorum remissæ sunt iniquitates; & quorum tecta sunt peccata. Innocentius: O quàm digna recompensatio, vt pro eo, quòd eleemosyna nuditatem corporis tegit in alio, iniquitatem mentis te- Psal. 31. Innoc.

D gat in te! E contrà, *Agite nunc, diuites, plorate vlulantes* (ceu lupi,) &c. *vestimenta à tineis comesta sunt* in testimonium vobis erunt. Vbi Chrysost. Vestes non sinamus à vermibus rodi, & absque vsu in arculis putrescere, cùm tot sint, qui indigent, & obambulant nudi; sed veneremur, honorémque demus nudo Christo, plusquàm tineis; & induamus eum, qui propter nostram salutem nudus obambulare vult: vt cùm ipsum induerimus, audiamus in die illa: *Nudus eram, & vestistis me.* Et alibi. Vis corpus Christi honorare? Non despicias ipsum nudum, nec hîc quidem in Ecclesia sericis pannis induas; foris autem frigore, ac nuditate confici negligas. Iac. 5. Chrys. hom. 33. in Gen. Matth. 25. Chrys. hom. 51. in Matth.

E Hinc Isaias: *Et vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis.* & subdit: *Paruulus enim natus est nobis.* q. d. Nudus hic, treménsque toto corpore in paupere vestiendus tuorum vestimentorum luxum damnabit, &c. Isai. 9.

Cùm videris nudum, si oculos non claudas, *operi eum: & carnem tuam*, tuæ similem, eiusdem massæ, vel *tuam* Christũ, qui tuam assumpsit, *ne despexeris.* Isai. 58.

Expoliauit se Ionathas tunica, qua erat indutus, charitatis effectus: *& dedit eam Dauid*, Christo in paupere. 1. Reg. 18.

Omnes, qui nudi erant, vestierunt de spoliis. Vel milites pij. tu sic crudelis! *Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes, quibus non est operimentũ in frigore.* 2. Par. 28. Iob 24.

Act. 9.

Sed, audi viſcera pietatis: *Circumſteterunt Petrum omnes viduæ flentes, & oſtendebant ei tunicas, & veſtes, quas faciebat illis Dorcas.* Verè Dorcas, quod eſt caprea: nam, inſtar capreæ, acutis oculis in alteram vitam intendebat: vnde & ad hanc meruit ſuſcitari.

Hebr.

D. Chryſ. hom 55 in Gen.

Effundamus ergo, vt adhortatur Chryſoſt. facultates noſtras in indigos mente liberali ex his, quæ nobis Dominus dedit, & quæ ab eo data ſunt, ipſi iterum demus, vt ſic iterum noſtra cum lucro fiant: tanta enim eius eſt liberalitas, quòd licèt accipiat de his, quæ ipſe dedit; non putet tamen propria ſe accipere, ſed magna munificentia nobis ea redditurum ſe pollicetur. Num graue aliquid, & oneroſum à nobis requirit? Ea, quæ abundant, & ſuperuacanea ſunt nobis, neceſſaria facere vult: & quæ fruſtrà, ac in vanum repoſita ſunt, ea vult benè diſtribui, vt occaſione accepta hinc nos coronet. Anhelat enim, & vrget, ac omnia facit, vt dignos faciat nos his, quæ ille promiſit. (Iſa. *Expectat Dominus, vt miſereatur veſtri.* Hebr. *Anhelat Dominus, vt miſereatur veſtri.*) Ne igitur nos ipſos priuemus tantis bonis. Nam, ſi agricolæ penu ſuum euacuant, & ſemina terræ concredunt, & collecta diſpergunt, idque cum voluptate faciunt, ſpe maiora recipiendi ſe ſolantes: & quamuis ſciant, quòd aëris intemperies, nonnunquam & terræ ſterilitas, & alia multa accidentia, vt locuſtarum exercitus, & rubiginis inſidiæ, ſpe excidere faciant; attamen bona ſpe ſe alentes, ea, quæ in promptuariis collecta habent, terræ concredunt: multò magis nos, quæ abſque vſu recondita ſunt, diſpergere in pauperum vſus, & educationem conuenit: vbi nunquam ſpes eluditur, neque timenda aliqua terræ ſterilitas: dicit enim: *Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* Breui tempore diſtribuit, & perpetuo ſæculo iuſtitia eius permanet.

Iſa. 30. Hebr.

Pſal. 111.

In Vit. Pat.

Ioan. Eleemoſ. donatum ſibi opertoriũ vendit, vt nudos operiat.

Hæc optimè ſentiebat ſanctus ille Patriarcha Ioannes Eleemoſynarius, de quo in Vitis Patrum. Arripuit & hic ſanctus hoc bonum, vt in infirmo ſtratu recumberet, & vilibus operimentis in cellula ſua vteretur. Quod cùm audiſſet quidam poſſeſſorum ciuitatis, aſcendens ad eum, & videns, quòd opertorio ſciſſo, & laneo tegeretur, tranſmiſit ei coopertorium numiſmatum triginta ſex, rogans multùm eum, vt eo cooperiretur ad memoriam mittentis. Ille verò hoc ſuſcipiens propter multam viri poſtulationem, coopertus eſt hoc vna nocte, & per totam penè noctem dicebat ad ſemetipſum, vt recitabant cubicularij eius: Quis dicet, quòd humilis Ioannes (habebat enim ſemper verbum iſtud in ore) pallio trigintaſex numiſmatum tegatur, & fratres Chriſti frigore necentur? Quanti ſunt modò, qui dentibus ſtrident præ glacie? Quanti ſunt modò, qui pſiathum habentes (hoc eſt, mattam) ſubtùs dimidium, & ſupra dimidium, non poſſunt extendere pedes ſuos; ſed dormiunt, vt glomus, trementes? Quanti in monte dormierunt incœnati, & ſine lucerna, habentes duplicem cruciarum, tam ex frigore, quàm ex ieiunio? Quanti deſiderant ſaturari de foliis olerum, quæ proiiciuntur de coquina mea? Quanti vellent tingere panem ſuum in zemate (id eſt fæce, aut iactura aquarum, vbi carnes coquuntur,) quod proiiciunt coqui mei? Quanti cupiunt vel odorare vinum, quod funditur in cellario meo? Quanti ſunt in ciuitate iſta in hac hora peregrini, non habentes, vbi hoſpitentur; & in foro iacent, & pluuia ſunt madefacti? Quanti, putas, habent totum menſem, vel etiam duos, non

Roſvvey. in annot. & onomaſt.

guſtantes oleum? Quanti ſunt, qui non habent alterum veſtimentum in æſtate, & alterum in hyeme; & ita miſeriis affliguntur? Tu verò expectans etiam æternam iucunditatem aſſequi, & vinum bibis, & piſces immanes deuoras, & in cubiculis demoratis: modò autem cum omnibus malis, & in coopertorio trigintaſex numiſmatum te calefacis? Veraciter ita viuens, & in tali laxatione conuerſans, non expectabis illis præparatis gaudiis frui; ſed audies vtique, quod & diues ille audiuit: Recepiſti bona in vita tua, pauperes verò mala: nunc ergo conſolantur, tu verò cruciaris. Benedictus Deus, humilis Ioannes alia nocte non cooperietur illo. Iuſtum eſt enim, & benè acceptum Deo, vt tegantur centum potiùs quadragintaquatuor fratres, & domini tui, quàm tu infelix. Venundabantur verò quatuor rachanellæ (id eſt, panniculi) numiſmate vno.

Nota viri Dei humilitatem.

Mox ergo tranſmiſit illud in craſtinum, vt venundaretur. Et videns is, qui obtulerat, emit illud trigintaſex numiſmatibus, & rurſus obtulit Patriarchæ. Cùm verò in craſtinum vidiſſet illud, emit hoc ſimiliter, & rurſus obtulit Patriarchæ, depoſcens, vt tegeretur ab eo. Cùm autem tertiò hoc feciſſet, dicit ei gratulabundus ille Sanctus: Videbimus, quis deficiet, ego, an tu. Erat enim ille opulentus valdè; & ſuauiter quaſi vindemiabat eum Sanctus, paulatim ab eo multa auferens. Et dicebat ſemper, quòd poteſt aliquis intentione dandi pauperibus, expoliare diuites; & ipſum etiam hypocamiſium (id eſt, veſtimentum, quod ſuper camiſiam eſt) ab eis beneuolè auferre, & non peccare; & maximè, ſi ſunt aliqui immiſericordes, & auari. Duo enim lucratur talis: vnum quidem, quia animas illorum ſeruat: alterum autem, quoniam & ipſe ex hoc mercedem non modicam habet.

Expende terminũ, beneuolè, vt dictũ ſanè intelligas, nec credas furari licitũ, vt eleemoſynas largiaris.

Quod verò idemmet Patriarcha ſubdit de Petro Telonario, & ad rem facit, & quorundam optimè redarguit querimoniam. Contigit, ait, ſecundùm conſuetudinem, procedere eum diluculò ad telonium, & obuiat ei nauta, qui à naufragio nudus, vt natus eſt, euaſerat; & cecidit ante eum, rogans, vt protectionem apud eum impetraret. Ille ergo putans, quod egenus eſſet, expoliauit ſe eſophorium ſuum, (hoc eſt, veſtimentum interius,) quod illius melius erat, & dat ei, rogauitque eum, vt hoc ipſe veſtiretur. Pergens verò ille, & erubeſcens veſtiri hoc, dedit illud venditori, vt venundaretur. Et cum recederet Telonarius, vidit hoc ſuſpenſum, & contriſtatus eſt vehementer, & aſcendens domum ſuam, nihil paſſus eſt guſtare; ſed claudens oſtium conclauis ſui, ſedebat plorans, & cogitans: quia non fui dignus, vt mei memoriam haberet egenus. Cùm ergo anxiaretur, obdormiuit; & ecce vidit quendam, ſpecioſum tanquàm Solem, ferentem Crucem ſuper caput ſuum, & eſophorium, quod dederat nautæ, aſſiſtentem ſibi, & dicentem: Quid ploras, Domine Petre? (Hoc enim erat nomen.) Ille verò dixit, vt ad Deum diſputans: Quia, Domine, ex quibus largitis nobis, damus alicui, & in turpe lucrum vertunt accipientes. Tunc dicit ei: Cognoſcis hoc? Et oſtendens ei, quia de intùs veſtitus eſſet eius eſophorio, dicit ei: Ecce ego illo veſtior, ex quo dediſti mihi hoc: & gratias ago voluntati tuæ bonæ, quoniam frigore affligebar, & tu cooperuiſti me. Ad ſe ergo reuerſus, admiratus eſt, & cœpit beatificare egenos, & dicere: Viuit Dominus, ſi inopes Chriſtus meus ſunt, non moriar, & fiam tanquàm vnus ex eis.

Petrus Telonar. eſophorio ſe exuit, & nudum tegit

De

De visitandis infirmis.

PVNCTVM LXXXIX.

Eccl. 7. NOn te pigeat visitare infirmum: ex hoc enim in dilectione firmaberis. De sancta illa matrona, D. Hier. ad Ocean. in Epitaph. Fabiolæ. quæ prima omnium Xenodochion instituit, (hæc fuit Fabiola nobilissima sanguine, sed longè nobilior virtute, ac charitate,) refert Hieron. tanta eam fuisse prædītam charitate in infirmos, vt vel stomachosiores ipsa foueret; neminem, vel horrendum, horreret. Quoties, inquit Hier. pudore confectos humeris suis ipsa portauit! quoties lauit purulentam saniem, quam alius aspicere non valebat! præbebat cibos propria manu, & spirans cadauer sorbitiunculis irrigabat. Scio multos diuites, & religiosos (subdit Hieron.) ob stomachi angustiam, exercere huiusmodi misericordiam per aliena ministeria, & clementes esse pecunia, non manu; sed, sicut imbecillitati stomachi veniam tribuo: sic perfectæ mentis ardorem in cælum feto. Luc. 16. Magna fides ista contemnit. Scit quid in Lazaro diues purpuratus aliquando non fecerit, quali superba mens certibutione damnata fit. Ille, quem despicimus, quem videre non possumus, ad cuius intuitum nobis vomitus erumpit; nostri similis est, de eodem nobiscum formatus est luto, iisdem compactus elementis: quicquid patitur, & nos pati possumus: vulnera eius existimemus propria, & omnis animi in alterum duritia clementi in nosmetipsos cogitatione frangetur.

Commendat itaque Hier. huius in pauperes, & ægrotos pietatem, quæ tanta erat, vt multi pauperum sani languentibus inuiderent. Sic, fie, Fratres mei, in proprios humeros pauperes, ac debiles tollendi sunt. Hæc erat Iobi pietas: *Oculus fui caco, & pes claudo*, Iob. 29. Sept. Sept. *Oculi eram caco, & pedes claudo ego, ego*. q. d. Meis in humeris languidos, ac debiles portabam ego, ego, non famulus. Qui nondum audierat: Matth. 25. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*. Et, *Infirmus eram, & visitastis me*.

S. Bonau. in stimulo Amoris, c. 5. Vbi D. Bonauent. asserit, quòd qui infirmo seruit, plùs meretur quàm si ipsi Christo ministraret. Verba illius hæc sunt: Credo fine præiudicio, quòd qui sic, vt dictum est, feruenter, ac diligenter Christo in proximo ministrando purè per Christum, & totaliter tendens in ipsum, quòd plùs meretur, & virtuosiùs moueretur, & à Deo ampliùs approbaretur, quàm si proprio Christi Corpori ministraret. Et hoc patere potest: vnus enim pessimus homo, si videret Christum in vno lecto, & benè cognosceret eum esse; crede non esse dubium, quòd sibi diligenter ministraret. Sed sibi Christo in proximo cum tanto feruore, ac diligentia ministrare non posset non perfectus, vt credo; imò, vt ita loquar, plusquàm perfectus. Et ideò toto animi conamine hanc etiam nitamur habere. Quis enim de cætero abhorrebit leprosum, declinabit infirmum, negliget desolatum, cùm in eis videamus Christum? & plùs possumus mereri, & Deo placere, vt probatum est, quàm si ministraremus & ipsi Christo. Cur, anima, tota die anxiaris post Christum? Indicabo tibi, quem diligit anima tua, ô Sponsa dilecti: certè in infirmaria iacet, & ibi angustiatur, ibi torquetur: curre, & sibi ministra, sibi compatere infirmanti, &c.

In Vita S. Basil. Quàm id benè præstabat Anastasius ille, quem Sanctus inuisit Basilius, à quo cùm interrogaretur

Speranza Scriptura selecta.

A de thesauro, quem domi occultum detiu ebat, & de vita, quam ducebat. Ego, inquit, peccator sum, subditus tributis publicis; habens iuga boum duo, vnum ad ministrationem peregrinorum, alterum ad ministrationem vectigalium: & ista mulier est coancilla mea ministrans pauperibus, & mihi. Dicit ei Sanctus: Voca eam sororem tuam, sicut & est, & enarra mihi conuersationem tuam. Qui ait: Non habeo quidquam boni, & alienus sum ab omni virtute. Tunc dicit ei Basilius: Surge eamus simul. Et duxit eum ad vnam de cellulis domus, dixitque ei: Aperi mihi ostium. Respondit ei Presbyter: Non introeas, Pater: quia necessaria domus sunt. Dixit ei Basilius: Et ego in ista necessaria B veni. Nolente ergo Presbytero aperire, Sanctus aperuit illud sermone. Et ingrediens, inuenit ibi leprosum pluribus membris defluxum, quem nemo sciebat ibi esse, nisi Presbyter, & eius soror. Dixit ergo Presbytero: Cur voluisti mihi occultare thesaurum istum tuum? Qui respondit: Furiosus est, Pater; & ideò timui, ne læderetur in sermone. Dixit ei Sanctus: Benè certasti in illo; sed fine me hac nocte ministrare ei, vt & ego merear eum accipiam. Tunc reliquerunt Sanctum Dei in cella cum leproso, clauserúntque ostium. At ille tota nocte super eum faciens orationem, sanauit illum, & sic cum suis reuersus est in ciuitatem. De quodam Anastasio, quē S. Basil. inuisit, & in cura leprosi occupatum inuenit.

C

De Ieiunio, comite Orationis.

PVNCTVM XC.

IN plerisque Scripturæ locis ieiunium cum oratione iunctum est. Iudith 4. *Exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis, & orationibus*. Iudith 4. In Esdra: Vriel ad eum: *Si oraueris, & ieiunaueris septem diebus, audies iteratò horum maiora. Et ieiunaui diebus septem vlulans, & plorans, sicut mihi mandauit Vriel Angelus; & iterum cogitationes cordis mei molesta erant mihi valdè, & iterum cœpi loqui coram Altissimo sermones. Tunc* 4. Esd. 5. Iob 6. D *Vriel: Si iterum rogaueris, & iterum ieiunaueris septem diebus, iterum tibi renunciabo horum maiora*. Sic semper iungit orationi ieiunium. Sic & Raphaël vtrunque copulauit: *Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna*. Ieiunium etenim, & eleemosyna, vt inquit Basilius, alæ sunt, quæ preces nostras subuehunt in cælum. Et Chrys. Orans cum ieiunio geminas habet alas, & ipsis quidem ventis leuiores. Tob 12. D. Basil. homil. 1. de laud ieiun. Chrys. hom. 71. ad pop.

Ab eodem Chrysostom. ieiunium dicitur schola præceptorum: & meritò: hoc enim mentem eleuat ad sublimia contemplanda: nam pinguis venter, vt ait Hieron. non gignit tenuem mentem. Et Bernardus: Cibis repletus aptior est ad dormiendum, E & crapulam exhalandam, quàm ad vigilandum, atque orandum. Accipiter non volat benè pastus, nec intellectus post multas epulas eleuatur. Basil. Daniel visionem non vidisset, si per ieiunium perspicaciorem animam non fecisset: ex crasso enim alimento euaporationes velut fuliginosæ emittuntur, & instar densæ nubis illuminationes, quæ à Spiritu Sancto in mentem accedunt, diminuunt, ac intercipiunt. Idem. Hieron. Bernard. D. Basil. homil. 1. ex 19. var.

De onagro illo (ex D. Greg. symbolo ieiunantium) qui clamorem exactoris (gulæ) non audit, inquit Iob: *Circumspicit montes pascua sua, virentia, quoque perquirit*. Montes pascuæ sunt altæ contemplationes internæ refectionis, quibus absti- Iob 39. D. Greg. ibid.

nentes incentiuis carnis castigatis, cælesti dulcedine pascuntur. A

Ierem. 52. Hebr. Gregor. Gula destruit orationem, *Nabuzardan*, Hebr. *Princeps coquorum*. Sic Gregorius D. *struxit murus Ierusalem, vel combussit domum Dei, & omnes domos Ierusalem*. Hieron. Hinc Hieron. Quando comedis, cogita, quòd statim orandum, vel legendum sit.

Cibus cum mensura sumendus.

PVNCTVM XCI.

Ezech. 4. Marian. ibid. *Cibus tuus, quo vesceris, erit in pondere viginti stateres in die.* Vbi Mariana: Stater Græcis continet dimidiam vnciam, sicetiam Isidor. *Et aquam in mensura bibes sextam partem hin*, quæ mensura capit duodecim, aut quatuordecim vncias. Interl. Cibus, & potus (inquit Interlinearis (qui magis mortem prohibeat, quàm vires præbeat; qui mortem solam arceat, delicias nullas ministret; hæc erat obsessis illis præscripta mensura: hæcque Lyran. esse deberet (inquit Lyranus) cuiusque circumuallati, & obsessi Christiani mensura cibi, quo contra obsidentes humani generis hostes vigilans, & impiger esse posset; quinque, aut sex vnciæ panis, totidem aquæ.

Lessius in Hygiast. Vix paulò latior Lessius in Hygiasticon, dum ad vitam non solùm tuendam, sed & protogandam quatuordecim concedit vncias. Contremiscunt ad has mensuras gulosi: sed reuerà natura Eccl. 29. Græcè. paucis contenta. *Initium vitæ hominis* (Græcè, *principium*, hoc est, fundamentum vitæ hominis, *panis, & aqua*.

Eccl. 31. Idem Ecclesiasticus disertis verbis: *Quàm sufficiens est homini erudito vinum exiguum! Et in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem. Vigilia, cholera, & tortura, viro infrunito. Somnus sanitatis in homine parco: dormiet vsque mane, & anima illius cum ipso delectabitur.* Sunt hîc pulcherrimæ obseruationes pro commodis temperantiæ, & incommodis gulæ: ad maiorem emphasim ad-Græcè. Raban. ibid. mirationè: *Quàm sufficiens est homini erudito*. Græcè: *Disciplinato, benè instituto, vinum exiguum*. Rabanus absolutè: *Exiguum*. Sic etenim subdit: Tenuis victus, tam animæ, quàm corpori vtilis Hieron. est: superfluus verò è contrà. Sic Hieronym. Cibus simplex, modicus, minùs onerosus est. Dilues epulis distentus, aut vix, aut nunquam somno fouetur. Id, quod dicit Ecclesiasticus: *Vigilia*, Græcè. Hugo Card. ibid. *cholera, & tortura viro infrunito*, quod est Græce, *inexplebili*; vel iuxta Hugonem, *infrunito*, id est, guloso, sine frumine discretionis: vel ebrioso, sine fronio: quia nunquam ab humore vini siccatur: vel intemperato, sine fræno temperantiæ: vel inuerecundo, sine fronte verecundiæ: vel insipienti, sine fronesi sapientiæ. Hæ omnes etymologiæ quadrant homini infrunito.

Huic primùm *Vigilia*; ciborum enim superfluitas impedit somnum: ad hæc *Cholera*, id est, cruditas, aut cholica, aut vomica passio, vel vitæ curtatio; cholera enim, & vomitus causa sunt breuitatis vitæ, sic infra: *Auiditas appropinquabit vs-* Eccl. 37. *que ad choleram. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam.* Tandem, *& tortura*, id est, torsiones ventris, vel molestissimæ extensiones, ad instar eius, qui à Iudice torquetur. *At somnus sanitatis in homine parco, dormiet vsque mane*, placide, scilicet, absque somniis terrificis, ac exercitantibus. *Et anima illius cum ipso delectabitur.* aut Græcè: *Et anima eius cum ipso.* quasi compendio dicat: Temperans vigilat, & dormit: vt homo, secum animam habet: in homine quippe intemperato non videmr esse anima eius cum ipso; sed rationalis recessisse videtur, & loco sui animam irrationalem substituisse. Græcè.

Id quod paulò superiùs innuisse videtur: *Viere quasi homo frugi* (Lyranus, id est, modestè, & temperatè, hoc sibi vult, *frugi*) *his, quæ tibi apponuntur.* Vbi Iansen. *Frugi* Græcis non est, sed; anim: *Viere quasi homo*. quo significatur, quenque cibum sumere debere, sicut naturæ humanæ ratione vtenti conuenit, temperatè, scilicet, & honestè; non autem instar belluæ cibum vorandum, & in diuersas partes distrahendum. Eccles. 31. Lyran. ibid. Iansf. ibid. B

Pulcherrimum huiusce modestiæ exemplum in Petro: *Post horam sextam, cùm esuriret, voluit gustare*. Græcè, *parcè, & moderatè comedere*; quod est contra eos, qui instar canis famelici effundunt se super cibum, inquit Dionysius: *Parantibus autem illis* (ministris Simonis coriarij, apud quem Petrus hospitabatur) *cecidit super eum mentis excessus.* Ob dilatiunem fames ieiunio bilem ad nasum, vt assulet, non conciuit; sed ecstasim meruit, & effecit. Vbi Ambros. Pransuro Petro desunt coquorum apparatus; sed mysteria diuina non desunt: vt reficiatur Petrus, non cellarium sollicitè reseratur, sed cælum ipsum protinus aperitur. Act. 10. Græcè. Chart. ibid. Lorin. ibid.

Vt parci, vt continentes Sancti in sumendo cibo! C Ieiunus non sese effundit in escam, sed parcè, & modestè: contra intemperantes, ac impatientes, qui si quando ieiunant, posteà vorant; Petrus tardè, parcè, modestè, &c.

Hi sunt, qui clamorem exactoris non audiunt, sed sermonem. Sic Gregor. *Clamorem exactoris* (ventris) *non audiuit*. q. d. sermonem audit, clamorem non audit, id est, indigentiam naturæ audit, excessum appetitúmque gulæ non audit. Iob 39. D. Gregor. ibid.

Gula vitam corripit.

PVNCTVM XCII.

Memphis (Heb. *Ex ore gula*) *sepeliet eos.* Epitaphium, quod secum deferunt helluones. *Eglon* (Hebr. *vitulus mœroris* (*crassus nimis*. q. d. saginatus ad mortem. Osee 9. Hebr. Iudic. 3. Hebr.

Arist. Varius cibus grauis est: turbulenta enim, nec æqualis concoctio eius agitur. Aristot. Probl. sect. 1. 13.

Vulgatissimum illud: Plures occidit gula, quàm gladius.

In Numeris præcepit Deus Moysi; *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles*. Quando his canam, Domine? *Si exieritis ad bellum, clangetis tubis.* Item, *Si habebitis epulam, clangetis tubis.* In bello, & conuiuio. q. d. vbique mors. Num. 10.

Sepulcra concupiscentia, simul, & semel gula, & mors. *Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa.* At mors quantùm abest? *Sepultura asini* (guloli titulus, ac epitaphium) *sepelietur*. Num. 11. Ierem. 22. E

Sedit populus manducare, & bibere: & surrexerunt ludere. Quid hîc sibi vult ludere? Digladiari, *Surgant pueri, & ludant*, id est, surgant, & digladientur. *Vlulatus pugnæ auditur in castris*, &c. Exod. 32.

Hoc idem & Salomon: *Cui rixæ, cui væ, cui souea*, mors, scilicet? *Nónne his, qui student calicibus epotandis?* Vt protogent vitam, vino indulgent, & Prou. 23.

vino

vino student, clariori, albo, rubro, dulci, &c. calicibus oblongis, crystallinis, in varias formas, obductis: sed per hoc in foueam, in sepulturam deueniunt. O quot modis hodie homines calicibus student! qua arte, quot modis student!

Plin. lib. 19. nat. hist. c. 4. Heu! prodigia ventris, vel Plinius exclamat, alij glaciem, alij niuem portant; excogitatúrque, vt alienis mensibus nix algeat. Nota, alienis mensibus. Menses non alieni, sed proprij niuis sunt hyemales: sed hi faciunt algere niuem mense Iulij, Augusti: excogitatur, vt alienis mensibus nix algeat. Sed duplicemus conceptum: hodie communes mundi deliciæ vtuntur niue in calidioribus anni mensibus; & hi sunt hodie menses niuis: sed eo vsque peruenit gula, vt excogitarit, vt alienis mensibus, vel mediæ hyemis nix algeat. Heu prodigia ventris! Hinc supradicta tortura viro infinito, vel inexplebit. Sed adhuc triplicemus conceptum; & quoniam his gulæ frigidissimis irritamentis vtimur, idcirco in pœnam nix aliquando non cadit; sed in cælo remanet, ne terram fœcundet.

Chrys. ser. 1. de ieiu. D. Ambr. Verissimum est, Fratres meì: vitam posuit Deus in ieiunio, quod Chrysost. vocat pharmacum immortalitatis. Et mors posita est in gula. Cuius rei signum est (inquit Ambros.) quòd primis quinque diebus creationis, nihil omninò de cibo est loquutus; sexto autem die dixit: *Ecce dedi vobis omnem herbam virentem, &c. vt sint vobis in escam.* Vbi notandum, quod subdit; & perpendit Ambros. Primus vsus mundi à ieiunio cœpit, sexto die bestiæ sunt creatæ, & cum bestiis orta edendi potestas: vbi cibus cœpit, ibi finis factus est mundi. Quo indicio declaratum est, quòd per cibos mundus haberet imminui, per quos desiit augeri.

Ratio physica in reactione sita est: omne agens agendo repatitur. Sicque eius, qui plus comedit, calor plus agendo, ac concoquendo repatitur, ac per consequens citiùs extingitur.

Gulæ, & intemperantiæ iuncta est luxuria.

PVNCTVM XCIII.

Exod. 32. Tertull. Lado. Psyc. Facit locus paulò antè allatus. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Tertull. lib. aduersùs Psychicos transfert: *Et surrexerunt feriari.* Greg. Dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur: hinc dictum

Gen. 3. Bern. ser. 24. ad soror. est: *Pectore, & ventre repes.* semper enim iuncta est saturitati lasciuia. Et Bern. Cùm venter immoderatè reficitur, corpus ad luxuriam excitatur. Item, per vinum luxuria nutritur. Vinum intemperatum, venenum est.

Gen. 9. Post vinum in Genesi mox verenda detecta; signum, in promptu esse luxuriam.

Heu per vinum omnes, vel naturæ ipsius leges franguntur! Nemo potest eiusdem esse pater, maritus, socer, gener, & auus; sed falleris, vinum effi-

Basil. hom. 1. 18. var. cit simul hæc omnia. Basil. Lot filiæ maritus fuit, ipse sui ipsius gener, & socer, pater, vir, & auus, vtrinque naturæ terminis contumeliam inferens.

1. Tim. 6. Hinc Apost. *Medico vino vtere propter stomachum, & propter frequentes tuas infirmitates.* q. d. concedo tibi in tot laboribus Episcopatus vinum ad necessitatem, non ad luxuriam.

Tit. 2. Idem: *Iuuenes hortare, vt sobrij sint*, alioquin casti non erunt.

A *Ruben primogenitus meus, non crescas: quia ascendisti cubile patris tui.* Alij, *Non efferuescas* q. d. minue ignem. Vt hoc igne efferbuerunt ciuitates illæ, saturitate, & abundantia panis! Vt benè post epulas. *Halitus eius prunas ardere facit!* Gen. 49. Alij. Ezech. 16.

Ieiunio vincitur luxuria. Quid est, quòd eùm esset iuuenis Ioseph; carnem tamen veluti spiritualizatam habebat & quasi sine incentiuis, &c? *Nec aliud nouerat, nisi panem.* Vbi Lippomanus: Hunc locum sic nonnulli intellexerunt: Ioseph nihil è cibis domini sui cognouisse, præter siccum panem, quo vescebatur: quid mirum, si luxuriam non cogitabat? Gen. 39. Lippom. ibid.

Hoc remedio, Fratres, carnem insolescentem, ac lasciuientem coërceamus. Abraham post lusus Ismaël volens domo eiicere Agar matrem eius, nullum aliud viaticum dedit, quàm panem, & aquam. Euth. Sic durè, ô Abraham? sic? *Agar* ex Hebr. Procopio, & D. Anton. de Padua, *somnians festa*, vel *suscitans festa*, interpretatur, & significat carnalem voluptatem, quæ in comessationibus, & ebrietatibus quasi quodam festo gloriatur. Sic festa suscitas, vbi fueris? conuiuia somnias? Parum aquæ ad hoc vinum diluendum, vt quæ semper somniat, & educit festa de sub terra, ieiunia cogitet, ac vigilias. Sic, sic Agar luxuriantem è domo mentis, cùm non multis obsoniis; sed pane, & aqua corpus reficimus. Gen. 21. B Hebr. Procop. ibid. D. Anton. de Pad. in serm.

D. Hieron. ad Eustochium de custodia virginitatis, vbi tot rationibus commendauit ieiunium, concludit: Hoc dico, non, quòd Deus inextinorum nostrorum rugitu, & inanitate ventris delectetur; sed, quòd aliter pudicitia tuta esse non possit. C

Cum hoc & alij plurimi effectus intemperantiæ. In Prouerb. *Ne intuearis vinum, quando flauescit, cùm splenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè; sed in nouissimo mordebit, vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas: & cor tuum loquetur peruersa; & eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo.* Sed, si iuber, antequàm explicemus hæc, ad paulò superiora iam tacta verba redeamus: *Cui væ, cui rixa, cui fouea? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?* Et postea sequitur: *Ne intuearis vinum, quando flauescit, &c.* Prouerb. 23. D

Tangit hic damna intemperantiæ, & quia quodlibet verbum sententia est, quodlibet perpendamus. *Cui væ* (præsens, & futurum?) *cui Patris væ?* Hebr. *Cui egestas?* O quàm id verum! Dixerat & suprà: *Quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio.* Hebr. *Quia bibax, & edax pauper efficietur.* Chald. *Et pannis ruptis vestietur.* & propterea paulò superiùs dixit: *Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt.* vel iuxta Symmac. *Ne sis cum his, qui ex symbolis carnes edunt inter se.* Hugo Card. & Salaz. in hunc loc. Hebr. Chald. Symmac. E

Nunc: *Cui fouea?* (vitiorum.) Hebr. *Cui ploratus?* Pagnin. *Cui loquacitas?* ex D. Greg. filia intemperantiæ, exemplo epulonis in lingua cruciati. Regia; *Cui murmur?* Chald. *Cui malorum congeries? Cui suffusio oculorum?* (interiorum, & exteriorum.) Sic Hugo Card. & Heb. *Cui rubor oculorum?* Ebriosis enim rubent oculi. Hebr. Pagnin. Regia. Chald. Hugo Card. Hebr.

Nonne his, qui commorantur in vino? O quàm malum commorari in vino! Bibere ad naturæ necessitatem, & sedandam sitim, malum non est sed commorari in vino, hoc malum est: nimirum:

Hebr. Vatabl. Sept.

potando vltra mensuram. *Sedit populus manducare.* O illud, sedere! &c. *Et student calicibus epotandis:* quod totum Hebr. legit: *Morantibus super vinum, & ingredientibus ad quarendam mixturam*; nimirum, dulce cum acri, album cum rubro. Vatabl. *Apud eos, qui veniunt scrutatum, vbi vinum misceatur.* q.d. laternis perquirunt tabernas: & benè laternis, qui præ vino non vident. Sept. *Nónne vestigantibus, vbi compotationes fiant?*

Hugo Card. Glossa. Ephes 5. Gen. 19. Caietan.

Nunc subdit: *Ne intuearis vinum, quando flauescit.* aut Hebr. *Cùm rubescit, cùm splenduerit in vitro color eius.* Hebr. *Cùm dat in calice oculum suum*, id est, cùm tibi color ille oculum, atque cor videtur abripere. *Ingreditur blandè.* Hebr. *Vadit in rectitudinibus*, ex illis, nimirum, longioribus cyathis in profunda bibentium viscera. B *Sed in nouissimo mordebit, vt coluber, & quasi regulus venena diffundet* (itæ, scilicet, & luxuriæ:) vnde sequitur: *Oculi eius videbunt extraneas.* Hugo Cardin. id est, mulieres ad concupiscendum; nam vino incalescit luxuria. Et Glossa: Penè naturale vitium est, post vina mulierem in corde concupiscere, concomitante etiam verborum turpitudine, propter quod dicit Apost. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Exemplum habes: quem Sodoma non vicit, vinum vicit; vnde Caietan. legit: *Oculi tui videbunt extranea.*

Chrysost. hom. 10. in Gen. Gregor. 3. par. cur. Past. admon. 31.

Et eris, sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. Aptissima metaphora naucleri consopiti, qui nec ad polum inspicit, nec temonem gubernat; sed nauim in omnes scopulos C impingere finit: ita & temulentus, quem vinum cadauer Chrysost. nuncupauit, rationis gubernaculo amisso, tentationum ventis expositus, in scopulos omnes impingit. Sic allegoricè Gregor. Heu absorptus à vino, quæ naufragia non patetis? & quos scopulos non impinges? Non poterant meliùs exprimi damna intemperantiæ. Et eris sicut dormiens ille, cui plus obfuit vinum, quod bibit; quàm ipsummet totum diluuium, quod tolerauit, de quo Ambros. Et quem nudare non potuerunt diluuia, nudauerunt vina. Seneca: Vile sepulcrum rationis est ebrietas.

Gula seruitus est.

PVNCTVM XXIV.

Tit. 1. D. Hieron.

NOn multo vino seruientes. Vbi Hieronym. Signanter expressit, non multo vino seruientes: seruitus enim quædam est, & extrema conditio, vino sensus hominis occupari, & non suum esse, sed vini, cui mentem cum ventre tradunt.

1. Cor. 10. Chrys.

Ab hac seruitute se Dei gratia liberum dicebat Apostolus: *Esca ventri, & venter escis: Deus autem hunc, & hae destruet. Omnia mihi licent; sed ego sub nullius redigar potestate.* Vbi Chrys. Ventri deditos hoc loco taxat: nam, cùm rursum in fornicatorem inuecturus sit, fornicatio autem à cibo, & E intemperantia proficiscatur, vehementer hoc vitium reprehendit, & ait: *Sed ego sub nullius redigar potestate*; id est, non efficiar seruus huius affectus.

Dan. 10. D. Hier. ad Eust. de cust. virgin.

Vt erant liberi Sancti ab hisce ventris affectibus? *Daniel, vir desideriorum.* Quid sibi vult, quòd eum Angelus vocat virum desideriorum? D. Hieron. *Vir desideriorum* appellatus est, quia panem desiderij non manducauit, & vinum concupiscen- A tiæ non bibit. Theodor. ait hic: Panem desiderabilem vocari eum, qui communis est, & ab omnibus expetitur ad vitam sustentandam. *Vir* ergo *desideriorum* dictus est, qui nec panem deliciarum de mensa Regis, nec communem omnibus penitùs concupisceret. Vir, hoc est, potens, ac dominus suorum affectuum, ac desideriorum.

Theod. in hunc loc.

Num. 15. D. Hier. l. 2. cōtra Iouin.

Sed, vt serui illi, qui recordabantur piscium, quibus veniebant in mentem pepones; qui, vt inquit Hieron. Angelorum cibum contemnentes, carnes Ægyptias suspirabant. Quare (inquit alibi Hieron.) Sepulcra concupiscentiæ, vbi carnibus deditus populus ruit, vsque hodie in solitudine perseuerant: & hæc quotidie horum affectuum passibus visitant gulosi.

Gen. 25.

B An non seruus ille, qui ob hunc immoderatum affectum primogenita vendidit: *En morior* (inquit) ô gulosum! *quid mihi proderunt primogenita?* Sic eum hîc tyrannizauit affectus, vt pro vili cibo pretiosum vendere patrimonium compulerit: præscitorum affectu.

2. Reg. 7.

Verum est, quod dixit Dauid: *Ista est lex ab Adam, Domine Deus*, quam, scilicet, imponunt nobis: *Et iugum*, &c. Sed serui Dei vt illud è collo excutiunt? vt liberi remanent, dum quod solùm naturæ necessarium est, accipiunt?

Philip. 3. Tertull. cōtra Psych.

Non sic illi, de quibus Apostolus: *Quorum Deus venter est, &* (ex consequenti) *gloria in confusione*, id est, luxuria. O quàm verum! Tertullianus: Guloso Deus venter est, pulmo templum, aqualiculus C altare; Sacerdos coquus: cuius tota charitas in cacabis feruet, tota fides in culinis calet, tota spes in ferculis iacet. O religiosum cultum! ô certè seruiturem præclaram! ô pudorem!

Conuiuia vix sine peccato.

PVNCTVM XXV.

Iob 1. D. Greg.

DIuus Gregor. ad illa verba: *Cúmque in orbem transissent dies conuiuij, mittebat Iob, & sanctificabat illos; surgénsque diluculò, offerebat holocausta per singulos.* sic ait: Vir quippe sanctus no- D uerat, quòd celebrari conuiuia sine culpa vix possunt. Nouerat, quòd magna purgatione sacrificiorum diluendæ essent epulæ conuiuiorum; & quicquid in semetipsis filij conuiuantes inquinauerant, pater sacrificium immolando tergebat, &c. Quid si conuiuia inter fratres, & fratres filios tatis parentis, qui eos tam benè instituerat, vix sine peccato, quid de conuiuiis eorum, qui manè consurgunt, *ad ebrietatem sectandam?*

Isai. 5. Chald. Pagnin. Septuag.

Va, qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, & vino æstuatis. Chald. *Va, qui consurgent manè ad bibendum vinum vetus.* Pagnin. *Va iis, qui consurgunt manè, vt ebrietatem sectentur: qui morantur ad crepusculum, donec vinum æstuare faciat eos.* Sept. *Va,* E *qui consurgunt manè, & siceram sequuntur: qui expectant vesperam, vinum comburet eos.* Describit quotundam conuiuia, quibus comminatum est *Va* æternæ damnationis: sectantur vinum vetus, stant ad lautissimam mensam à mane vsque ad crepusculum vesperi; quid mirum, si vinum comburit eos?

***

Conceptus varij de Ieiunio.

PVNCTVM XCVI.

¶ *Quàm necessarium ieiunium.*

D. Basil. hom. 2. de ieiun. QVi non necessarium? Ei, qui carnem non habet. Basil. Mulieribus velut respirare ieiunium proprium est. Pueri velut plantæ virides ieiunij aqua irrigantur.

Idem dixit, venerandam esse canitiem ieiunij; quod in Paradiso iam olim natum sit. Et Chrysost. Si Paradiso necessarium ieiunium fuit, extra Paradisum multò magis. D. Chrysost. hom. 1. de pœn. Iob. 1.

¶ *Ieiunium valet contra tentationes.*

Suprà tetigimus, quàm acriter Iob fuerit tentatus, & qualiter Diabolus ipse in omnes se vires transformauerit, vt eum ad ritus pertentare posset. Sed, vnde vis tanta? vnde sic patiens? sic fortis? Ex ieiunio. *Post septem dies loquutus est Iob, & non comedit, neque bibit.* Sic vermes (Dæmones in eis comedentes) ieiuniis ipse sustinuit; sic vorato-ribus vires ademit. Væ; si non fuisset ieiunio munitus. Orig. hom. 3. in Iob.

Gulosi imbecilles, ineptique sunt ad tentationes superandas: nam primo conflictu corruunt. Facit locus in Genes. de quinque Regibus Sodomæ, & cæterarum ciuitatum, luxui, ac veneri deditarum, qui quatuor aliis Regibus terga verterunt initio statim congressus, quin vbi ad quosdam puteos ibi proximos peruenerunt, inquit sacer Text. *Et ceciderunt ibi*, quod Vatablus exponit: Et conieceruni se, aut præcipitauerunt se illuc in eos puteos bituminis, imbecilles vtrique, ac desperati. *Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque surgatis à facie gladij.* Septuag. *Vomitus, & cadetis, & non resurgatis à facie gladij.* Ambrosius: *Et non surgetis à facie gladij.* Gen. 14. Vatabl. Ierem. 25. Septuag. Ambros.

In Exodo (inquit Hieron.) contra Amalec oratione Moysi, & totius populi vsque ad vesperam ieiunio dimicatum est. Exod. 17. D. Hier. l. 2. contra Iou.

Gad accinctus prælliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum. Gad est *rigor abstinentia* (inquit Richard.) hac antè, & retrò, hac dextris, & à sinistris contra tentationes armamur. Gen. 49. Richard.

Ambros. in Hexamer. Ieiuni hominis sputum si serpens (tentator) gustauerit, moritur. D. Ambr.

¶ *Quàm excellens sit ieiunium.*

Adeò excellens, & sanctum est, vt impia illa Iezabel nihil, præter ieiunium, suum facinus posse contegere, ac, cen, qui sanctissimè factum, ostendere posse, credidentit; ideò ieiunium prædicari iussit, vt quod sub sancto ieiunio fieret, sanctum crederetur. 3. Reg. 21.

Quid quod tam excellens, tàmque sanctum vel ipse Diabolus putabat ieiunium, vt Christum præcipuè ex ieiunio plusquàm hominè esse suspicaretur? Sic Petrus Rauennas ad illa verba, *Si filius Dei es.* Videre, inquit, quid de ieiuniis ipse sentiat inimicus. Videtis, quòd iam non homines, sed Dei filios credit, quos liberos à ventris conspexerit seruitute. Matth. 4. Petr. Rauen.

Hinc Patres, eos, qui ieiunio dediti sunt, Angelos vocant. Sic præcipuè Basil. & Chrys.

¶ *De efficacia ieiunij.*

Datur orationis efficaciæ, quòd cælos penetret: *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit.* Sed notandum est, hanc orationem solam non esse; sed suum comitem habere ieiunium. Hoc sibi vult: *Humiliantis se. Humiliabam in ieiunio animam meam.* Oratio ergo cum ieiunio, & ieiunium cum oratione cælos penetrabunt; & non descendeor, donec Altissimus aspiciat. Vbi notandum, quòd de tali oratione dixit Eccl. quod *Nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur.* Metaphora ducta ab aula Principum. Vidisti aliquem, qui Principis autem expostulat non consolatur, donec propinquet: sic oratio cum ieiunio, non quiescit, nec vllam consolationem admittit, donec propinquet ad aures Dei; qui mox mox orata concedit, quòd est: non elongabit, non tardabit, seu non differet; quod significantiùs explicat, subdens: *Non habebit patientiam.* Eccl. 35. Psal. 34.

An non id patet in ieiunio Niniue, in quo vel animalia ieiunauerunt? *Et animalia non gustent quidquam.* Quàm velox proptereà Deus ad ignoscendum? Græc. Ioan. 3.

Quid ea diuinorum viscerum contorsio in ea fame, ac terræ ieiunio, tempore Eliæ? Vt ieiunium diuina viscera commouebat! 3. Reg. 17.

Hinc Propheta ad promouendam diuinam misericordiam, vt perpendit Chrysostom. *Cerua*, inquit, *in agro peperit, & reliquit; quia non erat herba: & onagri steterunt in rupibus: traxerunt ventum quasi dracones: defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. Domine, fac propter nomen tuum.* Vt vel ea animalium ieiunio Deum ad miserendum commouet? Ierem. 14. D. Chrysost. hom. ad pop.

Et alibi vim ieiunij admirans Chrysost. Ieiunium (inquit) vrbem magnam, Niniuen, ad ipsum barathrum iam inclinantem caput, & venientem desuper plagam acceptuiam, veluti quædam desuper stans potentia, ex carnificis manibus eripuit, atque ad vitam reduxit. Hom. 1. de pœnit. Isai. 6.

De Hospitalitate.

PVNCTVM XCVII.

ET quoniam ieiunium est cibus Angelorum, & oratio est lætitia, & id, quod pro nobis cum Deo Angeli pertractant, ad nostrum nunc custodem Angelum digrediamur. Et primùm:

Vt sumus ingrati ad assidua, quæ ex nostris custodibus Angelis accipimus, beneficia! Mox nati custodem Angelum habemus, qui tali, tantaque diligentia, ac more nos custodit.

Supra muros tuos Hierusalem, constitui custodes: tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Quis vel amore, etsi mater; vel mercede, etsi diligentissimus famulus; perpetuò, tota die, & tota nocte super aliquem vigilat? Amet vt vult illa mater: aliquando dormiet, saltem dormitabit. Mercedem, quàm vultis, date diligentissimo famulo tota die, & tota nocte in perpetuum non vigilabit: per duas, tres noctes vigilabit; sed non in perpetuum. At Angeli super nos dormientes, & vt infirmos perpetuò vigilant. Si excitatos nos esse oportet ob veternum, qui laboramus, perpetuò non taceent, &c. Sic sequitur: *Qui reminiscemini Domini, ne taceatis.* Pagnin. *Qui reminisci facitis, ne taceatis: & ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Ierusalem laudem in terram.* Tria ex hac authoritate, custodis, & officia in vita, & in morte. Pagnin.

Supra muros tuos constitui custodes : tota die, &c. Magnus, ingénsque amor Angeli, qui tanta zelotypia custodit animam : centum oculis zelotypus custodit. Fabulantur de Argo, sed verè Angelos centum oculis sibi traditam animam custodit.

Ezech. 1. Eccl. 41. Animalia, totæ Ezechielis plenæ oculis. In Eccl. fit mentio huius visionis : *Et vidit conspectum gloriæ, quam ostendit ei in curru Cherubim.* Animalia itaque, & rotæ erant tot Angeli pleni oculis. Quia in somno timeat? quis præcipitium reformidet?

Nahum 2. De quibusdam Prælatis certè timendum illud : *Ignea habene curruus in die preparationis eius, & agitatores consopiti sunt, in itineribus conturbati sunt, quadrigæ collisa sunt in plateis.* Sed hic, vbi tanta vigilantia; vbi aurigæ, ipse currus, ipsæ rotæ sunt Angeli cum tot oculis; quis locus timori?

Adeò verum, quòd oculati sunt Angeli, vt si interdum culpa nostra dorsum vertant, non ob hoc desinant nos intueri: quia vel in dorso oculos habent. In Genes. discedit à domo Saræ Agar: at obuius fit ei Angelus: *Vnde venis, aut quo vadis?*
Gen. 16. *A facie Saræ dominæ meæ ego fugio.* Angelus eam corripit: *Reuertere.* & terga vertit, & discedit: tunc clamat hæc: *Profectò hic vidi posteriora videntis me.* Alij: *Vidi vestigia oculorum eius.* Quò
Alij. intelligas, quòd vbi etiam terga vertunt, vel tunc nos videre, & custodire dicuntur.

Psal. 31. *Firmabo super te oculos meos.* Magister motum,
Hebr. vulgò Aua Principis. Hebr. *Annuam tibi oculo meo.* Aius equidem, qui oculo loquitur. O si cu-los nostros ad Angeli oculos attolleremus! Beata Francisca Romana vt oculos semper ad oculos Angeli leuabat!

Seneca ad Lucilium: *Aquilis vir bonus nobis*
Senec. ad Lucil. ep. 11. eligendus est, ac semper ante oculos habendus, vt sic, tanquàm illo spectante, viuamus; & omnia, tanquàm illo vidente, faciamus. Hoc, mi Lucili, Epicurus præcepit: custodem nobis, & pædagogum dedit. Nec immeritò. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Aliquem habet animus, quem vereatur, cuius authoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui non actus tantùm, sed cogitatus emendat! O felicem, qui sic aliquem vereri potest, vt ad memoriam quoque eius se componat, atque ordinet! Opus est, inquam, aliquo, ad quem mores nostri se ipsi erigant. Nisi ad regulam, praua
Iob 33. non corriges.

In hoc præcipuè angelica cura versatur, vt à peccato hominem præseruet. *Libera eum, ne descendat in corruptionem.* Septuag. *Retinebit, ne cadat.*
Septuag. O quoties tenuit, ne prolaberemur!

Psal 31. *Exultatio mea, erue me à circumdantibus me.* Ge-
Genebr. nebrardus: *Acclamationibus liberationis circundabis me.* q. d. dum peccatum perpetraturus sum, internè clamant: Ah, ah, quid agis? Nec solùm retinent, ne labamur; sed & manibus ab occasioni-
Gen. 19. bus peccandi nos abducunt. Vt olim Lot ab incendio; sic nos quotidie ab incendiis tentationum, & occasionibus, peccandi diuellunt.

Quin in humeris tollunt nos, vt à peccato liberent: *Leuauit eos, & portauit eos Angelus faciei eius.*
Isai. 63. Vatabl. ex Hebr. *Et Angelus faciei eius in dilectio-*
Vatabl. *ne sua baiulauit eos.* Eras proximos occasioni, periculo, &c. quis te ab illo loco, vbi Deum offendisses, ad alium transtulit? Angelus, qui baiulauit te, téque, ceu super humeros, altò detulit.

1. Petr. 5. Quin monstrum efformat, ne pecces. D. Petrus

A de asina illa Balaam: *Subiugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit insipientiam.* Quis hanc in asina vocem formauit? D. Thom. ait, fuisse Angelum, qui & obuius eidem factus eam formauit. O quoties, dum per viam Deo contrariam incedebamus, monstro aliquo, aut vmbra perterriti, constituimus, vlteriùs progressi non sumus! Quis fuit? Angelus, qui monstrum efformauit: inimicus enim viam perditionis complanat; sed Angelus in varias se se transfert formas, vt te sola horrendissima peccati forma liberet. Num. 22. D. Thom.

Hinc in tentationibus te protegit: *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* D. Hieron. ex Hebr. *Circundat Angelus Domini in gyro timentes eum.* Salmeron ex Græco: *Castra sua instructis aciebus Angelus collocabit.* Alij: *Simul*
B *pugnat.* Chald. *Moratur, & quiescit.* Propriè Hebr. *Castrametatur, vel castra figit in circuitu timentium eum.* Patet ex Eliseo, qui puero suo montes, equorum, curruúmque igneorum plenos, in suum præsidium ostendit. Castrametatur itaque Angelus Domini, vt immissiones per Angelos malos vndequaque propellat; circuitque semper explorans, qua parte se immittat. Sic Basil. *Immittit se Angelus Domini*, summa, videlicet, celeritate, &c. Psal. 33. D Hieron. Salmer. Chald. 4. Reg 6. D. Basil.

Sicut autem totis viribus contendit, ne homo peccet: sic laborat, ne post peccata ira Dei in peccatorem descendat. Dicitur ascendere fumus aromatum de manu Angeli. Offendit ille Deum: væ
C ei, si Angelus ad diuinas nares alicuius orationem non admoueret. Apoc. 8.

At in morte? *Miserebitur eius, & dicet* (Deo:) *Libera eum, vt non descendat in corruptionem.* vel, *retinebit ne cadat* (in profundum desperationis Inferni.) *Inueni, in quo ei propitier.* aliqua bona opera, aliquid eleemosynæ, &c. *Ne descendat in corruptionem.* Hebr. *In foueam. Inueni, in quo ei propitier.* Hebr. *Inueni expiationem, propitiationem, placationem.* Propriè: Inueni aliquid, quo excusari, dissimulari, tegive possit anteacta vita. Iob 33. Hebr.

Sic, vbi nos legimus: *Si fuerit pro eo Angelus loquens.* Alij transferunt: *Angelus eloquens.* hoc est, si apud Deum Angelum Rhetorem habuerit,
D &c. *Vnus de millibus, vt annunciet hominis æquitatem, vnus eorum non vulnerabit eum.* Septuag. *Si fuerint mille Angeli mortiferi, vnus eorum non vulnerabit eum.* Alij. Septuag.

Vides, Angelos mille formas subire, vt hominibus prosint? Nonne olim in forma columnæ nubis per diem, & columnæ ignis per noctem? An nun in forma comitis, in itinere Tobiæ? Stellæ, in oculis Magorum? Militum pugnantium, toties, & castrametantium? *Panem Angelorum manducauit homo.* hoc est, panem quasi Angelorum naturam referentem; quatenus, nimirùm, varias saporum formas induebat, quò cuiusque fidelium voluntati deseruiret. Sic sanè Angeli, vt cuique prosint, mille formas subeunt. Exod. 13. & 14. Rupert. lib. de Chrisn. Theol. nat. Sap. 16.
E

O insignia Angeli beneficia! *Me eduxit, & reduxit sanum* (à principio ad finem vitæ, *& Dæmonium ab ipsa* (anima) *ipse compescuit.* O quoties in vita compescuit Dæmonium! ô quàm in morte rabidum illud compescuit! Quòd si Tobias pro beneficio sibi collato non inueniebat, quid dignum referret: *Quid ei poterimus dignum dare eos, quibus millies hæc præstitit beneficia, heu quid dignum dabimus? Si me ipsum tradam tibi seruum* (vox Tobiæ.) *non ergo condignus prouidenti a tua.* Vbi intellexerunt, eum esse Angelum, *prostrati per tres horas* Tob. 12.

bo-ni in faciem(stupore affecti) benedixerunt Deum. O reuerentiam pro præsentia!

Hanc, Fratres mei, hanc ob oculum interiores semper habeamus. Bernard. An eo præsente audes, quod me præsente non audes? an præsentem esse dubitas, &c.

Zac. 1. Riber. Ibid. *Et dixit mihi Angelus, qui loquebatur in me*, id est, intra me. Ex quo loco potissimùm docent Patres, Deum aliquando per Angelum ita homini loqui, vt nulla corporea species appareat; sed ipsa Angeli substantia sit intra hominem, cui loquitur; ita tamen, vt animæ non illabatur, quod est solius Dei.

Pagnin. Regia. Inspirat ergo Angelus, qui propterea dicitur, *Angelus loquens*, vel, vt vertunt Pagnin. & Regia, *Angelus eloquens*, quòd aptè sciat loqui, ac inspirare. Secundùm aliquos dicitur Custos eloquens, anuncians hominis æquitatem, quòd illam proponat meliori, qua possit, ratione, & ad impetrandam diuinam misericordiam magis idoneam; videlicet, vel excusando, vel rhetorice extenuando præteritam culpam; vel præsentem animi deliberationem, æquitatem laudando; & quantùm veritas patitur, amplificando, & exornando. Sicut Satan, & accusator fratrum suorum, bona opera nostra extenuat, peccata exaggerat: sic apud Deum Orator hic, si quid est excusabile, excusat; si quid laude dignum, extollit; si quid minus laudabile, id non proponit; illa tantùm præsentans, quæ suauiter olere Deo possunt, thymiamata orationum, & bonorum operum. Hinc Sancti Angeli dicuntur habere thuribula, phialas aureas plenas odoramentorum in manibus: quia ea exhibent, quæ odorant. Optimæ rationes. Sed & ideò dicuntur Angeli habere thuribula: quia pro munere, orationis studium, & affectum inspirant. Thurificatio est inspiratio orationis, &c.

Apoc. 5.

Iob. 33. Græc. Hebr. Psal. 118. Angeli est inspirare æquitatem: *Vt annunciet hominis æquitatem*. Græcè: *Homini æquitatem*. Heb. *Rectitudinem. Ad omnia mandata tua dirigebar*, id est, rectà incedebam in via mandatorum tuorum. Hanc directionem inspirat Angelus. Sic

Num. 23. Balaam rectà non incedenti, rectitudinem inspirauit. Sic semper proponit, ac inspirat Angelus, quod in Dei oculis rectum videt.

Septuag. *Vt annunciet hominis æquitatem*. Sept. *Si annunciauerit homini suam ipsius crimen, & suam stultitiam ostenderit*. Quare interior illa admonitio, vt, peccatum deseras? Angeli est inspiratio, &c.

Apoc. 4. Hinc Angeli vocantur lampades ardentes: quòd non solùm ipsi fulgentissimi sint; sed omnes etiam,

Act. 12. ad quos intromittuntur, magna rerum sublimium collustrent. Exemplo sit ille in Act. Apost. 12. quo mox apparente, *Lumen refulsit in habitaculo carceris*. Illuminant enim, ducent, (quod est, inquit Cyrillus, proprium Angelorum munus, inspirant, &c.

Cant. 2. & 7. Orig. in Cant. Hoc facit illud Cant. *Vineæ florentes dederunt odorem suum*, &c. *Videamus, si vinea floruit*. Orig. in Cant. ait Angelorum esse sanctarum virtutum odorem, tanquam vineæ animæ largiri. Hoc odore sancti Angeli intrant, & imbuunt animam. Ab ipsis, vel potius à Deo per ipsos dicimur quasi primum florem, ac odorem bonorum operum capere; hoc est, bonos impetus, ac cogitationes sanctas. Ab ipsis initia bonarum actionum, & proficiendi suauitatem sperare possumus: fructus verò, & opera ipsa perfecta ab eo solo, qui ait, *Sine me nihil potestis facere*.

Quot ergo munera obeunt nobiscum Angeli?

O quàm multa! Quid, quòd (vt hoc solùm addamus) etiam præsidiariorum militum, si quando oportet, munere funguntur? (Pulcherrimus extat ad rem locus ille Genesis: *Iacob quoque abiit itinere, quo cœperat: fueruntque ei obuiam Angeli Dei*, vel iuxta Chrysostomi lectionem: *Et Iacob viam suam perrexit, & eleuatis oculis, vidit castra Dei metata esse, & occurrerunt ei Angeli Dei*. Vbi Lyranus, Abulensis, Pererius, Del Rio & à Lapide volunt, Iacobum duas hic acies Angelorum vidisse. Vnde locus, ex eo, quod vidit, *machanaim* dictus est; hoc est, *bina castra*, vel *binæ acies*. Vna, nimirum, erat Angeli, qui custos erat, ac præses Mesopotamiæ, vnde ille discesserat. Hic eum Angelis sibi subditis, ac subordinatis, quasi instructa acie, comitatus fuerat, ac securè è Mesopotamia Iacobū deduxerat hucusque, ad confinia, scilicet, Chananææ. Ibi verò occurrit ei, eúmque excepit Angelus præses Chananææ, cum sua sibi subditorum Angelorum acie, vt eum similiter per Chananæam securè perduceret, & ab Esaü, qui ei tam infensus fuerat, tueretur, ac protegeret. Sicut enim Principes externum Principem per suas terras, datis militibus præsidiariis, securè deducunt, & vicino Principi, eiúsque præsidiariis vlteriùs deducendum consignant: ita pariter cum Iacobo hîc Angeli fecerunt. Sic præfati Doctores in hunc locum. O ergo singularem Dei amorem, curam, ac prouidentiam erga suos! O verè Angelorum, qui omnibus Dei nutibus parent, erga sibi commissos præsidium securum, obsequium multiplex!

Gen. 32. Chrys. ibid.

Lyran. Abulen. Perer. Del Rio. A Lapide ib.

Digressio de inspirationibus.

PVNCTVM XCVIII.

Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas; & lapidas eos, qui ad te missi sunt, &c. Conduplicatio hæc emphasim habet. D. Thom. hîc: Designat ista geminatio miserantis affectum: O Ierusalem! ô miseriam Ierusalem! Quid est, Domine? quid est? occidere eos, qui Dei nomine loquuntur? Lapidare eos, qui in bonum missi sunt! Heu!

Matth. 23.

D. Thom.

Vt exaggerauit Stephanus: *Dura ceruice, & incircumcisi cordibus, & auribus, vos semper Spiritui Sancto resistitis: sicut & patres vestri, ita & vos. Quem Prophetarum*, &c. Chrys. *Vos semper Spiritui*, &c. Quando nolebat esse sacrificia, vos sacrificabatis: quando volebat, iterum non sacrificabatis. Quando noluit vobis dare præcepta, requirebatis: Quando accepistis, neglexistis. Iterum, quando stabat templum, idolis seruiebatis: quando vult absque templo sibi seruiri, iterum contrarium facitis. Cùm in Ægypto essetis, egredi; cùm egressi, regredi voluistis. *Quadraginta annis proximus*. Alij: *Offensus fui generationi isti, & dixi: Semper hi errant corde. Proximum, & offensus. Semper Spiritui Sancto restitistis*. Caiet. ait, legendum in præsenti, *Resistitis*: adhuc perseueratis in resistendo. O malum! *Accepistis legem in dispositione Angelorum*. Chrysost. *Per dispositiones Angelorum*. Gloss. Interl. *Ministerio Angelorum*. Caiet. *In statutis angelicis*. Dici etiam potest: dispositione angelica, spiritu angelico. *Facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum eius*. Sic vos simili desiderio concupistis, legem, & angelicam dispositionem accepistis, & non custodistis: paulatim tepefacti, obdurati, surdi effecti estis, &c.

Act. 7.

Chrys. hom. 17. in Acta Apost.

Psal. 94. Alij.

Caiet. in hunc loc.

Chrysost. Gloss. Interlin. Psal. 102.

Exclamantes.

Act.7. Syriac. *Exclamantes autem voce magna.* Lyr. Ne eum ampliùs audirent *Continuerunt aures suas.* Syriacè: *Obturauerunt aures suas.* Caiet. veluti ne blasphemantem audirent. O miseriam!

En quò aliqui deueniunt. Dudum in dispositione Angelorum acceperunt leges, præcepta Superiorum, Patrum spiritualium: quicquid ipsi dicebant, non tanquàm ex ore hominum, sed tanquàm ex ore Dei, vt de quibusdam dixit Apostolus, accipiebant, ministerio Angelorum in staturis angelicis, dispositione angelica, feruore, ac spiritu Seraphico: consulebant eos, dependebant ab eis, habebant eos, vt nuncios Dei, vt Angelos Dei. Sic per Aggæum: (Aggæi 1.) *Nuncius Domini de nunciis Domini.* Septuag. *Angelus Domini.* Sensim repesiunt, duræ ceruicis, ac surdi euadunt. Dic deinde, ac prædica in aures eorum: exclamant, ne audiant: continent aures, clariùs cum Syriaco, obturant aures. Si ad pristinum charitatis gradum reuocare conaris, si pristinas pœnitentiæ leges acceptas olim in dispositione Angelorum proponas, blasphemus videberis, obturabunt aures. Eccl. (Eccl. 12.) *Obsurdescent omnes filiæ carminis.* hoc est, filiæ olim orationis, & cælestis cantilenæ, sensim obsurdescent, licèt simulent spasmos, & singultus!

De quibusdam spiritualibus primùm, posteà carnalibus, primùm audientibus, posteà surdis, ac cum eisdem loquens Propheta: (Psal. 57.) *Si verè vtique iustitiam loquimini, recta iudicate, filij hominum.* Si ex animo, vt declarat Genebr. ibidem, (Genebr. ib.) si ex mentis sententia, non fucatè, non hypocriticè, & externa specie iustitiam loquimini, id in iudiciis faciendis, operibus, & factis ostendite. *Etenim in corde iniquitates operamini in terra.* At, scilicet, iniquitates in animis vestris fabricatis, & machinamini. Camp. in Paraph. (Camp. Paraph.) *Iniquitatem manus vestra pro æquitate venditant, tanquàm iusta statera vos omnia expendatis. Alienati sunt,* &c. O quàm verum! alienati à iustitia, à virtute, à Sacramentis, ab oratione, à Deo. Sic sensim loquuntur falsa, vel in ipsis Sacramentis mentiuntur, &c. *Furor illis secundùm similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ,* &c. *Furor,* Hebr. (Hebr.) *Venenum.* Sic Camp. *Venenum eorum simile est veneno serpentis, & callidissimæ aspidis vltrò obsurdescentis, quæ non exaudit vocem incantatorum, quantumcunque docta sint carmina.* Paraph. *Vt non cogantur audire voces eorum, etiamsi incantandi artibus sint instructissimi.* O quàm verè alienati sunt ab vtero, à ventre illius Ecclesiæ, in qua sunt in spiritu enutriti, ac educati, &c. Non est ampliùs pristina confidentia, &c. alienati sunt. O quàm verum! Sunt, qui paulatim vltrò obsurdescunt: sit vel instructissimus Pater spiritualis, sint docta carmina, optimæ rationes, præmia proposita, pœnæ: non exaudiunt: *Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.* Aiunt, (si verum est,) ab illis incantari serpentes, vt virus deponant, & mansuescant. Incantator non vult nocere aspidi; sed, vt ait D. August. (D. August. in hunc locum.) incantat, vt educat aspidem de tenebrosa cauerna, & in lucem educat: illa autem, amando tenebras suas, quibus se inuoluta occultare dicitur, cùm exire noluerit, recusans audire illas voces, quibus se cogi sentit, allidit vnam aurem terræ, & de cauda obturat alteram: atque ita voces illas, quantùm potest, euitans, non exit ad incantantem. Huic similes, dicit Spiritus Dei, quidam non audientes verbum Dei: & non solùm non audientes; sed omninò, vt non valeant audire, facientes. Factum est hoc & in primis temporibus fidei. Stephanus Martyr prædicabat veritatem; &

A tanquàm tenebrosis mentibus, vt eas in lucem educeret, incantabat. At illi, *Clauserunt,* inquit, *aures suas.* Non erant surdi, sed fecerunt se surdos: quia enim aures patentes in corde non habebant; violentia tamen verbi per aures carnis irruens, etiam ipsis auribus cordis vim faciebat. Clauserunt aures corporis, & ierunt ad lapides. Ecce aspides surdæ duriores lapidibus, quibus incantatorem suum lapidauerunt. Non audierunt vocem *Incantantis, & medicati à sapiente* (sic legit, & ait:) Quid est medicamentum medicatum à sapiente? Medicamenta vtique erant in Prophetis. Medicamenta erant in lege: præcepta ipsa omnia medicamenta erant: & hoc medicamentum nondum erat medicatum. Aduentu Domini medicatum est medicamentum. B Hoc illi ferre non potuerunt, vbi nominatus est Christus. Indignatio eorum, sicut indignatio serpentis. Clauserunt aures.

O quàm his similes obstinati, ac surdi, qui aures claudunt, ne quando educantur de horrendis peccatorum latibulis; ne quando resipiscant ad pœnitentiam; qui, scilicet, nec internis Dei inspirationibus, nec externis Concionatorum vocibus, nec vllis congruis mediis se patiuntur ad virtutem reduci: omne medicamentum, vel medicatum reiiciunt: qui dicunt Deo: *Recede à nobis: scientiam viarum tuarum nolumus.* (Iob 21.) Hi sunt, qui in monentes, ac corrigentes effundunt venenum indignationis, & lapides mittunt, &c.

O quàm contrarij quibusdam, qui etsi aliquantulùm, non perfectè tamen, obsurduerunt, C aliò siquidem verterunt aures; sed tamen ad sibilum Dei mox erigunt eas, & audiunt. Per Zachariam Deus: *Sibilabo eis, & reducam eos de terra Ægypti: quia redemi eos.* (Zach. 10. Rib. in hunc locum.) Fuerunt, scilicet, in Ægypto, & ranarum illarum strepitu aliquantulùm obsurduerunt, sed non totaliter. *Sibilabo eis,* exiguo sono, ac ferè insensibili internæ inspirationis educam eos de terra Ægypti, quia redemi eos, &c. id est, redimã sanguine, medicamento medicato Filij mei, qui propterea, dum medium silentium tenerent omnia, ortus est, vt sui vagitus ad cuiusque cor subtiliter perueniret, &c. *Oues meæ vocem meam audiunt.* Ouiculæ Dei, quæ voces inspirationis audiunt.

Hi sunt, qui ad quamlibet inspirationem eri- D gunt aures, &c.

Alij taliter surdi, vt nec tonitrua sentiant. Deus eosdem duriter cædit, ac flagellat; nec ipsi sentiunt: diuitias aufert, sanitatem, vitam; surdi moriuntur, de quibus Proph. (Psal. 34.) *Dissipati sunt, nec compuncti.* Zach. (Zach. 7.) *Noluerunt audire.* Surditas voluntaria. O malum! August. Obsurdueram stridore catenæ meæ, &c. *Et auerterunt scapulas recedentes,* hoc est, ad instar eius, qui loquentem aliquem præ contemptu relinquit, tergúmque vertit: *Contempserunt & isti sermones meos, & auerterunt scapulas recedentes.* Septuag. (Septuag. Chald.) *Et dederunt dorsum contemnens.* Chal. *Et dederunt humerum suum recedentem,* hoc est, ver- E terunt, seu dederunt scapulas rebelles, contumaces, inobedientes, dicentes: Vt lubet, percute, &c. *Dissipati sunt, nec compuncti.* Nihil compungit, nihil exturat aures eorum. Eccl. (Eccles. 1.) *Peruersi difficilè corriguntur.* Alij ex Pineda ibidem: (Alij ex Pineda ibid.) *Quod incuruatum est, non potest rectificari, aut dirigi.* Alij: *Non possunt viribus humanis corrigi.*

Et aures suas aggrauauerunt. (Zach. 3.) Aggrauari dicitur (inquit Rib.) (Rib.) quod pondere magno impeditur, & tenetur, ne opus suum exerceat. Isa. (Isai. 6.) *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua* (permissiuè, vel propheticè in futuro.) (Hect. Pint. in hunc loc.) Sensus est: Tanto obstinationis,

tionis, ac malitiæ pondere aggrauabunt aures, vt impediantur suas obire functiones. *Aggrauauerunt, & posuerunt cor suum, vt adamantem.* Hebr. *Et cor suum posuerunt adamantem.* Hieron. Duritiam cordis ostendit, & cor lapideum, quod noluerit verba Dei suscipere, &c. *Posuerunt cor suum adamantem, ne audirent legem, & verba, quæ misit Dominus exercituum in spiritu suo,* (cuius est inspirare.) Adamas, ait Hieron. in tantum durus est, vt omnia metalla confringat, & ipse non confringatur ab vllo: vnde à Græcis adamas, id est, indomabilis dicitur. Sed illud mirandum, quòd, cùm tantæ sit duritiæ, solo perfusus sanguine hirci, vt ait Rupert. statim dissoluitur. O quàm verum de quibusdam, qui cùm durissimæ ceruicis, & cordis indomabilis sint contra Deum; mollissimi tamen sunt in omnium libidinum fluxum: adamantes cum Deo, duri, ac surdi cum Deo, &c. molles ad Sirenarum voces.

Hebr.
D. Hier.
Rupert.

Hi dicuntur habere aures incircuncisas. Auris incircuncisa, inquit Theodoretus, est, quæ omnia verba indifferenter excipit, si quis obtrectet, ac murmuret; murmurationes excipit: si quis inhonestè, ac turpiter loquatur; verba inhonesta excipit, sed verba Dei non audit, &c. inspirationes non recipit, sorda ad Dei voces.

Theod.

Nescit, quid sit inspiratio. Iuuenis ille templi ter vocatus à Domino, vocem Dei, hominis credebat vocem, &c. Augustinus in sua iuuentute, Dei voces per os matris, voces credebat muliebres: *Er cuius erant, nisi tua verba illa per matrem meam, fidelem tuam, quæ cantasti in aures meas?* &c. Mater castitatem suadebat, ne fornicarer, & ne adulterarem cuiusquam vxorem. Fili, caue, &c. Quæ mihi (ait) monitus muliebres videbantur, quibus obtemperare erubescerem! illi autem tui erant, & nesciebam: & te tacere putabam, atque illam loqui, per quam mihi tu non tacebas, &c. Sic quando aliquis te admonet; admonitio illa, inspiratio est, &c. Vox Dei est. Non eas ad Heli. Heli *pila*, & *fortis* interpretatur. Multi cùm vocantur à Deo per internam inspirationem, aut prædicationem à somno negligentiæ, ad vigilandum in nocte pœnitentiæ; currunt ad pilam, hæ voces, dicentes: Non suor inspirationes, sed curæ melancholicæ: ad pilam, ad pilam. & ita deludunt, & floccifaciunt inspirationes. Alij currunt ad fortitudinem suam: Adhuc iuuenis, ac fortis es: vade, & dormi, quiesce à labore seruitij Dei, ieiuniis, pœnitentia, &c.

1. Reg. 3.
D. Aug. l. 2. confess. c. 3.
Hebr.

¶ Voces Dei, & inspirationes Dei sunt tribulationes. In Num. Angelus Domini Balaamum exturbauit asinâ, ac per asinam erudiuit eum. Sic sæpè Dominus per carnem, quæ asina est, spiritum edocet. Quid nanque febris, quid dolor est, &c. nisi loquela huius iumenti? &c. Hæc obliqua tua itinera rectificat, &c.

Num. 22.

Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina.

Iob 33.

Tribus modis loquitur Deus cum homine, vt hîc habetur, & quilibet horum dicitur inspiratio. *Per somnium in visione nocturna.* Primus, nocturno tempore, & in ipso somno, vel insomnio per quosdam terrores mortis, &c. Sic Septuag. *Cùm sæuus timor, aut terror irruit super homines.* De repentè aggreditur te mortis timor, seu quiuis alius terror: hic inspiratio sæpè est. Quo pacto actum est cum Nabuchodonosor: *Somnium vidi, quod perterruit me, & visiones capitis mei conturbauerunt me.* Tunc, vel sic aperit aures virorum. *Aperit aures,* Hebraismus est, pro audire facit Psalm. *Aures autem perfecisti mihi.* Hebr. *Aures autem perforasti mihi,* estorasti, vt audirem. Alij ex Hebr. *Tunc aperit aurem, & castigationem, quam signauit.* hoc est, declarat illis pœnas, quas sumere decreuit, quasi lata, signatáque sententia, ni corrigantur. *Et erudiens eos instruit disciplina.* Græcè: *Talibus eos exterret.* Idque

Septuag.
Dan. 4.
Psal. 39.
Hebr.
Græc.

Vt auertat hominem ab his, quæ fecit; & liberet eum à superbiá. Hebr. *Vt faciat hominem recedere ab opere, & abscindat ab homine superbiam.* Per verbum illud, *opus*, idem ac peccatum ex Caietan. quod, scilicet, dum quis facere parat, deterretur à Deo, ne illud perficiat. Terroribus itaque mortis, Iudicij, Inferni liberat hominem à peccato, tum quod patrauit, tum quod patrare cogitat: superbiam abscindit, &c.

Hebr.
Caiet.

Eruens animam eius à corruptione; & vitam illius, vt non transeat in gladium. Ex Hebr. propriè legitur: *Prohibet vitam eius à fouea.* Per foueam in sacro sermone, ait Pineda significari vitæ discrimina, & puteum malorum, quibus in interitum præcipitatur, qui diuinis inspirationibus non obedit. Peccator, ait Gregor. à corruptione vitiorum ad gladium compellitur transire pœnarum. Ab his te liberat illis terroribus, qui diuinæ sunt inspirationes.

Hebr.
Pineda in hunc locum.
D. Greg.

¶ *Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit.* Secundus modus, quo Deus inspirat. Cùm ad priores Dei voces, & correptiones obdurescit homo; & per inanem, ineptámque lætitiam, quærit ab animo timores expellere; altiùs incipit clamare Deus, & clamat per ægritudines, coniicit obsurdescentem in lectulum. *Omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis.* omnem escam per inappetentiam abominatur, & quod est per aphorismum lethale, appropinquat vsque ad portas mortis; non gustat, &c. omnem cibum oblatum reiicit, summo sibi fastidio tenetur: *Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desiderabilis,* qui sic iam eidem placebat, nunc displicet, horrescit ad aspectum, fastidit odorem. Sept. *Et anima eius cibum desiderabit.* Hoc est, tanta erit morbi grauitas, tantáque corporis imbecillitas, vt desideret quidem, & concupiscat cibum; sed si rei inanis auiditas, ita vt oblatum cibum non possit sumere, nec sumptum retinere.

Psal. 106.
Septuag.

Et hinc ex febribus, doloribus, cibi nausea. *Tabescet caro eius, & ossa, quæ tecta fuerunt, nudabuntur. Tabescet*, propriè exedetur; consumetur; ad tantam maciem deueniet, vt ostensurus sit, iuxta Septuag. ossa sua inania. *Et ostenderit ossa sua inania.* Secundùm alios ex Græco: *Ostenderet ossa sua vacua,* Tigurina, & Vatabl. *Et prominebunt ossa eius, quæ priùs non videbantur.* Mutabitur, scilicet, adeò totius corporis habitus, & tam fiet macilentos, vt non appareat in eo vestigium pristinæ faciei. Sic alij: *Consumetur caro eius à visu,* id est, non poterit videri, nec qui nam erat, agnosci.

Septuag.
Græc.
Tigurin.
Vatabl.
Alij.

Appropinquauit corruptioni anima eius, & vita eius mortiferis. Nonnulli per mortiferos intelligunt paroxysmos, & alia moribundi hominis signa atque symptomata, ex quibus certa fiunt mortis prognostica. Tigur loco. *Mortiferis*, habet, *Pollinctoribus.* Hi sunt, qui cadauer lauant, vngunt, pollinciunt, funúsque curant. q. d. Parum abest, quin moriatur, & mortuus iam tradatur pollinctoribus.

Tigurin.

Alij

Hebr. Alij ex Hebr. *Et vita eius mortuis*.q.d. Parum abest, quin connumeraretur cum mortuis,cum moribundi
Septuag. habitum , ac faciem præseferat. Sept. *Et vita eius Inferno*. Hebraismum facientes,id est,sepulcro.

Tunc,tunc erigit aures, cùm mortem præ foribus animaduertit.Tunc respicit homines;quorum monita & correptiones antea despiciebat;quos vt homines , non Dei nuncios , ac Angelos putabat, &c.& dicit:Peccaui, &c. *Consumpta est caro eius à suppliciis : reuertetur ad dies adolescentiæ suæ*,prioris spiritus, prioris feruoris. Ad hos tractus aurium
Isa.50. aperit aures ? *Manè erigit mihi aurem*, &c.
Isai 26. De quibusdam surdis Isa. *Indulsisti genti, Domine,indulsisti:nunquid glorificatus es? Domine,in angustia requisierunt te. In tribulatione murmuris doctrina tua in eis*.In illis,scilicet,agoniis incipiunt aperire
B aures , & excipere murmur diuinæ inspirationis. Vbi notandum,tribulationes vocari inspirationes: doctrina tua tribulatio murmuris , hoc est , inspirationis.

Hinc optimi effectus susceptæ inspirationis, emendationis vitæ, mortificationis amoris.*Et quæ prius nolebat tangere anima mea , nunc præ angustia*
Pagnin. & Regia. *cibi mei sunt*, &c. *Et vita eius mortiferis*. Paguin.& Regia:*Et vita eius mortificantibus*,Priùs?Caue,nunc mortificat se, &c.

O sanctas inspirationes , quæ hominem taliter in virum alterum commutant,vt quæ priùs placebant,displiceant ; quæ displicebant,placeant!*Vni-*
Psal.40. D.Greg. 13. mor.c.25. *uersum stratum eius versasti in infirmitate eius*. D. Gregor.Per *stratum* aliquando voluptas carnis,aliquando requies temporalis accipitur. *Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius*. Ac si diceret: Omne,quod hic sibi parauit ad requiē, hoc ei occulto iudicio mutasti ad perturbationem ; vt,scilicet,non libeat,nec ampliùs placeat quod placebat.

¶ Tertius denique modus ex verbis Eliu in Iob, est per Angelos : *Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus,vt annunciet homini æquitatem*. Per Angelos Deus inspirationes immittit : vt enim fiunt homini immissiones per Angelos malos ; sic fiunt eidem inspirationes per Angelos bonos. Sed de his suprà iam dictum est.

¶ Beneficia Dei,ac ipsæ infirmitates sunt inspirationes.D.Greg. Vocat nos Dominus aliquando per mundi prospera , aliquando per aduersa. Per
Luc.12. mundi prospera. Luc.12. *Hominis cuiusdam diuitis*
D. Ambros. serm.82. *vberes fructus ager attulit*. Quærit D. Ambros. cur huic immerenti ager sic vberes fructus attulerit. Merebatur, vt nec ei vnicum produceret granum, & vberes fructus attulit?Respondet,Deum per rerum abundantiam hunc vocasse , si fortè eum aliquando nimietate ipsa satiatum ad sensum humanitatis adduceret,&c. Abundantia itaque,diuitiæ, honor,filij,sanitas,sunt etiam voces Dei,&c.

Aliqui adeò sunt ingrati , vt nec beneficiorum
Psal.94. Dei voces exaudiant. *Quadraginta annis proximus fui generationi huic,& dixi semper : Hi errant corde*.
Hebr.3. Apostol.hunc citans locum dicit : *Propter quod in-*
Genebr. ex Hebr. *fensus fui generationi huic*. Sic Genebr.ex Hebr. *Offensus fui*.Offensus ergo,& proximus.Deus cumulit beneficia:at populus ingratus eadē non cognouit.Aug.in Solil. Ego te offendebam;& tu me de-
D August. in Solil. fendebas:ego non te timebam;& tu me custodiebas : à te recedebam , & inimico meo me exhibebam ; tu ipsum,ne me acciperet,deterrebas,&c.

D. Gregor. n.13.c 11. Iob 33. ¶ Lectio sacræ Scripturæ est inspiratio.D.Greg. ad illud Iob:*Semel loquitur Deus, & secūdo idipsum non repetit*. In Scriptura sacra, inquit , semel dixit Deus,quicquid expedit homini;nec singulis cogi-

A tationibus hominum per Prophetarum voces, vel Angelorum ministeria interrogatus,respondet:*Semel loquitur Deus,& secundò idipsum non repetit* Ac si diceret:Deus singulorum cordibus,priuatis vocibus non respondet;sed tale eloquium construit, per quod cunctorum quæstionibus satisfacit.

Sic Aug.ait, Deum nobis loqui per Scripturas, D.Aug lib.2. c. 27. contra lit.Petil.
in quarum eloquio causas nostras , si requirimus, inuenimus.Nec opus est,vt in eo,quod specialiter quisquis tolerat , responderi sibi diuina voce specialiter quærat:sed ad Scripturam si recurrat,inueniet, exempli gratia , Paulo patienti carnis tentamenta dictum : *Virtus in infirmitate perficitur*. Hoc cùm Paulo dicitur,omnibus dicitur,&c. Non ergo Dominus omnibus ad omnia respondet : quia *Semel loquitur Deus,& secundò idipsum non repetit*, &c.

Gregorius:Discant itaque Sanctæ Ecclesiæ Doctores;discant, & arrogantes : quia nobis Deus ad Greg.
verba omnia non respondet;quia in Scriptura sacra,quicquid potest singulis euenire, comprehendit;atque in illa per exempla præcedentium,etiam vitam sequentium informare curauit, &c. Per illam ergo nos terret minis pœnarum : per flagella præsentia monet , vocat , allicit , & ad rectæ vitæ normam prouocat Deus.

¶ Tumentis animi est , ac temerarij expectare reuelationes,ac responsiones per Angelos,nec hominum adhortationes,ac voces secundùm regulas Scripturarum,ac Sanctorum Patrum velle moraliter credere inspirationes. Sunt qui physicam , ac
C mathematicam certitudinem in rebus humanis,ac moralibus inquirunt,cùm moralis certitudo sufficiat:contra quos Arist.Disciplinati est(hoc est, recti iudicij,ac prudentis) in quouis eam certitudi- Arist. L 1. Ethic.
nem quærere,quæ rei , de qua agitur,conueniens; & nec aliam quærere.Vt enim vitium est,si Mathematicus non demonstret,sola opinione, ac probabilitate contentus : sic vitium est à magistro morum demonstrationem mathematicam,& non potiùs moralem certitudinem quærere.

In ore duorum , vel trium testium stet omne ver- Deut 19.
bum.Itaque,si quis dicat post adhibitam sufficien- Matth.18.
tem orationem : Hanc puto diuinam esse voluntatem, vt hac, & hac via incedas, hoc facias, illud fugias,quiescas,&c. potest is hac morali certitudi-
D ne contentus esse,nec maiorem citra temeritatem requirere.

Inspiratio ergo est Patris spiritualis vox,qua ti- D. Thom. 2. 2.q.1.ar.4 5. q.71.art.2. D. Ant. p.2. t.3.c.10. &c.
bi consulit,qua te monet, &c. Eáque certa est, etsi non certitudine fidei,nec diuinæ reuelationis , cui non potest subesse falsum ; item, nec physica, nec mathematica certitudine, quæ certitudine sensus certa est : tamen certa est certitudine morali, cui, etsi possit subesse falsum, & quandoque subsit;tamen regulariter non subest:nititur enim prudenti hominum iudicio,credibili argumento,expositioni , ac morali Scripturarum interpretationi , Patrum regulis exemplo maiorum, &c. Qua morali certitudine potest quisque affirmanti credere, scrupulos,ac dubietates deponere, &c.

E

Quàm gratus , ac placens est Deo , qui aures ad diuinas inspirationes habet apertas.

PVNCTVM XCIX.

MVrenulas aureas faciemus tibi , vermiculatas argento. Etsi Genebrard. inquit , hasce Cant. 1. Genebr. ib.
murænulas

D. Bern. murænulas esse ornamentum colli; Bernardus tamen ait, esse ornamentum aurium. Muræna vel sub aquis audit: sic qui in ipsis, & sub ipsis voluptatibus vocati emergunt, & ad vocantem currunt, murænæ dicuntur. Sponsæ est audire sponsi vocem. *Vox dilecti mei.* Vt statim agnoscit sponsi vocem! vt inter mille voces distinguit! *Vox dilecti mei*, &c.

Cant. 5. Psal. 17. 1. Reg. 3. Act. 9. Psal. 84. D. Aug. l. de ci. Diuinit. *In auditu auris obediuit mihi*, id est, quàm citò audiuit, obediuit. *Loquere, Domine: quia audit seruus tuus.* Act. 9. *Domine, quid me vis facere? Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.* D. August. Loqui Dei est inuisibiliter sine sono vocis, vel quolibet strepitu occultè in mentibus Sanctorum voluntatem suam, atque rectum intellectum inspirare. *Quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Dei inspirationes, pax, quies, secessus, silentium, oratio, &c. *Et super Sanctos suos, & in eos, qui conuertuntur ad cor.* Vt audiant, non extrà vagantur, sed *Conuertuntur ad cor.* (*Et loquar ad cor eius.* Oseas.)

Oseæ 2. Math. 26. Adeò displicet Deo surditas, per quam inspirationes audire homo non potest, vt quò hoc mysticè innueret, seruo illi amputatam auriculam restituerit. D. Leo: Aurem serui in sedem dehonestati capitis reuocat manus Christi, quò intelligamus, eos, qui auriculam dexteram perdiderunt, posse eandem Domino restituente recuperare, vt dicant illud Isai. *Dominus apposuit mihi aurem*, iuxta Sept. Interpretes, &c.

D. Leo. Isai. 50. Septuag.

Ezech. 23. Animæ peccatrici dictum est illud: *Præcident* (Dæmones) *aures tuas*, (ô malum! &c.)

Eccl. 3. Prouerb. 25. *Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam*, (bonas immissas inspirationes.) *Inauris aurea, & margaritis fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem.* Sicut inauris aurea fulgens margaritis ornat aurem, ita correctio, & admonitio sapientis ornat auditorem obedientiæ. Cùm ergo aliquid tibi iniungitur, cùm argueris, cùm instrueris; inaures aureæ auribus tuis appenduntur.

Quæ dispositio requiratur pro audiendis inspirationibus.

PVNCTVM C.

A Tumultu mundano cor separandum. In cuius rei figura Dominus extraxit è turba surdum, quem curauit: & tunc posuit *Digitum in auriculam eius, & dixit: Ephphetha: quod est, adaperire.* Tunc surdus extra turbam ducitur, quando ille, in cuius corde verba Dei resonant, à mundano tumultu separatur.

Mar. 7. Exod. 19. In Exodo legimus, Deum in caligine descensurum præcepisse, populum sanctificari, ac lauari: *Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras; lauentque vestimenta sua*, &c. Loquuturus erat Dominus: quò populus audiret, eidem sanctificationem iussit internam, & externam.

Sed, quid est, quòd inhibet ascensum montis, & tactum eiusdem, tum homini, tum iumento. Bestia insinuat bestialem hominem, cui arcana Dei non lucent ad profectum, vt ait D. Thom. Non est enim sensualis hominis, Dei voces audire, ac sensus oculis diuinos splendores intueri. Hi lumine exterriti, & voce perculsi clamabunt: *Loquere tu nobis: non loquatur nobis Dominus*, &c.

D. Thom. in c. 12. ad Heb.

Iob 29. Gregor. 10. Mor. 4. *Lux vultus mei non cadebat in terram.* Quia diuina illustratio terram diligentibus non apparet. Item Iob: *Auferetur ab impiis lux tua.* Vbi Greg.

A Neque Dei lumen illustrat eos, qui iniquitatis suæ malitiam fidei nomine palliant, &c.

Tollatur impius, vt non videat gloriam Dei. iuxta litteram Sept. Interpretum. Vbi secundùm Hieron. non solùm pro Dæmone, sed pro quocunque peccatore impij nomen hîc intelligitur, &c. Isai. 26. Septuag. Iob 28.

Sed iterum, quid est, quòd legem laturus Dominus, in igne, fumóque descendit? nisi quia & humiles per claritatē suæ ostensionis illuminat, & superborum oculos obscurat per caliginem erroris, &c. D. Greg. 3. Moral. 17.

Ego sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam; introibo ad illam, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Licèt omnium corda pulset Deus; non tamen hanc vocem, seu pulsationem, impij intelligunt, vel intelligere volunt; sed cælestes, sed Prophetæ, &c. Apoc. 3.

B

Cùm vox Patris supra Filium fieret: *Et clarificaui, & iterum clarificabo.* hanc vocem Euangelista audiuit: sed Iudæi non audierunt; sed dicebant: *Tonitruum factum est.* Ioan. 12.

Moyses (qui interpretatur *attractus ab aquis*) audiuit vocem Dei, & sustulit claritatem. Alij non nisi tonitrua, & fulgura audierunt, & viderunt. O quàm verum! qui ab aquis voluptatum abstractus non est, quoties Dei voces audit, toties tonitrua audire sibi videtur: illustrationes in suam pœnam, quasi fulgura videt, &c. Exod. 19.

C De voce illa, *Saule, Saule, quid*, &c. dicit sacer Textus de his, qui erant cum Saulo: *Audierunt vocem.* sed c. 22. de iisdem: *Non audierunt vocem*, &c. Contradictio videtur: sed verū vtrunque. Materialem vocis sonum audierunt: quid sibi vellet; quis esset, qui loqueretur; non intellexerunt, non audierunt. Sic, sic quidam audiunt, & non audiunt, &c. Act. 9. Act. 22.

Non poterat videre lucernam Domini, antequàm extingueretur. Heli, vt D. Gregor. ait, *caligo*, memoratur: lucernam quippe Dei non solùm non videt, sed nec videre potest; qui tanta spissitate sæcularis amoris premitur, vt ad internæ claritatis intuitum nulla gratiæ inspiratione subleuetur: cùm iam, videlicet, iusta Dei indignatione proiectus, in caliginis suæ cæcitate relinquitur, vt vlteriùs per infusionem superni luminis nunquam visitetur. 1. Reg. 3. D. Greg. ib. Hebr.

D

Benè autem dicitur: *Antequàm extingueretur.* Non videre enim pœna peccatoris est; in hoc tamen adhuc sæculo viuentis: videre autem non posse, est mortui impij, in alio iam sæculo æterna pœna damnati: vnde & Conditoris iudicio in exterioribus tenebris claudi præcipitur, vt, videlicet, ad lucis intuitum nunquam reducatur. Matth. 22.

Non poterat videre lucernam Domini, antequam extingueretur. Cùm extinguebatur, videbat. Ita peccator, nunc cùm ei Christus lucet, non videt: habet oculos, & non videt: sed instar auis nocturnæ videbit in nocte, cùm ablata ei fuerit lux, fatebitúrque cum illis, etsi serò: *Ergo errauimus à via veritatis, & Sol iustitiæ non illuxit nobis.* Illuxit, sed non nobis. Sap. 5.

E *Non poterat videre lucernam Dei.* Mundi quippe lucernam videbat; sed Domini non videbat lucernam. Sic, sic vitreos alij splendores intuentur, ad Dei lumen cæcutiunt.

Non poterat, &c. Rupert. Abbas: Ipse, qui propriæ vitæ meritis, & dignitate Sacerdotij lucerna Dei erat, antequàm pro peccatis filiorum lucida Dei gratia priuatus extingueretur, non poterat videre: sicut in mente præ inordinato filiorum amore, ita & in corpore præ nimia senectute caligans, & non valens videre. Simpliciùs alij interpretantur: *Non poterat videre lucernam Dei, antequàm extingueretur*, id est: Adeò caligauerant oculi eius, vt Rupert. Abb ibid.

lucernam in templo claré ardentem videre non possēt.

Exod.25. Carth. in 1. lib Reg.a1.7. Alij. Ex libro Exodi Carthusianus ait, in templo septem fuisse lucernas ardentes de nocte, quarum quatuor extinguebantur de mane, quæ rursus de vespere accendebantur:& istæ lucernæ erant lampades valdè claré lucentes. Dupliciter autem aliquis dicitur non posse videre lucernam, siue lumen: vel, quia penitùs non sit perceptiuus visibilium specierum; vel quòd lumen non possit inspicere absque sui visus pœna, ac læsione, iuxta quem modum noctua nequit lumen Solis videre. Heli ergo ita fuit excutiens, vt absque notabili visus sui tormento non posset lampades illas ardentes, & lucentes aspicere.

D.August. Alij sic legunt: *Non poterat videre lucerna Dei, antequam extingueretur.* Lucerna potest sumi vel in casu recto, vel in obliquo. Iam nunc spiritualium mysteriorum vela pandamus, vt ait Rupert.

B Ipse Heli, olim lucerna, vt tangunt Gregor. & Rupert. sensim caligine obtectus, debilitata oculorum acie, lumen lucernæ Dei ferre non poterat. Sic multi, ceu veri aquilarum pulli, radiis inspirationum expositi, nec acie palpitant, ferunt intenta acie inspirationis radium: alij, non legitimi, radiis illustrationum expositi, radios non ferunt, oculos claudunt: & quod inde fit, ab vngue dimittuntur. Sensim cæcutiunt, qui aliis, vt lucernæ, lumen veterum inspirationum ostendebant: paulatim instar noctuæ lumen non ferunt: si quid luminis vident, (quandoquidem cæci omninò non sunt,) non absque tormento vident; nollent enim videre: tristantur, quòd vident: claudunt oculos: oculos habent, sed non vident. *Non poterat videre lucerna. Lumen, quod in te est, tenebræ sunt.*

C *Non poterat videre lucerna Dei*, nec ipsa lucerna, &c. O quot sunt, qui, etsi eos circumfulgeat lux, adhuc non vident, &c. Affer illis exemplorum, rationum, signorúmque lumen: non possunt, hoc est, nolunt, nec videre, nec septem lucernis, &c. Qui olim patuo quouis illuminabantur lumine, nunc nec omnibus luminaribus illuminantur.

Hebr. *Sermo Domini erat pretiosus.* Hebr. *Sermo Domini erat prohibitus, & obturatus*, &c. quia obturatas aures habebant.

Apoc.2. Tepido illi, qui prima opera non exercens iam tepuerat, minatur Deus: *Mouebo candelabrum tuum de loco suo.* Cœpisti claudere oculos, odisse lucem: mouebo candelabrum, luménque inspirationum, ac illustrationum, de loco suo: ceu talpam, miserum te relinquam.

Hi sunt, de quibus Propheta: *Palpabunt tenebras in meridie, &c. Errauerunt cæci in plateis.* Ipsa meridiana luce cæcutiunt: in ipsa platea, latáque via sibi ipsis ostensa, errant, deuiant, &c.

De iis, qui diuinis inspirationibus resistunt, Deique lumini oculos claudunt.

PVNCTVM CI.

Act.9. Circumfulsit Saulum *lux de cælo*, &c. Postquàm pro Saulo Stephanus intercessisset, Saulus Stephano mox donatus à Deo, qui eius preces exaudierat, rebellis interno lumini adhuc non conuertebatur, quinimò: *Adhuc spirans minarum, & cadis*, &c. Tunc *circumfulsit eum lux de cælo*, &c.

A quasi diceret illi Deus: Quid clariùs videre cupis? Rectáne incedis, Saule? Quid cogitas, miser? quò tendis? *Quid me persequeris?*

Sic, sic circumfulget quosdam post diutinam obstinentiam, lux de cælo, qua vndequaque veritatem agnoscant: agnoscunt, nec cadunt in terram, nec aiunt: *Domine, quid me vis facere?* &c. *Video meliora, proboque, Deteriora sequor*, &c. adhuc squammæ non cadunt ex oculis, &c.

Ipsi fuerunt rebelles lumini. Voluntariis obuoluti tenebris, rebelles hostes immane lumini illi interno bellum indixerunt. *Ipsi fuerunt rebelles lumini. Nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius.* Hebr. *Nec sederunt in semitis eius* Vias virtutis olim cognitas nescierunt, nec reuersi sunt per semitas illius. Reuoca, vt via, non reuertuntur: vel, si quando per aliquem actum virtutis videntur reuerti, non sedent, non morantur in semitis eius: difficillimæ, arctissimæque semitæ nunc videntur illis olim viæ latæ Domini, per quas anteà currebant, modò nec ambulant, &c. Defecit lumen: rebelles sunt lumini: viæ Domini videntur illis tenebrosæ. Iob 24. Hebr.

Si subitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis. Hoc est: Cum nulla sit adeò peruersa conscientia, quæ aliquo modo non ratiocinetur; vt, teste Augustin. in ea aliqualiter non loquitur Deus; nulláque sit adeò tenebrosa, vt aliquis in eam radius non ingrediatur: quidam tamen sunt adeò lucis huius osores, vt vbi primùm apparet aurora, lumē inspirationis hortetur, arbitrentúrque vmbram mortis. Nolunt videre, nolunt audire rebelles lumini, &c. Iob ibid. D.August.

D. August. olim in hoc statu: Cæcus eram, & cæcitatem amabam, & in tenebris per tenebras ambulabam. Et licèt sic esse amator tenebrarum; quidam tamen radij in eius animam penetrabant: in illis etenim sensualibus tenebris quidam pulcher castitatis radius dilucescebat; quem tamen quasi manu ab oculis abigebat. Da mihi castitatem sed noli modò, sed noli modò, &c. timebam enim, ne me citò exaudires. D.August.l. confes.7.

Tetendit aduersus Deum manum suam(quasi manu repellens radios.) *Et contra omnipotentem roboratus est. Currit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.* Deus inspirationibus, ac suæ gratiæ radius, eum deiicere curat: hic contra Omnipotentem roboratur. In Heb. pro *Omnipotentem*, est *Saddai*: contra sibi sufficientem: contra eum, qui nullius ope indiget; qui vocat, quia amat; ingratus homuncio roboratur: currit aduersùs eum erecto collo, superbiâ tumens. Sept. *Cucurrit contra eum iniuriâ.* O ingratum! ô rebellem in eum, qui te amore vocat! Deseris eum, qui in se omnium bonorum sufficientiam habet? Quò ituris? Iob 15. Hebr. Septuag.

D

E *Non ditabitur, neque perseuerabit substantia eius, neque mittet in terra radicem suam.* q.d. Vade, vade, vt libet contempto Deo, relicto Deo, post hæc tua instituta negotia, post tuos imaginarios honores, per incantatam tibi à parentibus terrenam viam: non ditaberis, non perseuerabit substantia tua. Caietan. ex Hebr. *Nec mittet in terra finem suum.* hoc est, non poterit mittere, &c. Regia: *Nec mittet in terra complementum suum.* Alij: *Non extendetur in terra perfectio eorum.* Quætent perfectionem in terra; sed non extendetur: mox apparebit perfectio eorum terrena, mox doli, mox diabolicæ deceptiones apparebunt. Sic Septuag. *Non immittet super terram vmbram.* Iob ibid. Caiet. Regia. Alij. Septuag.

D. Gregor. ad illa verba, *Cucurrit aduersus eum*, id D.Greg.

A id est, in malo opere obstaculum de aduersitate non habuit. Supponit, quod iam diximus, aduersitates, scilicet, esse inspirationes: permittit verò Deus aduersitates, vt sint nobis obstacula, ne ad malum curramus. Dolorem illũ vehementissimum
2.Paral. 17. pedum, quo laborauit Asa, dicimus obstaculum fuisse, ne curreret aduersùs Deum, vt cœperat, extracto argento, & auro de thesauris domus Domini, ac dono oblato Regi Syriæ, in quo cõfisus erat. At quid egit Asa? Prophetam, qui iussu Domini minitans ad se venerat, *Misit in neruum, nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum.* Sic in malo opere obstaculum de aduersitate non habuit. Huic persimiles ponũt in neruo, ac compede, diuinas inspirationes, quò ipsi liberiùs currant erecto collo.

B Quid agit illi, dum inspirationi resistit? Mittit eam in neruum, compede obstringit, &c.

3.Reg. 22. Rex ille fussit Michæam Prophetam cæsum in maxilla mitti in carcerem, &c. Id persimili scelere operantur, qui diuinis resistunt inspirationibus, &c.
Roman. 1. Hi sunt, qui *Veritatem Dei in iniustitia detineat,* &c.

Luc. 23. *Et velauerunt, & percutiebant faciem eius.* Velat oculos Domini, ac percutit faciem eius, ac in eandem conspuit, qui suis Inspirationibus resistit: qui easdem non acceptat, aut contrarium facit, &c.

Num. 14. *Nolite rebelles esse contra Dominum,* &c.

Exod. 19. *Quis est Dominus, vt audiam vocem eius?* &c.

Hebr. 12. *Videte, ne recusetis loquentem: si enim illi non* C *effugerunt recusantes eum, qui super terram loquebatur; multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis auertimus.*

Gal. 3. *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati?*

Iob 19. *Seruum meum vocaui: & non respondit mihi ore proprio. Halitum meum* (inspirationes) *exhorruit vxor mea,* (anima:) *& orabam filios vteri mei.*

Ierem. 6. *Cui loquar, & quem contestabor, vt audiat? Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt.*

Luc. 8. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Multi habent aures (inquit Theoph.) sed non ad audiendum Dei voces, inspirationes, &c.

Isai. 50. *Dominus aperuit mihi aurem: ego autem non* D *contradico.* (Hoc caput est.)

Prou. 20. Donum Dei præcipuum, Dei voces, ac inspirationes audire. *Aurem audientem & oculum videntem, Dominus fecit vtrunque.*

Exod. 21. De seruo spontaneo: *Applicabitur ad ostium.* (Gloss. interl. Vt de ingressu æterni tabernaculi aliquid audiat.) *Perforabitque aurem eius subula,* (mentem, scilicet, subtilitate diuini sermonis:) *& erit seruus in sæcula* (vt post sæculum liber sit.)

Psal. 39. Hebr. *Aures autem perfecisti mihi.* Hebr. *Aures autem perforasti mihi.*

D. August. Solil. c. 33. D. August. Erat autem nubes magna, & tenebrosa ante oculos vanitatis meæ, ita vt videre non E possem Solem iustitiæ, & lumen veritatis. Inuoluebat in tenebris filius tenebrarum. Cæcus eram, & cæcitatem amabam, & ad tenebras per tenebras ambulabam. Quis inde me eduxit? quis est, illuminator meus? Tu vocasti me nomine tuo. Intonasti desuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei: *Fiat lux, & facta est lux.* & vidi lucem tuam, & cognoui vocem tuam, & dixi. Verè, Domine, tu es Deus meus, qui eduxisti me de tenebris, & vmbra mortis, & vocasti me in admirabile lumen tuum: & ecce video.

Matth. 2. *Et ecce stella, quam viderant in Oriente,* &c. Vnius stellæ lumen hi Magi sequuntur: & ex cæco illo Oriente, duce stella, protinus è suis regionibus A exeunt, ad Christum pergunt. Nos nec stellas, nec Solem sequimur, &c.

Orietur vobis Sol, &c. Sed nobis non sufficit, &c. adhuc in tenebris volutamur, &c.

Cuiuscunque ætatis, & conditionis hominibus Deus inspirationes immittit.

PVNCTVM CII.

B *Simile est Regnum cælorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam,* &c. *Et egressus circa horam tertiam,* &c. *Iterum exiit circa horam sextam, & nonam,* &c. *Circa vndecimam,* &c. Conueniunt Patres, in quacunque, non solùm mundi, sed & hominis ætate, Deum vocasse, & vocare homines. *Primo manè.* Matth. 20.
Alij: *Primo statim diluculo,* siue, *primò vt diluxit.* Alij.
radius, nimirum, & vsus rationis; Deus inspirat, Sic aliqui in ipso sexto anno inspirationes accipiunt, ne dicam anteà: in ipsis brachiis matrum & cum lacte nutricum, vt Tolentinas, &c.

Iosephus ait, Samuëlem vocatum anno ætatis duodecimo vocatione manifesta: nec mirum, tunc *Sermo Domini erat pretiosus.* Rupert. id est, C rarus. O quàm multi nunc à teneris annis vocantur, &c. 1 Reg. 3.

Nunquid non sapientia clamitat? Obserua iuxta cuiuscunque status conditionem diuinas inspirationes: *In summis, excelsisque verticibus,* (in quibus Prælati, Religiosi:) *super viam in medijs semitis,* (vbi perfecti:) *iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus,*) vbi mercatores, Iudices, &c.) *O viri, ad vos clamito,* &c. Sic alibi: *In compitis platearum,* (vbi iuuenes vani:) *in plateis,* (vbi negatiatores,) &c. *Intelligite, paruuli,* &c. omnes inspirantur, paruuli, viri, senes, mulieres, &c. Prou. 8.

D *In eos, qui diuinis resistunt inspirationibus; quibusnam pœnis animaduertat Deus.*

PVNCTVM CIII.

POEna est priuatiò luminis. Rebelles lumini permittit priuati lumine. Primum, quod è templo abstulit Babylonicus ille executor, fuit candelabrum aureum; in quo erant septem illæ lucernæ aureæ. Candelabrum hoc semper accensum stabat è regione mensæ panum propositionis. *Vt luceat ex aduerso.* Quo innuerent, quo E lumine, qua cognitione præcipua mens eius, qui Sacramenta suscipit, pollere debeat. *Ex aduerso,* vt videat, quid comedat: ne sine cognitione sit frequens ad Sacramenta, &c. Auertat à nobis Deus hoc damnum, furtum hoc non permittat, vt, scilicet, infernalis Executor à templo animæ lumen, cognitionémque rerum diuinarum subripiat: hinc enim fieret, vt ad sanctissimum Sacramentum accederemus quidem; sed indeuotè, sed tepidè, sed perfunctoriè, sed sine fructu, &c. O quàm indeuotè ille accedit ad Communionem! Vnde? Deest candelabrum: subreptum fuit illi candelabrum, &c. *Vt luceat ex aduerso.* (Vt videat, quid comedat.) 1. Mach. 1. Exod. 25.

Iob 19. *Quis mihi det, vt sim iuxta menses pristinos, quando lumen splendebat in tabernaculo meo*, &c. Olim tanto præditus lumine accedebat ad Sacramenta, &c. agebat de rebus Dei: nunc cognitionem non habet, gustum non habet; perdidit lumen, & candelabrum, &c.

Psal. 68. Quid mirum? Sacramenta suscipiunt nedum sine fructu, sed etiam cum scandalo. *Fiat mensa eorum* (ante quorum oculos erat candelabrum tanti luminis, & cognitionis) *in laqueum, & in retributiones, & in scandalum*, &c. Suscipit ille Sacramentum; vel, quia sic habet vsum; vel, quia pudet omittere, &c. sed in scandalum tum proprium, tum alienum. O quot scandala patiuntur homines pij à suscipientibus sine vlla vitiorum emendatione Sacramenta, cùm semper in eis & passiones, & mali appareant mores, &c. Vnde: *Obscurantur oculi eorũ, ne videant*. Obcæcati sunt, lumen perdiderunt. *Et dorsum eorum semper incurua*, &c. Qui iam oculos illuminatos ad cælum semper leuabant, nunc curuato dorso terram intuentur, non sapiunt nisi terram, non intelligunt nisi terram: cognitio olim cælestis facta est cognitio terrena, &c.

Et hinc posteà nulla Sacramentorum frequentia, tædium, difficultas, Sacramentorum nausea.

1. Mach. 1. Post subreptum candelabrum mox mensem propositionis subripuit: *Accepit candelabrum luminis, & mensam propositionis*, &c.

Rom. 11. Isai. 6. Iona. 12. Theoph. De his Apost. *Cæteri verò excæcati sunt, vt scriptum est: Dedit illi Deus spiritum compunctionis; oculos, ne videant; & aures, vt non audiant vsque in hodiernum diem*. Vbi Theoph. *Dedit*, id est, siuit, permisitque Deus, vt spiritum compunctionis haberent. Compunctionem autem dicit habitum animi quendam pertinacem ad malum, & immutabilem. Horum itaque insanabilem mentem, & in malo constantem, compunctionem appellat: quandoquidem etsi hi & oculos haberent, quibus possent miracula intueri; & aures, quibus Domini doctrinam perciperent: his tamen vtrisque nihil opportunè sunt vsi; neque hoc modo sensus Christo Domino, sed ne Apostolis quidem accommodarunt. Sic, sic quidam quasi clauo compunctas & confixas aures, oculos mentémque habent. *Et vsque in hodiernum diem*, id est, ex Origene, vsque ad finem vitæ eorum. Hi sunt, qui adhuc velamen habent expansum super oculos, &c.

2. Cor. 3. Orig. hom. 7. in Iosu.

Sed quoniam huiusmodi cæcitas est voluntaria, audiant, quid comminetur illis Deus Rom. 1.

Rom. 1. *Reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum illorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent*. Quid sit, veritatem Dei in iniustitia detinere, secundùm veriorem sensum; est ipsi veritati, veluti seipsam offerenti, & demonstranti reluctari; non ei acquiescere, nec eam recipere. Caiet. Detinere veritatem in iniustitia, est occludere veritatem notam in intellectu, veluti seris iniustitiæ in voluntate, ne, scilicet, exeat ad effectus, & opera conformia veritati notæ: hoc enim propriè est, detinere veritatem in iniustitia, hoc est, iniuriari veritati notæ, &c.

Tolet. ibid. Caiet. ibid.

Super hos reuelatur ira, non quælibet ordinaria; sed *ira Dei, & ira Dei de cælo*. Ira Dei de cælo, ait Caiet. ad differentiam vindictarum, quas sumit Deus per homines. Ita siquidem Dei de cælo, vindicta est æternæ damnationis.

De cælo, habet in se significationem durioris vltionis, quæ cælestis, & diuina esse appareat: pleræque vltiones, quæ in Scriptura leguntur, vt occisiones per manus hominum, leonum, aliarúmque bestiarum, dici possunt, ira de terra: sed ira, quæ exardescet in eos, qui veritatem Dei in iniustitia detinent, erit ira de cælo, vt sagittæ, &c. D. Chrysostom. per iram Dei hîc futurum iudicium intelligit, cùm Dominus in igne veniet. Persimili furore animaduertet in eos, qui diuinis inspirationibus resistunt, &c. D. Chrys. in hunc loc.

In iniustitia detinent. Emphasis est in verbo, *detinent*; hoc est, captiuam tenent: sine detinent, id est, vim faciunt veritati cognitæ. Claud. Guillard. in hunc loc.

Qui talentum vnum acceperat, *Abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui*. Vbi Gregor. Vnius talenti nomine intellectus tantummodò designatur. Hic dicitur propter talenti abusum, ligatis manibus, & pedibus proiectus in tenebras exteriores: pœna, nimirum, correspondet culpæ: in tenebras detruditur, qui noluit operari secundùm lumen, quod habuit in intellectu. Matth. 25. D. Greg.

Lumen inspirationis efficax, & operatiuum est.

PVNCTVM CIV.

Gratia eius in me vacua non fuit. Commune est, tum Theologorum, tum Philosophorum omnium axioma; Deum, & naturam nihil agere frustrà. De natura patet: nam quibusdam animalibus, & auibus sub terra mansuris, vel in tenebris moraturis, vt talpis, vespertilionibus, &c. oculos non dedit, vel dedit ineptos ad lucem: aliis auibus, quæ in arduis ponunt nidum, & in præruptis silicibus morantur, quò inde escam contemplentur, acutissimam visus aciem largita est, rapaces armauit vnguibus, aquatiles fecit pedibus aptis ad natandum, &c. Quandam auem (mirabile dictu!) semper volitantem, nunquam quiescentem, in aëre manducantem, in aëre pererrantem, nidificantem, &c. fecit sine pedibus. Natura nihil facit frustrà. Vt abhorret vacuum! Multò magis naturæ Author, &c. Cùm dat lumen, illud requirit, vt non sit frustrà; sed, vt per illud, quod ostendit, operetis. 1. Cor. 15. Iob 39.

Vidit hominem sedentem in telonio, & ait illi: Sequere me. Et (nullas interponens moras) *surgens secutus est eum*. Vidit illic Petrum, & Andream, & ait illis: *Venite post me. At illi continuò, relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum, & Ioannem, in naui cum Zebedæo, patre eorum, reficientes retia sua, & vocauit eos. Illi autem statim, relictis retibus, & patre secuti sunt eum*. Ponderat Chrysost. promptitudinem, celeritatémque obedientiæ. Perpende (inquit) & fidem, & obedientiam vocatorum: siquidem in medio ipsius operis constitutus, (scitis autem, quàm auida res sit piscatio,) cùm illum audissent iubentem, nihil distulerunt, nihil omninò cunctati sunt. Non dixerunt: Reuertemur domum: loquemur propinquis, sed cuncta illicò relinquentes, fecerunt, quod Eliseus quoque sub Elia legitur implesse. Talem quippe à nobis obediẽtiam Christus efflagitat, vt neque punctum temporis differamus; etiamsi nos aliquid necessarium vrgere videatur. Propter quod & alium quendam accedentem ad se, & rogantem, vt ad sepeliendum patrem rediret; ne id quidem facere permisit, ostendens, quia Christus cunctis sit etiam necessitatibus præferendus. Qui nulla mora Dei vocibus obtemperant, spiritum apostolicum habent. Matth. 9. Matth. 4. Chrys. hom. in 14. Matt. 3 Reg. 19. Matth. 8.

De

Caſſ. coll. 3. c. 4. De tribus vocationibus, ſeu modis, quibus Deus A homines vocat, ex Caſſiano primus eſt immediatus ex ipſomet Deo, qui aliquoties inſpirationem quandam immittit in eos, quoddámque ſalutis deſiderium, ſequelæque eius, ac inhærentiæ præceptorum eius, etiamſi homo exhortationem nullam audiat. Secundus vocationis modus eſt per hominem, cùm vel Sanctorum exemplis, vel monitis inſtigati, ad deſiderium ſalutis accendimur. Sic per Moyſem Hebræos de afflictione Ægypti (Exod. 14.) legimus liberatos. Tertius eſt, qui ex neceſſitate deſcendit, cùm diuitiis mundi huius, vel voluptatibus obligati, ingruentibus repentè tentationibus, quæ vel mortis pericula comminantur, vel amiſſione bonorum, ac proſcriptione percutiunt, vel charorum morte compungunt, ad Deum, quem ſequi in rerum proſperitate ferè contempſimus, nunc reuertimur. Cuius vocationis rationem tangit Propheta: (Pſal. 77.) *Cùm occideret* (inquit) *eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum: & recordati ſunt, quia Deus*, &c. Rurſumque: (Pſal. 106.) *Et clamauerunt ad Dominum, cùm tribularentur: & de neceſſitatibus*, &c. Et per Oſeam: (Oſeæ 9 iuxt. Septuag.) *Emendabo eos in audita tribulationis ſuæ.*

De Mortificatione, comite Orationis.

P V N C T V M C V.

ORatio, & mortificatio ſe ſe inuicem iuuant, ac ſimul iunguntur: quin mortificatio præcedit: (Cant. 4. Cant. 3. Exod. 27.) *Vadam ad montem myrrhæ, ad collem thuris. Ex aromatibus myrrhæ, & thuris. Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.* Hinc primum erat altare holocauſti, ſecundum thymiamatis: hoc eſt, priùs tranſeundum erat per altare holocauſti, quàm perueniretur ad altare thymiamatis: quò, ſecundùm Gregor. myſticè ſignaretur, (D. Greg.) mortificationem, prauarúmque appetituum mactationem præcedere internos amoris actus, & orationis affectus.

Ideò frigidè orant, aut potiùs non orant, qui mortificationi non ſtudent: ſed, qui ſui ipſius mortificationi, abnegationique ſtudent, feruentiſſimè orant. (Gen. 32. Hebr.) *Iſrael erit nomen tuum.* Et ſtatim emarcuit neruus femoris eius: hoc eſt, ad Deum videndum, aut Deum fortiter in oratione vincendum, pro carnis mortificatione idoneus effectus es.

(Dan. 9.) *Poſui faciem meam ad Dominum Deum meum, rogare, & deprecari in ieiunio, ſacco, & cinere.*

Hæc Deo placuit oratio. (Pſal. 101. Alij.) *Reſpexit in orationem humilium.* Alij: *Reſpexit in orationem myrica*, quæ amariſſima eſt.

(Pſal. 150. Orig. hom. 9 in Exod.) *In tympano, & choro.* Hæc ſymphonia ſuauis. Sic Origen. exponens illud Exodi, vbi Maria ſoror Moyſis, aſſumpto tympano, memorabile illud canticum cecinit. Melius, inquit, hæc dices, ſi habueris tympanum in manu tua, id eſt, ſi carnem tuam crucifixeris cum vitiis, & concupiſcentiis ſuis, & mortificaueris membra tua, quæ ſunt ſuper terram.

(D. Greg. 33. Mor. 16.) Sic Gregor. ad illud, *Sumite pſalmum, & date tympanum*; hoc eſt, accipite ſpirituale canticum cordis, & reddite temporalem macerationem corporis.

De ſui ipſius propria abnegatione, & mortificatione.

P V N C T V M C V I.

SI quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. (Matth. 16.) Primum, quod à Christi diſcipulo exigitur, eſt ſui ipſius abnegatio. Quid ſit autem abnegare ſe ipſum, declarat Chryſoſt. (Chryſ. hom. 56. in Matt.) ex abnegatione alterius. Si intelligis, inquit, quid ſit alium abnegare, tum rectè percipies, quid ſit abnegare ſe ipſum. Qui alium abnegauit, putà ſeruum, aut quemuis alium; ſi cædi eum virgis videat, ſi arceri vinculis, quidquid mali pati eum conſpexerit, non occurrit, B non auxiliatur, non flectitur, nec prorſus vllo modo mouetur, ceu ille, qui penitùs ab illo alienatus eſt. Sic igitur nullo nos pacto corpori noſtro parcere vult, vt neque ſi cæditur, neque ſi pellitur, neque ſi vritur, ſiue quid aliud huiuſmodi patitur, ei parcamus.

Abnegatum ſeruum legimus in primo Regum: (1. Reg. 30. Lyr. ibid.) *Inuenerunt virum Ægyptium in agro (qui) non comederat panem*, (Lyranus, id eſt, aliquem cibum,) *neque biberat aquam*. (id eſt, aliquem potum,) *tribus diebus, & tribus noctibus. Cuius es tu, vel vnde? Puer Ægyptius ego ſum, ſeruus viri Amalecitæ. Dereliquit me dominus meus: quia ægrotare cœpi nudiuſtertius.* Vt abnegauerat eum inhumanus Dominus! vt penitùs ab illo alienatus! nulla tactus C commiſeratione. Sic, ſic ſanctè abnegamus nos ipſos, Ægyptium hunc tenebroſum (corpus) derelinquentes, nec eidem parcentes.

Apoſtol. (1. Cor. 9.) *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* Theoph. (Theoph. Græc.) hoc eſt, aduersùs carnem depugno. Ὑπωπίας Græcè, (vnde verbum, ὑπωπιάζω, quod, *caſtigo*, interpretatum eſt,) liuores dicimus quoſdam, qui ſub oculis infliguntur, cùm pugnis res agitur, & decertatur. Qua ex re ingens illud patefecit certamen, quod naturæ infertur: corpus enim hoc noſtrum violenta quadam tyrannide animæ aduerſatur, impugnátque, vt hoſtis acerrimus. Cùm D enim, *Caſtigo*, inquit; & plagis ſe illud argüit affeciſſe; mox inſuper, *& in ſeruitutem redigo*, intulit: vt intelligas, haud aliter illud, quàm in ſerui morem eſſe habendum, laſciuientis, & contumacis, frænandúmque ipſum, & ſubiugandum. Hoc eſt abnegare ſe ipſum, corpus non quidem interimere; ſed corporis effrænatos motus perfectè mortificare; laſciuienti corpori nulla ratione compati; inordinatis eius cupiditatibus nullo penitùs modo affici, vel moueri. *Caſtigo corpus meum.* (Alij.) Alij: *Liuidum facio, vel liuoris, & ſanguinis nota ſugillo oculis.* Alij: *Subigo, coërceo, comundo.* (Iob 30. Pineda ibid.)

Vt Iobum abnegarunt quidam! *Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam conſpuere non verentur.* E Vbi Pineda optimè: Aduerſantur, non dignantur me viſu, aut colloquio, aut vllo familiaritatis genere. Nicetas: Rem me planè deteſtabilem, atque odioſam dicunt. Nauſeant ſuper me, me deteſtantur, & à me faciem, oculóſque auertunt. Totum hoc ex idiomate Hebræo, (Hebr.) quod vulgatus reddidit: *Abominantur, longè fugiunt à me, & faciem meam conſpuere non verentur.* Nicetas: (Nicetas. Theophan.) Vbi ad me propiùs acceſſerint, ſputiſque fœdauerint, longè recedunt. Et Theophanes Nicænus ſua epiſtola ſecunda, quæ eſt de patientia ad omnes Chriſtianos, hunc ipſum Iobi locum elucidãs, ait: Serui abiecti, & viles illudentes, & deridentes, conſpuentéſque in ipſum, calamitates aſſiduè

exprobrare non desistebat. Ipsum, scilicet, abnegauerant. Sed, vt ipsemet seipsum abnegauerat! ex sancto sui ipsius odio, vt pœnas pœnis, dolores doloribus addebat! *Testa saniem radebat*, ad acerbiores dolores ciendos, & vt sibi carnifex fieret, inquiunt Apollinaris, Orig. Greg. Ad siccanda vlcera, inquit in Scholiis Isid. Clarius, non molliculis linteolis vtebatur; sed immundam saniem testa excipiebat. O magnanimitatem! ô in perferendis doloribus fortitudinem! Sic infrà, vbi nos legimus: *Sordibus pulueris cutis mea aruit*. Sept. legunt: *In fundo glebas terræ à sanie radens, confricabat*. Scilicet, se, séque voluebat, ac reuoluebat, vt dolores acueret. Mirum certè odium, mira abnegatio, acerbate ipsi sibi supplicia non timere, vt Ambros. ait de Apost. Petro, qui inuerso suspendi poposcit vestigio, vt aliquid passioni suæ adderet, cuius, inquit, acerbare ipse sibi supplicia non timeret. Sui ipsius perfectus abnegator.

Iob 2. Apollin. Origen. Gregor. Isidor. Clar. Iob 7. Septuag. Ambr. l. 1. de interpr. Io. c. 1.

Ex eadem abnegatione erat id, quod Tertul. inquit. Quòd cùm totus sanctissimus Iob scateret vermibus, sederétque in putredine vermium, vt vxor obiecerat apud Sept. *Tu in putredine vermium sedes*. erumpentes tamen bestiolas inde in eosdem specus, & pastus refossæ carnis ludendo reuocabat. Vermes autem fuisse Dæmones in forma vermium, ait Origen. Perfectus sui abnegator, qui ex odio sui, propriæ carnis pabulum præbebat voratoribus vermibus, ac talibus vermibus, de quibus alibi: *Ecce qui me comedunt, non dormiunt*. Basil. Perfectus abnegator, ne de vita sua quidem quicquam affectus est omninò.

Tertul. l. de patient. Origen. Iob 10. Basil. in reg fus. disput. inter. 8.

Hæc est abnegatio sui, quasi alius hæc patiatur, sic affici, vt ait Chrysostom. quasi dolores sint in alieno corpore. Proptereà, vt idem notat, non dixit, neget; sed, *abneget*: vt hac addictiuncula plurimùm addat, cùm abnegare multò plus, quàm negare sit.

Chrys.

Theoph. *Abneget semetipsum*, hoc est, non habeat communionem quandam cum corpore; sed contemnat se ipsum: sicut consueuimus dicere, quòd quis quempiam negarit, hoc est, non habuit eum pro amico, vel noto. Sic igitur nos docet, nullam cum corpore habere communionem, id est, amicitiam. Climacus definiens abrenunciationem, dicit esse inimicitiam aduersùs corpus.

Theoph. Climac.

Hilarion (ex Hieron. in eius Vita) dum corpori minatur: Fame ego te conficiam, ne luxuriam cogites. verus abnegator. Benedictus, qui per cutis vulnera eduxit à corpore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolorem; verus abnegator. Franciscus dum volitat se se in frigida niue, in spinis acutis Benedictus; veri abnegatores. Simeon Stilites spatio octoginta annorum noctu, diúque, sub dio in columna vix somnum, vix cibum capiens, verus abnegator. Hoc insignium Sanctorum studium, in quorum Vitis à nonnullis illud obseruatum est, nullos penè Sanctos miraculis, & gestorum, rerúmque admirandarum gloria claruisse, nisi illos, qui ieiuniis, corporis castigationibus, vitæque austeritate excelluerunt: adeò Deo placuit semper, & placet corporis abnegatio.

D. Hier. in Vita Hilar. D Gregor. 2. Dial. 2.

Hinc Paulus, quò Deo placeret, hoc eiusdem oculis pergratum spectaculum exhibebat: *Ego quidem sic curro*, &c. & iam præmiserat: *Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet*. vel vt est Græcè: *Per omnia temperans est*. vel cum Cypriano: *Continens est*. O intensum fragilis, & caducæ coronæ desiderium! quod vel carnalem coërcet voluptatem, simúlque confundit nostram incontinentiam, dum pro æterna corona non nos continemus!

1. Cor. 9. Græc. Cyprian.

Subdit: *Ego igitur sic curro*, &c. *Non quasi aerem verberans*, id est, frustrà, & inaniter laborans: sed hostem verbero, cum hoste pugno; scilicet, corpus, & carnem subigo, coërceo, contundo; plagas, & verbera corpori infligo; manus in me ipsum conscisco iratus mihi. Sic non solùm placeo Deo, sed insuper ab omnibus laudor, à quibus, nisi sic agerem, reprobarer. *Ne cùm aliis prædicauerim*, supple, temperantiam, ac sobrietatem; *ipse reprobus efficiar*: quasi qui non faciam, quæ doceo. Ludus Olympicus, qui omnibus licet. Sic Isidor. Clar. Castigabat Paulus corpus, quod magis spirituale erat, quàm nostræ ipsorum animæ. Cui ergo post Paulum non id faciendum est? Opportunè autem meminit castigandi corporis ad eos, quorum ventris, ac gulæ vitium reprehenderat.

Isid. Clar.

Irascimini, & nolite peccare. Vbi Gloss. Quid est, inquit, homo pœnitens, nisi irascens sibi? *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino*. Paraph. Chald. *Domate concupiscentiam vestram*, &c. *reputabitur vobis sicut sacrificium iustitiæ*. Per sacrificium iustitiæ August. pœnitentiam intelligit. Rhemig. verò ait, peragi hoc sacrificium, de medio tollendo taurum superbiæ, hircum lasciuiæ, &c.

Psal. 4. Gloss. Chald. August. Rhemig.

Ipse autem habebat vestimentum de pilis camelorum. D. Hieron. De pilis, non de lana, &c. Vt Sancti eligunt ad corporis mortificationem, quod durius est. Cameli habent & lanam; sed Ioannes vestitur pilis. Chrys. hoc loco. Seruis Dei non conuenit habere vestimenta ad speciem visionis, vel ad carnis delectamentum. Sed tantùm tegumentum nuditatis habebat Ioannes, vestem non mollem, neque delicatam; sed cilicinam, grauem, & asperam, & conterentem corpus potiùs, quàm fouentem; vt de virtute animæ eius ipse habitus corporis loqueretur. Author Imperf. de asperioribus setis camelí habuit vestimentum, vt ipsa asperitas ad virtutem patientiæ animum exerceret. S. Bern. serm. de Bapt. *Venit Ioannes, neque manducans, neque bibens*, ait Dominus, planè neque vestiens, &c. pilus enim cameli non est hominis indumentum, &c. Abnegabat seipsum.

Matth. 3. Hieron. Chrys. Auth. Imp. D. Bern.

Quod verbum ponderans Vict. Antioch. Non dixit: Ne nimiùm sibi indulgeat, aut ne nimiùm carni suæ parcat. sed, abneget, inquit, vel abiuret se ipsum: hoc est, nihil cum se ipso, vel cum sua carne commercij habeat; sed ita se gerat, ac si non ipse, sed alius quispiam Crucem tolleret. Sed quoniam huic mortificationi affinis, aut effectus est Pœnitentia, ad eam aliquantulum digrediamur, vel potiùs sermonem extendamus.

Vict. Ant. Mar. 8.

De vera Pœnitentia.

PVNCTVM CVII.

Habemus Magdalenam, verè symbolum pœnitentiæ, quam sicut sequuti sumus pedibus errorum; sic sequamur & pede pœnitentiæ. O nos felices! Sequuti sumus errantem? sequamur pœnitentem. Quid egit hæc? Attulit alabastrum: oculos, capillos, manus in obsequium Creatoris adhibuit, sicut in offensam eiusdem exhibuerat. Hæc vera pœnitentia est, vt reuoluatur in obsequium, honorémque Creatoris, quod priùs in opprobrium, & contumeliam eiusdem fuerat conuersum.

Luc. 7.

Sicut

Rom. 6. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* A
Orig. ibid. q.d. ait Origen. Currebant priùs pedes vestri ad effundendum, nunc ad liberandum sanguinem currant: protendebantur manus priùs, vt aliena diriperent; nunc protendantur, vt propria largiantur: circumspiciebant priùs oculi alienum ad concupiscendum; nunc circumspiciant pauperes ad miserendum: & vnusquisque membri ministerium, quod exhibuit vitiis, aptet virtutibus; & actum, quem exhibuit immunditiæ; ad castitatem nunc, sanctitatémque conuertat.

D Chrysost. orat. de B. Philol. Vt id egit sancta hæc pœnitens! Per quæ deceperat homines, inquit Chrysost. per eadem parauit remedia pœnitentiæ: per quæ auocarat oculos intemperantium, per hæc emisit lacrymas: per capillos arte compositos multos illexerat ad peccandum, per eosdem pedes abstersit Iesu: vnguento multos inescarat, per hoc pedes illius lauit, &c.

Iosuë 2. Iosuë 2. Rahab suscepit nuncios, alia via eiiciens hoc est, per ora suscepit, per fenestras emisit: vt per quas fortè susceperat, aut conspexerat impudicos, per has demitteret castos; & quos olim inquinauerat, nunc sanctificaret.

Esther 14. De Esther: *Cùmque deposuisset vestes regias, fletibus, & luctui apta indumenta suscepit: & pro vnguentis variis, cinere, & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiuniis; omniáque loca, in quibus anteà lætari consueuerat, crinium laceratione compleuit.* Sic, sic caput illud, quod fuerat iam gemmis ornatum, nunc cinere conspergatur: coma illa iam omni studio, attéque perfecta, neglectui nunc habeatur, &c. Si hic risit, hic ploret: si hic Deum offendit, hîc amet, & honoret, crinúmque laceratione compleat loca, in quibus anteà lætati consueuerat. C

Psal. 6. *Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.* Quem locum huc premés Cassiod. Meritò quidem, inquit, lectum, quem
Cassiod. noctibus polluerat, lachrymis abluebat. Et adhuc expendens fuddit: Computabat ergo Dauid, non quomodocunque tempus, sed strictissimè; scilicet, omnes noctes, quibus Deo canerat, & illum offenderat: vt nos, qui lectum impura libidine contaminauimus; largo, & perenni lachrymatum flumine tempus sic computando, lauare discamus.

Matth. 28. Pœnitentia vera, vt mutat! *Venit Maria Magdalene, & altera Maria.* Vbi Chrysolog. Vere altera, nam ampliùs, quæ fuerat, non erat. Vnde ad Si-
Luc. 7. monem ait: *Vides hanc mulierem?* q. d. si eandem, quæ priùs erat, esse credis, falleris.

Ionæ 2. Hebr. Pœnitentia mutat: *Et Niniue subuertetur.* Quo modo? Haud scio subuersam esse. Ex Hebr. *In alteram faciem mutabitur.* Sic August. Stantibus mœnibus, atque domibus euersa est ciuitas in perditis moribus.

D Ambr. lib. 2. de pœnit. c. 10. Hanc mutationem ad veram pœnitentiam requirit Ambros. vt ad pristinos mores non reuertatur. Si verè agerent pœnitentiam, inquit Ambros. iterandam posteà non putarent. Et posteà subdit terribilem illam sententiam: Faciliùs inueni, qui innocentiam seruauerint, quàm qui congruè egerint pœnitentiam. An quisquam illam pœnitentiam putat, vbi acquirendæ ambitio dignitatis? vbi vini effusio? vbi ipsius copulæ coniugalis vsus? Renunciandum sæculo est: somno ipsi minùs indulgendum, quàm natura postulat: interpellandus est gemitibus, interrumpendus est suspiriis, sequestrandus orationibus: viuendum ita, vt vitali huic moriamur vsui. Seipsum sibi homo abneget, & totus mutetur. Sic quendam adolescentem fabulæ ferunt post amores meretricios peregrè profectum, & abolito amore, regressum posteà veteri occurisse dilectæ, qui vbi non interpellatam mirata, putauerit non recognitam, rursus occurrens dixerit: Ego sum. respondit ille: Sed ego non sum ego. q. d. Sis tu, quæ vis; ego non sum, qui priùs eram: ac si diceret, mutatus sum: non sum ampliùs, qui eram: non quoad substantiam, & personam; sed quoad qualitates, conditiones, gustus, actiones, &c.

Insiliet in te Spiritus Domini, & mutaberis in virum alterum. Noui gustûs: nouæ cogitationes, &c. 1. Reg. 10.
Sed ego non sum ego: nihil pristinæ conuersationis. B

Magdalena fregit alabastrum, effudit, &c. ne Matth. 26.
gutta remaneret. Vt euersam Iericho fundiùs deleuit Iosuë? vt vanitates combussit? vt idola contriuit? Iosue 6.

Moyses in cinerem redegit vitulum aureum, vt Exod. 32.
tibi verum pœnitentiæ argumentum præberet. In cinerem idola, quæ tam falsa, támque indigna religione coluisti. O quot similes Racheli, quæ, licèt Gen. 31.
pergeret in terram promissionis; secum tamen aliqua deferebat idola!

De Iosia: *Similis illi non fuit ante eum Rex, qui* 4. Reg. 23.
reuerteretur ad Dominum in tota corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysi: neque post eum surrexit similis illi. Et quid egit? *Pythones, & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes, quæ fuerant in terra Iuda, & Ierusalem abstulit Iosias.* Hæc, hæc perfecta pœnitentia est, non relinquere figuram, vestigium, Rhemig.
&c. Rhemigius ad Clodoueum: Adora, quod incendisti: incende, quod adorasti.

Vnum ex fortioribus argumentis damnationis Salomonis apud eos, qui eiusdem salutem in dubium reuocant, est, quòd Excelsa non abstulit. Sic de impœnitentibus illis: *Verumtamen Excelsa non* 3. Reg. 22.
abstulit, &c. quia signum euidens pœnitentiæ est idola comminuere, & in fauillam redigere.

In Leuit. de oblato pro peccato volebat Deus, Leuit. 6.
ne quid minimum remaneret: *Cremabitur vsque ad fauillam.* Vt intelligat, vel sub cinere seruatam fauillam antiquum ignem reaccendere. D

Nolite ingredi in Galgala, (vbi propter antiquàm loci religionem superstitiosiùs idola colebantur: ne talis ingressus sit vobis recens occasio idololatriæ:) *& ne ascenderitis in Bethauen.* Hebr. Oseæ 4.
Domum vanitatis, vel *Domum idoli*, vbi, scilicet, vitulum Ieroboam adorabant: quasi dicat, ab omni occasione recedite. Hebr.

Iob 39. *Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis.* id est, pœnitentiæ; Iob 39.
contemnit multitudinem ciuitatis. fugit, scilicet, occasiones, conuersationes, &c. sensualitatis, nimirum, vocibus surdus. Hic, hic versus est pœnitens.

Nihil prorsus præteritæ occasionis in vero pœnitente remaneat. Mulieres illæ pœnitentes specula in labrum æneum obtulerunt: optimum signum specula obtulisse, &c. E Exod. 38.

Cùm ad preces Samuëlis Deus ignoscit populo peccatum adorationis idolorum, notauit sacer Textus, quòd coram Deo effuderunt quædam vasa: 1. Reg. 7.
Effuderunt aquam in conspectu Domini. Quid sibi voluerunt? Verè pœnitentes esse, in vasibus, scilicet, cordis, ne minimum quidem idolorum affectum superfuisse. Frangendum est alabastrum, Fratres, nihilque seruandum occasionum, &c.

Non tibi blandiaris de vera pœnitentia, si adhuc illaqueatus occasione: deludit Diabolus eiusmodi pœnitentiam. Vt puer auiculam, modò te illaqueatum detineat, alas expandi sinet alicuius boni desiderij: volitare te sinet, vt sinebat Herodem, quem in affectu Herodiadis detinebat; & tamen expandere alas desideriorum salutis permittebat: funem laxabat, vt sermones audiret; sed, &c. Sic, sic captiui, vt aues, quia aliqualiter expandimus alas, blandimur nobis de libertate verorum pœnitentium. Cauendæ occasiones.

Math. 6

Dauid vt cautus! vt notat Chrys. Castigatus, inquit, de priori concupiscentia postmodum cautior factus est: & qui corpus adamauerat, & fuerat; aquam desideratam, & necessariam, & sitiens bibere noluit. Ita Eucherius: In sacrificium Domini aqua effusa conuersa est: quia culpam concupiscentiæ mactauit per pœnitentiam reprehensionis suæ: & qui quondam concupiscere alienam coniugem nequaquam timuit; postea etiam, quia aquam concupisset, expauit. Timuit, nimirum, latentes insidias, horruitque appetitum, etiam sub habitu & specie veræ necessitatis, ne paulatim relaberetur, &c.

2. Reg. 23. D. Chrysost. Eucher.

Vt vestitus cilicio! vt sese castigabat! *Pone tibi amaritudines.* Alij: *Sume de te vindictam.*

Iuuenis ille in se reuersus. Ex Græc. *Contra se reuersus.* In seipsum resurgens, sibi manus consciscens, &c. Verus Leuita, &c.

Ierem. 31. Hebr. Luc. 16.

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Pagnin. *Incedam omnibus annis in amaritudine animæ meæ,* &c. Sic Petrus vbi *Fleuit amarè,* ex Clemente, finem lugendi nullum fecit in singulos vitæ dies, cui lacrymæ sulcos in facie effecerunt. Sic Magdalena per dies singulos sese totam grauissimis fustis ictibus operiebat.

Isai. 38. Pagnin.

De Sancto Arsenio dicebant Sancti Seniores: quia, sicut cùm in sæculi conuersatione esset, nimis pretiosis vestibus induebatur; ita præ omnibus Monachis viliora, & despectiora vestimenta habebat. Hic ipse Arsenius totum tempus vitæ suæ sedens ad opus manuum, pannum habebat in sinu, propter lacrymas, quæ ob desiderium vitæ æternæ crebrò currebant ex oculis eius.

In Vit. Pat.

De pœnit. & lacrymis Sancti Arsenij.

Dicebat autem Abbas Daniel de eodem Arsenio: quia, cùm operaretur sportas ex palmarum foliis, mittebat aquam in peluim, vt infunderentur palmæ. Et cùm fœteret brumosa, & fæculenta aqua odore, non permittebat, vt aliam aquam mutarent; sed super illam fœtidam aliam addebat aquam, vt semper fœteret. Interrogabant autem eum Fratres, dicentes: Cur non permittis, Pater, vt aqua mutetur: sed pessimo fœtore tota cellula tua repletur? Respondens autem senior ait: Quoniam pro thymiamate, & muscata, & aliis diuersis, quibus in sæculi conuersatione sine intermissione fruebar, oportet, me nunc, dum in hoc corpore sum, sustinere huiusmodi fœtorem pro suauissimo odore: vt in die Iudicij de illo gehennæ inenarrabili fœtore liberet me Dominus, vt non cum illo diuite, qui epulabatur in isto mundo deliciosè, & splendidè condemnetur anima mea.

Vt erat Arsenio pro suaui odore fœtor.

Recogitabo tibi omnes, &c. Vbi Bernard. Oportebat, inquit, si fieri posset, reuiuere me quòd malè vixi: sed, quia hoc non possum; saltem recogitabo tibi omnes annos meos; faciam recogitando, quod recooperando non possum, &c.

D. Bern. in Cant. Ezec.

Verus pœnitens recurrit præteritam vitam itque retractando, quod sese malè egisse recolit: malas retractat opiniones, palinodiá cantat, &c. Sic Dauid: *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* q. d. Docui vias Inferni, has dedocebo, tuasque docebo: à te abstuli, tibi reddam. Hæc, hæc est vera pœnitentia, quos à rebus diuinis abduxisti, à Sacramentis, ab oratione, à recessu, ad hæc reducere, &c. *Sicut exhibuistis,* &c. *Ita,* &c.

Psal. 50.

Conuertimini & recedite ab idolis vestris. Pagnin. *Conuertimini, & conuerti facite alios ab idolis vestris.* Hebr. *Conuertimini, & conuertite.*

Ezech. 14. Pagnin. Hebr.

Afferte Domino, filij Dei, (per gratiam effecti,) *afferte Domino filios arietum,* (peccatores;) *afferte Domino gloriam, & honorem: adorate Dominum in aula sancta eius.* quasi dicat: honorem abstulistis? honorem reddite: ab Ecclesiis abduxistis: ad Ecclesias reducite. *Ostende domui Israel templum,* si ostendisti lupanar. Hæc, hæc, inquam, est vera pœnitentia.

Psal. 28. Ezech. 43.

Quæ cùm vera est, quid non efficit? Vera pœnitentia amissam gratiam restituit. At qualiter? Vix inter homines adeò reconciliatur gratia, vt aliquid offensæ non remaneat, saltem in memoria. In Deo non sic: *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis: omnium iniquitatem eius, quas operatus est, non recordabor.* & per Isaiam: *Deleui,* inquit Deus, *vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua.* quæ, nimirum, nullo persæpè remanente vestigio, vel Solis calore, seu vento raptante, dissoluuntur. Sic Hieron. Pœnitentia pristinam restituit gratiam, ac primos reddit honores. *Citò,* inquit ille, *proferte stolam, & induite illum* (pœnitentem:) *& date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius.* Vbi eleganter Chrysol. Paterna pietas contenta non est, innocentiam reparare solam, nisi pristinam restituat & honorem. Sic de Nabuchodonosore Cyrillus: Cùm agnouit, inquit, Altissimum, & deuenit ad eorum, quæ patrauit, pœnitentiam. tunc restituit illi Deus regni honorem. Hinc & Philo Hebræus de quauis anima peccatrice: Homo, quando liberos sibi quærit, ex virginibus reddit mulieres: at verò Deus, quando incipit cum anima habere consuetudinem, eam, quæ modò mulier fuerat, restituit in virginitatem pristinam. Quo sensu Rupert. ad illa verba, *Sponsabo te mihi in sempiternum.* Ecce, inquit, peccatrix ad desponsationem adducitur, & inter blanditias ineffabiles sponsa fore promittitur. Talis, scilicet, animarum amator Deus, vt quatenuscunque anima fornicata fuerit, statim vt vero Deo per fidem coniungitur, virgo fit. *Vulgò dicitur,* (sic per Ieremiam Deus:) *Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum; nunquid reuertetur ad eum vltra? nunquid non polluta, & contaminata est mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Saltem amodò voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.* En, quantam gratiam pœnitenti restituit Deus, vt vel omnem corruptionem auferat à corrupta, licet (vt cum Theologis loquamur) non faciat, quòd corrupta non fuerit.

Ezech. 18. Isa. 44. Hier ibid. Luc. 15. Chrys ser. 2. de duob. filiis. Cyrill. catech. 2. Philo l. de Cherub. Rupert. Oseæ 2. Ierem. 3. D. Th. 3 p. q. 85. art. 4.

Nec solùm pœnitentia amissam gratiam ad æqualitatem; verùm etiam cum additione, ac fœnore restituit. De pœnitẽte Magdalena Chrys. Illa, inquit, in Euangelio meretrix, virgines quoque ipsas honestate superauit. Certè prodigus ille filius, postquàm egit pœnitentiam, lautiùs quàm anteà acceptus est; quin & festiuiùs, quàm senior alter, qui semper se innocentiam seruasse gloriabatur. En in gratiam quantam eum pœnitentia reuocauerit, vt innocenti filio non solum adæquarit; verùm etiam prætulerit, patríque chariorem fecerit.

Chrys. hom. 6. in Matth. Luc. 15.

Tertul. l. de poenit. c. 8.

fecerit. Vnde Tertul. eo, quo solet spiritu, & acumine: Pater, inquit, chariorem senserat, quem lucrifecerat. quasi dixerit: Deus chariores habere solet, quos per poenitentiam lucratur. Id quod patet ex parabola ouis, qua idem Tertul. Grex, inquit, vna charior non erat. Vna illa conquiritur, vna pro omnibus desideratur: & tandem inuenitur, & humeris pastoris ipsius refertur. Qua ex parabola perspicuum est, poenitentem vnum in errabunda oue figuratum, non tantùm innocentibus, sed ipsis etiam Angelorum millibus in nonaginta ouibus præsignatis, anteponi quodammodo, ac anteferri. Hinc Ambrosius: Plùs acquisiuimus, qui plùs peccauimus: quia beatiores facit tua gratia, quàm nostra innocentia. Et de Petro Arnobius: Maior gradus redditur ploranti, quàm sublatus fuerat deneganti.

Ambros. in Psal. 37. Arnob. in Psal. 138.

Psal. 104. 4. Reg. 5.

In huius rei figuram ditiores filij Israël ex Ægypto egressi, (*Et eduxit eos cum argento, & auro,*) quàm in Ægyptum ingressi fuerint, perhibentur. Et in libris Regum Naaman illi Syro, vbi in flumine se lauisset, non solùm pristina caro; sed & caro pueri restituta est. Huc facit etiam, quòd dum ageret Propheta de Messiæ aduentu, déque peccatorum conuersione, *Tunc*, ait, *saliet, sicut ceruus, claudus* Mirum! Qui integer, ac sanus semper extitisset, vt ceruus quidem minimè saliret! Sed hoc mysticè innuit, quòd is, quem per poenitentiam sanat Christus, velocior quandoque euadit, quàm ante poenitentiam sanus esset. Hinc paralytico illi vis tanta indita à Christo est, vt lectum super humeros portare valuerit, quem anteà forsitan nec è terra leuasset. *Qui dat lasso virtutem, his, qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat.*

Isai. 53. Ioan. 5. Isai. 40.

C

At, quis non miretur veræ poenitentiæ effectum alterum? Quem? Mirum! Vera poenitentia ipsum peccatum, quod solùm verum est dedecus, mirabili quodammodo in gloriam mutat, & decorem. Non id quidem ratione peccati, cùm peccatum intrinsecè malum, turpè, & dedecus sit: sed ratione diuinæ misericordiæ ac virtute poenitentiæ, quibus veluti quibusdam radiis, ac luce superfunditur; vnde pulchrum quodammodo fit, ac veluti fulgens, ac inauratum. In 1. Regum fecerunt illi similitudines anorum suorum, & similitudines murium, quas redderent Domino pro delicto: at hæc ipsa paulò post dicta sunt vasa aurea: *Tolletisque Arcam Domini, & ponetis in plaustro, & vasa aurea, quæ exsoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius* Miratur Gregorius: Quid est, quòd eas istæ eædem honestiori nomine exprimuntur; nisi quia peccata, quæ poenitentiæ fletibus tersa non sunt, in deformitate sua videnda, atque lugenda sunt: ea verò, quæ iam sunt diluta magnis fletibus, non in deformitate sua respicienda; sed æstimatione humilitatis aliquando cogitanda? O virtutem ergo poenitentiæ, quæ vasa contumeliæ mutat in aurum, & vasa gloriæ!

1. Reg. 6. Mendoz. ibid. Greg. ibid.

D

Huc facit illud Isaiæ: *Et volauit*, inquit, *ad me vnus de Seraphim: & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de Altari,* &c. Quæris, quid iste calculus? Hebr. *carbo*, Sept. *pruna*. Hieron. *carbunculus*. lapis, nimirum, pretiosus, qui subdit: Ex quo intelligimus Altare Dei plenum esse carbunculis. Sed quæres iterum: Qui fieri potest, vt ignis Altaris nutriri posset carbunculis, gemmis pretiosis? Grauissimæ huic dubitationi satis ad rem nostram sic fieri potest; in illud quidem Altare non carbunculos, & gemmas ad ignis nutritionem fuisse immissas, sed coniectos carbones, qui tamen ab igne Altaris in gemmas conuertebantur: vnde, qui carbones iniecti fuerunt, carbunculi, gemmæque prodibant; ad vim Altaris holocausti, poenitentiæ, scilicet, exprimendam, cuius vi planè diuina, & admirabili peccatores instar carbonum, frigidi, nigrique, suorum scelerum, ac flagitiorum turpitudine in carbunculos, gemmásque euadunt pulcherrimas; fiúntque pretiosi lapilli, siue per charitatis ardorem carbunculi, siue per castitatem smaragdi, &c. O, inquam, diuinam poenitentiæ metamorphosim, quâ vilia in pretiosa, ac foeda in pulchra commutantur?

Isai. 6. Hebr. Sept. Hieron. Vera in Apocal. sect. 5.

E A

Nigra sum, sed formosa. Ad rem Chaldaïca *Quando fecerunt Domus Israel vitulum, denigratæ sunt facies eorum, sicut filiorum Æthiopiæ, qui morantur in tabernaculis Cedar: & quando egerunt poenitentiam, & dimissum fuit eis peccatum, multiplicatus fuit splendor vultus eorum, sicut vultus Angelorum.* Fauet Hieron. ad illud Amos: *Nunquid non vt filij Æthiopum vos estis mihi, filij Israel, ait Dominus?* Æthiopes ergo, inquit, vertuntur in filios Dei, si egerint poenitentiam; & filij Dei transeunt in Æthiopes, si in profundum venerint peccatorum.

Cant. 1. B Amos 9. Hier. ibid.

Recordare nunc mihi (sic pulchrè Bernard.) & Moysi, & Æthiopissæ: & agnosce iam tunc præfiguratum coniugium Verbi, & animæ peccatricis: sed non potuit Moyses Æthiopissæ mutare pellem; potuit Christus. Hinc plurimorum ora, quæ per peccatum erant deformia; peracta poenitentia, pulchra apparuisse dicuntur. Ex D. Philippi Vita id clarum est: nam purissimis beati Viri oculis quidam deformes, per poenitentiam mutata facie, ac ore venusto apparuerunt.

Bern. ser. 39. in Cant. C

De passionum abnegatione.

PVNCTVM CVIII.

D. Basil. in Reg. fus. disp. inter. 6. Tolet. 6. Luc. 6.

ABneget semetipsum. Nihil est aliud sui ipsius abnegatio, inquit S. Basil. nisi summa rerum omnium vitæ superioris obliuio, atque à sui ipsius voluntatibus recessio. Quam sententiam elucidans Card. Toletus, duas in partes secat. Prior est summa rerum omnium vitæ superioris obliuio. Vitam superiorem appellat, quando sine Dei gratia peccatis indulgebamus, rerum temporalium affectu, ac dulcedine acti; quarum obliuisci debet, qui se abnegat, hoc est, earum memoria non iam ampliùs affici, nec earum affectu ampliùs teneri. Posterior pars, in qua sita est veræ abnegationis substantia, est, vt ab omni voluntate, affectu, desiderio, appetitu, & inordinata passione, quæ ad illicita impellunt, recedamus, eis resistentes, contradicentes, & mentis consensum auertentes. Hæc est sui abnegatio, quam Paulus ad Gal. crucifixionem carnis cum vitiis, & concupiscentiis; & ad Coloss. expoliationem veteris hominis appellauit.

D Gal. 5. Coloss. 3. E

Abnegare itaque semetipsum, est, propriis suis passionibus aduersari, & contradicere, easdem mortificare, ac regulare. Sic Origen.

Orig. hom. 2. in Matth. Eccl. 23. Iansen. ibid.

Quàm merito abnegandæ passiones! Ex earundem tyrannide, Ecclesiasticus quot lacrymis orat? *Extollentiam oculorum ne dederis mihi* (elationem animi, & ex ea elationem oculorum ne me habere sinas:) *& omne desiderium* (quod ex elatis oculis nascitur) *auerte à me. Aufer à me ventris concupiscentias*, (in plurali: venter enim nunquam dicit,

Sufficit:

Sufficit: quid mirum, si sequatur?) *& concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me*: (ex intemperantia nanque ciborum concupiscentia, nascitur concubitus concupiscentiæ: sic lacrymans precatur, ne concupiscentiæ venereæ ipsi dominentur, ipsumque sibi deuictum, & addictum habeant, & quouis attrahant.) Tandem, *Et animo irreuerenti & infrunito ne tradas me. Infrunito*, id est, effrænato.

Isid. Clar. Græc. Isid. Clar. *Impudenti*, Græcè: *Insatiabili*. Vbi notandum illud, *Ne tradas me*, videlicet, tanquàm tortori, ac tyranno, qui me pro libidine sua, tanquàm mancipio sibi tradito, abutatur. Vt passione ignominiæ abusi sunt illi, qui eisdem traditi, hoc est, promissi fuerant.

Rom. 1. *Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ*. Hi sunt Dij, quibus qui seruiunt, non habent requiem nec die, nec nocte. Væ his, qui traditi sunt in manus horum dominorum crudelium!

Quis suis effrænatis passionibus non dominatur, misera seruitute deseruit, vt dicit idem Ecclesiastiens, indignis se: *Beatus, qui non seruiuit indignis se*.

Eccl. 25. Durum est per ipsum seruire; intolerabile seruire indignis. Indignis autem seruit, quisquis cupiditatum suarum seruus est: hæ nanque à rationali creatura prorsus sunt alienæ, cùm sint brutorum propriæ.

Qui suis passionibus docitur, vt animal in omne facinus ducitur. Rogauerat Ecclesiasticus: *Ne derelinquas me in cogitatu illorum* (animi, & cordis mei, ne ea cogitem, & faciam, quæ intellectus, & voluntas ex se suggerunt: *Ne adincrescant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent*, gradatim, ignorantiæ, delicta, peccata.

Psal. 36. Et Dauid: *Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias*. Hieron. ex Hebr. *Aduersus virum, qui facit, quæ cogitat*. Non potuit breuiùs absoluta hominis prauitas, & nequitia explicari; nullum enim facinus recusat, quisquis facit, quæcunque cogitat, quæque illi libido suggerit. De his idem Propb. *Transierunt in affectum cordis*, &c.

D. Hieron. ex Hebr.

Psal. 72.

Ab harum passionum tyrannide cupiens idem liberari, clamabat: *Miserere mei, Deus, quoniam conculcauit me homo* (hic vetus, passionibus mancipatus:) *tota die impugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me*. Multi bellantes, inquit: quia, videlicet, hostis noster accerrimus est vetus hic homo: at eiusdem milites, ac satellites multi sunt; nempe, passiones, ac cupiditates.

Psal. 55.

De his Dei gratia deuictis per abnegationem, in Psalmo triumphali: *Diligam te, Domine fortitudo mea*, cui titulus est: *In finem puero. Domini Dauid, qui locutus est Domino verba Cantici huius, in die, qua eripuit eum Dominus de manu inimicorum eius, & de manu Saul. Diligam te, Domine*, &c. cuius gratia, & ope hostes subegi, &c. *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos*, (qui me antea comprehenderant:) *& non conuertar*, nec pedem referam, *donec deficiant* viribus, adeò vt ampliùs validè non insurgant, *Confringam illos*, cædam, percutiam abnegatione, & mortificatione. *Confringam illos, nec poterunt stare*. D. Hieron. ex Hebr. *Cædam illos, & non poterunt surgere*. Felix: *Vulnerabo, percutiam, confringam eos: & non poterunt surgere*. Camp. *Sic vulnerabo eos, vt resistere non possint: corruent sub tuis pedes meos. Tu præcinxisti me virtute ad bellum: & supplantasti insurgentes in me subtus me*. Camp. *Tu vndique cinxisti me robore, & gerendis bellis idoneum fecisti me: prosternebas enim, quotquot insurgere conabantur aduersum me. Inimicos meos dedisti mihi dorsum*. Idem: *Tu prabes mihi iugulum hostium meorum: & inimicos meos dissipas*. Chald. Paraphr. *Patronos inimicitia mea fecisti vertere terga in conspectu meo. Et comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos* D. Hier. ex Heb. *Vt lutum platearum proiiciam eos*. Alij pro, *delebo, exinaniam, euacuabo, effundam eos*. Chald. *Conculcabo eos*. Metaphora ducta à luto, quod congeritur, & extra viam eiicitur: sic iam olim viuos hostes, motus, ac passiones, velut cadauera, in cumulos eiiciam, & dispergam, &c.

Psal. 17. Tit. Psal.

Gencb. ibid.

Hieron. Heb. Felix. Camp.

Chald.

D. Hieron. Alij. Chald.

Abnegatio est pugna, quam quis secum exercet, interior sancta monomachia. Hostes corporum externi sunt, ex quibus victoriam reportamus, externa, quæ infligunt, vulnera: at se se abnegantium aduersarij intus sunt: interna igitur abnegationis manu debellandi, ac confligendi. Non alienus quærendus est, qui feriatur, ait Beatus Laurent. Iustin. Intra nos armatus est hostis, videlicet, praua cupiditas. *Vnde bella, & lites in vobis? nónne hinc, ex concupiscentiis vestris, qua militant in membris vestris?* In nobis igitur, & omninò contra nos pugnare debemus: nihil est enim aliud abnegare se ipsum, quàm carnalibus desideriis, quæ aduersus animam militant, reluctari, &c. Ideò Dominus ait: *Abneget semetipsum*; hoc est, secum pugnet, se vincat, infimam cupiditatem prosternat.

Se se abnegāt. itum hostes externi sunt.

D. Lau. Iust. de int. confl. c. 8.

Iacob. 4.

Exod. 32. *Si quis est Domini, iungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filij Leui, quibus ait, Ponat vir gladium super femur suum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum. Fecerunt filij Israel iuxta sermonem Moysi*. Ad hæc verba Ambros epist. 56. Sanctiora, inquit, cæteris ad hoc munus eliguntur ministeria Leuitarum, quorum portio, Deus: nesciunt enim suis parcere, qui nihil suum nouerunt: quoniam Sanctis omnia Deus est. (Deus meus, & omnia; Franciscus subdit.) Est etiam ille Leuita verus vltor, & vindex, qui carnem interimit, vt seruet spiritum: qualis erat ille, qui ait: *Castigo corpus meum*, &c. Quid autem tam proximum, quàm sunt passiones corporis? Eas in se Leuita bonus interimit spiritali gladio, quod est verbum Dei bis acutum, & validum. Nonne caro animæ frater nostro quodam copulatur consortio? omne etiam menti nostræ affinis, & propioquus sermo est? Cùm igitur comprimimus sermonem, ne multiloquio in peccatum incidamus, ius germanitatis abrumpimus, & fraternæ vinculum propinquitatis dissoluimus. Irrationabile quoque suum, tanquam cognatum, rationabili vigore dissociat. Sic ergo Moyses docuit insurgere in proximus suos, per quos fides renocaretur, virtus impediretur, vt dissecaretur in nobis, quidquid à virtute deuium foret, confusum erroribus, vitiis innexum Hucvsque Ambros.

Exod. 32.

D. Ambros. epist. 56.

1. Cor. 9.

Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Hæc violentia est abnegatio sui ipsius, in qua quis semper esse debet: nam, vt Clim. ait: Monachus (sic & perfectus Christianus) est perpetua naturæ violentia.

Matth. 11.

Clim.

August. serm. 1. de S. Ioan. Bapt. ad illa verba, *Regnum cælorum*. Non enim, inquit, sine violentia fieri potest, vt de abundantia, & deliciis ad famem, & sitim, ad abstinentiam, & crucem quis trãnseat: iracundiam patientiâ, superbiam humilitate commutet, & homo in virum transformetur perfectum, & quodammodo alter reddatur ex altero: à talibus

Aug serm 1 de S. Ioan. Bapt.

talibus enim per violentiam regnum cæleste diripitur.

Pugna hæc cum nobis ipsis perennis est, dum viuimus. Abnegationis arma deponere nunquam debemus. Gladius Crucis semper euaginatus tenendus est, inquit Cass. cùm omni die mundus sese offerat cum delectationibus suis, & caro incessanter spiritum impugnet. Ideò signanter ait Dominus Luc. 9. *Abneget semetipsum* : & mox, *tollat crucem suam quotidie. Quotidie*, ait: quia quotidie gladio abnegationis egemus.

Cass. l. 9. cap. 39.
Luc. 9.

Hinc Viris apostolicis imperatum illud : *Qui non habet gladium, emat*, &c. 2. Machab. vlt. *Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deiicias aduersarios populi mei Israel.* Israel, videns Deum, potiùs superior respiciens rationes æternas: aduersarij sunt appetitus sensitiui, concupiscentes aduersùs spiritum: hos gladius sanctus abnegationis deiiciat.

Luc. 22.
2. Mach. 15.

Abnegatio est gladius ille anceps *Pauli gens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus.* hoc est, secundùm August. de spiritu, & anima, & Riccard. de exterminatione mali, partis sensitiuæ, & animalis, & partis spiritualis, vt, scilicet, spiritus sit in spiritu, ceu rota in rota, & non in carne. Sancta diuisio, qua nulla maior. August.

Hebr. 4.
D. August.
Riccard.

Hinc per Prophetam, *Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine.* hoc est, maledictus qui hostes suos, affectus prauos, mortificationis gladio non insequitur, non cædit; sed viuere patitur, ac dominari. Præmiserat: *Maledictus, qui facit opus Domini negligenter.* Opus Dei erat, inquit Isidor. Clar. in Schol. eliminare, & deuastare Moabitas: & qui hoc negotium negligenter agebant, maledicebantur.

Ierem. 48.
Isid. Clar.

Pepercit Saül Amalec, (*Amalec*. Heb. *Gens bruta*, passiones, motúsque brutales designat) *& Agag*, Regi pinguissimo: quem posteà Samuel, venis abnegator, in frusta concidit: sed Saül, qui prohibuit gladium suum à sanguine, reprobatus est.

1 Reg. 15.
Hebr.

In libro Iudicum : *Iebusæum habitatorem Ierusalem non deleuerunt filij Benjamin : habitauitque Iebusæus cum filiis Benjamin in Ierusalem, vsque in præsentem diem.* D. Bernard. in Cant. Velis, nolis, intra fines tuos habitat Iebusæus: subiugari potest, exterminari non potest. Iebusæus est innata cupiditas, fomes, animi passio, vnde tot cupiditates pullulant, insurgunt Quid agendum ? D. Bern. ad illa verba, *Tempus putationis aduenit*, respondet, abnegationis, mortificationísque gladio vtendum. Quis enim ita ad vnguem omnia à se superflua resecauit, vt nihil se habere putet putatione dignum? Credite mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta, & sopita denuò excitantur. Parum est ergo semel putasse: sæpè putandum est; imò, si fieri possit, semper: quia semper, quod putari oporteat, si non dissimulas, inuenis Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras, si vitia putas emortua, & non magis suppressa. Velis, nolis, intra fines tuos habitat Iebusæus. Semper ergo tenere debes in manibus gladios ancipites; facere vindictam in nationibus, increpationes in populis; alligare Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis; & facere in eis iudicium conscriptum, &c. Benè autem Reges, etsi nobiliores in compedibus; & nobiles, etsi Regibus minùs nobiles in manicis: quia, si passiones, & affectiones benè constringuntur, facilè sensus mortificantur. Compedes passionibus, manicæ sensibus.

D. Bern. ser. 58. in Cant.
Cant. 2.
Psal. 149.

O felices, qui ad vltimum vitæ spiritum sese constringunt, nec se, dum viuunt, mortuos credunt. Sic se mortuum credidit in suam perniciem senex ille, qui quàm viuus tamen fuerit, audite. In Vitis Patrum senex quidam erat in Scythia, qui cùm incurrisset in ægritudinem magnam, seruiebant ei Fratres: & videns senex, quia laborarent, dixit: Vado in Ægyptum; vt non soluam Fratres istos. Et dixit ei Abbas Moyses: Non vadas: quia in fornicationem incursurus es. Ille autem contristatus dicit: Mortuum est corpus meum; & tu mihi ista dicis? Surgens ergo abiit in Ægyptum. Quod cùm audissent homines circunquaque habitantes, offerebant ei multa. Venit etiam ad eum quædam virgo fidelis, volens obsequium suum seni illi infirmanti impendere. Et post aliquantulum temporis, cùm de ægritudine, qua tenebatur, meliùs habuisset, incurrit in eam: at illa concepit, &c. Credite mihi, inquit Bernardus, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta: Erras, si vitia putas emortua, & non magis suppressa.

In Vit. Patr. l. 5. de forn.
Senex quidã, dum se mortuum credit, in fornicationem incidit.

Suppressa certè putabat ille, de quo Gregorius in Dial. In Prouincia Nursiæ Presbyter quidam commissam sibi cum magno timore Domini tegebat Ecclesiam. Qui ex tempore ordinationis acceptæ Presbyteram suam vt sororem diligens; sed quasi hostem cauens, ad se propiùs accedere nunquam sinebat, eámque sibimet propinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditùs familiaritatis absciderat. Habent quippe sancti Viri hoc proprium, vt quò semper ab illicitis longè sint, à se plerunque etiam licita abscindant. Vnde idem vir, ne vnquam per eam incurreret culpam, sibi etiam per illam ministrari recusabat necessaria. Hic ergo venerabilis Presbyter cùm longam vitæ impleset ætatem, anno quadragesimo ordinationis suæ, inardescente grauiter febre correptus, ad extrema deductus est. Sed, cùm eum Presbytera sua conspiceret, solutis iam membris, quasi in morte distentum; si quod adhuc ei vitale spiramen inesset, naribus eius apposita curauit aure dignoscere. Quod ille sentiens, cui tenuissimus inerat flatus, quantulo adnisu valuit, vt loqui potuisset, inferuescente spiritu, collegit vocem, atque erupit, dicens: Recede à me, mulier: adhuc igniculus viuit: paleam tolle.

Greg. 4. Dial. c. 11.
De eo, qui vel animam agens, dixit ad mulierem appropinquãtem: Tolle paleam.

Quòd possumus abnegare passiones, sed non omninò tollere.

PVNCTVM CIX.

Diuus Hieron. refellit quorundam errorem, qui hominem omninò apatheticum, hoc est, sine vllo prorsus affectu, & impassibilem requirunt in Christiana perfectione, statuúntque vitimum perfectionis gradum impassibilitatem, indolentiam quandam Stoicam, apathiam, carentiam affectuum, & passionum. Sed hoc est hominem ex homine tollere, ait Hieron. & in corpore constitutum, esse sine corpore Passionibus, seu magis propriè propassionibus vsus est Christus, desiderio, tristitia, gaudio, &c. Humanas affectiones habuit Apost. hic perfectus, ille perfectionis regula, &c. Iob: *Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea; nec caro mea ænea est*, &c. En dolor in perfecto homine.

D. Hieron. epist. ad Ctesiphon.
Iob 6.

Passiones

D. Ambr lib. 2. de Iacob, c.1. Passiones, inquit Ambros. homo eradicare non A potest: neque enim fieri potest, vt facilis ad iracundiam non irascatur; sed vt ratione se temperet, indignationem cohibeat, ac puniendo se reuocet. Sic Psal.4. & Propheta nos docet, dicens; *Irascimini, & nolite peccare.* Concessit, quod naturæ est; negauit, quod culpæ est.

Quis viuens hanc vitiatam arborem radicitùs D. Ambros. siccare valeat, nisi solus ille, inquit D. Ambros. qui potuit de infructuosa ficulnea dicere, hoc est, malitia Iudæorum: Luc.13. *Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succidite ergo illam.* Cui seruus: *Remitte illam & hoc anno, vsque dum, &c. & siquidem fructum fecerit: sin autem succides illam.* Meritò ad Dominum retulit: B quia excidendæ temporalis prolapsionis potestatem sibi ipsi vendicare non potuit; sed Domino reseruabat.

2. Reg.23. Dauid cupiditatem, qua concupierat aquam de lacu Bethlehem, hostili inclusam exercitu, sibi auferre non potuit; potuit mitigare. Nam, cùm essent reperti tres viri, qui hostium castra præciderent, & deferrent aquam, quam summo desiderio desiderasset, cognoscens, quòd periculo alieno aqua sibi eadem constitisset; profudit illam Domino, ne sanguinem illorum, qui eam detulerant, bibere videretur. Quæ res indicio est, quòd concupiscentia quædam rationem præueniat; sed ratio cupiditati resistat. Humanum itaque quid passus C est Dauid, vt irrationabiliter concupisceret: sed illud laudabile, quòd irrationabilem concupiscentiam rationabiliter parato fraudauerit remedio, D. Ambros. &c. Comparat deinde Ambros. trium Heroüm valorem in hac aqua comparanda cum virtute animi Regis, qui expetitam, concupitámque aquam profuderit; & hinc inferens, quòd plus sit sibi ipsi, quàm aliis inferre vim, concludit: Potest igitur mens sobria impressionem refrænare, ac reprimere; quamuis grauem passionem, & feruorem omnem cupiditatis flagrantissimæ refrigerare; deriuare aliò motus, & rectæ rationis tractatione despuere passiones: etenim, cùm Deus hominem constitueret, & in eo motus, sensúsque plantaret; tunc D moribus eius imposuit regale mentis imperium, vt omnes sensus, motúsque hominis eius vigore, ac potestate tegerentur.

Origen. Origen. hom.9. in Exod. loquens de argenteis columnis tabernaculi: Tabernaculi, ait, in se ipso vnusquisque potest formam explere. Columnæ argenteæ sunt patientiæ rationabilis: nam, qui non sentit iniuriam, & propterea non reddit, patiens videtur; sed non est rationabilis ista patientia. Iste ergo habet quidem columnas; sed non sunt argenteæ: qui verò propter verbum Dei patitur, & fortiter fert; iste argenteis columnis decoratus est, & munitus. E

Leu.15. Sat nobis est enascentes passionum pilos, vt Dominus præceperat leprosis, abradere gladio, ac nouacula abnegationis, si radicitùs euellere non possumus: neque enim eradicatores sumus cogitationum, ac passionum, vt dixit quidam senex in Vitis Patrum; sed luctatores aduersùs easdem.

Non vno anno, sed pluribus gens Hebræa, Chananæa, Amorrhæa à filiis Israël deleta est, nec penitùs, cùm superfuerit Iebusæus. Velis, nolis, intra Deut.7. fines tuos habitat Iebusæus, ait Bernard. *Non poteris eas delere pariter, ne fortè multiplicentur contra te bestiæ agri.* Sensim per abnegationem delentur, non pariter, nec omninò in hac vita: penitùs delebuntur, cùm homo fuerit adeptus plenam promissionis requiem. *Ne fortè multiplicentur contra te bestiæ agri.* O quot bestiæ, superbiæ, inanis gloriæ, iactantiæ insurgerent, si nihil aduersi in se homo pateretur!

Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet, &c. ne magnitudo reuelationum extollat me, &c. 2. Cor.12. Per studium abnegationis passiones paulatim minuuntur, eneruantur, &c. Sed non penitùs, nec vno die delentur, extirpantur, necantur, &c.

In Leuitico, eadem die mater cum filiis non Leu.22. immolabantur. Ex quo, vt vno sensu pietatem do- Lyran. cemur cum Lyrano, Corn. à Lap. & aliis ex Tert. Corn. à Lap. Tertull. l. 2. cõtra Marc. c.7. sic cum plerisque Patribus, quod communi lege accidit, alio sensu innuitur; matrem, scilicet, cupiditatem, (quæ delictorum omnium mater est,) & delicta omnia simul, & semel non immolari, nec mactari posse. *Bos, inquit, vel ouis non immolabantur vna die cum fœtibus suis.* Tanquàm diceret, ait Radulphus: Radulphus in hunc loc. Cùm insurgentia contra vos vitiorum certamina sustineris, nemo terreatur: noui abscondita cordium vestrorum, imbecillitatem virium vestrarum: fieri non potest, vt vna die mater cum fœtibus immoletur. Exercitio abnegationis est opus, &c. paulatim, &c.

Concupiscentia relicta est ad certamen. Pugna, D. August. de inquit August. resiste: noli consentire, & impletur temp. ser.6. hîc: *Post concupiscentias tuas non eas.* Eccl.18. quia, etsi quandoque subrepunt, & vsurpant sibi oculum, aurem, linguam, volaticam cogitationem; nec sic desperemus de salute nostra: ideò quotidie dicimus: Matth 6. *Dimitte nobis debita nostra.*

Vbi notandum illud: Pugna, resiste, noli consentire, in quo ratio abnegationis huius consistit. Id, quod, Dei gratia, præstare possumus, vt idem asserit. Plus, inquit, habet virium mens ad tenenda membra carnis, ne dentur in arma iniquitatis, quàm ipsa concupiscentia carnis ad mouenda membra carnis; si tamen Dei gratia adiuuetur. Ob id scriptum est: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Gen.4. & Apostol. hortatur: *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius.* Rom.6. Vbi ex Theophylacto, Haymono, Theoph. Caietano, notanda proprietas verborum: Hayme, & Caiet. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis, &c.* Rex, inquit Theophylact. volentibus præsidet: non regnet ergo, hoc est, non pareatis ei, nec voluntate subiiciamini ei, Caietan. & Isidorus legunt: *Vt obediatis ei in concupiscentiis eius.* Isid. Clar. Exigit ergo Apostol. vt peccatum non regnet in corpore mortali, non totaliter excludendo à regno, (cùm hoc sit impossibile in hac vita:) sed sic excludendo à regno, vt subtrahatur obedientia peccato secundùm concupiscentias corporis. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.* ac si apertè dixisset: Non exigo exterminari regnum peccati à corpore vestro; sed exigo subtrahi ei obedientiam voluntariam, scilicet, obsecutionem in concupiscentiis corporis: vt quamuis corpus peccati concupiscat; vos tamen non obediatis peccato in huiusmodi concupiscentiis.

Mox vt motus carnalis concupiscentiæ sentiuntur, exclamandum cum Iacob: *Ruben, primogenitus meus, non crescas.* Gen.48. Hic est appetitus concupiscentiæ carnalis, qui initio vitæ pullulat in nobis, ait S. Bernard. hunc oportet reprimere, quem extinguere non possumus: vt quàm citò cubile nostrum ingreditur, crescere eum nullatenus patiamur.

Non regnet. Quinimò vos regnate, & pro viribus subiicite concupiscentias vestras.

Faciamus

Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostra n, & præsit bestiis terræ, &c. Vt coniuncta est imago, & similitudo Dei dominio, ac imperio animalium! *Faciamus hominem ad imaginem, & præsit.* Per bestias terræ Basil. belluinos affectus intelligit: his imperate, his præesse debet. In te ipso, ait Basil. circumfers numerosam, & apprimè turbulentam belluarum intemperiem: da operam, huiusmodi bestiis vt imperes. Et D. Augustin. similiter: Quod, inquit, dictum est: Habere potestatem piscium maris, & volatilium cæli, & reptilium omnium, rectè intelligitur spiritualiter, vt omnes affectiones, & motus animi, quos habemus his animalibus similes, subditos haberemus, & eorum dominaremur. Cùm enim regunt isti motus, faciunt nos similes omni generi bestiarum: cùm autem reguntur, mansuescunt, & nobiscum concorditer viuunt.

D. Basil. hom. 1. in Hexam.

D. Aug lib. 1. de Gen. contra Man. c. 20.

A

Hoe est itaque, abnegere se ipsum, suis passionibus imperare, proprios concupiscentiis non acquiescere, suos motus inordinatos cohibere, insurgentibus obsistere, contra eosdem pugnare, eosdem perfectè mortificare.

B

In Vit. Pat. p. 1. *Abbas Abraham ostendit, passiones vincere, sed à sanctis viris quodammodo religari.*

Ita certè. In Vitis Patrum dicebat quidam de quodam sene, qui fuerat quinquaginta annos, neque panem comedens, neque aquam bibens: & dicebat, quia extinxit fornicationem, & auaritiam, & vanam gloriam. At verò Abbas Abraham audiens, quòd hæc dixisset, venit ad eum, & dixit ei: Tu dixisti hunc sermonem? Et ille respondit: Etiam. Et dicit ei Abbas Abraham: Ecce intras in cellam tuam, & inuenis super mattam tuam mulierem: potes non cogitare, quia mulier est? Et dixit: Non: sed repugno cogitationi meæ, vt non tangam mulierem illam. Dicit ei Abbas Abraham: Ecce igitur non interfecisti cogitationem, quia viuit passio ista; sed alligata est. Iterum, si ambulas in via, & vides lapides, & testas vasorum, & inter ipsas iacet aurum, potes mente rua aurum, quod videris, velut lapides reputare? Et respondit: Non: sed resisto cogitationi meæ, ne colligam illud. Et dicit ei Abbas Abraham: Ecce ergo viuit passio; sed alligata est. Et dicit ei iterum Abbas Abraham: Si audieris de duobus fratribus, quia vnus diligit te, & bona de te loquitur; alius autem odit te, & detrahit tibi: & veniant ad te; vtrumque æqualiter suscipies? Et dixit: Non: sed extorqueo animo meo, vt similiter benefaciam ei, qui me odit; sicut illi, qui me diligit. Et dicit ei Abbas Abraham: Viuunt ergo passiones; sed tantummodò à sanctis viris quodammodo religantur.

C

D

De perturbationibus passionum.

PVNCTVM CX.

Matth. 8. ET ecce motus magnus factus est in mari. Est hic mysticè motus passionum in mari cordis humani, & præcipuè peccatoris, qui semper ceu mare ferum, ac turbatum, agitatúmque à ventis propriatum passionum, nunquam nisi in suis motibus quiescit.

E

Pulchrè, ac eleganter ille Parthen. Marianæ lib. 1.

Parthen. Mar.

Quatuor aduersis miscentur vt æquora ventis,
Eos, Zephyre, Libyco, gelidóque Aquilone,
Sic totidem nostras ingeniti turbine mentes
Subuerti furiis, pectúsque in prælia mitti.

Speranza Scripturæ selectæ.

Spes leuat erectos, metus alto à vertice fluctus
Deiicit, hinc animum pulsat furibunda voluptas,
Inde dolor, fluctus ceu fluctibus altum
Clamorem ingeminat, picem abscondita nimbus
Nec radios fundit ratio, nec vela gubernat.

1. Mac. 6. *In quantam tribulat onem deueni,* dicebat ille, *& in quos fluctus tristitia, in qua nunc sum, qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea.*

Isa. 57. *Impy* (Interlin. semper irati, ac turbati) *quasi mare feruens.* Hebr. *Velut mare tempestate agitatum, quod quiescere non potest; sed redundant fluctus eius.* Sept. *Impy autem semper fluctuabunt,* nunc spe, nunc timore, nunc odio, nunc amore.

Sept.

Dan. 7. Ricc. de S. Vict. lib. 3. de erudit. inter. hominis c. 1. & seq.

Et ecce quatuor venti pugnabant in mari magno, & quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari. Vbi Riccard. Quid per mare, nisi cor instabile? quid per ventos nisi animi passiones? Quid per bestias, nisi bestiales motus, & irrationabiles impetus designantur? Quatuor venti, quatuor præcipuæ passiones, quæ dum agitantur in mari cordis, nunc bestiam vnam, nunc alteram excitant; nunc leænam insolentiæ, & iracundiæ; nunc vrsum luxuriæ; nunc pardum hypocrisis, & fraudulentiæ; nunc bestiam, quæ decem cornua habet, hoc est, præceptorum ipsorum omnium transgressionem. O bestiæ in mari magno! Quis impetet hisce ventis? Quis feras edomet? *Et ecce,* inquit, *euulsa sunt alæ eius, & supra pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei.* Quidnam est euellere alas, nisi mortificare passiones? Tunc mare quiescit, bestiæ silent, venti non efflant. *Surgens* (imperio rationis) *imperauit ventis, & mari: & facta est tranquillitas magna.* Sed si passiones non sint frænatæ, ô tempestatem!

D. Ambros. in Apolog. Dauid. Psal. 106.

Ambros. Magnam faciunt tempestatem multitudines cupiditatum, & veluti in quodam freto corporis nauigantem animum hinc, atque inde perturbant. *Ascendunt vsque ad cælos,* per spem inanem; *descendunt vsque ad abyssos,* per desperationem. *Anima eorum in malis tabescebat.*

Iona 1. Inanis passione timoris Ionas fugiens à facie Domini mari se committit, nauimque conscendit, quò propriam existimationem non amittat; & ecce mare eam incipit tempestatem commouere foris, quam ipse miser patiebatur intus. Heu! qui fluctus feri maris? *Pelagus operuit caput meum: ad extrema montium descendi.* Et quoniam non regulatus erat timor, dum Dei offensam, ac inobedientiam timendam non timebat, omnia in eum commouit Deus: Ecce (inquit Greg. in Moralibus) Ionam fugitiuum Dei tempestas inuenit, sors ligat, mare suscipit, bellua includit: & quia Authoris voci obedire renititur, ad locum, quo missus fuerat, suo carcere reus portatur. *Et mare ibat,* (interl. ad nutum Dei persequens fugitiuum,) *& intumescebat super eos.* Gloss. Ostendens vltionem Creatoris non posse differre: *Et nauis periclitabatur conteri.* Hebr. *Et nauis cogitabat conteri.* q. d. sensatam quodammodo se faciebat ipsis, quia videbat, omnia contra eam consurgunt, quo deposito inani timore, solum Dei timorem conciperet, & ad tranquillitatem internam perueniret. Sic vbi seipsum resignauit, *Stetit mare a furore suo.*

Greg. 6. Mor. 1a.

Gloss. Interl.

Hebr.

1. Reg. 20. Quódnam tempestuosum mare cor Regis Saül, ex passione odij, quo Dauid prosequebatur? Rex exercitum in eum mouet, ad mortem persequitur; infeliciter secum agi arbitratur, si æmulus viuat: eóque deuenit insaniæ, vt Ionatham filium

R regni
r

regni, successorem, quia pro Dauid loquutus est, pene transuerberarit. Quid? eum vis occidere, cui regni iura cedes? cui regnum vis stabilire? Mare turbatum est: seruus suarum passionum alus imperabat, sibi ipsi non imperabat.

Prouer. 6. *Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.* Fortior quidem Dauid, dum à cæde Saül abstinuit, inquit Chrys. quàm cùm Gigantem prostrauit: quia tunc seipsum victorem Gigantis vicit.

Vt sunt aliqui impotentes iræ? vt seipsos cohibere nequeunt! Sed, quid dico, nequeunt? Nolunt, Gen. 4. Chald. certè nolunt. *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Chald. *In manum tuam tradidi potestatem concupiscentiæ tuæ: & tu dominare ei, siue ad bonum, siue ad malum.* Meliùs dici non potest, siue ad bonum, siue ad malum. q. d. passiones malæ non sunt, vtere eis, impera eis, & erunt bonæ. *Et tu dominaberis illius*; hoc est, dominari potes: talis est vis, & imperium voluntatis.

Seotentia vnius ex Sanctis: Quidquid toto corde, tota intentione, toto desiderio vis, id es certissimè. Vis toto corde, & efficaciter mansuetudinem? mansuetus es: castitatem? castus es D August. Aug 8. Confess. 9. Quid est, quòd imperat animus, vt moueatur manus? & tanta est facilitas, vt vix à seruitio discernatur imperium? Imperat animus, vt velit animus; nec alter est, nec facit tamen? vnde hoc monstrum? Concludit: Sed non ex toto vult. Gratiam præsupponit.

9. Conf. 9. Idem de sua matre: Nouerat hæc non resistere irato viro, nedum factis, sed ne verbis quidem.

Psal. 38. Hæc ex toto volebat. *Humiliatus sum, & silui à bonis.* Vbi Orig. Vel à bonis, inquit: quia, cùm frater amarulento est animo, contra me, etiam bona verba sileo, ne vel illi ignem suæ perditionis inflammem.

Gen. 31. Hebr. Præstantissimum iræ remedium *Caue, ne loquaris contra Iacob quicquam durius.* Hebr. *Caue tibi, ne durius loquaris quicquam contra Iacob a bono vsque ad malum.* Quid? non intelligo. Ne malum loqueretur, rectè sanè: sed nec etiam bonum? Nihil omninò: quia erat intus.

Iob 19. *Ecce video in opprobriis*, in memetipso, scilicet: *& non loquar, nec respondebo conuitiis vestris.* Sic damus locum iræ, nec suscitamus furorem, qui, dum suscitatus est, heu quicquid suggerit, inquit Greg. rectum putat. Patet in Rege Saül, ex suggestione furoris rectum putauit vel proprium innocentem filium occidere: verè impotens iræ.

1 Reg. 24. Chrys. hom. de Dauide, & Saule, tom. 1. At non sic Dauid; qui tam rectè nouerat propriæ resistere passioni. Irritabant illi: *Ecce dies, de qua loquutus est Dominus ad te, ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei, sicut placuerit in oculis tuis.* Vbi egregiè suo more Chrysostom. oblatam vltiò occasionem, vimque tentationis huius perpendit. Vidisti, ait, rensa retia: vidisti venatum insidiantem: vidisti venatorem erectum: vidisti omnes adhortantes, vt ensem in hostis pectus immergeret? Nunc mihi specta philosophicam animi moderationem: specta luctam, victoriam, coronam. Spelunca illa, campus erat: luctatus est Dauid, pugilem egit iracūdia. Saül certaminis materia, agonothetes Deus. Quin potiùs non ipsi modò, aduersus seipsum erat prælium; sed aduersùs commilitones: etenim, si voluisset parcere Saüli, consentaneum erat, vt illus mereretur, ne ipsum trucidarent in spelunca. Probabilè est eum ipsos dixisse: Errones, exulésque facti sumus domo, patria, cæterisque omnibus excussi, & omnium difficultatum tuarum consortes sumus: & tu horum authorem, in manus traditum cogitas dimittere, ne nobis vnquam liceat respirare? Si tuam salutem negligis, nostræ vitæ parcas, &c. Verùm nihil horum iustus ille apud se perpendebat: vnum spectabat, quomodo posset redimiri tolerantiæ corona. Allegant rursum milites diuinam authoritatem; Deus, inquientes, illum tradidit, quò promptiùs iret ad homicidium. Non enim, inquiunt, vicem tuam vlcisceris: Deo subseruis, eius minister es, istius sententiam comprobas. Sed, quò magis hæc illi dicebant, eò magis hic pepercit hosti: intelligebat enim, quòd Deus ideò tradiderat eum, vt ipsi maiores occasiones probandæ virtutis suppeditaret: ait ergo: Rex est, qui præsidentiam in nos suscipit. Christus Domini est, non ab humano honore, sed à cælesti iudicio sumpto honorifico testimonio. Contemnis conseruum tuum? sed reuerere Dominum, aspernaris electum? metue eum, qui elegit, &c. Non pepercit tantùm, sed & excusationem pro eo composuit: nec permisit, vt alij occiderent; sed perinde ac si aliquod depositum suæ fidei creditum accepisset, pro quo rationem esset redditurus, non attigit, alios coërcuit; satelles optimus, & corporis custos pro hoste factus.

Et homil. sequenti, Quòd Dauid magnificentius trophæum erexerit parcendo Saüli, quàm prostrato Goliath: Egressus est, ait, Dauid liberis deinceps oculis cælum intuens, ac rum temporis magis exultans, quàm cùm Goliath deiecisset, & Barbari caput amputasset: siquidem hæc magnificentior erat victoria, hæc magnificentiora spolia, hæc præda illustrior; hoc gloriosius trophæum: rediit enim non Barbari illius caput gestans; sed animi commotionem mortificatam, sed iram eneruatam. Neque hæc spolia reposuit Ierosolymæ; sed in cælo, in que superna illa ciuitate. Nunc haudquaquam in choris obuiam veniebant fœminæ, excipientes illum cum laudibus; sed angelicus populus è sublimi applaudebat admirans eius philosophiam, & humanitatem. Egressus est Dan. 3. è spelonca tanta cum gloria, cum qua tres pueri egressi sunt è camino ardente: nam, quemadmodum illos non exussit ignis; ira hic non conflagrauit iræ incendio. Et illis quidem foris nihil ignis, in quo versabantur, nocuit; hic verò cùm intus haberet carbones accensos, cùm foris videret Diabolum, caminum incendentem, idque variis modis ab inimici conspectu, ab exhortatione militum, a facilitate perficiendi cædem, à solitudine eorum, qui Saüli possent auxiliari, à præteritorum memoria, à futurorum periculorum metu: siquidem hæc, & sarmentis, & stipulis, ac cæteris omnibus, quibus caminus ille Babylonius incendebatur, lucidiorem excitabant flammam: tamen non exarsit Dauid, neque vllo pacto sic fuit affectus, quemadmodum consentaneum erat hominem affici tot modis irritatum; sed exiuit purus, &c.

Nouerat, quòd qui parcit hostibus, dignus est coronari. Psal. 56. pro titulo habet: *Ne disperdas,* Psal. 56. *Dauid in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul in speluncam.* D. Hieron. *Victori, vt non disperdas Dauid.* D. Hieron. Vatabl. *Ne perdas insignem aureolam Dauidis.* Vatabl. Alij: *Ne corrumpas tituli inscriptionem.* Sermo est Alij. adhortatorem vindictæ: Ne mihi coronam, inquit, Titelm. quam parcendo acquiro, dum non pareo, subripias. Ne, quæso, hanc insignem aureolam tollas: victoriam hanc mihi non inuideas.

Cæterùm, ne dicas, id non fuisse philosophiam; Chrys. hom. 2. super. sed

sed stuporem: considera, quàm vehementer exasperatus sibi temperarit; siquidem, quòd iracundiæ fluctus in animo illius intumuerint, multáque cogitationum iactatio concitata fuerit; sed eam tempestatem refrænarit timore Dei, animósque represserit, ex iis, quæ facta suot, perspicere licet *Surrexit*, inquit, *& abstulit orum chlamydis Saulis clanculum.* Vides, quanta iræ tempestas coorta fuerit: at non processit vlteriùs, neque fecit naufragium, cò quòd gubernatrix illieò sentiens periculum, videlicet, pia ratio, tempestatem vertit in tranquillitatem. *Percussit enim*, inquit, *David cor ipsius*, ac velut equum subsilientem, ac ferocientem reuocauit iram.

Prouerb. 6. Hic, hic verè fortis. *Melior est patiens viro forti; & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium.* Quàm verè facet ille Vates:

Boët. de Cōsol. lib. 3. metr. 5.

Qui se volet esse potentem,
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidine colla
Fœdis submittat habenis:
Etenim licet Indica longè
Tellus tua iura tremiscat,
Et seruiat vltima Thule;
Tamen atras pellere curas,
Miserásque fugare querelas
Non posse, potentia non est.

Sen. l. 2. de ira, cap. 35. Aristot. 4. Ethic. 3. Hinc moralis ille: Senex, aut infirmi corporis est, qui cùm ambulare vult, currit: sic infirmi animi est, loqui solùm velle, & mox irasci. Quo sensit Philosophus dixit in Ethic. Sicut debilis stomachi est, cibum duriorem non posse concoquere: ita pusilli animi est, verbum duriusculum non posse sustinere. Vt sustinuit Dauid, vt fortis, vt magnanimus! Verè Rex.

August. Quærit August. cur nulli alij ex tot, tantisque

Matth. 1. Regibus in genealogia Saluatoris, Regis titulus tribuatur, præterquàm vni Dauid. *Iesse autem genuit Dauid Regem: Dauid autem Rex genuit Salomonem.* An non Rex Salomon? annon Reges tot alij? Vtique: sed hic præcipua ratione Rex, inquit Aug. qui non hæreditaria successione; sed propria virtute, ac merito regnum sibi comparauerit. Quod ipse Saül sensisse videtur, dum perspecta virtute Dauid, quā sibi ipsi valuit imperare, & se se-

1. Reg. 24. metipsum regere; *Et nunc scio*, inquit; *quòd certissimè regnaturus sis.* q. d. Hæc tui animi virtus est imperio digna. Fateor, fateor, eum, qui sibi imperare nouit, dignum esse; qui & aliis imperet. *Certissimè regnaturus es.*

D. Chrysost. Hinc & sui omnes, subdit Chrysost. non iam, vt homini, sed vt Angelo parebant; visa nimirum, humanitate in eum, à quo ipse tam inhumaniter exceptus est.

O quàm benè vt Angelo! Angelicum quippe vultū præseferebat: sic alias Techuitis: *Sicut Ange-*

2. Reg. 14. *lus Domini, sic est Dominus meus Rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur.* Et Rex ille Achis:

1. Reg. 29. *Scio, quia es tu, sicut Angelus Dei.* O quàm è contra irascens non angelicum, sed diabolicum vultum

Psal. 17. præsefert! *De inimicis meis iracundis*, antonomasticè, Dæmonibus. Hinc ira est veluti malorum, scelerúmque omnium periphrasis. *Si fuerit iratus*, dixit

1. Reg. 20. verè Dauid, *scito, quia completa est malitia eius.* Et

Eccles. 7. Chald. Eccl. *Ira in sinu stultorum requiescit.* Chald. *Ira in sinu stultorum quiescit, quoad perire faciat eos.*

Quid? miraris? Audi, si inter fratres subintret iracundia, quid mali non efficis? Heu! heu! Quid

Græcè. hæc iracundiæ flamma non comburit? *Ira*, Græcè, *Flamma.* Vt eam pertimuit Iacob, ne filios, nedum

Speranza Scriptur. selecta.

A

frumenta combureret! Filij, inquit: *Ne irascamini in via.* Nihil aliud: hoc solum, q. d. Si irascimini, nec vnus euertetur. Gen. 45.

Pater in Gen. *Iratus est Cain vehementer.* Mox fratrem è medio sustulit Iratum fratri pareere? Absit: nec patri ignoscit. Gen. 4.

Simeon, & Leui, fratres, vasa iniquitatis bellantia. In consilio eorum non veniat anima mea. Quid? pater, fugis à filiis, filios pertimescis? Sic. *Quia in furore suo occiderunt virum.* q. d. Irati & me occiderent. Gen. 49.

Non enim distinguit iratus: nec alia passio à se ipso hominem alienat magis. Hinc Philosophus: Iratus ab insano tempore duntaxat differt. Et alius: Ira est furor breuis. Hinc Apostol. *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Vbi Ephes. 4. Ios. 10.

B

moraliter Patres per Solem intelligunt rationem; hoc est, Sol rationis non occidat, non obscuretur ab iracundia vestra: vel iuxta Theophylactum, vt tempore Iosuë, Sol rationis non antè occumbat, quàm hostes, motus irascibiles, expugnentur. Psal. 36.

O morbum iracundiæ! ô quàm grauis est, Fratres! Is morbus est grauissimus, inquit Hippocrates, qui faciem ægrotantis quàm maximè mutat in diuersum. Quid ais, ô Dauid, de hoc morbo? *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus* Symm. *Languit oculus meus.* Aquila: *Squalluit, & æstuauit.* Hieron. *Caligauit.* Hebr. *Tinea corrosus est, & depastus.* Vatabl. *Vetusta facta est facies mea.* Symmac. Aquila. Hebr. Vatabl.

C

O mutationes!

Cohibenda itaque ira est, ac imperio rationis sedanda. Philosophi collocant iram in pectore; & ideò, inquit Philo, ne dirumpat, naturam præmunisse partem densis, ac fortibus ossibus. Præterea, quemlibet in suo rationali, & pectore, Aaronis instar, Veritatem, & Doctrinam gestare debere: quò, nimirum; non sinat iram efferri absque iudicio, doctrina, & veritate. Hi certè non furunt, non turbantur: sed, ceu mare pacatum, tranquilli sunt; Eiúsque præceptioni patent, qui ait: *Non te ergo superet ira.* Et hi leænæ alas euulserunt. Philo l. 2. Allegor. Exod. 28. Iob 36.

Non sic alij, quibus aliæ dominantur passiones. Heu! furiis incessa feror, dicebat misera illa à suis

D

effrænatissimis passionibus agitata.

An non & ille miser Amnon furebat; dum propriæ sororis adeò turpi insaniebat amore, *Vt propter amorem eius ægrotaret?* 2. Reg. 13.

Quænam furiæ agitabant miserrimos illos senes, qui sub ea canitiei niue tantam luxuriæ flammam nutriebant, vt Scriptura intensissimum illum amorem, dolorem vocet? At ex bis passionibus, ad quas alias miseri passiones deuenerunt? Ille ad immane odium, hic ad animi amarorem: *Sub schino, & sub prino*, arboribus amarissimis, ac pungentibus. *O fluctus feri maris despumantes suas confusiones.* Hic est vrsus ex mari, sequitur pardus. Dan. 13.

E

At ambitiosi quibusnam vndatum curis agitantur? Chryf. Vt fæni quidam venti in tranquillum mare delati totum ab imo subruunt; sic & ambitio omnia subuertit. De Absalone: *Cùm accederet ad eum homo*, (additum ex Hebr., *& incuruabat se illi*,) *vt salutaret eum; extendebat manum suam, & apprehendens osculabatur eum.* & *sollicitabat.* Hebr. *& furabatur corda virorum Israel.* O peruersam, ô sacrilegam ambitionem! Cuida, quæ Deus sibi postulat, tu furaris? Chrys. hom. 45. ad pop. Antioch. 2. Reg. 15. Hebr.

Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. quò, videlicet, in filiis & ipsa possim imperare. Honoris Matth. 20.

D.Ambrof. Maldon. appetentia,error hæreditarius.Ambrof.Ambit,ait
Maldonarus,(etſi venialiter,) veluti morituri ho-
minis hæreditatem,& auidirate fœminea,præſen-
tia cupit,immemor fututorum.

Mey Barcep. l. 1. de Para p.1.c.28. Nónne & mulieres imperandi auidæ ? O quan-
tum ? Primæ meminetitis, de qua Moyſes Barce-
phas. Quæres, inquit ,cur Eua non vocarit Ada-
mum, vt is prior ederet ? Nimirum, transformari
ipſa prior cupiebat in Deum, virúmque ſuum Di-
uinitate antevenire, qui ſe humanitate præceſſe-
rat : quò hac administrationem rerum præ illo,
atque imperium obtineret. Exiſtimabat enim,
ſimul atque guſtaret, à veſtigio in Deam ſe tranſ-
formatam iri pro fallacis ſerpentis conſilio.

4.Reg 11. Athalia quid ? Nónne vt ſola imperaret, omne
Chartuſ. ſemen regiam interfecit,quà potuit?

ibid. Cor. Ann. l. 14. Modò imperet, (aiebat & illa apud Tacitum,)
matrem occidat. Propriis verbis : Occidat, dum
imperet.

Gen 25. Græ. Ambrof de Isa c 4 Aug 16. de Ciu. 35. Schol. apud Sym. Quid , quòd vel in vtero Eſaü primatum am-
biebat ? *Colli:ebantur in vtero e us pa uuli.* Græcè,
eskirton,ſaltabant , ſeu *valdè exultabant.* Sic Am-
broſ. Et Auguſt. *geſtiebant*, vt, ſcilicet, ad prima-
tum ſe extenderent.Schol.apud Symmac. *colluEta-
bantur. Raſas*, Hebr. *confringebantur*, vt ille ſibi in-
debitum : hic ſibi debitum, vim vi repellens,ven-
dicaret. O quot in aulis , ne dicam in Eccleſia
Hugo Card. cum Hugone,exultant, geſtiunt,colluctantur,&c.

ibid. 1 Cor.13. Græcè. *Charitas non eſt ambitioſa.* Græcè : *Non ſe ma-
tat in varias formas.* Sic Baſilios. Quaſi idem ſit
ambitio , & mille induere formas. O aulicos,
quos non aulicos , ſed biſrones Ianos poſſumus
appellare !

Eſther 6. Quis aulicorum referat paſſiones?Pauper,infe-
lixque Aman,dormientibus aliis,vigilabat.Sic no-
cte illa,dum Aſſuerus vigilia vexaretur: *Quis eſt*,
inquit,*in atrio?* Aman,inquiunt.Quid infelix, pri-
mus in aula Regis,nec nocte dormis? Ah timeo,ne
vel nocte quis mihi Regis gratiam ſubripiat,pro-
pterea hîc vigilo.Cruore ventos emimus,acutè, &
verè inquit ille.

Iob 26 Huc optimè facit illud Iob: *Gigantes gemant
ſub aquis.* Vbi appoſitè Gregorius : Elati omnes,
Greg. ibid. Bern. l. 1. de confid. dum in hac vita aſſequi honorum celſitudinem
cupiunt,ſub ponderibus populorum gemunt.Hinc
Bernardus : Nihil eſt in hac vita laborioſius,quàm
deſideriis terrenis æſtuare. Vnde exclamat:O am-
bitio,ambientium crux,quomodo omnibus places,
omnes torques;& nihil acriùs cruciat,nihil mole-
Matth. 4. ſtiùs inquietat?Sic Ambroſ. ad illa verba:*Hæc om-
nia tibi dabo,ſi cadens adoraueris me.* Habet, inquit,
hoc ambitio domeſticum periculum : vt enim do-
minetur aliis,priùs ſeruit.

Corn Tacit. hiſt.1. Nec dicat Otho protendens manus(inquit Ta-
citus Hiſtoriarum primo)adorate vulgum, iacere
oſcula,& omnia ſeruiliter pro dominatione.

Ad aulicum mundi ſeruitio mancipatum,quàm
verè dici poteſt:*In medio laqueorum ingredieris?* La-
quei quippe in oculis,quibus alterius videns feli-
citatem,mox inuidet:laquei in auribus , in lingua,
Eccl. 9. Græc. &c. *Communionem mortis ſcito , quoniam ſuper do-
leatium arma ambulabis.* Græcè,*Super pinnacula ci-
uitatum*,(& templorum)*ambulabis.*

Matth.4. *Si cadens adoraueris me.* Pulchrè Cypr. En præ-
cipitium exigit , qui tanti ſe facit nundinatorem
culminis. Tolluntur in altum , vt lapſu grauiore
Bernard. ruant.Bernard.in illud Euang. *Ecce nos.* Age ergo,
aſcendat ſuperbia tua ſemper : ſequere Regem
tuum. Omne ſublime videant oculi tui. Feſtina
multiplicare præbendas, inde ad Archidiaconatus

A euola : demum aſpira ad Epiſcopatum,ne ibi qui-
dem requiem habiturus:quoniam ſic itur ad aſtra.
Quò progrederis, miſer? An vt ab altiori gradu ſit
caſus grauior! Sic ad eum fatur Bernardus, qui in-
debitum ſibi aſſumit honorem,nec vocatur à Deo,
tanquàm Aaron.

Dignitas oblata , inquit Cyprianus,periculoſa; Cyprian.
quæſita, peremptoria. Et Bern. Qui pro ſe rogat, Bernard. ad Eug. 4.
iam iudicatus eſt. Vnde Greg. Sed inter hæc quid Greg. l. s. curæ paſt.
ſequendum eſt,quid tenendum , niſi vt virtutibus
pollens coactus ad regimen veniat;virtutibus va- c. 9.
cuus,nec coactus accedat?

De Sancto Cornelio idem Cyprianus : Epiſco- Cyprian 4. epiſt. 2.
patum,inquit,nec poſtulauit,nec inuaſit : non , vt
quidam,vim fecit,vt Epiſcopus fieret;ſed ipſe vim
B paſſus eſt.

Domine,ſi tu es, (ait tunc Petrus,cùm Chriſtum Matth.14.
ſuper mare ambulantem vidit ,) *iube me venire ad
te ſuper aquas. At ipſe ait : Veni.* Mox : *Domine,
ſaluum me fac.* Quid ? nec conceſſa , ac obtenta à
Chriſti manu , tanta dignitate ſecurus gaudes?
Chryſol.Petrus,cùm per æquora diuinos imitatur Chryſol.
inceſſus,& nouus viator molle iret duris greſſibus ſer. 90.
calcat;antè de lapſu ſupplicat,quàm gaudeat de do-
nato. Quid formidinis , quid periculi perambu-
lantium mare hoc magnum honorum,ac dignita-
tum ſolo mundi huius Principum iuſſu ſola Prin-
cipum manu ſuffultorum? -

Sed , ô caſſum ambientium , aurámque Princi- Luc. 5.
pum captantium,laborem!His quadrat illud : *Per
C totam noctem laborantes nihil cepimus.* Nihil aliud
quotidie faciunt , quàm quòd rete ambitionis ad
auram , ad muſcam captandam expandunt : nam
Telas araneæ tanto viſcerum impendio *texuerunt*; Iſa. 59.
ſed *opera eorum inutilia. Nihil cepimus.*

*Non inueniet fraudulentus lucrum ſuum.*Sept.*Nō* Prouer. 12.
aſſequetur doloſus venationem ſuam. Vbi pro frau- Sept.
dulento,& doloſo,Beda ambitioſum intelligit.

O quàm meliùs in ſpem Dei ſua laxare retia!
Iacta ſuper Dominum curam tuam. Hebr. *Iacta in* Pſal.54. Hebr.
Dominum ſpem tuam.

In hanc ſua Dauid retia laxauerat : *Elegi abie-* Pſal. 83.
ctus eſſe in domo Dei mei,magis quam,&c.Hebr.*Ele-* Hebr.
gi abiectus eſſe ad limen Dei mei. hoc eſt, potiùs ia-
nitor,aut mediaſtinus in domo Dei, quàm primus
D in aula Regum : ſic hora mortis , dum retia colli-
guntur,aliquid captum eſt.

Non ſic ille , qui poſt ſuas concupiſcentias , ac
paſſiones perambulans, *Laborare non ceſſat;nec ſa-* Eccleſ. 4.
*tiantur oculi eius diuitiis , nec recogitat dicens : Cui
laboro? & fraudo animam bonis?* Hi cognoſcunt , ſed Eccl.2.
ſerò,ſuam vanitatem, & nihil : *Vanitas vanitatum,
& omnia vanitas.* Ex Hebr.*Nihil, & nihil, & omnia
nihil.*Per totam noctem laborantes nihil cepimus,
Et ecce vniuerſa vanitas,& afflictio ſpiritus. Alij , &
paſtio venti.

Maledictio in quoſdam , qui à Dei ſeruitio , ac Ierem. 6.
religione recedunt , vt mundo deſeruiant. *Et eii-
ciam vos de terra hac* (ſancta) *in terram,quam igno-
ratis*,(aulā ;) *& ſeruietis ibi Diis alienis,die,ac nocte,
E qui non dabunt vobis requiem.* Heb. *Miſericordiam.* Hebr.

O quàm verè! De iuſto, ac homine miſericorde
in Prouer. *Nouit iuſtus etiam iumentorum ſuorum* Prou. 12.
animas. At de impiis ibidem : *Viſcera autem eorum
crudelia.*

Hinc apparet, quàm vana ſit aulicorum fidu- Iob 8.
cia. Iob : *Et ſicut tela aranearum , fiducia eius.* Mi-
ſer ille ſeſe euiſcerat , & omnia conſumit. *Inni-
tetur ſuper domum ſuam , & non ſtabit : fulciet eam,
& non conſurget.* Verè , verè , vt doctus eleuetur,
vt

Iob 19. Psal.145. vt à Principe fulciatur, vt consurgat : sed *non consurget* : quia sæpè, *quasi arbori auulsæ abstulit spem meam. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam : in illa die* (etsi multis consumptis annis). *peribunt omnes cogitationes eorum.*

2.Reg 1. Hebr. *Montes Gelboë, nec ros, nec pluuia veniant super vos.* Hebr. *Gelboë reuolutio inuestigationis.* Aula Principum hæc est. O quàm sæpè!

Sap.4. Græcè. Iob 30. *Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ.* (Græc. *circunrotatio concupiscentiæ*) *transuertit sensum sine malitia.* Iob : *Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè.* Pagnin. *Equitare me fecisti super ventum.* sed,&c.

1.Reg.29. Rex ille ad Dauid : *Scio, quia bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Dei : sed Satrapis non places.* Sic, sic placet ille Principi, sed maiori Oeconomo non placet.

Iudith 14. In libro Iudith, vt illi pertimescebant, ne Holophernem excitarent! Vnde non strepitu, sed quasi sonitu eum excitare curabant. *Inquietudinem,* inquit sacer Text. *arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holophernes euigilaret.* O mundi sernos, qui tamen esse sub sentibus, vt inquit Iob, diuitias computant.

Exod.14. Coërcendæ itaque passiones, ac mare pacandum, quò pedibus apostolicis super illud tutò ambulare possimus; vel saltem virga imperij, videlicet, rationis, Moyses diuidat mare passionum, quò Israëlitæ sicco vestigio valeant pertransire, in quo Ægyptij serui suarum passionum merguntur.

De abnegatione amoris proprij; & de proximi, ac Dei amore.

PVNCTVM CXI.

Matth.1. QVi vult venire post me, abneget semetipsum. hoc est, sui ipsius amorem : hic enim est abnegationis, nedum primarium, sed & ferè adæquatum obiectum: quippe qui radix est omnium, quæ indigent abnegatione : vt proptereà, qui proprium amorem abnegat, singula vitia abneget.

Proprius sui ipsius amor abnegandus, non est amor naturalis, nisi fortè naturæ corruptæ: naturalis enim à Deo, & est regula, & mensura amoris proximi, quem vt nos ipsos amare debemus, (quãuis & hic suam habeat abnegationem.) Abnegandus verò est sui ipsius amor quidam priuatus, & D. Basil. in reg.breu.c. 54. immodicus, vt Basil. ait, quo quis proprium commodum quærit præposterè, inordinatè, nimio affectu; amor, inquam, qui fertur in partem, vel sensitiuam, vel rationalem proclinem in honores, diuitias, &c. quas sibi quærit, non propter Deum, sed propter sui ipsius priuatum commodum.

Gen.3. Ex hoc proprio amore appetentia illa primorum parentum omniscientiæ, propriæque excellentiæ nimis dilectæ, qua ad se ipsos conuersi intumuerunt, & à Deo recesserunt. Nimio sui amore D.Aug.l.14. de ciuit.13. Adam, & ne suas contristaret delicias, inquit Aug. lib. 14. de ciuit. Dei, pomum vetitum comedit. Peruersa celsitudo est, deserto eo, cui debet animus inhærere, principio, sibi quodammodo fieri, atque esse principium. Hoc autem fit, cùm nimis sibi placet. Sibi verò ita placet, cùm ab illo bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit, quàm ipse sibi. Spõtaneus autẽ est iste defectus, quoniam si voluntas in amore superioris boni, à quo illu-

A strabatur, vt videret, & accendebatur, vt amaret; stabilis permaneret : non inde ad sibi placendum auerteretur, & ex hoc intenebresceret, & frigesceret, vt vel illa verum crederet dixisse serpentem, vel ille Dei mandato vxoris præponeret voluntatem, putarétque se venialiter transgressorem esse præcepti, si vitæ suæ sociam non desereret, etiam in societate peccati.

Ex amore ergo proprio casus primorum parentum, vt paulò antè etiam Angelorum, qui ex nimio, ac inordinato amore, quadámque luxuria spirituali, vt Scotus loquitur, corruerunt.

Effectus, & proprietates amoris proprij, qui malus est, recenset 11. lib. de Gen. ad lit. D. August. D.Aug.11. de Gen. ad lit.c.15. cum proprietatibus alterius amoris, qui bonus est. Hi duo amores, inquit, quorum alter sanctus est, B nempe, charitas; alter immundus, nempe, amor sui: alter socialis; alter priuatus: alter communi vtilitati consulens propter supernam societatem; alter etiam rem communem in potestatem propriam redigens propter arrogantem dominationem: alter subditus; alter æmulus Deo : alter tranquillus; alter turbulentus: alter pacificus; alter seditiosus: alter veritatem laudibus errantium præferens; alter quoquomodo laudis auidus : alter amicabilis; alter inuidus: alter hoc volens proximo, quod sibi; alter subiicere proximum sibi : alter propter proximi vtilitatem regens proximum; alter propter suam : præcesserunt in Angelis, alter in bonis, alter in malis; & distinxerunt conditas in C genere humano ciuitates duas, sub admirabili, & ineffabili prouidentia Dei cuncta, quæ creata sunt, administrantis, & ordinantis, alteram iustorum, alteram iniquorum, quarum etiam quadam temporali commixtione peragitur sæculum, donec vltimo iudicio separentur; & altera coniuncta bonis Angelis in Rege suo vitam consequatur æternam; altera cõiuncta Angelis malis, in ignem cum Rege suo mittatur æternum.

De hoc duplici amore, déque his duabus ciuitatibus D. August. 14. de ciuit. Dei, cap. 28. Fecerunt ciuitates duas amores duo, terrenam, scilicet, amor sui vsque ad contemptum Dei; cælestem verò amor Dei vsque ad contemptum sui. D Aug 14. de ciuit. Dei, c.28. D Illa in ipsa; hæc in Domino gloriatur. Illa quærit ab hominibus gloriam; huic autem Deus conscientiæ testis maxima est gloria. Illa in gloria sua exaltat caput suum; hæc dicit Deo suo: *Gloria mea, & exaltans caput meum.* Psal.3. Illa in Principibus eius, vel in eis, quas subiugat actionibus dominandi, libido dominatur; in hac seruiunt inuicem in charitate, & præpositi consulendo, & subditi obtemperando. Illa in suis potentatibus diligit virtutem suam; hæc dicit Deo suo : *Diligam te, Domine, virtus mea,* &c. Psal.17.

Idem alibi: Si totum hominis bonum est amare Deum; totum hominis malum est amare se ipsum. D. Aug. in Man. c.16. Antithesis ciuitatum, antithesis amorum. D. etiam D. Gregor. hom.4. in Ezech. E Gregor. homil.4. in Ezech. quasdam proprij amoris facit proprietates ad illa verba : *Et vnumquodque eorum coram facie suo ambulabat.* Ezech.1. Omnis iustus, ait Gregor. qui vitam suam sollicitus aspicit, & diligenter considerat, quantùm quotidie in bonis crescat, aut fortasse quantum à bonis decrescat; iste, quia se ante se ponit, coram se ambulat: quippe qui vigilanter videt, vtrùm surgat, an defluat. Quisquis verò vitæ suæ custodiam negligit, discutere, quæ agit, quæ loquitur, quæ cogitat, aut despicit, aut nescit, coram se iste non ambulat: quia qualis sit in suis moribus, vel in actibus, ignorat.

ignorat Ille veraciter se ante se ponit, qui se in suis actibus, tanquam alium attendit.

Nam sunt multa peccata, quæ committimus; sed idcircò nobis grauia non videntur; quia priuato nos amore diligentes, clausis nobis oculis in nostra deceptione blandimur. Vnde fit plerunque, vt & nostra grauia leuiter; & proximorum mala le-

2. Tim. 3. uia grauiter iudicemus. Scriptum quippe est: *Erunt homines se ipsos amantes.* & scimus, quia vehementer claudit oculum cordis amor priuatus.

Ex quo fit, vt hoc, quod nos agimus, & graue esse non existimamus, si agatur in proximo, plerunque nimis nobis detestabile esse videatur. Sed, quare hoc, quod in nobis vile esse videbatur, graue esse videtur in proximo; nisi, quia nec nos sicut proximum, nec proximum conspicimus sicut nos? B Si enim nos sicut proximum aspiceremus, nostra reprehensibilia districtè videremus; & rursum, si proximum aspiceremus vt nos, nunquam nobis eius actio appareret intolerabilis, qui sæpè fortasse talia egimus, & nihil nos proximo intolerabile fecisse putabamus.

2 Reg 12. 2. Reg. 12 *Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc.* Vt Dauid aliena exaggerat peccata, propria non videt!

Leu 19. Hoc autem diuisum mentis nostræ iudicium corrigere per legis præceptum Moyses studuit,

Prouer 20. cùm dixit, vt *iustus deberet esse modius, æquúsque sextarius.* Hinc Salomon ait: *Pondus, & pondus, mensura, & mensura, vtrunque abominabile est apud Deum.* Scimus, quia in negotiatorum duplici pondere, aliud maius, aliud minus est: nam aliud pondus habent, ad quod pensant sibi; & aliud pondus, ad quod pensant proximo: ad dandum pondera leuiora; ad accipiendum verò grauiora præparant. Omnis itaque homo, qui aliter pensat ea, quæ sunt proximi, & aliter quæ sua sunt, pondus, & pondus habet. Vtrúmque ergo est abominabile apud Deum: quia, si sic proximum, vt se, diligeret; hunc in bonis sicut se amaret: & si sic se sicut proximum aspiceret, se in malis, sicut proximum, iudicaret. Debemus ergo nosmetipsos sollicitè, sicut alios, videre; nósque ipsos, vt dictum est, ante nos ponere, pennata animalia incessanter imitantes: & ne nesciamus, quid agimus, coram facie nostra semper ambulemus. Peruersi autem, sicut paulò antè iam diximus, coram facie sua non ambulant: quia ea, quæ agunt, nunquam considerant, ad intentum tendunt, in prauis actibus exultant, &c.

2. Tim 3. Sed, quot mala ex amore proprio? Apost. ad Timoth *Erunt*, inquit, *homines se ipsos amantes* (audi

Græcè. ex pessima radice pessimos fructus.) *Cupidi* (Græcè, *amatores pecuniæ, auari*) *elati*, (Græcè, *Fastuosi, arrogantes, iactabundi*) *superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione,* (Græcè, *Sine pietate*, impij, scilicet, in parentes, vxo-

August. & Anselm. res, famulos, &c. August. & Anselm. *Sine visceribus compassionis*,) *sine pace*, (August. qui alios, scilicet, quiescere non sinunt; sed vbique pacem turbant.) *criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate,*

Vatabl. Theoph. *proditores, proterui*, (Vatabl. *Præcipites, & temerarij.* Theophyl. *Leues, & instabiles*,) *tumidi, & voluptatum amatores, magis quam Dei: habentes quidem spe-*

Cypr. *ciem pietatis* (Cypr. *Deformationem religionis*, hoc est, videntur reformatores, sed sunt veri deformatores religionis:) *virtutem autem eius abnegan-*

Theoph. ibid. *tes*, &c. O quot rami ex vna radice! Sic Theoph. Cùm malorum explicasset radicem: *Erunt homines se ipsos amantes.* & ramos singulariter enumerat, *cupidi*, & inter hos prior, & longè protensior auaA ritia est, &c. *Erunt homines se ipsos amantes* quia non curabunt nisi de se ipsis, inquit S. Ansel. Nec

D. Ansel. ibid. quærent nisi propria lucra, propria commoda, propriosque honores, proprias glorias: & ab hoc velut fonte, quòd, scilicet, erunt se ipsos amantes, manabunt multi vitiorum riui.

Græcè. Chart. ibid. *Se ipsos amantes.* Græcè, φίλαυτοι, id est, sui amantes, amore, vt ait Chartus. carnali, priuato, & pessimo, quærentes solùm bona delectabilia, & vtilia,

Haymo ibid non honesta. *Se ipsos amantes*, non Deum, inquit Haymo. Se ipsum amat, qui sibimetipsi placet, qui desideria, & voluntates proprias implet, non Dei:

Ioan. 21. nec potest dicere cum Petro veraciter, *Tu scis, Domine, quia amo te.* nam ille Deum amat, qui non

Caiet. ibid. quærit suam voluntatem, sed Dei. Caiet. ad hæc eadem verba: Non computat, ait inter vitia, naturalem sui ipsius amorem, de quo alibi scripsit: *Nemo vnquam carnem suam odio habuit.* sed solius sui ipsius amorem, vtpote excludentem amorem, & erga Deum, & erga alios homines. *Cupidi*. pro, pe-

Syriacè. cuniæ cupidi, Syriacè, *Pecunia amantes*: auaritia enim ex sui ipsius amore nascitur. *Elati, superbi, &c.* Hæc velut truncus arboris ex illa proprij amoris radice prodit.

D. Thom. 1. 2. q. 77. ar. 4 D. Thomas 1. 2. quærit, an amor sui sit principium omnis peccati. Concludit esse. Probat conclusionem superiori authoritate August. 14. de Ciu. Dei, dicentis, quòd amor sui vsque ad contemptum Dei facit ciuitatem Babylonis, ad quam homo pertinet per quodlibet peccatum. Probat C eandem in corpore articuli. Propria, inquit, & per se causa peccati accipienda est ex parte conuersionis ad commutabile bonum: ex qua quidem parte omnis actus peccati procedit ex aliquo inordinato appetitu alicuius temporalis boni. Quòd autem aliquis appetat inordinatè aliquod temporale, procedit ex hoc, quòd inordinatè amat se ipsum; hoc est enim amare aliquem, velle ei bonum: vnde manifestum est, quòd inordinatus amor sui est causa omnis peccati.

D. August. de ciu. 14. Peccatorum species ex hoc proprij amoris germine enumerat August. Quid amor ipse, inquit, tot rerum vanarum, atque noxiarum? & ex hoc mordaces curæ, perturbationes, mœrores, formidines, insana gaudia, discordiæ, lites, bella, insidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, fallacia, adulatio, fraus, furtum, D rapina, perfidia, superbia, ambitio, inuidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, sæuitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudicitia, impudentia, fornicationes, adulteria, incesta, & contra naturam vtriusque sexus tot stupra, atque immonditiæ, quas turpe est etiam dicere; sacrilegia, hæreses, blasphemiæ, periuria, oppressiones, innocentium calumniæ, circunuentiones, præuaricationes, falsa testimonia, iniqua iudicia, violentia, latrocinia; & quidquid talium malorum in mentem non venit, ab illa peruersi amoris radice venit, cum qua omnis filius Adam nascitur.

Ex hac viitiata radice, vt est productio omnium E vitiorum; ita est infectio omnium virtutum. Amor proprius opponitur charitati, quæ virtutum omnium mater est. Quid mirum, si actus virtutis, qui ex hac viitiata radice proueniat, non virtus, sed vitium dici mereatur? Opus bonum, si est ex proprio amore, potest quidem apparere bonum; sed tale tenerè esse non potest.

Iob 8. Opus bonum, quod est ex amore proprio simile est scirpo illi, de quo Iob: *Humectus videtur, antequam veniat Sol: & in ortu suo germen egredietur.* Greg. ibid.

Ante Solem scirpus humidus cernitur: sed exorto Sole

Sole mox ſiccatur. Sic opus bonum ex hoc peruerſo amore prouueniens in tenebris vitæ præſentis, in qua occulta hominum intentio non videtur, infuſum gratia ſanctitatis apparet: ſed Sole veniente iuſtitiæ, mox ſiccatur, & hac luce dignoſcitur, quàm ſit indignum mercede.

In ortu ſuo germen eius egreditur. Herba quælibet, ait Gregor. naſcendo priùs à terra producitur, & demum ad proferendum ſui ſeminis germen aperitur: ſcirpus verò cum flore ſuo naſcitur, vt veniente Sole cum flore ſiccetur. Sic, ſic opus virtutis ad laudem captandam cum flore moritur.

2.Tim.3. O peruerſum amorem! *Habentes quidem ſpeciem pietatis*; ſed pietatem non habentes: inane eſt enim ſimulacrum virtutis, quodlibet eius opus ex proprio amore profectum.

Infelicitas certè, & deploranda miſeria, videre, quo impetu homo feratur, aut potiùs ruat in ſui ipſius amorem, ac in ſe ipſum; & quàm ſubtiliter in rebus omnibus, bonis, ac malis ſpiritualibus, ac temporalibus ſemper ſe ipſum quærat. Is, qui hoc ducitur amore, parùm de Deo cogitat, nec ei placere ſtudet; ſed ſemper ſibi ipſi placet, de ſe ipſo cogitat, in ſe ipſo cubat, à ſe ipſo non exit. Si manducat, ſi bibit; non Domino, ſed ſibi ipſi manducat. Bibit, dormit, vt pingueſcat, vt ſuauiter viuat. Cupit diuitias, ambit honores, ac dignitates, vt ſe ipſum attollat. Quid, quòd ſæpè gemitibus, ac lacrymis remiſſionem poſtulat peccatorum, virtutes, donum orationis, cæleſtes conſolationes, profectum ſpiritualem; non vt placeat Deo, ſed vt ſe ipſum à pœnis liberet, ac tribulationibus eximat!

Pſal. 42. *Ab homine iniquo, & doloſo* (me ipſo) *eripe me.* O ſubtilem amorem proprium! &c.

Auguſt. Auguſt. Vix quæritur Ieſus propter Ieſum, &c. Gen.25. Iſaac (etſi tam ſpiritualis) amabat Eſaü, eò quod de venatione eius veſceretur, Geneſ. 29. Amicabilia, quæ ſunt ad alterum ex amicabilibus, Ariſtot. 9. Eth c. 9. quæ ſunt ad ſe. Amor ſui hominem excæcat, ac Num. 6. abalienat è mente. Num. 6. *A vino*, & ab aceto *abſtinebunt*; hoc eſt, ab amore proprio, qui iudicio, & ratione priuat. Vt inebriat amor proprius!

2.Reg.13. *Cùm audiſſet Rex Dauid verba hæc*, (inceſtum, ſcilicet,) *contriſtatus eſt valde, & noluit contriſtare ſpiritum Amnon filij ſui: quoniam diligebat eum; quia primogenitus erat ei*, immodico amore quaſi ebrius, ac penè cæcatus. A vino, & ex eo, ab aceto, id eſt, ab amore proprio, & operibus, quæ fiunt ex eodem amore, &c. O quot, ne contriſtent primogenitam hanc paſſionem! &c.

Adeò excreuit proprius hic amor, adeóque nunc omnium irrepſit animis, vt hinc liceat inferre de- Gen.1. crepitam mundi ætatem, morientem iam mundum: ſicuti enim initio naſcentis Orbis, dúmque adhuc infans eſſet, ad inſtar infantis, primus homo oblatione pomi vetiti deceptus eſt, ſpoliatúſque originalis iuſtitiæ bonis: deinde adoleſcens mundus ardore libidinis æſtuans, aquarum inundationem poſtulauit; poſteà in virili ætate viribus, armíſque colluctatus, dominandíque cupiditate correptus nobis proponitur in libris Iudicum, Regum, ac Machabæorum, quaſi ſingula viria ſingulas comitentur ætates, & cuilibet ſtatui reſpondeant proportionata vitia: modò dum mundus ferè ſenio confectus, oculíſque caligans ſe ſolummodò videt, ad ſéque omnia attrahit, & refert, vt moribundus: veluti ſenex morti proximus, ve-

A ſtes, ac operimenta colligit; ſic itidem in ſe collectus mundus, ſe tantùm diligit, ſe ſolum quærit, &c. *In nouiſſimis diebus*, inquit Apoſt. *erunt homines ſe ipſos amantes*, &c. 2.Tim.3.

De quodam Antipheronte refert Ariſt. in Meteoris, quòd ex ſpirituum viſualium defectu adeò debilem viſiuum ſenſum haberet, vt non niſi ad proximum, ac ferè ipſi potentiæ coniunctum aërem viſionem extramitteret; vbi ſui ipſius impreſſa ſpecies ſic ei ſemper obiiciebatur, vt ſemper ſe ipſum, ſuámque imaginem ob oculos haberet: ſi ſtabat, ſui ipſius imago ſtabat; ſi ambulabat, & imago ambulabat; ſicque ſemper ſe ipſum ante ſe ipſum habebat. Quod quidem huic præſertim accidiſſe putat Vicomercatus, quòd fixam in ſui Vicomer.ib. Ariſt.l.3. Meteorot. c.4.
B phantaſia ſuam habuerit imaginem: quemadmodum, ſubdit, eorum, quos vehementer aut amamus, aut odio proſequimur, imagines ita fixæ nobis permanent, vt eas præ oculis perpetuò habere videamur. Erat itaque hic amator ſui, ac proinde typus omnium ſemetipſos amantium, qui ante ſe ipſos ſemper ſe ipſos deferunt, nec aliud quicquam cernunt, quàm propriam imaginem. *Se ipſos amantes*; non proximum, non fratrem, non patrem.

Et quis eſt proximus meus? Vt nec de nomine, nec Luc.10. de viſu proximum notum!

Vbi eſt Abel frater tuus? Quiſnam frater? *Nunquid* Gen.4. *cuſtos fratris mei ſum ego?*

O quàm verè! *Vir fratri ſuo non parcet: vnuſ-* Iſai.9. *quiſque carnem brachij ſui vorabit, Manaſſes*
C *Ephraim, & Ephraim Manaſſem.* Vbi Hieron. Duo D.Hier.ib. fratres hi erant Ioſeph Patriarchæ; tamen velut beſtiæ cruentæ quilibet illorum carnem brachij ſui vorare nitebatur.

Vehementer claudit oculum cordis amor priuatus. Iuit quondam ad Dominum quiſpiam; *Magiſter, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo*, (verè homo in terra defixus,) *quis me conſtituit Iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?* Super vos? Supra rem diuiſionem fieri poſtulant; ô ſapientiam Patris! quàm verum, rem fratres diuidere. Hinc conuerſus ad turbas? *Videte, & cauete*, inquir, *ab omni auaritia.* Heu! pax noſtra, qui facit vtraque vnum; qui deſcendit de cælo, vt omnes vniret in vnum, renuit di- Luc.12.
D uidere hæreditatem inter duos fratres: non quòd ei fuiſſet, aut impoſſibile, aut difficile; ſed quò ſignificaret, quòd ſi quid difficile eſſe poſſet, hoc difficillimum eſſet, ſalua fratrum gratia, hæreditatem diuidere.

Poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam, (Syriac. *poſſeſſionem tuam*, Græcè, *vitam tuam*,) *venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum.* Syriac. *Mactaſti illi bouem ſaginatum.* Vt exaggerat! Vt amor priuatus clauſit oculum ne videret fratrem! Luc.15. Syriac. Græc.

Sed, quid dico, quòd oculum fratri claudat amor priuatus! Claudit & patri. Mirum, quod in Gloſ.in c.14. Iſai.
E cap. 14. Iſai. referunt Gloſſ. & Lyran. de filio Nabuchodonoſor, quòd exhumatum patris cadauer trecentis vulturibus hinc inde allatis dederit, ne in regnum denuò, vt anteà fecerat, reſurget; néve ei ſceptrum è manu abriperet. Sed ea ſit Rabbinorum opinio: certè Scriptura eſt, quod Abſalom in patrem molitus eſt, &c. O proprium amorem! ô peruerſum amorem!

Sed parum reſpectiuè eſſet, ſi amor priuatus oculum clauderet terrenis parentibus, ſi & cæleſti non clauderet: *Quis eſt Dominus?* dum agebatur Exod.5.

 de

de educendo populo. *Nescio Dominum, & Israel non dimittam.*

Dan. Superbus ille Rex Babylonis, ablato vero Dei cultu, & obsequio, vt Deus voluit adorari. Sic, sic homo se ipsum amans, semetipsum solum veluti Deum constituit, & à rebus omnibus, cælestibus, & terrestribus vult adorari, & ante ipsum genuflecti. Id, quod significanter dixit August. dum proprium amorem æmulum Deo appellauit: amor etenim sui, quasi Lucifer alter, se ipsum Deo in mente hominis opponit, exigitque (id, quod soli Deo debetur) actionum eius omnium finis esse, & haberi.

Matth. 4. Deut. 6. 5. Sed, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Et, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua*, &c. Inter sumptuosiora, quæ fecit Rex Salomon, thronus ille fuit: Cant. 3. Ghisl. ibid. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constrauit propter filias Ierusalem.* Superbum opus! Hoc autem vehiculo aduectum Salomonem per vias Ierusalem, quò sic filiarum eius sibi conciliaret amorem. Vnde Septuag. habent: *Medium tenet ipse consumptus amore à filiabus Ierusalem.* Per vehiculum hoc, siue thronum, intelligere possumus diuinam legem, ac præceptum dilectionis. Medium eius tenet ipse Deus, inflammatus amore, vt ibi animas arctissimè copulet, ac cuius amplexus quasi per ascensum purpureum, & veluti per gradus anima pertingere potest, & ad altissimam, ac strictissimam vnionem, & inhæsionem eius peruenire. Septuag.

Primus gradus ille est, in quo quisque de necessitate salutis pedes ponere debet, & ille eminet supra res omnes, quas sub pede affectus habere debet, intantum vt nihil diligat, nec supra Deum, nec sicut Deum, sed omnia infra Deum, & in ordine ad Deum. Et hic gradus, inquit D. Thomas, est in præcepto: hic obseruantiam includit mandatorum. Psalmus, *Quomodo dilexi legem tuam.* habet, ceu pro titulo, *Mem*, Hebr. *Viscera charitatis.* Qui proinde gradus non excludit amorem filiorum, rerum, honoris, vitæ, &c. sed admittit eum: utdiuabilem tamen actu, vel habitu, vt Schola loquitur: quòd si ordinabilis non est, non est amor subditus, sed superior amori Dei. D. Thom. in Opusc. Psal. 118.

Matth. 11. D. Hier. Hinc Hieron. ad illa verba, *Qui amat patrem, aut matrem, &c. filium, aut filiam, plusquam me, non est me dignus.* Ordo, inquit, in omni affectu necessarius est. *Ordinauit in me charitatem.* Ama post Deum, patrem, aut matrem, aut filios. Si necessitas venerit, vt amor parentum, aut filiorum Dei amori comparetur, & non possit vterque saluari, odium in suos, pietas in Deum est. Non ergo prohibuit amari patrem, aut matrem: sed signanter addidit, *Plusquam me.*

1. Reg. 2. 9. In hoc gradu diu fuit Heli amans filios sub Deo, & in ordine ad Deum: sed paulatim creuit amor filiorum, & supra Deum peruenit: *Honorasti filios tuos magis quàm me*; non addens verbera verbis, vt debebat, ait Hieron. vt debilis effectus ex inordinato filiorum amore.

Iob 1. Non sic Iob, à quo nihil aliud voluit hostis quàm vt amorem filiorum, rerum, honoris, vitæ, Dei amori præferret: qui idcircò substantiam, filios, sanitatem abstulit, vt Dei amorem à corde auferret: sed, quia Iob omnia infra Deum diligebat, se semper constantissimè in hoc gradu seruauit, nec vnquam ab eius pectore Satan charitatem, amoremque Dei sustulit. Et de hoc gloriabatur amore Deus: *An putas me aliter respondisse tibi, quàm vt appareas iustus?* Theophanes, Author Græcus: Quàm vt tua iustitia, amorque erga Deū, ipsi Diabolo, omnibúsque hominibus, qui erunt vsque ad consummationem mundi, manifestetur? Hinc totum iacturam tanta animi moderatione sustinuit: hinc membra filiorum, quos infra Deum diligebat, per ruinas illas dispersa colligebat: hinc totus vlcerosus omnia patientissimè perferebat. Non sic vxor, quæ, vt notat Chrys. ex inordinato rerum harum amore, quo omnia supra Deum diligebat, impatientissimè omnia tulit. Iob 40. Septuag. Theoph. Chrys.

Hic est primus gradus, qui sub pedibus omnia detinet, & hoc est diligere Deum ex toto corde, nō cor, scilicet, sit inclinatum ad vllius rei dilectionem amplius, quàm Dei, siue sit honor, siue res, siue vita. Sic Chrys.

August. vbi nos legimus: *Ordinauit in me charitatem.* ex Græco legit: *Ordinate in me charitatem.* Et subdit: Hoc est, facite gradus, & cuique, quod debetur, restituite. Nolite anteriora posterioribus subdere. Sic Theod. Ordinate in me charitatem, vt sponso coniungat meo, cumque, & patri, & matri, & cæteris rebus anteponam. Cant. 2. Aug. serm. 7. de ver. Dom. Septuag.

Vt benè Abraham in hoc gradu fixerat pedem! *Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac.* Sept. *Dilectissimum Isaac.* De hoc Sap. 10. *Et in filij misericordiam fortem custodiuit.* Difficilis locus, explicatur à Græco. *In filij visceribus fortem custodiuit*, hoc est, in filij, vt dicunt, eusicerato amore, fortem amor custodiuit Abraham, ne iussionem Dei de occidendo filio detrectaret. Sic Iansen. Burgensis, & Brugensis, qui mendosam eum reputans lectionem, sic ait legendum: *Et in filij misericordia fortem custodiuit.* hoc est, sapientia Abrahamo dedit cum amore erga filium animi fortitudinem, vt quem vnicè diligebat, iubente Deo, non cunctaretur occidere. Gen. 22. Septuag. Sap. 10. Iansen. Burg. & Brug. in hunc loc.

Quod, quàm difficile fuerit, expende: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac.* Vbi lectio Hebræa magis pungit, & extimulat animum Patriarchæ: *Tolle*, inquit, *nunc filium tuum, vnicum tuum, quem dilexisti, Isaac.* Qua in lectione quot verba, tot stimuli. *Tolle*, inquit, non boues, non famulos; sed *filium*, eúmque *vnicum*: quasi diceret: Si multos haberes, facilè vnum è multiadaresiam vnicum habes, hunc mihi immolari deposco. *Quem dilexisti*, scilicet, indesinenter, hucvsque sine vlla amoris cessatione, vel imminutione: tum, quia Isaac erat suauissimis moribus, patris tenerentissimus, & obsequentissimus: tum, quia genuerat eum pater in senectute per miraculum: tum etiam, quia per eum promissa erat illi maxima posteritas, omnisque benedictio, Christus ipse, per quem vitam æternam speraret. Quare filium suum offerendo, simul etiam omnes spes suas, omnéque bona sibi promissa, Deo offerebat. *Isaac.* quasi diceret: Da mihi tuum *Isaac*, tuum risum, tuum gaudium, tuum corculum. Quo nomine mirè feriebat, ac sauciabat aures, & animum patris: iam enim futurus erat, non Isaac, sed Abel; non Beniamin, sed Benoni; non risus, sed luctus. Et *Tolle nunc* Non cras, non cras, non manè: sed *nunc*, hac noctè, hac hora. Vbi August. Quid ergo nos docet Abraham? Vt breuiter dicam, vt Deo non præponamus, quod dat Deus. Ergo nec illud, quod tibi pro magno præstat Deus, præponas illi, qui præstitit. Et cùm voluerit tibi subtrahere Hebr. Hebr. Orig. hom. 8. in Gen. Aug. ser. 12. de temp.

subtrahere, non tibi vilescat: quia gratis amandus est Deus. A

D.Thom. opusc. de erudit. Princip. l. 5. c. 36.

Quod iterum vt appareat, quanto Dei gestum sit amore, duodecim difficilia, quæ in hoc opere D. Thomas perpendit, afferamus. Primum est, quòd amicissimum voluit occidi. Secundum, quòd voluit occidi coram se, & etiam à se ipso, propriis manibus: aliquis sustineret, quòd filius eius occideretur; non posset hoc tamen aspicere, vel propria manu facere. Tertium, quòd filius ille erat vnigenitus: nõ enim habebat alium filium ex libera vxore. Quartum, quòd habuerat eum miraculosè de vxore vetula, & sterili, cùm ipse iam esset senex. Quintum, quia magna promissio facta erat Abrahæ de ipso. Sextum, quòd ipse solatium esset matri suæ: vnde dicebatur *Isaac, risus*: dixit enim mater, ipso dato: *Risum fecit mihi Deus: quicunque audierit, corridebit mihi.* Quid dixisset mater pueri, si Abraham reuertens de filij immolatione, dixisset ei: Immolaui filium tuum. Septimum, quòd non solùm voluit eum occidi; verùm etiam incendi: vnde dictum est ei: *Offer eum in holocaustum*, quod interpretatur, totum incensum: noluit ei parcere, nec viuo, nec mortuo. Octauum, quòd voluit eum Deus duci per triduum ad locum immolationis, vt longitudine temporis tentatio augeretur, & curis crescentibus paterna viscera cruciarentur: (quod aliqui, præsertim Origen. ad triduum dicunt delatum, vt quouis passu montem, & mortem expectaret.) Nonum, quòd non apparebat aliqua præcepti vtilitas: quæ enim vtilitas, innocentem occidere? damnum verò erat manifestum. Decimum, quòd non excusasset eum authoritas præcipientis, cùm nullus testis affuisset; nec crederetur ei, si diceret, Dominum hoc sibi præcepisse. Vndecimum, quòd erat rationi contrarium, nec præcesserat huius obedientiæ exemplum. Duodecimum, quòd omnium, ad quorum notitiam peruenisset, imminebat scandalum.

Gen. 21. — Origen.

Abraham verò accepto hoc præcepto tam difficili, nec se excusauit, nec præcepti causam quæsiuit, nec mandatum distulit; sed *de nocte consurgens*, &c. Quid hoc? Amor Dei super omnia: qui eum penè obliuisci fecerat, quòd pater esset: quod notauit Philo ad eam conduplicationem: *Abraham, Abraham.* quod est, pater, pater: oblitus pro Deo, quòd esset pater.

Philo 6. de Abr. Hebr. Leuit. 1. Corn. à Lap.

Vt illud benè obseruauit, ac compleuit: *Offeretis caput, & cuncta, quæ adhærent iecori.* Vbi Corn. à Lapide, caput, & iecur, intellectus, & voluntas, animæ potentiæ. *Quæ adhærent iecori*, hoc est, quæ circa præcordia sunt, filij, mariti, facultates, hæc, quæ adhærent iecori, (cogit amare iecur,) offerenda sunt.

Hic gradus dat filios, rem, honorem, vitam, ne Deum offendat. Susanna in discrimine perdendi honoris posita, quid eliget? aut honorem proprium, aut amorem Dei perdere? aut vitam, aut Dei amorem? Quid, Fratres, in causa fuit, vt honoris iacturam, hoc est, eam opinionem apud homines eligeret? Amor Dei, cui dilecto potiùs emori volebat, quàm offenso viuere. O quot, ne temporalem perdant honorem, id perpetrare non verentur, quod solùm, & verè inhonorat!

Dan. 13. — Gregor. 3. Dial. 31.

S. Ermigild. regnum, vitámque Dei amori posthabuit.

Insignis in hoc gradu Ermigildus, Vvisigothorum Regis filius, qui tuendæ fidei, Christique amori, regni, vitæquè amorem posthabuit, de quo Gregor. in Dial. Nuper Ermigildus Rex, Liuigildi Regis Vvisigothorum filius, ab Arriana hæresi ad fidem catholicam, viro reuerentissimo Leandro, Spoletano Episcopo, dudum mihi in amicitiia familiariter iuncto, prædicante, conuersus est. Quem pater Arrianus, vt ad eandem hæresim rediret, & præmiis suadere, & minis terrere conatus est. Cúmque ille constantissimè responderet, nunquam se veram fidem posse relinquere, quam semel agnouisset; iratus est, eum priuauit regno, rebusque expoliauit omnibus. Cúmque nec sic virtutem mentis illius emollire valuisset; in arcta illum custodia concludens, collum, manúsque illius ferro ligauit. Cœpit itaque idem Ermigildus Rex iuuenis terrenum regnum despicere, & forti desiderio cæleste quærens, in ciliciis vinculatus iacens, omnipotenti Deo ad confortandum B se preces effundere, tantóque sublimius gloriam transeuntis mundi despicere, quantò & religatus agnouerat, nihil fuisse, quod poruerit auferri. Superueniente autem paschalis festiuitatis die, intempestæ noctis silentio, ad eum perfidus pater Arrianum Episcopum misit, vt ex eius manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet; atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Ariano Episcopo venienti exprobrauit, vt debuit, eiúsque à se perfidiam dignis increpationibus repulit: quia etsi exteriùs iacebat ligatus; apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reuerso Episcopo, Arrianus pater infremuit; statímque suos ap- C paritores misit, qui constantissimum Confessorem Dei illic, vbi iacebat, occiderent. Quod & factum est.

Insignis olim Eleazarus, 2. Machab. qui, cùm plagis perimeretur, ingemuit, & dixit: *Domine, qui habes sanctam scientiam, manifestè tu scis, quia cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores*, &c. 2. Mach. 6.

Eleazarus plus Deum, quàm vitam dilexit.

Insignes adolescentes, & horum mater, de quibus Nazianzenus elegantissima oratione de Machabæis.

Praclarum cuiusdã matris exemplũ quæ Dei amorem vnico filio prætulit.

Insignis mater illa, cuius meminit Prudentius in Hymno de S. Romano Martyre, quæ cùm vide- D ret filium paruulum, ob Christi fidem, Antiochiæ, ab Asclepiade Præfecto loris crudelissimè cædi, constans sine fletu spectauit: quin & filiolum aquæ haustum poscentem obiurgauit, dicens: „Calicem eum expecta, quem occisi in Bethlehem in- „fantes olim biberunt, lactis, & papillarum imme- „mores. Isaacum respice, qui cùm immolandus „aram, & ensem aspexisset, vltrò colla præbuit. In- „tereà autem cum capillis à vertice tortor reuellit. „Acclamat mater: Patere, fili: mox enim ad eum „venies, qui caput nudatum nunc tuum per con- „tumeliam, regio vestiet diademate. Puer lætus, vir- „gas, & dolores vulnerum ridet: damnatur, duci- „tur cum Romano ad supplicium. Peruentum est „ E ad cædis locum: puerum, quem in complexu mater foras extulit, carnifex poscit: dat illa, præter osculum, nihil morata. Et vade, inquit, nate dulcissime. Ceruicem dum ense carnifex ferit, accinit illa: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Ecce seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Hæc vbi dixisset, caput amputatum pueri in pallium explicitum excipit, & pectori applicat.

Rom. 8.

Nihil omninò, Fratres, ab hoc gradu nos dimouere debet. *Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, &c. an gladius? certus sum enim, quia neque mors, neque vita.* Vbi Chrysost. Per vtranque, mortem, scilicet, ac vitam, æternam intelligit; temporalem enim in

Chrys. ibid.

gladio

gladio intellexit, hoc est, neque, si quis mihi mortem perpetuam illam nullo fine terminandam minaretur, vt à Christo separarer: neque, si promitteret fore, vt vitam illam nullo fine desituram producerem: nec hanc quidem conditionem admitterem. Hoc Paulo ipsa gehenna terribilius erat, sicut in Dei amore persistere, etiam regno cælorum desiderabilius erat illi. Quid de nobis dicendum, cùm ille nec ea quidem, quæ in cælo sunt, præ Christi amore admitteret: nobis verò, quæ in cœno, & luto sita sunt, ea Christo præferamus?

s. Mach. 1.

Verè conuertati sumus amoris ignem in terra, dum tanto amore terram diligimus, &c. Aquam hanc crassam terrenarum cogitationum diuinis illis radiis exponamus; vt consopitus, quinimò extinctus ignis accendatur.

Tit. 3. Græc.

Et vt ascendamus ad alios gradus: cur Deum non diligimus? En *apparuit benignitas*. Græcè, *Apparuit amor hominum*. Quot beneficiis nos ad amandum allicit? aut meliùs dicam, quot beneficiorum catenis nos alligat, & ad amandum constringit?

Iosu. 2. Sept. Hebr.

Beneficia sunt catenæ amoris. Sic exploratores illi ad Rahab: *In fenestra, per quam demisisti nos.* Septuag. *Per quam ligasti nos.* Hebr. *Per quam concatenasti nos.* q. d. hoc, quod à te accepimus, beneficium concatenauit nos.

O quot beneficiorum catenis nos Deus deuinxit, &c.

Cant. 2. Bern. ser. 68. in Cant.

Hinc amans illa concatenata: *Dilectus meus mihi*, inquit, *& ego illi*. Quid tibi dilectus, & tu quid illi? Bernard. Pendet oratio, imò nec pendet, sed deficit: suspenditur, sed erigitur auditor. Quid igitur? Dilectus meus mihi intendit, & ego illi. Intendit? Itáne Sponsæ suæ intenta est illa Maiestas, cui gubernatio incumbit vniuersi? vt ad eam solam transferantur negotia eius? Ita planè, prouidentiam cæteris non negamus; curam verò Sponsa vendicat sibi. Sic Aponius: Dilectus meus mihi gratiam vocationis, redemptionis insigne, adoptionis clarissimam libertatem donauit: & quid ego illi rependam? Voluntatis obedientiam, conseruandæ integritatis studium, &c.

Aponius.

Cant. 5. Symmac. Hebr.

Hinc tota ardebat, & præ amore tota liquefiebat, ac in ecstasim ferebatur: *Anima mea liquefacta est.* Symmac. *Anima mea egressa est.* Hebr. *Anima mea exiuit à me.* Dion. Est ecstasim faciens diuinus amor. Anima magis est, vbi amat, quàm vbi animat. Apost. *Viuo ego, iam non ego*, &c.

Cant. 2.

Vt Sponsa languebat: *Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.* Ab infirmis metaphora ducta est, qui viribus destituti deficiunt disiectis brachiis, &c. Eget, qui languet, rosis, quæ in deliquiis confortant: eget violis: *Fulcite me floribus.* Poma item redolentia confortant: *Stipate me malis.* Egent odoriferis vnctionibus, qui languent. Sept. *Confortate me in vnguentis.* Languor ex defectu spirituum vitalium, & animalium prouenit; idcircò vino, quod cor hominis lætificat, spiritúsque reparat, languentibus succurritur: sic aquis odoriferis, &c. Hebr. *Fulcite me in lagenis*, seu *in vasis vitreis*; hoc est, liquoribus asseruatis in iis (continens pro contento:) solet in deliquiis abstergi sudor, quandoque frigidus. Chald. *Imponite velamina super ceruicem meam.* sic cordi fomenta finnt. Hebr. *Fulcite me in ignibus plurimis: quia amore langueo.* Græc. *Quia vulnerata charitate ego.* Vt concise loquitur, ceu languens?

Sept. Hebr. Chald. Hebr. Græc.

An non in hoc gradu Franciscus inter Angelos disiectis brachiis veluti clamans: *Fulcite me floribus, ô Angeli: stipate me malis. Fulcite me in lagenis*, & aquis, Angeli. *Confortate me in vnguentis, imponite velamina super ceruicem meam, quia vulneratus charitate & ego!*

Psal. 72. Hebr. Chald.

O felicem animam totam in suum Deum transformatam! Huic vni dicere licet: *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram?* Hebr. *Tecum nihil volui in terra.* Chald. *Tecum socium non habui in terra. Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum. Dilectus meus mihi, & ego illi.* Theodot. ex Græco: *Dilectus meus meus, & ego illius.* Nicænus: Hoc est, ipse possessio mea est, & hæreditas mea est, & ego peculium eius.

Theodot. et Græc. Nicæn. in 1. Cant.

Hebr.

Amemus hunc Deum, Fratres mei, *Ex toto corde.* Hebr. *Ex toto valde.* Quantùm possumus. Vbi notandum, non à nobis exposcere Deum Seraphinorum amorem; sed nostrum: *Ex toto corde tuo, ex toto tuo valdè*, &c. non quantùm in se diligibilis est; sed quantùm possumus.

Sed iam ad tanti amoris inficientem pestem, ad æmulum Deo, ad corruptionem amoris Dei, & proximi: nimirum, amorem proprium, redeamus: tempus enim est, vt huic veneno antidotum præparemus, huic infectæ radici gladium adhibeamus.

3. Reg. 22.

Rex autem Syriæ præceperat, dicens: Non pugnabitis contra minorem, & maiorem quempiam, nisi contra Regem Israel solum. Hac eadem arte, ac stratagemate in pugna nostrarum passionum vtamur: si vnico ictu generalem cupimus referre victoriam; non contra hanc, vel illam, sed contra regalem, ac præcipuam, contra amorem proprium, nimirum, omnes ictus dirigere, & sagittas collimare debemus: hoc enim perempto, perfecta victoria est: hoc non perempto, quauis alia perempta, vel eademmet, vel altera surgit, ac reuiuiscit.

Cant. 2. Pagnin.

Cant. 2. *Ordinauit in me charitatem.* Pagn. *Vexillum eius super me charitas.* Psal. *Exurge, & non præualeat homo.* Sub hoc vexillo hic proprius prosternendus est amor: hoc autem fit odio sui.

De odio sui.

PVNCTVM CII.

Ioan. 12. D. August. tract. 51. in Ioan.

Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Magna, & mira sententia, vt August. ait: quemadmodum facit hominis in animam suam amor, vt pereat; sic odium, ne pereat. Si malè amaueris, tunc odisti; si benè oderis, tunc amasti. Felices qui oderunt custodiendo, ne perdant amando, &c. Idem & alibi ad hæc eadem verba, *Qui odit animam suam.* Huic sententiæ, inquit, quasi contrarium videtur esse, quod ait Apost. *Nemo vnquam carnem suam odio habuit.* Sed sunt, qui peruersè animam suam amant: & hoc vult Dei sermo corrigere, non vt oderint animam suam; sed vt rectè diligant: malè enim diligendo perdunt eam. Est ergo quidam peruersus amor eius, & quoddam rectum odium eius. Quis est peruersus animæ amor? Quando diligis animam tuam in iniquitatibus. Quis igitur modus diligendi animam? Odisse eam ad tempus, vt fecerunt Sancti.

Idem hom. 50 c. 10. Ephe. 5.

Seneca.

Vna est catena, quæ nos alligatos tenet, amor vitæ, qui, vt non est abiiciendus, ita minuendus est. Seneca.

D. Gregor.

D. Gregor. hom. 37. in Euang.

D. Gregor. similiter declarat: Quid sit animam suam odisse. Tunc, ait, benè animam nostram odimus, cùm eius carnalibus desideriis non acquiescimus, cùm appetitum frangimus, cùm eius voluptatibus reluctamur. Sic Origen. Qui perdit animam suam, quamuis ad voluptates carnales, ipse est, qui denegat se. Sic Chrysost. quæreus, quomodo qui amat animam, perdit eam? Quia absurdis, inquit, eius cupiditatibus obtemperat; qui præter debitum ei indulget: proptereà admonet ille: *Noli ambulare in cupiditatibus animæ tuæ.* sic enim perdis, cùm à virtutis via abducis: quemadmodum è contrario, qui odit eam in hoc mundo, custodit eam; hoc est, qui non parcit ei, cùm aliquid perperàm iubet. Et non dixit, qui non parcit (vt ponderat Chrysost.) sed, *qui odit*: quemadmodum enim quos odio habemus, nec vocem quidem audire, nec videre æquo animo patimur: ita & anima, si quid præter Dei voluntatem nobis imperat, reiicienda est, &c.

Orig. hom. 1. in Matth. Chrys. hom. 11. in Ioan.

Hebr. 4.

Hæc gladio abnegationis pertingere vsque ad diuisionem animæ, hoc est, sensualis potentiæ, & spiritus, resecanda est, &c. gladius hic sancto odio in propriam carnem conuertendus.

Cant. 3.

Iusti semper in seipsos profectò odio hunc gladium conuertunt: *En sexaginta fortes, qui custodiunt lectulum Salomonis*, super femur gladium tenentes, hoc est, in sensualitatem stringentes, &c.

Num. 25. Hebr.

Hostes vos sentiant Madianitæ: quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos. Madian, litigans, carnem concupiscentem aduersùs spiritum significat: hæc veros Israëlitas hostes, non amicos sentiat: cum carnis motibus nunquam iusti fœdus ineant, vel pacem habeant, quin illud semper dicant: *Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi.*

Psal. 138.

¶ *De pugna concupiscentiæ aduersùs spiritum.*

Chrys. serm. in Matth.

Quàm periculosa ea sit, declarat Chrysost. ad illa verba: *Ab intus exeunt de corde*, &c. (sic ipse legit, & subdit:) Tolerabilis est hostis, cùm motos arietat extrinsecùs, cùm foris positus cedit aliquando conflictui: cui verò est intus inimicus, cuius aduersarius in ipsis penetralibus iam desæuit, iste se intelligit, & sentit oppressum. Cant. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Matth. 10. *Inimici hominis domestici eius. Inimici autem mei viuunt*, id est, motus ex carne mea insurgentes, qui militant aduersùs animam. Hinc intestinam Spiritus, & carnis pugnam appellat Cassianus. Et Bern. ad illud: *Eripe me, Domine, ab homine malo*; id est, à me ipso, à quo fugere non possum.

Cant. 1. Matth. 10. Psal. 37.

Cass. 4. l. col. c. 7. Psal. 139. Bern. de inter. domo, c. 31.

Quam verò potens sit interius hic inimicus, patet ex armis, quibus pugnando vtitur, quinbusque mortem infert. Ea sunt ipsa desideria: *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Quis eo potentior, qui voluntate, an desiderio possit alium occidere?

Gal. 5.

Rom. 7.

Vnde meritò Paulus exclamabat: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Vbi notandum, fateri hoc loco Apostolum, huius inordinati appetitus vim, ac potentiam: quippe qui verè sit hostis. Hoc sibi vult ly, *De corpore mortis huius.* corpus etenim in Scripturæ phrasi rei veritatem significat. *Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, quæ sunt vmbra futurorum: corpus autem Christi.* Vbi D. Thom. Legalia, inquit, vmbræ sunt: veritas autem rei pertinet ad Christum. Sic explicat August. illud item ad Col. 2. *In quo* (scilicet, Christo) *habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter*, id est, non in vmbra, vel figura; sed in re ipsa, & in veritate. Censet igitur Apostolus, iuxta hunc modum loquendi, quoscunque alios hostes fictos, seu figuratos, & quamlibet pugnam apparentem; solam verò eam, quia caro concupiscit aduersùs spiritum, esse veram, & realem pugnam. Et quod difficiliorem, periculosioremque reddit pugnam, est, quòd non aperto Marte cum hoste decertamus; sed hostem talem habemus, qui semper nobis est in insidiis, & sub amici habitu latenter oppugnat, quod meritò deplorat Dauid, postquàm se deuictū, & expugnatum sensit, dicens: *Humiliasti nos in loco afflictionis.* Vbi D. Ambros. Pulchrè Aquilæ interpretatio, quemadmodum intelligere debemus, locum afflictionis expressit, dicens: *Quoniam humiliasti nos in loco Sirenum.* Sirenes verò quasdam fuisse puellas gentilis tradit fabula, quæ vocis suauitate, canendi illecebris, audiendique studio illectos nauigantes ad littus admonere nauigia prouocabant; eósque cum gratiam vocis sequeretur, scopuloso in loco naufragium facere, &c. O quàm multi huius Sirenæ illecebris (carnis, nimirum) decepti, naufragantur, &c.

Col. 2.

D. August. ep. 57.

Psal. 43. Aquila.

2. Reg. 23.

Vt olim naufragus Dauid nouos pertimescebat scopulos! Vnde vel concupitam aquam cautus effectus bibere noluit: nam qui corpus adamauerat, & ruerat, vt dicit Chrysostom. aquam desideratam, & necessariam, & sitiens, bibere noluit: timuit enim latentes insidias, & horruit appetitum, etiam sub habitu, & specie veræ necessitatis, ne incurreret in deceptionem, & ne deceptus tandem occumberet; & cupiditatem, quam sibi non potuit auferre, potuit mitigare, dixit Ambr. lib. 1. de Iacob, c. 1.

Chrys. hom. 1. in Ps. 50.

D. Ambros.

De hoc sub blanditiis immanissimo bello optimè Origen. ad illud Apostoli de Ismaële ludente cum Isaac. *Sed, sicut tunc is, qui secundùm carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundùm spiritum: ita & nunc.* Secundùm ea, quæ scripta sunt, inquit Origen. non video, quid mouerit Saram, vt filium ancillæ iuberet expelli. Ludebat eum filio suo Isaac: quid læserat, aut quid nocuerat, si ludebat? Quasi non hoc in illa ætate etiam gratum esse debuerit, quod luserit filius ancillæ cum filio liberæ: Tum deinde miror Apostolum, qui ludum hunc persecutionem pronunciauit, dicens: *Sed, sicut tunc is, qui secundùm carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundùm spiritum: ita & nunc.* Cùm vtique nulla persequutio Ismaëlis aduersùs Isaac nota referatur, nisi hic solus ludus infantiæ. Sed videamus, quid in hoc ludo intellexerit Paulus, & quid indignata sit Sara. Loco virtutis exposuimus Saram: si ergo caro, cuius personam gerit Ismael, qui secundùm carnem spiritui blandiatur, qui est Isaac, & illecebrosis cum eo deceptionibus agat, si delectationibus alliciat, voluptatibus molliat huiuscemodi ludus carnis cum spiritu Saram maximè, quæ est virtus, offendit, & huiuscemodi blandimenta acerbissimam persequutionem iudicat Paulus. Et tu ergo, Auditor, si tibi libidinis alludat illecebra, si virtutis es filius, tanquàm persecutionem maximam fuge: intelligere debes, quia sub specie ludi persecutionem pateris. Hucusque Orig.

Orig. hom. 7. in Gen. Gal. 4.

Quid ergo agendum? In Exodo iussu Domini præcepit Moyses Leuitis: *Ponat vir gladium super femur suum*, (Interlin. voluptates carnis,) *& occidat.*

Exod. 32. Interl.

occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Cúmque vigintitria millia hominum occidissent, ne crudeliter factum putaretur, inquit: *Consecrastis manus vestras hodie Domino.* Septuag. *Impleuistis manus vestras hodie Domino.* Paraph. Chald. *Obtulistis oblationes vestras hodie coram Domino.* Ad hæc verba D. Ambros. Ille est, inquit, verus Leuita, Dei vltor, & vindex, qui carnem, & passionum, ac vitiorum corpus interimit, vt seruet animam, vt iam non sit caro peccati, sed Dei: quis enim magis frater, aut proximus est animæ, quàm caro?

Septuag. Chald. Ambr. epist. ad Romulū.

Crudelitatis quædam speciem habent, quæ summam pietatem habent. Quis saltem non suspicetur inhumaniter factum, quòd Iosue vrbem Iericho funditùs solo aquauerit, atque deleuerit? Quod Haï non solùm expugnauerit; sed & expugnatam combusserit; habitatores, nec vno in viuis relicto, occiderit; Regémque eius in crucem adegerit? Quòd quinque Reges, Adonisedech, Regem Ierusalem; Ohan, Regem Hebron; Pharan, Regem Ierimoth; Iaphia, Regem Lachis; Dabir, Regem Eglon, suspenderit item, super quinque stipites? Macedam similiter ceperit, & percusserit in ore gladij, Regémque illius interfecerit, & omnes habitatores eius, nec dimiserit in ea saltem paruas reliquias? Quæ inhummanitas, Iran, siue Horan Regem Gazar cum omni populo eius percutere vsque ad internecionem? Sic vrbes Eglon, Hebron, Dabir, omnésque Reges Asedoth capere, nullas reliquias in vrbibus relinquere; & omne, quod spirare poterant, interficere? Sic Iabin, Regem Assor, cum Ioab, Rege Madian; Semero, Achsaph, & Regibus Aquilonis, qui habitabant in montanis, & in planitie contra Meridiem, Chananæum item, Amorthæum, Hethæum, Pherezæum, Iebusæum, Heuæum cum turmis suis, populo multo nimis, sicut arena, quæ est in littore maris, interficere, conterere, delere, equos eorum subneruare, currus igne comburere; Hæc, & alia iuxta occidentem litteram crudelitatis speciem præseferre videntur: sed quoniam, teste Apostolo, *Omnia in figura contingebant illis,* & propter nos scripta sunt; quæ Iudæus solùm bella legit, Christianus, vt Origen. ait, intelligit & mysteria. Quid *Iericho*, quæ interpretur *Luna*, aliud, quàm hunc mundum significat, magis, quàm sit Luna, lunaticis defectibus obnoxium? Quid sibi vult *Hai*? *vitam degentium in valle mundanarum deliciarum.* Quinque illi Reges, super quorum colla pedes positi sunt, sunt quinque sensus carnis, qui subijci debent imperio rationis, nec ante Solis occasum, vt ibidem adnotatum est, è patibulis deponendi, hoc est, non ante mortem à cruce abnegationis liberandi. *Macedam, incendium: Iran, ciuitas descendens,* vel *Horan, concupiens eos* (hæc est caro) carnales motus concupiens. *Eglon, vitulus,* siue *iuuenculus iniquitatis: Ebron, transgressio: Dabir, loquax: Iabin prudentia,* scilicet, carnis, cum qua superbia iuncta est; ideò & alios post se Reges habet: *Assor*, quod est *aula*, hic mundus, scilicet: *Ioab: inimicitia: Semeron, amaritudo: Acsaph, percussio, & angustia.* Reges Aquilonis in montanis, & planitie contra Meridiem (ab Aquilone panditur omne malum, frigus contra charitatem) *Chananæus, commutatus* in malum: *Amorrhæus, amarus, rebellis: Hethæus, pauidus,* scilicet, seruili timore: *Pherezæus, separatus,* scilicet, à charitate: *Iebusæus, conculcatio mea.* Hac intelligentia nominum mystica vitiorum bella significata esse cognoscimus: hi sunt hostes odibiles: contra hos gladius euaginandus. Hoc non crudelitas, ait Origen. sed humanitas, & benignitas inuenitur: sic subneruandi nostrorum membrorum equi, vt iam membra nō seruiant iniquitati, sed iustitiæ; & passionum currus sanctæ abnegationis igne comburendi, &c.

Iosu. 6. Iosu. 10. Iosu. 11. Orig. hom. 13. in Iosu. Hebr. Nicol. de Lyr. ibid. Origen.

Vultum durissimi, ac rigidissimi patris ostendit ille, qui contumaces sortitus est filios, nanquam illos alloquitur, &c. *Si quando ridebam ad eos, non credebant: & lux vultus mei non cadebat in terram.* Tanta, inquit Philippus, reuerētia, & honore à prædictis habebar, vt meæ grauitati, indulgentiæ blandimentum, & remissionis hilaritatem congruere vix posse crederent. *Cum ridebam ad eos, non credebant*, supple, redire risus tantùm causa, vt explicat Nicetas; sed potiùs aliquid aliud grauius, seriúsque sub risu formidabant; vel saltem post risum seriorem vultum metuebant. Sic, sic in Vitis Patrum (si recordor) Macarius, si quando carni subridebat modico vino vtens causa fraternitatis, alienísque precibus, ab aqua abstinebat, vnde caro posset dicere: Si quando ridebat, non credebam, &c.

Iob. 40. Philippus. Nicetas. In Dial. c. 1.

Beata Catharina Gen. adeò seipsam odio habebat, vt nec se nomine proprio auderet appellare: sic suum corpus malè accipiebat, vt idemmet corpus aliquando dolenter diceret: Adeò me percutis, vt timeam, ne me perimas. Cui illa: Ne timeas; non te occidam: caue tamen, ne, quid inconuenienter exigas: tunc enim sic tecum, vt cum Dæmonio agam, &c.

Paula Romana quo odio? Turpanda, dicebat, est facies, quam contra Dei præceptum purpurisso, & cerussa, & stibio sæpè depinxi. Affligendum corpus, quod multis vacauit deliciis. Longus risus perpeti compensandus est fletu. Mollia linteamina, & serica pretiosissima, asperitate cilicij compensanda, &c.

D. Hier. in Epitaph. eiusd.

Qui summo odio prosequitur aliquem, eundem si posset, vellet in crucem agere. Patet de Aman, qui ex capitali odio, crucem constituit Mardochæo. Qui se ipsum verè odit, carnem suam, vt ait Apost. crucifigit cum vitiis, & concupiscentiis suis. Quid sibi vult crucifigere carnem, ac passiones? Cass. Sicut crucifixus quis iam non pro animi sui motu membra sua quoquam mouendi, vel conuertendi habet potestatem: ita & nos voluntates nostras, ac desideria non secundùm id, quod nobis suaue est, ac delectat ad præsens: sed secundùm legem Dei, quò nos illa constrinxerit, applicare debemus, &c. O sanctum odium! &c.

Esth. 7. Gal. 5. Cass. l. 4. de instit. c. 34.

Carnis curam ne feceritis in desideriis. Vbi Orig. Non negat, inquit, carnis curam in necessariis; sed in concupiscentiis, ac desideriis. Idem habet Greg. 30. Mor. 14. Quod fieri, inquit, in desiderio prohibetur, in necessitate conceditur: sæpè dum incautè necessitati concedimus, desideriis deseruimus. Suis versutiis non caro circumgyrat.

Rom. 13. D. Gregor.

Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum. Alij: *Instantia concupiscentiæ.* O quàm importunè instat caro, &c. Græc. *Circumrotatio concupiscentiæ.* proponit enim nobis, modò rem vnam sub specie necessitatis; deinde aliam: eandem post repulsam, proponit vt sanam, vt huic morbo accommodatam, &c. *Circumrotatio*, &c.

Sap. 4. Alij. Græcè.

Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes. In Iosue, Angelus occidi hædum præcepit, id est, (glossat Greg. 3. Mor. 17.) omnem appetitum carnis nostræ immolari, carnésque supra petram poni. Carnes supra petram ponimus, cùm corpus nostrum Christi imitatione cruciamus, &c.

2. Cor. 4. Iosu. 6. D. Greg.

Propter

Psal. 43. Chrys. hom. 15. ad Rom.

Propter te mortificamur toto die. Ad hæc verba Chryſ. Quoniam homines ſumus, atque adeò non datur innumeras ſubire mortes: & cùm naturæ noſtræ velut hæreditario datum ſit ſemel tantùm mori; præſtitit tamen hoc Deus, vt voluntari, ſi placuerit, quotidie mortem pati liceat: ſi enim deſideria carnis mortificantes, & corpus ipſum torquentes quotidie propter Deum mortificamur; tot veluti coronas nobis paramus, quot huius mortificationis dies viuimus.

Rom. 12.

Ad hoc ſacrificium nos adhortatur Apoſt. *Exhibete corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem.* Quod ſacrificium benè proſequitur Gregor. ad illud Ezechielis: *Et altare ante faciem templi.* vbi ita ait. Ex mœrore compunctionis ardet ignis, & caro conſumitur. Altare igitur ante faciem templi eſt, cùm multi in Sanctæ Eccleſiæ conſpectu proponuntur, qui æterni Iudicij memores, ſemetipſos quotidie in lamento compunctionis Deo ſacrificium mactant, &c.

Ezech 43. Greg.

Ambr. ſerm. 4. in Pſal. 118. Gen. 6.

Hi per carnis ſuæ abnegationem adeò porgantur, vt iam non caro, ſed ſpiritus, & animæ dicantur. S. Ambroſ. ſerm. 4. in Pſal. 118. Non ſiat anima noſtra caro, hoc eſt, vt dicamur caro, ſicut & illi, qui in diluuio perierunt, de quibus dictum eſt: Quia caro ſunt, ſed magis caro noſtra obediens animæ, & hoc appellari mereatur nomine, ſicut appellata eſt familia Patriarchæ Iacob: *Hi ſilij Bala, omnes animæ ſeptem* & alibi: *Omnes animæ ſexaginta tres.* Verus enim luctator Iacob, cui caro emarcuerat totum in domo ſua ad ordinem animæ ita redegerat, vt totum pro anima computaretur. Solet enim Scriptura animam appellare nomine eorum, quæ ipſa concupiſcit: quaſi deſinat eſſe id, quod eſt, & in concupiſcentia, veluti conuertatur. Vnde illud: *Ephraim vitula docta diligere trituram.* dictum eſt propter affectum idolorum, vitulorum, ſcilicet, quos Ephraim adorabat. In Geneſ. *Cœpit Noe, vir agricola, exercere terram.* Lippom. vertit, *Noe vir terra*, &c. Sponſa: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* quaſi tota præ deſiderio, & amore in Sponſum fuerit conuerſa: non mirum proinde, quòd caro, quæ obedit animæ, nomine eius appelletur, & concupiſcentia, quæ imperio ſpiritus ſubſicitur, in ordinem ſpiritus tranſeat, &c.

Gen. 46. Oſeæ 10. Gen. 9. Lippom. Cant. 2.

¶ *Reprimendi ſunt motus carnis per abſtinentiam.*

Pſal. 136. Iob 40. Iob 39.

Sic retribuimus filiæ Babylonis miſeræ, id eſt, carni noſtræ, tetributionem, quam retribuit nobis. Sic deſiccamus carnalia deſideria. Sic areſcunt in nobis loca humentia, in quibus Behemoth libenter requieſcit. Hoc eſt, ſibi conſtituere tabernacula in terra ſalſuginis. Sic, & ſic mortificatione tetunduntur hi motus. *In tympanis, & citharis, & bellis præcipuis expugnauit eos*, id eſt, in carnis mortificatione compeſcuit, ac ſubegit motus. Sic radere oportet mortificationis nouacula horum motuum pilos, ſi prorſus euellere non valemus.

Iſai 30. Leuit.

¶ Motus ſuperfluos debemus abicere, & reſecare aſperitate pœnitentiæ. Sapienter quidem: Vteodum eſt ſeruo, vt ſpongia, ex cuius compreſſione elicitur aqua. Sic ex compreſſione, & arctatione carnis foras exprimuntur, & eiiciuntur carnalia deſideria: vnde ſcriptum eſt: *Seruo maleuolo* (ſenſui huic) *tortura, & compedes.* Hoc idem per Proph. *Intra in lutum, & calca, & ſubigens tene laterem.* hoc eſt, immunditias ſubige, & calca laterem corporis, tene, & retine, ne vlteriùs motus inſoleſcant, &c. Clauus tentationis clauo pœnitentiæ

Eccl. 33. Nahum 3. Iudic. 7.

Speranza Scriptura ſelecta:

A tiæ, & doloris retunditur: quia dolor eſt medicina doloris. Fractis lagunculis corporum cum Gedeone, hoſtes benè poterimus ſuperare. Sic, ſic Dauid: *Confringam illos, nec poterunt ſtare: cadent ſubtus pedes meos. Gladius meus* (mortificationis.) *Perat igitur vir gladium ſuper femur ſuum*, &c.

Pſal 17. Deut. 32. Exod. 32.

¶ Quòd ſenſui non eſt indulgendum. Caro noſtra eſt tamquàm equus nimio cibo, & potu, tactúque illicito excitatur, & contra nos mouetur, ſicut ſcriptum eſt: *Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius*, &c. & iterum: *Fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt.* Contra pruritus carnis, quos ſenſerunt primi parentes, veſtiuit eos Dominus tunicis pelliceis: tu, cuius lumbi impleti ſunt illuſionibus, non habes zonam pelliceam circa lumbos

Pſal. 106. Pſal. 17. Gen. 3. Matth. 3.

B tuos? Securior ſanè es ipſo Ioanne.

D. Hieron. relatus in Decreto cauſa 32. q. 5. can. 11.

Si Apoſt. (ait Hieronym. ad Euſtoc.) vás electionis, & ſeparatus in Euangelium Chriſto, ob carnis aculeos, & incentiua vitiorum reprimit corpus ſuum, & ſeruituti ſubſicit, ne aliis prædicans ipſe reprobus inueniatur; & tamen vidit aliam legem in membris repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuum ſe in legem duci peccati: ſi poſt nuditatem, ieiunia, fames, carcerem, flagella, ſupplicia in ſemetipſum reuerſus (Gloſſa, id eſt, fragilitatem ſuam conſiderans) exclamat: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* tu te putas ſecurum eſſe debere?

Pſal. 90.

O quàm citò, qui non cauet ab incurſu, incidit in Dæmonium meridianum! Dæmonium meridianum incendit hominem. Sol enim per diem nos vrit, dum fornacem vehementius Rex Babylonis incendit. Tunc filia Chananææ malè à Dæmonio vexatur. Nec diceret meridianum, ſi non eſſet etiam veſpertinum Dæmonium, & matutinum: veſpertinum in conſummatione operis; matutinum in initio tentationis: primùm ab incurſu; deinde à Dæmonio meridiano. *Ab incurſu.* Alij, *à ruina.* D. Hieron. *A morſu inſidiantis meridie.* Titillationes primorum motuum paulatim pertrahunt in ruinam: primi motus ſunt morſus inſidiantis meridie. Felix: *Ab ægritudine repentina.* Alij: *A peſte, qua in obſcuro graſſatur.* Tales ſunt hi motus inordinati, corrumpunt, inficiunt, & nl comprimantur, latè citiùs graſſantur. Chald. *A caterua*

C

Dan. 3. Matth. 15.

D. Hier. Felix. Alij.

D *Dæmonum, qui nocent meridie.* Tu dormis? ſecurus es? hos in te motus admittis? non reiicis? non expellis filios cum matre, motus cum carne?

Chald.

Prudens conſilium Abrahæ, qui vt luſus Iſmaëlis præſenſit; mox eum cum matre domo eiicit, pane, & ſola aqua reficiendum.

¶ *Omni cura, & diligentia occurrendum eſt motibus concupiſcentiæ.*

Mox, vt in Dalilæ, hoc eſt, carnis gremio cœpiſti recumbere, nec inſurgentes motus repellere; ſpoliaris honore, ac decore crinium, nexúque ſepriformis Spiritus Sancti. Gregor. Nazianzeo. orat. 49. prauas cogitationes vocat primogenita Ægypti, & ſemen Babylonis, quod oportet allidi ad petram. Beatus certè, qui non expectat, donec adoleſcat peccatum; ſed quamprimùm allidit ad petram, &c.

Iud. 16. Nazianz.

E

In ſacra Scriptura admodum improbaturis, qui victimat filium in conſpectu patris ſui; ſumma hæc enim iudicatur ſæuitia: ſed fortitudo Chriſtiana eſt, quæ natos ex ſe, & apud ſe motus, non ſolùm occidi permittit; ſed inſuper in prima natiuitate iugulat, ne adoleſcant.

Eccl. 34.

D. Gregor. ad illa verba Eccleſ. *Qui ſpernit modica;*

Eccl. 19.

D. Gregor. 1. Moral. 14. *medica, paulatim decidet*; si enim, inquit, curare A parua negligimus, insensibiliter seducti, audenter etiam maiora perpetramus. Et 3. p. curæ pastoralis, admonitione 34. Qui minima peccata flere, ac deuitare negligit, à statu iustitiæ, non quidem repentè, sed partibus totus cadit.

Eccl. 7. Hebr. Hinc: *Qui timet Deum, nihil negliget.* Hebr. *Qui timet D um, egredietur*, (ab omni vel leui culpa, ab omni occasione.)

Senec. ep. 117. Optimè Seneca: Nullum vitium est sine patrocinio: nulli non initium est verecundum, & exorabile; sed ob hoc latiùs funditur. Non obtinebis, vt desinat, si incipere permiseris. Imbecillis est primò omnis affectus: deinde ipse se concitat, & vires, dum procedit, parat; excluditur faciliùs, quàm ex- B pellitur. Quis negat, omnes affectus a quodam quasi naturali fluere principio? Curam nobis nostri natura mandauit; sed huic, vbi nimiùm indulseris, vitium est. Voluptatem natura necessariis rebus admiscuit, vt non illam peteremus; sed, vt ea, sine quibus non possumus viuere, gratiora nobis illius faceret accessio. Si suo veniat iure, luxuria est. Ergo intrantibus resistamus: quia faciliùs, vt dixi, non recipiuntur, quàm exeunt. Aliquatenus, inquis, dolere; aliquatenus timere permitte: sed illud aliquatenus longè producitur, nec, vbi vis, accipit finem. Sapiens, & lacrymas suas, & voluptates, vbi volet, sistet. Nobis, quia non est regredi facile, optimum est omninò non C progredi. Vitio infirmum animum non committamus, nec formæ, nec adulationi, nec vllis rebus blandè trahentibus. Quantùm possumus, nos à lubrico recedamus. In sicco quoque parum fortiter stamos. Occurres hoc loco mihi illa publica contra Stoicos voce: Nimis magna permittatis, nimis dura præcipitis: nos homunciones sumus, omnia nobis negare non possumus. Dolebimus, sed parum: concupiscemus, sed temperatè irascemur, sed placabimur. Scis, quare non possumus ista? quia nos posse, non credimus: imò mehercules aliud est in te. Vita nostra, quia amamus, defendimus; & malumus excusare illa quàm excutere. Satis natura homini dedit roboris, si illo D vtamur, si vires nostras colligamus. Nolle in causa est, non posse prætenditur. Hucusque Philosophus, qui nihil de gratia nouit, &c.

De abnegatione sensuum.

PVNCTVM CXIII.

SEnsus abnegat, qui sensibus indebita negat. Videre in distantia debita coloratum obiectum, officium est oculi: at curioso intuitu, quæ non licet desiderare, ea velle videre, indebitum est: sic audire, &c. Abnegatio negat oculo, auribus, &c. E quod indebitè, ac deordinatè exigunt.

Thren. 2. Psal. 86. Animæ ruinam deplorans Propheta sub nomine ciuitatis Ierusalem: *Defixæ sunt*, inquit, *in terra portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius.* Portæ illæ quondam dilectæ, *super omnia tabernacula Iacob*, vt cecinit Dauid, iustè Deo permittente, non solùm ab hostibus in terram deiectæ; sed ita ruinis demersæ, & obrutæ fuerunt, vt veluti terræ hiatu viderentur absorptæ. Portæ mysticæ ciuitatis sunt hi sensus. In terram defiguntur, cùm omninò terrenas delectationes requirunt. O miseriam! In his sensuum portis olim iudicium, iúsque dicebat ratio, suúmque fixũ tribunal habebat: oculus non vide- A bat, nisi quod erat necesse; illicita, vana, curiosa non videbat: auris nõ audiebat, &c. nunc hæ portæ in terram defixæ, &c. os perdidit, contriuitque vectes debitæ custodiæ silentij, &c. *Regem eius*, (rationem,) *& principes eius* (potentias,) supple, dispersit. O miseriam! Chaldæus addit: *Propterea immolarunt porcum.* Quid plura? *Non est lex.* Martin. del Rio ibid.

Iob 30. Quàm dolenter Iob in persona peccatoris lamentatur, dicens: *Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerũt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt*, (hostes, scilicet,) Murus rumpitur, dum timor Dei, qui est quasi clausura animæ, postponitur. Vel in muro, virtutum munitio designatur: tunc autem murus rumpitur, cùm virtutum munitio dissipa- B tur. Nehem. 2. Hinc legimus, Esdram exeuntem per portam vallis considerasse murum Ierusalem dissipatum. Per portam vallis humilitas designatur: per hanc portam exeat, necesse est, qui vult ruinas, & defectus suos cognoscere; tantùm enim habes cogitationis, quantùm humilitatis. Ianua aperitur, cùm custodia sensuum negligitur: mox hostes irruunt, & ad animæ miseriam deuoluuntur, &c.

2. Reg. 4. Isboseth à latronibus dormiens in lectolo interfectus est, eò quòd mulier purgans triticum obdormierat, quæ portam custodire debebat. D. Greg. Ostiaria triticum purget, inquit Gregor. dum mentis discretio virtutes à vitiis separat, quæ si obdormierit, in mortem proprij Domini insidiatores admittit, C qui, dum porta sensuum patet, ex omni parte intrant, & *Isboseth* (*virũ confusionis*) interimunt, &c. Heb.

Eccl 36. *Vbi non est sepes*, (id est, custodia sensuum,) *diripitur possessio*, &c.

Nahum 2. Hi sensus sunt illæ portæ fluuiorum, de quibus scriptum est: *Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum est.* Per portas fluuiorum, sensus hominis significantur, per quos, scilicet, quasi per quasdam portas, materiæ concupiscentiarum, tanquàm quidam fluuij transeunt ad Psal. 68. animam submergendam. Vnde sæpè clamet: *Saluum me fac, Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam: infixus sum in limo profundi.* Templum ad solum deiicitur, quando anima, D quæ est templum Spiritus Sancti, ad terrena desideria inclinatur, &c.

Isa. 5. Nec solùm templum; sed ipsa ciuitas, vt Isaias dicit, hîc ponitur *in tumulum*, vel *in tumultum.* Et si ciuitas duplici muro cincta est, si hostis deiicit antemurale: sperat & murum deiicere. Murus, qui propè cingit, est imaginatio, memoria, intellectus. Antemurale sunt sensus exteriores. Heu, heu! si hostis deiiciat prima mœnia, & alia deiiciet. Plorat hoc idem Ieremias: *Antemurale, & murus pariter dissipatus est*, &c. Thren. 2.

Iob 26. Hinc Iob: *Procedebam ad portas ciuitatis.* Portæ ciuitatis sunt sensus nostri. Dux vigilans sæpè ad portas procedit, vt videat, an clausæ sint, &c. Sic E homo vigilans sæpè sensuum portas videt, &c. Item procedit, hoc est, cum quadam grauitate incedit ad portas ciuitatis: sicut enim nobiles, dum exeunt, habent ostiarios ante se cum baculo, turbam arcentes, ne comprimantur; sic anima iusti, quando exit ad loquendum, ad audiendum, ad videndum, timorem habet pro ostiario, qui turbam importunam cogitationum repellat, ne animam comprimant, &c.

Luc. 11. Sed felix anima, quæ dicere potest: *Ostium meum clausum est: & pueri mei mecum sunt in cubili.* Per occlusionem ostij, sensuum custodia; per cubile, secretum conscientiæ; per pueros istos, cogitationes, & affectiones suæ ad interiora

reuocatæ

reuocatæ designantur. Quid est ergo secum pueros in cubili suo habere? nisi cogitationes, & affectiones suas ad interiora reuocare?Hinc Moyses gregem minasse legitur ad interiora deserti, qui proptereà cum Deo locutus est. Cum Deo loquitur, qui brutales sensus ad desertum adducit, vt oculus omninò non videat, quod non debet, &c. *Et pueri mei*, &c. Hi sunt paruuli, qui quando clausi non morantur, ducuntur in captiuitatem ante faciem tribulantis, vt dicit in Thren. Ieremias. *Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.* Paruuli in captiuitatem ducuntur, quando cogitationes circa vana, affectiones circa carnalia detinentur, &c.

Exod. 3.

Thren. 1.

Similiter felix, qui potest dicere illud Isaiæ: *Ecce ego, & pueri mei*, &c. Ad instar Iudith, quæ in superiori parte domus cum ancillis clausa morabatur.

Isa. 8. Iudith 8.

Vas, quod non habebat operculum, immundum erat, ac profanum, &c. *Factus sum tanquàm vias perditum*, dicebat Dauid, cùm solùm aures eius operculum non haberent.

Num. 19. Psal. 30.

Abnegandi sunt igitur sensus, ac mortificandi, claudendæ fores sensuum, &c. Vngendæ, ac tingendæ sanguine Agni. *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes.*

Exod. 12. 2. Cor. 4.

Perfectam sensuum abnegationem innuit illic Sponsus: *Fortis est, vt mors, dilectio.* Vbi Gregor. Bene fortis, vt mors dilectio esse perhibetur: quia dum per dilectionem à vitiis mortificamur, quod mors agit in sensibus corporis, hoc agit dilectio in cupiditatibus mentis. Mors quippe exteriores corporis sensus ab omni proprio, & naturali appetitu interficit, sic dilectio, & amor Dei nonnullos quasi insensibiles reddit. De his Apost. *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.*

Cant. 8. Greg. ibid.

Coloss. 3.

Sine vlla idololatria fiunt hi persimiles simulachris illis, quæ aures habent, & non audiunt, nares, & non odorant; oculos, & non vident; manus & non palpant. Vel potiùs votis illis Crucifixo appensis, & confixis: *Christo confixus sum Cruci. Confige clauis à timore tuo carnes meas.* Sic legit Ambr.

Psal. 113.

Galat. 2. Psal. 118.

Lauda Deum tuum, Sion: quoniam confortauit seras, & vectes portarum tuarum, (sensuum.) Sic Hebr. & Græc. ne, scilicet, fiat hostibus aditus.

Psal. 147. Hebr.

Exustas (igne concupiscentiarum) portas (sensuũ,) & diruta pastophoria denuò debemus reficere, vt templum sanctificetur, quod vt profanarent, mox portas combusserunt, &c. Quid mirum, si templum etiam in interiori profanum reddiderunt?

1. Mach. 4.

Cùm Propheta in spiritu duceretur ad templum, cúmque introspexisset; vidit hinc imagines serpentium, & bestiarum, & idolorum in pariete depictas; inde seniores quosdam ante prædictas imagines cum thuribulis thurificantes. O quot similitudines serpentium, ac bestiarum, ac idolorum in memoria, & imaginatione depictas geris, quas ferro abnegationis abradere deberes, lacrymísque lauare, cùm potiùs easdem foueas, atque consecres! O quot idola depicta, quibus thura adhibes, hæc colens, illas intuens sensus oculo, &c.

Ezech. 8.

Maximo sunt abolendæ studio vanarum rerum imagines. Petr. Damian. Cardin. de se ipso fatetur epist. ad nouiter nuptam, quòd sermo confectus, rubore perfusus, visæ semel pulchritudinis imagines abolere non potuerit; sed in viua memoria inuitus seruauerit; mysteria autem euangelica millies perlecta memoria tenere non potuerit. Meliùs itaque, ait, imprimitur imago vanitatis, quã veritatis, &c. Id quod in Moral. dixit Greg. Semel

Petr. Dam. Card.

species formæ per oculos illigata, vix magni luctaminis manu soluitur.

Greg. lib. 21. Mor. c. 2.

Anima, quæ seipsam ignorat, ait Bernardus, foras mittitur, vt pascat hœdos, id est, oculos, & aures: quæ nihil habet intus, vagatur foris, studet pascendis sensibus, quæ pabulum intus non habet cordis.

Cant. 1. D. Bern.

De abnegatione visus.

PVNCTVM CXIV.

Curiosus obtutus radix est adulterij. Chrys. de lapsu Dauid: Gloss. ad illud Iob: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Visum, inquit, sequitur cogitatio; cogitationem delectatio; delectationem consensus; consensum opus, opus consuetudo; consuetudinem necessitas; necessitatem desperatio, desperationem damnatio. Vnde meritò Thren. 3. dicitur: *Oculus meus deprædatus est animam meam.*

Iob 31. Gloss.

Thren. 3.

Bernardus ad Euam: Quid tuam mortem tam intentè intueris? Quid illò tam crebrò vagantia lumina iacis? Quid spectare libet, quod manducare non licet? Oculos, inquis, tendo, non manum: non est interdictum, ne videam; sed ne comedam. Hoc etsi culpa non est; culpæ tamen indicium est: te enim intentã ad aliud, latéter interim in cor tuum serpens illabitur, blandè alloquitur, blanditiis rationem, mendaciis timorem compescit. *Nequaquam*, inquiens, *morieris.* Auget curam, dum incitat gulam: acuit curiositatem, dum suggerit cupiditatem. Offert tandem prohibitum, & aufert concessum: porrigit pomum, & subripit paradisum: haurit virus peritura, & perituros paritura. *Oculus meus deprædatus est animam meam.*

Ber. de grad. humil. gr. 1.

Pepigi fœdus, &c. Hieron. Vt cogitationes cordis castè seruare posset, fœdus cum oculis pepigit, ne priùs incautè aspiceret, quod postmodum inuitus amaret.

Hieron. in c. 3. Thren.

Oculi à Lucano, prima amoris via, dicti sunt; à Platone amoris principium; à Dionysio amoris ducesà Philostrato sedes amoris. In oculis prima pugnæ præludia, inquit Clemens Alex.

In Num. iussit Deus apponi in fine vestis quasdam hyacinthinas vittas: *Vt recordarentur mandatorum Dei; ne sequerentur cogitationes suas, & oculos, per res varias fornicantes.* Sept. *In quibus fornicamini post eos.*

Num. 15. Sept.

Hinc Petrus vocat quorundam oculos *plenos adulterij*: vel iuxta alios *plenos adultera*, hoc est, in quibus adulteræ forma tota est: oculos enim conieccerunt in adulteram, quæ tota in oculis est, & quam veluti oculis bibunt.

2. Pet. 2. Alij.

Iniecit domina sua oculos suos in Ioseph. Adulteræ est, oculos in aliquem inijcere.

Gen. 39.

Schon Rex Amorrhæorum obstitit filiis Israël in ingressu terræ promissæ. *Sehon*, Hebr. *tentatio lacessens*, vel *tentatio oculorum. Amorrhai, rebelles*: ex oculis non custoditis tot rebelliones, & impedimenta itineris in terram promissionis, &c.

Iosue 12. Hebr.

Diligenti ergo custodia claudendi sunt oculi. *Pepigi fœdus.* Caiet. hoc est, deliberato, fixo, & immobili proposito, ad instar pangentis fœdus, quod inuiolabile debet esse, oculos in mulierem haud leuare decreui, &c. Chrysost. legit: *Legem posui oculis meis.* Symm. *Testamentum*, vltimam voluntatem posui oculis meis: q. d. clausos, vt mortuus, tenebo.

Iob 31. Caiet.

Chrys. hom. 14. Symmac.

Videntes filij Dei filias hominũ, quòd essent pulchra. Hieron.

Gen. 6.

Hieron. Eccl. 9. Hieron. *quòd essent bonæ*, &c. Quid cùm vident A filij Diaboli filias Belial? *Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt* (coram Deo, & hominibus. Sic Hugo Carensis.)

Eccl. 41. *Erubescite à respectu* (actiuè, & passiuè, si respiciatis, & si respiciamini) *mulieris fornicariæ*. Idque rum ob periculum; quia non licet intueri, quod non licet concupiscere, vt inquit Gregor. tum, quia talis intuitus signum est impudicitiæ.

Ierem. 1. *Ollam succensam ego video*. dicere potes, dum mulierem vides: *Et faciem eius à facie Aquilonis*, à quo panditur omne malum.

Gen. 3. Oleast. Vt excitat concupiscentiam oculus! *Vidit mulier, quòd esset bonum ad vescendum*. Genes. 3. Vbi Oleaster. Nunquam gustauerat, aut senserat; vnde B ergo nouerat fructum bonum ad vescendum? vnde suauem? Oculus, nimirum, subinfert imaginationi consensum, vt sentire videnti videatur, gustare videatur, &c.

Matth. 18. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum*, &c. *Si manus tua*, &c. Hæc membra non materiali, sed spirituali gladio abscindi debent, non eis vtendo.

B. Thom. de Vil. B. Thom. de Vil. Claode oculum, & eruisti: cohibe manum tuam à rapina, & scidisti: auerte pedem tuum à via mala, & proiecisti, &c.

Palladius in Lausiac. hist. 43. Vt benè id nouerat discipulus ille Antonij, qui accersitus à sorore ægrotante, ac dicente, si ipsum solùm vidisset, tam sibi gratum fore, vt inde posset conualescere: ire tamen omninò recusauit. C Mox tamen, Abbate iubente, profectus; sed sororis cubiculum, clausis oculis alterius ductu ingressus, se quidem illi videndum præbuit; sed illam ipse non vidit, nec ab ea cognitus, abiuit. Cúmque rursum, vt veniret, inuitaretur: Et fui tecum, inquit, & vidisti me.

Sen. Sulpit. Dial. 2. c. 15. Non minori virtute prædita virgo illa, de qua in Vita D. Martini. Illud, Sulpici, meminisse te credo, quo affectu nobis, cùm & tu coram adesses, illam virginem S. Martinus prædicaret, quæ ita se penitùs ab omnium virorum oculis remouisset, vt ne ipsum quidem ad se Martinum, cùm eam ille officij causâ visitare vellet, admiserit. Nam, cùm prope agellum illius præteriret, (in quo se D ante complures annos pudica cohibebat;) audita fide illius, atque virtute diuertit, vt tam illustris meriti puellam religioso officio Episcopus honoraret. Nos consequentes, gauisuram illam virginem putabamus: siquidem hoc in testimonium virtutis suæ habituram, ad quam tanti nominis Sacerdos, deposito propositi rigore, venisset. Verùm „ ipsa fortissimi vincula propositi, ne Martini qui„ dem contemplatione, laxauit. Ita Vir beatus, acce„ pta per illam fœminam excusatione laudabili, ab „ illius foribus, quæ videndam se, salutandámque „ non dederat, lætus abscessit.

Virgo quædã adeò virorũ aspectus vitabat, vt nec etiam à S. Martino videri vellet.

O virginem gloriosam, quæ ne à Martino qui- E dem passa est, se videri! O Martinum beatum, qui illam repulsam, non ad contumeliam suam duxit; sed magnificans illius cum exultatione virtutem, inusitatum in his duntaxat regionibus gaudebat exemplum! Ergo, cùm haud longè ab illa villula nos manere nox imminens coëgisset, xenium beato Viro eadem illa virgo transmisit; fecitque Martinus, quod antea non fecerat: nullius enim ille nũquam xenium, nullius munus accepit: nihil ex his, quæ virgo venerabilis miserat refutauit, dicens: Benedictionem illius à Sacerdote minimè respuendam, quæ esset multis Sacerdoti„ bus præferenda. Audiant, quæso, virgines, (subdit „ Seuerus,) exemplum istud, vt fores suas, si eas mali obire voluerint, etiam bonis claudant; & ne ad se „ improbis liber sit accessus, non vereantur etiam „ excludere Sacerdotes. Totus hoc mundus audiat: „ videri se à Martino virgo non passa est.

Eccl. 42. Hug. Card. *Omni homini noli intendere in specie. Omni homini*. Hugo Card. fœminæ, vel mari, *noli intendere*, id est, fixe intueri, *in specie*, id est, propter speciem.

Ezech. 20. D. Hier. *Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiiciat, & in idolis Ægypti nolite pollui*. Vbi Hieron. Nobis de Ægypto exeuntibus præcipitur, vt offensiones oculorum nostrorum abiiciamus, ne ea, quæ olim oblectabant nos, modò capiant, spectacula, theatra, & quicquid animæ contaminant puritatem.

Hug. Gratianop. apud Sur. Quàm malum oculos figere in oculos alienos? Hugo Gratianopol. Episcopus apud Surium dicebat, non à mulierum tantùm, sed à virorum quoque vultibus religiosæ mentis auertendum intuitum; asserens, quòd experientia sua potest quisque conijcere, per communionem humanæ mutabilitatis, atque compassionem, fieri, vt affectiones conspecti frequenter ad conspicientem inæstimabili velocitate pertranseant; & verbi gratia, de irato iratus, & de tristi tristis, & de lasciuiente fiat lasciuiens; quas passiones satis esse habere quenquam proprias, non in se transcribere taliter alienas, &c. Quid igitur damni patietur, qui figet oculos in oculos *plenos adulterij, & incessabilis delicti*, vt dicit Petrus. 2. Pet. 2.

Oculus, præsertim mulieris, est quasi manus in corde seminans semen malarum cogitationum: vel potiùs, intuitus ille semen est, quod in oculis satum, germinat in corde, & erumpit in opus. Quàm meritò igitur necessarium est fœdus cum oculis? quàm pernecessaria custodia? &c. Idem de reliquis sensibus, &c.

D. Aug. relatus in cap. *Nec solo*. 32. q. 5. D. August. Nec solo, inquit, affectu, & tactu; sed aspectu quoque appetitur, & appetit concupiscentia fœminarum. Nec dicatis, vos animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus, impudici cordis est nuncius: & cùm se sibi inuicem, tacente lingua, conspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundùm concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore; etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus.

Aul. Gell. noct. Attic. l. 6. cap. 8. Alexander ille Magnus apud Aulum Gellium, victi hostis vxorem, facie inclyta mulierem, venire in conspectum suum deduci: vt eam, inquit Gellius, ne oculis suis quidem contingeret. Idem Darij Regis vxorem, eandémque eiusdem sororem, prælio magno captam, quam esse audiebat exuperanti forma, videre noluit, perducíque ad se se prohibuit.

Galat. 3. Hier. ibid. D. Thom. ib. Mulier, crede mihi, oculis fascinat. Hieron. ad illud, *Quis vos fascinauit?* Dicitur, inquit, fascinum propriè infantibus nocere, & ætati paruulæ, & his, qui firmo necdum vestigio figunt gradum. D. Thomas ibidem, ex Auicenna. Vetulæ visu virenti, & aspectu inuido fascinant pueros, qui ex hoc infirmantur, & euomunt cibum. Quicquid sit de fascino, de quo & hi dubitant Patres; quàm verum, quasdam mulieres, nedum iuuenes, viros ipsos, & annosos oculis fascinare, ac veloci ebibere, vnde miseri languent! Vrit, vrit videndo fœmina, præsertim iouenis. Heu! nescio, quis tenetos oculus mihi fascinat agnos. Erat iuuenis ille piuguis spiritu, gratiæ veluti succi plenus: infirmatur, languet, Sacramenta reiicit. Vnde? Mulieris est oculo fascinatus.

Vt Bern. curiositatē oculis castigauit.

Vt pertimuit Bernardus, ne mulieris oculo fascinaretur! Quadam vice, dum curiosiùs aspiciendo defixos in quadam fœmina oculos aliquandiu tenuisset, continuò ad se reuersus, & de se ipso erubescens, apud semetipsum in se ipsum vltor seuerissimus extitit: stagno quippe gelidarum aquarum (quod in proximo erat) collo tenus insiliens, tam diu inibi permansit, donec penè exanguis effectus, per virtutem gratiæ cooperantis etiam à calore carnis concupiscentiæ totus refriguit, induens illius castitatis affectum, quem induerat, qui dicebat: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne quidem cogitarem de virgine.* Sic, sic, Fratres; oculi sunt abnegandi, ne quid curiosiùs audeant intueri; néve Deus districtè puniat, quod nos nihil esse putamus.

In Vita lib. 1. cap. 3.

Iob 31.

B

Flor. Harle. l. 1. c. 15.

Soror S. Damiani pœnis Purgatorij cruciatur, quòd solùm vocibus chorizantiū aures admouisset.

Legitur, quòd soror Sancti Damiani apparuit ei post obitum, & dixit, se esse in maximis pœnis. Et ipse Sanctus Damianus quæsiuit, quam ob causam in tantis esset pœnis, cùm tamen sanctæ vitæ fuisset? Respondit, hanc esse causam, quòd semel stetisset in camera sua, & audiuisset in platea cantus chorizantium cum aliquali dulcedine! Et quia de hoc in præsenti vita non egisset pœnitentiam, per quindecim dies deberet puniri in Purgatorio. Quid, si non audisset solùm; sed etiam è fenestra ludentes, ac lasciuè intuentes aspexisset? &c.

August.

Claude, claude oculos, & claudes Infernum, multóque magis Purgatorium) August.

C

Sed in huius Puncti calce, ad oculorum, totiúsque oris modestiam tuendam, libeat castissimi iuuenis recens, nostrique æui viuum exemplar in medium afferre. Nuper è sanctissima Societate Iesu Ioannes Berchmans, Flandro-Belga, tum virtutum omnium præstantia, ac perfectione; tum oculorum præsertim custodia, ac abnegatione insigniter emicuit. Oculos (veluti scribunt Ceparius, & Hermanus in Vita) adeò in officio tenebat, ac tale cum eis pepigerat fœdus, vt nunquam è terra eos attolleret, nisi ratione, aut necessitate cogeretur. Ea re nunquam, nisi in principio, ad internoscendum, eos aspiciebat, quibuscum loquebatur.

Ioannes Berchmans annos natus 22. obiit Romæ 1621.

Ceparius, & Herman. in Vita.

Ad Magistri cubiculum quoties itabat, quòd iam nosset, quem conuenturus erat, nunquam nisi deiectis ad terram oculis, accedebat.

D

A natura comparatum est subitis, nouisque in casibus eò oculos cōuerti, vnde strepitus exauditur: at Ioannes ne tum quidem commouebat se se. Affirmant quin etiam plures iuuenum externorum, qui scholas cum eo frequentarunt, dedita opera sæpiùs diuersa se gymnasij parte sonitum esse machinatos, vt in eam partem oculos eius aduocarent; nec id tamen vnquam euenisse.

Scripto expresserat aspectum mulierum instar basilisci euitandum: nec earum modò, sed & virorum intuitum domi, forísque interdixerat sibi, támque depressos continenter gerebat oculos, vt ne ij quidem, qui quotidie familiariter eo vtebantur, cuius demum coloris eius oculi essent, (quòd nunquàm eos videre licuisset,) indicare possent. Et plures retulerunt, sæpiùs in illum, & diu fuisse intuitos, eo studio, vt quales haberet oculos, obseruarent; nec potuisse deprehendere, cùm oculos eo temporis spatio non sustulisset. Rogatus quondam à cubiculi sui contubernali, vt quid faceret, animo semper ad se reuocando, segregandóque à mor-
» talibus rebus, respondit: Præsentissimum reme-
» dium, fida cordis custodia, (quæ cùm obtineri non
» possit, nisi frænati sint oculi,) oculorum insuper
» perpetua in potestate retentio.

Speranza Scriptura selecta.

A

Atque hos subigebat non solùm auocando ab aspectu hominum; sed ab intuitu etiam rerum omnium exquisitarum, quò pascere eorum curiositatem dedignabatur.

Hinc nunquam adduci potuit, vt hortos, vineásque, quæ Romæ in admiratione sunt, vllásve res alias inspectum iret: ne solennes quidem illas equitationes, quibus crebrò Romæ Cardinalium, Principum, Legatorúmve aduentus insigni pompa excipiuntur, in quas si fortè ex itinere incidisset, præteribat oculis in solum defixis.

Nunquam à sodalibus persuaderi potuit, vt vel ad spectandas cæremonias, quæ Romæ Pontifici Maximo recèns creato in D. Petri Basilica adhibentur, vel ad spectacula vlla videnda prodiret: acquiescere se dicebat vnâ visâ Supplicatione, quia Pontifex circumtulerat sanctissimam Eucharistiam. Tanta erat despicientia rerum externarum.

Post mortem hanc inter cæteras schedam sua manu scriptam reliquit. Modestia virtus est, quæ »
motus omnes animi, corporísque cum honestate, »
& decētia moderatur. Eius virtutis actiones conti- »
nentur Regulis à B. P. Ignatio de modestia scriptis. »
Incitamenta, quæ ad eius obseruationem inuitant »
ista sunt. Primum, imitari modestiam, verecun- »
diámque B. Virginis, quæ iis virtutibus excede- »
bat, vt eâ conspectâ, dixerit Dionysius Areopagi- »
ta, quòd nisi aliter per fidem esset edoctus, pro Dea »
illam fuisset veneraturus. Secūdum, Sanctus Igna- »
tius multis lacrymis, quæ de modestia reliquit præ- »
cepta, septies irrigauit. Tertium, immodestus in- »
iuriam facit passioni Christi, qui nostram, scilicet, »
immodestiam membrorum suorum omnium cru- »
ciatibus expiauit. Quartū, immodestus Matris no- »
stræ Societatis, cui nos cordi adeò sumus, pudorem »
onerat, lætitiam corrumpit, formâmque cōmacu- »
lat. Quintum, Dei vndequaque præsentia modestos »
continere nos debet. Sextum, modestia singularem »
quādam gloriam singulis membris nostris cōcilia- »
mus. Septimum, Sancta Thecla sententiam capitis »
expectans, nunquā oculos attollere voluit, præ mo- »
destia, verita circunstantes intueri. Octauum, Reli- »
giosus quidam coactus vado flumen transmittere, »
dum pedes nudare præ verecundia trepidat, prodi- »
giosè in alteram se ripam transportatum sensit, &c. »

His præsidiis, atque artibus Ioannes ad summam modestiæ excellentiam, oculorúmque imperium nitebatur. Nec minore studio reliquorum membrorum dominatum, gestuum, vestitúsque decentiam omni loco, ac temporum occasione procurabat; nihil vt sit mirum, adeò modestiam eius omnibus fuisse admirationi, tantísque à virtute illa fuisse laudibus commendatum.

De abnegatione auditus.

PVNCTVM CXV.

E

AVditum præsertim abnegat, qui murmurationes non excipit; qui sepit aurem suam spinis, ne linguas detrahentes audiat. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui loquitur, &c. & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.* Hier. ex Hebr. *Et opprobrium non sustinuit aduersus proximos suos.*

Psal. 14.

Hieron. ex Hebr.

Prou. 4.

Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. quia, scilicet, detractio pestis est, quæ eos, qui propè sunt, facilè inficit. Sic in Exodo

Exod. 5. Hebr. Psal. 1. Hieron. Psal. 90. Hebr.

A *Ne fortè accidat nobis pestis.* Aliqui ex Hebr. *Ne fortè accidat nobis lingua.* quasi ea sit pestis inficiens. *In cathedra pestilentiæ.* Hieron. *In cathedra irrisorum. Ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.* Hebr. *Et à peste celeriter necante.* O quàm inficit, & quàm celeriter! nulla etenim pestis grassatur magis.

Psal. 72.

Nec in eos solùm, qui propè sunt; sed etiam in eos, qui procul. *Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorum transiuit in terra,* &c.

Isai. 6. Hebr. Psal. 54.

Detractio peccatum est sine lege, dicit id Isaias, aut meliùs dicam, dixit Angelus ad Isaiã quondam aulicum: *Et peccatum tuum mundabitur.* Hebr. *Et peccatum tuum sine lege mundabitur.* Cur, quæso, murmuratio sic dicta est? Quòd legẽ vllam B non seruat; non parcit inimicis, nec amicis, nec operibus malis, nec bonis, nec sæcularibus, nec regularibus, nec superioribus. *Sine lege.*

Nonnulli amici detrahebãt ipsi Dauid, vnde dolebat: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Tu verò homo vnanimis,* &c. non parcit amicis. Nec operibus bonis; detractor enim tam bonis quàm malis operibus detrahit. *Tota die exprobabant mihi,* &c. Quid? homicidium? adulterium? Nequaquam: sed, *quia cinerem, tanquã panem, manducabam,* quia pœnitentiam agebam, de pœnitentia murmurabant. *Peccatum sine lege,* quod nec cæli, nec terræ parcit.

Psal. 75. Chald. Alij.

Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum transiuit in terra. Chald. *Posuerunt in Sanctos cælorum os suum, & lingua eorum vssit Sanctos terræ.* C Vnde Dauid: *Tota die contristatus ingrediebar.* Alij: *Denigratus, atratus ingrediebar,* peccatum sine lege.

Psal. 13.

Hac de causa detractores assimilantur sepulchro *Sepulcrum patens est guttur eorum.* Sepulchrum patens ad cadauera inhiat, omniaque indistinctè recipit. Væ his, qui huiusmodi sepulcris sepeliuntur. Sunt quædam sepulcra, intra quæ vel mortuus quisquis intrat, rediuiuus egreditur.

4. Reg. 23.

In sepulcro Elisei positus quondam mortuus, mox viuus egressus est. Talia sunt sepulcra iustorum, in quorum ore vel mortui, quasi vitam acquirunt: taliter enim loquuntur, vel de peccatoribus, vt eos quodammodo honoris vita animare videantur. Alia verò sunt sepulcra, in quæ vel viuus, D iustus, scilicet, ingrediens, statim moritur.

Ierem. 5.

De his Propheta: *Pharetra eius quasi sepulcrum patens.* Quæ comparatio hæc? Ad litteram: Adeò infectas veneno sagittas iaculabantur, vt tactus sagitta, mox mox ad sepulcrum deducendus esset. Talis omninò est lingua detrahentis: tactus enim murmurationis sagittâ mox in sepulcrum subinfertur infamiæ, ac mortui, sepultique nominis.

Leu. 19.

Qui tetigerit sepulcrum, immundus erit septem diebus. Numerus septenarius, numerus æternitatis. O quàm verum! qui tangit, aut qui tangitur ab his sepulcris, semper remanet immundus.

Sepulcrum patens. Oportet hoc esse tempore pestis, quo tempore maximè patent ob mortuorum frequentiam. Verè ora murmurantium sunt tempore pestis sepulcra patentia, ad semper detrahendum, & in se quemlibet claudendum. Sunt quidam, qui non omnibus; sed inimico detrahunt; hi sepulcra sunt clausa: sed aliqui de omnibus murmurant, sepulcra patentia. Conceptus est Origen.

Origen.

Clausa sepulcra dicuntur ij, quos aliquantulum pudor prohibet proferre ad publicum crimina: patens verò ij, qui impuritates in propatulo habent; quibus vsus scelerum, quod est ex malis vltimum, verecundiam sustulit, vt proferant verbum Diaboli.

Ex sepulcris ossa arida extrahuntur. Sic intrat ille indutus virtutibus, exit in hominum opinione omninò exutus. *Sepulcrum patens est guttur eorum.*

Hieron.

Hæc sepulcra in mentem reducunt quosdam canes de quibus meminit Hier. quòd cadaueribus edendis sint assueti, qui propterea canes sepulcrales dicti sunt. His persimiles sunt detractores, quin his multò peiores; quippe qui murmurationis dente viuos, nedum mortuos lacerant.

Psal. 51.

Quantum malum efficit lingua mordax? Dixit quodam in loco Dauid; sed Interpretes non posse satis explicare videntur. *Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa.* Verè præcipitium est lingua maledicorum, à quibus honor, & clara notitia cum laude præcipitatur. Inquit Iacobus: *Lingua inflammat rotam natiuitatis nostræ.* Syriac. *Series genealogiarum nostrarum.* Ille natus est ex tali, qui fuit, &c. præcipitat. Erat ille in vertice dignitatis, honoris; lingua eum præcipitat. Mulier illa summa erat in æstimatione in corde mariti; lingua eam ab eo amore præcipitat. *Verba præcipitationis.* D. Hieron. *Verba ad deuorandum.* Alij. *Verba perditionis, corruptionis, absorptionis, glutionis, demersionis, voraginis, depressionis, oppressionis, dissipationis, absconsionis, perniciei.* Hæc omnia infert effrænata lingua, &c.

Iacob. 3. Syriac. D. Hieron. Alij apud Lorinum.

Psal. 49. Græc. Agell.

C *Os tuum abundauit malitia.* Græc. *In ore tuo creuit malitia. Et lingua tua concinnabat dolos.* Agell. *Et lingua tua ad instar radij textoris.* Sunt quatuor, aut quinque vituperantes, & commorantes in circuitu: ille filum ponit, alius aliud: sic telam inextricabilem murmurationis texunt. Hebr. *Os tuum laxasti ad malum,* hoc est, linguæ fræna laxasti. Sed notandum est illud: *Creuit malitia.* O quàm verum & illud: *Concinnabat dolos,* quod est aptè componere, & ornare dolos, vt hi faciunt, qui suam detractionem perpoliunt, & exornant, vt magis detrahant, ac vituperent.

Hebr.

Num. 13. Lyr. ibid.

Exploratores illi vt priùs benè loquuti sunt de terra promissionis! *Venimus,* inquiunt, *ad terram, ad quam misisti nos, quæ reuerà fluit lacte, & melle;* D *sed deuorat habitatores suos.* O pessimum detrahendi genus! ô detractionem conciunatam. Vbi Lyranus pessimam detractorum naturam obseruat, qui vel bonum sumunt in deterius. Dominus plerosque terræ illius occidit, quæ filij Israël faciliùs ingrederentur: at illi de hoc murmurabant: *Terra deuorat habitatores suos.*

Prou. 4. Sept.

De his Salomon in Prouer. *Remoue à te os prauum.* Sept. *Remoue à te os obliquum.*

Videntur os rectum habere: sed, ô quàm obliquum habent?

Psal. 119. D. Hier. ex Hebr.

Comparat Propheta murmuratores carbonibus: quia aut comburunt, aut inficiunt: *Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatoriis.* D. Hier. loco, *desolatoriis,* ex Hebr. legit, *cum carbonibus iuniperorum,* & subdit, Ferunt, iuniperum ignem multo E tempore conseruare; ita vt si prunæ eius cinere contectæ fuerint, in annum perdurent. Seruabit ille per annum opertum murmurationis ignem sub cineribus iam demortui; & tamen educet, &c.

Psal. 35. D. Ambr. Psal. 63. Chald. Psal. 34.

Sed, qui alteri detrahit, sibi nocet. *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso.* D. Ambros. legit: *Vt delinquat sibi.* Alibi: *Infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.* Chald. *Offenderunt seipsos lingua sua.* Sic, *Cùm mihi molesti essent, induebar cilicio.* De

His

Isid. Clar. D. Hieron. Zach. 1. his ibi: *Conuersi sunt in arcum prauum.* Vbi Hier. A Arcus prauus est, qui dum contra inimicos sagittas putatur iacere, sauciat tenentem. Item, *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Hebr. Hebr.Græc.& Chald. Vatab. *Tangit pupillam oculi sui.* & Vatab. *Sibi ipsi nocet.* Num. 12. Sept. 12. *Et non liberabit maledictum, seu maledicum à labiis tuis.* Quid? Ab alienis, an suis? A suis: nam, dum alteri detrahit, tibi nocet.

Orig. ibid. Quin ex obseruatione Orig. sibi nocet, & aliis prodest. Dicit id pulchrè Origen. ad illa verba: *At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est.* Numquam, inquit, inuenimus Dominum tantùm laudasse Moysem, quantùm nunc, cùm detrahitur. Vide, quid sibi pœnæ obtrectantes contulerunt? quid illi laudis? Sibi turpitudi- B nem, illi splendorem; sibi lepram, illi gloriam.

Quo loco notanda est detrahentium proprietas, qui, si quid tenebrarum vident, illic oculum figunt. Habebat Moyses mille splendores; hi ocu- Psal. 10. Hebr. lum in eam Æthiopissam defigunt. *Vt sagittent in obscuro rectos corde.* Heb. *Vt sagittent in obscura Luna.* Vt luminare, vt oculus mundi est Luna! Sed habet quasdam, aut vmbras, aut densitates: in has oculus fertur. Superior est horologium in monte, Num. 12. deordinationem vel minimam omnes notant.

Sed obseruandum, quantùm indignetur Deus in eos, qui de Superioribus obloquuntur: *Quare,* inquit Dominus, *non timuistis detrahere seruo meo Moysi? Iratusque contra eos abiit; nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculum.* Duo hîc fecit Dominus ad instar valdè irati, & excandescentis: abiit, & nubem quoque secum adduxit. Quò, Domine? Vt reducam eam grauidam sagittis, quibus hi sagittentur, qui in obscura Luna sagittent.

1. Reg 24. D. Greg. 3. p. Past. 1. 5. Facta Præpositorum, inquit Greg. oris gladio ferienda non sunt? etiam cùm rectè reprehendenda videntur *Surrexit David, & præcidit oram chlamydis Saul silenter.* Vbi Greg. Quid per Saül, nisi Rectores? quid per Dauid, nisi subditi significantur? O quàm in hoc similes Dauid, quid si vereantur mittere manum in Christum Domini, nec volunt occidere; libenter tamen oram chlamydis præcidunt, hoc est, honoris vestem, si non lacerant, diminuunt.

Sed *post hæc percussit David cor suum, eò quòd abscidisset oram chlamydis Saül.* Et subditi tales, addit Greg. ad semetipsum redeunt, séque de tenuissima Exod. 22. laceratione reprehendunt.

Exod. 21. Emunctoria candelabri aurei ex auro putissimo.

Psal. 104. *Diis non detrahes, & populi tui Principi non maledices.* Et, *Nolite tangere Christos meos: & in Prophetis meis nolite malignari.*

Exod. 16. *Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israël contra Moysem, & Aaron: Vtinam mortui essemus in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate!* Frequens quasi Orig. ibid. vbique murmuratio de ollis carnium, & de pane recenti in saturitate. Vbi Origen. de animaduersione Domini contra tales disserens: Et nos, inquit, si non cessamus à querelis nostris, quas frequenter habemus aduersùs Rectores, simile offensionis incurremus exemplum.

Vbi prætereà notandum, quod suprà tetigimus, Num. 11. tunc solùm Moysem superioritatis sensisse onus, cùm populus de cibo murmurauit: *Sed & Moysi intoleranda res visa est, & ait ad Dominum: Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? Flent coram me, dicentes: Da nobis carnes, vt comedamus. Non possum sustinere hunc populum? quia grauis est mibi.*

Sed valdè timendum est, quod Moyses, & Aaron Exod. 16. dixerunt: *Audiuit Dominus murmur vestrum; nos verò quid sumus, quia mussitastis contra nos: nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.* Loqui non poterat in hac materia terminis magis propriis, quàm iis, quibus ad viuum gulosos detractores depingit. Flent quotidie coram Superiore, & eo absente, inter se mussitant: Panis hic non est recens. Vinum hoc non est dulce. Recordamur piscium, in mentem nobis veniunt pepones. *Verba præcipitationis.* Alij: *Verba gulositatis. Sed & Moysi intoleranda res visa est: Non possum sustinere hunc populum, quia grauis est mihi.* Thren. 3.

Miseri Superiores scopus sunt sagittarum linguarum. *Posuit me quasi signum ad sagittam.* dicere potest Superior. 2. Reg. 2.

Sed, *Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saül, & sepelistis* Gloss. *eum.* Vbi Gloss. per istos, qui sepeliunt Saül, significantur illi, qui cooperire student turpitudinem Superioris sui, non reuelare, vt fecit Cham: & hi benedicentur; sicut, qui contrà faciunt maledicentur.

Horribilis historia de eo contactu Arcæ: *Extendit Oza manum ad Arcam Dei: & percussit eum* 1. Reg. 6. *Dominus super temeritate,* &c. D. Greg. Arcam dicit, D. Greg. 5. Mor. 10. symbolum Superioris, qui ex condescensione, & compassione proximi inclinatur: sed Oza Leuites C manum reprehensionis contra Arcam extendit, dum subditus tumidè Superiorem corripit: nequaquam enim quis Sanctorum corrigere recta præsumeret, nisi de se priùs meliora sentiret. Vnde rectè *Oza* Leuites dicitur, quod *robustus Domini* in- Hebr. terpretatur: quia præsumptores, nisi robustos se in Domino crederent, non meliorum facta, vel dicta, velut infirma iudicarent.

Vt Superiores vti virga incipiunt, qua subditorum puluerem excutiant, mox cyniphes detractionis nascuntur. Sic mysticè Dominus ad Moysem, Exod. 8. & Aaron: *Percutite puluerem, & erumpant cyniphes, tam in omnibus, quàm in iumentis.* Vbi Ste- Stephan. D phanus: Cyniphes sunt sermones detractionis; virga, directio sermonis. Hac debet percuti puluis, id est, vita malorum reprehendi; & sic nascuntur cyniphes: quia dum impius acriter reprehenditur, vel occultè tibi detrahit, vel in aperto contumeliam facit. Sed, quid est, quòd cyniphes, dum puluis percutitur, non solùm in iumentis; sed etiam in hominibus nascentur; nisi, quia ad excussionem pulueris ipsi iam penè spirituales murmurant?

O vitium diabolicum! Ita est, Fratres mei, de- Psal. 40. Hieron. tractio, vitium diabolicum est. *Verbum iniquum* 1. Tim. 3. *constituerunt aduersum me.* Hieron. *Verbum Diaboli* Græc. *constituerunt aduersum me.* Sic Apost. *Mulieres non* Gen. 37. *detrahentes,* Græc. *non diabolicas.* Lingua inflammata à gehenna. Heu lingua Inferni! quid ampliùs E dici potest? Audistíne linguam Paradisi? Quænam ea est? Quæ benedicit, quæ Seraphinorum quasi æmulatrix, à Paradiso dicitur inflammata. At quæ nostra? Inflammata dicitur à gehenna, quæ detrahit. O vitium! ô vitium!

Vitium tale est, vt in Scriptura dicatur pessi- Gen. 37. mum: *Accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo.* Quid hoc sit, laborant Interpretes: pro- Hebr. priè ex Heb. *De obloquutione,* seu *infamia rumore accepta, & perlata.* Murmurabant itaque illi; & Scriptura murmurationem, crimen pessimum appellat.

O quàm pessimum! Hinc Euangelistæ inter

murmurationem, & Christi crucifixionem non distinguunt. Quidam Euangelista ait, (conceptus est D. August.) hora sexta crucifixerunt Dominum: & quidam, hora tertia. Si non intelligamus, perturbamur. Conciliat August. Alter loquitur de crucifixione clamorum; alter verò de crucifixione linguarum. Et vos, ô Iudæi, qui occidistis, vnde occidistis? Gladio linguæ: acuistis enim linguas vestras: & quando percussistis, nisi quando clamastis, crucifige? Ah pessimum, & impiissimum simul detractionis vitium! Benè Dauid nouerat damna, quæ hoc vitium infert, dum clamabat: *Deus, laudem meam ne tacueris.* Quid? à Deo laudari vis, quem omnes creaturæ collaudant? Sic: *quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.* q. d. Si Deus ipse non me laudat, de bono nomine actum est.

D. August. Psal. 63.

Psal. 108.

Aulicorum præsertim id vitium est. *Venit muscagrauissima,* (quæ semper putrem partem requirit) *in domo Pharaonis, & seruorum eius, & (inde) in omnem terram Ægypti, corruptáque est terra ab huiusmodi muscis.*

Exod. 8.

In terra Sennaar (fœtore dentium) *confusa sunt lingua eorum. Sermo eorum, vt cancer serpit.*

Gen. 11. 2. Tim. 2.

Quid, quòd etiam qui spiritum profitentur, quandoque murmurant? *Seruierunt filij Israël Eglon,* (quod est solenne murmur,) *Regi Moab.*

Iudic. 3. Hebr. Eccli. 28.

Sepi ergo *aurem tuam spinis.* Vtinam & linguam, subdit Ambrof. O quàm necessaria est, Fratres, custodia linguæ! ô quàm orandus est Deus, vt auferat ranas à nobis, spiritum loquacitatis!

Ambrof.

Os impiorum redundat malis. Chald. *Eructat.* Alij: *Euomit mala.* Dicta metaphora à violentis, & à fluuiis, qui ex alluuione excrescunt, & aluei fines superantes, agros latè inundant. Sic Iansenius.

Prouerb. 15. Chald. Alij. Iansen.

De his similiter: *In ore stultorum cor eorum.* Quid? cor habent in ore? Sie, ait Hilar. Quia nihil ex rationis consilio tractantes, & cordis meditatione pendentes, temeratio tantùm motu linguæ inconsultè responsiones fortuitas, & inconditas eloquuntur: atque adeò in ore stultorum cor eorum est; quia non quod cogitauerint, loquuntur; sed quod loquuti fuerint, cogitabunt.

D. Hilar. in Psal. 51.

Hinc Apost. Iacobus: *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens etiam fræno circumducere totum corpus.* Quo loco nomine corporis omnia vitia intelligenda sunt, quæ sunt velut membra corporis peccati. Sic Chrys. Hier. & Thomas. Caiet. autem legens: *Circumducere totum corpus actionum suarum, tanquam fræno.* docet ex moderamine linguæ totum hominem moderari.

Iac. 3.

Chrys. Hieron. D. Thomas. Caiet.

Quòd quàm difficile sit, dicit S. Iacobus: *Omnis natura bestiarum, & volucrum, & serpentium, & cæterorum,* vel iuxta alios, *cetorum,* aut *marinorum* (indisciplinabilium) *domantur, & domita sunt, linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum.* Alij, *Incoercibile malum.*

Iac. 3.

Alij.

Vatabl.

Sed obseruandum est, quod obseruat August. non dixisse Apost. linguam nullus domata potest; sed, *nullus hominum*: vt cùm domatur Dei misericordia, Dei adiutorio, Dei gratia fieri fateamur.

D. August de nat. & grat. c. 15.

Quod Dei auxilium Dauid flagitabat: *Pone, Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.* Vbi notandum illud, *ostium circumstantiæ,* loci, nimirum, temporis, personæ, &c. q. d. Da mihi, Domine, vt non nisi cum his circumstantiis os meum aperiam: ne thesaurum cordis, ac virtutum aperto ore deperdam, inquit Ambrof. & Chrys. Quod Pharisæo illi contigisse affirmant, qui dum ori suo fores non apposuit, paucis verbis, quæ intus erant, perdidit, &c.

Psal. 140.

Ambrof. Chrys.

Tenendus est modus vel in verbis bonis? *Et filui à bonis.* Dorotheus doc. 14. de compunctione, petita similitudine à clibano, qui aperto ostio breui calorem exhalat, ostendit, eum, qui non nouit os suum claudere, spiritum enaporare: quod eleganter quidam in tetrastieho:

Doroth.

Vtque suum sensim perdunt hypocausta calorem,
Ni studeas clausas semper habere fores.
Sic quoque, quàm par sit, si sapiùs ora recludas,
Paulatim è medio pectore feruor abit.

Hinc Ambrof. ad illud Prou. *Labia sapientis alligata sunt intellectu.* Cùm vides, inquit, dentibus protectis sapientem tacere, dic: Ligauit iste intellectu labia sua.

Prouerb. 5.

Quam labiorum alligationem fortori suadebat Bernardus: Alliga, moneo, sermonem tuum, ne luxuriet: sit restrictior, & ripis ipsis coërceatur: citò lutum colligit amnis exundans.

D. Bernard. L. de ord. vitæ.

Ob id Dauid: *Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator aduersum me.* Alij: *Seruabo os meum capistro, dum fuerit impius coram me.* Hieron. declarat, quodnam capistrum hoc sit. *Custodiam,* inquit, *os meum silentio. Pone, Domine, custodiam ori meo.* Alij: *Pone, Domine, obseruationem super ostium labiorum meorum*; vt vel à longe intrantes mentis conceptiones ad statetam rationis priùs, quàm ad linguam, veniant. Alij: *Custodi, Deus, ostium labiorum meorum.* q. d. Fac tumet ipse Deus, sis linguæ custos: quia Domini est gubernare linguam. Adhue Alij: *Custodi eleuationem labiorum meorum,* quia, si semel eleuentur, *linguam nostram magnificabimus. Labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est?* &c. Actum est. Eaptoptet Hieronymus transfert: *Serua, Domine, paupertatem labiorum meorum.* Ex Titelm. hoc est, vt sim parcus in verbis, ne deficiam in circunstantiis, vbi, quando, coram quo, &c.

Psal. 38. Alij. Hieron. Psal. 140.

Alij.

D. Hieron.

Titel. ibid.

Pone, Domine, custodiam ori meo: & ostium circumstantiæ labiis meis. Metaphora petita à censoribus, seu portarum exactoribus, qui quaslibet intrantes merces perquirunt, trutinant, in libro adnotant: vt, nimirum, vectigalium rationem reddant. *Pone* ergo, *Domine, custodiam,* quin *obseruationem, super ostium*: vt vel à longè conceptum verbum prospiciam, ac nouerim, an ad linguam veniat. Quinimò, *Custodi eleuationem* ipsam, ne vnum pro alio videat. Denique, *custodi tu, Deus, ostium labiorum meorum,* ne corrumpantur custodes, id est, ipsa tacendi proposita; ne speculatores, rationes prudentiæ seducantur, aut fallantur; quia nemini fido.

Quid mirum? *Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis.* Græcè, *congeries iniquitatis.* Oecumenius, *promptuarium iniquitatis.*

Iacob 3. Græcè. Oecumen.

Prohibe linguam tuam à malo. A quonam, ô Propheta? Ab omni. Basil. ibid. Iratus es? mox lingua occurrit. Concupiscentia teneris: habes & hîc linguam, &c. Praxis de ambitione. *Linguam nostram magnificabimus.* De auaritia, *Sicut nouacula acuta fecisti dolum.* Ab omni, ab omni.

Psal. 33. Basil. ibid.

Psal. 11.

In multiloquio non deerit peccatum. Chald. *In multitudine verborum non cessat peccatum.* Origen. legit: *Non cessabit peccatum,* id est, non intermittetur.

Prou. 10. Chald. Orig.

Optimum Ecclesiastici consilium: *Verbis tuis facito stateram.* Ad quæ verba Ambrof. Lingua tua menti subdita sit, ad mensuram sermones proferat libra examinatos iustitiæ, vt sit grauitas in sensu, in sermone

Eccl. 28. D. Ambr. l. 1. offic. c. 3.

sermone pondus, atque in verbis modus. Et ad illud, *Aurum, & argentum tuum alliga.* Argentum tuum, inquit, eloquium tuum, os quasi aurum, & argentum claudendum, ne furibus pateat; sed claue rationis aperiendum pro loco, & tempore.

Eccli. 22. Id quod Ecclesiasticus peroptabat: *Quis dabit labiis meis signaculum certum?* Proponunt aliqui seruare silentium, sed ex mentis leuitate incerti sunt, an idem sint seruaturi: nam mox loquuntur:

Hebr. *Quis dabit labiis meis signaculum certum?* inquit Ecclesiasticus: q. d. Quis mihi det, vt cùm statuo seruare silentium, certò idem sim seruaturus? Alij ex Heb. *Quis dabit labiis meis signaculum astutum?* Ducta est metaphora à quibusdam seris adeò artificiosis, vt qui artificium non nouit, reserare non possit. Optat ergo Ecclesiasticus labiis suis astutum signaculum, quod non ita, non superbia, non simulatio valeat aperire; sed sola ratio, ac prudentia, illud reserandi pro loco, & tempore copiam habeat & attem nouerit.

D. Hier. D. Hieron. epist. ad Celant. Diu, inquit, antè considera, quid loquendum sit: & adhuc tacens prouide, ne quid dixisse pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguæ officium animi libra dispenset:

Eccli. 28. vnde Scriptura dicit: *Verbis tuis facito stateram.* Si enim hoc facimus in auro, multò magis faciendum est in verbis, ve nihil desit, nihil redundet.

Prouer. 5. Ambros. *Fili, ne defluas.* Vbi Ambros. Quicunque est facilis in verbis, velut plenus timarum hac, atque illac effluens, interiora euacuat sua, & exterioribus passionibus inundatur.

Taciturnitas est consiliorum thesaurus: dictum vnius ex Sapientibus.

Iac. 1. Apost. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad loquendum.*

Exod. 4. Act. 7. Moyses in Exodo dicitur fuisse impeditioris, & tardioris linguæ. Sed, quomodo in Act. Apost. dicitur ex ore Stephani, *Potens in verbis*, id est, eloquens, iuxta Orig. expositionem. Autor Græcus

Origen. Auth. Græc. in Catena ait, Moysem fuisse tardum ad loquendum: quia ita se assuefecerat, vt tutiùs cautiùsque loqueretur: & hæc tarditas eloquentia dicta est.

Bernard. Bernard. sententia: Verba tua bis ad limam rationis veniant, antequàm semel ad linguam.

Psal. 11. Aug. ibid. D. August. ad ea verba: *Argentum igne examinatum purgatum septuplum*, ait, cum argentum eloquij septemplici dono Sancti Spiritus examinatum est, timore, scilicet, pietate, scientia, intellectu, fortitudine, consilio, sapientia, & eiusdem Spiritus igne purgatum; tunc perfectum est.

De abnegatione gustus, odoratus, & tactus.

PVNCTVM CXVI.

1. Cor. 6. D. Ansel. ibid. **E***Sca ventri, & venter escis: Deus autem, & hunc, & has destruet.* Notat Anselm. quòd immediatè Apost. postquàm loquutus est superfluitate escarum, consequenter venit ad fornicationem: *Corpus autem non fornicationi.* quia superfluitas escarum, ait D. Anselmus, mater libidinis est. Sic Apost.

Philip. 3. Rom. 13. *Quorum Deus venter est, & (mox) gloria in confusione*, id est, luxuria: sic, *non in cubilibus, & impudicitiis.*

In gignenda luxuria concurrunt hi sensus, gustus, odoratus, & tactus. *Date flores Moab.* Hebr. *De patre genito.* Muab enim ex patre, & filia natus est.

A Is floribus delectatur. Sic, qui flores applicabant ad nares, erat cum mulieribus Adonidem plangentibus. Plato in Sympusio: Amor inter flores habitat. Ezech. 8.

Sic, vt ex D. August. iam diximus, non dicatis mihi, quòd animum habeatis pudicum, si oculos habeatis impudicos: oculi immodesti non sunt casti. Idem vocabulum Græcum, *σωφροσύνη*, significat modestiam, sobrietatem, & castitatem. Sic Rom. 12. *Sapere ad sobrietatem. Sapere ad pudicitiam*, legit Hieron. *Oportet Episcopum sine crimine esse sobrium*, Græc. *Pudicum*, &c. Rom. 12. Hieron. ex Hebr.

Vitandæ omnes occasiones, & maximè vigilandum. *Stringes tunicam bysso.* Hebr. *Oculabis tunicam bysso.* Candidam castitatis vestem constringes tibi; ad quam custodiendam centum tibi oculi necessarij: quia hostis omnibus vtitur artibus, vt Regum baltheum dissoluat, hoc est, eos, vt ait Greg. qui membrorum suorum motus benè regere sciunt, qui non immeritò Reges vocantur, per aliquam elationem in immunditiam cadere faciat. Exod. 28. Hebr. Iob 12.

B

Lilia (castitatis,) etsi super capitella columnarum, reticulata cernebantur: vt intelligas, ad quancunque probatam, ad quamlibet vel altissimam castitatem, Dæmonem sua retia tendere. Hinc Cant. 8. *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula*, &c. Vbi Soto maior, Vt insinuet, inquit, aliquid bellicum, id est, arduum, atque difficile opus esse, virginem, seu virginitatem seruare, opúsque esse munitione, etsi periculum nullum videatur adesse. 3. Reg. 7. Cant. 8.

C Scit peculiari modo sanctitatem quasi sitam in castitate; & ideò plures sanctitas, & castitas idem sunt. Ad Hebr. *Pacem sequimini, & sanctimoniam, sine qua nemo videt Deum.* D. Chrys. & Hieron. loco sanctimoniæ legunt *Castitatem. Omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se.* D. August. *Castificat se.* q. d. Qui cupit videre Deum, debet colere castitatem. Hebr. 12. 1. Ioan. 3. D. August.

De castitate summoperè conceptum formant homines, castos reuerentur. Apost. ad Tit. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate.* Alij ex Græc. *In castitate.* Alij: *In maiestate. Vt is, qui ex aduerso est, vereatur.* Alij: *Vt is, qui ex aduerso est, reuereatur, nihil habens malum dicere de nobis.* Vbi notandum, castitatem, grauitatem, maiestatem, reuerentiam, idem esse: castitas enim confert maiestatem quandam, & reuerentiam possessori. Conciliat etiam apud ipsos æmulos, qui cùm eum, cui inuident, castum vident; nihil in eum per iniuriam obiicere possunt. Tit. 2. Græc. Alij.

D

Cernunt, omnes ferè præcipites ruere in impudicitias: vident rapacissimum Euphratis fluuium, in quo lumbaria quæuis putrescunt, secum cunctos ferè rapere: vident ferè neminem retia euadere hamum, in quibus totum quasi humanum genus piscator infernalis attrahit: vident, vix vllum esse, qui ab immundo luxuriæ vrso tres dentium ordines habente (vel in iuuenta, vel in virilitate, vel in senio) aliquo modo tactus non sit. Quòd si fortè quenquam norint, qui se singulariter contineat; eum reuerentur, suspiciunt, admirantur; nesciunt, quid mali dicant; non possunt non benè dicere. Habent ipsi *oculos plenos adulterij, & incessabilis delicti.* nescientes cessare, fræni impatientes, incontinentes, & se continere nolentes: libido enim, vt ait ibidem Charrus, quò ampliùs exercetur, eò plus incitatur, & infrænis, & vaga efficitur: si vident aliquem sic potentem, mirantur, reuerentur, &c. Apoc. 16. Habac. 1. Dan. 7. 2. Pet. 2. Chartus.

E

Vt

Gen. 49. Vt existimationem amittunt incontinentes! *Ruben, primogenitus meus, effusus es sicut aqua: non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* Chald. *Ne*
Chald. *ascendas, quia,* &c. Quæ paraphrastes subdit, quod huic, ceu maiori, summum sacerdotium, regnum, ac maioratus debeatur: sed ob eam incontinentiam ea omnia amisit. Sic Leui sacerdotium; Iuda
Psal. 77. regnum, Ioseph primogenituram accepit. *Effusus*
Hebr. *es, non ascendas.* Hinc Dauid: *Tota die contristatus*
Chryſ. *ingrediebar.* Hebr. *Denigratus ingrediebar.* Vbi Chrysſ. Non tantùm eum ornabat purpura, quantùm huius peccati macula fœdabat.

Dan. 1. Hinc Danielis 1. eligi debuerant pueri, *in quibus*
Hugo Card. *nulla esset macula.* Hugo Card. maculam vocat luxuriæ infamiam, vel alicuius malitiæ notam. Et B
Eccli. 33. Eccli. 33 dicitur: *Ne dederis maculam in gloria tua.* hoc est, ne accidat tibi fœdus lapsus in castitate: nam quando resurgetes?

Nec solùm dignitates, & honores, ad quos ascendunt honesti, non ascendunt; sed eusque descendunt, vt minùs quàm homines habeantur.
Psal. 8. *Coagulatum est, sicut lac, cor eorum.* Alij: *Incrassa-*
Alij. *tum est, velut adeps, cor eorum;* cot animalium. Videbantur ob intellectus acumen, sui bonum specimen præbere, &c. Sed post incontinentiam adeò rudes apparent, adeò stolidi; vt, an intellectum habeant, ignotes. Dauid post lapsum, & ante pœnitentiam: *Cor meum dereliquit me, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum,* veluti bestia, C &c.

Iudic. 16. Samson idem quod *Sol*: sed Dalila Solem obscurauit; excæcauit eum, & ceu animal, ad molam ligauit.

Num. 5. Hoc facit, quòd in oblatione pro adultera hor-
Rup. ibid. deum offerebatur, quod est iumentorum pabulum, inquit Rupertus: quia fluxum secuta est iumentorum adultera mulier.

Adeò excæcat, vt vel ad atheismum perducat, Abraham ad Abimelech, dum se excusabat, quod
Gen. 20. apertè non dixisset, Saram esse vxorem, *Cogitaui,*
Sept. inquit, *mecum dicens: Forsitan non est timor Dei in loco isto.* Sept. *Forsitan non est cultus Dei in loco isto.* quia luxuria in tantum excæcat, vt fidem aufetat. D

Alium Deum non habent incontinentes, quàm
Nahum 1. carneum illud idolum, de quo Propheta: *Sculptile, & conflatile ponam sepulchrum tuum.* hoc est, Idolum hoc tuum amatum, ac adoratum mors tua erit. O quàm sæpè quàm verè!

Luc. 8. Luxuria nunquam sola. Quondam ante Christum adductus est quidam, qui spiritum habebat immundum: is videbatur habere vnum; habebat tamen secum legionem Sic interroganti Domino: *Quod est nomen tuum?* Respondit: *Legio.*

Oseæ 5. *Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Deum suum;* (sed abibunt in omne scelus. Quare:) *quia spiritus fornicationum* (non fornicationis) *in medio eorum,* q. d. Habent intus fœcunditatem om- E nium scelerum.

Exod. 32. *Isti sunt Dij tui, Israel.* Si vnicum erat idolum, cur Dij tui? *Sedit populus manducare, & bibere.* Et
Alij. quid inde sequitur: *Surrexerunt ludere,* vel *fornicari,* q. d. peccatum sensualitatis fœcundum est.

Hinc Apost. *Manifesta sunt opera carnis.* Mox catalogum omnium vitiorum recenset, & in fine addit; *& similia*: q. d. innumera alia secum attrahit luxuria, quæ recenseri non possunt.

Iudic. 16. *Dalila.* Hebr. *paupertas,* vel *exhauriens* opes, &
Hebr. virtutes: sed non vitia.

3. Reg. 21. *Iezabel* (Hebr. *fluxus,* vel *sterquilinium,* cubile
Hebr. incontinentium) occidit Naboth pro vinea sua, En ex luxuria rapina, & homicidium.

Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis hu- Iob 40.
mentibus. En hypocrisis cum luxuria: ratò, vel nunquam hypocrita, quin luxuriosus.

Disperierunt in Endor. (Heb. *Fonte generationis.*) Psal. 82.
En ex luxuria iniustitia in Principibus, &c. Hebr.

Quid mirum, si Dauid tantoperè inuehit in hoc vitium? *Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia* (cælestium, scilicet, gratiarum) *veniant super vos: quia super vos abiectus est clypeus fortium,* &c. *Vbi ceciderunt fortes Israel?* Quid montes Gelboë deliquerunt, dicit in hunc locum Greg. cur nec ros, nec 2. Reg. 1.
pluuia? &c. *Quia ibi ceciderunt fortes Israel.* O Greg.
quàm, heu quàm verum! Quid sibi vult Gelboë?
Fluxus deuorans, hic est luxuria *vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* O quot fortes Israël hîc ceciderunt! *Nec ros, nec pluuia,* &c. *veniant super vos,* &c. Hebr.

O vitium horrendum, quod ipsis luxuriosis terrorem incutit! Quid aliud fuit in Amnon tetectio illa Thamar cum odio; nisi propriæ horror luxutiæ? Sic Arist. An, quia mutatio summa extitetit, ideò te petacta adolescentuli eas odio habent, quibus cum fuerint congressi, & sequentis tristitiæ memores, eam tanquàm fontem fugiunt, ad quam se applicuerunt? Vbi notanda sunt verba Philosophi: An quia mutatio summa extiterit. Et quæ mutatio hæc summa? hominis in bestiam, huminis rationalis in vilissimum animal. An non tale luxuriosus? *Simeon, & Leui in furore suo occiderunt virum.* Chrys. legit, *necauerunt taurum.* An non tale, qui in cœno luxuriæ, vbi plurimùm se volutauit, tandem sui ipsius pudefactus dixit: *Surgam,* &c. Sed hi sunt, qui in vitiu non occalluerunt. Arist. in problem. sect. 4. 12.
Gen. 49.
Luc. 15.

Horum etenim perpauci, aut paucissimi sunt, qui ab hoc cœno surgant. Mirum! Vel terroribus Iudicij è latere Felicis eam Drusillam nec Paulus diuulsit. *Disputante eo de iustitia, de castitate, & de iudicio tremefactus Felix respondit: Vade.* Fecit eum à capite ad pedes contremiscere; nec tamen à latere Drusillam diuulsit. Occalluerat. Act. 24.

Dæmoniacus ille modò actus in aquam, modò in ignem, vt discerptus, & quasi relictus mortuus est: quia à iuuentute ad illud vsque tempus ea accidentia perpessus est. *A quo tempore hoc sicut est? A iuuentute.* Si in aquam voluptatum, & in ignem luxuriæ à iuuentute cecidisti, opus est manu Dei. Matt. 9.

Heu quot hodie Dæmoniaci! *Iuuenes eorum* Psal. 77.
comedit ignis. Hinc ploratus in Scripturis: *Videte* Thren. 1.
dolorem meum. Virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. Virgines eius squalida (ob lapsum,) *& ipsa* (virginitas) *oppressa amaritudine.*

Virgines, & iuuenes infirmati sunt (proni ad la- 1 Mach. 1.
psum) *Filia maris,* (ob falsedinem non extinguen- Isa. 23.
tis, sed irritantis sitim,) *non est cingulum vltra tibi.*

Destruxit (hoc est, destrui permisit) *in furore suo* Thren. 2.
munitiones, (ieiunia orationes) *virginis Iuda.*

Non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines, (quæ vel ante debitam ætatem corrumpuntur.) Isa. 23.

Descende, descende, sede in puluere, virgo (fatua,) Isa. 47.
filia Babylonis, id est, confusionis.

Sed ad remedia: *Rursus ædificabo te,* (post la- Ierem. 31.
psum:) *& ædificaberis virgo Israel.*) Per longam pœnitentiam quoad meritum, non quoad aureolam, ac florem deperditum, &c. Sic, *Ponat vir gladium* Exod. 32.
(mortificationis) *super femur suum. Vnusquisque ensis super femur suum. Gad accinctus præliabitur.*

Renes

Renes vestros accingetis. Succincti lumbos mentis vestra. Et erit iustitia (pœnitentiæ, & vindictæ in se ipsum) cingulum lumborum eius. Sic, sic castitas conseruatur pœnitentia, mortificatione. Nunquid ingressus es thesauros niuis? vbi per thesauros ex Bernard. intelligimus castitatem, quæ niui mortificationis adiuncta est. Non soluetur cingulum renum eius, (alioquin castitas peribit.) Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, (spiritualis gratiæ, & puritatis,) aut fasciæ pectoralis suæ? mox enim vt obliuiscitur, virginitas perit.

Eia ergo hanc virtutem amemus. Incorruptio facit esse proximum Deo. In Cant. Propera, amica mea. Alij: proxima mea. In smaragdo (virginitatis, incorruptionisque symbolo, iuxta Pierium) erat insculpta Tribus Leui. Sic Hieron. & Abulens. Leui, ex D. Gregorio interpretatur, assumptus. Ex Orig. Is, qui indesinenter assistit Deo, voluntati eius ministrans. Ex Ambrosio, meus. Omnis ponderatio non est digna continentis animæ.

Razias (Heb. Sanctus Domino) multis temporibus continentiæ propositum tenuit: & corpus, & animam tradere contentus pro perseuerantia. O quam pauci hodie post Filium, & Matrem Virginem, hanc habent perseuerantiam!

Tu possedisti renes meos. Beati, qui id dicere possunt: Tu perpetuo iure tenes meos possedisti, sed plerique possunt: Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. aut, nihil est sanum in carne mea. Sunt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Beati.

De abnegatione propriæ voluntatis.

PVNCTVM CXVII.

Obiectum abnegationis cuiuscunque hominis, est ipsemet homo. Abneget semetipsum. Homo duplici parte constat, corpore, & anima: hactenus de abnegatione corporis, & ad ipsum spectantium, sensuum, scilicet, passionum, amoris proprij, &c. nunc de abnegatione animæ, & potentiarum eius. De abnegatione propriæ voluntatis.

Voluntatem propriam dico, ait Bern. quæ non est communis cum Deo, & hominibus; sed nostra tantùm: quando, quod volumus, non ad honorem Dei, nec ad vtilitatem fratrum; sed propter nosmetipsos facimus, non intendentes placere Deo, & prodesse fratribus; sed satisfacere propriis motibus animorum. Huic contraria est recta frontè charitas (quæ non quærit, quæ sua sunt, vel, vt est Græcè: Non quærit, quæ sui ipsius, cum præcisione, scilicet, vt ait Thomas, id est, neglectis bonis aliorum, &c) Hæc aduersus Deum inimicitias exercet: quid enim odit, aut punit Deus præter propriam voluntatem? Cesset propria voluntas, & Infernus non erit: in quem enim ignis ille desæuiet, nisi in propriam voluntatem? Etiam nunc cùm frigus, aut famem, aut aliquid tale patimur, quid læditur, nisi propria voluntas? Quòd si voluntariè sustinemus, ipsa iam voluntas communis est: sed infirmitas quædam, & velut pruritus voluntatis adhuc de proprio est; & in illo omnes pœnas sustinemus, donec penitùs consumatur.

Porrò voluntas propria quo furore Dominum maiestatis impugnet, audiant, & timeant serui propriæ voluntatis. Primò nanque se ipsam subtrahit, & subducit eius dominatui, cui tanquàm authori seruire iure debuerat, dum efficitur sua. Sed nunquid contenta erit hac iniuria? Addit adhuc, & quod in se est, omnia quoque, quæ Dei sunt, tollit, & diripit: quem enim modum sibi ponit humana cupiditas? nónne qui per vsuram acquirit pecuniam modicam, similiter mundum lucrari conaretur vniuersum, si non deesset possibilitas, si suppeteret voluntati facultas? Dico fiducialiter. Nemini qui sit in propria voluntate, posset vniuersus mundus sufficere.

Sed, vtinam vel rebus istis esset contenta, ne in ipsum (horribile dictu) desæuiret authorem! Nunc autem & ipsum (quantùm in ipsa est) Deum perimit voluntas propria: vellet enim Deum quodammodo peccata sua, aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum quasi non esse Deum, quæ, quantùm in ipsa est, vult eum ferè, aut impotentem, aut iniustum esse, aut insipientem.

Quoties exacerbauerunt eum in deserto: Conuersi sunt, & tentauerunt Deum. Heb. Limitauerunt, signauerunt, crucifixerunt Deum, q. d. limitauerunt ei authoritatem: hoc impera, illud non: hoc faciemus, illud nunquam: signauerunt quasi annulo, & propria authoritate, ceu domini cum Deo egerunt. Crucifixerunt eum funibus obstinatæ voluntatis, quasi trahentes ipsum ad implendam propriam volontatem. Volumus manna, &c. Regem volumus, sicut cæteræ nationes, &c. Vt more eorum, qui crucifiguntur, traxerunt eum!

Tetendit contra Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est: cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Sermo est de impio superbiente.

Grauioribus verbis, propriæ voluntatis malitia, eiusdémque abnegationis necessitas non poterat explicari. O quàm verum illud! Confunditur Israel in voluntate sua, dicit Dominus. Quis alius nanque confunditur, nisi propriam habens voluntatem?

Vna hæc est ex duobus hœdis, quibus mysticè pellis detracta est, quíque in cibum Isaac parari debeat. Per duos hœdos, corpus, & anima designantur: vtrique pellis detrahenda. Corpori tunc subtrahitur, cùm carnalibus voluptatibus exuitur: animæ verò, cùm à propria voluntate denudatur. Sic duo hœdi in cibum parantur, vt diuino gustui sint pergrati, &c.

De huiusmodi pelle per Habacuc: Turbabuntur pelles terræ Madian. Madian interpretatur contradictio, seu, litigans. Quid sunt pelles terræ Madian, nisi propriæ voluntatis defensores, semper ad contradicendum parati, quorum pœna est sempiterna turbatio, &c.

Ex propria voluntate turbatio, inquietudo, tristitia. 1. Machab. 6. de Rege Antiocho: Et decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia; quia non factum est ei, sicut cogitabat; & arbitratus est se mori; & vocauit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ sollicitudine.

Sed, quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. In cordibus Apostolorum vnde tristitia? Ex proprio voluntatis radice, ex infirmitate illa, ac voluntatis prurito nondum penitùs consummato in cordibus apostolicis oriebatur tristitia. Absoluto redemptionis opere, Christus Dominus In cælum ascendere cogitabat: Apostoli non erant huic voluntati omninò conformes, ideò tristabantur. Hinc etiam nostræ tristitiæ: quia non sumus conformes. Etiam nunc, ait suprà Bernard. cùm

cùm frigus, aut famem, aut aliquid tale patimur, A quid læditur, niſi propria voluntas? Quòd voluntariè ſuſtinemus, iam nulla triſtitia eſt. Et hic ſententiam illam celebrem habet: Ceſſet propria voluntas, & Infernus non erit. Quid enim facit inter cætera Infernum differre à Purgatorio, niſi voluntas? Hæc dum conformis non eſt, quinimò diuinæ aduerſatur voluntati, Infernum etiam conſtituit: in Purgatorio nanque vna, eadémque omnium eſt voluntas, cum Dei voluntate.

Quid ergo eſt, quod nos poſſit triſtitia afficere? Iactura rei, honoris, ſanitatis, vitæ? Accipiat hæc quiſque de manu Dei: conformem habeat voluntatem, & nulla triſtitia erit. Iob in vniuerſali omnium rerum iactura nullam triſtitiam habuit: *Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt. Sit nomen Domini benedictum.* (Iob 1.) B Quæ pax, quæ cordis tranquillitas? *Dominus dedit, Dominus abſtulit.* q. diceret: Si filios abſtulit, Dominus eſt: ſi rebus omnibus me ſpoliauit, Dominus eſt, ſpoliare potuit: ſi ſanitatem abſtulit, Dominus eſt. *Si bona ſuſcepimus de manu Domini*, ex eadem manu *mala quare non ſuſtineamus?* (Iob 2.) Ex eadem manu ſanitas, & infirmitas; diuitiæ, & paupertas; mors, & vita in manu Domini: quare ſolam ſanitatem, diuitias, vitam, & non infirmitatem, paupertatem, mortem ſuſcipiamus? Illa placebant, quia ex manu Dei: hæc quare non placeant? Illa corpori, hæc animæ ſeruiunt: quare ergo non ſuſcipiamus? Inter amicos, & mercatores quouis tempore negotia communia. Si, cùm benè res agebantur, C ſocietas perdurabat; nunc, quando res in tranſuerſum abire incipiunt, *Quare non ſuſtineamus? Dominus dedit, Dominus abſtulit.* Hinc ſumebat motiuum conformitatis. Conſiderabat Deum, verè Dominum, qui cùm dat, non abdicat à ſe dominium; ſed, cùm vult, repetit: vſumfructum dat nobis, dominium retinet. Hoc nos capere non volumus, abſolutóſque nos rerum dominos arbitramur, cùm non ampliùs, quàm Dei diſpenſatores, ac vſufructuarij ſimus: hinc triſtamur, cùm iacturam bonorum patimur, &c. Iob: Dominus dedit: idem Dominus, cum ſibi placuit, abſtulit, &c. Auguſt. (D. Auguſt. in Pſal. 31.) Non dixit Iob: Dominus dedit: Diabolus abſtulit: (Sabæi abſtulerunt.) altiùs eleuabat oculos: vide- D bat, Dæmones, Chaldæos, Sabæos inſtrumenta eſſe, virgas eſſe. *Aſſur virga furoris Domini.* (Iſai. 10.) lapides eſſe coniectos, lapides non momordit, in virgam non deſæuit, &c.

Sùm Semei lapides in Regem mitteret, inquit ille: *Quid agit canis hic moriturus?* (2. Reg. 16.) Sed Dauid vt quietus? Non intuemini, inquit, inuiſibilem manum, vnde lapides veniũt: *Dominus præcepit ei*, &c.

Et hinc in Sanctis omnibus ſumma quies, dum hanc veritatem firmiter tenuerunt: Deum, aut facere, aut permittere vniuerſa. *Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honeſtas, à Deo ſunt.* (Eccli. 11.)

Formans lucem (felicitatem,) *& creans tenebras* (miſerias,) *faciens pacem* (bonorum omnium affluentiam,) *& creans malum* (egeſtatem, inopiam.) *Ego Dominus faciens hæc omnia.* (Iſa. 45.) E

Sic & illud: *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit?* (Amos 3.) (de malo pœnæ:) nam in malo culpæ ſe habet permiſſiuè, quoad formale, videlicet, peccati; licèt quoad actum entitatiuum, & phyſicum, effectiuè: vnde in illa percuſſione, iniuria, &c. non ad homines, de quorum mala voluntate triſtari poſſes, (id, quod Diabolus quærit,) ſed ad Deum (de quo non niſi impiè malum credas) oculos eleuabis. Sic nullam in corde triſtitiam ſenties: credes enim, quicquid à Deo eſt, bonum eſſe; & dices: *Bonum mihi, quia humiliaſti me.* (Pſal. 118.) O quàm bonum aſſueſcere ad eleuandum oculos altiùs, quàm nos olim eleuabamus! Lis illa altiùs, quàm opinaris, orta eſt: iactura illa ex altiori loco venit, quàm ipſe credis.

Hinc illa iuſtorum pax: *Non contriſtabit iuſtum, quicquid ei acciderit.* (Prou. 12.) nec iactura rei, nec iactura honoris, &c. Ex conformitate, quam cum diuina habebant voluntate, imperturbabilitas, impaſſibilitáſque illa, vt ita dicam, oriebatur. Peruenerant ad Olympum, de quo ille: Nubes excedit Olympus, (Lucan. l. 2. Phalal.) &, Pacem ſumma tenent. De quo monte ait Aug. de Gen. ad lit. c. 13. (D. Auguſt.) ob altitudinem ab imbribus, ac ventis, adeò liberum eſſe, vt ſacrificiorum, quæ ibidem quotannis fiunt, cineres intactæ, notæque in cinerem indeletæ reperiantur. Sic hi, qui ad Olympum perfectæ conformitatis peruenerunt, à ventis ampliùs non agitantur, à paſſionibus ferè liberi. Si quid ſacrificauerunt Domino, ſi quid boni præpoſuerunt, intactum permanet. Quicquid ſcripſerunt, indeletum perdurat.

Factus eſt in pace locus eius. (Pſal. 75.) Chriſtum à me tollere nemo poteſt, plenus iubilo clamabat ille. Quæ triſtitia? quæ turbatio? &c. Mendicus ille Rex, & Laïcus Magiſter Theologi apud Taulerium ſemper fælix, ſemper benè fortunatus, vide? (In Vit. Pat. Taulet.) Quando, inquit, fame premor; Deum laudo: ſi frigus patior; ſi grando, ſi nix, ſi pluuia cadit; ſi aura ſerena eſt, vel turbulenta; Deum laudo, & ideò nunquam ſum triſtis, nec infortunatus: certus ſum enim, quicquid Deus facit, non poſſe non eſſe optimum; vnde quicquid ipſe dat, vel mihi euenire permittit, ſiue gratum, ſiue contrarium, dulce, vel amarum, lætus id, tanquàm optimum, ab ipſo ſuſcipio. Sic ſemper ſum felix: ſoli nanque diuinæ voluntati inhærere ſtatui, in quam ſic integrè omnem meam transfudi voluntatem, vt quicquid illa vult, & ego velim; & hoc ſemper, & vbique, vel in ipſo Inferno, in quem, ſi ille vellet, deſcenderem; ſed in amplexibus, & nexibus ſuæ ſanctiſſimæ voluntatis: optatius enim mihi multò eſt in Inferno cum Deo eſſe, quàm vel in cælis ſine illo. His edoctus Theologus concluſit: Veram reſignationem cum humilitate profunda compendioſiſſimam ad Deum ſemitam eſſe.

At, quanta, amabo te, in propria voluntate turbatio? quanta homini propriæ inhærenti voluntati pacem adimunt? Fugiebat Ionas à facie Domini, fatigatus pondere, & labore propriæ voluntatis, (Ionæ 1.) ſomnum capturus: *Deſcendit ad interiora nauis*: ſed ecce venti, mare, procellæ, piſces, homines conſpirant in vltionem propriæ voluntatis: excitant eum, in mare proiiciunt, in ventrem ceti; nec ante datur vlla homini quies, quàm diuinam induat voluntatem. *Cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum.* (Ionæ 2.) *Et dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam: & ſurrexit Ionas, & abiit in Niniuen, iuxta verbum Domini*, &c. (Ionæ 3.)

O! quàm meliùs Dauid, de quo Dominus: *Inueni hominem ſecundum cor meum, qui facit omnes voluntates meas.* (1. Reg. 13.) Nota illud, *omnes*; non vnam, aut alteram; ſed *omnes voluntates meas*, &c. Ille in aliquo facit voluntatem Dei, in alio non: *Omnes, omnes voluntates meas.*

Vt eas perfectè, & ad amuſſim faciebat Dauid: (Pſal. 39.) *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam in medio cordis mei.* q. d. Quicquid in lege, & Prophetis eſt, ſi ad punctum reducas, hoc erit compendiũ, & ſummatim, conformitas

noſtræ

Hebr. Alij. nostræ voluntatis ad diuinam voluntatem. *In capite libri.* Alij ex Hebr. *In volumine libri.* Alij; *In summa libri.* Volnas, ac teuoluas licèt facræ Scripturæ librum, hoc in volomine, quod io titulo teperies, hoc epilogo collectum, quod sparsum est; scilicet, vt faciam voluntatem tuam, quam, Deos meus, volui, & volo tali, tantáque conformitate, vt tuam legem, diuinæ tuæ voluntatis interpretem, in medio cordis mei locatam velim.

Et legem tuam in medio cordis mei. q. diceret: Vt natura ad cordis defensionem posuit carnem, ossa, membranas, &c. reposuitque illod in abdito pectotis: sic ego pro diuinæ legis defensione ipsum cor ttadere volo, vt lex in medio eordis conseruetur: vt si quis Dei legem in me lædere velit, lædat anteà ipsum cor, ptius in minimas ipsummet partes concidat.

B *Et legem tuam in medio cordis mei.* Hoc est esse conformem, legem Dei in medio cordis habere. Dicet ille: Et ego, Dei gratia, legem eius in corde habeo. Sed discrimen est, inter habere legem in corde, & in medio cordis. Sunt aliqui, qui nō tam eam habent in corde, quàm in angulo cordis; qui, 1.Reg.10. vti Saül, in extrema ciuitatis parte perunĉti, gratiam mox proiiciendi acceperunt: quotuis enim respectus humanus legem in angulo cordis positam ex corde depellit. Putat ille legem castitatis habere in medio cordis; sed in angulo cordis habet; quælibet enim occasio castitatem ex corde deturbat. *In medio, in medio cordis,* dicebat Dauid: cor, anteà, quàm legem ex pectore depellet, qui diuinam legem depellere voluerit.

Et legem tuam in medio, &c. Vt meliorem locum dabat i Sunt, qui, vt benè hospitem recipiant, meliorem el dant locum; quin ipsi domo exeunt, vt ille meliùs recipiatur. Siquidem adeò conformes sunt, vt cum Apost. locum dent ipsi Deo, & excedant, eot liberum Deo offereotes, & dicere possunt: *Viuo ego iam,* &c.

2.Cor.5. Non sic quidam, qui non nisi semihoræ cordis habitationem offerunt, exteriorem resignationem, nimirum, &c. sed nolunt domo exire: cubiculi mansionem sibi reseruant, nullo volunt affici incommodo. Non sic Dauid, Domine, dicebat, volo, maneas in hoc corde, adeóque commode, & perfectè; vt ego ipse proptereà exire gestiam, & legem tuam, &c.

Psal.39. Adeò sanctissimus Rex cor diuinæ legi, ac voluntati maneparat; vt fiducialiter Deo diceret: *In me sunt, Deus, vota tua.* Quicquid vis, Domine, hìc reperis. Gaxophylacium Dei, cor ipsum essecerat: ibi Magnarea, quicquid voluni, habent: ibi vasa argentea, pretiosa tapetia, vestes, picturæ insignes: ibi in summa sunt Principum omnia vota. Sic modò Dauid: *In me sunt, Deus, votatua.* Vis, vt alij me persequantur? vt liber: *In me sunt, Deus, vota tua.* Vis me pauperem? paupet sum ego: *In me sunt,* &c. Vis me infirmum, &c. cum filiis? sine filiis? Regem? non Regem? *In me sunt, Deus, vota tua.* Tuos hoc in corde gustus acceipias, tuas hìc eape delicias, explea tua vota, &c.

2.Reg.15. Et quò satis apertè videamus, illum non magis paratuio fuisse, vt esset Rex, quàm non esset; in ea proprij filij persecutione, vt resignatus! *Si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam,* (Arcam, & tabernaculum suum.) Hue meum in Ierusalem desiderium.) *Si autem dixerit mihi: Non places.* (hoc est, Volo, vt in exilio per manom, cui vitam dedisti, mortem subeas.) *faciat, quod bonum est coram se.* Et quò ostenderet, quàm

Speranza Scripture selectâ.

A verè diuinæ conformis esset voluntati, subdit sacer Text. quòd mox cum suis exiuit plorans, *Nudis pedibus, & operto capite.* Vbique mysteria perfectissimam ostendentia conformitatem. *Operto capite,* inquit Hugo Card. ne lacrymæ in vultu regio Hugo Card. cernerentur. Transeat; sed ad reoi, significare volebat, quòd sine vlla diuinorum iudiciorum discussione non intelligens, cur proprius filius is esset futurus, qui ei vitam adimeret, per quem ipse vitam acceperat: caput operiebat, adorans, scilicet, Dei iudicia. Non solùm enim Hebræi, sed Ethnici, sacra facturi, calceos abiiciebant, & caput obnubebant, adorandum incomprehensibilem Deum humiliter adorandum testarentur: sic Pythagoras: Deum operto capite, & discalceatus aduta. Nudis ergo pedibus, & operto capite exiuit Dauid. q. diceret: En, Domine, me tibi totum sacrifico, totum offero, nihil scire volo, omnem mei curam, & affectum relinquo. Si dixeris: *Non places*, fiat, quod bonum est in oculis tuis.

Eandem conformitatem videre est in Psal. 56. Psal.56. vbi facta mentione insidiarum, quas ei Saül cum suis tetendebat: *Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam.* Cuius dispositionis es, Dauid? *Paratum,* inquit, *cor meum, Deus, paratum cor meum.* Vox Hebraica ex Genebr. sir Genebr. ex Hebr. mum, & stabile significat. q. d. Cor meum, ac voluntas mea, fixa est in voluntate Dei; permittat quodlibet: *Cantabo, & psalmum dicam.* totaliter, C scilicet, diuinæ suæ voluntati conformis, semper eum laudabo, ac benedicam. *Exaltare super cælos, Deus, & super omnem terram gloria tua.* Sic Psalmum concludit. q. d. Nihil aliud volo, quàm ex omnibus, quæ mihi accidere possunt, tua gloria resultet: modò glorificetis, de me fiat, quod vis. Psalmo titulus est, *Pro columba muta*; hoc est, me ipsum taliter conformem intendo, vt quibuscunque in rebus, quæ mihi accidere possunt, ceu columba, nec fel habeam, nec verbum dicam, &c.

Paratum cor meum, Deus, paratum (iterum dico) Bern ser. 2. de cap. Ieiunij. *cor meum.* Quam conduplicationem ponderat Bernard. hoc est, paratum, quantùm ad aduersa, paratum ad prospera, paratum ad humilia, paratom ad sublimia, paratum ad vniuersa quæcunque præceperis.

D Heliotropium eum Sole se circumagens, vt habet Plinius, etiam nubilo die; non solùm cùm fulget; sed etiam eùm nube tegitur. Plin. l. 22. cap. 21.

Præterea sic erat conformis, vt non solùm vellet; sed nec sciret, tam quid velle posset, quàm quod Deus vellet. Eò peruenit anima totaliter resignata, & perfectè Dei amore succensa, vt iam ampliùs nesciat, quid velit, iacet illic insignus tanta ciborum inappetentia laborans, vt nihil appetens, nihil volens dicat adstantibus: Quid, quæso vos, velle possem: dicite quid? nescio enim, quid velim. Huc peruenerat Dauid, cùm diuino inflammatus amore, nihil terrenum appetens, nihil volens dicebat: *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum.* q. d. amore Psal.72. E langueo; hæc omnia sunt mihi fastidiu, nihil vel, le scio, *A te quid volui super terram?* hoc est, extra te, vel præter te, quid volui super terram? Nihil, te solùm quæro, *Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum. Quoniam ecce, qui elongant se à te,* (per voluntatis repugnantiam,) *peribunt. Mihi autem adhærere Deo* (per omnimodam conformitatem) *bonum est.*

Sed quod maximè notandum est; non solùm erat perfectè resignatus in hisce terrenis rebus, omnibus,

omnibus, sed etiam in cælestibus: *Quid mihi est in cælo?* q.d. Nec in cælo scio velle, nisi quod tu, Domine, vis, me velle: nolo gloriam, nisi tu eam velis, me velle: nam hæc gloria mea est, hæc mea beatitudo, siue in cælo, siue in terra, siue in ipso Inferno, vt sim conformis voluntati tuæ. A

Tam conformis, vt mira similitudine sese propterea diceret iumentum Dei. Paulò superiùs: *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Humile iumentum (symbolum eius, qui perfectè propriam abnegauit voluntatem) nullam habet electionem, nec loci, nec temporis, nec personæ, nec ponderis. Non loci: quia, si foris alliges in platea, obnoxium hîc manet percussionibus, punctionibus, puerorum irrisionibus: si in stabulo, illic manet: si foris, si ruri, similiter. *Vt iumentum*, &c. B Non habet electionem temporis: nam, si eo vti velis, mane, meridie, vesperi, nocte, quauis hora

Gen 22. paratum est. Sic in Gen. Abraham, *De nocte consurgens strauit asinum suum.* Nec vllius personæ electionem habet: *Puer paruulus minabit eum.* ancillam sequi non dedignatur: si rusticus insideat, si nobilis, semper idem. Ponderis tandem, ac salmæ imponendæ electionem non habet; si oneras auro, portat aurum; si fimo item. *Vt iumentum factus sum apud te*: quocunque ieris, pergam: si ad dexteram, sinistram deferam: si, &c. quocunque tempore, quocunque loco tecum ero: *In voluntate tua deduxisti me, & ego semper tecum*: ego enim nullam habere volui voluntatem. Suæ propriæ voluntatis perfectus abnegator.

Isai.11.

Psal.72.

Psal.127. Hinc alibi: *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ; ita oculi nostri*, &c. Mira certè metaphora ad ostendendam in omnibus conformitatem, vel in infimis, & abiectissimis. Sed, si animi promptitudinem ad exequenda quæcunque iussa sunt, vult hoc dicendi modo declarare; cur potiùs non ait: Sicut aures ancillæ ad os dominæ suæ? Sciendum est ex Martiali, Horatio, & aliis, vilia quælibet seruitia olim nutu, siue crepitu digitorum imperari solita, seruis mediastinis in medio paratis ad quæuis vilia exequenda ad nutum. Et crepitu digitorum dum verna moratur, dixit ille, accurrens alius dedit argenteam matulam, admingendum, nimirum: hisque similia nutibus imperabant. Nunc *sicut oculi ancillæ*, &c. id est, non solùm ad maiora, sed ad viliora paratus sum.

Psal.19. Nouerat certè Dauid in hoc situm punctum essentiale. *Et vita in voluntate eius*, hoc est, in conformitate voluntatis consistit vita; quod vt complete, & perfectè in cælo, sic est inchoatiuè, & suo modo in terra, in qua, & *Beati* dicuntur, *qui ambulant in lege Domini*, qui legem eius scrutantur die,

D. Thom. 1. 2. q. 3. art. 4. ac nocte *Et qui faciunt voluntatem eius.* nam, vt beatitudo patriæ consistit in vnione potentiarum intellectus, & maximè voluntatis cum Deo: sic beatitudo, quæ hîc dari potest, in conformitate voluntatis cum diuina voluntate consistit.

Hoc intelligens Dauid, ob hoc solùm vitam postulabat, vt, scilicet, Dei faceret voluntatem, indifferens alioqui ad vitam, & mortem. *Retribue*

Psal.118. Hebr. *seruo tuo, viuifica me: & custodiam sermones tuos.* Alij ex Heb. *Retribue seruo tuo, vt viuam, & custodiam sermones tuos.* quasi ad hoc tantùm vitam exoptauerit, vt legem Dei custodiret, ac voluntati eius pareret.

Hoc iustorum exercitium, hoc studium; qui idcircò iusti, quia sunt conformes illi primæ regulæ, ac mensuræ, vnde recti dicuntur. Is rectus est, & iustus, qui in vita, cogitationibus, verbis, operibus, conformat se Deo, suæque diuinæ legi, tam in prosperis, quàm in aduersis; nec volens, aut nolens, nisi quod Deus ipse vult, aut non vult. Is certè iustus, & rectus est.

In hoc est omnis illa virtus cognita ab Arist. 5. Ethic. & ante ipsum à Sapiente: *Hoc est omnis homo.* quia, nimirum, talis conformitas virtualiter est omnis virtus, & compendium perfectionis hominis. Arist. 5. Ethic. 1.

Hoc idem exercitium iustorum mysticè innuunt animalia illa, de quibus Propheta: *Vbi erat*, inquit, *impetus spiritus, illuc gradiebantur.* Quo loco paraphrasticè Fernandus: Non erat, ait, motus eorum fortuitus, sed omninò ad præscriptum diuini impellentis spiritus, adeò celeres ad exequendam eiusdem diuini Spiritus voluntatem, vt eorum pedes, *Pedes recti*, vel iuxta Sept. *Pennati* dicerentur. Sunt hæc sancta animalia, figura Iustorum, qui expansis semper desideriorum alis parati sunt ad volandum, vt diuina iussa capessant; adeò conformes diuinæ voluntati, vt nunquam moueantur, nisi moti à Spiritu mouente, ac dirigente. Ezech. 1. Fernan. Sept.

Tales olim filij Israël, dum ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium Domini figebant tabernaculum. Simili modo iusti ad imperium diuinæ voluntatis, cui conformes sunt, ad omnia vel ardua, vel molesta proficiscuntur, & ad imperium Domini figunt tabernaculum, hoc est, ad nutum eiusdem diuinæ voluntatis consistunt. Num. 9.

C Iidem similiter iusti adumbrantur in duobus illis Cherubim ex auro in vtraque parte Oraculi superpositis, expansis alis, ac pede altero eleuato, in quorum medium in nube gloriæ, ceu throno maiestatis, descendebat Deus, vt inde ad populum loqueretur. Quid hisce alis expansis significabant hæc Cherubim? S. Dionys. Areopag. de cælesti Hierar. Theodor. & Beda in hunc locum, alas ad celeritatem significandam Angelis datas asserunt. Expandunt alas, inquit Interlin. quia omnem naturæ suæ potentiam leui, & læto itinere in obsequium Conditoris offerunt. Expandunt itaq; alas, & quasi in ipsis alis Deum suscipiunt: quò intelligas, eam solam animam sedem Dei esse, ac locum diuinæ requiei, quæ desideriorum, ac voluntatis alas expansas habet, *Ad faciendum verbum illius*, citòque volandum, vel altiùs, vel demissiùs, vel ad hanc, aut ad illam partem, prout Deo libuerit: quæ, scilicet, adeò conformis est, vt ad omnia peragenda, quæ Deus voluerit, prompta sit, & parata, expansis iam alis, & pede iam altero eleuato. Exod. 25. Dionys. de cæl. Hier. c. 15. Theod. Beda & Inter. in 25. Exodi. D

¶ Verùm, si tanta fuit Sanctorum omnium conformitas; quæ, & quanta hæc fuit Filij Dei ad Patris voluntatem? si in ea realiter excelluerunt Discipuli, quæ nunc erit excellentia Magistri? Hanc ipse specialiter professus est: *Descendi*, inquit, *de cælo, non vt faciam voluntatem meam; sed* E *eius, qui misit me.* Ioan. 6.

In horro, in agonia illa, ac lucta voluntatis, appetitus naturalis sensus vt suam abnegauit voluntatem, cùm dixit: *Non mea voluntas, sed tua fiat?* Et quò intelligamus, hanc perfectissimam abnegationem fuisse, nec suspicemur penitùs, & omninò absolutam non fuisse, absolutè dixit secundùm Marcum: *Non quod ego volo, sed quod tu.* Luc. 22. Mar. 14.

Et ne iterum putemus, forsitan in modo aliquid superfuisse proprij, vel quoad modum suam abnegans voluntatem, dixit secundùm Matth. *Non sicut ego volo; sed sicut tu.* Sicque suam voluntatem Matth. 26.

tatem expolians, ac denudans omni, quæ poſſet eſſe ſenſus, & naturæ, proprietate, vndequaque eam conformem paternæ reddit voluntati: *Non mea voluntas, non quod ego volo, non ſicut ego volo; ſed tua; ſed quod tu; ſed ſicut tu.* Syriac. ſecundùm Marcum: *Veruntamen non voluntas mea; mei, inquam, ipſius; ſed tua fiat.* quæ eſt ſenſualis, vel rationalis voluntatis ſpectatæ per modum naturæ (vt loquitur S. Thom.) omninò perfecta abnegatio, & reſignatio, & conformitas penitùs abſoluta ad diuinam voluntatem.

Syriac.

D. Thom. 3. p. q. 18.

Vbi notandum, primò, ipſam potentiam reſignaſſe: *Non mea voluntas, ſed tua fiat.* Dein actus illius: *Non, quod ego volo; ſed quod tu.* Demum ipſum modum: *Non ſicut ego volo; ſed ſicut tu.* Quandoque & nos reſignamus potentiam voluntatis dicentes: *Non mea voluntas; ſed tua fiat.* Sed in actu ſeruamus aliquid, dum pati nolu:nus iniuriam illam, inhonorationem illam, rei iacturam, &c. nec ad eum reſignationis gradum peruenimus, vt cum Christo dicamus: *Non quod ego volo; ſed quod tu.*

Aliàs reſignamus nosmetipſos quoad actus; ſed non quoad modum: acceptamus aduerſa quidem; ſed non per manum inimici: acceptamus mortem; ſed non infamem, aut violentam. Perfecta abnegatio nullam facit exceptionem, eſt omninò, ac penitùs reſignata. Non ſolùm: *Non, quod ego volo; ſed, quod tu.* Verùm etiam, *Non ſicut ego volo; ſed ſicut tu.* Fiat penitùs voluntas tua, Domine, & à voluntate tua determinentur quiuis actus, præſcribatur quilibet rei modus: omnia enim è tuis manibus C accipiam; quin & gratias infinitas referam.

Bernard. ſer. in feſto S. Martini.

Hanc ſummi Magiſtri perfectam reſignationem imitatus Martinus: Domine, inquit, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem: fiat voluntas tua. O verè ſanctiſſimam animam! (exclamat Bern.) ô inæſtimabilem charitatem! ô obedientiam ſingularem! Bonum certamen certaſti, curſum conſummaſti, fidem ſeruaſti: de reliquo ſupereſt tibi corona iuſtitiæ, quam reddet tibi Dominus hodie iuſtus Iudex. Et adhuc dicis: Non recuſo laborem: fiat voluntas tua. Obtuliſti planè Iſaac, vnicum illũ, quem diligis: quod in te eſt, iugulaſti. Immolaſti ſingulare gaudiũ tuũ pia deuotione, paratus redire iterum in pericula, innouare certamina, D denuò ſubire laborem, ſuſtinere tribulationẽ, prolongare tentationem, deinde differri adhuc ab illa tanta felicitate, & diu deſiderata ſocietate Spirituũ beatorum, atque in huius mortalitatis ærumnas ab ipſo introitu gloriæ reuocari. Poſtremò (quod maximum eſt) à Chriſto tuo peregrinari diutiùs: ſi modò ipſe voluiſſet. Nec ſanè dubium, quin ampliorem gratiam mereatur, qui paratum ſe exhibet etiam ante mandatum, quàm qui obedire ſatagit poſt mandatum. Magna quidem obedientia veſtra, Angeli ſancti: ſed, quod dicere audeam pace veſtra, neſcio; an inueniatur in vobis quiſquam paratus in tale aliquando miniſterium mitti, in quo neceſſe habeat non videre faciem Patris. Magnum eſt, Petre, quòd Dominum ſecuturus omnia E reliquiſti; ſed audiui te in monte dicentẽ, vbi transfiguratus eſt coram vobis: *Domine, bonum eſt nos hic eſſe: faciamus hic tria tabernacula.* Non eſt: Si adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem. Paratum cor tuum, Martine, paratum cor tuum, ſiue manere in corpore, ſiue diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et magna quidem in horrenda morte ſecuritas; magna in viſione Chriſti deſideranda, & iam feruenter, ac ſingulariter deſideranda perfectio reperitur: ſed id quidem longè ampliùs per A omnem modum, quod qui mori non metuis, imò qui tanto deſiderio præſentiam Domini concupiſcis, viuere quoque non renuis, & expectatione moleſtiſſima fatigari. In quo enim alio non obedire poterat, qui in hoc tanto articulo tam deuotè clamabat: Fiat voluntas tua? Hæc ergo pars noſtra ſit, Fratres, in conuiuio hodierno: hanc nobis obedientiam in menſa pauperis, imò iam diuitis huius appoſitam diligenter conſideremus, ſcientes quoniam ipſa eſt, quæ à nobis exigitur; ipſa, quam oportet nos præparare, vt ſinguli quique dicamus: quia *paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua.* Nec modò ſemel, aut in parte; ſed paratum cor meum, Deus, paratum cor meum: paratum ad vtrunque, & in nullo tuam præſcribens B diſpoſitionem. Fortè hoc cupio, & ſpecialiter, & vehementer: ſed ne quidem illud recuſo: Sicut fuerit voluntas in cœlo, ſic fiat. Deſidero requiem; ſed non recuſo laborem. Fiat voluntas tua. Hucvſque Bernard.

Mat. 17.

Pſal. 118.

¶ Perfectiſſimum adhuc reſignationis exemplar in Paulo habes: *Domine; quid me vis facere?* Vbi Bern. O verbum breue; ſed plenum, ſed viuum, ſed efficax, ſed dignum omni acceptione! Hæc planè, Fratres, perfectæ conuerſionis eſt forma. Qui ſic currebat contra Deum, *Erecto collo, pingui ceruice armatus*, diuinæ contrarius voluntati, vt mox conformis effectus! *Domine, quid me*, &c. Hæc perfectæ conuerſionis eſt forma.

Act. 9.
D. Bern. ſer. 1 in Conu. S. Pauli.
Iob 15.

Quid tam longè aberat à perfectione, vt lon- C gè abeſſe poteſt Eccleſiæ perſequutor, & Chriſti nominis blaſphemus? Vt mox perfectus! Quid perfectum reddidit? Hoc: *Domine, quid me vis facere?* Hoc à centro Inferni, vbi propria voluntas ardet, rapuit eum in Paradiſum; hoc eum mox ad apicem, & punctum perfectionis adduxit.

D. Bernard.

O quàm pauci inueniuntur, inquit Bernard. in hac perfectæ obedientiæ forma, qui ſic contriti, ſic pœnitentes ad Confeſſarij pedes ſeſe abiiciant, vt dicant: *Domine, quid me vis facere?* Quid vis, agam? quid omittam? quò vadam? &c. Idcircò perpaucæ veræ conuerſiones: ideò perfectum lumen non acquirimus: ideò nunquam cadere deſinunt ſquammæ ab oculis noſtris; quia ad pedes Miniſtri D Chriſti non imus in omnibus parere parati, ac audituri, quid nos oporteat facere: quin idcircò ad eaſdem tenebras reuertimur.

Luc. 18.
D. Bernard.

O nos miſeros perſimiles cæco illi, cui Dominus: *Quid vis, vt faciam tibi?* Verè cæcus, inquit Bernard. quia non conſiderauit, non expauit, non exclamauit: Abſit hoc, Domine. Tu magis dic, quid me facere velis. Sic profectò, ſic multorum vſque hodie puſillanimitas, & peruerſitas exigit, vt ab eis quæri oporteat: *Quid vis, vt faciam tibi?* non ipſi quærant: *Domine, quid me vis facere?* Conſiderare neceſſe habent Miniſtri, & Vicarij Chriſti; quid ſibi præcipi velint. Non eſt obedientia eorum plena; non in omnibus parati ſunt obſequi, carent ſpiritu eorum animalium, quæ verè conuerſarum E animarum ſunt typus. *Pedes eorum, pedes recti.* Theod. *Pedes eorum, pedes velocitatum.* Sept. *Pedes eorum, pedes pennati.* vt, ſcilicet, ad impetum ſpiritus dirigentis volarent. Hinc non reuertebantur, cùm ambularent: quia omninò à dirigente, & impellente pendebant. Vnde, quæſo vos, aliqui magna præſeferunt, ac de ſe promittunt initio conuerſionis; ſed illicò reuertuntur? quia ſeſe à dirigente ſubtrahunt, & ſuo ſpiritu ducũtur. Illa magis à ſpiritu dirigente mouebantur, nec tam proprijs

Ezec. 1.
Theod.
Sept.

[illegible]

alis, aut propriis pedibus, aut alio, vel interno, vel naturali principio, quàm à suo dirigente, qui erat ei magis principium motus, ferebantur. Sic, sic non à proprio iudicio, non à proprio intellectu; sed ab alio pendeat, ac dirigatur, qui in directum vult progredi, &c.

Act. 9. D. Bernard. *Vidit* (in visu solus) *virum imponentem sibi manus, vt visum recipiat.* Ponderat hoc Bernard. Fratres, Paulus hoc cùm vidisset, non continuò illuminatus est. Nunquid non expectauit Ananiæ manum; quia venturum eum fortè in somniis præuidit: Hæc dico, charissimi: quia vereor, ne quis fortè sit inter vos, qui solo sese somnio præsumat illuminatum, nec iam patiatur ad manum trahi, & introduci Damascum.

B

D. Bernard. Hebr. Sententiosè de morte Bern. Quid sibi vult *Damascus? Saccum sanguinis*, vel *similitudinem incendij*. O quàm verum! Plerique ad perfectum lumen non veniunt: quia sese iam illuminatos somniarunt: non patiuntur, scilicet, ad manum trahi, & introduci Damascum, in saccum sanguinis, ac similitudinem incendij tot peccatorum, quæ expressa erant similitudo Inferni, à quo liberati sunt.

Expectanda, expectanda est, inquam, manus impositio. Et hanc Confessarius non citò imponat. 1. Tit. 5. *Nemini*, inquit Apost. *citò manus imponas*. sed vide, an sint parati, an sunt contriti. Et quia plerunque citiùs manus imponuntur; ideò raræ deprehenduntur veræ conuersiones. Ideò non reuertuntur Luc. 17. ad vos; sed ad peccata priora. *Et nouem vbi sunt?* C Ad pristina peccata sunt reuersi. Nouem à Christo mundati non redierunt: quia non, sicut Christus iusserat, peruenerunt ad Sacerdotes: vnus tantùm, quia pauci grati; & hic Samaritanus, id est, custos, nimirum, iussionis Christi, reuersus est, & cecidit in faciem. Sed quamobrem: si iam sanus? Glos. ibi: Vt custodiret sanitatem. Ita pœnitens, vt sanitatem custodiat, ante Sacerdotem Christi Vicarium sæpè cadat.

Isa 64. Hi verè pœnitentes, qui ad pedes Confessarij prouoluti illud inquiunt toto affectu: *Nunc Pater noster es tu, nos verò lutum.* q. d. Age, quod vis de nobis, siue vas honoris, siue contumeliæ, &c. *Nos verò lutum.*

Psal. 118. Talis erat Dauid: *Anima mea*, dicebat, *in manibus tuis semper.* Sic legit Ambros. hoc est, ad instar D luti, vel ceræ, in manibus tuis sum, ad quamuis formam suscipiendam paratus, ad quamuis imaginem, aut innocentis agni, aut mansuetæ ouis, aut simplicis columbæ, aut leonis contra vitia, aut vasis, siue honoris, siue contumeliæ. *Anima mea in manibus tuis semper.*

Hæc perfecta resignatio est directioni Confessarij, cui, ceu Domino, dicamus: *Domine, quid me vis facere?* &c.

Epict. l. 3. dissert. c. 26. Epictetus: Constitui, inquit, & conformaui voluntatem meam diuinæ. Vult me febricitare? Et ego volo. Aliquid aggredi? Volo. Potiri? Volo. Non potiri? Volo. Mori? Volo. Pudeat hæc olim à priscis in cæca nocte versantibus visa; à Christianis, ad clarissimum Solem cæcutientibus, non videri. E

Ioan. 6. Conformitate, quasi iucundo, suauique cibo nutriebatur in terris Filius Dei. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei.* Eodem itaque cibo pascitur, eadem mensa, ac patina manducat, qui studet in omnibus conformem habere voluntatem. Nihil certè dignius excogitari potest.

Luc. 11. Perpulchra quorundam obseruatio connexionis illius in oratione Dominica: *Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua.* Quæ verba ita connexa, & A consequentia quasi innuunt, idem esse in terra facere voluntatem Dei, ac possidere in terra regnum Dei. O liberalissimum remuneratorem, qui tam subitò munera confers in eum, qui tuam explet voluntatem! Ostendis autem, qualiter regnum tuum consequamur; conformando, nimirum, nostram tuæ sanctissimæ voluntati.

Si non feceris voluntatem tuam, vocaberis Sabbathum delicatum, & sanctum Domini gloriosum. D. Thom. Hoc est, eris Dei requies, Paradisus portatilis in terra, Sabbathum delicatum. Isa. 58.

Prima illa requies post rerum omnium creationem, quia habuit repugnantem hominis voluntatem, non dicta est requies delicata; sed fuit quasi rusticalis. Illa vtique delicata est, quæ omninò Deum recipit. Hanc Dei requiem exhibeamus nos Deo, dicamúsque ei summa cum animi alacritate: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.* Gen. 2.

B

Et quid magnum est, si dicamus: *Fiat voluntas tua?* Quid aliud agimus, dum hoc dicimus, quàm, vt sic loquar, de necessitate virtutem? *Non est enim, qui possit resistere voluntati tuæ*, scilicet, efficaci: velim, nolim, fiet, quod ipse velis. *Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.* Cumulatissimè tamen hunc resignationis actum: *Fiat voluntas tua*, remuneras, Domine.

Offeramus nos ipsos, filios, & filias, &c. vt Abraham obtulit: nec vereamur: non enim Isaac, voluntas, scilicet, rationalis; sed hircus solummodò C voluntatis sensitiuæ morietur. Offeramus *Isaac*, hoc est, *risum*: velemus ei oculos, ne videat vanitatem; super pyram imponamus eum: hircus solummodò comburetur. Gen. 22. Hebr.

Hoc Deo gratissimum est sacrificium, inquit insignis Magister vitæ spiritualis, Ludo. Blosius, his verbis: Nihil Deo gratius offerri potest abnegatione propriæ voluntatis: quia homini nihil est charius ipsa voluntate: & ideò, quando quis propter Deum sensualitati, voluntatique propriæ, etiam minimis in rebus, reluctatur, ac se mortificat, (si florem non carpat, si oculos ad virentem regionem non adaperiat;) rem ipsi Deo magis gratam facit, quàm si multos mortuos ad vitam reuocaret: resurrectio enim mortuorum est potentia, ac virtus Dei; mortificatio est virtus hominis eiusdem Dei D gratia adiuti. Blos. l. de inst. sp. c. 2.

An non declarauit Deus, quàm id sibi pergratum sit, cùm lampredam illam velut in cælum euexit? Narrat Damianus in ep. Abbas quidam, vt mihi relatum est, suauis edulij concupiscentia ductus, lampredam sibi præcipit acquiri. Cúmque ministri dicerent, hoc genus eo loco difficilè posse inueniri, extitit, qui diceret, vnam tantùm in venalibus se vidisse. Iussit Abbas numerari pecuniam. Coquorum autem diligentia lautè decoctus Abbati piscis apponitur: sed, antequàm tangeretur, ecce pauper ad ianuam hoc potissimùm sibi dari, quod Abbati esset appositum, anxiè postulabat. Mox, vt erat, integrum piscem nihil hæsitans vir Domini E mittit ad pauperem. Illicò pauper, qui videbatur, cum ipsa paropside plena pisce in sublime se extulit: & librata manu, velut xenium portans, cælum cunctis videntibus penetrauit. Pet. Dam. cap. 2.

An non item id declarauit, cùm septem coronas septies sibi reluctanti nocte vna donauit? Ex libro doctrinæ Patrum id notum est. Hinc verò præsertim facit, quod ibi subditur; quòd, nimirum, audiens hoc senex, statim intellexit; quia quoties quis sibi resistit, toties à Deo etiam pro paruis cogitationibus coronatur. In Vit. Pat. p. 2. l. de patient. & fort. n. 9.

Hinc

Cass. l. 4. de Inst. c. 8. Hinc Cassianus ex Sanctorum Monachorum placitis de officio Magistri Nouitiorum hæc habet: Vt doceat eum (scilicet, Tyronem) senior primitùs suas vincere voluntates; quem studiosè in his, ac diligenter exercens, hæc illi semper imperare curabit, quæ senserit animo eius esse contraria, &c. Et iuxta profectum in abnegatione propriæ voluntatis desumebant signa durationis, ac perseuerentiæ; eum in Cœnobio diutiùs, & vsque ad finem perdurare dicebant, qui initio suas voluntates superare discebat: tantique ab illis Patribus hoc exercitium fiebat, vt in eo ipsam constituerint sanctitatem. Ita Climacus: ille profectò sanctus est, qui voluntati suæ abrenunciauit.

D. Greg. 35. Mor. 10. Ioan. 6. Hinc Gregorius ad illa verba Ioan. 6. *Et eum, qui venit ad me, non eiiciam foras: quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam; sed eius, qui misit me.* Quid hæc sibi vult ratio: *Eum, qui venit ad me, non eiciam foras: quia descendi de cælo*, &c. nisi quia primus homo, qui suam voluit facere voluntatem, à Paradiso exiuit: secundus verò per imitationem suæ obedientiæ, & abnegationis suæ voluntatis permanere nos intùs docuit: q. d. Ei, qui suam abnegauit voluntatem, Paradisus patet, quì inobedienti clausus.

¶ Et certè ex plurimis damnis, quæ cuique infert propria voluntas, abneganda est.

Primum: Voluntas propria facit hominem seruum, ac mancipium, eúmque duriori, ac tenaciori catena, quàm ferrea constringit. *Si abstuleris*

Isa. 58. *de medio tui catenam.* Quænam hæc? Propria voluntas. *Si auerteris à Sabbatho pedem tuum, facere*

D. August. 8. Conf. 5. *voluntatem tuam*, &c. August. Suspirabam ligatus, non ferreo alieno; sed mea ferrea voluntate: velle enim meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me: quippe ex voluntate peruersa facta est libido; & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas: quibus quasi ansulis quibusdam sibimet annexis tenebat me astrictum dura seruitus. Mancipium propriæ voluntatis. Quid pretiosius libertate? Hac te ipsum

Rom. 7. tua propria voluntas priuat. *Ego autem homo carnalis sum, venundatus sub peccato.*

Alterum: Propria voluntas omnia bona opera inficit, vt propterea bona non sint, nec per conse-

Isa. 58. quens Deo grata: *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.* Non tale ieiunium eligit Sponsus;

Bern. ser. 7. in Cant. ait ad hæc verba Bernard. Non sapit illi ieiunium meum, quod non lilium obedientiæ; sed virum propriæ voluntatis sapit. Et subdit: Ego autem non solùm de ieiunio; sed de silentio, de vigiliis, de oratione, de lectione, de opere manuum, postremò de omni obseruatione Monachi, vbi inuenitur voluntas in ea, non obedientia Magistri sui, idipsum sentio; minimè prorsus obseruantias illas, etsi bonas in se, inter lilia, id est, inter virtutes deputandas. Nunquid tale est obsequium, quod elegi, dicit Dominus: In die bonorum tuorum inueniuntur voluntates tuæ. Grande malum, propria voluntas, qua fit, vt bona tua tibi bona non sint. Concludit: Nihil omninò, quod propria inquinatum sit voluntate, gustabit is, *Qui pascitur inter lilia.*

Voluit quondam Dominus noster, in terris vitam agens, suorum discipulorum pedes lauare. Cui

Matth. 15. Petrus: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Quisnam profundior humilitatis actus? vnde sanctiùs elici potuit, quàm ex profundissima suæ nihilita-

Speranza Scriptura selecta.

A tis cognitione, & confessione diuinæ Maiestatis, ac magnitudinis? *Domine, tu mihi lauas pedes?* Quia tamen in tali actu propopria inuenta est voluntas, hæc ex ore Filij Dei horrendam illam ednxit comminationem: *Si non lauero te, non habebis partem mecum.*

Gen. 22. Iud. 11. In Genesi Abraham obtulit Deo filium. In lib. Iud. Iephte ex voto obtulit Deo filiam. Sed discri-

D. Ambros. l. 3. de Virg. men ex D. Ambros. animaduertite. Dicet aliquis: Qua ratione illic Deus non permiserit parricidium fieri; hîc sit passus impleri? Nunquid acceptor personarum Deus? Non: sed meritorum, atque virtutum. Et post multa vtrobique discrimina concludit: Hoc tam pium promissum (loquitur de Abraham) propria non soluitur voluntate. q. d.

B Iephte voto temerè facto, nec requisitus, propriam obtulit filiam; vnde in die sacrificij sui inuenta est voluntas sua: sed Abraham ex præcepto Domini, &, vt Deo placeret, filium immolauit; adeò respexit ad sacrificium Abrahæ, ad sacrificium Iephte non respexit.

Tertium: Propria voluntas est potentia cæca duplici cæcitate: ea, quam habet ex se. & ea, qua talis, hoc est, propria; & hæc offundit tenebras etiam intellectui, qui, dum voluntas fixa manet, ratiocinatur ad libitum voluntatis. Est etiam potentia claudicans ex vtero matris suæ, similis Mi- 2. Reg 5.

phiboseth, qui cecidit ex vlnis nutricis suæ, & claudus effectus est. Miphiboseth, *De ore ignominia.* O quot ignominiæ, cùm voluntas ex bra- Hebr.

C chiis intellectus, cuius est lacte veritatis alere voluntatem, cadit, ac prolabitur! &c. Sed iam ad intellectus, ac proprij iudicij abnegationem deueniamus.

De abnegatione proprij iudicij, & intellectus.

PVNCTVM CXVIII.

D. Bern. serm. 3. de resurr. Iudicium proprium, secundùm Bern. hoc modo poterit definiri: quod non est recto Dei, hominúmque sapientum iudicio conforme; sed nostrum solummodò est. Hoc iudicium proprium; hic in-

D tellectus abnegandus.

Et meritò, de quo Bern. In corde duplex est lepra: propria voluntas, & proprium consilium: lepra vtraque nimis pessima; eóque perniciosior, quò magis interior: proprij verò consilij adhuc magis perniciosior, quò magis occulta; & quantò plus abundat, tantò quisque sanior esse videtur. Hæc illorum est, qui zelum Dei habent: sed non secundùm scientiam sequentes errorem suum, & obstinati in eo, ita vt nullis velint consiliis acquiescere. Hi sunt vnitatis diuisores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placentes sibi, &c. Et quæ maior superbia, quàm et vnus homo toti Congregationi iudicium suum præferat, tan-

E quàm ipse solus habeat spiritum Dei? *Quasi peccatum ariolandi est, repugnare; & quasi scelus idololatria, nolle acquiescere.* 1. Reg. 15.

Idemmet Bernardus alibi in hæc verba notat D. Bern. de præc. & disp. durissimam contumaciam ceruicis eius, qui nolit acquiescere, quod est proprij iudicij. Non acquiescere, inquit Bernard. sed nolle acquiescere, quod est odiosæ pertinaciæ, & contumeliæ non ferendæ. Hoc autem inde est, quia, quod tales iudicant, & quod intelligunt, hoc ceu primam, ac summam æstimant veritatem. Et quod ipsis videtur,

Bald. in hunc locum. Hebr. Abul. q. 24. Arist. 8. Ethic.

inquit Balduinus, quasi sacrosanctum adorāt. Ceu idolum venerantur summmer iudicium: quod dicit Hebræus: *Quasi peccatum ariolandi rebellio, & idolum transgredi.* Vbi ex valdè scieotifica argumentandi ratione, vt hîc norat Abulensis, colligitur odium, quo Deus hoc vitium prosequitur, & eiusdem grauitas: vt enim docet Aristor. 8. Ethic. Optimus actus virtutis opponitur maximo vitio; & minimus habitus virtutis opponitur minimo vitio: hoc est, quantò aliqua virtus excellit omnes alias virtutes in bonitate, tantò vitium sibi oppositum excellit omnia alia vitia in malitia. Si igitur acquiescere Deo, & hominibus sapientibus est magna virtus: nolle acquiescere magnum erit vitium. Quod à vitio, cui simile est, maximè comprobatur: est enim quasi peccatum ariolandi, quod, secundùm Card. Hugonem, est super aras in fibris, seu in vlnis animalium veritatem futurorum inquirere: quod simul, & semel superstitionis est, ac idololatriæ. Ex quo patet huius vitij grauitas, quod pene simile sit grauissimo idololatriæ sceleri.

Hugo Card.

Hoc vitio in primis laborant, qui nolunt captiuare, ac redigere intellectum in obsequium Christi: quíque in rebus fidei euidentiam perquirunt; quam, quia nesciunt inuenire, non credunt.

Res Dei non curiositate, ac subtilitate ratiocinationis; sed humili intellectus captiuatione intelligi.

PVNCTVM CXIX.

Isa. 7. Sept.

IN Isaïa, iuxta Septuag. *Nisi credideritis, non intelligetis.* hoc est, nisi priùs Dei verbis fidem adhibueritis, non intelligetis. Res reuelatæ, antequam intelligantur, creduntur.

Exod. 3.

Suam doctrinam, suique cognitionem communicaturus Moysi Deus: *Ne appropies*, inquit, *huc: solue calceamentum de pedibus tuis.* Præceptum hoc variè à Patribus interpretatum est. Ad rem Bernardus: Inuolucra pone carnalium cogitationum, si accedere concupiscis. Theod. Rup. Hugo Vict. Caiet. Corn. à Lapide ad litteram, Moysi discalceari præcepit Deus: quia per modum naturæ, audacter, curiosè, ac parum religiosè ad illud perscrutandum mysterium accedere visus est. *Solue*, inquit, *calceamenta de pedibus tuis*; hoc est, maiorem reuerentiam exhibe: idque, vt moris est, calceorum detractione restare: simúlque, ac semel omni te naturalis rationis iuri cedere ostende, (calceorum detractio vtrunque significat in Scriptura, Iosuë 5. Ruth 4.) sicque mysteria intelliges, quæ ille solus intelligit, qui terrenis ratiuoibus renuncians, humiliter in diuinum obsequium abnegat intellectum.

Theod. Rupert. Hugo Vict. Caiet. Cor. à Lap.

Iob 36. Ierem. 32. Psal. 138. Hieron. Chrys. Hebr.

Ecce Deus magnus, inquit Iob, *vincens scientiam nostram.* Ierem. 32. *Magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu.* Dauid: *Mirabilis facta est scientia tua* (tua) *ex me* (præ me.) Hieron. *Super me est scientia, & excelsior est.* Chrys. *Mirum in modum excedit captum meum ratio eorum, quæ tu facis; confortata est, & non potero ad eam.* Hebr. propriè est, *Eleuata est, & non potero ad eam*, supple, attingere, vel peruenire.

Olim Sponsa quædam, quasi oculorum curiositate, dum Sponsum intueri posse arbitrabatur, audiuit: *Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt.* Sept. *Auerte oculos tuos è regione mei: quia ipsi auolare fecerunt me.* Hebr. *Me superare fecerunt*, supple, omnem tuum captum. Communis loci expositio est, Sponsam iuberi hîc demissiùs sapere; nec velle maiestatis esse scrutatricem, aut oculis humanæ rationis contendere, vt eum videre, quem nemo viuens (immortificatus) aut vidit, aut videbit: quia quantò magis in eum defiget oculos; tantò eum magis incomprehensibilem intelliget. *Accedet enim homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Sic Ambros. Theod. Tres Patres, Cassiod. Greg. Philo Carpat. Beda, Rub. Ansel. *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.* q. d. Claude, claude oculos, nec me clare videre præsumas: nam, qui plus præsumit, suo cæco visu plus lumen amittit.

Cant. 6. Septuag. Hebr.

1. Cor. 3.

Res fidei reuelatas comparāt Apostolus lacti: *Tanquàm paruulis lac vobis potum dedi.* Vidisti paruulum sugentem lac? vt clausis oculis sugit! Sic & lac candoris fidei, & veritatis rationalibus clausis oculis sugendum. Effectum procul dubiò suum sortietur; scilicet, te enutriet; viues ex eo: (*Iustus ex fide viuit.*) nec opus euidentia.

Psal. 130. Basil. Hebr. Caiet. Chald.

Vt talis paruulus Dauid! *Neque elati sunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.* Basil. Non supercilia contraxi, neque ceruicem extendi, vt caperem, quæ, nimirum, sunt supra captum *In mirabilibus supra me.* Hebr. *In separatis à me. Si non humiliter sentiebam.* Caiet. *Si non æquaui, & silere feci animam meam.* Chaldæus: *Si non posui manum ad os* (vt paruulo fieri solet,) *& tacere feci animam meam, donec audirem verba legis.* O sapientem infantulum, qui non vult sapere, plusquàm oporteat sapere; sed sapere ad sobrietatem!

4. Esd. 4.

Non patitur huius vitæ status, vt arcanorum diuinorum euidentia fruamur, incapaces nunc euidentiæ sumus. Hanc olim Esdras peroptabat: sed respondit, inquit, ad me Angelus: *Excedens excessit cor tuum in sæculo hoc, & comprehendere cogitas viam Altissimi? Vade, pondera mihi ignis pondus; aut mensura mihi flatum venti; aut reuoca mihi diem, quæ præteriit. Et respondi, & dixi: Quis natorum facere potest, vt me interroges de his? Et dixit mihi: Tu, quæ tua sunt tecum coadolescentia, non potes cognoscere; & quomodo poterit vas tuum capere Altissimi viam?*

Isa. 6. Orig. homil. in Isa.

Gloriabatur quondam Isaias, se Deum vidisse: *Vidi Dominum*, inquit, *super solium excelsum, & eleuatum.* Præclare certè tecum actum est ô Propheta, præcipuo honore affectus es: sed, amabo te, quid vidisti? quid circa illum conspexisti? quæ facies eius? *Seraphim*, inquit, *stabant super illud; sex alæ vni, & sex alæ alteri; duobus velabant faciem*, non propriam, sed Dei, inquit Origenes, ex voce, *panau*, ambigua ad faciem, vel Dei, vel ipsorum Seraphim. *Et duabus velabant pedes*, non proprios, sed Dei: exordium enim Dei ignotum est; & nouissimum non comprehenditur. Quid igitur, ô Propheta, vidisti? Vidi, Deum non posse videri, nec comprehendi. *Vidi Dominum super solium excelsum, & eleuatum* Quam ob causam, ait Chrysostomus, cùm dixisset excelsum, adiecit eleuatum? Vt cathedram incomprehensibilem significaret. Velabant ergo facies suas, sic legit etiam Chrys. ne ipsum Deum aspicerent: non enim se dignos esse existimabant, qui altissimam illam Dei maiestatem mererentur: ideò excludebant splendidissimum

Chrys. hom. 1. in c. 6 Isa.

radium

radium è throno prodeuntem; quòd summum A splendorem, & immensam gloriam aspicere non auderent, & suam erga Deum reuerentiam, & religionem demonstrarent. Simul autem hæc Seraphim, dum caput proprium, pedésque proprios velant, alisque velant; eius typum præf. ferunt, qui verè proprium abnegauit iudicium, quo promptus, paratúsque sit, pedibus ire, currere, & volare in diuinam sententiam, ac reuelationem.

Ferman. in hanc Vision.

D. Gregorius ad illa verba Ezechielis de suis quatuor animalibus loquentis: *Cùm fieret vox supra firmamentum, stabant, & submittebant alas suas.* Alas demittunt, inquit: quia, cùm internam vocem diuinæ sapientiæ audiunt, quasi volatus sui alas deponunt: quia, videlicet, ipsam B veritatis altitudinem minùs contemplari posse cognoscunt.

D. Greg. 35. Moral. 2. Ezech. 1.

Hoc idem optimè ad illa verba Iob: *Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam.* Solij eius vultus tenetur: quia à nobis in hac vita Deus plenè cognosci non potest. Rectè per Psalmistam dicitur, *Caligo sub ped. bus eius.* quia non in ea claritate ab inferioribus cernitur, qua in superioribus dominatur. *Ascendit enim super Cherubim, & volauit.* Cherubim quippe *plenitudo scientiæ* dicitur: proinde super plenitudinem scientiæ ascendisse perhibetur, & volasse: quia maiestatis eius celsitudinem scientia nulla comprehendit. Volauit igitur: quia longè in al- C tum ab intellectu nostro se rapuit. Volauit super pennas ventorum; quia scientiam transcendit animarum. Qui posuit tenebras latibulum suum: quia, dum infirmitatis nostræ obscuramur caligine, per ignorantiam nostram nobis absconditur, ne à nobis modò in æterna, & intima claritate videatur.

Iob 26. D. Greg. 17. Moral. 13.

Hebr.

Vnde ei & in Canticis Canticorum à Sponsa dicitur. *Fuge, dilecte mi, fuge.* ac si diceret: Tu, qui ex carne comprehensibilis factus es, ex Diuinitate tua intelligentiam nostri sensus excede, & in te ipso nubis incomprehensibilis permane. *Tenet* ergo *vultum solij sui*, qui maiestatis suæ potentiam mortalibus abscondit. *Et expandit super illud nebulam suam*, qui proculdubiò & cor nostrum ad quærendum subleuat; & tamen occulta moderatione agitur, vt ipsa requisitionis suæ immensitate reprimatur.

Cant. 8.

Iob 26.

Hæc incomprehensibilitatis nebula, lux nostra est. *Et lux in tenebris lucet.* In hac caligine sita est mentis serenitas; in hac nocte intellectus illuminatio. *Et nox illuminatio mea.* Per hanc quærebat illa dilectum suum: *Per noctem quæsiui, quem diligit anima mea.* Iam & sub vmbra sedebat; nunc per noctem quærit: vt cæca prorsus obuoluta caligine visibilia, & inuisibilia pertransiens, vt potest, vt capax est, teneat eum.

Ioan. 1.

Psal. 138. Cant. 3.

In hac nocte colluctans cum Angelo Iacob, vbi E neruus femoris eius emarcuit; hoc est, vbi ratio carnalis cessit. Deum quantum fas est, videre meruit. Hanc luctam fuisse cupiditatem, conatúmq; sciendi diuina, Deúmque videndi; ostendit ipsa nominis, aut, melius dixerim, nominum interpretatio, *Iacob*, & *Israel*, hoc est, luctator, vt Deum videat. Ostendit etiam, quòd Angelum Dei personam gerentem percontatus est Iacob: *Quod est nomen tuum?* Vbi Theodoretus: In hoc non solùm responso frustratus est; sed etiam obiurgatur tanquam excedens metas naturæ: non enim volendum alta sapere; sed sapere ad sobrietatem: cognouit nihilominùs Deum, quantùm licuit. Sed

Gen. 32.

Hebr.

Theod.

quo medio? Abnegatione, humiliationéque sui intellectus, suique ipsius mortificatio. Oseas: *In fortitudine sua directus est cum Angelo: fleuit, & rogauit eum.* Emarcuit neruus femoris eius, altero claudicauit pede: quæ omnia, & singula dicunt abnegationem. Qui flens rogat, vt doceatur, tum appetitum sciendi, tum proprij ruditatem ingenij sponte fatetur. Doce me, iterum doce: nondum capio, quæso, doce. Neruus femoris est robur carnalis rationis: pes alter humana ratio; ille emarcescat: in hoc verò, ne quis subsistat (vt Deum intelligat) opus est. Quid mirum, si post talem, ac tantam abnegationem, *Ascendit aurora*

Osee 12.

O quàm verum id! *Dominus dixit, vt habitaret in nebula.* In 2. Paralip. *Cumque complesset Rex Salomon fundens preces, ignis descendit de cælo, & deuorauit holocausta, & victimas, & maiestas Domini.* vel iuxta Septuag. *& gloria Domini impleuit domum; nec poterant Sacerdotes ingredi templum Domini, eò quod impleßet maiestas Domini templum Domini.* Quærit Abulensis, quænam hæc esset maiestas? Concludit, fuisse nebulam, siue nubem, in qua, ceu signo visibili diuinæ præsentiæ, Deum adesse constabat. *Maiestas Domini impleuit domum*; hoc est, nubes, in qua Deus erat. Sic in suis Scholiis Mariana. Hinc *non poterant Sacerdotes*; hoc est, non audebant *ingredi templum Domini*: tenebantur enim diuinam præsentiam, nec audebant ingredi in illam nebulam, ne quodammodo viderentur audere tangere ipsum Deum.

3. Reg. 8. 2. Par. 7.

Sept.

Abulen ibid. q. 3. & 10. Lyran. & Marian.

Huc facit, quòd Sacerdos thuribulo fumum adeò excitabat, vt totus fumea illa nube obtegeretur: quasi diceret: Contestor, me nihil de Deo comprehendere, nihil humana ratione complecti, nihil oculis naturalibus videre. Sic D. Leo. Succumbat humana infirmitas gloriæ Dei, & in explicandis operibus eius imparem se semper inueniat: laboremus sensu, hæreamus ingenio, deficiamus eloquio: bonum est, vt nobis parum sit, quod etiam rectè de Domini maiestate sentimus.

D. Leo serm. de Pass. Domini.

Hoc certè sibi voluit Elias, dum ipsum Deum præsentiens, pallio caput obuoluit De quo Gregorius: Sibilum audire est aliquid tenuiter de Diuinitate gustare; post auræ tenuis sibilum vultum suum Propheta pallio operit: quia in ipsa contemplatione veritatis, quanta ignorantia humo tegatur, agnoscit. Vultum nanque pallio operire est mentem consideratione propriæ infirmitatis velare, ne audeat altiora se quærere.

3. Reg. 19. D. Greg.

Et meritò: quò enim quisque altiùs ad rerum diuinarum cognitionem assurgit, eò magis, quàm distet à perfectione comprehensionis, agnoscit. Vt is, qui longiùs in Oceanum progreditur, semper profundiora inuenit: sic etiam, qui altius in Dei mysteria penetrat, eò altiora, difficilioraque detegit, densioresque tenebras offendit. Quare Salomon: *Dixi: Sapiens efficiar. & ipsa longiùs recessit à me multo magis, quam erat: & alta profunditas: quis inueniet eam?*

Eccl. 7.

Hinc suprà iam dicta animalia, & Seraphim stabant, & volabant: quia in eo vastissimo Diuinitatis Oceano & stabant, & ab vna ad aliam diuinam perfectionem volabant.

Ezech. 1. Isa. 6.

Hinc ille, quidnam Deus esset, interrogatus: primò diem vnum, deinde duos, postmodum tres dies ad cogitandum sibi dari postulauit: quod quò magis in ea cogitatione versaretur, eò minùs, quid Deus esset, inueniret. Nec sane mirum: Deus

enim, vt verissimè à Dauide dictum est, *Posuit tenebras latibulum suum*: vt cùm quis defixa mentis aciem ipsum per contemplationem intueri studet, statim velut caligine quadam sese circunfusum sentiat, atque ex diuinæ maiestatis, omnem mensis captum superantis, consideratione, ad profundissimam quandam humilitatem erudiatur. Quod eleganter, & ingeniosè simul nobis ostendit Nicænus, cùm, quid hinc significetur, exponit, quòd Moyses Deum in prima visione in loce vidit: in secunda autem eundem non nisi in nube, & caligine conspexit: ex quo huiusmodi doctrinam elicit; Veritatis cognitio iis lux est, à quibus primò percepta est: verùm mens hominis ad meliora semper procedens, quantò magis ad Dei speculationem accedit, tantò magis perspicit, quòd diuina natura inuisibilis, & incomprehensibilis sit: nam, cùm reliquit, non solùm omnia, quæ sensu percipiuntur; verùm etiam cuncta, quæ mente conspiciuntur; ac semper ad interiora progreditur; tunc caligine vndique circunsepta, in inuisibili & incomprehensibili Deum videt. In hoc enim consistit vera Dei cognitio: in hoc est eius visio, vt videat, quòd videri non possit, quòd omnem cognitionem eius cognitio excedat. Hæc ille.

Psal. 17.
D. Gregor. Nicœn. l. de vita Mosis. Exod. 20.

In hac itaque caligine positum est lumen: in hac inscitia vera manet sapientia. *Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini.* O sapientem! ô felicem ignorantiam, qua plùs intelligimus, quàm tota Aristotelis, ac Platonis Philosophia! *Et nox illuminatio mea.* Nox ista omni humano die splendidior est. Nox, quæ spoliat Ægyptios, (intra sese includens, ac secum ducens quicquid scit, & quicquid humana docet Philosophia:) & ditat Hebræos, (transeuntes, humanam, scilicet, rationem)

Psal. 70. Psal. 138. Hebr.

Hi non scrutantur maiestatem, ne opprimantur à gloria.

Hi non curiosè introspiciunt in Arcam Domini, nec minimùm tangunt, ne percutiantur super temeritate. *Percussit autem Dominus de viris Bethsamitibus, eò quòd vidissent Arcam Domini.* Alia littera: *Eò quòd introspexissent in Arcam Domini.* Vbi Rupert. Ideircò percussit eos: quia curiosè inspexerunt Arcam Domini.

I. Reg. 6. Alij. Rupert. ibid.

Hoc certè fuit primorum parentum vitium, qui plusquàm par est, introspicere voluerunt. Hoc & illius Angeli, qui cùm esset primus Seraphinorum, Cherubim dictus est; quod est plenitudo scientiæ, quasi plus scire voluerit, quàm oporteret. De quo Propheta: *Perdidisti sapientiam in decore tuo.* Vbi Bernard. Non in decore; sed in suo decore dictus est ille perdidisse sapientiam. Ea ergo ille non modò formatus, sed & formosus fuit. Sed perdidit eam, cùm fecit suam: vt non sit aliud in decore suo quàm in sua sapientia perdidisse sapientiam. Proprietas in causa est. Quòd sibi sapiens fuit; quòd non dedit gloriam Deo; non retulit gratiam pro gratia; quòd non secundùm veritatem ambulauit in ea; sed ad suam eam retorsit voluntatem: istud est, cur eam perdidit: imò istud est, quòd eam perdidit.

Gen. 3. Ezech. 4. Hebr.
Ezech. 28. D. Bern. ser. 74. in Cant.

Abnegandus itaque intellectus, quo intelligamus; claudendúsque oculus, quo videamus. Hoc paradoxum anima illa nouerat, cui cùm Dominus dixisset: Me semper aspice. illa respondit: Ergo oculos mihi erue.

Baptista Gemacus.

* *

De cognitione Dei ex creaturis.

PVNCTVM CXX.

PEr creaturas dignoscitur Creator. Summo flagrabat Moyses desiderio Deum videndi: *Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te.* Cui mox: *Transibit gloria mea, & videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.* quasi diceret: In creaturarum vestigiis, ô Moyses, me dignosces: transibit gloria mea, & vestigia relinquam, per quæ quàm magnus sim, quàm potens, quàm bonus, vt poteris, conjicies. Sic Hilar. & Irenæus: posteriora sunt ipsi effectus, & creaturæ. Exod. 33. Hil & Iren.

Iob: *Omnes homines vident eum.* Sed quomodo id fit, ô Iob? In suis effectibus. *Vnusquisque intuetur procul.* Vbi Greg. Procul eum intueri, est non iam illum per speciem cernere; sed adhuc ex sola operum suorum admiratione pensare. Iob 36. D. Greg.

Hinc Dauid: *Cæli enarrant gloriam Dei.* Alij: *Cæli enumerant gloriam Dei.* Hebr. *Cæli scribunt gloriam Dei.* Sic Basil. in Hexameron: Vniuersa hæc mundi moles est veluti liber litteris exaratus; palàm contestans, ac prædicans gloriam Dei. Hoc idem Chald. *Qui cælos suspicit, cognoscet gloriam Dei.* Psal. 18. Alij. Hebr. Basil. Chald.

Hoc de operibus eius sub manuum typo Sponsa dicebat. *Manus eius* (nimirùm, Sponsi) *tornatiles, aureæ.* Alia littera: *Manus eius, volumina aurea.* Cant. 5. Alij.

Sic verba faciens de diuino illo Sponsi capite: *Caput eius*, inquit, *aurum optimum.* Heb. propriè: *Aurum traductum*, hoc est, ad intelligendam essentiam, attributa, &c. non est accipienda auri massa, vt est; sed veluti traducenda, voluendáque à manu ad manum. Cant. 5. Hebr.

Iob: *Interroga iumenta, & docebunt te; & volatilia cæli, & indicabunt tibi: loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat, quòd omnia hæc manus Domini fecerit?* Iob 12.

Sic vidit Dominum Isaias: *Vidi Dominum*, inquit, &c. *Et ea, quæ sub ipso erant, replebant templum.* Hebr. *Et fimbriæ vestimenti eius replebant templum.* Vestimenti nomine creaturæ intelliguntur. His omnibus veluti indumento vestietis. Sic Gregor. ad illud Iob: *Et speciosis induere vestibus.* Vidit ergo per creaturas Dominum. Isai. 6. Hebr.

De his egregiè B. Laurentius Iustinianus: Sunt quippe creaturarum species humani quidam pædagogus ingenij, & conditoris earum speculum singulare. Hoc Apostolus expressit, dicens: *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas.* Vehiculo igitur hoc vtatur præclaro, quisquis cupit ad summi Dei peruenire notitiam. Melius dici non poterat. Creaturæ sunt pædagogus ingenij, & vehiculum, &c. D. Greg. in Iob 40. B. Laur. Iust. ser. de Pent. Rom. 1.

Hoc Antonius ad Dei ferebatur notitiam, de quo Athanasius: Nesciebat litteras; sed sedebat in monte, & studebat in libro creaturarum. Vnde refert Socrates, quòd Philosopho cuidam roganti, quomodo in eremo sine libris viuere posset, respondit: Meus liber, ô Philosophe, est natura rerum à Deo conditarum, quæ, quotiescunque mihi libuerit, libros ipsius Dei ad legendum suppeditat. Sic Bernard. Est velnti communis quidam liber, & catena alligatus, vt attoller, Athan. in vita Anton. Socrat. 4 Histor. 18. Bernard. in Psal. 54.

sensibi lis

sensibilis mundus iste, vt in eo sapientiam legat, A quicunque voluerit.

Psal.18. Chrysost. Bonau. in exa.1. O librum grandioribus characteribus exaratum, in quo vel rudiores studere possunt! *Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Vbi Chrysost. Nun est gens, neque lingua, quæ hanc vocem intelligere non possit. Bonauentura: Qui tantis rerum creaturum splendoribus non illustratur, cæcus est: qui tantis clamoribus non euigilat, surdus est: qui ex omnibus his effectibus Deum non laudat, mutus est: qui ex tantis indiciis primum principium non aduertit, stultus est.

Chrys. hom. 9 ad pop. Ant. Sed ipsum eloquentiæ flumen Chrysostomum audiamus ad illa verba, *Cæli enarrant.* vbi primùm quærit, quàm ob causam post tot annos editæ sunt B Scripturæ: non enim Noë tempore, & Abraham; sed Moysi, liber hic traditus est: qua de causa non ab initio? Respondet: quia non per litteras; sed per res Deus naturam hominum doce-Rom. 1. re volebat. *Inuisibilia ipsius*, inquit Apostolus, *à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*, hoc est, ante omnium oculos creaturam in medio proposuit, vt ex operibus Creatorem coniiciant. Quod quidem & alius Sap.13. dicebat: *Ex magnitudine, & pulchritudine creaturæ proportionabiliter ipsarum author considerari.* Sic legit Chrysost. & subdit: Vidisti magnitudinem? considera potentiam Conditoris cum admiratione. Vidisti pulchritudinem? sapientem obstupesce, &c. C

Deinde venit ad iam dicta verba: *Cæli enarrant gloriam Dei.* Quomodo narrant, dic mihi: vocem non habent, os non possident, ipsis non est lingua, quomodo igitur narrant? Per ipsum aspectum: cùm enim videris pulchritudinem, magnitudinem, celsitudinem, situm, formam per tantum temporis permanere, tanquàm vocem audiens, & ad aspectum discens, adoras eum, qui tam pulchrum, & admirabile corpus creauit. Tacet cælum; sed ipsius aspectus vocem tuba clariorem emittit, per oculus, non per aures nos docens.

Psal.18. *Sic celi enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum Dies diei eructat ver-* D D.Chrys. *bum, & nox nocti indicat scientiam.* Sed hoc qua ratione? Si cogitaueris, inquit Chrysost. quomodo dies, & nux totum per annum distribuuntur, & tanquàm in libera, & bilance totius spatij longitudinem diuiserunt; eum, qui ordinauit, admiraberis: velut enim sorores quædam paternam hæreditatem partitæ cum charitate multa, nullo modo inter se calumniantes; sic & dies, & nox cum omni diligentia annum æqualitate tanta distribuunt, & proprios conseruant fines, nec vnquam alteram altera pellit. Nunquam igitur hyeme dies fuit longa, sicut nec vnquam æstate longa fuit nox, tot præteritis generationibus; sed in eodem internallo, & longitudine, neque modicum, E nec dimidiam horam, nec oculi momentum altera, quàm altera plus habuit: propterea, & Psalmista ipsorum æqualitatem admiratus clamabat dicens: *Nox nocti indicat scientiam* Si hæc mediturs scias, sic admiraberis eum, qui ab initio hos immobiles terminos statuit.

Audiant hæc auari, & aliena concupiscentes: & diei, noctisque æqualitatem imitentur. Audiant inflati, & alia sapientes, & nolentes primas partes aliis concedere. Dies nocti cedit, nec alienos fines inuadit.

Considera ad hæc legislatoris sapientiam. In hyeme longam noctem esse iussit, quando molliora semina, & magis frigescere indigentia, nec calidiorem radium tolerant: postquàm aucta fuerint, vna cum ipsis etescit rursum dies: & tunc fit longior, quando iam viget fructus, &c. Et, vbi plura de ordine cæli disseruit, ait: Vis te in terram iterum reducamus; & quod miteris, ostendamus? Nunc cernis hoc mare vndis, & violentis flatibus plenum? Sed hoc mare spatiosum & magnum, & furens inualida continetur arida. Et considera Dei sapientiam. Non permisit ipsum quiescere, neque manere sedatum; sed intra terminos manens clamat, & turbatur, & vehementer resonat, & in altitudinem fluctus excitat ineffabilem: cùm autem ad littus, & arenam peruenerit, dissolutum rursum ad seipsum reuertitur; per hæc vtraque te docens, quòd non naturæ opus est, ipsum intra proprios fines manere; sed ipsum cohibentis virtutis: propterea enim inualidum vbicem ipsum fecit; & neque ligna, & lapides, neque montes his littoribus circumposuit; vt non his elementum in ordinem cogi putes. Hoc igitur & ipse quandoqua Iudæis improperans dicebat: *Me* Ierem. 5. *non timebitis, qui arenam mari terminum constitui, preceptum sempiternum, quod non præteribit.*

Sicque elegantissimè de more Chrysost. de hoc vniuersarum creaturarum libro concludit; in eo quemlibet posse legere, tum litteratum peritum, tum imperitum; eúmque coëmere, tum diuitem, tum pauperem. Scytha, & Barbarus, & Indus, & Ægyptius, & omnis homo super terram incedens hanc vocem audiet: non enim per aures, sed per oculus in mentem incidit nostram. In hunc librum & idiota, & sapiens intueri poterunt, & pauper, & diues.

Studium hoc erat Sanctorum illorum Patrum Theod. in hist SS.Patr. in Macedon. quorum vnus aliquando interrogatus à venatore, quid in syluis illis tam diu moraretur? Meum, inquit, & ego venor Deum, cúmque habere cupio, & contemplari desidero: neque ab hac pulchra cessabo venatiune.

Vt venabatur Augustinus? Circuibam omnia, D.August in Sol.c.31. quærens te: interrogaui terram, si esset Deus meus; & dixit mihi, quòd non: & omnia, quæ in ea sunt, hoc idem confessa sunt. Interrogaui mare, & abyssum, & reptilia, quæ in eis sunt; & responderunt: Non sumus Deus tuus: quære super nos eum. Interrogaui flabilem aërem, & inquit vniuersus aër cum omnibus incolis suis: Fallitur Anaximenes, non sum ego Deus tuus. Interrogaui cælum, Solem, Lunam, & stellas: Neque nos sumus Deus tuus, inquiunt. Interrogaui mundi molem: Dic mihi, si es Deus meus, an non? Et respondit voce forti: Non sum, inquit, ego: sed per ipsum sum ego: quem quæris in me, ipse fecit me. Interrogatio creaturarum profunda est consideratio ipsarum: responsio ipsarum, attestatio ipsarum de Deo: quoniam omnia clamant: Denã nos fecit, quoniam, vt ait Apostolus, *Inuisibilia Dei*, &c.

De his, qui per creaturas ad Creatorem non ascenderunt, sed in creaturis steterunt, grauissimis verbis in Sap. *Vani autem sunt omnes homines,* Sap.13. *in quibus non subest scientia Dei; & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est; neque operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex; sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, & Lunam, rectores Orbis terrarum Deos putauerunt.*

putauerunt. Quorum si specie delectati Deos putauerant; sciant, quantò his dominator eorum speciosior est. [D. Bon.] Bonauentura, nimirum, in infinitum. *Speciei enim generator hæc omnia constituit. Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis. A magnitudine enim speciei, & creaturæ cognoscibiliter* [Græc.] (Græcè, *analogicè*, analogia præsertim attributionis) *poterit Creator horum videri.* Quod est: Quicquid pulchrum, quicquid magnum, quicquid bonum est; ab illa infinita pulchritudine, immensitate, & bonitate est; Deus enim eminentissimè in se creaturarum omnium perfectiones continet, & infinita proportione excedit.

[D. Aug. ser. 1. de verb. Apost.] Sic Augustinus: Omnem creaturam excedit, omnem facturam præterit, vniuersa præcellit: si enim quæras magnitudinem, maior est; si pulchritudinem, pulchrior, si dulcedinem, dulcior: si splendorem, fulgidior; si iustitiam, iustior; si fortitudinem, fortior; si pietatem, clementior. Et subdit rationem: Nulla enim ratio patitur, vt vel factura factori suo æquetur, vel opus artifici comparetur. Quod iam præallegata scriptura comprobat: [D. Bern ser. 1. de omnibus Sanct.] *Qui fecit fortia, fortior est; & qui fecit pulchra, pulchrior illis est.* Eadem est sententia Bernardi. Quid? inquit, miraris in Sole splendorem, in flore pulchritudinem, in pane saporem, in terra fœcunditatem? Sed à Deo hæc vniuersa donata sunt: nec dubium, quin multò ampliùs reseruauerit sibi, quàm dederit creaturis. O quàm facilis! ô quàm suauis ascensus hic per creaturas ad Creatorem! [Matth. 6.] *Considerate lilia agri, quoniam, nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis.* Ex flosculi pulchritudine, odore, &c. Plotinum Philosophum ad Deum ascendisse, scribit August. [D. Aug. 14. de Ciuit. 14. Cic. 2. de nat. Deor.] Et Tullius: Cùm tam certos cæli motus, tam ratos astrorum ordines, támque inter se omnia connexa considero, in amorem Artificis totus accendor.

De proprij iudicij, ac intellectus abnegatione in collocutionibus, & disputationibus.

PVNCTVM CXXI.

SEd iam ad proprij iudicij ac intellectus, abnegationem reuertamur. Eodem proprij iudicij, ac intellectus vitio laborant, qui in collocutionibus, ac disputationibus ita sunt propriæ addicti sententiæ, vt alterius nunquam acquiescant. Hi spiritum contradictionis habent: nunquam sentiunt, quod alij sentiunt, ac si essent perpetui interpretes veritatis, Scripturæ glossatores, Rabbi super terram, Doctores irrefragabiles, qui soli spiritum Dei haberent, per quos solos loqueretur Deus.

[Iob 32.] *Plenus sum sermonibus*: (dicebat his persimilis in Iob:) *coarctat me spiritus vteri mei: en venter meus quasi mustum absque spiraculo.* [D. Greg. Iob 33.] Vbi Gregor. adnotat, superbos plenos se Spiritu sancto asserere, & hinc arroganter dicere: *Audi, Iob, eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta.* Vides hic, quæso, characterem, formámque loquendi arrogantium? Hoc enim habet proprium doctrina arrogantium, vt humiliter nesciant inferre, quod docent: in verbis enim eorum proditur, quòd cùm docent, quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere, eósque, quos docent, vt longè infra se positos, veluti in imo respiciunt, quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur. Verba Eliu ad Seniores: *Iunior sum tempore.* [Iob 32.] *Sperabam, quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudine doceret sapientiam: sed, vt video,* (ô quàm mala vides!) *spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.* q. d. Nuper ego me despiciebam iuuenem; verebar, & venerabar senes: at nunc sententiam mutare cogor: iuuenes intùs maiorem spiritum alunt, acutiores, doctiores, sanctiores sunt senibus. *Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium: ideò dicam, audite me: ostendam vobis ego meam sapientiam.* O mentis tumorem! ô iudicij proprietatem!

Hanc in mutuis colloquiis, aut disputationibus pernecessariam abnegationem suadet Apost. 2. Tim. 2. *Noli contendere verbis.* [2. Tim. 2. Græc.] Græcè: *Noli verbigerare.* Hoc est, inutiles quæstiones de nomine, vt aiunt, deuita: non enim ad veritatem rei faciunt. Sic August. Verbis contendere, est non curare, quomodo error veritate vincatur; sed, [D Aug. 4. de doct. Christ. 28.] quomodo dictio tua dictioni præferatur alterius; scilicet, in disputando non veritatem quærere, sed ostentare scientiam: doctior aliis videri, victor, ac superior euadere, quod iuuenum est, ac elati animi.

O quàm malum! ô quàm contra charitatem suam semper mordicùs sententiam tueri! Vt modesti fuerunt sancti, & ipsimet Ecclesiæ Doctores! Magnus ille Doctor Ecclesiæ, Gregorius, ad [D. Gregor. hom. 38. in Euang.] enascentem quandam in parabola nuptiarum difficultatem ex contextu D. Matth. & D. Lucæ, hoc habet: At, si quis fortè contendat hanc eandem esse lectionem; ego meliùs puto, salua fide, alieno intellectui cedere, quàm contentionibus deseruire.

Apostolorum Princeps obiurgatus à Paulo, [Gal. 2.] quòd adhuc quibusdam cibis, veluti anteà in lege, abstineret, quanquam in hoc nec venialiter quidem peccauerit, quin id rectissima fecerit intentione, vt optimè probant recentiores, Vasq. [Vasq. 1. 2. q. 103. disp. 182. cap. 7. Corn. à Lap. Gal. 2. Act. 16. & 18.] & Corn. à Lapide: nam licitum erat intermedio eo quodam tempore, hoc est, ante plenam euangelicæ legis promulgationem, antiquis, ac iam mortuis, etsi necdum mortiferis cæremoniis vti: quemadmodum idem Paulus vsus est, dum Timotheum circuncidit, sibique caput in Cenchreis totondit, ne Iudæi scandalum paterentur, & Iudæum se faciens, vt Iudæos ipsos lucrifaceret: & sic Petrus vsus est, ne Iudæi recèns conuersi, necdum prorsus Moysem dedocti, quasi nimia legalium ciborum abstinentia læderentur: nihil tamen pro rei defensione intulit; sed protinus correptioni conquieuit, ac humiliter tacens, quòd reprehensibilis esset, iuxta Pauli sententiam, confessus est. Pro qua re in sacris Paginis difficillima, vt ex D. Hieronym. ad Augustinum, & Augustini ad Hieron. epistolis patet, quò Petrum reprehensibilem dicamus; nec tamen venialiter deliquisse, obseruandum est, duo in quauis actione posse considerari: primum, intentionem, conscientiam, & fidem, qua actio fit: secundum, euentum illius, aut omissionem alicuius circunstantiæ ex inconsiderantia, qua fiat, vt ea actio minùs cauta, & prudens ab aliis censeatur. Hinc accidere potest, vt quis interdum à culpa sit liber omninò ob naturalem inconsiderantiam; exteriùs tamen videatur reprehensione, & admonitione dignus ob aliud, quod

quod inde oriatur. Sic Paulo visus est reprehensibilis Petrus, quòd non tam cautè illis adhuc cæremoniis vsus fuerit, vt ex Barnabæ, alijs vtrumque quorundam hæsitatione constitit. Habuit ergo integerrimam intentionem, ac fidem Petrus, dum à cibis abstinuit, & per consequens non peccauit: quia tamen cautior ac prudentior fuisset, si non abstinuisset, cùm hæc non abstinendi facultas iam cuique data esset, & præsertim ab ipso Petro verbo, & exemplo alias comprobata fuisset; abstinens nunc maximè cum admiratione quorundam, vt reprehensibilis iudicatur, ne, scilicet, alij ex facto alioqui licito, quòd in posterum non liceret, asserere auderent.

Hic autem quis non miretur summam intellectus abnegationem, dum Summa Theologorum (hunc titulum dat Petro Areopagita) iam humiliter siluit, ac prorsus acquieuit? Nulla Petrus vsus est ratione ad factum comprobandum. Non dixit: Meum est de rebus fidei decernere: scio, ac intelligo id, quod ago. sed vel coram multitudine protinus caput submisit. Vnde Gregor. Tacuit Petrus, vt qui primus erat in Apostolatus culmine, primus esset in humilitate. Et August. Rarius, & sanctius exemplum Petrus posteris præbuit, quò non dedignaretur à posterioribus corrigi, quam Paulus, quo confidenter auderent minores maioribus pro defendenda veritate, salua charitate, resistere.

D Gregor. hom. 18. in Ezech.
D. August. ep. 19. ad Hier.

Sed 4 Reg. mirabilis certè proprij iudicij, ac intellectus abnegatio Elisei. Iam suis oculis viderat Prophetam curru igneo raptum Eliam, vnde clamauit: *Pater mi, Pater mi, currus Israël, & auriga eius*. paulò post adueniunt filij Prophetarum, (quod est in Scripturæ phrasi, discipuli Prophetarum,) & cum eis quinquaginta viri fortes, vt quærant Eliam: *Si forte*, inquiunt, *tulisset eum Spiritus Domini; & proiecisset eum in vnum montem, aut vnam vallium*. Ad quos Eliseus, qui Eliam raptum viderat, & non reuersurum vsque ad mundi finem, per specialem reuelationem nouerat: *Nolite*, inquit, *mittere*. Hoc est: Iam raptus est, frustrà in tertiis quæreretur. Illi verò *coegerunt eum, donec acquiesceret*, & diceret: *Mitte*. O singularem iudicij abnegationem! vi mox acquieuit, vt non contestatus est per cælum, per terram, per Deum, propriis oculis vidi! sed ne contenderet, cessit, & dixit, *Mitte*: potiùs enim rubore voluit cedere. *Et coegerunt eum, donec quiesceret*. Græcè: *Et coegerunt eum, donec erubesceret*, vel Hebr. *vsque ad pudefieri*. hoc est: Illi obstinato animo contendebant tepertum iri; ille maluit pudore suffundi, quàm ampliùs contentiosè obsistere. *Mitte*, inquit. *Et miserunt quinquaginta viros: qui cùm quæsissent tribus diebus, non inuenerunt, & reuersi sunt ad eum*. quibus ait: *Nunquid non dixi vobis: Nolite mittere*? Sic, sic, etsi res, de qua agitur, ipsa luce meridiana sit clarior, etsi manibus palpara, & oculis visa, præstat magis pro seruanda pace quiescere, quàm contradicere.

4. Reg. 2.
Chartus. hoc loco.
Græcè. Hebr.

Hoc generaliter habeas pro quacunque re temporali, inquit D. Vincent. Ferrer. vt vbi alium contradicere videas, quantumcunque exorbitet à iudicio rationis, quodcunque incommodum sufferas pro interna mentis tranquillitate seruanda, quæ per tales repugnantias perturbatur; dum homo suo iudicio adhærendo, verbis, vel cogitationibus cum aliis altercatur. Nec hoc solùm in temporalibus, sed etiam in spiritualibus, quia maius detrimentum acquires in diminutione humilitatis, tranquillitatis, & pacis cum aliis contendendo, quàm possis peruenire perfectus in quocunque alio virtutis exercitio, voluntate propria assecuta, alteri repugnando.

S. Vinc. Ferr. tr. de vita spir. c. 5.

Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Hoc est, secundùm Iansenium, si quod mendacium per imprudentiam, & inscitiam protulisti, ne pergas illud impudenter defendere, aut negare; sed potiùs illud verecundè fatere. Sunt, qui quodlibet dictum etsi nulli subnixum rationi, eò solùm, quòd dictum est, defendunt. O quàm satius de mendacio ineruditionis aliquando confundi, quàm pertinaciter semper suam sententiam tueri!

Eccl. 4. Iansen. ibid.

Quàm abhorrebat Iob à contentionibus, dum rogabat amicos: *Respondete, obsecro, absque contentione; & loquentes id, quod iustum est, iudicate*. Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris: q. d. Vocem non extollatis; sed sedato, peccatóque animo loquimini, vt veritatem dignoscatis, non contentiosè eam impugnetis. Septuag. *Sedete, obsecro*: hoc est, non surgatis elatione vocis, ac motu corporis, (quod tixantium est, qui voce volunt pertingere, quò ratione non possunt:) sed sedete, vt sedato animo disputetis.

Iob 6. D. Thom. 2. 2. q. 38. ar. 1.
Septuag.

In disputationibus eousque progrediendum, quousque veritas emergat: quæ vbi emerserit, statim est quiescendum. Quod etiam fieri debet antè, si alter turbato animo contradicit. Virulenta victoria est, vbi cùm viceris, perdas amicum. Lipsius.

Abstine à lite, & minues peccata. Et honor est homini, qui separat se à contentionibus. Tu nisi centies subsumas, ac insurgas, inhonoratum te reputas. Salomon inquit, maiorem esse honorem, separare se modestè à contentionibus.

Lipsius. Eccl. 28. Prou. 20.

Consuluit Apostolus, vt ne lites sint, res ipsæ dimittantur. Tu opinionem tuam, ne sint lis, non dimittes? non cedes? non conquiesces? Id optimè faciunt, qui paulatim assuescunt abnegationi proprij intellectus; qui norunt alienam sententiam æstimare, meliori calculo subscribere, &c.

1. Tim. 2.

Inter veræ sapientiæ proprietates, modestia, & suadibilitas est. Sic Iacobus: *Quæ desursum est sapientia, primùm quidem pudica est; deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens*: hoc est, reddit faciles, dociles, & subditos saniori doctrinæ, melioribus consiliis, ac liquidæ veritati. Sic Paëz ibidem. Itaque sapientiæ de deorsum est, nunquam alteri se submittere: sed veri sapientis est, bonorum suasioni assensum præbere. Sic Beda.

Iacob 3. Paez ibid. Beda.

De intellectus, ac proprij iudicij abnegatione in agibilibus.

PVNCTVM CXXII.

NOn abnegati iudicij vitio præterea laborant; qui nulla in re alienum iudicium perquirunt; à nemine consilium exposcunt, semetipsos solummodò consulunt. *Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes*.

Isai. 5.

Sed, *Vidisti hominem prudentem sibi videri? magis ille spem habebit insipiens*: hoc est, vidisti hominem, qui de sua sibi placeat prudentia, neminem consulentem, suo solummodò iudicio vtentem à consiliis? speraudum est magis de insipientis aliculus

cuius (qui talis vulgò habetur, quique talis est in oculis suis) sapientia, ac prudentia, quàm de illius. Sic Vatabl. sententiam expressit. *De stulto melius sperandum, quàm de ipso.* Sic Chald. *Si vidisti virum, qui sapiens est in oculis suis, melior est ille stultus*, qui, scilicet, suam agnoscit insciitiam, & sapientes non fugit; sed ab eis exquirit, quod sibi deest: melior hic certè est homine in oculis suis sapiente.

Vatabl. Chald.

O quantis detinentur erroribus, qui nunquam errare credunt! Aliquid fortasse negotij rectè gesserunt; & hinc vel difficiliora quæque negotia acturos se rectè præsumunt. Sed nihil peius est iis, vt asserit ille sententiosè, qui paululùm vltra primas litteras progressi, falsam scientiæ persuasionem induerunt: nam & credere præcipiendi petitis indignantur, & velut iure quodam potestatis (quo ferè & hoc hominum genus intumescit) imperiosi stultitiam suam perdocent. O quàm verum, quod hîc ait de intellectu speculatiuo, nimis, ac præproperè speculatiuo, aptatur intellectui practico, nimis (ironicè tamen) practico: paululùm enim nonnulli in rebus agendis progressi, & vix primis agibilium elementis imbuti, falsam prudentiæ persuasionem induerunt: nam & credere expertis dedignantur; & veluti iure quodam potestatis, quo valdè hoc hominum genus intumescit, regulas agendorum præscribunt; suam praxim ostentant, omnium consiliarios se esse prædicant. *Vidisti hominem prudentem sibi*; vel Hebr. & Chald. *In oculis suis videri?*

O quàm vituperandi, qui ac si essent impeccabiles, nec omninò errare possent, nec fallere, nec falli; statim ac suam protulerunt sententiam, ea soli scopum se attigisse existimant, & in ea immobiles, imperswasibiles, ac infrangibiles nulli alteri sententiæ acquiescentes perdurant. Hi sunt, qui alienum consilium nunquam requirunt: putant enim, proprium sibimet iudicium satis, superque esse, non secus ac Deus essent, cuius solius est alterius consilio non egere; sed sibi ipsi cumulatissime sufficere.

Sed plura vident oculi, quàm oculus: antiquum prou. & tutior est, qui minùs scit; qui tamen alios libenter audit; quàm qui plùs scit, sed plùs sibi fidit: vt qui solus nunquam à scopo aberret, solus rectè iudicet, cæteri semper fallantur. *Vidisti hominem prudentem sibi videri? magis spem habebit insipiens.*

Cùm quis non omnimoda pollet perfectione iudicij, (nemo enim is est inter homines,) æquum est, vt prudentiores, senioresque consulat: quòd si etiam sapientissimus esset, alios consulens, optimè faceret: semper enim aliquid ex aliorum consiliis acquiritur. *Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens* (aliorum consilia, *gubernacula* (recta gubernandi præcepta) *possidebit.* Vbi Hier. Ostendit Salomon hîc, neminem in hac vita sapientem fieri posse, cuius sapientia nequeat augeri: semperque moris est sapientum, vt dicta maiorum, aliquando etiam minorum, auscultent; & quicquid in eis vtilitatis audierint, ad se replicent, suoque in corde recondant. Quinimò ipsa Sapientia non alio in loco, quàm in consilio suumet thronum habet: *Ego sapientia habito in consilio.* Valeant qui non dignantur consilium capere. Dauid etsi soleret in omnibus Deum consulere: *Consilium meum, iustificationes tuæ.* Hebr. *Viri consilij mei, iustificationes tuæ.* Hoc est: In rebus omnibus, ac negotiis consilium exposco à tuis iustificationibus, ac præceptis: si hæc consulunt, vt negotium agatur, agitur; sin minùs, non agitur: his vior à consiliis; sine his nihil penitùs ago. tamen hominum etiam consilia capiabat, etsi spiritum Dei haberet, tantaque sapientia, ac prudentia præditus esset: vnde semper lateri adiunctus habebat domi, foris que Prophetas Gad, & Nathan, quibus, tanquam consiliariis, vtebatur; nihil, quod alicuius esset momenti, illis inconsultis, deliberans.

Prou. 1.
D. Hieron.
Prou. 8.
Psal. 118.
Hebr.
3. Reg. 1.
2. Reg. 2.

Huc facit, quod expendit Origen. de Moyse ad illa verba Exodi: *Quibus auditis Moyses, fecit omnia, quæ suggesserat.* Cùm perspicio, inquit, quòd Moyses Propheta Deo plenus, cui Deus facie ad faciem loquebatur, consilium accepit à Iethro, Sacerdote Madian, admiratione nimia stuporem mentis incurro. Non dixit Moyses: Mihi Deus loquitur, & quid agere debeam, cælesti ad me sermone defertur: & quomodo consilia ab homine accipiam, & ab homine gentili alieno à populo Dei? Sed audit vocem eius, & facit omnia, quæ dicit: & non, quis dicat; sed, quid dicat, auscultat. Quis hodie eorum, qui populis præsunt, non dico, si iam aliqua ei à Deo reuelata sunt; sed, si in legis scientia aliquid meriti habeat, consilium dignatur inferioris, saltem Sacerdotis, accipere, ne dum dixerim, laïci, vel gentilis?

Exod. 18. Origen. ibid.

Sed grauioribus adhuc verbis Chrysost. hom. de ferendis reprehensionibus: Si discere vis, inquit, quòd etiamsi ingenij acrimonia antecellas alios, sisque valdè perfectus, opus tibi sit Consiliario, & alio, qui te corrigat, & arguat; vide, quid fecerit Moyses. Neque enim Moysi facilè par fuerit: quo enim sapiens erat, qui potens verbo, & opere; qui amicus Dei, qui creaturis imperabat, qui tanta miracula operabatur, non animaduertit rem, quam mortalium plerique facilè considerant. Socer autem eius, homo barbarus & obscurus, statim animaduertit, & in medium attulit; quam ille non temerè cogitauit. Audite causam, vt & vobis prosit: Consiliariis enim omnes opus habent, etiamsi Moysi consetti possint. Multa enim sunt, quæ magni, & admirabiles viri ignorant; quæ tamen parui, abiectique scire solent.

Chrys. hom. de ferendis reprehens.

Vbi igitur barbarus ille vidit, Moysem quædam præter dignitatem facere; cum correxit, non curans, quòd sapiens esset, & intelligens, & Dei amicus; consilioque iunxit increpationem: & nec sic exasperatus est Moyses ille sapiens, quòd ab homine barbaro, & priuato doceretur. Non, inquam, inflabatur, vel principatus magnitudine, vel miraculis ab eo factis; nec rubore suffundebatur, quòd tot præsentibus, iisque subditis, corrigeretur: sed considerabat, quòd, licèt magna à se signa fierent; humanæ tamen particeps esset naturæ, quam non rarò multa latent, atque ideò cum mansuetudine consilium suscepit. Est nunc videre aliquos, qui ne putentur alienu indigere consilio, malunt potiùs vtilitate consilij carere, quàm discere. Moyses igitur, non reueritus subditos, non dixit intra semetipsum: Contemnent me subditi, si ab aliis, quid faciendum sit, didicero. sed obtemperauit, & fecit iuxta consilium Iethro soceri sui: imò non solùm non erubuit illos, qui tunc erant; sed etiam eos, qui vsque ad nostram ætatem sequuti sunt, hoc litteris docuit.

Nos autem, si coram vno homine arguimur, & corripimur, conturbamur totis visceribus. At Moyses non sic agit: sed prædicat quotidie omnibus, idque litteris, quòd socer suus animaduerterit ea, quæ ipse considerare non potuerat; vt nos doceat,

» doceat, ne vnquam de nobisipsis sublimè sentiamus, etiamsi omnibus sapientiores simus; neque Patrum consilia contemnamus, etiamsi omnibus viliores habeantur. Et si quid vtile, vel commodum consulat aliquis, esto minister sit; tu tamen admonitionem suscipias: sin perniciale quiddam, esto in summa dignitate sit, eius sententiam reijcias. Non enim qualitas personarum consulentium; sed natura consilij in omnibus obseruanda est. Hoc igitur est, quod Moyses nos docuit, vt non erubescamus, si arguamur, etiamsi tota nostra plebs adsit. Reprehensionem enim benè ferre non vulgaris, sed summæ Philosophiæ præconium, & laus est. Non adeò laudamus, & admiramur hodie Iethro, qui Moysem correxit; sicut & sanctum illum, qui non erubuit tot præsentibus corrigi; & factum hoc memoriæ commendare.

3.Reg.12. Hoc etiam facit illud ex tertio Reg. *Roboam, filius Salomonis, dereliquit consilium senum, qui assistebant coram Salomone, patre eius, cum adhuc viueret; & adhibuit adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo. Non acquieuit Rex populo, quoniam auersatus fuerat eum Dominus.* Tria hîc singulariter notanda. Primum, Salomonem, licèt omnium sapientissimum; assistentes tamen à consiliis habuisse. Secundum, consilia dari iuxta mensuram prudentiæ; senes, vt senes consulunt; & iuuenes, vt iuuenes: sanguis ebulliens, non canæ mentis adolescentibus illis consilium huiusmodi suggerebat. Principes pacificè possessionem capiant: nouum etenim regnum inchoantibus, vtilis clementiæ, & largitatis fama. Ita Tacitus. Qui aliter consulit, parum sapit. Tertium, consilium non adhibuisse senum: *Quoniam auersatus fuerat eum Dominus.* Et hoc loco dictum illud D. Thomæ intelligo: D.Thom. Consilium actiuum in aliquibus est gratia gratisdata; consilium autem passiuum est existentium in gratia. Quid est, quòd ille saluberrimum illud consilium non capiat? *Quoniam auersatus est eum Dominus*, &c.

Eccl.32. Græc. *Sine consilio nihil facies: & post factum non pœnitebis.* Præmiserat, *Vir consilij non disperdet intelligentiam.* Græcè, *Non despiciet, aut negliget considerationem*; hoc est, homo prudens perpendet id, quod agendum est; & hoc potissimùm ope alieni consilij. *Alienus, & superbus non pertimescit timorem*; hoc est, alienus à consilio, & quod inde sequitur, superbus nullo timore concutietur; non solùm, cùm rem aliquam aggreditur; sed etiam postquàm sine prudentum consilio fecit aliquid iuxta suam voluntatem, propriúmque iudicium. Subdit posteà: *Sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis.* Tob.4. Hinc Tobias ad filium: *Consilium semper à sapiente perquire*, vt, scilicet, post factum te non pœniteat; sed placeat fecisse, quod feceris.

Prou.11. Alij. O quàm rectiùs peraguntur negotia pòst inita consilia! O quàm magis stabilia, ac firma semper reperiuntur! Prou. 11. *Vbi non est gubernator, populus corruet.* Alij: *Vbi non sunt consilia, populus corruet.* Multorum consilia sunt veluti nexus, & colligationes negotiorum, vt nulla proinde vi Eccl.22. dissolui, aut concuti possint. *Sicut loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij non dissoluetur: sic & cor confirmatum in cogitatione consilij.* Hoc est, vt solidorum lignorum connexio supra erectos parietes fundati alicuius ædificij, vel vbi aliquod ædificium fundatur, idemmet ædificium reddit firmum, ac stabile, ne dissol-

A uatur; etiamsi magnorum ventorum impetum sustinere cogatur, & ab eis concutiatur: ita cor confirmatum in cogitatione consilij, solidis, firmísque multorum nititur rationibus: quia in tali corde est etiam connexio, atque coniunctio caussarum, rerúmque antecedentium, & consequentium, vnde optima consilia firmantur. Quid mirum, si ventus, & procellæ obloquentium, qui aliquod peractum negotium imprudentiæ damnant, nihil damni inferant? quia, scilicet, in quauis concussione negotium inuenitur colligatum, & confirmatum in solida cogitatione consilij: quòd si nulla firmatum esset recti colligatione consilij, vel primo tactu, & insufflatione corrueret.

B D. Hilarius primam prudentiæ regulam eam facit: Super eo, quod nescias, consilium capere: alieno namque consilio ignorans docet, & doctus fit doctior. Miserè falluntur, qui credunt, signum esse ignorantiæ alium consulere, cùm potiùs sagacioris iudicij, ac prudentiæ sit argumentum: prudens etenim negotia perpendit, ac diligenter examinat; inconsultus oscitanter exequitur; quod est ipsissima ignorantia. D. Hilar. in Psal.118.

Ipsamet Sapientia Patris, Christus Dominus, sciens, quid esset facturus, confert cum Philippo: *Vnde ememus panes*, &c. Tu ignorans, quid sis facturus, consilium non capies? Rupert. Abb. in illud, quod dixit Abraham: *Absit à te, vt rem hanc facias, vt occidas iustum cum impio: non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram: nequaquam facies iudicium hoc.* Consulebat, inquit, Domino fidelis famulus, quatenus sic ageret, vt de suis ipse iudiciis dignè laudaretur: proinde mitis, & misericors Dominus monitorem hominem non aspernatur, & quodammodo arguentem non dedignatur, & eius petitioni annuit: *Si inuenero*, ait, *Sodomis quinquaginta iustos*, &c. Ioan 6. Gen.18. Rupert. Abb. ibid. C

Abnegandum ergo iudicium iudicio alterius, captando maximè à senioribus consilium. D. August. dicere solebat: Quemcunque libenter audiam, vel Episcopum vnius anni; Episcopus tot annorum. Hoc idem & Cyprianus, verus vterque Episcopus, & seruus Dei, quem, vt inquit Apost. oportet esse docibilem, &c. Quid mi- D rum? *Qui sapiens est, audit consilia.* Et quid mirum? *Salus, vbi multa consilia.* vbi, scilicet, non tam consiliarij abundant, quàm consilia. O felicem illam rempublicam, vel aristocratiam, hoc est, Optimatum principatuum, vnde non vnum; sed ex ipsorum quolibet plura & saluberrima habeantur consilia. D. August. D. Cypr. 2.Tim.2. Prou.11.

De his, qui proprio solùm ducuntur iudicio.

PVNCTVM CXXIII.

E Apostolus ad Titum: *Hæreticum hominem deuita, cùm sis proprio iudicio condemnatus.* Verè proprio condemnatus iudicio; cui nimis credit: sui enim iudicij perfida, ac pertinacia peccat Hæreticus. Tit.3.

Vt quidam sunt pertinaces in proprio iudicio! De misero illo Herone Cassianus: Recolite id, inquit, quod nuper gestum oculorum vestrorum vidistis obtutibus; senem, videlicet, Heronem; illusione diabolica à summis ad ima deiectum, quem Cassi. col.2. c.5.

quem quinquaginta annis in hac eremo commoratum, singulari districtione rigorem continentiæ tenuisse meminimus, & solitudinis secreta vltra omnes hî: commorantes miro feruore sectatum. Hic igitur quo pacto, quâve ratione post tantos labores ab insidiatore delusus, grauissimo corruens lapsu, cunctos in hac eremo constitutos luctuoso dolore percussit? Nónne, quia minùs discretionis virtute possessa, suis definitionibus regi, quàm consiliis, vel collationibus Fratrum, atque institutis maiorum, maluit obedire? Quis verò fuerit hominis casus, nostis omnes.

Cass. col. 2. c. 4. Prou. 31. Prou. 25. iuxta Sept. Idem Cassian. hæc affert Scripturæ loca iuxta Septuag. Prouerb. 31. *Cum consilio omnia fac, cum consilio vinum* (spiritus, consolationum, Scripturæ) *bibe*; ne, scilicet, nimis inebrieris. Item: *Sicut ciuitas muris diruta, & non circundata, sic est, qui non cum consilio aliquid agit.* Vbi subdit Cassian. In hoc sapientia, in hoc intellectus, sensúsque consistit, sine quibus nec interior nostra ædificari domus, nec spirituales poterunt diuitiæ congregari, secundùm illud: Prou. 24. iuxta Sept. *Cum sapientia ædificatur domus, & cum intellectu iterum erigitur; cum sensu implentur cellaria omnibus diuitiis pretiosis, & bonis.*

Cass. col. 2. ad. cap. 14. Et infrà, vt ex sententia Abbatis, qui in ea collatione introducitur, exempla sacræ Scripturæ probatet, neminem se per se regere debere, affert illud Samuëlis ex 1. Reg. quem noluit per semetipsum Dominus erudire; sed recurrere s. Reg. 3. semel, & iterum voluit ad senem, cuius vocem simulauerat: vt Dei vocem crederet vocem eius, qui Deum referret. Vbi Cassian. ponderat, voluisse nihilominùs Deum, vt ad seniorem, licèt iam reprobatum apud Deum à suo munere, curreret, vt forma subiectionis eius proponeretur exemplo.

Act. 9. Et capite sequenti subdit: Paulum quoque per semetipsum vocans, & alloquens Christus, cùm posset ei perfectionis viam reserare confestim, dirigere ad Ananiam maluit, & ab eo iubet viam veritatis agnoscere, dicens: *Surge, & ingredere ciuitatem: & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Mittit itaque & hunc ad seniorem, eúmque illius potiùs doctrinâ, quàm suâ censet institui; ne, scilicet, quod rectè gestum fuisset in Paulo, posteris malum præsumptionis præberet exemplum, dum vnusquisque sibimet persuaderet, simili modo se quoque debere Dei solius magisterio, atque doctrinâ potiùs, quàm seniorum institutione formari.

Gal. 2. Quam præsumptionem etiam ipse Apostolus non solùm literis, sed etiam opere, atque exemplo docet omnimodis detestandam: ob hoc solummodò se asserens Ierosolymam conscendisse, vt Euangelium, quòd comitante gratia Spiritus Sancti eum potestate signorum, & prodigiorum Gentibus prædicabat, cum suis Coapostolis & antecessoribus, priuatâ quodammodo, ac domestica examinatione conferret: *Et contuli*, inquiens, *cum illis Euangelium, quod prædico inter gentes, ne fortè in vacuum currerem, aut cucurrissem.* Quis ergo iam præsumptor, & cæcus sit, qui se audeat suo iudicio, ac discretioni committere, cùm Vas electionis indiguisse se Coapostolorum suorum collatione testetur? Vnde manifestissimè comprobatur, nulli à Domino viam perfectionis ostendi, qui habens, vnde valeat erudiri, doctrinam seniorum, vel instituta contempserit, paruipendens illud eloquium, quod oportet diligentissimè custodiri: *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi; seniores tuos, & dicent tibi.* Deut. 32.

Eadem est D. Vincentij Ferrerij sententia in tract. de vita spirituali: Quòd per instructorem idoneum citiùs, & faciliùs peruenitur ad perfectiones, quàm per seipsum. Vbi posteà concludit: Imò dico, quòd Christus suam gratiam non ministrabit, si homo habet, à quo possit instrui; & negligit, vel non curat alterius ductum amplecti, credens sibi sufficere, & per se posse inuestigare, & inuenire, quæ sunt vtilia ad salutem. Hæc via obedientiæ, hæc via regia, quæ homines inoffenso ducit pede ad summitatem scalæ, cui Dominus apparet innixus. D. Vincent. Ferrer.

Quò quisque alios excedit, ac perfectione præstat; eò magis alieno, quàm proprio fertur motu, tum intellectus, tum voluntatis. Orbes, quò à terra remotiores, eò in suis motibus naturalibus tardiores: Luna mense, Sol anno, &c. Sed mirum est, motu raptus quàm citò omnes ferantur. Sic ad primi mobilis, vel Dei, vel superioris, perfecti quique citissimè feruntur motum; qui tamen proprio sensu admodum lentè mouerentur.

De S. Pachomio in Vitis Patrum: Ingressus aliquando Pachomius quoddam Monasterium, venit post orationem ad Fratres, qui psiathos operabantur, sedénsque cum eis, cœpit & ipse texere. Transiens autem paruulus, qui constitutus erat ad obsequium eius, qui septimanam faciebat, intendit texentem beatum Pachomium, & dixit ei: Non benè, Pater, operaris: alio modo Abbas Theodorus intexit. Et mox consurgens, ait ad puerum: Ostende mihi, quomodo texere debeam. Et cùm didicisset ab eo, sedit cursus ad opus suum, mente tranquillus: & in hoc facto superbiæ spiritum comprimens. Nam, si secundùm carnem quantuluncunque sapetet, nequaquam pueri monitis acquiesceret; sed potiùs increpasset eum, quòd vltra ætatem suam loqui præsumpsisset. In Vit. Patr. in Vita S. Pachom. *Pachomius senex cum à paruulo monitum gerit.*

De Consiliariorum conditionibus.

PVNCTVM CXXIV.

IN Apocal. *In circuitu sedis* (Dei) *sedilia* (non platea, vel atrium deambulatorium.) *Et super thronos seniores*, & cani sensu; non iuuenes ætate, & mente, *sedentes* (non stantes, vel passionibus agitati, sed animo composito, ac sedato) *circumamicti vestimentis albis* (candore veritatis, qua vndequaque indutus debet esse Consiliarius.) *Et in capitibus suis coronæ* (ob constantem animi virtutem) *aureæ* (ob charitatem.) Quid mirum, *Si de throno procedebant fulgura* (in sceleftos, (*voces* (in bonos,) *& tonitrua* (in peccatores?) Apoc. 4.

Ad hæc: *In circuitu sedis animalia erant plena oculis antè, & retrò.* Talis debet esse Consiliarius: plenus oculis, vt præterita consideret, & futura prospiciat, vt quoquò sua oculorum acie pertingat. *Animal primum simile leoni*; vt nimirum, intrepidè, cùm opus est, exeat, & contra reipub. damna rugiat. *Secundum simile vitulo*, vt prudenter, ac mature incedat, non præcipitet; sed quasi bos fortiùs figat pedem, ruminet, ac agenda discernat.

Tertium

Tertium habens faciem quasi hominis, vt humaniter, & charitatiuè, quæ communia, non quæ propria sunt, quærat. *Quartum, simile aquilæ volanti*, vt subtiliter negotij punctum attingat.

Prætereà: *Et requiem non habebant dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus.* hoc est, omne consilium ad Dei gloriam, & commune proximorum bonum dirigi debet. Quas sanctorum animalium voces vbi Seniores audierunt, è suis capitibus extraxerunt coronas, mittentes eas ante thronum: quod est, dum Consiliarij audiunt, rem esse honoris Dei, & de his agi, quæ Dei sunt; omnem, vt aiunt, status rationem postponentes, sese Dei rationi subiiciant, ac suorum consiliorum coronas ad Dei pedes deponant.

Eccl. 37. Consiliarius, vt alteri, non sibi, consulat, passione careat. *Noli consiliari cum socero tuo.* Quid? Nónne bonum est soceri consilium? Sic: sed vt plurimùm, ob amorem filiæ, passione non caret. *Noli consiliari cum socero tuo*, ne consilia filiæ suæ aperiat, inquit Iansenius; aut ne in rem filiæ magis consulat, quàm in vtilitatem generi. Græcè: *Noli consiliari cum eo, qui reueretur te.* quia, scilicet, quod sentit, non aperiet. Alij: *Noli consiliari cum eo, qui te suspectum habet.* & ideò Iacob à socero Laban consilium non quæsiuit. Iansen. Græc. Alij.

Cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruantem timorem Dei, &c.

David: *Consilium meum, iustificationes tuæ.* Pagn. & Felix, *Viri consilij mei.* Camp. *Senatores mei*, seu *viri à consiliis mihi.* Hier. *Testimonia tua voluntas mea, quasi viri amicissimi.* Sic, sic prospera procedent cuncta, &c. Psal. 118. Pagn. & Felix. Camp. Hier.





DE MORTE; MATERIA ORATIONIS.

De vtilissima consideratione Mortis.

PVNCTVM CXXV.

Iob 3. X hac consideratione diuitiæ, & thesauri. *Quasi effodientes thesaurum, gaudéntque vehementer, cùm inuenerint sepulcrum.* nam, vt ait Gregor. antiqui suos mortuos cum diuitiis obruebant.

2.Par.20. *Venit Iosaphat, & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum, inuenerúntque inter cadauera variam supellectilem, vestes quoque, & vasa pretiosissima, & diripuerunt, ita vt omnia portare non possent præ prædæ magnitudine.* Diues, nimirum, efficitur, qui mortem considerat. 3.Reg.9. Naues auro onustæ Salomoni veniebant ex Ophir. Nostin quid sibi velit *Ophir*? Hebr. Hebr. *Cinis.* Opulentissima, nimirum, regio, mortis memoria, vnde considerationis ligone excauantur thesauri diuini amoris, euulsionis affectuum, &c.

Mortis cogitatio animum à terrenis euellit. Isai.13. D Hier. ex Hebr. *Nec ponet ibi tentoria Arabs.* Loquitur de Babylonia, & ait, Arabem ibi haud tentoria posi- C turum. Non satis percipio, quid hoc sibi velit. Si diceret, in Hierusalem; vtique intelligerem: sed in Babylonia? Quid sibi vult Arabs? D. Hieron. *Arabs occidentalis*, occasum considerans: hic certè tentoria non figit in Babylonia terrenorum affectuum.

2.Petr.1. D. Petrus: *Velox est depositio tabernaculi mei.* id est, facilis, & expedita est depositio tabernaculi mei. q.d. Iam de morte sermonem audiui: non curo hîc ampliùs figere tabernacula.

Genes.23. Hinc Abraham nunquam tabernacula fixit; quia oculum in sepulcrum defixit, quod & so- D lum possidere voluit. *Date mihi ius sepulcri.* Quod hoc loco notandum est: voluerunt illi sepulcrum donare: at ille noluit; sed ius quæsiuit ab Hebr. *Ephron*, quod est *puluis*, vt pulueris solùm ius haberet. *Et appendit pecuniam quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ.* Septuag. Septuag. Chald. *Quadringentos siclos argenteos transeuntes per mercatores.* Chald. *Quadringentos siclos argenti, quod recipiebatur pro mercimoniis in vnaquaque prouincia.* Mirum, quid tam exactè de qualitate pecuniæ? Quò daretur intelligi, meliorem pecuniam non in ædificiis, sed in sepulcro, æterna domo, locandam:

A nam hæc præsertim possessio, & hæreditas ab omnibus aliis rebus nos exhæredat, & à possessione diuellit.

Hinc illi, qui, vt ait Procop. carnalia sectabantur, ab Ægypto exituri vasa aurea, & argentea acceperunt: at Moyses, nec aurum quidem tetigit. Exod 13. Vnde? *Tulit autem Moyses ossa Ioseph* quò, scilicet, animum à terrenis euelleret. Et obseruandum, quod aliqui Patres referunt, in exitu illo iter facienti populo Arcam fœderis præcessisse, & sepulcrum hoc, in quo erant ossa Ioseph, subsecutum extremum exercitum fuisse. Sicque in anteriori B parte exercitus Arca, in posteriori verò sepulcrum erat, quò, nimirum, exercitus ille, non minùs à lege, quàm à morte quasi repagulis teneretur.

O quàm vtilis nobis hæc cogitatio! Eccl. Eccl.7. *Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat, quid futurum sit.* vel Got. Got. Chald. *Quid futurus sit?* scilicet, vile cadauer. Chald. *Qui iuerit ad domum luctus, vir iustus, sedebit, & ponet in corde suo loquelas mortis: & si est in ipso quidquam mali, deponet illud, & conuertet in pœnitentiam.* Hebr. solùm Hebr. Pined.ibid. sic emphaticè: *Et viuens cogitat.* quod in hunc lo- C cum Pineda explicat; defixum, ac intentum animum detinebit.

O quàm defixum tenet! In 2. Reg. mortuo 2.Reg 20. Amasa: *Ad cuius cadauer*, dicit sacer Textus, *subsistebat omnis populus ad videndum eum: & aliqui stabant iuxta cadauer, dicentes: Ecce, qui esse voluit pro Ioab comes Dauid*, &c. O si iuxta cadauer & nos subsisteremus!

Malum est, Fratres mei, non commoueri, aut Psal.72. aliquem de morte sensum non habere. *Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns: quia non est respectus morti eorum.* D. Hier. D Hier. Alij. *Quia non recogitant* D *de morte.* Alij: *Quod non turbentur propter diem mortis.*

Ex mortis obliuione omnia mala. *Sordes eius.* Thren.1. Quæ? Omnes in genere, nulla excepta, *in pedibus eius.* Vnde? *Nec est recordata finis sui.* Sept. Septuag. *Non ... memorum suorum.*

Qui cogitat de morte, ferè iustus est. In Prouerb. Prou.14. Chald. vbi nos legimus: *Sperat iustus in morte sua.* Chald. legit: *Qui sperat, quod moriturus est, iustus est.*

Ille apud Climacum, qui breui se cellulæ per Clim grad. 6. annos duodecim mancipauerat, huic vni præsertim meditationi intentus, hinc tandem migraturus hoc

solum

A solum ait: Indulgete mihi. Nemo memoriam mortis noscens, poterit aliquando peccare.

Iob 3. *Ibi impij cessauerunt a tumultu*, &c. Melius est ergo ire ad domum luctus. Reddit rationem Hier. quasi paraphrasticè: quia ibi recordatione conditionis nostræ, & fragilitatis humanæ ex præsenti cadauere commouemur.

O vtilissimam mortis considerationem! Hæc est, Fratres, quæ rancorem ab inimicorum cordibus diuellit, & gratiam conciliat. Mille modis aliquos conciliare conatus es, nec potuisti: inter hæc sola cogitatio, vt mox conciliat? Eccl. 28. *Memento nouissimorum, & desine inimicari.* idem quod, desines inimicari. Cum zelo iustitiæ aliqua fortasse passio irrepserat in animum Dauid, vnde Absalom B videre nolebat, sed ecce ad illud: 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur super terram*, ait Rex ad Ioab: 2. Reg. 26. *Ecce placatus feci verbum tuum.*

Chrys. Quid est, quòd ipsemet Dauid tam facilè, vel oblata occasione, abstinuit à cæde Saul? Chrys. homil. de Dauid, & Saule: Cùm Dauid videret Saülem immobilem, neque quicquam posse facere, cum suo animo ita loquutus est: Vbi nunc ille furor? vbi technæ? vbi tot insidiæ? Abierunt omnia illa, perieruntque exigui somni incursu. Iacet alligatus Rex, cùm nihil horum nos cogitauerimus, nec perfecerimus. Conspiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philosophabatur. Somnus nihil aliud est, quàm mors temporaria, vt vnius diei interitus. Sic hostem in potestatem suam accepit, & Deum erga se beneuolentiorem reddidit. C

Intelligit communis hostis, quantùm hinc vtilitatis obueniat; ideò è memoria vt hæc excidat Dan. 2. cogitatio, pro viribus conatur. Viderat somnium, quòd mortis similitudinem præferebat, arboris excideodæ, Nabuchodonosor: manè fieri non potuit, vt reminisceretur. Theodor. Theod. diuina prouidentiâ hæc somnij recordatio adempta, vt ab amico suo Propheta somnium patefieret. Nicol. de Lyra, ex terrore, inquit, insolitæ visionis phantasmata sunt facta confusa: & sic non remansit memoria visionis distincta. Vnde habent Sept. *Somniaui, & obstupuit spiritus meus.* Sed, cur non etiam opera Diaboli somnium hoc excidisse credatur?

1 Reg. 6. Orig. hom. 16. in c. 23. Num. Dicit id Orig. clarissimè in eo, quod circa Arcam accidit Philisthæis: *Ibant in directum vaccæ, & non declinabant, neque ad dextram, neque ad sinistram*, &c. *vsque ad terminos Bethsames.* Quis hæc animalia ducebat? quis crederet, bubulcos, ac ductores fuisse Dæmones, quòd pertimuerint Arcæ Domini virtutem, qua affligebantur, & puniebantur Allophyli, & quòd cultus destrueretur? vnde Arcam, etsi in biuio positam, vt inquit Iosephus, tam recta direxerunt, vt quamprimùm ab eorum finibus eduxerint, ne, scilicet, ex tot mortibus mortem conciperent, qua concepta conuerterentur. D

Tob. 6. Malorum Angelorum est mortis cogitationem auferre; vt bonorum, inferre. Hinc Angelus cum Tobia in prima mansione dicitur constitisse iuxta fluuium Tigris: *Et mansit prima mansione iuxta fluuium Tigris.* Interlin. ex Hebr. Interlin. *Decursum mortalitatis.* Prima mansio eius, qui Angelum socium habet in via, per quam ad cælestem patriam regrediatur, est mortis memoria: hîc iuuenis debet consistere in prima mansione: hîc primùm immorari, qui relinquit paternam domum, carnalem vitam, instituitque angelicam conuersionem; scilicet, in decursu mortalitatis; E

hoc est, in consideratione citissimæ, certissimæque mortis.

Hic, hîc immoretur iuuenis, qui vult in virtute adolere, ac proficere: hîc certè sapientiam perdiscet. *Sapientia vbi inuenitur? Trahitur sapientia de occultis*, hoc est, à cadaueribus in sepulcris abditis. Iob 28. In domo figuli ediscunt sapientia, cuius initium est timor Domini.

Vt in horum persona cœperat proficere Iob? vt timorem conceperat? vt conuersionem accelerabat? Iob 7. *Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam?* Quæ celeritas hæc, ô Iob? & vnde? *Ecce nunc in puluere dormiam.*

Sed, vt meliùs vtilitates iam ex hac consideratione collectas, & quæ adhuc colligi possunt, colligamus, ad sua illas capita redigamus.

D. Ioan. *Quicquid est in mundo, concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* 1. Ioan. 2. Et mors de omnibus triumphat, de auaritia, superbia, & luxuria. In cuius rei signum habes iuuenem Naim in porta ciuitatis. Luc 7. Hebr. Erat hic iuuenis; en luxuria: in Naim, quod est, iuxta Hieron. pulcher; en superbia. Sequitur superbia formam. In porta ciuitatis, vbi tribunalia; en auaritia. Mors sistit auaritiam, superbiam, & luxuriam.

Statuam Nabuchudonosor, cuius caput erat aureum, id est, superbia; Dan. 2. pectus argenteum, hoc est, auaritia; crura, ac pedes fictiles, ac lutei, hi sunt luxuria; quid omnia contriuit, ac in puluerem redegit? lapis mortis.

An non caput aureum, caput tumidum, superbia elatum conterit mors. Iob 21. *Quis arguet coram eo viam eius, & quæ fecit, quis reddet ei?* Videre est illic iuuenem illum superbum, elatum, impudentem, lasciuientem: Alij. Pagnin. *Quis arguet coram eo viam eius?* vel, *quis arguet in faciem eius?* aut ex Pagnino: *Quis nunciabit coram eo viam eius malam?* Quis audebit corripere? Caue. Sed quid? Huic remedium nullum? Hoc, inquit Iob: *Ipse ad sepulcra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.* Efficacissimum id sanè erit, si ab aliquo manu ducatur in campum, *Sennaar*, Hebr. *Fatoris.* Pagnin. *Si in congerie mortuorum vigilabit.* Pagnin. *Ad puluerem festinabit.* hoc est, quòd vel iuuenis ad cinerem, puluerémque volabit. Idem: *Si in tumulo iugiter manebit.* Caiet. *Super aceruum continuabit.* intenta, scilicet, ac persistenti cura, ac meditatione mortem cogitabit; vt caput mox inclinabit! vt fastum deponet! vt monita salutis excipiet!

In aures cuiusdam ex istis fugiens susurrauit quidam: Isai. 14. *Sub te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Vt his auditis mutatus est! vt aliud mox viuendi genus instituit!

O mortem, vt ex vnguibus, ac radicibus superbiam euellis! Mox vt ille ex se vermes scaturire conspexit, etsi paulò antè, vt dicit sacer Machabæorum Text. 2. Mach. 9. *Sydera cæli contingere se arbitraretur, ad agnitionem sui veniens exclamauit: Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* Vt alas dimisit, qui ad sydera volauit!

Rex ille Babyloniæ, vt diximus, ad quod signum superbiæ, ne dicam, dementiæ, non peruenit? voluit, vt Deus, sibi adorari.

Ad superbiam hanc comprimendam, quid facto opus fuit? Dan. 4. *Fœnum quasi bos comedes.* Fœnum? fœnum, quod vbi benè ruminauit: *Oculos*, inquit, *ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi. Altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui.*

Ad deprimendam Regis Tyri superbiam hoc præcipuè : *Producam ignem de medio tui, & dabo te in cinerem.* Hic cinis, Fratres, hic caput erectum inclinat, dum cinerem nos esse declarat. *Non apponat vltrà magnificare se homo super terram.* Hier. ex Hebr. *Non apponat vltra magnificare se homo de terra.* Isai. 30. *Ægyptus frustra, & vanè auxiliabatur : superbia tantum est, quiesce.* Hebr. *Bulla tantum est.* Homo bulla: superbia est bulla.

Ezech. 28. Psal. 9. Hebr. Isai. 30.

Psal. 72. *Non est respectus morti eorum*, vel cum Hieron. *Non cogitant de morte sua; ideò tenuit eos superbia.* ex consequenti : vt contrà à destructione consequenti: Ideò non tenuit eos superbia, quia cogitauerunt de morte sua.

Isai. 28. *Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti.* q. d. ideò superbi; quia florem decidentem se non considerant : quod declarant : *Percussimus fœdus cum morte, & cum Inferno fecimus pactum. Flagellum inundans, cùm transierit, non veniet super nos.* Vbi cum superbia notare est stultitiam : semper enim superbiæ stultitia iuncta est. Mortem vocant flagellum inundans : q. d. Scimus mortem esse generale diluuium; sed blandiuntur sibi : *Non veniet super nos.* & ideò in sua superbia persistunt.

Isai. 29. Græcè. Hinc apud eundem Prophetam, volens Deus cuiusdam superbiam retundere : *Circumdabo*, inquit, *quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem*, aut Græc. *puluerem.* Quid inde? *Humiliaberis, & de humo audietur eloquium tuum.*

O potentissimum ad se comprimendum remedium! Raptus fuit Apost. ad tertium cælum, & audiuit *Arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Paule mi, non superbis? non gloriaris? Non: quin, *Ego sum minimus Apostolorum, & non sum dignus vocari Apostolus.* Vnde hæc tanta humilitas? *Quotidie morior. Mors operatur in nobis : sum & ego mortalis homo similis vobis.*

2. Cor. 12. 1. Cor. 15. Iob 16.

Iob : *Ego ille quondam opulentus, repentè contritus sum.* Sed, ne de patientia in aduersis, & de victoriis, quas referebat, extolleretur; sedens in sterquilinio testa saniem radebat. Vbi diuinè more suo Greg. Luto tergebat lutum. *Testa saniem radebat.* vt semetipsum & in figmento considerans, etiam de extersione vulneris sumeret curam mentis. Qui benè in sterquilinio ponebat corpus, vt ex terra assumpta, quæ esset carnis substantia, benè proficiens perpenderet animus. In sterquilinio ponebat corpus, vt etiam ex loci fœtore caperet, quòd festinè corpus ad fœtorem rediret.

Iob 2. Orig. ibid.

Leuit. 1. Iussit in Leuit. Deus, locum cinerum, in quem immolatarum auium plumæ congerebantur, fieri ad Orientem. Duo hîc notanda : locus proiiciendæ plumæ, in quo cineres : & hic ad Orientem. Vtrobique mysteria. Qui volitat, nimirum, super se, seséque extollit, superbiendo de diuitiis, honoribus, &c. proiiciat has plumas in cinerem, & statim submittet alas, & ad instar leænæ illius, euulsis alis, quasi homo stabit, tractabit vt homo, &c. Præterea locus hic erat ad Orientem: quò intelligamus, cinerem semper ob oculos; non verò à tergo versari debere. Hic verè cogit, non explicatam occultarum plumarum pompam contrahere, ac submittere, qui sine hac consideratione nimiùm, sic dixerim, pauonizamus.

Dan. 7.

Audeo dicere : dum mortis cogitationem habuerimus, nihil nos efferre inaniter poterit.

Psal. 81. *Ego dixi: Dij estis, & filij Excelsi omnes.* Propheta mi, quid loqueris? Superbire nos facies diuinis hisce titulis, ac honoribus. Quondam Alexander Diuinus ab assentatoribus appellatus est, & summoperè est elatus. Non, non, inquit Dauid, haud superbiæ dubium : *Ego dixi : Dij estis, & filij Excelsi omnes : vos autem sicut homines moriemini.* q. d. Alas demittite, & rotam more pauonum variarum pennarum fulgore conspicuam deponite : quia Dij estis; sed Dij mortales.

Ostendit Deus Iosepho suæ futuræ celsitudinis signa; Solem, Lunam, stellas eum adorare. Sic & manipulos stantes, &c. Sed notate in his omnibus signis celsitudinis, signa humilitatis. Sol, Luna, & stellæ, vt splendent, hieroglyphica sunt celsitudinis, ac splendoris; sed, quatenus occidunt, deiectionis, & occasus: sic manipuli adorabant manipulum, quò sectionis, ac falcis recordaretur, & in futura celsitudine inter eos splendores, occasus memoria numquam excideret. Sic, sic Magnates de se humiliter sentiunt, dum finem omnium celsitudinum recolunt falcem mortis. Gen. 37.

Ego dixi : In dimidio dierum meorum. Sept. *Ego dixi : In sublimitate dierum meorum : vadam ad portas Inferi.* Alij : *ad portas sepulcri.* Vt hac cogitatione sublimitatum demisit alas! Isai. 38. Septuag. Alij.

Hoc sibi voluerunt Ethæi, dum sibi in Regem *Ephron* elegerunt; qui interpretatus est *puluis*: quasi dicerent, non superbè imperabit, qui puluerem se esse meminerit. Gen. 23. Hebr.

Saül primus Rex super Israël, ne superbiat, mox audiuit : *Hoc tibi signum, quia vnxit te Deus in Principem : Cum abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachelis, in finibus Beniamin in meridie.* Quid? electum Regem primùm impingere in sepulcrum iubes? & in sepulcrum spectatæ, eximiæque formæ mulieris? O si sepulcrum semper ei fuisset in mentis meridie, humilis profectò semper extitisset! sed, quoniam sepulcrum noluit habere in meridie, habuit miser regnum in occasu. 1. Reg. 10.

¶ Nec solùm à mente superbiam; sed etiam à corde luxuriam mors euellit.

Vna ex sanguisugis, quæ dicunt, *Affer, affer*, luxuria est. Quomodo diuellatur sanguisuga, nostis: conspergitur cinere, & mox diuellitur. Hoc post Bacchanalia intendit Ecclesia. diuelli non putes bibis, *Affer, Affer*: supra caput tibi cinerem ponit quò te diuellat. *Libera me de sanguinibus, Deus, Deus meus*, diuelle me, sed ecce diuulsus est: *Quia cinerem, tanquam panem manducabam.* Psal. 50.

Excelsa, quæ erant in Ierusalem, quæ ædificauerat Salomon. *Astaroth, idolo Sidoniorum; & Chamos, offensioni Moab, & Melcon, abominationi filiorum Ammon, polluit Iosias, & contriuit statuas, & succidit lucos, repleuitque loca eorum ossibus mortuorum.* Quid hic sibi Rex voluit? Morte delere amores. Erant hæc omnia Salomonis amorum idola, quæ ferè non nisi, morte tolluntur. Marmoream Veneris statuam posuerunt illi ad tollendam mortis Christi memoriam : sic & mors superposita Venerem tollit. 4. Reg. 23.

Ob id, inquit Procopius, mortuum Moysem in monte Nebo, transferri iussit Deus ab Angelis in vallem Moab, contra Phogor : vt impostoram scilicet, huius impudicissimi idoli corrigeret atque frænaret. Colebant ibi idolum libidinis, sit ibi sepulcrum Moysis, inquit Deus, vt mors coërceat libidinem : nihil enim efficacius reconditis memoria: mors etenim ob oculos posita compescit luxuriam. Deut. 34. Procop. ib.

Acerrima

Iob 16. Acerrima carnis tentatio Iobi: *Concidit ... lumbos meos.* At quid fecisti, vt perfectus, & vinceres? *Operui*, inquit, *cinere carnem meam.*

Psal. 55. Dauid: *Non timebo, quid faciat mihi caro.* Vnde hæc fiducia? *Ab altitudine diei timebo.*

Ierem. 2. Sept. Hieron. 4. Reg. 9. Ad iuuenem lasciuientem, vt efficax illud: *Vidi vias tuas in conualle.* Sept. *In sepulcro.* D. Hieron. *In sepulcro multitudinis.* Vt nauseabundus, vt obturato naso, inquies: *Haccine est illa Iezabel*, quam hactenus deperiui?

In Vit. Pat. p. 2. l. de fornic. Hoc idem pharmacum adhibuisse dicitur senex quidam in Vitis Patrum, vt iuueni cuidam carnis tentationibus laboranti afferret medelam: etenim sciscitanti: Qui facio, Pater, quia occidit me sordida cogitatio? respondit: Mulier, quando vult ablactare filium suum, amarum aliquid superungit vberibus suis: & cùm venerit infans ex consuetudine sugere lac, sentiens amaritudinem, refugit. Mitte ergo, & tu in cogitatione tua amaritudinem. Cui Frater: Et quæ est amaritudo? Dixit ei senex: Cogitatio mortis. O pharmacum efficax pro luxuriatis, ita est, Fratres.

Sap. 15. Plerique capiuntur carnali amore: quia non considerant, idolum illud, quod miseri adorant, cinerem mox futurum. Hæc erat eorum vanitas, qui fabricantes ex eodem ligno idolum, partem cinerem faciebant, partem venerabantur. *Cor insipiens adorauit illud: pars eius cinis est.* q. d. Iam mater, aut pater Solis huius, ante quem curuas omnium tuorum affectuum genu, cinis est. *Vel pars eius cinis est*: corpus, nimirum, in cinerem reuersurum, & veneratis? *Sculptile, & conflatile ponam*

Isa. 44. *sepulchrum.* hoc est, idolum hoc, quod adoras, mors tua erit.

Ezec 8. Hinc, Fratres mei, tot incontinentiæ, abominationes, ac immunditiæ: quia cum illis, quos abominandos vidit Ezechiel, terga vertimus ad occidentem, & apertis oculis aspicimus Orientem.

¶ Tandem mors auaritiam eradicat.

Exod. 12. Plurıes in mente illud reuolui, vnde Ægyptij tam facilè tot vasa aurea, & argentea à filiis Israël, vel cum fugæ suspicione mutuauerint. Mirum certè, quidquid filij Israël voluerunt, acceperunt: quódque magis mirandum est, post obtentam facultatè eundi: Quid, sic dixerim, eos tam perfectè, diuiserat? Certè hoc: quisque domi mortuum habebat Mortuum? qui vult, accipiat.

Num. 13. Et hinc duodecim exploratores à Moyse missi, nemine contradicente, totam terram Chanaam explorauerunt; quia tunc mors cum peste grassabatur: ideò illi liberè totam terram lustrare, ac ex-

Iosuë 2. plorare potuerunt: sed aliàs duo solùm à Iosuë missi adeò insudarunt, vt vitam ibi penè reliquerint: tunc, scilicet, ibi morte non vexabantur.

4. Reg. 4. Cum Syri, tempore Elisei, perterriti, Samariæ obsidionem exoluissent, timore mortis dereliquerunt tentoria, fugientésque proiecerunt vasa, *argentum, & aurum, & vestes.*

O quàm verum, quod inquit Hier. Facilè contemnit omnia, qui se cogitat esse moriturum.

1. Mach. 1. Mira historia in primo Machab. Alexander ille, qui pro alio obtinendo mundo plorabat, qui propterea. *Interfecit Reges terræ, & filiis terræ à facie eius: vt cognouit, quia moreretur, diuisit seruis suis regna, cùm adhuc viueret.* Nota, & pondera: *Cùm adhuc viueret.* vt intelligas, quòd ad hanc solam mortis cogitationem, mundos centum, si habuisset, penitùs reliquisset.

Ioan. 9. Hac consideratione Saluator voluit simul, & semel cæco illi nato, visum restituere, quò cuncta videret; & cuncta hæc tamen visibilia contemneret: ideò luto vsus est, quod super oculos eius posuit, vt omnia illi lutescerent, inquit Irenæus; sicque, vt lutea, omnia contemneret. S. Iren.

De breuitate huius vitæ, & quàm citò mors veniat.

PVNCTVM CXXVI.

Deus, vitam meam annunciaui tibi. Hebr. *Deus, fugam meam annunciaui tibi.* Adeò breuis est vita, vt non tam fit vita, quàm fuga. Psal. 55. Hebr.

In laboribus à iuuentute mea. Heb. *Expirans sum à iuuentute mea. Metim*, Hebraicè, *vita*: sed cum punctо. *Metim*, Hebraicè *mors*: at sine puncto. Quid ergo interest inter vitam, & mortem, nisi punctum. Psal 87. Hebr.

Et nos nati, continuò desinimus esse. Continuo, incipiunt: hoc est, vix, vix vitam attigimus, cùm subitò vitam cum morte commutauimus. Sap. 5.

Psalmo nono titulus: *Pro occultis filij.* Alij: *De florida ætate filij.* Symmac. *de morte filij.* Theodotetus ibidem. Concordissimè omnes. q. d. Eadem est ætas florida, seu infantia, & mors. Psal. 9. Alij. Symmac.

Flores apparuerunt in terra nostra Mox: *Tempus putationis aduenit. Egredietur virga de radice Iesse, & flos*, &c. fed protinus: *Et erit sepulchrum eius gloriosum*; quò, videlicet, innuat ætati floridæ iuxta esse sepulcrum. Cant. 2. Isa. 11.

Ascendit mors per fenestras, (quæ minùs, quàm portæ custodiuntur.) *Ingressa est domus nostras.* (Ad quid?) *Disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis.* Hos certè disperdit mors, qui veluti extra se viuunt; qui tota die per plateas diuagantur; qui nunquam omninò se morituros cogitant. Ierem. 9.

Et ne sibi quisquam de robustis viribus blandiatur: *Occidit*, inquit Propheta regius, *pingues eorum, & electos Israel impediuit.* ex Hebr. *& iuuenes rebustos*, seu, *& strenuos Israel impediuit*, hoc est, prostrauit, ac manu valida obtruncauit: quasi in pinguiores, ac iuniores vehementior mors inuehi soleat. Psal 77. Hebr.

Idcircò sapiens: *Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ.* Cæterùm, cur potius meminit iuuentutis? quia mors ita peruolat, vt quàm multos in hac ætate vel minùs cogitantes inueniat. Ecc. 12.

Et tamen: *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.* Ex Hebr. legi potest: *Velut aquæ fluxus, aut bulla erunt.* Felix: *Rapuisti eos, vt impetus aquarum, somnus sunt.* Hieron. *Vt somnium erunt.* Psal. 89. Hebr. Felix. Hieron.

Anni nostri, sicut aranea meditabuntur. Idem Hier. *Consumpsimus annos nostros, quasi sermonem loquens.* Grammatici, vt significent breuissimum tempus, aiunt, dicto citiùs: vnde alij vertunt, *Consolauit, sicut verbum irreuocabile, tempus meum.* Plus ex D. Hier. *Consumpsimus annos nostros, sicut cogitationem.* Chald. *Tanquam vapor oris nostri. Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur.* Hier. *Quoniam transierunt citò, & volauimus.* Felix in eandem ferè sententiam: *Quoniam declinauit celeriter*, (supple tempus vitæ nostræ,) *& volauimus*, Chald. *Quoniam transeunt velociter* (anni nostri,) *& volant in puluerem.* Psal. 89. D. Hieron. Chald. D. Hieron Felix.

Abel. Hebr. *Luctus, vanitas, anhelitus*, Syriac. *Vapor.* Vt quid ergo tantopere doles immaturam filij mortem? Gen 4. Hebr. Syriac.

Paucitatem dierum meorum (non annorum) *nuncia mihi.* Hieron. *Ad breuiandi dies meos Ne* Psalmos.

 renocês

Hieron. *reuoces me in dimidio dierum meorum.* Hieron. *Ne* A *rapias me.* Sic suprà: *Respondit ei in via virtutis suæ.*
Symmac. Symmac. & Hieron. *Deus, in medio cursu afflixit fortitudinem suam.*

Psal. 36. Hebr. Idem: *Sagitta paruulorum facta sunt plaga eorum.* Aliqui ex Hebr. cum Hieron. *Sagittabat eos Deus iaculo repentino.*

Dan. 2. *Lapis sine manibus*; mors improuisa, siue occasione. Pariem fictilem percutit, & omnia redigit *in fauillam.* Alij, *In cinerem, aurum pariter, & argentum.* q.d. Mors æqualiter omnia comminuit, aurum, vt argentum; argentum, vt ferrum; nobilem, vt ignobilem; senem, vt iuuenem. Et omni hora hic lapis abscinditur. Hinc Psal. 54. *Veniat mors super* Psal. 54. Hebr. *illos.* Hebr. *Exigat mors debitum ab illis.* quod, veluti B liquidum, à quolibet, vel iuuene, vel robusto potest exigere, nec minimum executio differri potest. Alij, *Decipiet illos mors.*

Isai. 38. Hinc Ezechias: *Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas Inferi,* (ad quas, vt debitum persoluam, vocatus sum.) *Domine, vim patior, responde pro me* Hebr. *Domine, fraus facta est mihi,* Hebr. *recipe me in tutelā tuam.* q. dicat. Putabam hoc debitum setiùs persoluere; sic ætas promittebat: sed *fraus facta est mihi.* & ecce ad exequendum mandatum præ foribus, qui mortem annunciant. Sic Sap. 2. Græcè. Sap. 2. *Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ: & non est refrigerium in fine hominis.* Græc. *Et non est remedium in fine hominis.* quasi diceret: Scio omnibus rebus inueniri remedium, morti remedium nullum inueniri. Dicat iuuenis, filius vnicus C Luc. 7. matris suæ, si nobilitas, si quòd solus esset, si quòd iuuenis quindecim annorum, remedium adinuenit? *Manè floreat, & transeat* Hieron. *Floruit, & abiit.* Sic Iob: *Qui quasi flos egreditur, & pe e mortis conteritur.* Hebr. *Egressus est.* & manu Parcæ, quæ nemini parcit, *succisus est.* Quadrat in huius Psal. 89. iuuenis epitaphium. Greg. Quasi flos enim egreditur; quia nitet in carne: sed conteritur; quia redigitur in putredinem. Quid enim sunt nati homines in mundo, nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hanc latitudinem mundi præsentis; & ecce quasi tot floribus, quot hominibus plenus est. Vita itaque in carne, flos in fœno est. Vndè benè per Psalmistam dicitur: *Homo, sicut* D *fœnum, dies eius: & sicut flos agri ita florebit.* Isaias quoque ait: *Omnis caro fœnum: & omnis gloria eius, sicut flos agri.* Homo etenim more floris procedit ex occulto, & subitò apparet in publico; qui statim ex publico per mortem retrahitur ad occultum.

Iob 14. Greg. ibid.

Psal. 102. Isai. 40.

Lapis sine manibus, mors inopinata, iuueni mors in insidiis, inquit ille.

Iob 15. Hebr. Sept. Expostulet, vt vult: Immaturus sum, iunior sum. nam mors, & fructus immaturos carpit, *Lædetur quasi vinea in primo flore.* Hebr. *Diripietur fructus immaturus.* Sept. *Vindemiabitur sicut acresta ante horam.* Habet quandoque mors immaturorum fructuum appetentiam. Erit in domo maior natu, E secundus, tertius, quartus: ex his nouissimum vuam carpit. Sed immaturus est? Nihil refert.

Olim mors pedibus incedebat, vnde per trecentesimum, aut quadringentesimum annum ad homines perueniebat: nunc velocissimè equitat. Apoc. 6. Tertul. Apocal. 6 *Et ecce equus pallidus* (hic pro senibus:) sed Tertul. legit. *viridis* (pro iuuenibus:) *& qui sedebat super eum, nomen illi, Mors* quæ eò citiùs currit, quò magis stimulis agitatur: *Stimulus autem mortis peccatum est.* Pro qua Tertul. lectione notandum, mortem citissimè ad maturum peruenire?

sed vbi peruenerit, spem donare: & ideò viridis nuncupatur.

Sed, ò quàm citò mors venit! *Domine, filia mea* Matth. 9. *modò defuncta est,* puella duodecim annorum. Quadrat ei illud 2. Reg *Heri venisti, & hodie compelle-* 2. Reg. 15. Psal. 89. *ris egredi.* Et illud: *Manè, sicut herba, transeat; manè floreat, & transeat; vespere decidat; induret, & arescat.* quod Hebr. est: *Multum conuersioni contu-* Hebr. *lis, & saluti, quòd omnis vita mortalium; quasi somnium, ita veloci morte contracta est: quod in similitudinem florum, atque fœni, eodem penè tempore siccatur, atque deperit.*

Quàm scitè illa 2 Reg. *Omnes morimur.* Non di- 2 Reg. 14. cit, moriemur; sed, *morimur,* vel Hebr. *Moriendo* Hebr. *morimur.* Tàmque citò, vt quilibet illud dicere valeat: *Viuit Dominus, quòd vno tantùm vt dicam, gra-* 1. Reg. 3. Vatab. *du, ego, mórsque diuidimur.* Vatab. *Quòd vix passus* Hebr. *est inter me, & mortem,* vel Hebr. *Paruo interuallo seiungitur à me mors.*

Quòd si cupis scire, quanto seiungeris interual- Psal. 38. lo; audi Dauid: *Ecce mensurabiles posuisti dies meos.* Salmeron ex Græco, & Hebr. Vbi verbum Græcum significat, *palmares*; Hebraicum verò, mensurarum quatuor digitorum. Ex quo intelligitur, inquit Origenes, quia possit alius di- Orig. hom. 1. in Psal. 38. cere: Dies meos posuisti vnum digitum, alius duos digitos, vel tres.

Quam meritò Iob: *Parce mihi, Domine: quia* Iob 7. *ventus est vita mea.* Ventus dicitur vita, ait Idiota: Idiota de contempl. mort. c. 14. quia inuisibiliter, & incessanter, ac sine mora transit; nec aliud est vita nostra, quàm cursus ad mortem: C & quamuis homines laborent, vt diu viuant; currunt tamen voluntarij ad terminum, quem refugiunt. *Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla* 1. Paral. 29. *est mora.* Hinc ille vltrà progressus est magis mortuus, quàm viuus dicendus est.

Modicum, & non videbitis me: & iterum modi- Ioan. 16. D. August. *cum, & videbitis me.* D. August. ibidem: Modicum est hoc totum spatium; quo præsens peruolat sæculum. O quàm longum videtur amatoribus vitæ! sed expectent finem: tunc ait August. hoc intelligent modicum. Nunc plerique cum Apostolis: *Quid est, quòd dicit modicum? Nescimus, quid loquitur.* Mirum! nec Discipuli capere possunt, quàm breuis hæc vita sit.

Notum fac mihi, Domine, finem meum, & nume- Psal. 38. *rum dierum meorum.* Quid? vis scire mortis horam? non, sed vellem capere breuitatem vitæ. q. d. mihi videor immortalis. Domine, fac intelligam, me esse mortalem: capere enim non possum. Felix: *Vt cognoscam, quàm breuis temporis ego.* Felix.

Vis nosse? *Quid est vita vestra? Vapor est ad mo-* Iac. 4. *dicum parens.* Et iam diximus: *Anni nostri, sicut* Psal. 89. *aranea, meditabuntur* Hebr. *Sicut loquela, vel medita-* Hebr. *tio transeunt.* Chald. *Sicut vapor oris in hyeme; sic* Chald. *celeriter transeunt, & volant in puluerem.* Vbi Hier. D. Hier. exclamat: O breuis nostra æternitas! ô breuis nostra æternitas! Vt alibi: Quotidie morimur, quotidie immutamur; & tamen immortales nos esse putamus.

Similes illis, de quibus Propheta: *Elongantes* Amos 6. Vatab. *diem malum,* vel cum Vatab. *Qui in longinquum reiicitis diem malum.* quasi manu mortem expellentes, & à mente memoriam eius extrahentes.

Anne tales, qui circa vitulum quasi fœnum Exod. 32. comedentem, ludebant, ne fœnum illud mente perpenderent? O Diaboli artem, qua cum morte, quasi cum vita, ludebant! Ars certè Diaboli, qui se in vitulum illum coniecerat, ne fœnum illud considerarent, sed saltarent, &c.

Hoc fœnum Deus primùm ob oculos posuit.

Germinet

Gen. 1. Hebr. *Germinet terra herbam virentem.* Hebr. *Germinet terra fœnum?* O si hoc fœnum consideratet! ô si super hoc fœnum sederes, vt iussit Deus sedere turbas! quam citò in hisce rebus animus tuus areret, qui tantopere viret! Ecce nunc mundus in seipso D.Gregor. aruit, inquit Gregor. & adhuc in cordibus nostris floret: quia, scilicet, hoc fœnum non considetamus: quòd si, dum terra vitebat, non nisi fœnum, quod tam citò aresci, germinauit; quid modò præ senio arida producet? *Germinet terra fœnum.*

Ambros. in Hexam. l. 3. cap. 7. *Erat multum fœnum in loco.* Sedere, non stare iussit supra fœnum. O quàm bonum, Fratres mei, super hoc fœnum sedere! Ambros. Hodie videas adolescentem validum, pubescentis ætatis, virtute florentem, gratia, specie, suaui colore: crastina die Isa. 40. Iob 14. Hebr. tibi facie, & ore mutatus occurret. Isa. *Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos.*

Breues dies hominis sunt. Heb. *Decurtati dies hominis sunt.* non peruenit ætas hodie ad trecentos, Psal. 89. Hebr. quingentos annos; sed decurtati sunt anni. *In potentatibus octoginta anni.* Hebr. *In fortioribus octoginta anni.* Maior ferè pars hominum ad virilem ætatem non peruenit.

Isa. 40. D. Hier. ibid. Et ad hos paucos annos, quàm citò peruenitur? D. Hieron in illud Isa. *Omnis caro fœnum*, Qui dudum infans, inquit, subitò puer; qui puer, subitò iuuenis: & antè se senem intelligit, quàm se non Nazianz. iuuenem esse miretur. Hinc scitè Nazian. A tumulo tumultum petoà tumulo, nimirum, matris, Iob 10. tumulum terræ. Conceptum mutuauit à Iob, qui de hac breuitate loquens: *De vtero*, inquit, *tra-* C *ductus ad tumulum.* O quàm multis brachia nutricis sunt lugubre feretrum; incunabula, & feretrum simul, & semel!

Hinc prisci Libitinam Deam dicebant, in cuius templo vendebantur, & locabantur ea, quæ ad sepulturam pertinebant, ita dicta à libitu, vel à libi-Plutarch. in Problem. dine: quam propterea Plutarchus Venerem fuisse putat; redditque rationem in Problematibus, cur Romani ea, quæ ad pompam funebrem spectabát, in Veneris exemplo voluerint asseruari, scilicet, eo ipso humanæ fragilitatis admoneremur, certóque sciremus, exitum ab ortu non procul abesse, cùm eadem Dea simul generationi præsit, & corruptioni. O vita breuis!

Vita ephemeralis. Ephemeron animalculum eo- D dem, quo nascitur, die moritur: vnde febris ephemeralis, aut ephemere. Sed mirum! quatuor hoc aiunt habere pedes, & totidem alas. Pro vna die tot pedes, & alæ! Ipsa natura dedit symbolum eorum, qui huic vitæ sunt nimium affecti, qui cùm diem sint victuri, pedibus, & alis alimenta perquirunt: citò, citò, quia præterit nos flos temporis. Heu, heu, diem victuros, curris centum pedibus; volas, vt fluxibilia perquiras?

1. Cor 7. Græcè. Cyprian. *Hoc itaque dico, Fratres, tempus breue est.* Græc. *Tempus contractum est.* Cyprian. Canos videmus in pueris: capilli deficiunt, antequam crescant: *contractum est.* Quid hinc, ô Apostole? *Reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint*, &c. Non dicit, vt nemo accipiat vxorem, vt nemo E amet; sed, vt non magnoperè vxori, ac possessio-Ambros. Anselm. nibus afficiatur. Sic Ambr. & Ansel. Societas vxotis, & viti non est perpetua, vt quotidie videre est: possessiones nó sunt perpetuæ: *Qui emunt, tanquàm non possidentes*, perpetui, scilicet, sed veluti vsufru-Leuit 25. ctuarij ad vitam: *Terra non vendetur in perpetuum.*

Qui vtuntur hoc mundo, tanquàm non vtantur. Syriac. Theoph. Syriacè: *Præter æquum vsum non vtantur.* *Præterit enim figura huius mundi.* Theoph. *Dis-* A *soluitur figura huius mundi.* Quid ergo (subdit) amore eius renemur, quod dissoluitur. Præterit, præteriit, nec durat hic felix status; & dum se præsentem demonstrat, iam præteriit.

Iob: *Dies mei velociores fuêre cursore.* nam cur- Iob 9. Chrys. hom. de Adam, &c. sor interdum diuertit, inquit Chrys. sed cursor vitæ, cursor est non requiescens. *Fugerunt, & non viderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes*, quæ ne corrumpantur, volant. Alij transfe-Alij. runt, *quasi naues desiderabiles*, id est, desiderantes portum. Alij, *inimicorum*, vel *piratarum*, quæ, nimirum, expeditissimæ esse solent, vt celeritet fugiant. Alij ex eo, quòd est Hebraicè *naues Ebel*, volunt Hebr. *Ebel*, esse nomen rapidissimi fluuij. Vatab. & Pa- Vatab. Pagnin. gnin. item ex Hebr. vertunt, *sicut nanis voluntaria*, B seu *voluntatis*, à verbo *aba, velle, & desiderare*: sic, videlicet, dicta, quasi volet ad voluntatem.

Hinc Simon ille Machabæus *ædificauit super* 1. Machab. 13. *sepulcrum patris sui, & fratrum suorum ædificium altum visu, & circumposuit columnas magnas; & super columnas arma ad memoriam æternam; & iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare.* Cur, quæso, hîc naues sculpsit? Vt Heroum illorum, omniúmque mortalium velocissimam vitam signaret. O quam verè nauis Psal. 37. hæc vita nostra! *Cor meum conturbatum est.* Alij: Alij. *Cor meum fluctuat*: nunc remora, nunc scopulis, nunc vndis demersa, frangitur, naufragatur.

Quid inquis, ô iuuenis? quid ergo tibi sæculum promittis? *Ipse reget nos in sæcula.* Ex Hebr. *Ipse* Psal. 47. Hebr. *reget nos in iuuentutem, & ipse reget nos in mortem.*

Vela colligamus. Cur autem iuuenes præmaturè moriuntur? Multas ob rationes. Prima, quandoque in pœnam suorummet peccatorum. *Qui se* Eccl. 19. Athan. in Apol. de fuga. *iungit fornicariis, erit nequam: putredo, & vermes hæreditabunt illum.* Sed quando? serò, an citò? *Et tolletur de numero anima eius.* Athan. iterum infra ci- Punct. 29. 1 Cor. 15. tandus: *Et tollentur immatura anima impiorum.*

Olim, vt nunc diximus, tardè mors incedebat: nunc peccatorum stimulis agitata, (*stimulus mortis, peccatum est*,) non ambulat, velocissimè currit. Quis iuuenis ille peccator? Eques mortis, mòrti insidet. Quid agit, dum peccato peccatum addit? equo currenti calcaria adiungit. Stimula ergo mortem, vt quàm citò peruenias.

Transgressorem ex vtero vocaui te. Sunt, qui ex Isa. 48. matris vtero, vel in vtero matris, ad instar Esau colliduntur, confringuntur, &c. In vtero, sic dixerim, peccatores. Tantillus homo, inquit ille, & tantus peccator. Vnius tantùm digituli in statura, sed gigas in iniquitate; hoc est, vix rationis vsum attigerunt, cùm per abusum abeunt in regionem longinquam, & dissipant substantiam suam, viuendo luxuriosè.

Secundo. Præmaturè moriuntur iuuenes in pœnam aliquando peccatorum parentum. Filius est quid patris, portio patris, parentum viscera. Nazian. in persona Iacob, cui primum Ioseph, deinde Beniamin fuerat ablatus: Membratim, inquit, pereo, &c. Hinc Deus, vt patres puniat, filios mori, vel occidi permittit. *Ascende, calue; ascende, calue.* 4 Reg. 2. *Egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex* Iustin Mar. August & Procop. in Glos. *eis quadraginta duos pueros.* Cur hoc? Iustin. Mar. q. 80. ad orthod. occisione puerorum castigauit parentes. Sic August. & Procopius in Glossa.

Filius, qui natus est tibi (ex adulterio,) *morte morietur.* 2 Reg. 12.

Maledictus Chanaan puer. Cur, patre peccan- Gen 9. Procabid. te, maledictionem eiaculatur in filium? Procop. Vt maior dulor cruciaret patrem, cùm videret, filium maledictione

maledictione vexari. q.d. Vt patrem magis ad viuum tangeret, filio maledixit. A

Exod. 20. *Visitans iniquitatem patrum in tertiam, & quartam generationem.*

Sap. 4. Tertia. In bonum ipsorummet iuuenum: *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius; fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui, expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum.* Vbi D. Bonau. (D. Bonau. ibid.) Hic, ait, ponitur multiplex ratio accelerandæ mortis; quarum prima est, iustorum dignitas; secunda, mortis vtilitas: *Raptus est, ne malitia,* &c. Tertia, vitæ periculositas: *Fascinatio enim,* &c. B Quarta, temporis opportunitas, *consummatus,* &c. Quinta, beneplacita Dei voluntas, *placita enim,* &c.

O quot, si non citò raperentur, flagitiosissimi fierent! ô quot, si non in cuna, in mala cruce morerentur! &c.

Quarta In commune omnium bonum iuuenes præmaturè moriuntur. Quisnam (ausim dicere) se mortalem credit? Transfusum est illud velut per Genes. 3. originem in posteros: *Nequaquam moriemini.* Serpentinus ille sibilus in hominum exsufflat aures, vnde vix homines se mortales credunt. Quotidie morimur, quotidie commutamur, Inquit Hieron. & nos immortales esse putamus. Sed, si iuuenis C mortuus inspiciatur; si, qui semper putabatur victurus, exanimis repentè, ac immobilis iacens conspiciatur; omnes & se morituros cogitare incipiunt. Si senex moritur, id senectuti datur, miratur nemo: sed, si viuidus quispiam iuuenis decedat, vnusquisque & se moriturum credit.

Genes. 48. Et hoc in Ioseph voluit nos credere Iacob, dum iam iam moriturus ipsum Ioseph ad memoriam matris demortuæ reuocauit. *Mortua est,* inquit, Hebr. *Rachel* (*videns,* dic tu quasi multos annos) *in terra Chanaan* (mercatoris, vel negotiatoris) *in ipso itinere,* (dum felicitatem quis optaret,) *erátque vernum tempus,* (cùm flores videret, non obtineret fructus,) *& ingrediebar Ephratam* (quod est *frugifera,* D vel *crescens,* cum ductoratus, dignitatum, &c. iam iam quis esset percepturus procemia,) *& sepeliui eam iuxta viam Ephrata,* quasi diceret: Ne tu, tuíque filij ad meos annos attendatis: sed potiùs matris mortem meditamini. Quòd si paruulos istos mors senis non afficit, Rachelis demortuæ, dum erat vernum tempus, afficiat.

Cùm ergo tam breuis sit vita, quid tantoperè laboramus, ac sanitati tantùm indulgemus?

De his, quæ præ nimio vitæ desiderio, nimiæ sanitati student.

PVNCTVM CXXVII.

Ioan. 4. ERat quidam Regulus, *cuius filius infirmabatur Capharnaum,* &c. Et si dominus magnus, & Regulus esset, ipsemet *Abiit, & rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius.* Quid sanitatis desiderium non efficit?

Math. 9. Apud D. Matthæum Princeps ille pro salute filiæ, quid non egit: *Et ecce Princeps vnus accessit,* Luc 8. *ac adorabat eum.* D. Lucas exprimit quàm profundè adorauerit: *Cecidit,* inquit, *ad pedes eius.*

Marc. 5. Auget D. Marcus: *Procidit* (in terram) *ad pedes eius.* Pluráne præstari poterant?

A O sanitatis affectum! Hæmorrhoïssa illa duodecim annorum in infirmitate, *Multa perpessa à compluribus Medicis erogauerat omnes facultates suas,* aut *omnia sua.* In phrasi Scripturæ, facultas non parum denotat; (Alij.) tamen hæc pro sanitate, quicquid habuit, erogauit; quantum auri habuit, si margaritas, si vniones, &c. omnia penitùs dedit. Vbi notandum illud: *Multa perpessa à compluribus Medicis.* q.d. pro vitæ desiderio omnia pertulit. August. (D. August. in illud Ps. 102. *Qui sanat omnes infirmitates tuas.*) Multi ligari se volunt, & secari, daturi pro incerta salute certum dolorem, & magnam mercedem. Patet in his, qui sectiones, mutilationésque perferunt: qui cataractas ab oculo sibi educendas, aut deponendas iubent: quàm pro incerta salute cer- B tum dolorem, & magnam mercedem conferant.

Mirum, quàm sit in hominibus intensum hoc desiderium sanitatis. In 4. Reg. Naaman quidam (4. Reg. 5.) Princeps in aula Regis Syriæ, diues valdè, sed leprosus. Sic sacer Text. *Vir magnus apud dominum suum, & diues; sed leprosus.* Simul ferè iunguntur diuitiæ, & lepra. Nunc puella quædam de terra Israël captiua in Syriam in obsequium vxoris Naaman perducta, videns forsitan nulli alij rei, præterquàm sanitati, operam dari in illa domo, sic ferè balbutiens: *Vtinam fuisset dominus meus ad Prophetam, qui est in Samaria: profectò curasset eum à lepra, quam habet.* Mirum! hoc verbum in terram non cecidit: sed exceptum: & licèt non fuerit hoc C nisi vnius verbum puellæ; in hoc tamen verbo arreptum est longissimum iter. Siste, Princeps, quò pergis? ad quem Prophetam? carpit iter cum litteris commendatitiis ad Regem cum donariis, solo puellæ verbo permotus. O desiderium sanitatis intensum!

O si consimili desiderio spiritualem salutem quæreremus! Sed, *Putruerunt, & corrupta sunt ci-* (Psal. 37.) *catrices meæ à facie insipientiæ meæ.* Camp. *Ob in-* (Camp.) *signem stultitiam meam.* quod in me toto, nimirum, nihil sanum intus, & quæram tantoperè sanitatem foris.

Quid mirum, si propter hunc immoderatum (4. Reg. 20.) affectum Deus offenditur? Eodem libro *Ægrota-* D *uit Ezechias vsque ad mortem, & fleuit fletu magno,* aut vitæ desiderio, ait, quia nullus intrepidè vadit ad iudicium Domini, habens conscientiam peccatorum, vt inquit D. Hieron. Pristinam ei Deus sa- (D. Hieron. 2. cont. Pelag.) nitatem restituit, quam miraculo illo horologij retroacti cóprobauit: quod quia omnibus innotuit, Rex Babylonis, ad quem hæc fama peruenit, nuncios ad secum congratulandum misit, quia nunc quadam animi elatione, loco diuinarum gratiarum sibi collatarum cum iisdem nunciis, thesauros ostendit, & inter thesauros, *Pigmenta varia, vn-* (Hebr.) *guenta quoque.* Hebr. *Oleum pretiosum;* in summa *domum aromatum.* Hebr. *Domum desiderabilem.* q.d. Elixit vitæ, quintas essentias, pretiosum oleum, &c.
E Heu! heu! à Deo sanitate donatus hæc æstimas? in thesauris recondis? adhuc hæc pigmenta sectaris?

Quàm verè Seneca: Vna est catena, quæ nos alligatos tenet; quæ, scilicet, nos seruos, ac mancipia catenæ facit, quæque arctissimè constringit. Quænam, ô Philosophe? Amor vitæ.

Qui certè non solùm iuuenes vitæ cupidissimos, sed & senes iam iam morituros constringit: hodiéque maximè illud videre est, quod quidem abominandum vidit Ezechiel, senes canos ad Orientem (Ezech. 8.) vitæ conuersos, inuerso tergo mortis occidenti. Heu! iam alterum pedem in sepulchro habent, & non nisi vita cogitabant, ac si nunquam essent morituri; his semper mors improuisa: quia mortem

non

A non à fronte;sed à tergo habent, in hos lapis sine manibus repente abſcinditur, qui vel in templo idolum zeli, vel ſtatuam poſſidentis adorant; qui (Dan. 2. Hebr.) lutum,quod in capite,& cogitatione habere debetent, in affectuum pedibus habent;aut qui lutum mortis in capite habere deberent, pedibus obliti terunt, aurum ſolummodò cogitantes, quò vitam in æuum protrabant.

Serui huius vitæ concatenati. Suggeſſit initio communis hoſtis longioris vitæ deſiderium: *Nequaquam moriemini*. (Gen. 3.) In quem Bor. O nequam, nequam, vbi eſt tuum nequaquam.ecce omnes morimur. Hinc tam inuiſceratus in filiis Adæ huius vitæ affectus,&c.

Concatenatum huius vitæ ſeruũ hoſtis Iobum B putabat:expoſcit primùm rerum omnium tactum; ſed certiſſima ſpe victoriæ, pellis tactum reſeruauit: (Iob 2.) *Pellem pro pelle*,&c.Sed eum fefellit opinio, & miratus eſt,quin,vt loquitur Chryſoſt.obſtructum eſt os impudentiſſimum Diaboli, dum ſe tam liberum ab hoc affectu Iobus oſtendit. O quàm facto ipſo comprobauit,ſe vitæ ſeruum non eſſe concatenatum,dum ex eo ſterquilinio,vt habent Sept. ſie vlceratus ſuper glebas ſeſe euoluebat, ad exacerbandos dolores odor ſui, &c. O quàm paucos Iobi ſequaces hac tempeſtate videas, & ideò paucos perfectos aſpicias!Sunt, qui rerum iacturam perferant;ſed,licèt ſpirituales, ſeſe tamen tam ſtudiosè cõſeruant,tantóque ſtudio indiuidui conſeruationi indulgent,vt in ipſorum ſua vnica vita,totius mundi vitam conſeruare ſe putent. C

(Ierem. 49. Chald.) Sed his, Deo permittente, illud ſæpiſſimè verum. *Fruſtrà multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi*. vel Chald *Medicina non aſcendet tibi*. q.d. (Sap. 2. Græcè.) non perueniet e inſume, vt vis, &c. *Medicina non aſcendet tibi*. Sap. 2. *Non eſt refrigerium in fine hominis*. Græcè, *Non eſt medecina in fine hominis*.

(Pſal. 91. Heſych.) Hi,qui tantoperè ſanitati ſtudent, quique nihil pati volunt, pluribus grauantur. Sic interpretatur illud Heſychius: *Benè patientes erunt, vt annuncient*. id eſt,benè pati dicuntur,qui deliciosè agunt;qui, (Hebr.) ſcilicet,ſunt *in Capharnaum, ag o, aut villa conſolationis, ac deliciarum*,&c.Hi benè pati dicuntur:quia quò minus pati volunt, plùs patiuntur. O quanta patitur, qui omnem venti flatum fugit,qui aërem pertimeſcit!&c. D

Hi ſunt, qui qualibet vel leui cauſa Medicum accerſunt. In Eccleſiaſtico dicitur creatus propter neceſſitatem: *Honora Medicum: propter neceſſitatem enim creauit illum Altiſſimus*. (Eccl. 38.) tu ad primum capitis, aut ſtomachi dolorem Medicum vocas? O quàm diſtat à perfectione,vel óque Dei amore,qui propter eum nec capitis dolorem ſine querimonia ferre poteſt!Sponſæ terrenæ, ne ſponſum contriſtent, ô quot dolores ſine vllo doloris ſigno tolerant! Tu, inquit S. Thereſia, vt cæleſti Sponſo placeas,non feres patienter,& ſine murmure dolorem aliquem?Sed totam euertes domum, Medicos conuocabis?

Sed,quoniam tam amicus es Medicorum, audi tempus, quo annuit, vt eos conuoces: (Eccl. ibid.) *Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum: da ſuauitatem: impingua oblationem, & da locum Medico*. hoc eſt, primùm, quod ægrotus præſtare debes, mundare conſcientiam, orare, eleemoſynas facere; & poſteà Medicum vocare; qui hunc ordinem non inuertunt, deordinatè vitam non amant;ſed, qui mox Medicum corporalem vocant, quàm deordinatè hanc vitam diligant,ſatis apertè declarant,

A Talis quondam cæca mulier, quæ adducta ad B. Hilarionem omnem ſe ſubſtantiam expendiſſe ait in medicos. (D. Hieron. in Vit. S. Hilar.) Cui Sanctus: Si quæ in Medicis perdidiſti, dediſſes pauperibus, curaſſet te verus Medicus Ieſus.

Heu!quid agimus, miſeri, dum tantopere hanc vitam diligimus?Noſtram miſeriam protogamus. Quid hæc vita eſt, niſi miſeria? Declarauit Saluator noſter, dum ſuſcitaturus Lazarum fleuit. Vnde hîc lacrymatus eſt? Reſpondit Hieronym. (Hieron.) Quia cogebatur eum propter ſaluandos ſæculo reuocare.

Adeò verum, hanc vitam eſſe miſeriis plenam, vt non eſſe ſolùm in hac vita, conſolatio, & felicitas computetur. De Lazaro in Limbo dixit Abra- B ham: *Hic conſolatur:tu verò* (loquens de diuite) *cruciaris*. Sed quomodo in Limbo conſolabatur?in ea obſcuritate, ſine Dei viſione? Erat extra huius vitæ miſerias. Hinc ſuſcitatus Samuël, & à Limbo ad hanc vitam vocatus: *Quare*, inquit, *inquietaſti me?*

Teſtantur pueri, inquit Cyprianus, qui omnes plorant in ortu, dicat quidquid vult Ariſt. in Problematibus. (Cyprian.) Cyprianus ait lacrymis illis prophetizare, aut huius vitæ præſentire miſerias. (2 Mach 7.) O ſi æternam illam vitam in mente haberemus! *Nate, nate, ſuſpice cælum: memento æternæ vitæ*. Illa vera vita eſt, hæc vmbra vitæ. Quòd ſi hæc tantoperè placet, vt in ea æternizare vellemus: quid vita æterna? Si modicum hæc corruptibilis vitæ tem- C pus tantoperè placet, quantùm illa placebit? Cur eam non curamus protogare intenſiuè,ſaltem actibus, quibus correſpondeat amplior vita, felicior vita? *Quoniam apud te eſt fons vitæ*. (Pſal. 35.) O vita! ô vita! quæ huic comparata mors eſt potiùs dicenda, quàm vita,&c.

Ad hæc, quid tantoperè vitam iſtam deſideramus, inquit Ambroſ. (D. Ambr. de bono mort. cap. 2.) in qua quantò diutiùs quis fuerit, tanto maiore oneratur ſarcina peccatorum? (Matth. 6.) Ipſe Dominus ait: *Sufficit diei malitia ſua*. & Iacob (Gen. 47.) dixit: *Dies vitæ meæ centum triginta annorum, parui, & mali*. non,quia dies mali; ſed,quia nobis acceſſu dierum, malitiæ incrementa cumulantur: nullus enim dies ſine noſtro peccato præterit: idcircò Apoſt. mori lucrum appellat: (Philip. D. Ambroſ.) *Mihi viuere Chriſtus* D *eſt, & mori lucrum*. Tandem ex eodem Ambroſ. Quandiu in hoc ſalo,tandiu inter naufragia Hunc igitur affectum minuamus; eóque transferamus, vbi perennis fons vitæ eſt: *Quoniam apud te eſt fons vitæ*. (Pſal. 35.) hic etenim paruus, ſtatimque deficiens vitæ riuulus fluit; ibi,ibi fons vitæ,&c.

Timor mortis ex peccato.

PVNCTVM CXXVIII.

E Et ecce *defunctus efferebatur*. (Luc. 7.) Vbi agitur de morte, id fit admiratione, terrore, *Ecce*. Cur tam terrifica mors? cur ad ſolum mortis nomen trepidamus, aut imagine, aut imaginatione contremiſcimus?

Cain: *Omnis, qui inuenerit me, occidet me*. (Gen. 4.) timore mortis perterritus toto corpore contremiſcens, adeo vt, teſte Philone, ad ſuum refugium horrore mortis ſeptem condiderit ciuitates; tantus innaſcerat eum horror mortis, quam Dominus ei comminatus fuerat. (Philo.) *Si male egeris, ſtatim in foribus* (tui exitus, ac diſceſſus à corpore) *peccatum tuum*

tuum aderit. Sic semper imaginem mortis gerens demisso capite, quòd cruciatam haberet conscientiam, vagus, & profugus erat super terram: offundebatur, nimirum, sibi vltrix sui imago peccati, vt dicit Ambros. nec quietum eum esse permittebat.

Ezech. 16. Septuag. Ezech. 2. Theod. & Hier. ibid. Dan. 5. *Et tu porta confusionem tuam.* Sept. *Et tu porta tormentum tuum.* Sic vbi nos legimus: *Si iustus fecerit iniquitatem, ponam coram eo offendiculum.* Theod. & Hieron. legunt: *Dabo tormentum in faciem eius.*

Conuiuabatur ille cum mille suis Optimatibus, vxoribus, & concubinis, templi vasa sacra profanans: at ecce digiti scribentes. Mox sola mortis imaginatione faciem Regis immutatam vidisses, animum cogitationibus conturbatum, *Compages renum eius soluebantur, & genua illius ad se inuicem collidebantur.* & licet stiparia conuiuarum caterua, licet clamarent: *Rex, in aeternum viue, non te conturbent cogitationes tuae,* horribilis tamen visa terrebatur imagine mortis; hinc, scilicet, quòd videre coepit, *contra candelabrum,* id est, coram candelabro, suas ebrietates, sua sacrilegia; hinc terrores. *Dabo tormentum in faciem eius. Omnis qui inuenerit me, occidet me.*

Iob 13. Ex peccato, Fratres, nascitur terror mortis. Iob: *Et formido tua non me terreat.* Sed vnde tibi formido? ex peccato: *Quantas habeo iniquitates, & peccata? scelera mea, & delicta mea ostende mihi.* q.d. Si quid in proximum iniquitatis, si quid in te sceleris, si quid in me peccati, si quid omisi sub nomine delicti, vt optimè hîc distinguit D. Th. nescio, tu ostende mihi: hinc enim solùm formido. En vt timor mortis facit distinguere, quod in vita complicatur, &c.

Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiae meae. Sentio, quòd me vis consumere, id est, ad extremam consumptionem redigere. *Peccatis adolescentiae,* id est, propter peccata adolescentiae. Existimant quidam iuxta Septuag. Sept. *Imposuisti mihi peccata iuuentutis.* de filiorum iuuenum peccatis, sibimet imputatis intellexisse, quòd vel filios non ita in officio continuisset, vel frigidiùs, quàm par erat, eorum adolescentiae errata ex illis conuiuiis praesertim increpasset. Communis expositio est, de se loquutum; in operibus, scilicet, pietatis obeundis, & rectae rationis lege non sic perfectè, vt verebatur, rudioribus annis ambulasse, aliquid fortasse ei tunc temporis defuisse, aliquid omisisse, & in vitae extremo positum, talem de diuina iustitia visionem habuisse, vt dixerit: *Consumere me vis peccatis adolescentiae meae.* Putat ille, dum suam praesentem vitam considerat, se nihil habere peccati: in hora mortis sentiet, Deum se velle consumere peccatis adolescentiae.

Psal. 48. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: saeculum nostrum in illuminatione vultus tui.* Paraph.

Camp. Camp. *Collocasti iniquitates nostras è regione tibi; & peccata, quae nos pro occultis habuimus, & in adolescentia commisimus, ipsa luce manifestiora sunt in conspectu tuo.* D. Hieronym. loco, *saeculum nostrum,* legit, *negligentias nostras.* Heu! Domine, vel negligentias? &c. Felix, *Occulta nostra, vel iuuentutem*

Felix. *nostram:* quod exponit, peccata iuuentutis nostrae, iuxta Chaldaeum: *Iniquitates iuuentutis nostrae.* Vn-

Chald. Psal. 24. de alibi exclamat: *Delicta iuuentutis meae, & ignorantias meas ne memineris, Domine* Vbi Greg Con-

Greg. siderandum, quantum sint grauia peccata senum, si & illud sic iusti metuunt, quod in infima aetate deliquerunt. *Si sic formidanda peccata iuuentutis,* quae vel fragilitatis, vel ignorantiae, vel maximae sunt passionis, ac proinde parum respectiuè deliberationis habent; quid erit de peccatis virilitatis, ac senectutis ex plena deliberatione, & malitia oriundis?

Posuisti me contrarium tibi (in hora mortis:) vnde in agonia, *Factus sum mihimetipsi grauis.* Hinc terrores, hinc dolores, hinc cogitationes, hinc sudores, hinc lacrymae, vnde? *Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? ecce nunc in puluere dormiam.* Iob 7.

Cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Loquitur in persona eius, qui hîc altas fixit radices; qui sus hic omnes habet cogitationes; qui plantatas in corde habet terrae cogitationes, quas singulatim euellit mors; nunc ipsem vitae natura, sic radicitùs firmatam; nunc amorem vxoris, & filiorum, nunc affectum rerum, ac diuitiarum; nunc cogitationum, negotiorum, dignitatum. Iob 17.

Terribili, & ei, qui aufert spiritum Principum. Chald. *Qui comprimit tumorem Principum.* Alij: *Qui aufert fastum, arrogantiam, animositatem Principum.* Quantùm verò doloris inferant huiusmodi euulsiones, non dentis ex gingiua; sed spei, cogitationum, consiliorum omnium, ac reliquarum omnium voluptatum innatae cupiditatis ex terreno hominis corde eum impetu, & disruptione, intelligere est ex lectione Sept. *Rupti sunt, seu effracti sunt articuli cordis mei.* D. August. *Conuulsa sunt compages cordis mei.* Sunt enim huiusmodi intimae cogitationes & affectiones, veluti cordis articuli, & compages; & veluti partes, & membra ipsius cordis: cùm verò hae cogitationes conuelluntur, eradicantur ingenti cum violentia, oportet cor ipsum eradicari, discerpi, dilacerari: hinc iuxta Vatab. dolent: *Conatus mei intercepti sunt;* conatus, scilicet, faciendi supra vires, *Intercepti sunt, rupti sunt. Torquentes cor meum.* Non amittitur sine dolore, quod cum amore possidetur. Aug. Dolor, sicut amor: vnde corpore semel moriente, cor totica moritur, quot ea sunt, quae inordinatè diligit. *Cor meum.* Heb. *Possessiones cordis mei.* In Gen. de subreptis idolis Laban ad Iacob: *Furatus es me.* Pagnin. *Furatus es cor meum.* Chald. vbi nos legimus, *Cor meum;* legit, *tabulas cordis mei:* quidquid, scilicet, in corde scripseram, testamenta, cogitationes, conatus, &c. intercepti, rupti, dissipati: non enim hora colligit, quod longa vita cogitauit, &c. Psal. 75. Chald. Alij. Septuag. D. August. Vatab. Aug. Hebr. Gen. 31. Septuag. Pagn. Chald.

Patriarcha Iacob moriturus, in lectulo vt se composuit, vt manibus, pedibúsque iunctis vitam finiuit! O mortem iustorum! *Collegit,* inquit, *pedes suos super lectulum.* Ex instituto, & habitu anteactae vitae facillimè egit tunc, quod semper egit, etsi in optima terra Gessen, etsi in summa filij gloria, & felicitate; ab affectu tamen rerum harum immunis. *Collegit pedes suos super lectulum, & appositus est ad populum suum.* Interl. *Ad Angelorum frequentiam.* Vbi Chartus. Creditur mox, ne tacto Purgatorio, etsi vxoratus, & cum tot filiis in saeculo, vic Dei tanto praeditus lumine, ad Limbum delatus. Gen 49. Interl. Chart. ibid.

Vt in suo munere vel moriens persistebat, vt sensibus integris, vt collectus! *Congregamini, filij Iacob,* (iterum dico, quod semper praedicaui,) *congregamini.* Vox Patris vt viuentis, sic morientis ad filios: Congregamini, non separamini. Qui propterea non reliquit eis occasionem separationis, & litium; sed benedictionis, &c. *Et expletis benedictionibus, appositus est ad populum suum.*

Cum hac quiete, & securitate moriuntur Iusti. Quid mirum? peccatum non habent, quod est causa timoris. Ex quauis alia causa timores nihil

suot.

sunt. Videant facies Dæmonum; sed non videant faciem horrendissimam peccati; timor non est ti- (Iob 17.) mor. Iob: *Non peccaui, & in amaritudinibus mora-tur oculus meus.* Amaritudines vocat lacrymas (Sept.) mortis in agonia. Sept. *Preces adhibeo cum labore,* talis, scilicet, est conflictus Dæmonum, talis morbi (Vatab.) vis, vt vix mentem colligere queam. Vatab. *Coger præsentes illusores intueri, qui mihi amarissimi, & mo-lestissimi sunt.* Sed, quoniam dixerat: *Non peccaui,* confidenter adiungit: *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.*

Si peccatum non adsit, nihil tibi in hora mor-tis nocebit, etsi circoncirca habeas Infernum to- (Iob 33.) tum. *Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de milli-* (Sept.) *bus, vt annunciet hominis æquitatem.* Sept. *Si fuerint pro eo Angeli mortiferi, vnus eorum non vulnerabit* (Nicetas.) *eum.* Vbi Nicetas: Qui extremis cruciatibus exer-B ceatur, si perpessionis suæ causam in peccato con-sistere intellexerit, atque ad Deum de errato suo confessus, se conuerterit; impendentem mortem (spiritualem, si non temporalem) inhibebit, etiamsi sexcenta sint, quæ mortem accersant, atque la-cessant.

(Iob 18.) Idem in Iob: *Nunquid apertæ tibi sunt portæ mor-tis, aut ostia tenebrosa vidisti?* Quænam hæc? pecca-(Rom. 5.) tum. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.* Peccata sunt ostia te-nebrosa. *Deus creauit hominem inexterminabilem.* (Sap. 1. Græcè.) Græcè: *Vt incorruptibilis esset.* Budæus: *Ad naturam* (Budæus.) *non interituram. Mortem* enim *non fecit*; sed homi-nes *manibus*, hoc est, malis operibus, & peccatis C *accersierunt illam*, &c.

(Psal 139. Chald.) *Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniu-stum mala capient in interitu.* Chald. *Vir delator lin-gua triplici, non habitare poterit in terra viuentium: virum prauum, & malignum venabitur Angelus mor-*(Hebr.) *tis, & detrudet in gehennam.* Hebr. *Virum iniquum ma-*(Aug.) *lum venabitur in propulsiones, & ruinas.* Aug. *Virum* (Genebr.) *iniquum mala venabuntur in interitu.* Vndique, sci-licet, mala exurgent, vt venentur, ac inueniant peccatorem, vt eum in geheonam detrudant.

Peccatum conijcit morientem in angustias. Saül (1. Reg. 1.) ad armigerum: *Sta super me, & interfice me, quoniam* (Hebr.) *tenent me angustiæ.* Hebr. *Quia tenet me corona.*

Quid sibi volt? nunquid regnum à Deo non ac-D ceperat? Ah, *Tenet me corona.* Voluisse, scilicet, co-ronam hanc quondam contra Dei mandatum à memetipso in capite detinere; dum, scilicet, non expectaui Prophetam, sed timens, ne populus dila-beretur, Rexque sine populo essem, sacra feci: hæc me tenet corona: hoc est, offensæ omnes diuinæ Maiestatis, postquàm hanc habui coronam in ca-pite, sunt meæ mortis angustiæ.

(Resp. 7. Offic. Defunct.) Ex peccato, Fratres, est timor mortis. Conclu-damus: *Peccantem me quotidie, & non me pœniten-*(Sap. 3.) *tem, timor mortis conturbat me.* Et Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormen-tum mortis.* Alij: *Et non tanget illos tormentum mali-*E *tiæ* Et, pro, quia, id est, non tanget illos tormentum mortis: quia non tanget illos tormentum malitiæ: vbi enim malitia non est, tormentum non est, &c.

Antithesis de peccatorum, & iustorum morte.

PVNCTVM CXXIX.

(Ierem. 51.) VEnit finis tuus pedalis præcisionis tuæ. Quid hic sibi vult Propheta? Sub arboris metapha-ra loquitur de morte peccatoris, quam præcisio-A nem pedalem appellat. Illic arborem vidistis? Ra-mum illum præcide, imperat Dominos. Post tem-pus: Et illum præcide. Sic aliàs alium. Tandem ad radices: hic est finis pedalis præcisionis suæ. Sic, sic cum peccatore Deus. Radices hic egit peccator, affectus in terra defixit: arboris rami sunt filij, vxor; hæc, quæ possidet, bona terræ: filium aufert, ramum præcidit. Sed melior hinc ipse non fit: alium ad se colligit, ramum alium præcidit, &c. Sed quoniam deterior fit, ad arboris pedem ponit securim. *Venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ.* Id, quod euenit euā-gelicæ arbori, expectatæ, & postmodum succisæ.

Impy de terra perdentur, & qui iniquè agunt, au- (Prou. 2.) *ferentur ex ea.* q. d. Non excidentur solùm præcisis (Salaz. ibid.) ramis; sed stipite, atque radicibus erutis extirpa-B buntur: quod Chaldæus vertit: *Eradicabuntur ex* (Chald.) *ea.* Heu, qui sensus doloris, si modò sentire posset arbor euulsa!

At iustus, qui hic suas radices non egit, quàm facili negotio diuellitur? *Et erit tanquam lignum,* (Psal. 1.) *quod plantatum est.* Alij: *Quod transplantatum est.* q. (Alij.) d. facillimè ex hac terra morientium, in eam ter-ram viuentium. Vt Petrus talis erat! *Velox est depo-* (2. Pet. 1.) *sitio tabernaculi mei*, id est, facilis, & expedita est depositio, seu translatio tabernaculi mei, &c.

Peccatores violenta moriuntur morte per ma-nus mortis ad instar carnificis.

Iob: *Deuoret pulchritudinem cutis eius: consumat* (Iob 18.) *brachia illius primogenita mors; euellatur de taberna-*C *culo suo fiducia eius: & calcet super eum quasi Rex interitus. Primogenita mors*, primaria, validior mors, acerbior, feralior, fuoestior cæteris, primogenita, & princeps efficacitate, acerbitate, cruciatu, ac sensu doloris: hæc fortitudinis brachia, ceu carnifex, de-uincit, & consumit: hæc impios in crucem agit: hæc super eos quasi Rex calcat. Sed, quid hoc? A carnifice ad Regem non transgreditur; sed carnifi-ci mortis potestatem dat regiam. Hoc est discrimen inter carnificem solum, & solum Regem, quòd il-le, iuxta præscriptam sententiam, separat animam à corpore, nihilque prorsus agit, quod Rex non iusserit: sed, si Rex fingatur calcare, vt vult, calcat; vt vult, stringit; quantum vult, in calcando mora-D tur; si vult, cadauer membratim secat. Rex est. Mors calcat, vt Rex super impios, &c.

Quot bona videtur hic habere peccator, tot au-fert mors: hoc sibi vult: *Deuoret pulchritudinem cutis eius.* Quicquid peccator habet, in cute est, in exteriori apparentia, nihil solidi intùs habet: ex-ternam hanc pulchritudinem, supellectilemque vitæ deuorat mors. *Consumat brachia illius primogenita mors.* O, quantis mors brachia cogitationum, ne-gotiorum comminuit, sicque concupiscentiam oculorum diripit! *Et calcet super eum, quasi Rex*: Carnem calcat, cùm de ea benè pasta, per vermes triumphat.

Hunc Regem super se calcantem Rex Saül ha-E bebat. Iam *Interfice me, quia tenent me angustiæ.* (2. Reg. 1.) Alij: *Quia tenet me corona.* q. d. Calcat super me, (Alij.) quasi Rex, interitus: quin ipse ego Rex Regem me calco: regnum ab alijs tam concupitum, à me tam malè administratum, nunc in has me conijcit an-gustias: angustiæ enim, & corona sunt idem, &c.

Non sic iusti, non sic: *Pretiosa in conspectu Do-* (Psal. 115.) *mini mors Sanctorum eius.* hoc est, honesta, honora-bilis: non enim per manum carnificis, sed per ma-num Domini moriuntur. Sic *Moyses mortuus est,* (Deut. 34.) *iubente Domino, super os Domini, in osculo Domini.* (Alij.) Hinc, *nec dentes illius moti sunt.* Septuag. *Neque* (Sept.)

Chald. *corrupta sunt labia eius.* Chald. *Neque mutatus est splendor gloriæ vultus eius*, quem semel acquisiuit in monte. Vatab. *Maxillæ eius nihil defecerant, vel emarcuerat viror eius.* Non obiit, nimirum, morte violenta, vt præfocati; sed suaui quasi somno conquieuit. *Pretiosa in conspectu Domini.* Alij: *Vitalis in conspectu Domini mors Sanctorum eius.* (Alij.)

Sed mors peccatorum pessima. Videamus: *Mortuus est autem Rex Achab, & lauerunt currum eius, & linxerunt canes sanguinem eius, & habenas lauerunt.* (Psal.33. 3.Reg.22. Alij.) Alia littera: *Meretrices lauerunt currum eius, & habenas.* q. d. Hæ fuerunt in vita curriculi eiusdem totæ, & habenarum arbitrij moderatrices, imò præcipitatrices: qualis vita, talis mors, in qua meretrices lauerunt corpus, canes linxerunt sanguinem, Dæmones tulerunt animam: hinc immediata mentio operum eius, domus cuiusdam eburneæ, ciuitatum quarundam, quas fecerat, &c. *Opera eorum sequuntur illos.* O infelicem! (Apoc.14.)

Persimili morte vxor eius Iezabel, vt scelerum socia, vitæ terminum fecit: *Et præcipitauerunt eam, aspersúsque est sanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam, & non inuenerunt nisi caluariam, & pedes, & summas manus. Haeccine est illa Iezabel?* (4.Reg 9.) Vbi Drogomarus: Decaluatus est tandem superbiæ vertex: non est iam, qui dignetur aspicere, nisi qui voluerit nefas eius abhorrere, vt lauet manus eius in sanguine peccatoris; & velut equus fortis, & velox meretricem proiectam vngula sua conculcet, & transeat. Propter hoc paries adhuc sanguineus relictus est, vt terreat viros sanguinum, & dolosos. (Drogom.)

De Rege Ioram in Paralip. *Cúmque diei succederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus: & sic longa consumptus est tabe, mortuúsque est in infirmitate pessima,* (Interl. desperationis:) *& non fecit ei populus exequias secundum morem: & sepelierunt eum in ciuitate Dauid: veruntamen non in sepulcro Regum.* Interl. Quia delebuntur de libro viuentium, & cum iustis in cælesti regno non scribentur: sed peribit memoria eorum, & nomen eorum non erit in memoria Sanctorum. Iusti sepeliuntur in sepulcro Regum, quòd seipsos, suásque passiones regere nouerunt vsque ad mortem; impij non in sepulcro Regum; sed sepultura asini sepeliuntur. (2.Par.21. Interl.)

Sepeliri non potest in sepulcro Regum, qui vt Rex non viuit. Balaam sic sepeliri voluisset: *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.* (Num.23. Oleast.ibid.) Vbi Oleaster: Volunt homines viuere, vt peccatores; & mori, vt iusti. Dominus autem non consueuit dare mortem iustorum, nisi iustis; sicut nec mortem impiorum, nisi impiis. D. August. Viuite ergo benè, ne moriamini malè: quoniam, sicut non potest esse mala mors, quam bona vita præcessit; ita non potest esse bona, quam mala vita anticipauit. (D. August.) Omittamus nunc miracula Dei, tractemus communem ordinem eius. Audierunt impij dicere, quoniam *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius,* & pessima sit mors peccatoris Vtinam diceres potiùs: Viuat anima mea vita iustorum: quoniam naturali ordine sequitur mors bona vitam immaculatam, &c. Qualis quisque viuit, talis communiter moritur. (Psal.115. Psal.133.)

In Eccl. *Siue ad Austrum, siue ad Aquilonem ceciderit lignum, ibi erit.* Bern. Qua parte casura sit arbor, si scire volueris, ramos eius attende: vbi maior est eorum copia, & ponderosior, inde casuram non dubites: si tamen fuerit tunc excisa. Scilicet, rami nostri, desideria nostra sunt, quibus ad Austrum extendimur, si spiritualia fuerint; si carnalia, ad Aquilonem, &c. Miraculo daretur, si ad sinistram arbor semper inclinata, in incisione ad dexteram caderet. (Eccl.11. D.Bernard.)

Efficacissima historia in lib. Iud. Abimelech ille Dux superbus in vita, vt talis in morte: *Vna mulier fragmen molæ desuper iaciens illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.* Qui vocauit citò armigerum suum, & dixit ad eum: *Euagina gladium tuum, & percute me, ne fortè dicatur, quòd à fœmina interfectus sim.* (Iudic.9.)

Vbi Chrysost. diuinè, vt solet: Estne hoc tempus ineptiarum? Iam, iam moriturus hæc cogitas, ne fortè dicatur, quòd à fœmina interfectus sis? Miser extremam horam ineptiis absumis? in hoc puncto punctum honoris cogitas? Qui sic vixit, sic moritur. O quot huic similes tunc temporis insaniunt post vanitates, post ineptias, quibus in vita studuerunt, &c. tempúsque illud breuissimum, in quo ad Deum conuerti deberent, in vanissimis terunt cogitationibus! (Chrys.ibid.)

At, quàm diuersimodè moriantur iusti, audiamus. De Abraham in Gen. *Et deficiens Abraham mortuus est in senectute bona, & plenus dierum.* vel Hebr. *Et satur vitæ præsentis.* hoc est, non cum affectu huiusce vitæ; sed iam satur, vt posteà alius, qui dixit: *Nunc dimittis seruum tuum, Domine.* q. d. Satur sum, Domine, &c. Sic Abraham mortuus est, *Congregatúsque est ad populum suum.* Interl. id est, ad Angelos, quorum conciuis erat, etsi vxoratus in sæculo. O felicem iustorum mortem! quàm euulsi ab hisce rebus moriuntur? (Genes.25. Hebr. Luc 2. Interl.)

Ad Moysem moriturum Deus, *Ascende*, inquit, *in montem istum Abarim, & ibis ad populum tuum.* Vbi Interl. Perfectus non in valle moritur, sed in monte, id est, in alto loco: quia vitæ eius perfectio habebatur in excelso. Sic infrà de Aaron: *Ascenditque Aaron in montem Hor, iubente Domino, ibique mortuus est.* Quo loco Hieron. legit: *Ascenditque Aaron in montis montem.* quod declarat, id est, in verticem eius: & nota, non in monte simpliciter, sed in montis monte moritur Pontifex, vt dignus locus meritis eius monstraretur. Alius in valle, alius in campis, alius moritur in monte, alius in monte montis. O felices, qui in tanta summitate moriuntur! &c. (Num.27. Interl. Num.27. D. Hieron. ex Hebr.)

Iusti moriuntur mortui: peccatores viui, & viui in Infernum descendunt. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* dicit iam mortuos mori: ergo nullo sensu, nullo labore, aut difficultate moriuntur. At impij viuentes vita propriarum passionum moriuntur: quo dolore? quo sensu? quanta difficultate? Sicque viuentes, nihilque mortificati in Infernum descendunt. *Et descendant in Infernum viuentes.* (Apoc.14. Psal 54.)

Peccatores contremiscunt ad sermonem mortis. *Est loquela contraria morti; non inueniatur in hæreditate Iacob.* Quid sibi vult loquela contraria morti? Ad literam, blasphemia per verborum accommodationem, perpetuus sermo de vita, quomodo protrahi possit, qua ratione salubriter produci valeat, horrescere ad cogitationem, multóque magis ad primum verbum de morte: hæc non inuenitur in hæreditate Iacob; in prædestinatis, nimirum, qui libẽter de morte cogitant, & de morte loquuntur: præscitorum est hæc loquela contraria morti, hic horror, qui eos inuaserat, de quibus Propheta: *Separati estis in diem malum.* Alij: *Separantes diem malum.* Tigur. *Elongantes diem malum.* Vatab. *Qui in longinquũ reiicitis diẽ malum.* q. d. Quantùm possunt, (Eccli.23. Amos 6. Alij. Tigur. Vatab.)

possunt, mortem elongant, & à se reiiciunt.

Sap. 1. Sed quomodo sese habet illud: *Impy manibus, & verbis accersierunt illam: & æstimantes illam amicam, sponsiones posuerunt ad illam.* Mortem vocant, à qua longissimè fugiunt? amicam appellent perpetuò mortis hostes? O quàm verum, Fratres! timent, & horrent ad nomen mortis; nec tamen suis sceleribus accire desinunt; quàm, dum putant amicam, sororémque germanam, sponsiones ponunt ad illam. *Percussimus fœdus cum morte, &*

Isa. 28. *cum Inferno fecimus pactum*, vt nonnisi in decrepita ætate mors veniat; & si fieri posset, nunquam veniret; quæ tamen citiùs venit, quàm ipsi credunt. *Anima prævaricatorum iniqua.* Sept. *Anima*

Prou. 13. Sept. Eccl. 19. Iob. 5. *impiorum peribunt immatura.* Idem alibi: *Tollentur immatura animæ impiorum*, sed non iustorum. *Ingrediens in abundantia sepulchrum, sicut infertur acervus tritici in tempore suo.* Quod Athan. legit:

D. Athan. in Apolog. de fuga. *Venies, si iustus fueris, in sepulcrum, vt seges matura suo tempore demissa, & vt manipulus area in tempore collectus.* An non talis Isaac? *Completi sunt dies Isaac*

Gen. 35. *centum octoginta annorum, consumptusque ætate, mortuus est, & appositus populo suo senex, & plenus di-*

Isa. 57. Ioan. 11. Act. 7. Psal. 45. D. Hier. ex Hebr. *erum.* O mortem iustorum! Veniat pax, & requiescat lo cubili suo, hoc est, pro cubili ipsam pacem habeat. Lazarus amicus noster dormit. Stephanus: *Obdormiuit in Domino. Ipse reget nos in sæcula.* D. Hieron. ex Hebr. *Ipse reget nos in morte.*

De horrore Iudicij super peccatorem in morte.

PVNCTVM CXXX.

Iob 9. Sept. **S***Irepente interroges, quid respondebo?* D. Thomas ait loqui de subitanea morte. Sic Septuag. *Si repentè morti tradideris, quis respondebit tibi?* q. d. Cùm tempus adest, rationes ineundæ parantur: sed, si repentè interroges, ac rationes perquiras, quis respondebit tibi?

Ezech. 9. *Viam eorum super caput eorum reddam*; hoc est, omnem anteactam vitam super caput eorum versabo, pueritiam, iuuentutem, virilitatem, senectam, vt totius vitæ reddant rationem, sentiántque pondus, ac rigorem iudicij.

Post tot itinera, & magnalia Moyses fortè putasset, Deum illius diffidentiæ oblitum; sed ecce

Num. 27. post tot annos: Heus tu, Moyses: recordarisne, quid illic egeris? cùm vice verborum percussione

Hebr. vsus es? *Ascende in montem istum Abarim.* Hebr. *Transitus ad Nabo*, aut Nebel, quod est mensura Dei: q.d. ad Dei mensuram, & trutinam mensurandus, ac trutinandus es.

D. Hier. in Psal. 81. Hinc D. Hieron. ad illud: *Deus stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos diiudicat.* Res formidabilis, inquit, res terroris plena; si Deos diiudicat, de peccatore quid faciet? *In medio.* Aquila: *In*

Aquila. Pagn. *intimo Deus diiudicat.* Pagnin. *In intimo Angelos diiudicat.* quid faciet de peccatore?

Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum. vel istud;

Psal. 49. Vatab. Hebr. quæso, intelligite; *ne quando rapiat*, per repentinam mortem; *& non sit, qui eripiat.* Sed, quid intelligendum? quod tunc dixerat: *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Hebr. ex Hebr. *Instruam, & ordinabo* (rationes) *ob oculos tuos.* Metaphora à bello, hoc est, rationes sic inuolutæ, sicque deordinatæ te

Hieron. imparatum adorientur. Sic Hieron. *Proponam te ante oculos tuos.* In tota vita tui oblitus vixisti, te sic

Speranza Scriptura selecta.

A oblitum ante ipsum proponam: tunc senties miser, quàm alieoum fuerit à recta ratione plùs aliis, quàm sibi attendere. *Proponam te ante oculos tuos.*

Sept. *Statuam contra faciem tuam peccata tua.* Sept. terrifica obiecta! ô monstra horrenda, quæ plus terroris incutient, inquit Basil. quàm ipsa Inferni monstra!

Si malè egeris, statim in foribus peccatum aderit. Gen 4. Chald. *In diem iudicij peccatum tuum seruatum est,* Chald. *in qua futurum est, vt vlciscatur de te.*

Peccata nostra responderunt nobis. Alij: *Peccata* Isai. 59. *nostra accusant nos, & scelera nostra nobiscum.* Heb. Alij. *Et scelera nostra ante nos sunt: & statuam contra faciem tuam.* Hebr.

B Pagn. *Ordinabo in oculis tuis iudicium meum.* q.d. Pagnin. In vita quasi alienis oculis iudicium vidisti, quasi tua videre non interesset; tunc in tuismet oculis iudicium ordinabo, nec claudere poteris: & ordinabo iudicium meum, non quale tu putas: qui & iuxta Chald. *Ordinabo gehennam coram te.* hoc est, Chald. nec dum mortuus incipies Infernum apertum vi- Clar. dere. Sed, quod magis horrendum est, iuxta Isidorum Clarium: *Statuam me contra oculos tuos.* Heu! quis hoc magis horrendum crederet? Post tergum tuum me semper infelix habuisti: ante oculos me tunc habebis. Quò vis, te ipsum verte, me ante tuos oculos Iudicem videbis; quem videre noluisti placatum, iratum videbis.

C *Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Et* Theodot. *stipabo.* vertit Theodotion, hoc est, interprete Apol- Apollin. linare, confertissimum peccatorum omnium cumulum ob oculos tibi proponam. Sic & Eusebius Eusebius. In Cat. Græca: Statuam ad arguendum te, ante oculos tuos peccata, quæ vnquam fecisti; quæ tu quidem existimasti non ampliùs esse, nec in alicuius memoriam esse ventura: verùm ego tanquàm Deus illa traducam.

Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum. Caiet. *In-* Caiet. *telligite nunc hanc legem.* Quam? Qui viuens ublitus Greg. est, Dei, moriens obliuiscetur sui. Quam? peccata non deleta per pœnitentiam, erunt tunc præ oculis per iustitiam. Quam legem (qui nunquam vo-

D luit cogitare iudicia Dei, videat ea in morte contra se apertis oculis ordinari, &c. *Intellige nunc hanc legem.*

Quid mirum, si in mortis articulo peccator obmutescit? Vt ille ad primam interrogationem obmutuit, qui vestem nuptialem non habuit? *Quomo-* Matth. 22. *do huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille* Psal. 69. *obmutuit. Inquitas oppilabit os.* Camp. *Malè sibi cō-* Camp. *scij non audebunt mutire.* Chald. *Cuiusuis authoris* Chald. *mendacij os obturatū erit.* Nulla tunc tēporis erit ex- Greg. homil. cusatio. Greg. In illa districtione vltimæ increpa- 35. in Euang. tionis, omne argumentū cessabit excusationis: quia conscientia cuiusque testis erit de veritate iudicij.

E Ioan. 8. Tulerunt illi ad Dominum: *Magister, hæc* Ioan. 8 *mulier, &c.* tunc *inclinans se, & digito scribebat in terra.* Mirum, visa scriptura, subdit Euangelista: *Vnus post vnum exibant.* inclinantis capitibus, muti, Hier. sine verbo Quid hoc? Hier. ait, scripsisse eorum peccata: tunc demisso capite sine verbo. Græc. *Vnus post vnum exierunt à conscientia redarguti.* O quàm horrendum vocari ad rationes?

Conuiuabatur Rex ille Babylonis cum suis Dan. 5. Optimatibus, meretricibus. Tunc eleuans oculos vidit manum quasi rationes scribentis contra candelabrum; quò tunc videret, quod nunquam anteà videre voluisset. Ex quo tantoperè perculsus est, vt toto corpore contremisceret, nihilque aliud quàm eandem scripturam fixis oculis intueretur.

X 2 Quid

Quid boe? Rationes inire debebat. Heu! si rationes reddendæ homini sic perturbant; quid reddendæ Deo? Ioseph io Gen. rationes redditurus homini, *Inuestigabat scripturas rationis*. Sic Chald. vbi nos legimus: *Vt quidpiam operis faceret*. Redditurus rationes homini mortali, vt ipse erat; tam diligens, vt scripturas inuestigaret, &c. noo cursim rationes Deo reddendas euoluemus? sic negligentes? tam securi, tam sine timore, &c.

Gen. 19. Chald.

Audi, totúsque à capite ad pedes contremisce, dum hæc, quæ sequuntur, ex ore sanctissimi illius Patriarchæ Eleemosynarij attentè percipies. Vt æstimo ego humilis, dicebat: Sufficit ad salutem assiduè, & dolenter cogitare, & sollicitudinem habere de morte: quoniam nemo nobis in illa hora compatietur, aut comitabitur ex vita ista, nisi opera bona nostra. Et quomodo Angelis venientibus, & properantibus, turbatur tunc anima, si inuenta non fuerit præparata? quomodo rogar, vt addatur sibi modicum tempus vitæ, & audiet: Quid enim? Tempus, quod vixisti, benè consumpsisti?

In Vit. Pat. in Vit. eiusdem Ioan. Eleem.

Vtilis cogitatio de morte.

Et iterum dicebat, tanquàm de semetipso: Quomodo, humilis Ioannes, transire poteris bestias arundineti, quando obuiabunt tibi exactores? Væ! qualis timor, & tremor obtinet animam tunc rationem ponentem, tantis exquisitoribus, tam amaris, & immisericordibus? Etiam Sanctus iste in memoria semper retinebat, quod Sancto Simeoni, qui in columnis stetit, per reuelationem factum est notum: Quia, vt ait, exeunte anima è corpore, obuiant ei, cùm ascenderit à terra in cælum, chori Dæmonum, singuli in proprio ordine.

Animæ egredienti de corpore Dæmones obuiant, vt sua in ea opera perquirant.

Obuiat ei chorus Dæmoniorum superbiæ: inuestigat eam, si habet opera eorum. Obuiat chorus Spirituum detractionis: adspiciunt, si quando oblocuta sit, & pœnitentiam non egerit. Obuiant Dæmones fornicationis: scrutantur, si recognoscant in ea voluptates suas. Et quando à terra vsque ad cælum misera anima posita rationem peruenerit, seorsum ab ea sancti Angeli stabunt, & non adiuuabunt eam, nisi bonitates suæ. Hæc considerans hic nobilis, perterritos pro tali hora, & sollicitus factus est, ferens in memoria Sancti Hilarionis eloquium: quia, cùm è vita egressurus esset, formidauit, & dixit animæ suæ: Octoginta annos, ô humilis anima, habes seruiens Christo, & times exire? Exi: quia misericors est. Et dicebat sibi Patriarcha: Si is, qui octoginta annos seruiuit Christo, & mortuos suscitauit, & signa fecit, timoit amaram illam horam; quid habes tu, humilis Ioannes, dicere, aot facere, quando obuiauerint in faciem tuam crudeles illi, & immisericordes exactores, & inquisitores? Ad quantos poteris rationem reddere? ad eos, qui exquirunt de mendacio: ad eos, qui de detractione: ad eos, qui de crudelitate: ad eos, qui de auaritia: ad eos, qui de memoria mali: ad eos, qui de odio: ad eos, qui exquirunt de periorio? Et dementatus dicebat: Deus, tu eos inctepa: nam omnis fortitudo hominum eis resistere non valet. Tu, Domine, da nobis ductores Sanctos Angelos, qui custodiant, & gubernent nos: multa enim est contra nos eorum insania, multum tremor, multus timor, multum periculum pelagi, aëris huius. Si enim de ciuitate in ciuitatem super terram ambulantes, deprecamur eos, qui nobis ductores sunt, ne in præcipitia cadamus, aut in agrestium bestiarum loca, aut inaccessibiles & iouios montes, aot in latronum manus, aot in eremom incomprehensibilem, aut inaquosam; & pereamus: quot ductoribus fortibus, & diuinis custodibus opus habemus, pergentes longa via hac, & æterna, videlicet, quæ ex corpore est egressio, & ad cælum ascensio? Hæ sont sapientia plenæ Beati ad se, & ad omnes doctrinæ: hæ suot eius quotidianæ curæ, atque meditationes.

Virgo se memoria S. Hilarias.

Quòd Beata Virgo est adiutrix in hora mortis.

PVNCTVM CXXXI.

QVàm bonum defuncto iuueni piam habuisse matrem! quàm melius cuique in hora mortis piam, propitiámque habere Matrem Dei!

Luc. 7.

Væ nobis, si tunc Virginis protectio non adesset. Ecce descendit ad vos Diabolus habens iram magnam; sciens, quoniam modicum tempus habet. Quem tunc non deuoraret, nisi eum Virgo compesceret?

D. Bern. io meditatione huius horæ dicebat plorans: Anima mea, quid ages tunc, cùm in lectulo, posito corpore, exitura eris ex hac vita? Quis erit tuus socius itineris, per quod non apparet vestigium hominis? Quis ad Iudicem te deducet? Quæ sors tua erit, bonáne, an mala? Quis te defendet? Quis te liberabit? *Considerabam ad dexteram* (bonorum operum,) *& non erat, qui cognosceret me: periit fuga à me.* Quid misero reliquum? Clamaui ad te, Domina, dixi: Tu es spes mea.

Hinc Ecclesia: *Maria, Mater gratiæ*, &c. Sic tam sæpè in salutatione angelica: *Ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ*, &c. O quàm horribiles se se offerunt Dæmones animæ è corpore migraturæ! Nonnullorum sententia est Patrum, quemlibet in mortis articulo visibiliter Dæmones videre. Iob: *Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus*. Vatab. *Cogor præsentes illusores intueri, qui mihi amarissimi existunt.* Dauid: *Dolores Inferni circundederunt me.* D. Hieron. *Munitiones Inferni circundederunt me.* Alij: *Chorus malignantium circundedit me.* Alij: *Funes Inferni circundederunt me.* q. d. Exercitus Dæmonum me obsedit, qui me peccatorum funibus in baratrum pertrahere conatur: & hinc sudores, hinc oculi, veluti Dæmoniaci, promiuentes, ac formidabiles: hinc conatus fugæ: hinc nulla in lecto quies: hinc tam insoliti motus. Dicent Medici, hæc esse symptomata, accidentia morbis: sed Sanct. Ephrem in parænesi de morte, hæc inde ait oriri: quia formidabiles exercitus inuadunt eos; & vident ea, quæ nunquam anteà viderunt: vident formas peregrinas, & validas: vident facies seueras, & austeras: vident sine ordine ordinem nunquam anteà conspectum, &c. *Ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes.* Græc. *Venati, & insidiati sunt vitæ meæ.*

Iob 17. Vatab.

Psal. 17. D. Hier. Alij.

S. Ephrem.

Psal. 58. Græcè.

Sed, quis fugabit? quis depellet? *Egredietur virga de radice Iesse. Con urget virga Israel, & percutiet duces Moab.* Moab, Hebr. litigans. O quàm acres accusatores, vt inquit ille! ô quàm litigiosi, vt animæ dominium non amittant! Ex historia de filio S. Brigittæ, &c. Sed virga hæc mystica fugabit, hæc percutiet infernales duces. Sic Bonauent.

Isa. 11. Num. 24.

Hebr.

Lib. 7. reuel. c. 13.

A Virga hæc in figura à Patriarcha Iacob morti proximu, particulari quodam scrupulo vexato fuit adorata, vt sibi vel nondum nata, sed nascitura, in eodem articulo esset auxilio. Sic Bernardinus Senensis. Aiunt enim quidam, tunc Iacob quasi de diffidentia pertentatum, quòd quodammodo peccasset, licèt nullatenus peccarit, mittendo filium suum Ioseph ad perquirendos fratres, quos malè affectos in eum nouerat: dicebat autem sibi: Non credebam, &c. at scrupulus: Credendum id fortè erat. Sed immanitas hæc erga fratrem? Quidni præuidenda erat. Et in hac tentatione. *Conuersus ad lectuli caput, adorauit fastigium virgæ eius* Virginem, nimirum, nasciturã, ex cuius meritorum præuisione, vt D. Bernardinus inquit, multa Deus beneficiis hominibus creditur cõtulisse. Sic probabile est Iacob posteram hanc ex suo semine nascituram præuisam adorasse, ac tunc temporis eius auxilium implorasse. *In fraude circumuenientium illi affuit, & custodiuit eum ab inimicis, & a seductoribus tutauit illum, & dedit illi claritatem æternam.* Quod non solùm ad litteram de Iacob, sed mysticè de quouis Virginis deuoto possumus intelligere, vt grauis quidam Doctor intelligit: adest enim in fraude circumuenientium, & custodit ab inimicis; nec discedit, donec ille suo auxilio vitam consequatur æternam.

Heb. 11. D. Hieron. ex Heb.

Sap. 10.

Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, vt annunciet hominis æquitatem. Septuag. *Si fuerint mille Angeli mortiferi, vnus eorum non vulnerabit eum.* Quid Regina Angelorum, si Angelus sic potest?

Iob 33. Sept.

Quo tempore conterritus erit homo, vt habet Isaias, *Suspiciet sursum, & ad terram intuebitur; & ecce tribulatio, & tenebræ, dissolutio, & angustia.* &, vt habet Iob, *Vadent, & venient super eam horribiles.* tunc ad Mariæ turrim refugium erit. *Turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea.* Cassiod. & Theod. legunt: *Innumeri clypei pendent ex ea.* D. Ambros. *Mille ostia aperta sunt.* Vt hinc colligas, quàm facile, quámque tutum refugium habeas ad Mariam. Turres mundi vnicum ostium, & hoc clausum habent: at vndequaque patet aditus ad Mariæ perfugium: deuotio illa, ostium est; corona, ostium est; Officium, ostium est; Rosarium, ostium est; eius vigiliæ, ostium; & per horum quodlibet tibi aditus patebit.

Isa. 8.

Cant. 4. Cassiod. Theod. Ambros.

Væ his, qui in hac vita sibi ex his aliqua aperta non habent: clausa & in morte inuenient. *Et clausa est ianua, nescio vos. Mille clypei pendent ex ea*; vt à facie Dæmonum profugus ad eam confugias, & in ea innumerabilibus clypeis protegaris.

Terribilis hæc est, Fratres mei, *vt castrorum acies ordinata*, vt formidabiles exercitus in fugam conuertat.

Cant. 6.

O quàm necessaria hæc in illa hora! Quis crederet? *Cùm Diabolus altercaretur de Moysi corpore.* Quæ altercatio hæc? Patres Catenæ Græcæ aiunt, ob eam inobedientiam, Diabolum non solùm animam, sed & corpus Moysi voluisse. Heu! in anima, & corpore? pro inobedientia ex communi opinione veniali tanta audebat? quid pro inobedientiis nostris, ac omnium ferè præceptorum trãsgressionibus audebit, si Virginem in nos propitiam non habuerimus? &c. Hæc tunc tẽporis maximè ostendit pectus, & vbera, vt ait Ber. hæc tunc suos adiuuat, &c. *Frater in angustiis comprobatur.* Hæc, quæ nos plusquàm frater, & plusquam mater diligit, quid nõ faciet, si eiusdẽ semper erimus deuoti? &c.

Iudæ 1. Cat. Græc.

Speranza Scrittura fedella.

A Cuius certè deuotionis necessitatem ex misero peccatricis animæ statu in illo agone perpende. Pensandum quippe est, (dictum mirabile Petri Damiani Cardinalis de hora mortis,) cùm iam peccatrix anima vinculis incipit carnis absolui, quàm amaro terrore concutitur, quantis mordacis conscientiæ stimulis laceratur. Recolit vetita, quæ commisit; videt mandata, quæ negligenter implere contempsit: dolet indulta pœnitentiæ tempora se se inaniter percepisse; plorat immobilem districtæ vltionis articulum sibi ineuitabiliter imminere. Manere satagit, ire compellitur.

Petri Dam. Card. dictum mirabile de hora mortis.

Recuperare vult perdita, & non auditur. Post B terga respiciens totius transactæ vitæ cursum, velut vnum breuissimum deputat passum. Ad se oculos dirigit, & infinitæ perennitatis spatia deprehendit. Plorat itaque: quia amisit, quam breui spatio acquirere potuit omnimum lætitiam sæculorum. Deflet etiam, se, propter tam breuem illecebrosæ carnis voluptatem, inenarrabilem perpetuæ suauitatis amisisse dulcedinem. Erubescit; quòd propter substantiam, quæ vermibus erat obnoxia, illam neglexit, quæ choris angelicis erat inserenda. Iam radios mentis attollit; & cùm diuitiarum immortalium gloriam contemplatur, eam propter inopiam vitæ huius perdidisse confunditur. Cúmque sub se reflectit ocu-C los ad huius mundi conuallem, tanquàm caliginem; supra se verò miratur æterni luminis claritatem, liquidò comprehendit, quòd nox erat, & tenebræ, quod amauit. O si residuum pœnitentiæ tempus mereri posset, quam duræ conuersationis iter arriperet? qualia, & quanta præmitteret? quantis se deuotionum vinculis innodaret? Intereà dum hebescentes oculi contabescunt, dum pectus palpitat, dum raucum guttur anhelat, dentes paulatim nigrescunt, & quandam velut rubiginem contrahunt, pallescunt ora, & membra cuncta rigescunt.

Dum hæc itaque, & huiusmodi, tanquàm vicinæ mortis præcedentia famulantur officia, adsunt om-D nia gesta simul, & verba, nec etiam ipsæ cogitationes desunt: & cuncta hæc amarum aduersùs authorem testimonium reddunt. Coaceruantur omnia ante oculos respicientis: & quæ respicere refugit, coactus, & inuitus attendit.

Adest prætereà hìc horrenda Dæmonum turba, & illic virtus angelica. In eo, qui medius est; liquidò deprehenditur, cui possessori vindicetur: nam, si pietatis in eo videntur insignia, inuitationis angelicæ blanditiis delinitur, atque harmonicæ melodiæ dulcedine, vt exeat, prouocatur. Quòd si eum parti sinistræ, meritorum nigredo, & fœditatis squalor adiudicet; mox intolerabili terrore concutitur; repentini impetus violentia conuehatur, præcipitatur, inuaditur, ac de miseræ E carnis ergastulo violenter eripitur, vt ad æterna supplicia cum amaritudine pertrahatur. Iam verò post egressionem de corpore, quis explicare valeat, quot armatæ iniquorum Spirituum acies in insidiis lateant? quot frementes cunei feralibus pœnis instructi iter obsideant? & ne transire possit anima, velut militari more constipatæ legiones oppugnent?

Raptum se quondam sensit Magnus Antonius, & ab Angelis in sublime deferri: prohibentibus autem transitum aëris Dæmonibus, cœperunt Angeli contradicentes requirere, quæ esset causa retinendi, nullis existentibus in Antonio

Athan. in Vita Anton. *Raptum Antonium Dæm. per contradictur, ac retinere conantur.*

criminibus. Illis verò ab exordio natiuitatis replicare peccata nitentibus, calumniosa Angeli ora clauserunt, dicentes, non debere eos à natiuitate eius delicta narrare, quæ iam Christi essent bonitate sopita: si qua autem scirent ex eo tempore, quo factus esset Monachus, & Deo se consecrasset, licere proferri. Accusabant Dæmones multa procaciter, mentientes; & cùm deessent probamenta fallacibus, liber Antonio conscensus aperitur.

Metaph. apud Lippom. tom. 5. Animam Deo redditura purissima illa Virgo, & Martyr, Catharina, hunc in modum orasse dicitur: Memento, Domine, quòd sumus caro, & sanguis; & ne permittas, vt, quæ à me facta sunt per ignorantiam, in apertum proferant acres rerum nostratum examinatores ante tuum terribile, & incorruptum tribunal. Quis ergo Tartareas legiones non timeat?

Quid quòd vel Dei Filium in hac hora sæuissimus tentator crediderit circumuenire? nam, vbi nihil se profecisse vidit in tentatione deserti, *reliquit eum*; vel, vt Lucas habet, *recessit ab eo*, *sed vsque ad tempus*, reuersurus, scilicet, ad tempus Crucis. Matth. 4. Luc. 4.

D. Thom. Sic D. Thomas; quasi quod non potuisset in vita, speraret in morte. Quòd si tantùm sperauit in viridi, in arido quid sperabit?

Psal. 19. Sed tamen, *Si consistant aduersùm me castra* (infernalia,) *non timebit cor meum*, confisum in te, ô Virgo. *Si exurgat aduersùm me prælium; in hoc*, tuo auxilio, *ego sperabo*. Et, *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. Virga tua, & baculus tuus*, quibus Inferni hostes in fugâ abire compellis, *ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam* sacramentalem, *aduersus eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo* extremo *caput meum: & calix meus inebrians, quàm præclarus est!* Quid reliquum, ô Virgo? *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ: vt inhabitem in domo Domini in longitudine dierum.* Quid? confidisne? Heu ingentia, innumeráque sunt peccata mea! Diffidis ergo? Sed, quæso, bonæ spei funiculum arripe, ac tandem aliquando ex hac abysso extrahi patiare. Notat Chrys. vulgatum illum pœnitentiæ Psalmum, post adulterium admissum, ac homicidium perpetratum, *In finem* inscriptum esse, quasi ad Christum, spem omnium peccatorũ, relatum, quasi dicat: Nemo in profundum desperationis mergatur, sed spem quisque concipiat, atque ad tutissimum illum salutis portum appellat. Illud etiam prospiciens, inquit Chrys. fore, vt populus in flagitia laberetur, ac ob ea captiuitate oppressus in Babyloniam migratet: in hoc argumentum Psalmum conscripsit, vt ipsius calamitas posteris medicina fieret; eiúsque naufragium, ipsis portus existeret; atque per ea, quæ ipse passus fuerat, ac sanitatem receperat, alij, qui in eundem morbum incidissent, eodem medicinæ, atque curationis genere fruerentur. Deinde Psalmum elucidans, subdit: Psal. 22. Chrys. in Psal. 50.

Psal. 50. *Miserere mei, Deus, secundùm magnam misericordiam tuam.* Ad misericordiam, inquit, confugio; hoc est, ad communem omnium, qui peccarunt, portum: *Miserere mei, Deus.* Nam misericordia tua nullis verbis explicari potest: omnem enim sermonis vim excedit. Quam tamen Chrys. vt potest, in insigniores peccatores collatam perpendit, ac à Saulo incipit.

1. Tim. 1. *Gratias, inquit, ago ei, qui me confortauit, Christo, quoniam fidelem me existimauit, ponens in ministerio, qui priùs eram blasphemus, & persecutor, & contumeliosus.* Vidésne, quemadmodum hic quoque per misericordiam salute donetur? Ecclesiam insectabatur, ac peruastabat, vineas euellebat, lupum se præbebat, prophetica scripta legebat, & Prophetas violabat. Legis patriæ patronus erat, de quo vaticinia edita fuerant, ignorabat. Quonam igitur pacto misericordiam consecutus est? *Saule, Saule, quid me persequeris?* Papæ! quousque Dei misericordia se se demisit? *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* O insignem Domini sapientiam! Cur non dixit: Ego sum Dei Filius: ego sum, qui ad dexteram Patris sedeo: ego sum, qui in forma Dei existo: ego sum, qui cælum extendi: ego sum, qui terram constabiliui, qui mare exporrexi, qui Angelos procreaui, qui vbique adsum, atque omnia impleo? cur, inquam, & angusta ista, & magna, & sublimia non dixit: sed, *Ego sum Iesus Nazarenus*, qui ex infima ciuitate ortus sum? Nimirum, Dominus eousque se demisit, quousque seruus ascendere poterat: quod si sublimia illa dixisset, perterritus ille, forsitan, si potuisset, in fugam abiisset. *Sed propter hoc misericordiam consequutus sum.* Act. 9.

Miserere mei, Deus, secundùm magnam misericordiam tuam. Ad eundem modum Chananæa quoque ad misericordiam hanc confugit: *Miserere mei: filia mea malè à Dæmonio vexatur.* Vbi enim misericordia est, pœnæ non expetuntur. Vbi misericordia est, in salutem minimè inquiritur. Vbi misericordia est, excusationem afferre nihil necesse est. Misericordiam duntaxat quæro. Cura me. Vt rationes referam, postulas? Misericordiam duntaxat peto, ac salutem curiosæ omnis inquisitionis expertem.

Miserere mei, Deus, secundùm magnam misericordiam tuam. Dixisti magnam, dic quantam? Nescio: nam, quòd magna sit, perspectum habeo: at eam metiri, ac comprehendere nequeo. Magnitudinis quantitatem ignoro, mens eam non percipit, lingua non explicat. Video quidem certè ingentem, & vberem misericordiæ fructum. Nisi enim ingens ipsius magnitudo esset, pauci ad salutem peruenissent. Hanc misericordiam ipsius quoque filius indicat. Veniens enim salutem omnibus per misericordiam comparauit.

Miserere mei, Deus. Tu, inquam, portus ab omnibus fluctibus vacuus, ac tranquillitatis plenus. Magnus peccatorum meorum cumulus est: sed ingens benignitatis Domini mei securitas. Homo factus est; hoc misericordiæ est. In virginalem vuluam venit; hoc benignitatis est. Factus est id, quod ipse eras, vt, quod non eras, efficiaris; hoc rursum misericordiæ. Et cùm venisset, statim quosdam vocauit, Magos, nempe. Quem autem post illos? Publicanum: post hunc, meretricem: post illam, latronem: post eum quem? blasphemum. O res nouas, inauditas! Primitiæ vocationis ij fiunt, qui peccati tyrannidem tenebant. Quoniam enim Orbis terrarum negotia in misero statu erant, (alij enim ab impietate tyrannidis opprimebantur, alij in Iudaismo, & salutis desperatione à peccato tenebantur,) propterea cùm venisset, primitias eorum, qui peccauerant, statim vocauit: vt ne quis posteà salutem suam desponderet. Impius es? Magos ob animum tibi propone. Raptor es? Publicanum cogita: Impurus es? animo tuo meretrix se se obiciat: Sicarius es? Latro ille ante oculos tibi versetur. Flagitiosus es? in mentem tibi veniat Paulus, qui priùs blasphemus erat, posteà Apostolus: priùs persecutor,

persecutor, posteà Euangelista: priùs zizanium, posteà triticum: priùs lupus, posteà pastor: priùs plumbum, posteà aurum: priùs prædo, ac pirata, posteà gubernator: priùs Ecclesiam diripiebat, postea Ecclesiæ curam suscepit: priùs vineas exscindebat, posteà eas excolebat: prius templum euertebat, posteà extruebat. Vidisti singularem improbitatem? Vidisti rursus florentem, ac vegetam virtutem? Vidisti serui contumaciam? Vidisti rursum Domini benignitatem? Ne mihi dicas: Blasphemus sum. Ne mihi dicas: Persecutor sum, impurus sum. Habes horum omnium exempla. Ad quem voles portum, confuge. Vis in veterem? Dauidem habes. Vis in nouum? Paulum. Ne tergiuerseris, ne cunctetis. Peccasti? pœnitentiam age. Millies peccasti? millies pœnitentiam age.

Hæc pharmaca subinde adhibeo, ac tumorem reprimo: non enim me fugit, quantus in eorum, qui peccauerunt, conscientia cruciatus sit, quanta desperatio. Stat in procinctu Diabolus ensem acuens, atque his verbis vrens: Totam tuam iuuentutem probo, ac dedecore affecisti: totum vitæ tuæ tempus perdidisti. Priùs scortator eras: posteà rapuisti, ac suum alteri detraxisti: periurio, & blasphemia te constrinxisti. Quænam tibi salutis spes esse queat? Actum est de te. Nihil aliud superest, quàm vt præsentis saltem vitæ voluptatibus fruaris. Hæc Diaboli verba sunt. At mea contraria: Perijsti? at salutem consequi potes. Stupris, ac libidini operam dedisti? at pudicitiæ studere potes. Adulterium admisisti? at hac labe liberari potes. Cecidisti? at resurgere potes. Exigua pœnitentia tua efficiat magna Domini benignitas. Cædem perpetrasti? suum alteri ademisti? at meliorem mentem indue. Adulterio te deuinxisti? at ab eo te remoue. Sauciatus es? at medicinam adhibe. Quandiu spiras, etiam in lecto, sic illic iacens, etiamsi animam agas, ac iam iam ex hoc theatro, atque ex hac vita excessurus sis, tum pœnitentiam age. Temporis quidem angustia premeris: at Dei benignitas multa est.

Ne mihi dicas: Qui istud, & quonam pacto? Vlceribus scateo, vulneribus plenus sum: an extremo vitæ die pœnitentiam agere possum? Tu verè potes, & quidem vehementer potes. Ora: pius largitionibus egentium inopiam subleua: in testamento tuo ipsis aliquid relinque. Ne dicas: Quomodo salutem adipiscar? Quonam modo latro ille salutem adeptus est, qui omnem vitæ cursum in cædibus, ac cruoris profusione consecerat? quonam modo? Vnico verbo: *Memento mei, Domine, cùm veneris in regnum tuum.* Et hoc verbum valuit: sed & Dei misericordia cum pœnitentia coniuncta latronem Paradisi ciuem effecit. Quonam modo? Nescio quonam modo, Ne modum à me exquiras: salutem tantùm quæro. Audes dicere, quomodo? Deus est, qui operatur. Quot adulteri, quot molles, quot pædicones, quot affectæ tyrannidis conuicti in vinculis tenentur? Innumeræ accusationes, acerbi hostes, ingens potentia. Et tamen solo Regis nutu liberantur. Quid? Rex, conseruus meus, (quamuis enim purpuram gerat; nihil tamen, quantùm ad substantiam attinet, meliore, quàm ego, conditione est) Rex, inquam, solùm annuit, & illi soluuntur, statimque vt breue diploma conscriptum est, reus liberatur. Non Præfectus repugnat, non carceris custos obsistit, non legum authoritas aduersatur: verùm Regis amplitudo eum, qui vinctus tenetur, in libertatem asserit: & Deus, qui Archangelorum, & Angelorum Dominus est, solo nutu salutem afferre non poterit? Et quidem Rex, cùm eum missum facit, supplicio quidem eum soluit; non autem peccato: at Dominus meus peccata remittit. Dicit: Nolo adulterum esse adulterum: & statim ipsius sermo in opus prodit. Dicit: Fornicator non iam sit fornicator. & statim ipsius sermo mores eius immutat, ac peccatum retundit. Atque, vt hoc ita esse intelligas, dixit: Cælum fieri volo. & cælum factum est. Terram fieri volo. & substantia illa ex nihilo in ortum producta est. Angelos fieri volo: & Angelorum agmen confestim extitit. Quid? substantias intelligentia præditas, & corpora, quæ priùs non erant, ipsius sermo effecit: & peccata soluere non potest? Quid enim est peccatum, si cum Domini benignitate conferatur? Araneæ, vt ita dicam, tela. Ventus flat, & araneæ tela disrumpitur: Deus vult, & peccatum non dissoluetur?

Et quoniam hoc in loco communis obiectio fieri posset, longè maius esse peccatorem iustificare, quàm creare vniuersa, vtpote minimè abnuentia, nec vllo modo Creatori reluctantia; & proinde ipsummet etiam peccatorem in suæ propriæ iustificationis opus concurrere debere; subdit Chrys. Deus quidem misericordiam impertit: at non id simpliciter: verùm ait: Da tu quoque aliquid. Verbi gratia, infinitis peccatorum sarcinis premeris? delicta multa habes? Ea leuare volo: manum tu quoque porrige: non quòd ego opus habeam; sed, quia te etiam ad tuam salutem aliquid erogare volo. Et quonam pacto latro ille salutem est consecutus, ac tot peccata dissoluit? Nimirum, non per misericordiam solam; sed etiam per suam fidem. *Memento mei*, inquit, *dum veneris in regnum tuum*. Quidnam Deus ad ipsius salutem contulit? Peccatorum solutionem. Quid latro? fidem. Qualem? magnam, sublimem ad cælum ipsum attingentem. Quonam modo? Ego exponam. Iudæi mortuos ad vitam reuocari, leprosos purgari, Dæmones è corporibus pelli, maris furorem tanquàm iniecto fræno reprimi, terram scaturire, piscem staterem afferre, stellam Magos ducere, cælestes, & terrenas creaturas velut satellitum officio fungi videbant: & tamen eum in crucem sustule unt. Latro nihil horum vidit, quin potiùs eum conspui, contumeliis affici, maledictis configi: nec tamen offendiculum subiit; verùm cælorum Regem confessus est. Vide sne, quem admodum misericordiam non simpliciter sit consecutus; verùm ipse etiam aliquid erogarit? Opus enim est, vt is, qui misericordiam consequitur, ad salutem suam ipse quoque aliquid momenti adferat.

Et paulò inferiùs: Dic (nimirum, peccata,) & lacrymas funde. Peccata tua in libro scripta sunt: spongiæ autem instar sunt lacrymæ tuæ. Lacrymas mitte, & oblitterantur: lacrymas mitte, & prorsus illic liber inuenitur. Magna peccatorum spongia sunt lacrymæ. Magnæ lacrymarum vis est. Vis, dicam, quantùm lacrymæ valeant? Animum, quæso, diligenter attende. Quodnam ingens virtutis munus tibi esse videtur? Martyrium dices? Maiorem enim hac charitatem nemo habet, quàm vt ponat quis animam suam pro amicis suis. Reoerà maximum virtutis munus martyrium est: quandoquidem Martyres sanguinem profundunt. Apertum enim est, quod Martyres agunt; Martyres sanguinem fundunt, peccatores lacrymas fundunt. Atque vt, quanta lacrymarum vis sit, intelligas, meretrix illa sanguinem os fudit? An non lacrymarum

duntaxat fontes effudit, atque hac ratione peccata deleuit? Et quid meretricem, atque impuram fœminam commemoro? Columna illa Ecclesiæ, illa fidei basis, illud apostolici Chori caput Petrus, an non semel, & iterum, ac tertiò Dominum abiurauit? An verò propterea cruorem effudit, ac non potiùs lacrymarum fontes? Lacrymas fudit, ac plorauit; & peccatum suum abstersit. Hucusque Chrys.

D.Anselm.

Oratio deuotiss. ad glor. Dei Genitricem, & ad Dominũ nostrum Iesum Christum.

Quis, rogo te, his auditis, desperationis est locus? Certè nullus. Adhuc tamen ex Diuo Anselmo hæc efficacissima cape motiua fiduciæ. O tu, inquit ad Virginem, benedicta super mulieres, quæ Angelos vincis puritate, Sanctos superas pietate: anhelat moribundus spiritus meus ad tantæ benignitatis respectum: sed erubescit ad tanti nitoris conspectum. Rogare enim te, Domina, desidero, vt miserationis tuæ respectu cures plagas, & vlcera peccatorum meorum: sed confundor coram te ob fœtorem, & sordes eorum. Horreo, Domina, apparere tibi in immunditiis, & horroribus meis; ne tu horreas me pro eis, & non possum, væ mihi, viuere sine eis. O perturbata, ô confusa præcauenda conditio! En quippe vos, peccata mea, quomodo discerpendo distrahitis, distrahendo corroditis, corrodendo torquetis præcordia mea? Eadem enim peccata mea, ô Domina, cognosci à te cupiunt propter curationem: apparere tibi fugiunt, propter execrationem: non sanantur sine confessione, nec produntur sine confusione. Si celantur, sunt insanabilia: si videntur, sunt detestabilia. Vrunt me dolore, terrent me timore. Mole me obruunt, pondere me premunt, pudore me confundunt. O tu, illa piè potens, & potenter pia Maria, de qua fons est ortus misericordiæ, ne contineas, precor, tam veram misericordiam, vbi tam veram agnoscis miseriam: si enim ego confundor in obscœnitate iniquitatis meæ ad fulgorem tuæ sanctitatis, túne, Domine erubesces erga miserum, effectum insitæ pietatis? Si ego confiteor nequitiam meam, túne abnegabis benignitatem tuam? Si maior est miseria mea, quàm mihi expediat, eritne minor misericordia tua, quàm te deceat? Quantò enim, Domina, magis delicta mea in conspectu Dei, & tuo sordent; tantò magis curatione, & tua subuentione egent.

Satis, ô Domina, satis nouimus, quis Filius hominis, vel cui is hominis Filius venit saluum facere, quod perierat. Nunquid ergo tu, Domina mea, Mater spei meæ, nunquid obliuisceris tu odio mei, quod mundo tam misericorditer est intimatum, tam feliciter diuulgatum, tam amanter amplexatum? Ille bonus Filius hominis venit perditum sponte saluare, & Mater Dei poterit perditum clamantem non curare? Bonus ille Filius venit vocare peccatores ad pœnitentiam, & Mater contemnet precantem in pœnitentia? Ille, inquam, bonus Deus, mitis homo, misericors Filius Dei, pius Filius hominis venit quærere peccatorem errantem, & tu bona Mater eius, potens Mater Dei, repelles miserum orantem? Ecce enim, ô Virgo, homo, de quo natus est Deus homo, vt saluaretur peccator homo. Ecce coram bono Filio tuo, & coram te, bona Mater eius, pœnitet, & confitetur, gemit, & orat peccator homo.

Obsecro vos, bone Domine, & bona Domina: obsecro vos, pie Fili, & pia Mater: obsecro vos per hanc ipsam veritatem, per hanc singularem spem peccatorum: vt, sicut verè tu es Filius eius: & tu Mater eius, vt saluetur peccator; sic ab-

A soluatur, & curetur hic peccator: probet in se, probet hic vester peccator, quia verè estis. Sentiat in se, quia propter salutem peccatorum estis tu Filius, & tu Mater. Videtur certè amborum peccator: cùm enim peccaui in Filium, irritaui Matrem: nec offendi Matrem sine iniuria Filij. Quid ergo facies, peccator? Quò ergo fugies, peccator? Quis enim me reconciliabit Filio, inimica Matre? quis mihi placabit Matrem, irato Filio? Sed, etsi ambo pariter offensi estis, nónne & ambo clementes estis? Fugiat ergo reus iusti Dei ad piam Matrem misericordis Dei. Refugiat reus offensæ Matris ad pium Filium benignæ Matris. Ingerat se reus vtriusque inter vtrunque, iniicat se inter pium Filium, & Matrem piam. Pie Domine,
B parce seruo Matris tuæ. Pia Domina, parce seruo Filij tui. Bone Fili, placa Matrem tuam seruo tuo. Bona Mater, reconcilia Filium tuum seruo tuo. Qui me iniicio inter duas tam immensas pietates non incidam in tam potentes seueritates. Bone Fili, bona Mater, non mihi sit frustrà, quod confiteor de vobis hanc veritatem; nec erubescam, quòd spero in vobis hanc pietatem. Amo enim veritatem, quam confiteor de vobis; deprecor pietatem, quam spero in vobis. Dic, mundi Iudex, cui preces fundam? dic, mundi reconciliatrix, quem tu conciliabis, si tu, Domine, damnas, & tu, Domina, auerteris homunculum, bona vestra cum amore, mala sua cum timore confitentem? Saluator singularis, dic, quem saluabis? Salutis Ma-
C ter, dic, pro quo orabis, si te. Domina præcipiente, & de te misericordia consentiente, tormenta vexant peccatorem se execrantem, vos obseruantem? si Infernus absorbet reum se accusantem, vos deprecantem? si Tartara deuorant pauperem in se desperantem, in vobis sperantem?

Deus, qui factus es Filius fœminæ propter misericordiam? Fœmina, quæ facta es Mater Dei per misericordiam; aut misereminі misero, tu parcendo, tu interueniendo; aut ostendite, ad quos tutiùs fugiam misericordiores; aut monstrate, in quibus certiùs confidam potentioribus. Si enim est; imò, quia est tam magna mea iniquitas, & tam modica fides mea, tam tepida charitas mea, tam fatua oratio mea, tam imperfecta satisfactio mea,
D vt nec merear delictorum veniam, nec salutis gratiam; hoc est ipsum quod supplico, vt in quo merita mihi videtis non sufficere; in eo misericordiæ vestræ dignentur non deficere. Precor, itaque, precor, exaudite me: sed propter vos, non propter me; per pietatem, qua exundatis; per potestatem, qua abundatis: vt euadam merito dolores damnatorum, & intrem in gaudia Beatorum te Deum laudaturus, qui es benedictus, & superlaudabilis in sæcula sæculorum.

Et in alia oratione: O Maria, ô Maria, fac, vt amor tui semper sit mecum, & cura mei semper sit tecum. Fac, vt clamor necessitatis meæ, quandiu ipsa persistit, sit tecum: & respectus pietatis tuæ, quandiu ego subsisto, sit mecum:
E fac, vt congratulatio beatitudinis tuæ semper sit mecum: & passio miseriæ meæ, quantùm mihi expedit, sit tecum. Sicut enim, ô beatissima, omnis à te auersus, & à te despectus, necesse est, vt intereat: ita omnis ad te conuersus, & à te respectus, impossibile est, vt pereat. Sicut enim Deus genuit illum, in quo omnia viuunt: sic & tu, flos virginitatis, genuisti eum, per quem mortua reuiuunt. Et sicut Deus per Filium suum beatos Angelos à peccato seruauit: ita te decus

puritatis

puritatis per Filium tuum miseros homines ex A peccato saluabis.

Infra: O beata fiducia! ô tutum refugium! Mater Dei est mater nostra, Mater eius, in quo solo speramus, & quem solum timemus, est mater nostra. Mater, inquam, eius, qui solus saluat, solus damnat, est mater nostra. Sed, ô benedicta, & exaltata, non tibi soli, sed & nobis, quid est? Quàm magnum, quàm admirabile est, quod video per te euenire nobis; quod videns gaudeo; quod gaudens dicere non audeo? Si enim tu, Domina, es Mater eius, nónne & alij filij tui sunt fratres eius? Dicam igitur, non superbiendo; sed gratias agendo. Qui enim fecit, vt ipse per maternam generationem esset naturæ nostræ, & nos per vitæ restitutionem essemus filij Matris suæ, ipse nos inuitat, vt confiteamur nos esse fratres eius. Ergo Iudex noster est frater noster? Saluator mundi est frater noster? Denique Deus noster factus est per Mariam frater noster? Qua igitur certitudine debemus sperare, qua desolatione possumus timere, quorum siue salus, siue damnatio, de boni fratris, & de piæ matris pendet arbitrio? (Intelliges sine exclusione nostri arbitrij.)

Et in deploratione pro amissa virginitate: Domine, Domine, si ego amisi, vnde me damnare potes; tu ne amisisti, vnde saluare soles? Vbi verax est, ô verax Deus, vbi est: *Viuo ego: nolo mortem peccatoris, sed, vt magis conuertatur, & viuat?* Domine, qui non mentiris: Domine, quid est: Nolo C mortem peccatoris? Si in sepelis in infernum ad te clamantem peccatorem tam, detrudere peccatorem in gehennam est: *Nolo mortem peccatoris?* An hoc est: Volo, vt conuertatur peccator, & viuat? Peccator sum ego, Domine, peccator sum ego. Si vis, vt conuertatur peccator, & viuat, quid te prohibet facere quod vis, vt me conuertas, & viuam? An immanitas peccati mei cogit te, quod non vis, & prohibet, quod vis, cùm sis omnipotens Deus? Absit, Deus meus; absit, Domine Deus meus. Ne memineris, bone Domine, iustitiæ tuæ aduersus peccatorem tuum; sed memor esto benignitatis tuæ erga creaturam tuam, &c.

His, ac similibus piis affectibus desperatio expelli potest, spes, ac fiducia concipi potest. *Viuit Deus, qui ad amaritudinem adduxit animam meam: quia, donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.* Bonum agonizantis propositum, ac protestatio: *Etiamsi occiderit me, in ipso, &* in ipso *sperabo.*

A deuotissimo, ac sapientissimo Idiota dicta est sanctissima Virgo, spes desperatorum. Et meritò: quos enim non potest saluare diuina iustitia, ait Anselm. saluat Virginis pietas, ac misericordia. Hinc D. Ignatius: Impossibile est, inquit, aliquem saluari peccatorem, nisi per tuum, ô Virgo, auxilium, & fauorem. Et Bernardus ipse: Nescirem, quonam refugerem, quidnam sperarem, quomodo me saluarem, si non me totum Mariæ gratiæ commendarem.

¶ Huic tandem sine fine vtilissimis materiæ finem imponamus: sed nô eius meditationi, cuius vtilitates iam fusiùs explicatas, in hæc verba Petrus Damianus perstringit: Hoc, & huiusmodi in corde versare frequenter. Quid aliud est, quàm lenocinantia blandimenta respuere; mundo repudium dare, & illicitos carnis motus elidere, solíque adipiscendæ perfectionis propositum indelebiliter custodire?

Iob 17. Iob 27. Supra Punct. 25. Idiot. de laud. B. Virg. S. Ignat. in epist. ad B. Virg. S. Bern. l. de dulced. amoris. Petr. Dam.

Nec eiusmodi meditatione vereamur vitã corripere: nam hæc potiùs, sic dixerim, vitam prorogabit. Quis plùs omnibus in hoc mundo vixit? *Mathusala.* Et *Mathusael* etiam diutissimè vixit: hic *postulans mortem*: ille verò *spolians mortem*. Hebr. & Syriacè interpretantur; vt hinc liquidò intelligas, mortem cogitantem, ac postulantem non propterea citiùs mori, quin potiùs diutiùs viuere: illi etenim quotidie mortem postulabant, mortem cogitabant, & mors ab eis quodammodo fugiebat.

Qui nec verbum de morte libenter audiunt, potiùs dicendi sunt mori citiùs. Per Isaïam Dominus: *Clama.* Non dic; sed *clama*: quia obturatis B auribus audire nolunt. *Quid clamabo? Omnis caro fœnum.*

Mortem itaque cogita: nec tibi ipsi inaniter sæculum promittas; quia tandem mori debes. Idem Mathusala post nongentos sexagintanouem annos mortuus est tandem, qui propterea non solùm *Spolians mortem*; sed etiam *Spolium mortis* interpretatur.

Gen. 5. Gen. 4. Hebr. Isai. 40. Gen. 5. Hebr.

DE IVDICIO, materia Orationis.

De horrore Iudicis, & Iudicij.

PVNCTVM CXXXII.

QVis è Iudice in sede maiestatis sedente explicet horrorem? *Erátque* (Assuerus) *terribilis aspectu: cúmque eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, Regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinauit caput.* Heu! quis hic, ô Esther? Rex certè: sed tamen maritus, consors tuus; licèt *super solium regni sui, indutus vestibus regiis, auróque fulgens.* Quid times? Cur examinatis? Quòd non vocata aduenerim. Sed audi. *Ego sum frater tuus: noli metuere. Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus*, vel, *pro hominibus hæc lex constituta est. Accede igitur, & tange sceptrum.* Nec bis ad se rediit. D *Cúmque illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi non loqueris?* Cui tandem: *Vidi te, Domine, quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum; præ timore gloriæ tuæ. Cúmque loqueretur, rursus corruit, & penè examinata est.* Heu, iterum exanimis; etsi tot, tantisque blanditiis excepta, osculo, sceptro aureo, brachiis Regis! Quid, cùm peccator Christum Regem Regum videbit in sede maiestatis suæ, illámque faciem intuebitur, non plenam gratiarum; sed indignationum? Quid, cùm non in signum clementiæ sceptrum aureum; sed gladium diuinæ, ac emeritæ iustitiæ in se conuersum videbit? Cùm non audiet: *Non pro te*; sed in te, *hæc lex constituta est? Ite, maledicti, in ignem æternum?* E Cùm non Assuerus, sed Dei Filius, furorem pectoris indicabit? *Arescentibus hominibus præ timore.* Græcè: *Examinatis hominibus præ timore.* Heu! supra quam creaturam, omnem tunc temporis tremorem immiteris?

Dicitur Augustus adeò micantes habuisse oculos, vt alloquentes eius conspectum ferre non possent: vnde quidam miles eleuatos in eum oculos mox demisit: qui percunctatus ab Imperatore, cur mox demisisset: Quia, inquit, fulmen oculorum tuorum

Esth. 15. Luc. 21. Græc. Suetoo. in Aug. c. 19.

tuorum ferre non potui. O quàm veriùs radij ocu-
Apoc. 19. lorum Filij Dei fulmina esse dicuntur! Oculi eius, tanquàm flammæ ignis, & de throno procedebant fulgura, quis hæc ferat?

D. Greg. 27. Mor. 21. Si iam morti proximus sola voce, & aspectu cohortem illam constrauit, quid faciet Iudicaturus? quis eius iram toleret, inquit Gregor. cuius mansuetudo non potuit tolerari?

D. Aug. ser. 20. de Sanctis. Et August. de timore Herodis, dum Christus adhuc vagiret: Quid erit, inquit, tribunal iudicantis, quando superbos Reges cuna terrebat infantis? Piè, piè timeant Reges ad Patris dexteram iam sedentem, quem Rex impius timuit adhuc matris vbera lambentem. Vagitus pertimuit, stillam sermonis: heu! & vocem magnitudinis suæ, & tonitrua quàm formidasset?

Apoc. 1. Si Ioannes in vmbra tantùm, imaginariáque visione, Iudice viso, cecidit tanquàm mortuus: *Et cecidi*, inquit, *tanquàm mortuus*. quid erit de his, qui non erunt dilecti Christi, qui non imaginariè; sed verè propriis oculis videbunt Filium Dei
Luc. 21. venientem in nubibus cæli cum potestate magna, & maiestate? Si dilectus Christi discipulus præ timore penè defecit: quid de inimicis Christi erit? quomodo ferent oculorum fulmina? quo-
Apoc. 1. Rupert. Abbas. modo gladium exeuntem ex ore videbunt? *Et ex ore eius gladius ex vtraque parte acutus.* Quia lingua ei pro gladio deseruit, inquit in hunc locum Rupert.

Seuer. serm. de pass. Matth. 28. Seuerianus relatus in Catena, ad illa verba: *Et ecce terræmotus factus est magnus: Angelus autem Domini descendit de cælo.* Si, inquit, sic terra tremuit, cùm Dominus ad veniam Sanctorum resurgeret; quomodo contremiscet, cùm noxiorum omnium surget ad pœnam, dicente Propheta: *Terra tremuit, cùm resurgeret in iudicium Deus?* Et quomodo præsentiam Dei sustinebit, quæ Angeli præsentiam sustinere non valuit?

Gen. 3. Heu heu! laturus olim iudicium, sed cum misericordia, qua concitus vt ignosceret, vtique iracundia frigescetet, auram quasi ore capiabat: ta-
Barcepha l. 1. de Paradiso. men, inquit Moses Barcepha l. 1. de Paradiso, Deus humana specie formidabilis, turbidus, difficilis ita tumens, & suo incessu concutiens terram, atque adeò ipsas Paradisi arbores pressis vestigiis tremefaciens visus est: vnde Adam aufugit, seséque abscondit: quid dum auram non capiabit; sed suscitabit zelum?

Isa 42. *Dominus sicut fortis* (qui, ceu debilis, modò) *egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum.* q. d.
Forr. à Lap. ibid Vatabl. Ferrer. Tot retrò sæculis quasi algere, quasi dormire zelus Dei visus est: tunc suscitabit eum, & accendet. *Dissipabo, & absorbebo simul.* Vatab. & Ferer. *Anhelabo, & absorbebo pariter.* Ducta ab his metaphora, qui fatigantur vel labore, vel animi dolore, & angustia; hoc est, crebro singultu halitum expirabo, q. d. Tantamedam hostium meorum stragem, vt ex defatigatione anhelitus, simul expirare, & inspirare debeam.

Psal. 57. Hebr. *Lætabitur iustus*, (per excellentiam Christus,) *cùm viderit vindictam. Manus suas*, Hebr. *plantas suas* (more triumphantium) *lauabit in sanguine peccatoris.*

Isa. 1. *Heu! consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* q. d. hactenus consolatus sum in operibus misericordiæ, indulgendo: consolabor nunc in operibus iustitiæ, iudicando, & puniendo.

Psal. 41. *Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.* Hodie Christus hic ante Patrem plagarum buccis inuocat misericordiæ abyssum pro nostrorum peccatorum abysso: sed homines hodie id non vident, beneficium hoc ingens non considerant. Tunc spretum hoc beneficium sentient, cùm *videbunt, in quem transfixerunt. Cataracta de cælis* Ioan. 19.
aperta sunt. Hebr. *Ex insidiis erupetunt*, vt olim. Isa. 24. Hebr.
Heu! quid erit terroris, cùm ex insidiis erumpent Gen. 7.
cataractæ illæ, vt pluant diluuium ignis indignationis, & iræ? Si cùm repentè resurrexit, vt mundo gaudia nunciaret, custodes sepulcri facti sunt velut mortui; quid erit, cùm ex insidiis prodierit iudicaturus orbem?

Si solùm Crucifixi imago (in Chronic. S. Franc. si rectè recordor) versa in eos facie, qui indeuotè psallebant, exanimes in terram omnes deiecit; quid, cùm eam faciem, non mortuam, sed viuam, & furore plenam; non confixus in ligno, sed solutus in throno iudicaturus, ac damnaturus connexeret? Et Saulus non iudicandus, sed insigni iustificationis gratia donandus, his solummodò auditis: *Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus,* Act. 9.
quem tu persequeris. tremens, ac stupens effectus est; quid, si hæc damnandus audisset?

In Gen. *Risit Sara.* Angelus: *Quare risit Sara?* at Gen. 18.
illa, inquit sacer Textus, *terrore perterrita negauit: Non risi.* Vnde, quæso, tantus terror pro hac leuissima culpa? Ex eo, quòd Angelus Iudicis induit personam: vnde aspectus ille iudicantis tantum incussit terrorem, vt tota contremuerit. Quid, cùm Dominus Angelorum venerit iudicare cachinnos: si risus intra se, & non coram Angelo; sed post ostium talem incussit terrorem?

Apud D. Marcum Hæmorrhoissa illa post duodecimum infirmitatis annum dixit intra se: *Si tetigero tantùm fimbriam vestimenti eius, salua ero.* Quo- Marc. 5.
dam die inter comprimentes turbas irrepsit, accessit, tetigit. Tum Christus conuersus dixit: *Quis me tetigit?* Misera mulier, tota contremiscens. *Sciens*, inquit Marcus, *quod factum esset, procidit ad pedes Iesu.* Heus tu, mulier, quid times? quidnam tandem fecisti? nónne ex sola fide tetigisti? Vtique: sed Christus contactus huiusmodi rationem exposcit, examinare vult. Heu quid de comprehensionibus, de motibus in Sacramentis, si fidelis contactus rationem exposcit?

Quis mihi hoc tribuat, vt in Inferno (Ferrerius, Iob 14.
damnatorum) *protegas me, & abscondas me, donec* Vinc. Ferr. ser. de Adu.
pertranseat furor tuus?

Donec pertranseat pluuia illa furoris? *Et pluet* Iob 20.
super eos bellum suum. Mittet in eos iram furoris sui, & pluet super eos bellum suum. Mirus loquendi modus, *mittet iram.* Effectus iræ in aliquem mittimus, non iram; quid esset, si ab irato nostro pectore ipsam iram extractam mitteremus? semper & Deus effectus iræ, hoc est, pœnas, & flagella immittit: tunc talis erit indignatio, & zelus, vt videatur mittere iram suam, non in suis effectibus, sed (ita dixerim) in se ipsa. *Et pluet super eos bellum suum.* Pluere bellum, pœnæ omnes, & flagella huius vitæ, non nisi quatuor ictus dici possunt; tunc pluet super caput impiorum integrum bellum, & bellum suum. Bella nunc sunt bella hominum, tunc erit bellum Dei: pluet bellum, quomodo in pluuia gutta guttæ indesinenter succedit; sic tunc tormentum tormento succedet, bellum suum: & ideò venit in nubibus, vt pluat bellum suum.

Ex tunc ira tua, de cælo auditum fecisti iudicium. Psal. 75.
Ad litteram de Angelis depulsis, possumus & dicere: Ex tunc, ex quo peccare cœpisti, ita quasi flumen

A flumen in Dei pectore collecta est, ac patienter re- Isai. 41. Sept. tenta. *Tacui, semper silui, patiens fui, vt parturiens loquar.* Sept. *Tacui a principio: num semper tacebo, & sustinebo? Dissipabo, & absorbebo simul.* Quasi flumē ruptis marginibus, ac repagulis, quod omnia dissipat, & absorbet; mirum quam patienter tolerer, quam dissimuler peccata hominū propter pœnitentiam. Sed, *Num semper tacebo, & sustinebo?*

Quoties Sol iste suum peregit cursum, iterúmque peregit, antequam finem peccandi faceretis? Quoties Luna testis facta est eorum, quæ commisistis in tenebris? Sed, num perpetuò oriet ur vobis Sol iste iniuriis? num Luna semper pudenda Rom. 8. Græcè. vestra conspiciet? *Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.* propriè ex Græco verbum B illud *Expectatio*, est anxia statione, cen milites, expectant, quid sibi faciendum sit ad Imperatoris nutum. O terrorem! *Et pugnabit pro eo Orbis terrarum contra insensatos.*

Quò confugies miser? quem patronum rogabis? Luc. 21. quem Sanctorum intercedes? Nullum. *Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis.* Nunc Sol insignis: sed tunc signa in Sole. Signa sunt Sancti: signum magnum, Sanctissima Virgo. Nunc Sol iustitiæ Christus est in signis influens gratias, iuxta intercessionem Sanctorum, per quos transit: sed tunc erunt signa; hoc est, Sancti in Sole Christo. D. Bern. Psal. 140. Conceptus Bernardi: *Absorpti sunt in Ili petra Iudices eorum.* Hoc est, inquit Bernard. absorpta est voluntas Sanctorum à voluntate Christi, ad C effectum iustitiæ. Signa in Sole, id est, Sancti Iudices in Iudice.

Osee 4. Psal. 1. *Et corrues hodie, & non resurges,* (quia *non resurgent impij in iudicio:*) *& nocte tacere faciam populum tuum* (Sanctorum,) & Matrem suam (Virginem.) O horrendam noctem!

Heu! præcipua ratio spei meæ, fiducia mea, ad- Ierem. 25. uocata mea tacebit: quin, *Facta est terra eorum in desolationem a facie iræ columbæ, & a facie iræ furoris Domini.* Heu! heu! in diluuiis nostrarum tribulationum, & maiorum calamitatum mitissima, ac sine vllo felle columba hæc semper oliuæ virentis ramum, spem scilicet præferebat: tunc erit iræ plena. *A facie iræ columbæ.* Sic infrà, Eiusd. 46. *A facie gladij columbæ.* Non oliuam ampliùs; sed gladium ore geret: nimirum, absorpta est à volun- D tate Filij.

Apoc. 1. Ex cuius visceribus gladius exibit: *Et de ore eius gladius,* &c. Quis non contremiscat, quis non horreat? Ex visceribus illis pietate, & charitate plenis exibit gladius? Quomodo? Tam alienus à gladiis, vt mutuò quondam acceperit, tunc gladium extrahet à visceribus! Quomodo hæc mutata sunt viscera, vt ferrum gignant? O peccatum, quod Dei viscera mutas! *Et gladius meus deuorabit carnes.*

Deut. 32. Horreamus, Fratres, & caueamus, ne incidamus in manus Dei viuentis. Quicquid passus est Iob 2. Iob, contactus fuit manus Dei; sed ligatæ: *Manus Domini tetigit me.* Contactus solùm amissio bonorum omnium, substantiæ, & filiorum, vlceratio illa à planta pedis, vsque ad verticem capitis; sed alligatæ manus: vnde & dixit: *Soluat manum suam.* Quid erit, quid erit, inquam, cùm Deus Apoc. 14. soluet manum, & brachium nudabit? ergo *Timete Dominum, & date illi honorem: quia venit hora iudicij eius.*

Arist. Timor facit consiliatiuum: si hic timor non facit, vt optimum de salute capiamus consilium, actum est de nobis.

A Idem Philos. Qui fulgura non pertimescit, fortis non est dicendus; sed demens, sed temerarius, &c. Idem

Solùm *à conspectu throni*, inquit Ioan. *fugit cælum, & terra.* Quid, terra, fugis? Nónne semper Apoc. 20. herbas seminasti? Nónne tu, cælum, in orbem semper, vt Deus præcepit, euolutum es? Heu! tremere videntur impeccabiles, & insensibiles creaturæ, quasi propriatum naturarum rationem reddituræ.

Sed certè, sic dixerim, tremunt: quia peccator, qui solus tremere deberet, nequaquam tremit: cui, quanta futura sit tremoris occasio, ex ipso nunc sapientis ore perpende. *Et accipiet*, inquit Sa- Sap. 5. B piens, *armaturam Zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum*, &c. Vbi D. Bonau. D. Bonau. ib. Hîc tangit supplicium reproborum sub metaphora Regis arma mouentis contra suos aduersarios. Et primò describit Regis propositum: secundò, eius apparatum, *Donec*, &c. tertiò, bellum: *Ibunt directè.* quartò, belli effectum: *Et ad extremum perducet.* quintò, belli remedium: *Melior est sapientia*, &c.

Et accipiet armaturam zelus illius Hugo Card. Hug. Card. ibid. In primo aduentu venit sine armatura: & ideò Isa. 53. *Vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est propter scelera nostra.* Vnde admirantes Angeli dixerunt ei: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* & dixit: *His plagatus sum in do-* Zach. 13. C *mo eorum, qui diligebant me.* Sed in secundo veniet armatus: arma autem eius sunt veritas, iustitia, & iudicium, secundùm Glossam. Et non solùm Glossa. ipse erit armatus; sed etiam, *Armabit creaturam*, id est, omnia elementa. Bonau. scilicet, tanquàm exercitum suum, secundùm illud, infrà: *Creatu-* Sap. 16. *ra enim tibi factori deseruiens exardescit*, vel *excandescit in tormentum aduersùs iniustos.* Nunc creaturam in vniuersum non armat; sed aliquam in particulari: verbi-gratia, armat pluuiam; non armat domum, in quam recipiatis, ac protegatis: armat ignem; non armat aquam: sed tunc creaturam omnem armabit, ignem, aquam, terram, aërem, omnia elementa.

Heu! si modò creaturæ, quasi inermes, tanta vi præditæ sunt, tantúmque aliquando nocent; D quantùm nocebunt armatæ, ac à Deo ipso in vltionem inimicorum armatæ? Olim irrepserunt ra- Exod. 8. Psal. 104. næ vel in ipsa Regis Pharaonis cubicula *In penetralibus Regum ipsorum.* Quid? cubicularij, non adestis: cohortes, non obsistitis, ne ranarum exercitus Regem inuadat? Non: obsistere non valemus: quia Deus in Pharaonem illas armauit. Animalculum à Deo armatum quantùm potest, vt aliàs muscæ illæ, quæ habebant in alis hæc scripta verba: Ira Dei? Quid, cùm leones, tigres, ignem, fulgura, cælum armabit?

Arma nunc describit, thoracem, galeam, & scutum. Sed, quænam arma hæc? Protectionis sunt arma. Nunc his nequaquam armatus videtur; quilibet enim peccator eum offendit: sed tunc armis E defensionis armabitur. Et quænam hæc erunt; *Induet pro thorace iustitiam.* Thoraci, siue loricæ iustitiam assimilat: quia, sicut lorica totum corpus protegit; sic iustitia Iudicem. *Iustitia indutus* Isa. 59. Alij. *est pro lorica Et accipiet pro galea iudicium certum.* Alij: *Iudicium rectum.* Hugo Card. quia sine errore iudicabit, iuxta illud: *In iudicio non errabit os* Prouerb. 16. *suum* Nunc possunt errare Iudices, (& ô quàm sæpè errant!) vnde eorum iudicium non tam certum, aut rectum est, vt aliqua quandoque nō detur appellatio:

appellatio: sed tunc accipiet Deus iudicium certum, iudicium rectum, vnde nulla omninò detur appellatio. *Sumet scutum inexpugnabile æquitatem: non enim secundùm visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet; sed indicabit in iustitia,&c.*

Habac.3. Sed, dicet peccator, nunquid solis defensionis armis armabitur, & non impugnationis? *Acuet autem*, subdit immediatè, *diram iram in lanceam: diram* vocat ad differentiam iræ præsentis, qua leuiter,ac suauiter irascitur. *Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* Sic vterque Cardinalis, *in lanceam*: quia attinget etiam quæcunque remota,

Exod.15. & penetrabit. *Misisti iram tuam. Et pugnabit pro illo Orbis terrarum contra insensatos.* Gregor. offenso Creatore,omnis creatura offenditur. Horribile

Iob 4. bellum, de quo Iob: *Memento belli, nec vltrà addas loqui.* Pergit arma impugnationis narrare. *Ibunt directè emissiones fulgurum, & ad certum locum insilient.* Bonauent. Hîc describit bellum secundùm diuersas acies creaturarum: & primò introducit ignem: secundò aërem: tertiò aquam: quartò ventum, seu turbinem de terra procedentem. *Ibunt directè emissiones fulgurum.* Nunc tortuosè, & obliquè fulgura dimitti videntur: quid mirum, si quandoque templa, iustúmque feriunt? Sed tunc *Ibunt directè emissiones fulgurum, & ad certum locum insilient.*

Bonauent. Scilicet, ad malos tantùm: ita quòd bonos non tangent. Pergit: *Et à petrosa ira plena mittentur grandines.* Petrosa ira propter effectum: quia petris se manifestabit. Sic Græcè: *Et à petras iaciente ira plenè.*

Græc. vel, quia infrangibiles,& duræ ad instar petrarum erunt grandines: vel, quia hæc ira infertur à Christo,qui petra dicitur.

Ad hæc, *Et excandescet in illos aqua maris.* fiet enim mare feruidum, turbidum, & spumosum:

Hieron. nam iuxta Hieron. se eriget super altitudinem montium. Et flumina aquarum dulcium concurrent duriter, id est, fortiter. Tandem, *Contra illos stabit spiritus virtutis.* Hugo Cardin. id est, sententia Iudicis. *Et tanquam turbo venti diuidet eos*, scilicet,à bonis,de qua diuisione magis dolebunt impij,quàm de ipsa sustinentia supplicij gehennalis,

Oseæ 21. vt dicit August. in quorum persona Oseas: *Consolatio abscondita est ab oculis meis: quia ipse inter fratres diuidet.* Et Matth. 25. *Separabit eos ab inuicem.* ô separationem! *Et ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum.* Bonau. ad eremum, id est,locum horribilem, & sterilem, & omni bono carentem. *Perducet omnem terram*; id est, omnes

Isa 50. terrenos: *Iniquitas illorum*, id est, propria iniquitas,non aliena, secundùm illud Isaiæ: *Ambulate in flammis,quas succendistis vobis.*

In Vit.Pat. apud.Ros. lib.5.libello 3. Quodnam tanti mali remedium? *Melior est sapientia, quam vires.* Initium autem sapientiæ, timor Domini, qui quantùm sit salutaris, attende. Frater quidam interrogauit Abbatem Ammonem, dicens: Dic mihi aliquod verbum. Dixit ei senex: Vade,& talem fac cogitationem tuam, sicut faciunt iniqui, qui sunt in carcere. Illi enim interrogant: Vbi est Iudex, & quando veniet; & in ipsa expectatione pœnarum suarum plorant. Ita & Monachus (dic tu, quilibet Christianus) debet semper suspectus esse,& animam suam obiurgare, dicendo: Væ mihi, quomodo habeo adstare ante Tribunal Christi? & quomodo habeo ei actuum meorum reddere rationem? Si igitur semper sic meditatus fueris,poteris saluus esse. Sed iam timori,ac terrori vigorem addamus.

De rigore Iudicis, & Iudicij.

PVNCTVM CXXVIII.

IVdicium sedit, libri aperti sunt. Quid? iudicium sedit? Iudex sedet, non iudicium. Hoc tempore Iudices potiùs sedent,quàm iudicium: tunc ipsum sedebit iudicium. Dan.7.

At hoc quàm rigorosum! Quondam Iob fiducia quadam videbatur hoc sibi iudicium subire posse,seipsum discutiebat, nec remorsum quidem vanæ cogitationis sentiebat: *Pepigi fœdus cum oculis meis,vt ne quidem cogitarem de virgine.* quin, nec Iob 7. passus otiosi remorsum habebat: *Si ambulauit in vanitate pes meus.* Nemini iniuriam fecit, neminem decepit, &c. vnde ait: *Appendat me in statera iusta.* Hebr. *In statera iustitiæ, & sciat Deus* Hebr. *simplicitatem meam.* Sed vbi iudicium sedit, exclamauit: *Et pondus eius ferre non potui.* Heu! spirituum ponderator est Dominus, & pondus eius ferre non potui. Gregor. hoc est,examen diuini iudicij. *Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce* Psal.141. *peccatis meis. Non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.*

In primo aduentu thronus Christi, præsepe est; hîc à pastoribus adoratur: sed in secundo *thronus* Psal.88. *eius,sicut Sol.* Quis se abscondet, non solùm à calore; sed à fulgore eius? quando non solùm Iudicis oculi erunt lucidiores Sole; sed ipsa iudiciaria sedes erit Sol? in quas tenebras absconderis? Sol illuminat profundiora maris, Sol intrat abditiora terræ,in Sole atomi videntur: sic ad illius sedis lucem abditissima videbuntur, atomi subtilissimarum cogitationum cernentur.

An non atomi sunt, & minutissima sunt subtilissimæ cogitationes? *Sed viuus est sermo Domini,* Hebr.4. *& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia enim nuda, & aperta sunt oculis eius.*

Radet Domins caput (omnium cogitationum,) Isa 7. *& pilos pedum*(quoruncunque affectuum.)

Confringet Deus verticem capilli, nedum capillum; sed verticem capilli. *Et cogitationes vestras* Psal 67. Sap.6. *scrutabitur.* 1.Reg.2. *Et ipsi præparantur cogitationes.* 1.Reg.2. Hebr. *Numerantur cogitationes.* Hebr.

Et Iob: *Vestigia pedum meorum considerasti.* Iob 13. Sept. *Vsque ad radices pedum meorum peracuisti,* Sept. vel *peruenisti.* Metaphora ex Anatomistis ducta est, qui pellem, cartilagines, membranulas, venulas, omnia adinueniunt, distinguunt, ostendunt. Sic D.August. anatomiam,sic dixerim, faciet omnium membro- Solil.c.4. rum: oculorum, si obtutus ille sit purus, simplex, necessarius: aurium, an verbum illud auditum, aut prolatum sit otiosum, nec sibi, nec aliis proficuum: manuum,pedum, & radicum eorum. Sic August. Nec solùm, inquit, intentionem; sed radicis eius medullam intimam discretissima tuæ lucis veritate colligis, numeras, intueris, & consignas: vt reddas vnicuique non solùm secundùm opera,& intentionem; sed etiam secundùm ipsam interiorem absconditam medullam radicis,de qua procedit intentio operantis.

Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal 2.Cor.5. *Christi, vt referat vnusquisque, prout gessit.* Tertull. Omnes nos,si omnes, & totos; & totos, interiores,& exteriores, tam animas,quàm corpora, Tertull.l.de Resur.carnis. manifestari

Græc. manifestati oportet. Græc. *Perlucidos esse, seu transparentes esse, instar corporis diaphani, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit.* Græc. *Quæ, ad quæ gessit*; nimirum, actus, intentiones, &c.

August. O quàm magna est nobis indita necessitas iustè, rectèque viuendi, qui cuncta facimus ante oculos Iudicis cuncta cernentis!

Gen. 18. Hebr. Græc. Chald. *Quæ* (nimirum, Sara) *risit occultè.* In Heb. Græc. & Chald. *Quæ risit intra se.* Et tamen: *Quare risit Sara*: O rigorem!

Dan. 7. Iob 14. Sept. Alij. Chald. *Iudicium sedit, & libri aperti sunt.* Et quid notatum? Vel adolescentiæ errata, delicta omnia, *Signasti quasi in sacculo delicta mea.* Sept. *Signasti meas iniquitates in marsupio.* q. d. in thesauris iræ. Alij, *In sudariolo*, quasi vnius nullam rationem habeat. Chald. *Signatum est in libro memorialium delictum meum, & acumulas super iniquitates meas.* Vulgata. Vulgata: *Sed curasti iniquitatem meam*; summo studio, [illegible], perorasti iniquitatem meam. Hebr. Sept. Hebr. *Adiunxisti iniquitati meæ*; nimirum, grauitatem, quam ego minorem putabam. Sept. *Annotasti, si quid inuitus transgressus sum*, vel subreptiones, vel motus primo primos, vt eos examines, &c. Quid tu nunc peccata venialia non curas? Credis Euangelio. Vt credas, ait: *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die Iudicij.* O puritatem diuinæ legis, quæ nec næuum admittit! Sed, o dementiam [illegible], qui peccata venialia, quasi [illegible], rident, per quæ vere possunt æternè cruciari! Quid? miraris? Peccata venialia in Inferno æterna pœna puniri Theologorum consensio est: sed inquit Caiet. id per accidens, hoc est, ratione status, in quo semper manet culpa, &c. vtcunque sit. Verbum illud otiosum, curiosus ille obtutus æterna pœna puniri potest: at, quis hæc æstimat? quis liber ab his?

Iob 4. Chald. Orig. August. & Ambr. Alij. *Si cæli non sunt mundi in conspectu eius, quantò magis abominabilis, & inutilis homo? Si cæli, si Angeli*, sic transfert Chaldæus, & interpretatur Orig. *Si cæli*, id est, Sancti & ipsi Beati secundùm Aug. & Ambros. *Si cæli* (corpora illa cælestia secundùm alios) *non sunt mundi*, licet tales communiter appareant; reuera tamen tales in Astronomorum oculis non sunt: nam acutissimè in his suas maculas vident: *Quantò magis abominabilis, & inutilis homo?* Caiet. *Quantò magis putridus* Vatab. *Fœtidus*. Complut. *Corruptus*. Chald. *Immundus*. Pagn. *Contemptibilis.* Sept. *Graueolens homo*: quasi diceret, si in Angelis suis reperit prauitatem, quid in peccatoribus reperiet? Caiet. Vatabl. Compl. Chald. Pagnin. & Sept.

Psal. 18. Hinc Dauid: *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, Domine, & ab alienis parce seruo tuo.* Mi Dauid, quid aliena formidas? Heu in illo iudicio quàm propria erunt, quæ aliena putantur! D August. & D. Thom. *Delicta quis intelligit?* Qui delinquit? Falleris: non plane intelligit. D. August. & D. Thom. aiunt, Adam non putasse transgressionem illam notabilem, sed venialem. Quod si primus pater non intellexit; putas, intelliges? O quanta putabis leuia, quæ grauissima erunt! Quanta nunc velata velo sanctitatis, nudata facie, inquit Ansel. apparebunt ingentia peccata! Anselm.

D. August. 9. Conf. 13. August. Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutias eam. (Loquebatur cum Deo de matre) Scio misericorditer operatam, & ex corde dimisisse debita debitoribus suis, &c. Sed, væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutias eam.

Pauor tenuit me, & omnia ossa mea perterrita A *sunt.* Vbi Gregor. Quid per ossa, nisi fortia facta signantur? De quibus & per Prophetam dicitur: *Dominus custodit omnia ossa eorum.* Et sæpè ea, quæ agunt homines, esse alicuius momenti æstimant: quia districtionis intimæ, quàm sit subtile iudicium, ignorant. Sed, cùm per contemplationem rapti superna conspiciunt, ab ipsa aliquo modò præsumptionis suæ securitate liquescunt; & tantò magis in diuino conspectu trepidant, quantò nec bona sua digna eius examine, quem conspiciunt, pensant. Hinc est enim, quòd is, qui fortia operando profecerat, per spiritum subleuatus clamabat: *Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi?* Psal. 34. Ac si diceret: Carnes meæ verba non habent: quia B infirma mea apud te funditùs silent. Ossa autem mea tuæ magnitudinis laudem dicunt: qui ipsa quoque, quæ esse in me fortia credidi, tua consideratione contremiscunt.

Hinc est enim, quod Manoë, viso Angelo, pertimescens, dicit: *Morte moriemur: quia vidimus Dominum.* Quem vxor protinùs consolatur, dicens: *Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum, & libamenta non suscepisset.* Iud. 13. Quid est hoc, quòd ad visionem Angeli vir fit timidus, & mulier audax? nisi quòd nobis, quoties cælestia demonstrantur, spiritus quidem pauore se concutit; sed tamen spes præsumit? Inde namque spes ad maiora audenda se se erigit, vnde turbatur spiritus: quia ea, quæ superna sunt, prior videt. Quia igitur, C cùm altiora secretorum cælestium subleuata mens conspicit, cuncta humanarum virium soliditas contremiscit, rectè dicitur: *Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.* Ac si apertè diceretur, subtilitatis intimæ arcana percipiens, vnde me apud me fortem credidi, ante conspectum Iudicis inde titubaui.

Districtionem quippe diuinæ iustitiæ contemplantes, etiam de ipsis operibus iure pertimescimus, quæ nos fortia egisse putabamus. Ducta namque ad internam regulam nostra rectitudo, si districtum Iudicem inuenit, multis fortitudinum suarum finibus intimam rectitudinem impingit. Vnde benè Paulus, cùm & virtutum ossa habere se cerneret; & tamen sub districto examine hæc eadem eius ossa trepidarent, ait: *Mihi pro minimo* 1. Cor. 4. D *est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico; nihil enim mihi conscius sum.* Sed? quia auditis venis diuini susurrij, hæc eadem eius ossa contremuerunt, illicò adiunxit: *Sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est.* Ac si diceret: Recta egisse me recolo: attamen de meritis non præsumo: quia ad eius examen vita nostra ducitur, sub quo nostræ fortitudinis ossa turbantur.

Scio, quia homo durus es, inquit ille: *metis, vbi non seminasti: & congregas, vbi non sparsisti.* Matth. 25. Quid? Verúmne id est? Verissimum. Qui fieri potest? Ita est: *Metis, vbi non seminasti.* Iustitiæ, nimirum fructus, etiam vbi lex lata non est, inquiunt Hilar. & Hier. *Metis, vbi non seminasti.* præcidens falce iudicij Hilar. & Hier. apud D. Thom. in Caten. E. eos, quibus legem non commisisti, inquit Hugo Carensis: *Meto, vbi non semino.* Idem, multo fortiùs, vbi semino. *Congrego, vbi non sparsi.* Interl.: quia ab his exigo, quibus non commisi ad erogandum. Hugo Carens. hoc loco. Fratri Ægidio cælitùs dictum est: Paràte, ò Ægidi, vt eorum, quæ nunquam habuisti, aut recepisti, rationem reddas: quia, inquit Deus, ego dedissem, si capax fuisses, si dignus fuisses: talis autem culpâ tuâ non fuisti. O rigorem, quò non solum habita, sed & non habita iudicabuntur! &c.

Psal.82. Iob.14. *Deus stetit in Synagoga Deorum.* Et quid ibi? *In medio aut m Deos diiudicat.* Vbi iam suprà relatus Hieron. Si Deos diiudicat, de peccatore quid faciet? *Signasti quasi in sacculo delicta mea, & adiunxisti iniquitati meæ.* Quasi diligentissimus thesaurarius, inquit quædam Glossa, qui quodammodo augmento monetæ ditescit. O quàm crescent in manu Dei peccata nostra! Nunc ea extenuamus, excusamus, enormitates mortales, mortalia; venialia; hæc nulla esse putamus: tunc in manu Dei verum pondus habebunt, & crescent, quia excusationibus carebunt, &c. August. O quàm metuendus erit Index, cuius sapientiam non licet fallere: cuius æquitatem non licebit flectere: cuius iudicium non licet euertere!

August. Ioan.13.

Nazianzenus oratione de plaga grandinis: In die Iudicij terroris plenum Tribunal, magisque etiam iustum, quàm terribile; imò ve, rectiùs dicam, idcircò terribile, quia iustum.

Basil orat. de iud. Dei. Basilius ad illa verba Domini: *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Beatus ille Petrus, inquit, is, qui omnibus fuerat discipulis antepositus, qui solus præ cæteris testimonio Domini laudatus, & beatus appellatus erat, cui claues regni cælorum creditæ fuerant, cùm audit à Domino: *Nisi lauero te, nõ habebis partem mecum.* quale lapideum cor non molliat ad timorem, & tremorem iudiciorum Dei? præsertim cùm in hac re, nullius peccati, nullius contemptus fiat expressio; sed potiùs ingentis erga dominum honoris significatio, dum consentaneam seruo, ac discipulo præ se ferret pietatem; cernens enim suum, & omnium Deum, & Dominum, & Regem, & Præsulem, & magistrum, & Seruatorem, & breuiter, qui simul omnia esset, in ministri formam præcinctum linteo, suos lauare pedes velle; mox, tonquàm in contemplationem veniens propriæ, vt sic dicam, indignitatis, & eius, qui ad se accedebat, dignitatem admirans, exclamauit: *Domine, tu meos lauas pedes?* & rursum: Ioan.13. *Non lauabis pedes meos in æternum.* In hac re tam ingentes audit minas, vt nisi rursum, intellecta veritate verborum Domini, præuenisset obediendo, illam corrigere contradictionem; nihil ei superiora rectè facta, non à Domino accepta beatitudinis commendatio, & dona, & promissiones, neque ipsa Dei, & Patris, talis, ac tanti in Vnigenitum placiti, reuelatio, satis esse possent ad peccatum præsentis inobedientiæ linieudum. Hæc ille.

De Iudicio, quod de his fiet, qui fictè spiritum profitentur.

PVNCTVM CXXXVII.

Rom.8. Græc. APost. *Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.* Græcè: *Etenim sollicita creaturæ expectatio expectat, vt palam fiant filij Dei.* q. d. Nunc tot hypocritæ sunt, vt difficilè dignoscantur filij Dei: veniet tempus terribile hypocritarum detectis, palam fient filij Dei.

Oseæ 13. Hebr. Id quod Deus minatur per Prophetam: *Occurram eis, quasi vrsa raptis catulis,* &c. Hebr. *Disrumpam clausuram cordis eorum.* q. d. tunc, quæ in tam clauso, & occulto eorde habuerunt, palàm fient, cùm præ indignatione clausuram cordis eorum disrumpam; tunc humilitas apparebit superbia; ignis amoris, gelu; charitas, inuidia; patientia, ira; ieiunium, gula; contemptus mundi: ambitio tunc sub eo habitu spiritualis hominis fictio, & A duplicitas apparebit: sub eo modestiæ habitu tam carnalis cogitatio constabit.

Sophon.1. *Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus.* Ad quid, Domine? q. d. coram cælo, & terra agendum? *Extendam manum meam super Iudam, & super habitatores Ierusalem.* Quid? ab his iudicium? Sic. *A Sanctuario meo incipite.* Septuag. *A Sanctis meis incipite.* Sic Petrus: *Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei.* Sic Ioan. *Datus est calamus similis virgæ* (inflexibilis) *ad metiendum templum Dei, altare, & adorantes in eo.* Nunc quid in Iuda, & in Ierusalem? Apoc.11.

Sophon.1. *Et disperdam de loco hoc reliquias Baal.* Heu! quis ibi adhoc idolorum reliquias credidisset! O B quot in his, qui vel spiritum profitentur, idolorum reliquiæ! Idololatria erat iam, sensui, & carni vacare: & hæc erant idola Babyloniæ: sed in Ierusalem, in seruitio Dei, horum idolorum reliquiæ sunt quædam vanitates, consolatiunculæ, & deliciæ, quas adhuc retinent, &c. Hi sunt, qui *Iurant in Domino, & iurant in Melchom.* Hieron. Qui sæculo pariter, & Domino putant se posse seruire, & duobus Dominis satisfacere, Deo, & Mammonæ: qui militantes Christo, obligant se negotiis sæcularibus, & eandem imaginem offerunt Deo, & Cæsari. D.Hieron. in hunc locum.

C *Et visitabo super omnes, qui induti sunt v ste peregrina.* Quid sibi vult vestis peregrina? Inquit Hieron. quòd cuiusque propria vestis est, quam quisque induit in Baptismo. *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Hæc propria Christiani vestis est, quæ eum à capite ad pedes vestiat, quæ Christum referat, Christi virtutes, & imitatio: peregrina verò est huic contraria, & omninò dissimilis. Super hac veste iodoros visitabit, &c. Hieron. Gal.3.

Aut vestis peregrina ea dici potest, quam quis induit, vt alium referat: vt est habitus histrionum, quo quis se alium fingit. Hæ sunt fictæ virtutum vestes, quas se se hypocritæ vestiunt, histriones virtutum. Sic Ambros. Nec propriè magis, D.Ambr. D quàm hoc titulo vocare poterat, histriones virtutum. Tunc, tunc, peracta scena visitabit super eos, nudabit eos.

Dispierierunt omnes inuoluti argento. q. d. Videbantur liberi, & omninò hisce rebus exuti; sed inuoluti erant argento, quo tumebant iuxta Sept. Sophon.1. *Erecti argento, aut elenati argento.* Sed miseri, per quod inanitet eleuabantur, per idem miserè deprimebantur, iuxta Hebr. *Portatores argenti, aut onusti argento.* Sept. Hebr.

Et visitabo super viros defixos in facibus suis. Chald. *Et animaduertam in viros, qui summa tranquillitate fruuntur diuitiis suis.* Hebr. loco *defixos,* est *congelatos.* O quàm verum! Congelati absque vlla scintilla charitatis. *Et erit fortitudo eorum in direptionem.* Chald. *Et erunt eorum diuitiæ in spo-* E *lium,* quia, oimirum, omnibus nudabuntur. Chald. Hebr.

Et scrutabor Ierusalem in lucernis. Chald. *Et constituam peruestigatores, & peruestigabunt Ierusalem.* Chald. Ad litteram, vel abditissimus locus peruestigabitur, quod in excidio illo factum esse scribit Iosephus his verbis: De cloacis quoque, & speluncis, & sepulcris extracti sunt Principes, & potentes, & Sacerdotes, qui se in eis metu mortis abscondérant. Sic fiet eo tam formidabili tempore, à cauernis, à centro, si tam intus quis intraret, extrahetur. Hoc sibi vult. *Scrutabor Ierusalem in lucernis,* id est, quanquam Sol obscurabitur, & stellæ cadent de cælo, & Luna non dabit lumen suum; non deerunt Ioseph. 9. de bello Iud. c.17.20.&16.

deerunt tamen lucernæ, quibus quilibet locus diligentissimè peruestigetur.

D. Bern. ser. 55. in Cant. Sed, quid est, quòd vult scrutari Ierusalem? Audiamus hoc loco Bernardum dicentem: Valdè timendum est scrutinium Iudicis: acuto visu eius nihil inscrutatum relinquet oculus eius. *Scrutabor*, inquit, *Ierusalem*. Quid tutum in Babylone, si in Ierusalem manet scrutinium? Puto hoc loco, Propheram, Ierusalem nomine, designasse illos, qui in hoc sæculo vitam ducunt religiosam, mores supernæ illius Ierusalem conuersatione honesta, & ordinata pro viribus imitantes; & non velut hi, qui de Babylone sunt, vitam in turbatione vitiorum, sceleromque confusione vastantes. Denique illorum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium; & non egent scrutinio, sed supplicio: mea autem, qui videor esse Monachus, Ierusolymita, peccata certè occulta sunt nomine, & habitu Monachi adumbrata; & idcirco opus erit subtili ea inuestigari discussione, & quasi admotis lucernis de tenebris in lucem prodi. Diuinè, vt solet.

Hebr. 4. Ad hoc lucernarum lumen videbitur, quænam sit vera virtus, aut vitium: quænam sit caro, qui verò spiritus: tunc enim gladius ille faciet diuisionem animæ, & spiritus: & distinguet. Hæc est caro, sensus, proprius amor, & hic spiritus, amor Dei, intentio recta, &c. nunc difficillimè omninò separantur; tunc verò optime, &c.

At, quæ confusio, cùm in his discussionibus, ac seiunctionibus, aliqui erunt sine vlla virtute? *Con-*

Isa. 1. *fundemini, sicut quercus, defluentibus foliis*. pulchrior similitudo esse non poterat. Hasne quercus vidistis? in vere, & in æstate, vt foliis contectæ? Hic quercuum honor vt virescant foliis; sed in hyeme, vt absque foliis confusæ? Sic in vere inanis opinionis aliqui virent, qui postea defluentibus non veris virtutibus in hyeme iudicij confundentur.

Psal. 28. Genebr. Titelm. Tunc *reuelabit condensa*. Genebr. Decorticabit, nudabitque condensas syloas propriè deiectis arbustibus, & ramis. Titelm. Syluæ condensæ dicuntur propter frondium, foliorum, & ramorum densitatem.

Gen. 3. Gen. 31. Tunc ergo assumi non poterunt fici folia ad excusandas excusationes in peccatis, & ad peccati turpitudinem operiendam. Non erunt tunc stramenta camelorum, subter quæ idola Laban obte-

Ezech. 8. gantur. Nunc erit tunc opus templi parietem fodere; sed per apertum vndequaque hoc templum latentes introrsum abominationes toti Orbi patebunt. D. Petrus Iudicij diem tempus restitutionis

Act. 3. appellat: *Vsque in tempora restitutionis*, tunc etenim vnicuique suum restituetur, bono præmium, iniquo pœna, hypocritæ dedecus, ac ignominia. Nûc plerique, quod proprium non est, sed alienum, sibi vendicant; hypocrita sanctitatem, &c. sed veniet, veniet tempus restitutionis, &c.

Osee 2. *Conuertar, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius. Et reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, & cessare faciam, & demittatem eius*, &c.

De confusione impiorum in die Iudicij.

PVNCTVM CXXXV.

Nahum 3. D. Basil. l. de vera virginitate. **R**Euelabo pudenda tua. Basil. Non confusè, aut summatim, aut indigestè peccata nostra cernentur; sed singula per partes, vt se se habent, velut in pictura, noscentur. Exempli causa, quando *Speranza Scriptura felsella*.

A ad patrandum quisque adulterium properans à lecto surrexit, quibus passibus incedens visus est; quo motu corporis lentiore, aut concitatiore; quem habitum, dum progrederetur, assumpsit, & qua ex parte irrumpens, vxorem alienam violauit; quo item ordine huic mulieri ad nefandum opus se substrauit, &c.

Gen. 39. Sic videbitur infectio illa oculorum impudentissimæ illius fœminæ in Ioseph: assidua illa molestia, quam mulier illi dabat: ars illa, preces illæ, munera illa, lacrymæ illæ, quomodo pallium eius apprehenderit, &c. Quæ omnia ad amussim, vt acciderunt, cælum, & terra videbit.

B *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: sæculum nostrum* (vitam nostram vniuersam) *in illuminatione vultus tui*. Tunc, vt alibi dicit, *Arguam te*, &c. Vbi August. Quando Deus manifestus veniet, Deus noster, & non silebit. Arguam te, quid ei quid tibi faciam, arguêdo te? quid tibi faciam? Modò te non vides: faciam, vt te videas: quia, si te videres, & displiceres tibi, placeres mihi; quia verò te non videns placuisti tibi; displicebis mihi, & tibi: mihi, cùm iudicaberis, tibi, cùm ardebis. Quid enim tibi faciam, inquis? Constituam te ante faciem tuam: quid enim vis latere teipsum in dorso tuo? ibi es, non te vides: facio, vt te videas. Quod post dorsum posuisti, ante faciem ponam: videbis fœditatem suam, non vt corrigas, sed vt erubescas. Psal. 89. Psal. 49. D. Aug. ib.

C *Et ponam contra te omnes abominationes tuas: & abominationes tua in medio tui erunt.* Ezech. 7.

Psal. 30. Quis exprimat ruborem vultus eius, qui sibi conscius est, quæ in vita perpetrauerit? *Erubescant impij, & deducantur in Infernum*. Benè post peccatorum ruborem, Inferni meminit: quia ruboris pœna talis, ac tanta erit, vt post eam non nisi Inferni pœna supersit.

Psal. 69. Hieron. Genebr. *Auertantur statim erubescentes*. Hier. *Auertantur ad vestigium confusionis suæ*. Tropus indicans persequentem: eteorn premere alterius calcaneum, est eum proximè sequi. Alij: *Auertantur pro mercede confusionis suæ*. id est, opetum suorum pudendorum. Sic Genebr.

Apoc 6. Quin, ferè dicam, maior erit pœna ruboris, quàm pœna Inferni. In Apocal. *Et vidi, cùm aperuisset sigillum sextum, & ecce terræmotus magnus factus est: Sol factus est niger, tanquam saccus cilicinus: & Luna tota facta est sicut sanguis: & stellæ de cælo ceciderunt super terram; & cælum recessit, sicut liber inuolutus: & omnis mons: & insulæ de locis suis motæ sunt: & Reges terræ, & Principes, & Tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderūt se in speluncis, & in petris montium, & dicunt montibus, & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni: & quis poterit stare?* Sistite nunc. Hi Principes terræ tunc vnde venient? Ab Inferno, vbi nunc sunt. Et quò fugere, & vbi se abscondere volent? Mediis montibus irruentibus in Infernum. Et quis poterit stare cum tam intolerabili confusione?

E Et dicent montibus: Cadite super nos, & ad tegendam nostram confusionem cooperite nos. Hic primus Infernus peccatoris, quo ipse secundus ad tempus mitior est. Sic August. Malus tormentum malis erit, furorem Domini tolerare, quam cruciatus infernales perpeti. Sic Hieron. Damnatis melius esset Inferni pœnas, quàm Domini præsentiam ferre. Sic Petrus Chrysolog. ad illud: *Mendicare erubesco*: Confusionem, inquit, futuri sæculi pertimescit, vbi reus plùs August. Hieron. Chrysol. serm. 1. 5.

de conscientia, quàm de gehennæ erubescit incendio.

Volens Deus de Principibus quibusdam meritas sumere pœnas, *Suspende*, inquit, *vel ostenta*, (Num. 5.) *cunctos Principes contra Solem*, vt, scilicet, ignominia facies eorum repleantur: nam fornicatores erant Quod & faciet in die Iudicij, inquit ad hanc (D. Cyr. l. 14. de adorat.) figuram Cyrillus, in qua secretò fornicatores in publicum producet ad visionem omni carni, vt habet Isaias. Sic Chrys. Omnia peccata in tam (Isa. 66.) aperto, támque illustri theatro denudata, Orbi vniuerso palam subiicientur.

(Gen. 3. Caiet. ibid.) O ignominiam! Non erat in Paradiso nisi propria vxor, & serpens (qui, vt ait Caiet. non abiit, vt peccati, sicut fuerat inuentor, sic esset accusator, & testis,) & Deus ipse: tamen tantopere confusus est Adam, vt quasi hanc solam pœnam pertimuerit, apertè dixerit: *Vocem tuam audiui in Paradiso, & abscondi me, eo quòd nudus essem.* Vbi August. (D. Aug.) Non adeò fuit stultus Adam, vt fugiens posse latere crederet; sed tanto pudore affectus est, vt fugere sit compulsus. Heu! solos Dei oculos, qui venerat, vt eum contegeret, verecundatus est: quid, cùm venerit pudenda detegere? *Reuelabo pudenda* (Nahum 3.) *tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.*

(Isa. 13.) *Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus. Et visitabo super Orbis mala.* His præmisit: *Facies combustæ vultus eorum.* ex Hebr. *Facies* (Hector. Pin. ibid. Hebr.) *flammarum*, vel *rubentes*, vt *flammæ*, *vultus eorum*; hoc est, præ pudore erunt vsque adeò rubentes, vt comburi videantur.

(D. Thom. de Vil. conc. 1. Domin. Aduen.) Optimè B. Thom. de Villanoua: Confusio, & verecundia propria hominis est, quatenus homo: nam iumenta percuti, occidi, cremari possunt, non verecundari: quo fit, vt ingenuus quisque malit aliquando secretò torqueri, quam publicè confundi, & libenter quamlibet pœnam secretò portare, vt publici pudoris confusionem euitet: tunc enim homo maximè vt homo punitur, quando pro delictis suis publicè confunditur. Tunc (1. Cor. 4.) ergo ad confusionem malorum manifestabit abscondita tenebrarum, & reuelabit cõsilia cordium. (Luc 23.) Hinc dicent montibus: Cadite super nos, & collibus: Operite nos, vt tantum euadamus pudorem. Tolerabiliores enim viderentur illis omnes cruciatus, & qualibet amara mors, quam coram Deo, & Angelis eius, & tam graui, multóque Senatu in tanta deformitate, nudari criminibus, apparere. O confusionem! latere erit impossibile, & apparere intolerabile.

(In Vitis Patrum, 1. part. c. 203.) Efficacissima historia in Vitis Patrũ, Senex quidam narrauit, quòd quidã, cùm Frater cõuerti voluisset, & prohiberetur à matre sua, ipse non acquiescebat ab intentione sua dicens: Saluare volo animam meam Illa verò multùm renitẽs, cùm desiderium eius impedire nõ posset, postea permisit. Abiens autem factus est Monachus sub negligentia vitam suam expendens Contigit autem, vt mater eius moreretur: & post tempus aliquod & ipse infirmatus est infirmitate magna: & cùm factus fuisset in excessu mentis, venit ad iudicium, & inuenit matrem suam cum his, qui in pœna iudicabãtur. Illa autem, vt vidit eum, obstupuit, & dixit: Quid est hoc, fili? Et tu in hũc locum deductus es condemnatus? Vbi sunt sermones tui, quos loquebaris dicendo: Saluare volo animam meam? Confusus autem in his, quæ audierat, ipse dolore stupidus factus est, & stabat non habens quid matri suæ responderet. Iuxta dispositionem autem misericordiæ Dei, postquàm hæc vidit, contigit, vt repararet, & euaderet ab infirmitate; & cogitans apud se diuini iis factam esse huiusmodi visionem, includens se, de cætero sedebat, & cogitabat de salute sua pœnitens, & plorans de his, quæ egerat sub negligentia priùs: tanta autem erat et intensio, vt multi eum rogarent, indulgere sibi paululùm, ne fortè læsionem aliquam pateretur de fletu, quem supra modum sibi inducebat. Ille autem nullo modo consolari volebat, dicens: Si improperium matris meæ sustinere non potui; quomodo Christi, & sanctorum Angelorum eius aduersùm me potero in die Iudicij sustinere?

Ecce, inquit August. coram tot millibus populorum nudabuntur omnes iniquitates meæ; tot agminibus Angelorum patebunt vniuersa scelera mea, non solùm actuum, sed etiam cogitationum, simúlque locutionum. (Aug. Medit. c. 4.)

Heu! quomodo filia illa matris sustinebit improperium, dum pietatem, religionem, vitæque probitatem colere videbatur, & corde saltem quàm immunda fuerit, apparebit: tunc mater videbit omnes obtutus, & gestus tanta arte contectos: tunc intimas cogitationes, quas nedum matri, sed ipsimet soli abditas voluisset. Iob 7. *Nec* (Iob 7.) *aspiciat me visus hominis.* Hanc, ceu grauissimam, pœnam cupit euitare. Quid visus hominum? Quid visus Angelorum, & Dei? quid cum tot sceleribus, si Iob nihil sibi conscius erubescebat? O quàm magna est hæc passio pudoris.

Ipsæmet meretrices nunquam ad finem impudentiæ peruenire videntur. Examinate, vt vultis, (3. Reg. 3.) intentionem meretricis illius coram Rege Salomone constitutæ, & hanc fuisse reperietis, voluisse, scilicet, pudorem de filio præfocato effugere: nam, si filium voluisset superstitem sibi dari, in Salomonis sententiam de diuidendo filio non tam subitò, aut nunquam cucurrisset.

Sic animi trutina perpendite pallij illius derentionem: certè nihil aliud id fuit, quàm ignominiæ notam voluisse contegere, &c. (Gen. 38.)

Studiosiùs attendite artes illas, quibus Dauid Rex nulli subditus, vsus est, vt Vriam domum remitteret, &c. & inuenietis, erubescentiam fuisse delicti, quod ideò voluit Deus, Soli innotesceret.

Talis, ac tanta est eiusmodi passio, vt hac plerique & pleræque deuictæ, sacrilegè vni Sacerdoti silentio propria inuoluant peccata. Heu! heu! & propterea æternam subibunt confusionem. (2. Reg. 12.)

Qui me confessus fuerit & Filius hominis confundetur eum, cùm venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis. Syriacè: *Quemcunque puduerit mei, Filius hominis etiam pudebit eius, cùm venerit in gloriam Patris sui cum Angelis suis sacrosanctis.* Iterum: *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.* Vbi Tertull. Sciebat, inquit, a confusione vel maximè formari negationem: mentis statum in fronte consistere: priorem esse pudoris, quàm corporis plagam. (Marc. 8. Luc. 9.) (Tertull. in Scorpiaco.)

At peccatorum confessio est, quæ maximè peccata obtegit, per quam, quasi Christi Sanguine, deformia non apparent, aut nullatenus apparent. Ita Chrys. Sic Deus delet peccata, vt neque eorum vestigium remaneat. In corporibus quidem id non est ita; sæpè enim cicatrix remanet: Deus autem, cùm deleuerit peccata, sic delet, vt neque cicatrix, neque cicatricis supersit iudicium; sed cum sanitate decorem elargitur. (D. Chrys. hom. 3. de pœnit.)

Chrysol.

Chryſ. ſer. 2. Chryſol. rationem reddens, cur Pater ille ſuper collum pœnitentis filij ceciderit: Ne oudaret, inquit, pater filij crimina, pater ſic curat filij vulnera, ne filio cicatricem, næuum ſi io ne relinquat.

Iſa. 1. Tert. 4. contra Marc. 10. Suarez in 3. p disp. 17. sect. 7. 1. Ioan. 3. *Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum.* Tertull. *Vt roſeum*, quod eſt, Chriſti Sanguine rubricantia, *quaſi nix dealbabuntur.*

Nec deſunt Theologi, qui tunc peccata confeſſa ſentiant, non appatitura: communis ſaltem Theologorum ſententia eſt, non apparitura cum rubore, ſed potiùs cum gloria pœnitentium.

Bern. ſer. 23. in Cant. Bernardus ad illa verba: *Omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat.* Hos, ait, aduerti, quaſi nunquam peccaſſe: quoniam & ſi qua deliquiſſe videntur in tempore, non apparent in æternitate: quia charitas Patris ipſorum cooperit multitudinem peccatorum: & dixi: *Beatè, quorum remiſſa ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Pſal. 31.

Amb. l. 2. de pœn. c. 8. Ioan. 11. Quærit Ambroſ. cur Dominus Lazarum redivivum ſolui iuſſerit: *Soluite eum.* hoc eſt, non ſolùm à pedibus inſtitas; ſed ab ore ſudarium remouere: quia, inquit, venia donatus, reuelare faciem, aperire vultum iubetur: non habet enim, quod erubeſcat, cui peccatum remiſſum eſt.

Quòd timor Iudicij vtiliſſimus eſt.

PVNCTVM CXXXVI.

Pſal. 74. HIc valdè continet homines, ne peccent. *Dixi iniquis: Nolite iniquè agere, & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.* Sed quo retinaculo, ô Dauid? Timore Iudicij: *Quoniam Deus Iudex eſt.*

Iob 19. Hoc idem ſuccinctè, ed efficaciter Iob: *Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius eſt.* vel Hebr. *Ira iniquitatum gladius eſt: & ſcitote eſſe iudicium.* Hebr.

Chryſoſt. Qui huius diei obliuiſcitur, tanquàm fræno abiecto, in præcipitium defertur. *Inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore*; vel, *parturiunt viæ illius in omni tempore*, ſterilem, ſcilicet, peccatorum fœcunditatem. Et cauſam affert: *Auferuntur iudicia tua à facie eius.* Pſal. 9. Hebr.

Ex catenula timoris in omne facinus proruit peccator. *Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo.* Pſal. 35. Sept. Sept. *In eo tota eius cogitatio verſatur, vt delinquat.* Vnde? *Non eſt timor Dei ante oculos eius.*

Vult nobis Deus modò terrorem incutere, vt tunc non timeamus: ideò, qui nunc ſtellas habet in manibus, & minas in ore, hoc eſt, gratias benignè nunc influit, & ſolùm minas intentat, procliuior ad miſericordiam, quàm ad iuſtitiam; ſimul tamen & ſemel declarat, & quaſi eo gladio ex ore minatur, quòd, qui nunc non vult ſtellas habere amicas, habebit cadentes. Apoc. 1.

2. Reg. 7. Hebr. Arguit nunc, verum eſt, *In virga virorum.* Hebr. *Hominum languidorum, & imbecillorum*, vel ſenum, quibus mox e manibus, vel præ ſenio, vel pro amore decidit: ſed tunc arguet *in virga ferrea.* Pſal. 2. Alij. Alij, *In virga inflexibili*, &c.

Ideò ſancta Eccleſia intonat nobis in auribus Iudicij terrores: *Erunt ſigna in Sole, & L[illegible], & ſtellis.* vt timore concepto, & cauſa timoris ablata, nimirum, peccato, tunc minimè timeamus. Luc. 21.

Cùm audiſſent filij Iſraël tonitrua, & fulgura circa montem, vbi Deus erat daturus legem, clamauerunt ad Moyſem: *Loquere tu nobis: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.* Exod. 20. *Et perterriti, & pauore concuſſi*, ſubdit ſacer Textus, *ſteterunt procul. Et ait Moyſes ad populum: Nolite timere: vt enim probaret vos, venit Deus; & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis.* Plura hic obſeruanda. Quid ſibi vult: *Nolite timere*, & mox: *Vt terror illius eſſet in vobis?* Volebat hunc terrorem iam rationabilem incutere, & iubebat, ne irrationabiliter timerent, aut more belluarum aufugerent; ſed perſiſterent, ac verum timorem conciperent eius, qui vel in Angelo apparens, vt erat is in monte, tam formidabilis erat; vtque perpenderent, quòd ſi legem daturus tam terrificus erat, quid eſſet futurus in eiuſdem legis examine? O quàm boous hic terror! ô quot bunos producit effectus. Act. 7.

Sperantza Scriptura ſolecta.

B *Vox Domini* (Genebr. Tonitru cum fulmine) *confringentis cedros.* Aug. id eſt, ſuperbos, &c. Pſal. 28. Geneb. Auguſt. ibid.

Vox Domini præparantis ceruos. Baſil. ex Græco: *Vox Domini parturire facit ceruas.* tonitru, nimirum, eas, vt pauidas concutit, quaſdámque earum membranas, ac ligaturas exſoluit, ſicque parere facit. D. Baſ. ex Græc.

Conceptus eſt Annæ in 1. Reg. *Dominum formidabunt aduerſarij eius, & ſuper ipſos in cælis tonabit. Dominus iudicabit fines terræ.* 1 Reg. 2.

An non ſimiliter tonauit Apoſt. vt obſtetricaret Felici illi infelici, vt conceptum illud propoſitum in lucem ederet? Act. 24.

Quid aliud agit Chriſtus, quàm tonare in auribus Pilati, euius mentem iam grauidam videbat Matth. 16.
C confitendæ palàm veritatis de Chriſti innocentia: ligaturas videbat, humanos reſpectus, ſtatus rationes: ſic cœpit eum adiuuare tonitruis, ſi quando parere voloiſſet: *Amen dico tibi, à modo videbitis Filium hominis venientem in nubibus cæli, cum poteſtate magna, & maieſtate.* Ad quid hîc, Domine, de tuo aduentu ad Iudicium? Senſi, inquit Chriſtus, hunc concepiſſe: de patria, & de regno meo quærit: eſt certa obligata: tonemus: *Amen dico tibi*, &c. Si fortè, &c. Chryſ.

Sed reprobi nec his quidem commouentur. *Tonabit voce magnitudinis ſuæ: & non inueſtigabitur, cùm audita fuerit vox eius.* Iob 37.

Licet ſentiant ſtrepitus, & tonitrua, non commouentur. *Viri mali non cogitant iudicium.* Prouerb.

D *Tonabit: & quis non pauebit?* aut ſurdus, aut veterno depreſſus. *Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis.* Theodor. *mentis exceſſum.* Syriacus, *ſpiritum ſtupiditatis.* Aquila, *grauem ſomnum.* Hebr. *altiſſimum veternum.* Tunc tonate, vt vultis: minitamini, clamate: non audiunt. 4 Eſdr. 16. Rom. 11. Theodor. Syriac. Aquila. Hebr. Num. 22.

Beſtiis ſic dixerim peiores, & inſenſibiliores, Aſina illa, viſo Angelo ſtrictum gladium vibrante, perterrita progredi noluit. Regrediuntúrne iſti, quamuis audiant: *Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit: arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus efficit?* Sed quid? *Ecce parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Pſal. 7.
E En vt minæ, vt tonitrua reprobis non ſufficiunt: nam loco virtutis, pariunt iniquitatem: ceruæ morituræ.

Non ſic prædeſtinati, qui ſancto, ac reuerentiali timore concepto tremunt: non expellunt timorem; ſed eo poſtulant carnes configi. *Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.* vel, vt legit Ambr. *Confige clauis timoris tui carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.* Sed, ſi iam timuiſti, quid configi adhuc clauis timoris expoſcis? Sanctorum id eſt, magis, ac magis timere, &c. Pſal. 118. D. Ambr.

Iob 31. Græc. Hebr. *Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum.* Græcè: *Timor Dei continuit me: & pondus eius.* Hebr. *Et maiestatem eius ferre non potui.*

Psal. 17. Vt ex hoc timore proficiebat Dauid! *Et ero immaculatus coram eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.* Quo medio, sanctissime Rex? *Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli à me.* Vt mali faciunt, qui in longinquum hunc diem reiiciunt: Isa. 30. *Ecce nomen Domini venit de longinquo.* De quonam? Ab eo longinquo, quod sibi effingunt: nolunt enim propè se hunc timorem; sed longè expellunt: hic enim amaricat illis consolationes omnes, conturbat eos, ideò procul pellunt: sed ab hoc longinquo venit tandem, & æterno eorum terrore iuxtà fiet.

Sancti nunc timere voluerunt, ne tunc timerent. Psal. 118. *Confige timore tuo carnes meas.* Configendus est hic timor, Fratres, & in intimo corde figendus: sic ad instar Cruci affixi caro non dimouetur, &c. O!, quàm pauci confixum hunc habent timorem! Timet ille: sed mox obliuiscitur. Non habet confixum timorem. Ille alius audito sermone de Iudicio formidat: sed paulò pòst ridet. Non habet confixum timorem. O claui sancti timoris, quàm nos vtiliter configitis!

D. Chrys. In mentem reducant, quod de quodam Oratore refert Chrys. homilia quadam, qui volens à quibusdam contra artem dicendi gestibus cauere, quosdam in suggesto clauos confixerat, à quibus, si gestus fuisset confractior, pungeretur. Heu! is se clauis monebat, ne quid contra oratoriam artem peccaret: nos ne contra Dei legem peccemus, sancti huius timoris claues non configimus?

Sed nos nec huiusmodi clauos configi volumus, nec tonitrua metuimus, nec tubas illas tam terrificas formidamus: quin his omnibus insensibiles, & surdi perfectè sumus, & quæuis alia Iosu. 6. cogitamus. Et hinc, licèt toties circungyrauerint hæ tubæ; quoties sancta Ecclesia per anni circulum in auribus nostris insonat: hi muri tamen non corruunt, &c. vanitates non decidunt, &c. O surditatem!

Num. 10. Ad primum tubæ clangorem iussetat olim Deus filiis Israël, vt circa Arcam congregarentur, ad prolixiorem verò, vt castra mouerent. Mysticè per id nobis innuitur, vt cumprimùm nos ægritudo inuadit, cumprimùm inspirat nobis Deus, siue internè, siue externè per terrores mortis, aut Iudicij, ad Sacramentum curramus: vbi verò prolixiores audierimus tubarum clangores, ingrauescente iam morbo, profectionem paremus, affectus omnes hinc euellamus, &c. Heu! prolixiores audimus clangores, nec mouemur: aut certè non audimus, & surdi sumus, &c.

De timore iniquorum, & spe iustorum tempore Iudicij.

PVNCTVM CXXXVII

Etsi dies illa tam formidabilis, támque horribilis futura sit, vt ex signis ipsis, quæ initia erunt dolorum respectu eorum, qui supervenient vniuerso Orbi, homines arescant. Luc. 21. Græc. *Arescentibus hominibus,* siue Græcè, *Extabescentibus hominibus: nam virtutes,* Græc. *Exercitus cælorum,* Sol, Luna, & stellæ, *mouebuntur: in terris erit pressura* Pagnin. *gentium.* Pagnin. hoc est, coarctatio, animi angu-

A stia, perplexitas, consilij inopia, vt quo se vertant, homines nesciant, præ confusione sonitus maris, & fluctuum, &c. Quis tamen crederet? Hæc eadem signa, tam horribilia peccatoribus, iustis fiduciam præbebunt. *His ergo fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra.* q.d. Hæc sydera cadentia non mortem vobis; sed vitam sempiternam portendunt; non vobis hyems ista erit, sed ver. *Flores,* dicere licet, *apparuerunt in terra nostra; ficus protulit grossos suos; videre ficulneam, & omnes arbores,* &c. propè est regnum Dei, gaudete. Cant. 2.

Vt gaudebunt ad aspectum Crucis? vt vexillum illud adorabunt? vt ad illud confugient, sub B quo in vita quieuerunt, sub quo gloriosè pugnauerunt? *Dedisti metuentibus te significationem.* Hebr. *vexillum; vt fugiant.* Rabbi Dauid, *vt vexillentur.* Genebr. *vt erigantur.* Alij, *vt vincant.* Tigur. *vt triumphent,* &c. *Vt liberentur dilecti tui.* Hebr. *Et liberabuntur amatores tui.* Psal. 59. Hebr. Rab. Dau. Geneb. Tigur. Hebr.

Vexillum eius super me, amor, dicebat anima illa in Canticis, & iure: nam, sicut vexillum connocat ad se milites, lætitiam eisdem affert, cùm explicatur, & ab alijs militibus distinguit: sic Crucis vexillum, cùm sit vexillum amoris, iustos conuocat, afficit lætitia ex memoria infiniti in ipsos ostensi amoris, & à cæteris distinguit. Cant. 2. iuxt. Sept.

C Hoc signum Thau est, quod ipsi in fronte habebunt, vt percussores Angeli sinant eos abire impunes. Ezech. 9.

Tinctos se Agni sanguine videbunt, quod erit eorum fiducia: tutæ erant domus, quarum superliminare sanguine tinctum erat. Vbi Rupert. Sanguinem Christi in superliminaribus domorum ponimus, cùm Crucem passionis illius in fronte portamus. Quanta ergo fiducia, & lætitia perfundentur, qui Crucem in fronte cordis insculptam semper in vita portauerunt? *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.* Quod est, iuxta D. Hieron. & Hugonem Card. sub brachiis Crucis Christi sperabis, & fiduciam habebis. Exod. 12. Rupert. lib. 2. in Exod. Psal. 90. D. Hier. & Hug. Card. ibid.

D Sed impij, cùm primùm parebit vexillum illud gloriosum; contremiscent, ac, ceu inimici Crucis Christi, ad eius conspectum plorabunt. *Et plangent omnes Tribus terræ.* Græcè: *Et eiulabunt, & præ doloris impatientia corpus dilacerabunt.* Matth. 24. Græc.

Videre est modò sub horam iudicij particularis, in morte cuiusque, discrimen hoc: vt inimici Crucis ad aspectum eius pallent, tremunt: quia, nimirum, videre eum, quem in ea Cruce contempsisse se meminerunt, Iudicem formidant; & ideò exire de corpore trepidant: sed qui de sua spe, & operatione securus est, inquit Gregor. lætus Iudicem sustinet: & cùm tempus propinquæ mortis aduenerit, de gloria retributionis hilarescit: & ideò, quamuis animam agens, sine calore, & colore spirans, ad eius aspectum resumit vires, reuiuiscit ei E color, & præ deuotionis affectu tenerrimè amplectitur, ac deosculatur Crucem. *O mors, quàm amara est memoria tua homini habenti pacem in substantiis suis!* Bern. O mors, quàm dulcis es homini habenti pacem in plagis Christi! D. Gregor. hom. 13. in Euang. Eccli. 41.

Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum. Valdè speciosus est in splendore suo (oculis iustorum,) *& accelerat coruscationes emittere iudicij sui* (in condemnationem iniquorum.) Eccl. 43.

Hinc itidem gestat in capite, signum fœderis inter se, & terram: vt non fugiat iustus; sed confugiat. Apoc. 1.

Hac spe illectus Iob: *Vbi me abscondam, vbi fugiam,* In Resp. Defunct.

fugiam, nisi ad te, Deus meus? Quo tempore impij effugium, ac refugium non inuenient, quippe qui à Deo fugiunt; Iusti ad Deum confugient.

Iusto aperta erunt ipsa vulnera in refugium. *Abscondere in fossa humo à facie furoris Dom'ni.*

Isa. 2. Cant. 2. *Veni, columba mea,* (quæ ex diluuio aquarum multarum seruata es,) *in foraminibus petra, in cauerna maceria.* D. August. Arcæ fenestram, latus dicit esse apertum, in quod iusti animam, ecu columbam, vt ingrediatur, inuitat. D. Bernard. serm. 61. in Cant. Vbi tuta, securáque securitas, & requies, nisi in vulneribus Saluatoris? In his se columba tutatur, & circumuolitantem intrepida intuetur accipitrem.

Psal. 31. Hebr. *Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me.* Hebr. *Tu es latibulum meum, erue me à volitantibus super me. In cauerna maceria.* Alij: *In latibulo graduum,* siue, *in latebris scalarum.* Allusio ad loca tutissima, & munitissima, ad quæ non nisi difficillimis scalis peruenitur.

Exod. 33. In Exod ad Moysem: *Est apud me locus, & stabis supra petram, & cum transibo, & abscondam te in foramine petra, & manu mea protegam te.* Quis tutior esse potest? quis in pectore Christi absconditus timebit?

Psal. 103. Alij. Hebr. *Si montes excelsi ceruis, petra refugium herinaccis.* Alij, *Cuniculis.* Alij, *Leporibus*, ex Hebr. Hoc est, si altiora cælorum refugium sunt Angelorum, qui veluti cerui perspicaciter intelligunt, intuentur, & citissimè quo vis feruntur; petra Christus erit refugium pauidis leporibus, qui, ceu plebs imbellis, dicuntur prudenter ponere in petra cubile suum.

Prou. 30. Lepores fugati, ne à persequentibus canibus dilacerentur, ad loca munitissima petrarum se recipiunt.

Zach. 9. Ad hæc vocantur: *Conuertimini ad munitionem vincti spei: hodie quoque annuncians, duplicia reddam tibi. Vincti spei,* hoc est, vincti, ac veluti captiui ipsius spei, non quidem inuiti; sed voluntarij ob voam spem vitæ æternæ, ceu lepores obsessi, & vincti, ab aliis capti, in carceres, & vincula coniecti, ludibriis, & contumeliis affecti, verberibus cæsi sine vlla defensione, ab ea spe ligati; conuertimini nunc ad munitionem, ad quam nullus improborum accedit, vbi securi duplicem corporis, & animæ gloriam consequemini.

Vulnera igitur sacratissima Christi, munitionis erunt locus, ad quem iusti confugient: quæ propterea videndo gaudebunt, & est vna ex causis, ob quas Christus vulnerum cicatrices seruare voluit, ad fiduciam, nimirum, ac lætitiam bonorum, & malorum terrorem in Iudicio. Vnde August. lib. de symbolo: Inimicis, inquit, vulnera demonstraturus est sua, vt conuincens eos, dicat: Ecce hominem, quem crucifixistis: videtis vulnera, quæ inflixistis: agnoscitis latus, quod pupugistis: quoniam per vos, & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis. O terrorem! ô formidinem!

D. Aug. l. de symbolo.

Isa. 49. Sed, ô fiduciam! ô spem iustorum! quibus ipse dicet: Ecce in manibus meis descripsi vos. O latus! ô chara vulnera! *In cauerna maceria.* Adbuc Alij: *In circuitibus ruptis.*

Alij. Cant. 2. Hinc anima illa in Cant. *Reuertere: similis esto, dilecte mi capreæ, hinnulóque ceruorum.* Hoc est, ad iudicium veni, mitis, & inermis, sicut ceruorum hinnulus, non in forma irati Dei; sed sanè in ea, inquit Bernard. in qua non modò natus; sed & paruulus natus est nobis: quo admoneatur infirmo mitescere in die iræ, memineritque in Iudicio

D. Bern. ser. 73. in Cant.

A misericordiam superexaltare Iudicio: etenim, si iniquitates obseruauerit etiam Electorum, quis sustinebit? Et ideò Pater dedit Filio Iudicij potestatem; non, quia suus; sed quia Filius hominis est: vult per hominem homines iudicari, quo in tanta trepidatione, & perturbatione malorum electis fiduciam præstet naturæ similitudo, vt qui cælum, terramque mouebit in virtute, sua accinctus potentia contra insensatos, & suauis nihilominùs & mitis, & quasi omninò inermis appareat propter electos.

Hinc Dauid: *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis.* Vel Chald. *Deus itinera rigoris tui, vel sententiam iudiciorum tuorum Regi Messiæ da.* Sic alibi: *Da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ,* &c. Psal. 71. Chald. Psal. 85.

B Ceruus est animal expeditissimum ad currendum, cornibus adornatum, non ad læsionem armatum: vnde canum, leonum, vrsorum, aliarúmque bestiarum morsibus vehementer expositum. 21. Psalmus, qui Christi passionem ita clarè explicat, vt August. dixerit esse potiùs Euangelium Christi patientis, quàm prophetiam, inscribitur: *Pro susceptione matutina.* vel secundùm alios: *Pro cerua matutina.* aut secundùm Hieronym. *Pro ceruo matutino.* quem Basil. Gregor. Orig. & Alij Christum interpretantur. Rogat itaque Sponsa, vt cum eadem mansuetudine, qua morsibus canum olim expositus, reuertatur, idque maxima cum festinatione: *Reuertere, similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnulóque ceruorum.* Psal. 21. D. Aug præfac. 2. in hūc Psal. Alij. Hieron.

C Vbi præterea notat Bernard. impatientis, ac feruentissimi Sponsæ amoris affectum: nam vix abierat Sponsus, vt colligitur ex antecedentibus verbis, cùm tamen eum subitò reuocat. Reuertere. Quid? inquit Bernard. modò it, modò reuocas? Illum penè adhuc incipientem ire, iam tamen redire flagitas? Amor impatiens, amor intemperans facit hoc; nempe, is est, qui in pectoribus Sanctorum huiusmodi affectus excitat, quò citiùs fruantur Deo, qui proptereà, vt inquit Apost. diligunt aduentum eius, cupiuntque, vt citò adueniat dies ista, maiora acti amore, quàm timore perterriti: nam, vt ait August. amor reuerentiam nescit, familiariter accedit, maiestatem non cogitat, ponit se in salutari, & fiducialiter agit in eo. Perfecta charitas foras mittit timorem; seruilem, scilicet; vnde timor, quem tunc temporis habebunt Sancti, erit reuerentialis, & filiorum Dei. Sic Greg. ad illa verba Iob: *Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.* Ipsæ, inquit, virtutes cælestium, quæ Deum conspiciunt, in ipsa sua contemplatione contremiscunt: sed idem tremor non eis pœnalis est, non timoris; sed admirationis. &c. D. August. in Man. c. 20.

D Iob 26. D. Greg. ibid.

Virtutes cælorum mouebuntur. Motu iræ, & odij aduersùs peccata mundi mouebuntur: secundùm aliositatas, ac insolitas actiones mouebuntur, inquit Chrys. & August. timore reuerentiali, qui cum summo amore iunctus est, nec pœnam habet. Luc. 21.

E Amor non nisi Dei offensam timet. Ponas amantem in tormentis, in ipso Inferno: comminare illi mortem, non timet? Et quid timet? Peccatum? Tolle peccatum, & timorem non habet. Quod si non in hoc ipsis iustificatus est, quòd nihil sibi conscius sit, cùm Dominus sit Iudex futurus: ô quàm fiduciam tamen habet! &c. 1. Cor. 4.

Tantum, vt ad instar capreæ, hinnulique ceruorum postulet, vt reuertatur. Vbi præterea notandum, quòd dicunt hæc animalia acutissimi esse visus. Quid ergo hæc anima oculus illos non petrisus, Quid ergo hæc anima oculos illos non petit sed mescet?

mescet? Non, inquit Rich. ad illa verba: *Oculi eius tanquam flamma ignis.* (Apoc. 1. Rich. ibid.) A Vbi tactus quibusdam proprietatibus ignis, inquit, oculos illos igneos bonis lucis radios emissuros; malis verò flammas indignationis Flamma ignis, inquit Rich. lucem, & calorem tribuit, terrorem incutit, & exurit. Oculi igitur eius veluti flamma ignis sunt: quia electos respiciens illustrat luce sapientiæ, calefacit amore iustitiæ: reprobos autem respiciens, terret ferocitate comminationis, & exurit incendio damnationis. Iob in persona reproborum: *Oculi tui in me, & non subsistam.* (Iob 7. Psal. 24. Psal. 85.) Dauid in persona iustorum: *Respice in me, & miserere mei.* & loquitur de Iudicio: *Da imperium tuum puero tuo.*

Idem Iob in persona propria, *Quem visurus sum ego ipse.* Hebr. *Quem visurus sum mihi.* (Iob 19. Hebr. Vatab.) Vatab. id est, B bono meo, & ad commodum meum videbo, scilicet, Deum Iudicem mihi, non aduersùm me; sed pro me sententiam laturum. O verum Aquilæ congregantis pullum, qui radios sustinet, qui acie non palpitat, vt ab vngue in Infernum dimittatur!

Sic est, Fratres: tunc Christus aliquibus terrorem: aliquibus verò spem, & lætitiam præbebit. *Et erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem.* (Exod. 14.) Si tenebrosa, quomodo illuminabat noctem? Abulensis (Abul. ibid.) ibidem, ait, ex ea parte, quæ Ægyptios respiciebat, tenebras, terroremque attulisse: ex ea verò, quæ filios Israël respiciebat, lucem, ac splendorem præbuisse. Id, quod de tenebris illis Scriptura refert: *Factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Ægypti: nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat: vbicunque autem habitabant filij Israel, lux erat.* (Exod. 10.) C Hoc idem Greg. in illud. *In columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem.* In die, inquit Gregor. columna nubis monstrata est; in nocte columna ignis: quia Deus in iudicio veniens per lenitatis mansuetudinem blandè iustos demulcebit; peccatores autem per iustitiæ districtionem terrebit, &c. (Exod. 13. D. Gregor. hom. 12. in Euang.) Quo etiam loco Greg. Tartareum ignem nocti peccatorum præmonstratum dicit, in signum futuræ damnationis; diei verò iustorum blandimentum nubis in signum eorum æternæ saluationis, &c.

Hieron. ad Heliod. Veniet, veniet dies illa: tunc ad vocem tubæ pauebit terra cum populis, & tu gaudebis. (Hier. ad Heliod.) D Iudicaturo Domino lugubrè mundus immugiet, Tribus ad Tribum pectora ferient; potentissimi quondam Reges nudo latere palpitabunt, &c. Aristotelis argumenta non proderunt: tunc tu, rusticane, & pauper, exultabis, & ridebis, & dices: Ecce crucifixus Deus meus, ecce Iudex, &c.

Triturabis montes, & comminues; & colles quasi puluerem pones: ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo disperges eos; & tu exultabis in Domino, in sancto Israel lætaberis. (Isa. 41.)

Tunc congregabuntur ante eum omnes gentes. Nunquid Principes, & Magnates? Vtique sub nomine collectiuo, gentes: non enim tunc vllus E erit Magnatum respectus, siue distinctio; hæc etenim nomina, Reges, Principes, &c. personæ, laruæque sunt, quibus in hanc mundi scenam nonnulli parent; sed tunc latiis contritis, inquit Chrys. tantummodo operum erit inspectio.

Et ipsi præparantur cogitationes. ex Hebr. *Et ei tantum numerata sunt opera.* (1. Reg. 2. Hebr.)

A

DE INFERNO,

materia Orationis.

De pœna damni.

PVNCTVM CXXXVIII.

D*Iscedite à me, maledicti*, &c. *Et ligatis manibus, & pedibus, proiicite eum in tenebras exteriores.* (Matth. 25.) Heu! *Ne proiicias me à facie tua*, rogabat Dauid. (Psal. 50.) Quasi diceret: Quoduis aliud tormentum patiar: hoc solum exposco, ne proiicias me à facie B tua.

Reuocare curabant illi Absalom ab exilio: annuit precibus Dauid: *Veruntamen*, inquit, *faciem meam non videat.* (2. Reg. 14.) Quod ille supplicium vbi paruo tempore ægro animo pertulisset: Aut videam, tandem dixit, faciem patris, aut moriar. Quid in æternum à Dei facie exulare?

Huius solummodò Solis iam iam oculos clausurus Tobias orbatus lumine: *Præcipe*, inquit, *Domine, in pace recipi spiritum meum, expedit enim mihi magis mori, quàm viuere.* (Tob. 3.) Quid in tenebris exterioribus æterni Solis lumine in æternum priuari?

Et irascetur furor meus contra eum, & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & (Deut. 31.) C (hinc) *erit in deuorationem, inuenient eum omnia mala, & afflictiones: ita vt dicat in die illo: Verè, quia non est Deus mecum, inuenerunt me hæc mala.*

Miser, infelixque Caïn: *Ecce*, inquit, *eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra: omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me.* (Gen. 4.) Erat infelix hic expressa imago damnati eiecti à facie terræ viuentium, & à facie Dei.

Ab ea facie, quæ beat omnes intuentes; ab eo Deo, ad quem facti sumus. Fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Quomodo non sit inquietum, non os, sed cor extra suum locum? O tormentum!

D Heu! nullum violentum perpetuum: at ibi violenter anima perpetuò detinebitur, ne in suum Deum feratur. Deum, inquit August. non videbunt, quod est omnium miseriarum miserius? (D. Aug. l. de spiritu, & anima.) quis enim dicere potest, quanta pœna erit non videre Creatorem, & Plasmatorem omnium, Redemptorem, & Saluatorem fidelium, per quem sumus, & sapimus? Maior hæc est pœna Inferni. *Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino.* (Iob 20.)

Per aliquid temporis non visurus Deum Ezechias; sed in Limbi tenebras iturus eiulabat: *Dixi: non videbo Dominum Deum in terra viuentium*; (Isa. 38.) hoc est, non videbo patrem, qui me creauit: *Non aspi-* E *ciam hominem vltra*, id est, filium, de quo dictum est: Homo est: & quis cognouit eum? sed nec *habitatorem quietis*, id est, Spiritum Sanctum, de quo scriptum est: *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum?* O quàm magis eiulabunt, qui non ad tempus; sed in æternum, & vltrà non videbunt Dominum Deum in terra viuentium, non aspicient hominem vltrà, & habitatorem quietis! Etsi ad imaginem Trinitatis creati, vt Trinitatem viuificam videant, & contemplentur; eam tamen nunquam omninò, videbunt. (D. Chrys. hom. 47. ad pop.)

Chrys. Intolerabilis est gehenna, & illa pœna;

tamen

tameo licèt qois innomeras ponat gehennas, tale nihil dicet, quale illa felici excidere gloria; à Christo, odio haberi; audire: Nescio vos. accusari, quòd eum videnres esurientem non pauimus. Etenim infinita satius est fulmina sustinere, quàm illam mitem faciem non auersantem videre; & tranquillum oculum in nos respicere non sufferentem.

Exod 33. In Exodo per Moysem Deus ad populum: *Non ascendam tecum: quia populus duræ ceruicis es. Audiensque populus sermonem hunc pessimum, luxit.* Vbi

Gloss. Glossa pessimum dicit, hoc est, crudelissimum, atque mœstissimum. Quod enim malus alicui præstari potest beneficium, quam Dei gratiam habere præsentem, ac Conditorem suum agnoscere sibi esse propitium? Aut, quod malus est discrimen, quàm Authoris sufferre iram? Nihil habet boni, qui Creatoris sui caret gratia, atque præsentia.

Ibid. Hinc pro eodem populo Moyses: *Ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos.* Hæc ille ad Deum, qui tunc placari poterat. Quid implacabilis postmodum Dei irrecuperabilem gratiam perdidisse?

Et maximus damnatorum pœnis ea erit, videre cuncta se Agnum illum mansuetissimum irascen-

Apoc. 14. tem. *Cremabuntur igne, & sulphure, ante conspectum Sanctorum Angelorum, & Agni.* Quæ pœna hæc? Ante conspectum leonis, recte quidem, sed Agni? Hæc erit, Fratres, maxima damnatorum pœna: videbunt enim se damnatos, non a crudeli Deo, sed à Deo tam misericorde, qui tot modis, tot auxiliis, tot inspirationibus per Angelos, per homines, per exempla, per minas, &c. ab illis tormentis eos voluit eripere: & hæc recordatio affliget eos. Heu! clamabunt, nos ipsi hunc Deum Agnum irritauimus cuius mansuetudine, nunc in iram conuersa, abusi sumus.

Apoc. 1. *Oculi eius, tanquam flamma ignis.* Quiuis obtutus ignis erit. Noluerunt peccatores toties benignè respecti, ad Deum conuerti: ex tanta misericordia Deus maioris ignis pabulum desumet. Oculi eius, vt lampas, accendentur: misericordia autem, qua abusi sunt, erit, non oleum misericordiæ, sed oleum pabulúmque iustitiæ. Hoc oleum, quo & fatuæ virgines caruerunt, misericordes illos oculos accendet; non ad misericorditer intuendum; sed potiùs ad horribiliter concremandum.

Hine præcinctum eum vidit Ioannes ad mammillas zona aurea: q.d. fuerunt tandiu duo vbera mea, sicut duo hinnuli capreæ, adeò plena, exuberantiáque misericordiæ lacte, vt hinnuli peccatores abundè sugere possent. Magdalena ad pedes Christi, Paulus tot peccatis onustus, hinnuli erant ad sinistram locandi; sed adhæserunt diuinis vberibus, suxerunt meæ misericordiæ lac; nunc hæc vbera præcincta, constrictáque adeò, vt nec stilla manet. Quod & horribile est, zonam auream mamillas constringere; ad hoc, scilicet, innuendum, misericordiam impensam (cuius aurum symbolum est) constricturam sese: misericordia enim impensa constringit misericordiam: paucis eam sibi promereri potuissent; miseri noluerunt.

Matth 22. *Ligatis manibus, & pedibus proiicite eos in tenebras exteriores.* Ex maximis Inferni tormentis erit, sese manibus, pedibúsque constrictum videre. Heu! ergo manus, quæ poterant esse extensæ, liberæ, ac solutæ ad operandum, perpetuò erunt ligatæ! O

D Gregor. hom. 8. in Euang. quàm iustè, inquit in hunc locum Gregor. ligantur tunc pedes, & manus per districtionem sententiæ, qui modò à prauis operibus ligari nolue-

runt per meliorationem vitæ! O quàm iustè tunc ligat pœna, quos modò à bonis operibus ligauit culpa: pedes enim, qui visitare ægrum negligunt; manus, quæ nihil indigentibus tribuunt; à bono opere iam ex voluntate ligatæ sunt. Qui ergo nunc sponte ligantur in vitio, tunc in supplicio ligantur inuitè.

Pluet super peccatores laqueos ignis. Toti erunt Psal. 10. illaqueati, constricti, colligati. *Vna enim catena tenebrarum omnes erant alligati,* cùm iam ad horrendam noctem peruenerint, in qua nemo potest operari. I nunc, dicit Bern. & in medio gehennæ ex- D. Bern. ser. 75. in Cant. pectato salutem, quæ iam facta est in medio terræ. Quam tibi somnias prouenturam inter ardores sempiternos facultatem veniam promerendi, cùm iam transierit tempus miserendi? Non descendit ad Inferos Sanguis, qui effusus est super terram. Biberunt eum omnes peccatores terræ: non est, quòd sibi ex eo vendicent Dæmones ad restingi è dos focos suos; sed neque homines, socij Dæmoniorum. Venit nox in qua nemo potest operari.

Sap 17.

O rem, quæ tremorem simul, & horrorem concutiat! In tota æternitate nec mo et tum futurum, in quo quis valeat operari. Nunc intelligo, cur iurauerit Angelus, qui *iurauit per viuentem in* Apoc. 10. *sæcula sæculorum, quòd tempus non esset amplius:* quia, nimirum, incredibile videtur, per totum illud incomprehensibile æternitatis spatium, nec solum momentum temporis futurum ad operandum. *Et iurauit per viuentem in sæcula sæculorum;* hoc est, per illam æternitatem: Nec momentum erit ampliùs. Sic affirmo, sic iuro: nunquam manus soluentur, semper erunt ligatæ.

Tu recordaberis, dicit Propheta; sed inutiliter, Thren. 1. sed sine vllo profectu, *dierum afflictionis suæ, & præuaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat a diebus antiquis.* O! quo dolore torquetur anima, inquit in hunc locum Hieron, cùm in pœ- D. Hier. ibid. nis constituta tam serò dolet, se tunc negligentem fuisse, quando per bona opera potuit sibi subuenire: tunc cum Dæmonibus cruciata peccata præterita deplorat, tunc & ipsi Spiritus maligni deridebant otium, quod negligentes inutiliter duxerunt. *Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbatha eius.* Tot commoditates benè operandi, tot occasiones, tot Sacramenta, &c. quæ habuerat à dicbus antiquis: heu!

Et poma desiderij tui discesserunt à te. Fructus Ezech 18. illi imaginarij pœnitentiæ, desideria illa inefficacia, & putrescibilia relinquendi peccata, euanuerunt. Faciam, dicam: iam tempus non est ampliùs: ligatæ sunt manus, & pedes; sic que ligatæ erunt in æternum.

Ligatis manibus, ac pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. In Exodo inter cæteras Ægypti plagas, Exod. 10. quibus Ægyptij flagellati sunt, est & plaga tenebrarum: *Sint tenebræ super terram Ægypti, vt palpari queant: & factæ sunt tenebræ horribiles: nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat.* In Sap de hisce tenebris dicitur, quòd tam densæ Sap 17. fuerint, vt *nec ignis vlla limpida flamma illuminare potuerint noctem illam horrendam, nec ignis vlla vis poterat illis lumen præbere.* Hoc est, nec tædæ accensæ, nec aliquid aliud tenebras tam densas illuminare poterat. *Nemo mouit se de loco* Hebr. *Non surrexit vir de subter se.* Sept. *Nemo surrexit vllus ex cubili suo.* In eo situ, in quo tenebræ eos Hebr. Sept. comprehendebant, attonitis, pauore percussi steterunt: quo tempore adeò horribilia viderunt, vt præ timore sæpiùs quasi animam exhalarunt: adeóque

prauis

granis hæc pœna extitit, vt nona fuerit primogenitorum morti proxima: quò intelligas ferè fuisse mortem.

At, quænam erunt tenebræ infernales? Illæ fuerunt quidem tenebræ palpabiles, sed triuni dierum: hæ tenebræ horribiles sempiternæ. Iob 10. *Antequàm vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo; sed sempiternus horror inhabitat.* Vbi notanda est quaterna tenebrarum repetitio, tenebræ, caligo, vmbra, & horror. Hebr. *In terram tenebrosam super tenebras.* Sept. *Ad terram tenebrarum æternarum*, tam densarum, vt Ægyptiæ tenebræ ab Inferis superuenisse dicantur eodem Sap. loco: sic spissatum, & crassatum, vt nullum omninò lumen valeat illuminare hanc noctem horrendam. Heu!

Ignis ibi quidem erit intensissimam vim habens vrendi; sed priuatus lumine.

Ignis, & tenebræ. Ignis, qui, vt ait Basil. vstiuam vim habebit, illustratoriam non habebit. D. Basil hom. 5. in Psal. 28. *Vox Domini intercidentis*, non vim vrendi; sed *flammam*, splendorem, & lucem *ignis*. Dan. 3. Vt olim in fornace Babylonica intercidit a splendore ignis calorem ignis: sic in Inferno intercidet a calore ignis splendorem ignis.

Nec mirum: ibi quartus erat *Similis Filio hominis*: hîc *vera lux* illa deerit, *quæ illuminat omnem hominem*, quæ tenebras clarificat, qua præsente, nox, sicut dies, illuminatur.

O tenebræ super tenebras, carentia visionis! Hæc, Fratres mei, summa pœnarum est.

Gen. 15. Psal. 41. Psal. 16. Visio Dei est tota merces: (*Ego sum merces tua magna nimis. Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Satiabor, cum apparuerit gloria tua.*) Carentia è contra ineffabilis diuinæ illius visionis est tota merces reproborum: hæc est principalis, & essentialis eorum pœna, cuius respectu pœna sensus non est nisi accidentalis, & secundaria. Tollatur impius, ne videat gloriam Domini.

Isai. 26. iuxta Sept. Ezech. 14. Deut. 31. Iob 7. *Ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum. Abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem. Et non reuertetur oculus meus, vt videat bona.*

Gen. 31. iuxta Sept. Hebr. Aug. Si ille, quòd idolum aureum amisisset, exclamabat: *Furatus es me.* vel Heb. *Furatus es cor meum.* Vt ille alius inconsolabiliter plorabat, quòd pariter illi idolum sustulissent; quid erit verum Deum perpetuò amisisse, & eius visione carere?

Sed, quid loquor, aut quibus loquor, inquit Augustin. hæc amantibus pœna est, non contemnentibus. Qui dulcedinem sapientiæ, & veritatis vtcunque sentire cœperunt, nouerunt, quod dico; quanta pœna est, tantummodò à facie Dei separari. Qui autem illam dulcedinem non gustauerunt, si nondum desiderant Dei faciem, timeant vel ignem, supplicia terreant, quem præmia non inuitant. Vile tibi est, quod Deus pollicetur? contremisce, quod minatur.

De pœna sensus.

PVNCTVM CXXXIX.

Matth. 25. D*Iscedite à me, maledicti, in ignem æternum, &c. Ligatis manibus, & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.*

Psal. 49. D. August. ad illa verba: *Ignis in conspectu eius* A *exardescet.* Non erit, inquit, iste ignis, sicut focus tuus: quò tamen si manum mittere cogaris, facies quicquid voluerit, qui hoc minatur. D. August. quo sup. Si tibi dicat: Scribe contra caput patris tui; scribe contra capita filiorum tuorum: nam, si non feceris, manum tuam mittam in focum tuum. facies, ne ardeat manus tua, ne ardeat ad tempus membrum tuum, non semper in dolore futurum. Minatur ergo inimicus tam leue malum, & facis malum: minatur Deus æternum malum, & non facis bonum? Ad malum faciendum nec minæ te compellere deberent: à bono faciendo, nec minæ te terrere deberent; minis enim Dei, minis æterni ignis prohiberis à malo, inuitaris ad bonum: vnde piger, B nisi quia non credis?

Sed, si non credis, iam iudicatus es; & experieris miser, quod non credis. Prima veritas, te arsurum ab igne æterno. At, quam vim ignis ille habebit vrendi? Ignis in se cùm sit anguli acuti, penetrabilior est omnia cæteris elementis, ac iisdem efficacior, vt asserit Plato in Timæo. Nunc, quæ erit vis ignis illius à Deo creati cum angulis tam subtilibus & acutis, vt veluti diuinæ instrumentum iustitiæ penetret, at intret in intimam ipsam animæ substantiam?

De hoc igne Iob: *Deuorabit eum ignis, qui non succenditur.* Iob 20. D. Greg. ibid. Vbi Greg. Neque studio humano succenditur, neque lignis nutritur; sed creatus durat C inextinguibilis, & succensione non indiget, & ardore non caret. *Qui non succenditur.* Hebr. *Qui non sufflatur.* Hebr. Aquila. Theod. & Symmac. vel, quod idem est cum Aquila, Theodotione, & Symmacho, *Sine sufflatione*; hoc est, qui flatu non eget, aut folle: creatus etenim est inextinguibiliter accensus. *Flatus Domini, sicut torrens sulphuris, succendens eum.* Isa. 30. Ergo quovsque Deus flatum habuerit, ille ignis ardebit.

Noster hic, qui flatu succenditur, non semper æqualem, & eandem flammam, sed per interualla quædam quasi intermissam attollit: at ignis, qui non succenditur, idem semper constánsque est; neque languescit, & remittitur; neque attollitur, & extinguitur; sed in eodem gradu accensus, in- D tensúsque durat.

Sic Chrysost. ad Theodorum Lapsum, vt eum hac consideratione leuaret: D Chrys. ad Theod. Lapsum. Cùm audis, inquit, ignem, ne arbitreris esse similem huic igni; accensus enim deferuescit; ille ardet perpetuò, nunquam intermoritur. Disparitatem aliam addit Chrys. Hîc, ait, non contingit vehementia pœnarum, & earum diuturnitas; altera enim cum altera pugnat propter conditionem corruptibilis corporis: immortalitate autem succedente soluetur hæc pugna, & magna potentia nos in Infernum vtraque mala possidebunt.

O tormentum! ô pœnam! *Deuorabit eum ignis.* Iob 20. Vbi perpendendum est illud, *Deuorabit*, satis vltra- E rum, cùm de igne Inferni sermo est. *Et deuorabit eos ignis.* Psal. 20. *Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma.* Ioel 2. *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante?* Isa. 33. Quod deuoratur, ex omni parte in ventre vorantis includitur, & citissimè in substantiam vorantis mutatur: apertè indicans, animam igne voratam totam fore ignitam.

Ignis hic noster extinguitur aqua: *Ignem ardentem extinguit aqua.* Eccl. 3. ille ardebit in aqua.

Inter plagas Ægypti portentosè sanè, & horrendè, *Grando, & ignis mixta pariter ferebantur.* Exod 9. Hebr. *Erat ignis recipiens se, vel receptus in grandine.* Hebr. Sept. Sap. 16. Sept. *Erat autem grando, & ignis ardens in grandine.* Qua de re in lib. Sap. *Quod enim mirabile erat,*

erat, (D. Bonauent. scilicet, contrarium à contrario A non destrui) *in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat: & supra virtutem ignis exardescebat: nix autem, & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant.* Erat huius figura; sed tamen huiusce vitæ; vnde subditur, non semper vniformiter egisse: *Quodam enim tempore* (verba Textus) *mansuetabatur ignis*, (scilicet, quousque animalia reuocarentur, vel reducerentur de agris: in hac etenim vita tempus peccatoribus datur, si quando reduci velint,) [Psal. 9.] *ne comburerentur animalia*: & *vt ipsi videntes* (prædictam interpellationem) *scirent, quoniam Dei iudicio* (non euentu naturali) *patiuntur persecutionem*: nam *Cognoscetur Dominus iudicia faciens*, qui, sicut dicit Bernard. non est, cognitos iniurias patiens, hoc est, quod in hac vita successit; sed in B [Alij.] alia ibid. in figura: *Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescebat vndique: creatura enim tibi factori deseruiens exardescit*, vel *excandescit, in tormentum aduersus iniustos.*

[Iob 20. Hebr.] Circumscribens Sophar ille in Iob Inferni pœnas incipit à furore Dei: *Et emittat*, inquit, *in eum iram furoris sui.* vel Hebraicè, *Mittet in eum iram nasi sui.* hoc est, permittet exire, non cohibebit, nec continebit iram suam: sed, quandiu in misericordia continuit, in iustitia dimittet, ac emittet, quasi diceret: Qui olim *patiens, & magnus fortitudine.* [Nahum 1. Hebr. Chald.] Hebr. *Latus naribus*, & Chald. *Longè propellens iram*, tunc totam colliget, vt in peccatorem emittat. [Dan. 7.] *Fluuius igneus, rapidúsque egrediebatur a facie eius.* Vt liberam exeundi potestatem fecit ij C

[Iob ibid. Symmach.] *Et pluet super eum bellum suum.* Symmach. *Et effundet bellum suum super eum.* Qui olim stillabat, vel ad Austrum, vel ad Aquilonem; tunc non stillabit, sed effundet. [Pagn.] Pagnin. *Et plures faciet ægritudines malas super eum*; morborum bellum, scilicet, [Psal. 10.] super damnati caput effundet *Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.* [Deut. 32.] *Congregabo super eos mala*, quod est, pluere faciam ægritudines super eum: omnes febres, nimirum, & morbos, & miserias. *Fel draconum, vinum eorum: & venenum aspidum insanabile.* hæcque omnia super caput damnati igne Inferni distillabo; hoc est, ad quintam essentiam redacta in eum effundam. *Et sagittas meas complebo in eis.* D Nunc non omnes sagittæ intra nos sunt, non complent omnes; quia quandoque Deus in altum eiaculatur, vt terreat: sed tunc scopus diuini arcus, peccator erit, in quem omnes complebit sagittas: [Iob 20.] quod dicit Iob: *Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum areum.* & alibi: *Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum.* hoc est bellum Dei. O terrorem! quis poterit, quæso, sustinere bellum Dei, præsertim, sine spe vlla pacis?

Bella hominum, aut fœdere, aut pace terminantur; sed tunc non erit pax impiis, qui sicut in vita cucurrerunt contra Deum erecto collo, & contra omnipotentem roborati sunt; ita & Deus tunc pluet super eos bellum, & bellum suum.

Sed, quoniam locus hic Iob efficacissimus est, à suo eum capite resumamus. Loquitur hic Sophar, amicus Iob, de hypocrita, & de pœnis, quæ in Inferno punietur. [Iob 20.] *Hoc scio*, inquit, *à principio, ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum breuis est, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius* [D. Greg. & Hugo Card. ibid. Sept. Hebr.] *nubes tetigerit.* Hugo Card. Hoc est, si cælestem vitam se agere simulauerit, & intellectum similem veris Prædicatoribus, qui per nubes designantur, ostentauerit, iuxta Sept. *Si oblationes eius in cælum* A *conscenderint, & sacrificium eius nubes attigerit: quasi sterquilinium in fine perdetur.* Hebr. *Quasi stercus eius in æternum peribit.* quia, scilicet, pro vitiorum eius fœtore damnabitur. Vbi notandum est optima sterquilinij cum hypocrita comparatio: vt enim sæpe sterquilinium niue cooperitur; sic hypocrita iustitiæ candore contegitur: sed adueniente Sole, liquata niue, sterquilinium iam fœtens aperitur; & adueniente Sole iustitiæ, hypocrisis ipsa detegitur.

Infelix hypocrita: *Velut somnium auolans non inuenietur; transiet, sicut visio nocturna.* [D. Greg.] Vbi Gregor. Quid est vita hypocritæ, nisi quædam visio phantasmatis, quæ hoc ostendit in imagine, quod non habet ex veritate? Vnde rectè somnio quoq; comparatur: B quia ab eo omnis laus, & gloria, quasi dum tenetur, amittitur. Sæpè namq; in nocturna visione nonnulli pauperes factos se diuites admirantur: deferri sibi honores aspiciunt; diuitiarum moles, obsequentium multitudinem, pulchritudinem vestium, abundantiam ciborum sibimet adesse considerant; gaudent se euasisse penuriam, quam cum gemitu tolerabant: sed repentè, cùm euigilant, inueniunt, quàm falsum fuerat, quod gaudebant; eósque euigilasse pœnitet, quia euigilantes inopia vera tenet. Sic hypocritarum mentes, dum aliud est, quod agunt, atque aliud, quod hominibus ostendunt, laudes de ipsa sanctitatis ostentatione recipiunt: in æstimatione hominum multis melioribus præferuntur; & cùm intùs apud C se tacita cogitatione superbiant, foris se humiles demonstrant; cúmque ab hominibus immoderatè laudantur, tales esse quoque apud Deum existimant, quales se gaudent hominibus innotuisse. Vnde fit, vt etiam æternæ vitæ perceptoros se præmia præsumant; & qui hîc de humanis fauoribus exultant, illic se habituros requiem omninò non dubitant. Sed inter hæc occulta vocationis hora subripitur, & cùm carnis oculos claudunt, mentis aperiunt; móxque vt supplicia æterna receperint, ibi vident: quia virtutum æstimatione diuites in somnis fuerunt.

Benè ergo de hoc hypocrita dicitur: *Transiet velut visio nocturna.* quia hoc, quod se ad momen- D tum diuitem humanis æstimationibus vidit, de ostensione est phantasmatis, non de soliditate virtutis: nam, cùm mens eius in morte carnis euigilat, cognoscit proculdubiò, quia fauores circa se hominum dormiens videbat. Sequitur:

Oculus, qui eum viderat, non videbit; neque vltra intuebitur eum locus suus. [Iob 20. Greg.] Quis est locus hypocritæ, inquit Gregor. nisi cor adulantium? ibi quippe requiescit, vbi fauores inuenerit. Oculus ergo, qui eum viderat, non videbit: quia subtractus in morte, stultis amatoribus suis absconditur, qui eum consueuerant admirando conspicere: nec vltrà eum locus suus intuebitur; quia linguæ adulantium hunc ad iudicium fauoribus non sequuntur. Per- E git: *Filij eius atterentur egestate.* Quinam sunt filij hypocritæ, nisi ficta sanctitatis opera? tunc hæc fame peribunt, cùm inania esse patebunt. *Et manus eius reddent ei dolorem suum.* [Sept.] Sept. *Et manus eius exurent dolores*: hoc est, ex malis operibus ignis prodibit, qui inconsummabiliter consummabit: quid? dolores eius, hoc est, labores, & dolores, quos sub hypocrisi tolerauit, *Cùm enim dulce fuerit in ore eius malum: abscondit illud sub lingua sua: parcet illi, & non derelinquet illud: & celabit in gutture suo.* Allusio ad eos, qui præ dulcedine cibi eum sub lingua voluunt, ac reuoluunt, nec citò deglutiunt,

sed diu retinent, quò diutiùs deguſtent. Hebr. *Et prohibebit illud in medio palati ſui*; id eſt, retinebit diu, vt maior ſit voluptas. Sic hypocrita malum ſub lingua occultat, dum illud ſub blanda allocutione palliat; & interim quaſi ieiunus à vitiis mandit, ac remandit ſcelus. Sequitur: A

Panis eius in vtero eius vertetur in fel aſpidum intrinſecus; diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet illas Dominus. Quid per panem, niſi Scriptura? quid per diuitias, niſi Scripturæ ſenſus deſignantur? Has hypocrita deuorat, non mandit: quia ſacri eloquij eruditi myſteriis ſtudet, non vt eiſdem viuat; ſed vt cæteris hominibus, quàm ſit doctus, appareat, &c.

Nunc ad pœnam: *Luet, inquit, quæ fecit, omnia; nec tamen conſumetur.* Quia, ſi conſumeretur vita morientis, cum vita etiam pœna finiretur: ſed, vt ſine fine crucietur, viuere ſine fine in pœna compellitur, vt cuius vita hîc mortua fuit in culpa, illic eius mors viuat in pœna. Dicat ergo: *Luet, quæ fecit, omnia: nec tamen con ſumetur.* Qui a cruciatur, & non extinguitur; moritur, & viuit; deficit, & ſubſiſtit; finitur ſemper, & ſine fine eſt. Hæc ſolo auditu valdè ſunt terribilia, quantò magis paſſione? Sed, quia multitudo iniquitatis eius exigit, vt cætere ſuppliciis nunquam poſſit, aptè ſubiungitur: *Iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum, ſic & ſuſtinebit.* qui enim multa inuenit ad culpam, nouis inuentionibus cruciatur in pœna. Sicut enim exercitati in bonis operibus electi ſemper aliquid aliud, quod Deo placeat, adinueniunt: ſic hypocritæ plurima adinueniunt, per quæ ſolis hominibus placentes Deo diſpliceant. Iuxta igitur multitudinem adinuentionum ſuarum, ſic ſuſtinebunt. B

O miſerum hypocritam hîc, & ibi Martyrem Diaboli! In Heb. eſt: *Super copias commutationis eius non lætabitur.* Copias commutationis appellat fictas virtutum diuitias, quas miſer cum veris commutauit. Super his non lætabitur: quia, vt poſteà dicit, *Omnis dolor irruet ſuper eum.* vel, vt eſt Græc. *Omnis neceſſitas irruet ſuper eum,* hoc eſt, nudus omninò remanebit. — Hebr. — Græc.

Et deuorabit eum ignis, qui non ſuccenditur: affligetur relictus in tabernaculo ſuo: reuelabunt cæli iniquitatem eius: & terra conſurget aduerſus eum: apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei, &c.

Sed audi adhuc pœnam peculiarem hypocritæ. *Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus.* vel Hebr. *Percuſſiones dorſo ſtultorum.* Deriſores, ac ſtultos hypocritas appellat: quia fictiones illas, non niſi per ſummam ſtultitiam fingunt, vt laudis, nimirum, humanæ ſonum excipiant; ſed malleatores Inferni in eorum auribus muſicam facient, dum malleis eorum corpora percutient: nunc, quæ pœna illic erit, malleis tam immaniter percuti? — Prouerb. 19. Hebr.

Nec ſolùm aures, ſed ſenſus omnes ſua tormenta in Inferno habebunt. Oculi ſiquidem, triſtiſſimóſque illos Dæmonum vultus, quos ſi nunc ad momentum videres, non ſolùm horreſcerent, ſtaréntque comæ; ſed illicò morereris.

Non ſolùm laſura poterat illos exterminare: ſed & aſpectus per timorem occidere. Hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.

Odoratus fœtores: omnium etenim ſentina fæcum Infernus erit. *De cadaueribus eorum aſcendet fœtor,* adeò peſtilens, inquit Bonauent. vt vel vnius ſat eſſet mundum inficere vniuerſum: illuc etenim confluent fæces omnes elementorum, in- — Iſa. 14. — D. Bonau. in dic. ſalut. c. 39.

quit Baſil. vt eos crucient, qui hîc flores ad nares applicuerunt, quos & Dæmones irridebunt: *Date flores Moab, quia florens egredi tur.* Heu! ſi nares obturabat Martha ad ſepulcrum fratris: *Fœter, quatriduanus eſt.* quid ad tantorum cadauerum fœtorem? *Et erit pro ſuaui odore fœtor.* — D. Baſil. — Ezech. 8. — Ioan. 11. — Iſa. 3.

Guſtus abſynthium & fel: *Cibabo eos abſynthio.* — Ierem. 23.

Tactus ignem: *Diſcedite à me, maledicti, in ignem æternum.* Heu! plorat Caſſian. digito ignem modicum tangere horremus: & quomodo non formidamus in ignis rogum, ligatis manibus, & pedibus, coniici? *Vindicta carnis impij, ignis, & vermis.* Nutri ergo, nutri carnem iſtam tuam. — Matth. 25. — Caſſian. — Eccl. 7.

Quia oblita es mei, & proieciſti me poſt corpus tuum, tu quoque porta ſcelus tuum, & fornicationes tuas. — Iſa. 10.

Orig. ad illa verba Ezech 24. *Pone olla'm, & mitte in eam aquam,* &c. *Efferbuit coctio eius, & diſcocta ſunt oſſa illius.* vel, vt ipſe legit, *& decocta ſunt carnes, & excoctum eſt ius.* Scripta, inquit, ſunt hæc ſi dem ſermonibus pro eo, quòd lebetes, & cacabi nos ſuſcipient flammis ſuccenſi, in quos iniiciemur nos, qui animas noſtras incarnauimus. — Orig. hom. 9. in Ezech.

Nec ſolùm ignis; ſed & frigus, & glacies erit pœna damnati. Sic Hieron. & Auguſt. ad illud: *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* fletus ex igne, & fumo; ſtridor dentium ex frigore. Nunc quodnam erit tormentum ex igne tam ardenti mitti in tam gelidum frigus; & hinc inde immediatè tranſire. — Matth. 8. — Hier. & Auguſt.

Non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, vel hauriatur parum aquæ de foſſa, dum miſeri tranſibunt ab extremo frigore ad extremum calorem: *Ab aquis niuium ad calorem nimium.* Secum nec guttam aquæ deferent, qua refrigerentur: & dum exibunt ab extremo calore ad extremum algorem, nec ſcintillam ferent ex tot, tantóque incendio; ſed hic totum relinquentes calorem, totaliter in frigus intrabunt. *Abyſſus vallauit me, pelagus* (glaciale) *operuit caput meum.* C — Iſa. 30. — Iob 24. — Ionæ 2.

Natura non fert ſubitaneas mutationes: ſi gelidam manum, ſi pedem algentem igni admoueas, tormentum ſentis: tunc ſubitaneas cogetur ferre mutationes, &c.

Sed, vt in hanc tormentorum conſiderationem ingrediaris, ad mentem reuoca miſerandum Iob ſub manu Satanæ; cui tamen poteſtas à Deo præſcripta ſan, ac limitata: & primò, rerum omnium ſpolium videbis, facultatum, ſeruorum, filiorum, amicorum. *Abominantur me,* inquit, *& longe fugiunt à me, & faciem meam conſpuere non verentur: halitum meum exhorruit vxor mea: orabam filios vteri mei,* &c. Ad hæc, vt iam ſuprà diximus, cumulum dolorum ex tot, tantiſque morbis, quibus opera Diaboli laborauit; omnibus, nimirum, qui ſimul in humano corpore ſunt compoſſibiles; imò arte Diaboli incompoſſibiles, hiſque in vnoquoque membro, ac parte corporis extremalibus, deſperatis, ac mortiferis quoad ſe, licèt iuſſu Dei non peremptoriis. Vlcere peſſimo laborauit, quo cum vlcere ex Galeno elephantiaſis lepra, quæ totam carnem depaſcit, iuncta eſt. Ex hoc vlcere peſſimo, inquit Chryſ. miſerum Iob totum corpus perforatum habuiſſe; ac tabifici humoris riuulos, & vermium fontes inde manaſſe. *Tu in putredine vermium ſedes,* obiectat illi tormentoſa vxor apud Sept. *Mater mea, & ſoror mea vermibus:* vel le Hebr. *Offa mea per foraunt ſuper me,* morbus, nimirum. *Et qui me comedunt, non dormiunt.* Nec dormire ſiuunt, vt vermes, nimirum, D E — Iob 1. — Iob 30. — Iob 19. — Iob 2. — Sept. — Iob 17. Hebr.

Tertull. nimirum, quos Tertull. ait fuisse tot Dæmones. A
Chald. Chald. *Et lacerantes me non dormiunt.* Ad hæc acu-
tioribus doloribus conflictatus est: *Quasi rupto*
Hebr. *muro, & aperta ianua irruerunt super me.* vel Hebr.
Sicut irruptio magna venerunt, & ad meas miserias
Græc. *deuoluti sunt*, Græc. *Et in doloribus conuolutus sum.*
Iob.13. Primùm acutissima podagra laborauit: *Posuisti in*
neruo pedem meum. articularibus doloribus: *In ni-*
hilum reducti sunt omnes artus mei. Sic vbi nos le-
Iob 16. gimus: *Et qui me comedunt, non dormiunt.* Sept. le-
Sept. gunt: *Et nerui mei dissoluti sunt.* pessima dysenteria:
Iob 16. *Effudit in terra viscera mea.* renum dolore, & mor-
bo colico: *Circumdedit me lanceis suis: conuulnera-*
uit lumbos meos. pleuritide, angina, asthmate ex
difficultate respirandi, & thoracis contorsione:
Iob 17. *Spiritus meus attenuabitur.* Pagnin. *Spiritus meus* B
Pagn. *corruptus est.* Septuag. *Porro spiritu agitatus.* vt
Sept. qui hisce morbis laborant. Ad hæc febribus om-
nibus. Hinc aliqui ex Hebr. quod nos legimus: *Et*
Alij ex Hebr. *qui me comedunt, non dormiunt.* transferunt: *Pul-*
sus mei tota nocte non quiescunt. q. d. vehementis-
simis febribus laboro. Febri hectica laborauit:
Iob 19. *Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum.* pro-
Hebr. priè ex Hebr. *Pelli, & carni meæ adhæsit os meum,*
& euasi cum cuti dentium meorum; hoc est, ea tan-
tùm cutis, quæ est circa dentes meos, non est tabe
Iob 30. consumpta. Sic alibi: *Ossa mea aruerunt præ cau-*
mate, in me metipso marcescit anima mea, & possident
me dies afflictionis. Hinc vigilia, adeò vt mox ca-
Iob 7. pto somno à terroribus excitaretur: *Terrebis me* C
per somnia, & per visiones horrore concuties, & no-
Iob 17. *ctem verterunt in diem.* Hinc inappetentia: *Ante-*
Iob 3. *quam comedam, suspiro.* Item, laborauit dolore
Iob 17. cordis: *Cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes*
Sept. *cor meum.* Sept. *Conuulsa sunt compages cordis mei.*
Alij. Alij: *Rupti sunt articuli cordis mei.* Oculorum dolo-
Iob 2. re: *In amaritudinibus moratur oculus meus.* Ipsorum
vnguium vitio: *Testa saniem radebat.* Chald. *Ac-*
Chald. *cepit testam ad scalpendum se.* quòd vngues, scili-
cet, ad scalpendum aptos non haberet. Demum in-
tensissimo dolore capitis, omniúmque partium
ex interiori æstu, quo totus ardebat, & ex mor-
daci, ac pestifero humore, quo miserrimè la-
borabat.

Greg. In harum miseriarum consideratione Gregor.
Cùm, inquit, recognosco Iob in sterquilinio, cogi-
to, qualiter Deus in futuro cruciabit, quos repro-
bat, qui ita durè affligit, quos amat.

Si solus contactus diuinæ manus hunc eum re-
degit; quid cùm soluet manum, vt peccatorem
puniat?

Heb. 10. *Horrendùm est incidere in manus Dei viuentis.* In
manus, dicit, non manum: quia hîc vt plurimùm
Iob 19. Deus vtitur sola manu. *Manus Domini tetigit me.*
Psal. 136. *Posuisti super me manum tuam. Grauata est super*
me manus tua. Semper, vt vides, in numero vnitatis:
Psal. 31. tunc autem in numero multitudinis. *Manus suas*
Psal. 57. *lauabit in sanguine peccatoris. Altitudo manus suas*
Habac. 3. *leuauit. Leua manus tuas in superbias eorum in finem.* E
Psal. 73. vel, vt habet Felix, *ad minas in æternum.*
Felix.
Ezec. 21. Ezech. *Ecce ego ad te, eijciam gladium meum de*
vagina sua. In hac vita gladius Dei est in vagina
misericordiæ. Si quandoque nos percutit gladio; vt
est in vagina nos percutit: tunc euaginato gladio,
ambabus manibus, percutiet.

Sed, si adhuc Inferni pœnas non penetras, ocu-
Thren. 1. los attolle ad Filium Dei, sub Cruce, aut in Cruce;
Et si in viridi, quid in arido? *O vos omnes, qui tran-*
sitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis,
sicut dolor meus. Omnibus in partibus corporis tor-

A menta sustinuit, &c. *Et factus in agonia*, &c. in ma- Luc. 22.
nibus dolorum relictus vir dolorum. Et si in viri-
di, quid in arido? Nihil magis, quàm Christi passio
Infernum declarat.

Omnes huius vitæ dolores sunt particulares
dolores, hoc est, particularium partium, ac mem-
brorum dolores, non generales: & ideò, qui oculo-
rum vitio laborat, aurium fortasse non laborat: si
brachium habet infirmum, non habet pedem, &c.
quia non est dolor tam generalis, qui alicui parti,
siue internæ, siue externæ hominis nó parcat. Ipse
Iob dicebat: *Derelicta sunt tantummodo labia circa* Iob 19.
dentes meos. In Christo nulla pars corporis, ac ani-
mæ sentientis à doloribus immunis: portio infe-
rior relicta est, vt sola ministraret. Si hæc passus
B est Filius Dei, quid patietur inimicus Dei? *Omnes* Psal. 87.
fluctus tuos induxisti super me. dictum est in persona
Christi: & super peccatorem continebit aliquem,
nec omnes inducet?

Sed nec id cogitans permoueris? Audisti Iudicij
horrores? audisti tonitrua, fulmina, ignes, terræ
motiones, &c. audi nunc: *Et hæc omnia initia sunt* Marh. 24.
dolorum. Quid? *arescentibus hominibus? initia dolo-* Matth. 24.
rum: focus ille conflagrationis? initia dolorum:
martyria illa? respectiuè initia dolorum. Omnia
huius vitæ tormenta ad ea collata ludicra sunt, in-
quit Chrysost. ignis hic depictus est, inquit Au- Chrys.
gust. sunt initia dolorum. August.

Quid tu vides, Ieremia? Virgam vigilantem ego Ierem. 1.
C *video.* Paulò post: *Quid tu vides? Ollam*, inquit, *suc-*
censam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.
Vt, si virga non emenderis, in cacabum mittaris,
inquit Orig. Hæc nanque sunt huius, ac alterius Origen. vbi
vitæ mala: illa virga vigilante, atque oculata infligi supra.
solent: hæc, exigente culpa, sunt ab Aquilone, à
quo panditur omne malum.

O malum, ô malum verè malum sine vlla ad-
mixtione boni, & sine vlla prorsus carentia mali:
malum, inquam, sine refrigerio. *Ibi erit fletus.* sed Luc. 13.
ibi fletus non erit refrigerio; sed dolori. Nescio,
qualiter in lacrymis sit quædam dulcedo, inquit
in suis Confess. Augustinus, dum mortem amici August.
vnicè dilecti lamentabatur; sed inde est, quia la-
D crymando leuatur animi passio, ac dolor minui-
tur. Sed ibi lacrymæ nequaquam dulce erunt le-
uamen; sed dolorem augebunt: quippe quæ erunt
igneæ, vt inquit in Vitis Patrum Macarius, vnde In Vit. Pat.
maxillas adurent, sulcósque facient, vnde dif- p. 2. l. de
fluant ignitæ lacrymæ, quæ benè stibium abluant, compunc.
quæ cachinnos compensent. *Planctus est, & erit* Ezec. 19.
in planctum Ploremus ergo, Fratres, dicebat
ille, & producant oculi nostri lacrymas, antequàm
abeamus hinc, vbi lacrymæ nostræ corpora nostra
comburent.

De æternitate pœnarum.

E
PVNCTVM CXL.

SEd, si intensio non mouet, saltem moueat ex-
tensio. Supradictis, alijsque prætermissis pœnis
æternitas addenda est. *Custos, quid de nocte? custos,* Isa. 21.
quid de nocte? Nunquam finem nox ista habebit.
Heu! expectat mane febribus ille æstuans: inter-
rogat, quid de nocte? Consolantur eum: Iam iam
veniet mane. O perpetuam, ô sempiternam no-
ctem! non trium dierum, vt fuit nox illa Ægypti;
non sex mensium, vt est eorum, qui sub polo sunt;
sed totius immensæ æternitatis?

Psal. 78. *Vox tonitrui tui in rota* (symbolo æternitatis.)

Dan. 3. De fornace illa Babylonica dicuntur flammæ effusæ super ipsam fornacem cubitis quadraginta-nouem, non quinquaginta, quia ad extinctionem non perueniem: vnde ministri non cessabunt succendere fornacem naphta, & stuppa, & pice, &

Psal. 10. malleolis. *Pluet super peccatores laqueos* ergo nunquam misceri dissoluentur: quia ingi laqueorum pluuia perfundentur.

Psal. 48. Hinc Dauid. *Mors depascet eos.* Iam dixerat: *Sicut oues in Inferno positi sunt.* subdit: *Mors depascet eos.* ad instar, scilicet, ouium, quæ herbarum radices non euellunt; sed relinquunt eas, vt semper

D. August. ad pastum herbæ renascantur. D. August. legit; *Mors pastor est eis.* O infelices animæ, quæ, à morte ad pastum mortalem immortaliter ducentur, vt mortiferas herbas depascant in terra morientium, vbi suas radices egerunt: in terra etenim viuen-

Psal. 51. tium nullas radices habebunt. *Euellet te, & radicem tuam de terra viuentium.* vt iam illis nullum amplius bonum desiderium producat, spem nullam salutis relinquat.

Psal. 111. *Peccator videbit,* (quod clausis per culpam ocu-

D. Aug. ibid. lis videre noluit,) *& irascetur.* August. Cui magis, quàm sibi? qui propterea contra seipsum arma conuertet: quoniam ipsum sibi causam tanti supplicij esse videbit. *Dentibus suis fremet, & tabescet: desiderium peccatorum peribit.*

Innocent. Innocentius ad supradictum locum: *Mors*

Papa l. 3. c. 9. *depascet eos.* æternitatem hanc notat his verbis: Ductum est hoc à similitudine iumentorum, quæ non radicitùs euellunt herbas; sed summitatem solummodo carpunt; vnde herbæ iterum renascuntur ad pastum: sic & impij, quasi à morte pasti, in Inferno reuiuiscunt ad mortem, vt æternali-

Apocal. 9. ter moriantur. Tunc, subdit Innocentius, erit mors immortalis: tunc viuent mortui: qui vita sunt mortui, quærent mortem, & non inuenient; quia vitam habuerunt, & perdiderunt. O mors, quàm dulcior esses, quibus tam amara fuisti! Te solam desiderabunt optabunt, qui te priùs vehementer abhorrebant.

S. Gregor. In Inferno, inquit, erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cædentium, visio Dæmonum, confusio peccatorum, desperatio omnium bonorum, mors sine morte, defectus sine defectu: quia mors ibi semper incipit, & deficere nescit.

Psal. 31. *Die, ac nocte grauata est super me manus tua, dum configitur spina,* recordationis peccatorum,

August. subdit August. Hæc die, noctúque pungit, ac transfigit. Hîc homo remouet à se cogitationem peccatorum, distrahitur: sed in Inferno die, ac nocte recordatur, hásque punctiones sentit, ac sentiet in æternum.

Damnati in Inferno sentiunt ipsum æternitatis pondus. Qui ad triremes ad decennium damnatur; mox totius decennij sentit onus: qui ad totam vitam; mox, audita sententia, veluti in abysso remanet: quia totius temporis vitæ illud onus præsentit: pari modo damnati totius æternitatis onus sentiunt.

Desperatio illa liberationis maxima est eorum pœna. Hîc spes omnes mitigat dolores: febris hæc tandem desinet: dolor hic tandem finem habebit; quisque dum spirat, sperat; sicque omnes miseri se consolantur: sed in Inferno nulla spes. Iob: *Spes illorum abominatio.* hoc est, abomi-

Iob 11. nantur spem, quam sperare nequeunt: nam certo A certiùs se nunquam inde euasuros intelligunt.

Idem Iob: *Obliuiscatur illius misericordia: dulcedo illius vermes: non sit in recordatione: sed conteratur quasi lignum infructuosum.* O verba horrore plena! *Obliuiscatur illius misericordia.* Pie Deus, misericors Deus, ipsissima misericordia mea, qui fieri potest, vt creaturæ tuæ obliuiscaris, & obliuiscaris in finem sine fine? Dixit quondam Prophe- Iob 24.

ta: *Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Psal. 29.

Hebr. *Ad punctum temporis est indignatio eius, & vita.* vel, *vita in repropitiatione eius.* Alij: *Et vita in amore eius.* Sed tunc mors, non vita, erit in voluntate eius: volet enim, vt mors depascat eos, & ira non erit ad punctum temporis; sed ad mensu- Hebr. Alij.

ram æternitatis. *Vultus Domini super facientes ma-* Psal. 33.

B *la, vt perdat de terra* (viuentium) *memoriam eorum.* Iob 24.

Obliuiscatur illius misericordia, dulcedo illius vermes. Hoc est, nihil melius, aut dulcius habiturus est in Inferno, quàm vermes, & putredinem: hæc mollis culcitra, delicatúsque damnatorum lectus: hæ vanæ dulcedines, ac deliciæ præteritæ terminabunt. Sic Greg. Vel per figuram hypallagen, siue per antiphrasim dulcedo illius, vermes, hoc est, ipse erit dulcis vermibus, à quibus insatiabiliter vorabitur. Tigur. Est dulcis cibus vermium, & vermis eorum Tigur.

non morietur.

Non sit in recordatione; sed conteratur quasi lignum infructuosum. Sept. *Conteratur, sicut lignum* Sept.

insanabile. Vbi Nicetas, lignum concisum nullam Nicet.

C curationem admittit, vt sanari possit: inutile est in posterum, solummodo aptum igni.

O ignem, & ignem æternum! *Et ignis eorum non* Isa 66.

extinguetur, &c. Vbi Tertull. Longè alius est ignis, Tertul. in Apolog.

qui vsui humano; alius, qui Dei iustitiæ deseruit: hic enim non absumit, quod exurit; sed dum erodit, reparat. Quid mirum, si æternaliter ardebit? æterna erit materia, æternum pabulum; anima, & peccatum.

Greg. Iustum est, vt qui in suo æterno peccauit, in æterno Dei puniatur. Voluissent, subdit Greg. Greg. lib 4. Dial.

sine fine viuere, vt sine fine possent in iniquitatibus permanere: ad magnam ergo iustitiam pertinet iudicantis, vt nunquam careant supplicio, qui nunquam voluerunt carere peccato.

Et August. Quisquis huiusmodi damnationem, August. lib. 14. de Ciuit. cap. 15.

D vel nimiam, vel iniustam putat, metiri profectò nescit, quanta sit iniquitas in peccando. Peccatum malitiam habet infinitam: æquum igitur est, vt pœna sit infinita extensiuè, si non intensiuè. Heu, subdit Aug. Quisnam satis explicet, quantum malum sit non obedire in re facili, & tantæ potestatis imperio, & tanto terrenti supplicio?

In æternum, & vltra. Vt ingens ille lapis molaris Mich. 2.

in profundum deiectus, nunquam supernatat: sic Babylon in eo profundo erit in æternum. *Corruet, & non adiiciet, vt resurgat.* Alij: *Et non* Isa. 24. Alij.

supernatabit.

Post Angelorum casum: *Neque locus inuentus est eorum ampliùs in cælo.* O! o illud *neque ampliùs!* O verè horrendam æternitatem!

E *Transiit messis, finita est æstas: & nos saluati non* Ierem 8.

sumus.

Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga Ierem. 16.

mea desperabilis? Domine, Domine aperi nobis. Amen Matth. 25.

dico vobis, nescio vos. Et clausa est ianua.

Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua: cura- Ierem. 30.

tionum vtilitas non est tibi: omnes amatores tui obliti sunt tui, téque non quærent; plaga enim inimici percussi te, castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tua dura facta sunt peccata tua. Quid clamas super

super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua hæc feci tibi.

Psal. 48. Aug. ibid. *Frater* (Christus) *non redimit*, non educit ab Inferno damnatos, *redimet homo?* aut alios, aut se? Nequaquam: *Non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ.* non dabit, nec dare poterit: quia erit extra statum merendi: *& ideò laborabit in æternum* in tormentis perpetuis, *&* etiam *viuet adhuc in finem*, quia quæret mortem, & non inueniet.

Vsque in æternum non videbit lumen.

Vinculis æternis sub caligine reseruauit.

Iud ver. 6. Sap. 17. *Vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. Et dum putant, se latere in obscuris peccatis: tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt, pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati.*

Isa. 4. *Congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere.*

Malach. 1. *Vocabuntur populus, cui iratus est Dominus vsque in æternum.*

Osee 1. *Voca nomen eius: Absque misericordia, quia non addam vltrà misereri domus Israel; sed obliuione obliuiscar eorum.*

Iudith 16. *Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum.*

Iob 20. *Laet, quæ fecit omnia; nec tamen consumetur.*

Matth. 3. *Paleas comburet igni inextinguibili.*

Apocal. 14. *Fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum.*

Matth. 25. *Discedite à me, maledicti, in ignem æternum.*

S. Prosp. l. 3. de vita contempl. D. Prosper. Continuus gemitus, cruciatus æternus, dolor summus, pœnalis sensus, torquent animas, neque extorquent: puniunt corpora, neque finiunt: sibi deputatos ignis non extinguit, vt permanente sentiendi vita, pœna permaneat; & ad dolorem magis, quàm ad viuendum, æternis corporibus compeditos habeat, quos in flammis viuacibus immortalitas secundæ mortis occidat.

Quàm sit vtilis hæc meditatio pœnarum.

PVNCTVM CXLI.

QVoniam nolunt homines viuentes per cogitationem, & memoriam in Infernum descendere, in eum miseri descendunt morientes: refugiunt ibi esse per horæ spatium sola cogitatione, vt ibi sint tota anima, & corpore in æternum.

Et certè qui fieri potest, vt non sese ad meliorem frugem recipiat, & non conuertatur, qui talem animo versat cogitationem? Fixa hæc cogitatio, Fratres, mirum est, qualiter hominem mutet E & conuertat. *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos*
Psal. 76. *in mente habui: & meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.* vel
Hebr. Hebr. *Et scrutabatur spiritus meus sagacitia*, & præcipuè Infernum, eiúsque æternitatem; id, quod subdit: *Nunquid in æternum proiiciet Deus, aut non apponet, vt complacitior sit adhuc? aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem? aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas?* quid sit: *Sela*, hoc est, ita erit planè. Quid hinc? *Et dixi: Nunc cœpi* hoc est, si res ita se habebit, vt in æternum sit me certissimè proiecturus Deus, si malè egero,

Speranza Scriptura selecta.

A viuendi rationem Dei ope nunc muto: *Et dixi: Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi.*

O si hunc ignem cogitaremus! ô si moraremur in hac cogitatione! si non perfunctoriè, & per transitum, vt aperta manu hi flammam pertranseunt; sed firmam, ne dicam immobilem, hoc in igne teneremus manum mentis, quantùm inde vtilitatis consequeremur? Ideò non abs re Christus toties hunc iterauit ignem: non enim contentus est semel, bísve idem repetere; sed non nisi tribus acquieuit vicibus, inquiens. *Bonum est tibi* Marc. 9.
debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, & in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur B *Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum: bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, eiice eum: bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Cur iteratis vicibus semper idem? cur non satis dixisse semel, mitti in Infernum, sed potiùs tam distinctè idem non semel, & iterum; sed etiam tertiò repetere? Chrys. Si gehennam semper cogi- Chrys. hom.
temus, non citò in eam incidemus: idcircò toties 2. epist. ad
idem iterauit Saluator, vt ignis iste inextinguibi- Thess.
C lis, non tam citò extingueretur in nobis.

O quàm efficax huiusmodi ignis seria meditatio! Daniel vbi somnium Regis audiuit, ac Deo Dan. 4.
reuelante sensum intellexit, adeò metu perturbatus, perterrefactúsque est, vt dicat sacer Textus: *Cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora, & cogitationes eius conturbabant eum.* Sistamus hîc, quæso, paululùm. Quæ proportio inter diuinam hanc in Regem animaduersionem, & pœnam, qua Deus in Inferno punit damnatos? Quàm longè grauius cum Dæmonibus, quàm cum feris viuere? Quàm atrocius cruciari in flammis, quàm sub dio rore aspergi? Quàm acerbius per totum æternitatis spatium pœnas dare, quàm vnicum D septennium pati? Quàm horribilius, hominem cor intus habere Dæmonis, quàm cor feræ? Hæ tamen pœnæ temporales, ac terminatæ, quæ ad æternas relatæ, deliciæ, seu momentaneæ dici possunt, adeò mouerunt Prophetam, adeóque in formidinem diuinorum iudiciorum eum posuerunt, vt per horæ spatium stupens, ac tremens fuerit coram Rege sine voce.

Christus Dominus in imminentium pœnarum suarum meditatione sanguineo sudore perfusus est: & tamen, vt ex Theologorum sententia noui- 3. p. q. 46. art.
mus, Christi passio, ac tormenta, licèt omnium 6. ad 3. Suar.
grauissima, ad externa, ac immania illa Inferni disp. 33. sect. 2.
tormenta non peruenerunt. D. Fráciscus ad solum E candentis ferri aspectum, necdum contactum, totus quondam inhorruit; nec tamen ignis ille Fráncisco infernalis visus est, aut æternus; sed temporalis, sed ferè dixerim, instantaneus pro cauterio. Temporales Iobi dolores amicorum vocem ademerunt. Quid, si hæc omnia tormenta perpenderentur æterna?

Ibi dolores, vt parturientis: sed hi dolores perpe- Psal. 47.
tui. *Ibi erit fletus, & stridor dentium*; sed hic dolor Matth. 8.
perpetuus. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: sed hæc fames erit perpetua, &c. Mulier cum doloribus partus in æternum? homo cum dolore dentium in æternum, & viro à!

Sed hi dolores, & hæc pericula quem inue-

Psal. 114.

niunt, nisi inopinatum? *Pericula inferni inuenerunt me.* Hæc oscitantem, & ea non timentem, nec aliquando considerantem inueniunt.

D. Basil. Psal. 33.

Hæc meditatio valdè cohibet hominem à peccato: D. Basil. in Psal. 33. ad illa verba: *Timorem Domini docebo vos.* Cùm te, inquit, appetitus inuaserit peccandi, velim cogites profundum barathrum, inextricabiles tenebras, & ignem carentem splendore; vrendi quidem vim habentem, sed priuatum lumine: deinde vermium genus venenum immittens, ac carnem vrens, inexplebiliter edens, neque vnquam saturitatem sentiens, intolerabiles dolores corrosione ipsa insignes: postremò, quod suppliciorum omnium grauissimum est, opprobrium illud, & confusionem illam sempiternam. Hæc time, & hoc timore instructus animam à peccatorum concupiscentia, tanquàm fræno quodam, reprime.

Chrys. hom. 10. & 5. ep. 2. ad Doc.

Sic etiam Chrys. Si ignem concupiscentiæ habueris, oppone alium ignem: & hic statim extinctus euanescit. Et si volueris, quid absurdũ loqui; cogita stridorem dentium: & frænum erit tibi timor. Et si rapere volueris; audi Iudicem præcipientem, ac dicentem: *Ligatis manibus, ac pedibus proiicite illum in tenebras exteriores.* Si ebrietati, ac crapulæ vacas; audi diuitem dicentem: *Mitte Lazarum, vt intingat,* &c. Si immisericors es; memor esto virginum, quæ extinctis lampadibus à thalamo exclusæ sunt. Si arrodit te desiderium facultatum; cogita vermem immortalem: & facilè etiam hunc morbum depones.

O, quàm vtilis hic timor! Hieron. Ille ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere mancipaui.

Iob 10.

Ipse Iob: *Dimitte me, vt plangam paululùm dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam.* Quid? prodigium sanctitatis, times?

Hugo Card.

Vtique, si non planxero. Sic Hugo Card. ibidem: Tropicè loquebatur Iob, antequàm vadam, hoc est, ne vadam, si non planxero. Vbi notandum, iam inde taliter lacrymantem, & in eo fimo iacentem ex consideratione Inferni nouas adhuc lacrymas postulare. Notanda etiam vis lacrymarum: *Vt plangam paululùm.* q. d. vel quantùm, dum hîc sumus, extinguunt gehennam. Sic Chrysol.

Præscitorum est, nec ista consideratione moueri. Quis crederet nonnullos, nec viso barathro fuisse conuersos? Occurrit ne memoriæ Absalom? occurrat & scelus, & Chrysostomum loquentem audite.

2 Reg. 18. Chrys. in Psal. 7.

Absalom inuitus pependit: & non statim de medio sublatus est; sed, tanquàm in iudicio priùs suspensus est, & ligno affixus, & Deo è superis ferente sententiam longo tempore pependit, à conscientia deinceps flagellatus. Et vt scias, quod factum est, non fuisse humanæ industriæ; sed totum fuisse diuini iudicij; capilli, & lignum eum alligarunt, & brutum eum animal tradidit, & pro fune quidem coma; pro ligno autem arbor extitit, pro milite autem eum adduxit mulus. Quid verò miser? Ad Deum conuersúsne est? Nequaquam: quin

Abulen. ibi q. 12.

ex cuiusdam sententia apud Abulensem, Infernus ei apertus, siue imaginariè, siue realiter ostensus est; nec se tamen ad Deum conuertit. Probabile dictum videtur: nam nec digitum leuasse legitur ad exoluendam comam, quod natura suadere potuit: sed ex ea visione perterritus, ac immobilis factus, impœnitens damnatus est: nec patens Infernus eum conuertit. Exhorruit quidem ille, adeóque exhorruit, vt ne caderet, sese exoluere noluerit, donec potiùs transuerberatus interiit.

Non dissimile est illud, quod refert Beda in sua historia de gestis Anglorum. Noui, inquit, Fratrem quendam (quem vtinam non nouissem, cuius nomen etiàm, si hoc aliquid prodesset, dicere possem) positum in Monasterio nobili, sed ipsum ignobiliter viuentem. Corripiebatur quidem sedulò à Fratribus, ac Maioribus loci, atque ad castigationem vitam conuerti admonebatur; & quamuis eos audire nollet; tolerabatur tamen ab eis longanimiter ob necessitatem operum ipsius exteriorum: erat enim fabrili arte singularis. Seruiebat autem multùm ebrietati, & cæteris vitæ remissioris illecebris, magisque in officina sua die, noctúque residere, quàm ad psallendum, atque orandum in Ecclesiã, audiendúmque cum Fratribus verbum vitæ concurrere consueuerat. Vnde accidit illi, quod solet dicere quidam: Quia, qui non vult Ecclesiæ ianuam sponte humiliatus ingredi, necesse habet in ianuam Inferni, non sponte damnatus introduci. Percussus enim languore, atque ad extrema perductus, vocauit Fratres, & multùm mœrens, ac damnato similis cœpit narrare, quia videret Inferos apertos, & Satan demersum in profundis Tartari: Caipham quoque cum cæteris, qui occiderunt Dominum, iuxta eum, flammis vltricibus traditum. In quorum vicinio, inquit, heu misero mihi! locum conspicio æternæ perditionis esse præparatum. Audientes hæc Fratres, cœperunt diligenter exhortari, vt vel tunc positus adhuc in corpore pœnitentiã ageret. Respondit ille desperans: Non est mihi tempus mutandi vitam, cùm ipse viderim iudicium meum iam esse completum. Talia dicens, sine Viatico salutis obiit, & corpus eius in vltimis est Monasterij locis humatum, neque aliquis pro eo Missas facere, vel Psalmos cantare, vel saltem orare præsumebat.

Beda l. 5. de gest. Angl. c. 15.

Quidam Infernum vidit apertum, nec tamen pœnitentiam egit.

Hîc Beda exclamat! O quàm grandi distantia diuisit Deus lucem, & tenebras! Beatus Protomartyr Stephanus passurus mortem pro veritate, vidit cælos apertos: vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei: & vbi erat futurus ipse post mortem; ibi oculos mentis ante mortem, quò lætior occumberet, misit. At contrà Faber iste tenebrosæ mentis, & actionis, imminente morte; vidit Tartara, vidit damnationem Diaboli, & sequacium eius. Vidit etiam suum infelix inter tales carcerem, quò miserabiliùs ipse, desperata salute, periret; sed viuentibus, qui hæc cognouissent, causam salutis sua perditione relinqueret. Factum est hoc nuper in prouincia Berniciorum, ac longè, latéque diffamatum; multos ad agendam, & non differendam scelerum suorum pœnitudinem prouocauit. Quod vtinam ex hac etiam nostrarum lectione litterarum fiat. Hæc Venerabilis.

Factum id sanè ab illo, de quo multò antè D. Greg. in Dialog. Petrus quidam Monachus ex regione ortus Hyberniæ, loco vastæ solitudinis, cui Quassa nomen est, inhærebat. Hic, priusquàm eremum peteret, molestia corporis interueniente defunctus est: sed protinus corpori restitutus, Inferni se supplicia, atque innumera loca flammarum vidisse testabatur, qui etiam quosdam huius sæculi potentes in eisdẽ flammis suspensos se vidisse narrauit. Qui cùm iam deductus esset, vt in illo iam & ipse mergeretur, subitò Angelum corusci habitus apparuisse fatebatur, qui eum in ignem mergi prohiberet, cui & dixit: Egredere, & qualiter tibi post hæc viuendum sit, cautissimè attende. Post quam vocem, paulatim recalescẽtibus membris, ab æterno mortis somno euigilans, cuncta, quæ circa illum fuerant gesta, narrauit, tantísque postmodum se

D. Greg. 3. Dial. c. 6.

Inferni pœnas videns Petrus Monachus, grauissimã egit pœnitentiam.

se vigiliis, ieiuniisque constrinxit, vt Inferni eum vidisse, & pertimuisse tormenta, etsi taceret lingua, conuersatio loqueretur.

Clim. grad. 4. de obed. Sic, sic electi ex pœnarum visione, & considera- tione proficiunt. Vidi (ait Climacus) quendam co- quinarium, perpetuò in ministratione ploratum, & mœrorem possidentem, & supplicaui nunciare mihi, vnde, & quomodo talem gratiam obtinere dignus effectus est. Qui violentiam à me passus, respondit: Nunquam me hominibus seruire co- gitaui, sed Deo, & omni quiete me ipsum indi- gnum iudicans, hac ignis visione futuræ flammæ memorationem semper possideo.

Infernalem flammā sem- per cogitans assiduis ma- det lacrymis.

In Vit. Pat. l. 7. c. 44. *Vt proficiebat quidam ex meditatione pœnarum.* Sic alius in Vitis Patrum: Ego, inquit, ob pec- cata mea Inferno adiudicaui meipsum, dicoque: Ego cum his, cum quibus dignus es, illis post mo- dicum annumeraberis. Video igitur ibi pares ge- mitus, & incessabiles lacrymas. Aspicio striden- tes dentibus, & salientes toto corpore, & tremen- tes à capite vsque ad pedes. Video & mare ignis bullientis immensibile, & circumfluentes, & mo- gientes, vt putent aliqui vsque ad cælos attingere; fluctus ignis, & in tremendo illo mari innumera- biles homines deiectos, & vna voce omnes cla- mantes, & vlulantes simul, quales nemo super ter- ram vlulatus, & voces vnquam audierat, & sicut arentia omnis virgulti cremare: misericordia au- tem Dei se auertente ab illis. Et tunc lamentor ge- nus hominum, quòd audeat loqui, vel cuilibet at- tendere, tantis mundo repositis malis. Et in his te- neo mentem meam, luctum meditans, indignum me cælo, & terra iudicans.

Hier. ep. 22. His persimilis Hieronymus, qui scribens ad Eustochium, sic ait: Ille ego, qui ob gehennæ me- tum, tali me carcere damnaueram, scorpionum tantùm socius, & ferarum. Et Cyril. in orat. de exitu animæ: Gehennam, inquit, timeo, quippe inter- minatam: exhorreo Tartarum, vt cui nimiùm infit caloris: pauco tenebras, quoniam nihil admit- tunt lucis: formido pestiferum vermem, quoniam est perennis.

Hier. & Cy- ril. Infernum timebant.

D. Anton. *infernalium pœnarū me- mor, carnis vincebat il- lecebras.* De magno Antonio Athanasius in Vita: Ille, scilicet, Diabolus, per noctes in pulchræ mulieris vertebatur ornatum, nulla omittens figmenta la- sciuiæ: hic vltrices gehennæ flammas, & dolorem vermium recordans, ingestæ sibi libidini oppone- bat. Ille lubricum adolescentiæ iter, & ad ruinam facile proponebat: hic æterna futuri Iudicij tor- menta considerans, illæsam animæ puritatem per tentamenta seruabat.

Tob 6. Vt prædestinati ex huiusmodi consideratione proficiunt, His sanè dicitur: *Exentera hunc pi- scem, & fel repone tibi: valet enim ad vngendos ocu- los, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur.* Fel piscis est pœna Inferni. *Exentera hunc piscem*, id est, Dia- bolum, inquit Hugo: hoc felle prædestinatorum oculi sanantur: hoc Tobiæ, si quando cæcutiunt, illuminantur.

Hugo Card. ibid.

Deut. 32. *Vtinam, vtinam, & omnes homines saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Quæ verba eleganter premens Bernard. in ep. ad quendam, qui ausus fuerat Nouitium dehortari à proposito. Vtinam, inquit, saperes, quæ Dei sunt; intelligeres, quæ mundi sunt; prouideres, quæ Inferni sunt. Profectò Inferna horreres, superna appeteres, quæ sunt mundi, contemneres. Quæ quidem optimè præstitit ille, qui interrogatus: Quomodo sedes in hac spelunca? & quomodo toleras æstus, & cynipbes? Ista, inquit, ideò mitero, vt futuris cruciatibus liberer: ideò cymphes patior, æter-

D. Bern. ep. 292.

In Prato spir. c. 141.

Speranza Scrittura selecta.

num metuens ignem: hæc enim temporalia sunt, illa verò finem nullum habent.

De paucitate saluandorum.

PVNCTVM CXLII.

Matth. 17. *Assumpsit I. sus Petrum, & Iacobum, & Ioan- nem, fratrem eius; & duxit illos in montem ex- celsum seorsum: & transfiguratus est ante eos.* Duo- bus præcipuè epithetis Regius Vates Deū, ac Do- minum nostrum appellat: *Dulcis, & rectus Domi- nus.* Sed, quæ epithetorum connexio, dulcis, & re- ctus? Optima, inquit Cassiod. dulcis, vt ametur; re- ctus, vt timeatur. Hodie huiusce gloriæ veluti ostensionem facit, dulcis, vt ametur: sed in paucо- rum oculis, rectus, vt timeatur. Est conceptus Am- brosij. In eo, inquit quòd Dominus paucos secum detulit ad intuendam gloriam Transfigurationis; perpaucos ostendit esse eos, qui cælestem gloriam sunt adepturi.

Psal. 24.

Cassiod.

D. Ambr. in c. 9. D. Luc.

Luc. 13. Iuuenis ille apud D. Lucam: *Domine, dic mi- hi, si pauci sunt, qui saluantur?* Cui Dominus: *Con- tendite intrare per angustam portam.* Quod iam aliàs dixerat: *Lata porta, & spatiosa via est, quæ du- cit ad perditionem; & multi intrant per eam: angu- sta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam; & pauci intrant per eam.* Quod similiter aliàs conclu- sit: *Multi sunt vocati; pauci verò electi.* Quæ ver- ba de fidelibus in specie; non autem de omnibus hominibus in genere intelligunt Chrys. Gregor. & Origen.

Matth. 7.

4. Esd. 8. Facit ad hoc vtilissimum punctum locus Esdræ: *Hoc sæculum fecit Altissimus propter multos; futu- rum autem propter paucos.* cuius rei egregiam subii- cit similitudinem. Vt minima totius terræ pars au- rifera est; ea, nimirum, quæ præcipuis Solis radio- rum fauoribus gaudet: ita totius humanæ naturæ massa ea minima est portio, vnde pretiosissimum prædestinatorum gignitur aurum.

Adeò hoc verum est, vt pauci, & electi in sacris paginis inueniantur synonyma. *Domine, à paucis de terra diuide eos.* Chald. *Domine, à iustis, & ab electis diuide eos.* Sic Euthym. *A paucis*, id est, à pro- bis, qui pauci sunt, *diuide eos.* In diuino etenim vocabulario idem sunt pauci, & electi. Reprobo- rum ferè non est numerus. *Multiplicati sunt super numerum. Stultorum*, hoc est, peccatorum, *infinitus est numerus.*

Psal. 15. Chald.

Euth. ibid. Psal. 39. Eccles. c.

Apoc. 6. In Apoc. Vidit Ioannes mortem velociter equi- tantem: *Et nomen illi (equiti, nimirum) mors*, & eo- dem celeri cursu post hunc sequentem Infernum vidit: *Et Infernus sequebatur eum.* quia scilicet, plurimi, qui moriuntur, damnantur.

Isa. 5. 15. Vbi Propheta quasi è specula vidisset, quàm per- ditè homines viuant, quàm Dei obliti, &c. *Pro- pterea*, inquit, *dilatauit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino.*

Isa. 30. Idem alio in loco: *Præparata est ab heri Tophet*, Chald. *Gehenna*, Sept. *Vallis profunda. Ab heri*, hoc est, à primo tempore, quo Angelis peccantibus est constituta: quod ita stabile perdurat, ac si heri cœpisset: quouis enim æternitatis momento sic erit ardens ignis ille, ac si hodie arderet, & heri cœ- ptus esset incendi. Vbi notandum Infernum voca- si vallem profundam, ac dilatatam; vallem, quia facilis descensus Auerni; profundam, ac dilata- tam, ob multitudinem descendentium.

Chald. Sept. Corn. à Lap. ibid.

Apoc.20. Iterum in Apoc. Ioannes quosdam vidit libros, A deinde librum: *Libri aperti sunt, & alius liber apertus est.* Quid hoc? libri, & liber? hi prædestinationis, ac reprobationis, vitæ, ac mortis libri erant. Súntne, Propheta, libri vitæ, an mortis? *Et alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris.* Ad conscribendos ergo prædestinatos quasi libellus vnus

Genes.28. satis; præsciti verò libros complent. Gen. Videt Iacob scalam, & Angelos quasi manus porrigentes, & tamen exclamat: *Quàm terribilis,* &c. q. d. Vel tot adminiculis pauci conscendunt.

I.Pet.3. D. Petrus de Arca verba faciens: *In qua,* inquit, *pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt.* Et subdit, huiusmodi Arcam Ecclesiam referre. B

I.Cor.10. Apost. *Nolo, vos ignorare, Fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt,* &c. *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo: nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura,*

Syrus. Vatab. Syrus, *in typo,* Varab. *in exemplum facta sunt.* O terrorem! Egressa de Ægypto sexcenta ferè millia peditum, absque paruulis, & mulieribus, ex innumera hac multitudine duo solùm, Iosuë, scilicet, & Caleb, terrã promissionis ingressi sunt. Et Apostolus ait, id in figura contigisse: quod explicans

Theodor. Theodor. ait: Illa erant nostrorum typus: mare enim imitabatur piscinam, seu lauacrum, nubes gratiam Spiritus, Moyses Sacerdotem, virga Crucem; Israël verò significabat eos, qui baptizabantur. Egressio igitur, ac transitus per mare, baptizatorum, ac vocatorum multitudinem refert. Quid nunc duo illi? paucitatem saluandorum. C

Genes.6. Quid miramur? quomodo sese mundus habet? Ferè dixerim, vt tunc, omnis quippe caro corrupit viam suam.

Psal.14. Chald. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? (faciamus hic tria tabernacula.)* Chald. *Quis dignus est, vt habitet in tabernaculo tuo? Qui ingreditur sine macula.*

Hebr. Genebr. Hebr. *Qui ambulat perfectè,* vel *in perfectione.* Genebrard. *Præceptorum, & viæ, non patriæ* Sed quis ambulat in hac perfectione? quis seruat mandata? quis operatur iustitiam? Specialem: quis restituit? quis soluenda non differt? quis stat promissis? Vniuersalem: quis operatur bonum, &c. *Qui loquitur veritatem in corde suo.* Vah! hodie veritatem? *Nec*

Felix. Hieron. *egit dolum in lingua sua.* Felix: *Qui non detraxit.* D Hier. *Qui non est facilis in lingua sua.* Et quis non est facilis? mundus detractoribus totus refertus est.

Hi digni sunt, qui habitent in tabernaculo illo? homines sic imperfecti? quò nihil coinquinatum intrat, tam commaculati? Fieríne potest, vt sic viuentes transferri in cælum credamus? Regnum cælorum vim patitur à diebus Ioannis, qui non delicias, sed pœnitentiam prædicauit.

Summoperè curandum est, Fratres, vt inter paucos, non inter multos inueniamur. Heu! heu! si sollummodò vnus in mundo damnandus, quis non

Matth.26. eum fortè se futurum pertimesceret? *Vnus vestrùm me traditurus est.* Et perterritus quisque: *Nunquid ego sum, Domine?* Damnandi sunt multi, ac penè innumeri; & non timemus? &c. E

Eremita quidam vidit animas hominum, sicut densam niuẽ ad Inferna decidere, & tantùm tres ad cælestia regna commeare. Sed audiamus, ac horreamus. Legitur in libro de ortu Chartusien. quòd Innocentius VI. Papa, patria Lemouicensis, Canonista præcipuus, cùm adhuc Cardinalis esset, sanctum quendam Eremitam visitare solebat; qui, cùm quadam die cum suis ad eum venisset, viri Dei ostium pulsari fecit. Sed, cùm neque vox, neque sensus aliquis percipi potuisset; irruentibus tandem aulicis in cellam eius, ac ipsum extimulantibus, & quasi mortuum excitantibus, clamauit ille voce magna: O! ô! vidi mirabilia, vidi horribilia. Sciscitanti verò Cardinali diligenter, quæ viderat, respondit: Ductus ad Infernum, vidi decidere animas; sicut niues densissimas, aërem obnubilantes: ad Purgatorium verò, sicut niuem rarissimam: sed ad Paradisum tantùm tres introire vidi animas, illius, scilicet Episcopi, & illius Prioris Chartusiensis, ac illius viduæ Romanæ, singulas nominans personas. Cardinalis igitur, vir prudens, veritatem scire volens visionis, missis hinc inde nunciis, comperit, animas illas eadem hora corpore solutas. Fascicul. temp. ad an. 1343.

D. Vincentius Ferrerius narrat, quòd illa hora, qua B. Bernardus de hoc sæculo feliciter migrauit, triginta hominum millia decesserunt, inter quos fuit quidam Decanus Ecclesiæ Lingonensis, laudabilis vitæ, dum vixit. Hic mundanos fugiens honores, vitam elegit solitariam in quadam eremo, in qua per annos vigintiquinque versatus est. Obiit etiam eodem die, quo B. Bernardus, hic Decanus, qui post mortem apparuit Lingonensi Episcopo, cum magna gloria, & pro ipsius Episcopi, & omnium hoc audientium admonitione, dixit ei: Age pœnitentiam, emenda vitam, corrige conscientiam, dimitte superbiam, simul & auaritiam: aliter nunquam habebis cælestem gloriam: non enim tam facile est saluari hominem, sicut credunt: quoniam, dum ego præsentarer tremendo Dei Iudicio, affuerunt ibi triginta millia animarum, de quarum numero vix B. Bernardus, & ego sumus saluati, tres descenderunt in Purgatorium, cæteræ omnes ceciderunt in Infernum. His dictis disparuit. D. Vincent. ser. 6. in Septuag. Mart. Polon. in Prompt. c. 18. Specul. exẽp. dict. 9. exẽp. 82.

Quid ais? In vtranque aurem dormis? vtcunque saluari credis? omnes securos, & electos arbitraris? Falleris: pauci, pauci sunt, qui saluantur in comparatione eorum, qui damnantur. *Quomodo si pauca oliuæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi, cùm fuerit finita vindemia! Hi leuabunt manum suam, atque laudabunt nomen Domini.* Isa.24. Vbi Lyran. Post excussionem oliuarum, ac vindemiationem, paucæ remanent oliuæ, & pauci racemi; sic in Iudicio pauci erunt electi in comparatione damnatorum. Lyran. apud D. Vinc. quo suprà.

Inferni, ac Paradisi antithesis.

PVNCTVM CXLIII.

IOb: *Dimitte ergo me, vt plangam paululùm dolorem meum, antequàm vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligne, terram miseriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Infelix hæc terra Infernus est: huic ex diamento opposita Paradisus. Quid est Infernus? terra est palpabilibus, ac horribilibus tenebris plena sine vllo, vel minimo lucis radio; quia ignis ille calorem habet, & concremat, lucem non habet, nec radiat, nisi quantùm personæ tristes, ac vultus illi terrifici, & nocti similes, vt ait Basil. videntur. *Ad terram tenebrosam, & operosam mortis caligine.* Per mortis caliginem intelligit D. Thomas originale peccatum, & cætera mala pœnæ, & culpæ, quæ ex ipso proueniunt. D. Thom. Cogita itaque locum peramplum, & hunc totum repletũ tenebris, & peccato: locus etenim ille totus est veluti massa peccati eundem replens, vt quoquò te vertas, nonnisi peccatum videas; blasphemias, & maledictiones

maledictiones audias : nam, vt peccato miseri A moriuntur, sic in eo miserrimè perseuerant. Auarus semper aurum sitit, luxuriosus luxuriari desiderat. (Prou. 21.) *Anima impij desiderat malum*, inquit Salomon : sed (Psal. 1. 1.) *Desiderium peccatorum peribit*, inquit Dauid: nam voti compotes non fient, qui peccati affectum habent. O terram! ô terram vere opertam mortis caligine!

(Exod. 10.) Sed eleua tunc mentis oculos ad terram Gessen, terram optimam filiorum Israël, Ægyptiacis carentem tenebris, quem miro fulgentem lumine: spatium enim illud immensum plenum est splendore, & claritate, non caligine mortis, sed splendoribus vitæ; non peccati tenebris, sed luce gratiæ. Perscrutare vndique locum illum, vbique splendores, vbique gratiam, vbique gloriam intuebetis. B (Apoc. 7.) *Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen.* In ea siquidem charitate, ac amore, cum quo iustus moritur, in cælo semper erit, semper Deum amabit, ac semper laudabit. In (Apoc. 16.) Inferno è contrà *Blasphemauerunt Deum cæli præ vulneribus, & doloribus suis* O miseri! ô infelices! Deum illum, ad quem diligendum, ac laudandum creati estis, impiè blasphematis? Sed, ô felices, ô terque, quaterque beatæ animæ, quæ Deum laudatis, quæ arctissimo charitatis vinculo Deo hæretis! (1. Cor. 6.) *Qui adhæret Domino, vnus spiritus est.* Illic anima vnita est Deo, & Deus animæ per se verè realiter, & non per speciem, cùm Dei, vt est, (D. Thom. 1. p. q. 12. a. 2.) nulla sit species; sed Deus ipse felicissimè lumine C diurnæ gloriæ eleuat animam veluti ad esse quoddam supernaturale, ac diuinum, adeò vt eam deificet : non quòd anima suam amittat essentiam; sed, quòd fiat veluti diuina, ac deificata, tam similis Deo, vt qui eam videt, putet se Deum videre. Ferrum ignitum ignem refert, inquit Bern. gutta in mari non annihilatur; sed absorbetur: ita prorsus anima in eo charitatis incendio sic flammatur, vt diuinum illum referat ignem, & in illo dulcedinis pelago nequaquam annihiletur, sed absorbeatur; sicque absorpta Deum amet, Deum laudet. O felicem! ô iterum felicem! Deus meus, deficit mihi eloquium. (Psal. 83.) *Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Sed redeamus, ac iterum descendamus ad inferiora terræ. D

Terram miseriæ, & tenebrarum. Dicitur Infernus, terra miseriæ, inquit D. Thomas, quantùm ad pœnas, quas ibi patiuntur damnati; tenebrarum verò, quantùm ad earum Principes, qui ibi regnãt. O terram miseriæ, & tenebrarum! Illa propriè est terra miseriæ, quàm nulla subleuat misericordia. (Luc. 16.) *Miserere mei, Pater Abraham, quia crucior in hac flamma.* O verè miseriã in terra miseriæ! Ibi edax flamma comburit, inquit Greg. quos hîc carnalis delectatio polluit. *Terram miseriæ, & tenebrarum.* terra, in qua ipsi Principes tenebrarum dominantur. E (Luc. 22.) *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Heu! quanta est horum tyrannorum sæuitia! Iam suprà tetigimus, quàm male Iubum, Seruatoremque nostrum exceperint: & si hæc in viridi; quid in (Luc. 31.) arido? Si hæc permissa sunt in Filium Dei, qui dignitate personæ supplebat id, quod deerat pœnæ; quid permittatur in peccatore, qui sola magnitudine pœnæ luet peccati pœnas? Si volens Deus suam declarare misericordiam, permisit hæc in persona Filij, quid erit, cùm suam voluerit declarare (Apoc. 6.) iustitiam in reprobis, ac damnatis? Sinet certè,

A sinet ligatum ad mille annos, omninò liberum, ac solutum, totam suam in reprobos exercere potentiam sine exceptione, vt olim. *Animam illius serua*: (Iob. 2.) terra etenim est sub libero tenebrarum dominio. (Ierem. 6.) *Crudelis est, & non miserebitur.*

Sed iam euola ad terram felicem, non miseriæ, sed felicitatis æternæ. August. Dicitur de ea quodam in loco sic, quòd aufugiet ibi dolor, & tristitia, & gemitus. (D. Aug. ser. 11. de Sanct.) Quid hac vita beatius, vbi non est paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas, nemo læditur, irascitur nemo, nemo inuidet, cupiditas nulla exardescit, nullum cibi desiderium, nulla honoris pulsatio, aut potestatis ambitio, nullus ibi Diaboli metus, insidiæ Dæmonum nullæ, terror gehennæ procul? Mors ibi neque corporis, B neque animæ erit; sed immortalitatis munere vita iucunda. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Hebr. *In terra vitarum.* (Psal. 20. Hebr.)

Sed non sic in Inferno, non sic: *Vbi vmbra mortis.* D. Thomas, *Similitudo mortis.* Albertus, *Agonia perpetua mortis.* D. Gregor. Erit miseris mors (D. Thom. Albert. Greg.) sine morte: desiderabunt mortem, & mors fugiet ab eis: mors depascet eos. Sed iterum attolle oculos ad terram viuentium. August. O vita vitalis! (D. Aug. sol. c. 35.) ô vita beata! ô vita sine morte! vbi iuuentus nunquam senescit, vbi decor nunquam pallescit, vbi amor nunquam tepescit, vbi gaudium nunquam decrescit, vbi gemitus nunquam auditur, vbi triste nihil videtur, vbi lætitia semper habetur, & malum nullum timetur : quoniam ibi summum bonum possidetur, quod est videre semper faciem C Dei, & faciem Dei viuentis.

Vbi vmbra mortis, & nullus ordo. Nullus in Inferno est ordo : quod per se solum potest Infernum constituere: nam, quid aliud propriè esse potest, quàm Infernus, locus, in quo nullus sit ordo? Non est ibi ordo naturæ, quæ sine medio extremorum transitum non admittit : ibi enim ab aquis niuium transeunt ad calorem nimium: id, quod intentissimum auget dolorem, ex pugna, scilicet, extremorum, vt patet in manu gelidissima ad ignem admota. (Iob. 24.)

Item, ordo naturæ duo in eodem subiecto contraria in gradu intenso non admittit : sed ibi sunt D multa contraria simul. Aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: sic calor, (Isa. 64.) & frigus; labor, & otium; desiderium, & odium eiusdem rei, quam desiderant. Locus confusionis & Babylonica, vbi nullus ordo charitatis, nullus ordo pœnarum. Sic Gregor. Ita supplicia per Dei iustitiam ordinata, in mente damnatorum ordinata non sunt.

Sed, *Nunquid nosti ordinem cæli, aut pones rationem eius in terra?* Potesne mirum Angelorum (Iob 38.) ordinem narrare? Quæ à Deo non sunt, ordinata non sunt : ergo, quæ à Deo sunt, ordinata sunt; à Deo, qui totus est ordo, illic ordinata sunt omnia. Ordines ergo æternos, ô anima, contemplare, & E in suo quenque ordine intuere, Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubim, atque Seraphim: item Virgines, Confessores, Doctores, Martyres, Prophetas, Patriarchas, Apostulos; vnunquenque in suo ordine, vt inquit Apostolus, æqualiter, ac inæqualiter beatum. Petr. Damian. Licet sit di- (1. Cor. 15.) uersum pro labore meritum, charitas hoc suum facit, quod dum amat alterum, proprium sic singulorum commune fit omnium. Bern. Populus sine (Petr. Dam. Bern.) murmure, incolæ quieti.

Sed in Infernum denuò reuertamur. *Vbi nullus*

ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Sempiternus. O verbum! Si post millia millium annorum finem haberent pœnæ, felix, faustúmque vobis esset, ô damnati; pœnæ vestræ non essent sempiternæ: *Sed sempiternus horror inhabitat.* Si post millia millium, ac millium annorum insperent, vel insensibiliter minui pœnæ, felices damnati, beati reprobi: *Sed sempiternus horror inhabitat.* Quandiu diuina iustitia perdurabit, tandiu durabunt pœnæ. *Iustitia tua, iustitia in æternum.* O æternum! ô æternum! *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante, & cum ardoribus sempiternis?* Credimúsne ista? Heu non credimus. Vel post plagas ad Pharaonem dicentem: *Peccaui: Dominus iustus est: & ego, & populus meus, impij.* dixit Moyses: *Noui, quòd & tu, & serui tui nec dum timeatis Dominum Deum.* Quid? se peccasse fatetur, nec timet? Nequaquam. O quàm huic persimiles sumus, qui Deum timere dicimus, nec timemus! &c.

Psal. 118. Isa. 33. Exod. 9.

Sed, si timor non mouet, moueat amor: æternæ sunt pœnæ, æterna sunt & gaudia. *Dominus regnabit in æternum, & in sæculum sæculi.* & tandiu regnabunt Beati, tot, videlicet, millibus annia, quot sunt stellæ in cælo; ampliùs, tot centenis millibus, quot sunt in mari guttæ: adhuc ampliùs: regnabunt, donec erit regnum Dei: *Et regni eius non erit finis. Regnum tuum, regnum omnium sæculorum.*

Psal. 10.

Et faciet Dominus in monte hoc omnibus populis conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ: & præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati, & telam, quam orditus est super omnes nationes, & præcipitabit mortem in sempiternum. Audis me, anima mea, audis præclaram Dei promissionem? conuiuium gloriæ, hoc est, iuxta Interlineam, vbi de torrente voluptatis felices illi bibent lætitiam, sic apud Hier. Sept. O felices! non solùm læto animo, sed ipsam lætitiam de torrentibus voluptatis bibent. *Bibent lætitiam, bibent vinum,* defæcatum, sine fæce. Hic semper aliquid fæcis admixtum bibis: illic omninò defæcatum bibes, & in æternum bibes: & præcipitabit faciem vinculi colligati ab Adam, & telam, & mortem in sempiternum.

Isa. 25. Interlin. D. Hier. Sept.

Lauda Ierusalem, Dominum: lauda Deum tuum, Sion: quoniam confortauit seras portarum tuarū, &c. Quænam portæ, & quæ seræ hæ sunt, ô Propheta? Portæ mysticæ Ierusalem, sunt duæ animæ potentiæ, intellectus, & voluntas: ille voluitur in hac vita in cardine veri, ac falsi; hæc verò in cardine boni, vel mali, aut boni veri, vel apparentis: in altera vita confortantur seræ portarum, hoc est, confirmatur vnaquæque potentia, intellectus in cognitione veri, voluntas in amore boni, adeò vt ille falsum intelligere non possit, & hæc malum eligere nequeat. *Lauda* ergo, *Lauda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum, Sion: quoniam confortauit seras.* vel Hebr. & Græc. *Roborauit vectes portarum tuarum,* in cognitione, scilicet, illius æterni veri, & fruitione summi boni.

Psal. 147. Hebr. Græc.

Æterna est illa gloria, Fratres: non trium, aut quatuor dierum gloria, sed æterna. *Longitudo dierum in dextera eius, in sinistra vero illius diuitiæ, & gloria.* Dei hoc proprium est, altera manu gloriam, altera æternitatem largiri. Mundus tam momentaneas suas exhibet voluptates, vt altera dat, altera verò easdem auferre videatur.

Prou. 3.

Eia igitur, ad hanc æternam gloriam oculos erigamus. Inter hæc duo æterna vitam agimus, ac veluti Issachar inter terminos accubamus. Si præmia non inuitant, vt inquit August. pœnæ nos terreant: nam ex duabus æternitatibus nos altera necessariò, & absolutè manet, aut æternitas gloriæ, aut æternitas pœnæ.

Gen. 49. D. August.

DE PARADISO, materia orationis.

De gloriæ magnitudine.

PVNCTVM CXLVI.

QVanta hæc sit, eia dicat testis de visu: *Scio hominem in Christo,* &c. *raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum.* Nunc, Apostole, quando cælestem gloriam, diuinámque essentiam (vt plerique sentiunt) videre dignus quondā effectus es, dic nobis, qualis, quantaque ea sit? *Audiuit,* inquit, (Hebraïca phrasi, *prouidit,*) *arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Græcè, *quæ sunt ineffabilia.* Sic Procop. Non quòd tacere in mandatis haberet; sed, quòd efferre pro dignitate non posset.

1 Cor. 12. Aug. epist. 112. cap. 12. Clemens 5. Strom. Theod. & Anselm. hoc loco. D. Thom. 2. 2. q. 175. 3. Procop. in c. 64 Isa.

Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te! Et quàm magna est, ô Propheta! explicari nequit: solùm admirari fas est. O quàm magna! ô quàm multa, inquit Aug. multitudo dulcedinis tuæ, Domine! Sed, vbi est ista multitudo dulcedinis? Respondeo: Quomodo tibi ostendam multitudinem huius dulcedinis, qui palatum de febre iniquitatis perdidisti? O quàm magna! ô quàm multa! Vbi ad immensam, ac ineffabilem æternæ felicitatis dulcedinem innuendam eorum verborum emphasim, ac proprietatem notat Titelm. Quàm magna multitudo, quasi altera quantitatis differentia nequaquam sufficiat, si & altera non adiungatur, licèt neutra, quàm ea sit magna, vel multa declaret.

Psal. 30. D. Aug. ibid. Titelm.

Hinc Propheta similiter exclamat: *O Israel, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! Magnus est, & non habet finem; excelsus, & immensus.* Postquàm vidit Esdras suas singulis distribui coronas, &c. stupore affectus, *Ego autem,* inquit, *miraculo tenebar.* Nec mirum, cùm gloria sit ineffabilis. Cupit aliquis Romanæ vrbis glorias enarrare: sed, ne dicendo succumbat, hoc tantùm dicit: Pontifex ibi est. Cætera autem, videlicet, magnitudinem, pulchritudinem, diuitias, ipsimet cogitate. Ezech. *Nomen ciuitatis ex illa die: Dominus ibidem.*

Baruch 3. 4. Esdr. 2. Ezech. 48.

Quodnam istiusmodi ciuitatis est nomen, ô Propheta! *Dominus ibidem.* Quàm magna, quàm pulchra est ciuitas? *Dominus ibidem.* Hoc vnum: reliqua, si licet, animo cogitate. Hinc Apostolus: *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Vbi quasi tribus omnium amplissimis mensuris Apost. vtitur ad explicandas illas cælestis gloriæ diuitias; oculo, scilicet, aure, & corde. Quid non capit oculus, vel potiùs exigua oculi pupilla? montes, stellas, cælos. Quid adhuc capacius non capit auris? præterita, præsentia, futura. Quid hac etiam capacius cor non capit humanum? & tamen: *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec,* &c.

1. Cor. 2.

De hac ineffabili gloria admirando Regius Propheta clamabat: *Quid mihi est in cælo?* q. diceret, ait August. Excedit vires meas: excedit facultatem eloquentiæ meæ: transcendit capacitatem intelligentiæ

Psal. 72.

intelligentiæ meæ illud decus, illa gloria, illa celsitudo.

Eccl.45. In hac vita non satiatur oculus visu; sed utique in altera. *Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis, gloria, & honoris.* Quid ultra? *Et desiderio oculorum ornata.* q. d. Quantùm oculus desiderare potest, tantùm ibi est: ibi suum obiectum oculus perfectè adæquatum habet.

Ibi sensus omnes perfectissimè conquiescunt.
Cant.2. Hebr. *Ego flos campi.* Hebr. *Ego flos saturitatis.* Perquirite, ut libet, per hæc virentia prata rerum mundanarum, flores: nullum saturitatis inuenies: Deus solummodò flos est saturitatis. Sic. *Viderunt Deum,*
Exod.24. *& comederunt; & biberunt.* Quid? Fuitne esca eo-
Hebr. rum vidisse Deum? Utique ex Hebr. *Et fuit eis quasi*
Psal.16. *comedissent, & bibissent.* Quid erit tunc? *Satiabor,*
Alij. *cùm apparuerit gloria tua.* Alij: *Satietas deliciarum cum vultu tuo.*

Si solùm radius glorificati vultus in monte Thabor, vel inter passionis colloquia potuit quasi in ecstasim Petrum rapere, adeò ut cæterorum om-
Matth.17. nium oblitus dixerit: *Bonum est nos hic esse.* quid cùm de torrente voluptatis bibemus? Si Petrus stilla una extra se factus est, quid nobis continget, cùm in illo dulcedinis mari absorpti erimus? Nesciebat ille, quid diceret: aliquantulum, nimirum, fuxerat de torrente deliciarum, déque cælestium gaudiorum mero parum quid primis degustauerat labiis. De fluuio quodam mentis stuporem inducente, aut verum referunt, aut fabulantur: ô quàm vere biberat hic de fluuio, qui de Paradiso, voluptatis egreditur, quíque mentem rapit! &c.

Cant.5. An non rapta illa, quæ singula Sponsi sui membra, vbi propriarum similitudinum coloribus depinxit, auro, scilicet, caput palmæ exsatiem, columbis oculos, gemmis manus, myrrhæ primæ labia eius assimilans; nihil tamen omninò reperire potuit, cui guttur illius compararet: sed quasi in ecstasim constituta, id solum iucundissimum, ac suauissimum nuncupauit: *Guttur illius suauissimum.* quasi absorpta dulcedine nihil aliud de cælesti illo gaudio valeat explicare; cùm tamen reliquas Dei perfectiones, & attributa saltem delineauerit, ac, sic dixerim, adumbrauerit?

Psal.35. August. ad illud Psalmi: *Inebriabuntur ab uber-*
Aug.ibid. *tate domus tua, & torrente voluptatis tua potabis eos.* Nescio, inquit, quid magnum promittit nobis: vult illud dicere & non dicit. Quæ necessitas fuit, ut diceret: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ?* Quæsiuit verbum, vnde loqueretur de rebus humania: & quia vidit homines ingurgitantes se in ebrietate, accipere autem vinum immoderatè, & mentem perdere vidit, quid diceret: quia cùm accepta fuerit illa ineffabilis lætitia, perit quodammodò humana mens, & fit diuina, & inebriatur ab vbertate domus Dei. Quomodo potui, dixi: & quomodo possum, video: & quomodo video, dicere non possum: *Inebriabuntur ab vbertate domus tua, & torrente* (non riuulis) *voluptatis tua,* vel *deliciarum tuarum potabis eos.*

Hanc cælestis dulcedinis immensitatem expres-
Matth.25. sit Dominus, cùm dixit: *Intra in gaudium Domini tui.* non tantùm in te gandium, quàm tu in gaudium. q. d. deficeret iustorum sinus, si vastissimum illud contineret gaudium: intrent illi potiùs in profundissimum illud gaudiorum Ocea-
Isa.35. num. Quod idem dixit Isaias: *Lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium, & lætitiam obti-*
Alij. *nebunt.* vel iuxta Alios: *Apprehendent*, hoc est, erunt quasi submersi in deliciarum, gaudiorum-

A que pelago, voluptatúmque mare super caput habebunt; & hæ quidem erunt sempiternæ: eas etenim taliter obtinebunt, ac apprehendent, vt nunquam è manibus elabantur. Huius mundi deliciæ, ô quàm citò labuntur? Illæ, illæ sunt veræ deliciæ, quia sempiternæ, & quia Domini deliciæ sunt, non carnis morituræ deliciæ, non mundi fallacis gaudia; sed Dei: *Intra in gaudium Domini tui.* hoc est, esto particeps eiusdem gaudij, quod beatum efficit ipsum Deum. O immensam iò incomprehensibilem iustorum felicitatem? *Qui vi-* Apoc.3.
cerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Hanc mi- Psal.138.
rabatur Propheta, & quasi sibi nimia videbatur: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum.*

B Verum *sic honorabitur quemcunque Rex voluerit* Esth.6.
honorare. Dicite iusto, quoniam benè. Quodnam bo- Isa.3.
num est illud? Quicquid sub hoc nomine boni continetur. Sed dicas, quæso, quid dicimus iusto? *Quoniam benè.*

Ad Muysem quondam: *Ostendam tibi omne bo-* Exod.33.
num. quasi diceret: Noli animum contrahere, ô Moyses: aut aduersitatibus, ærumnísve nimiùm deiici: nam, licet labores, quos sustines, graues sint; & molestiæ, quas pateris, permolestæ: tamen merces tua maior est. *Ostendam tibi omne bonum.* Tria sunt in vniuersum bonorum genera: nam boni aliud honestum, aliud vtile, aliud verò iucundum: hæc omnia bona tibi ostendam. Ad hæc alia sunt animi bona, sapientia, scilicet, &
C virtus: alia corporis, pulchritudo, sanitas, robur: alia verò externa, velut diuitiæ, voluptates, gloria. Hæc omnia tibi ostendam, cùm omne bonum ostendam.

Nostis præterea, quid sibi voluerit Deus, cùm Moysi, iustísque omnibus in eius persona ostensurum se dixit *Omne bonum*? Ex schola Metaphysices idem fuit, ac si dixisset: Ostendam tibi omne ens, & consequenter omne verum: ens enim bonum, & verum, vt scholæ vtamur termino, conuertuntur. O felices! Ostendit quidem mundus ipse ens aliquod; sed transitorium: parum entis, accidentia multa. In cælo quicquid verè est verúmque substantiam ostendit Deus. *Ego sum qui sum.* Osten- Exod 3.
D dit hic mundus aliquod bonum; sed fucatum, sed fallax: aliquod etiam verum, sed mille fallaciarum technis admixtum: vnde Dauid: *Filij homi-* Psal.4.
num, vsquequò graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? In cælo, in cælo est omne bonum, ac summum verum. O bonum sine D August.in
malo! ô verum sine falso! August. Ibi voluntas Psal.26.
sine vlla admixtione mali adhæret summo bono: ac intellectus sine vlla admixtione falsitatis adhæret primo vero. *Ostendam tibi omne bonum.* Quale bonum? Omnis boni bonum. Vnde omne bonum, cui non addatur, quid sit, nisi ipsum bonum: dicitur enim bonus homo, & bonus ager, & bona domus. Adiunxisti, quoties dixisti, bonum est; sed
E bonum simplex: bonum, quo cuncta sunt bona, ipsa est delectatio Domini. Iam videte, Fratres mei, si vos delectant bona ista, quæ non sunt per se bona; qualis erit contemplatio incommutabilis boni?

Quid erit igitur, Fratres mei, cùm animæ his Psal.125.
solutæ miseris ostendet Deus omne bonum? *In conuertendo Dominus captiuitatem* nostram, *facti sumus sicut consolati.* In Hebr. est: *Facti sumus sicut* Hebr.
somniantes. Quod, ait hoc loco Titelman. exprimit magnitudinem repentini gaudij, & insperatæ lætitiæ: q. d. eos, quorum ad litteram est sermo, tanto

tanto olim perfusos gaudio, vt cùm primum Ægyptiacæ, seu Babylonicæ liberationis certi redderentur, non crederent; sed quasi tantam libertatem somniare se crederent. Sic olim Iacob: *Et euigilans quasi de graui somno*, &c. Ita planè Beati: Verène tantum mihi contingit bonum? Vnde ego in Paradiso Dei mei? *Tunc, tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.* Se se etenim totos in Dei laudes, & gratiarum actiones effundent.

Gen. 45. Psal. 125.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus, &c. *Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.* Alij. *Cuius participatio est tota simul.* hoc est, in idem velle, & sentire conspirat: cuius communio est arctissima, cùm ciues illi inter se gaudeant citra omnia religionis, & opinionum dissidia.

Psal. 121. Alij. Genebr.

Vel tota simul, quòd mox introgressus Beatus tota simul beatitudine perfruatur. Hic apud nos mortales, si quid habes boni, successiuè, non totum simul habes, &c. Sed illic remuneratio, ac merces est tota simul.

Et ideò illæ dulcedines, illa gaudia vera sunt gaudia: quia non differuntur; sed protinus dantur, & simul concessa non auferuntur. *Aquæ eius fideles sunt.* Vocat fideles: quia non dilabuntur, nec mutantur in amaras, vt mundi aquæ. Vnde Marginalis habet: *Aqua eius stabiles.* Quo sensu D. Hieron. transfert: *Petra eius panis.* quod habet vulgatus: *Panis ei datus est.* Et vocat petram, ad innuendam stabilitatem, & copiam. O felices illi qui nunc esuriunt: quoniam ipsæ tunc petræ ipsis panes erunt!

Isa. 33. Margin.

De pulchritudine loci.

PVNCTVM CXLV.

Apoc. 21.

QVàm pulchram credimus ciuitatem Dei! D. Ioannes in recensendis huiusce ciuitatis fundamentis satis immoratur: & licet in his non nisi impoliti, rudesque lapides, ceu oculis non expositi, ponantur; in his tamen vniones, gemmasque pretiosissimas, topazium, smaragdum, & id genus alias positas affirmat. Si margaritæ, sapphiri, ac adamantes conduntur in fundamentis, quæ non videntur; quid erunt consurgentia mœnia? quid palatia?

Miraris pulchritudinem Solis, Lunæ, ac stellarum? Hæc velim cogites veluti domus Dei lapides abditos in fundamentis. *Lunam, & Stellas quæ tu fundasti, O Israel, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius!*

Psal. 8. Baruch 3.

Hinc Dauid post descriptam ciuitatem Dei, *Ponite*, inquit, *corda vestra in virtute eius*, hoc est, eius potentiam perpendite, qui eam construxit. Hebr. *Ponite corda vestra ad exercitum eius.* vel Chald. *Ad cœtum, quàm multos milites habeat*, id est, Angelos, penè innumeros. *Et distribuite domos eis.* ex Hebr. *Et admiramini dies eius*, vel *exaltate palatia eius.*

Psal. 47. Hebr. Chald. Hebr.

Si Dauid constructurus templum parauit in opus thesaurum: *Auri talenta centum millia, & argenti mille millia*, & quasi hæc nulla essent, dixit: *Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini.* Qualisne erit ciuitatis illius pretiositas, ac præstantia, quam is construxit, qui quondam ait: *Meum est aurum, & argentum. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas aurum mundum. Ponite, ponite corda vestra in virtute eius.* Alij: *Ad diuitias eius.*

1. Par. 22. Apoc. 21. Alij.

O pulcherrimam Dei ciuitatem, si quisquiliæ, sic dixerim, eiúsque purgamenta, quasi extra mœnia proiecta, tam pretiosa sunt; hæc, quæ, nimirum, videntur: & quid erunt retenta, si proiecta tanto in pretio sunt hàbita? Si sordes è domo aliqua foras proiici videres; quas tamen non sordes, sed gemmas, sed aurum reuerà esse intelligeres, an non admirans diceres: Eo quam pretiosos in domo illa thesauros latere credendum est?

Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit, & deficit anima in atria Domini. Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, vel *ad limen Dei mei*, hoc est, minimus in regno cælorum; *magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.* Et alibi: *Vt videam voluptatem Domini.* Alij: *Amœnitatem.* Alij: *Pulchritudinem Domini.*

Psal. 83. Hebr. Psal. 26. Alij.

Quam volens aliquando describere Propheta, à quodam curru gloriæ voluit incipere. Nunc à rotis currum, si tamen licet, intelligite. *Et aspectus*, inquit, *rotarum, & opus earum quasi visio maris.* Hebr. *Quasi species Tharsis.* Hieron. *Quasi species chrysolithi.* Symm. *Quasi species hyacinthi.* Erant itaque rotæ, sic dicam, tot pulcherrimæ turchesiæ, quæ sunt coloris marini. Quis ergo totius currus splendor, si tam pretiosæ erant rotæ? Tobias: *Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem. Portæ Ierusalem ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur, & per vices eius alleluia cantabitur. Benedictus Dominus, qui exaltauit eam; vt sit regnum eius in sæcula sæculorum super eam. Amen.*

Ezech. 1. Prados & Villalpan. ibidem. Tob. 13.

De obiecto beatifico.

PVNCTVM CXLVI.

HÆc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, &c. Hinc Moyses: *Ostende mihi faciem tuam.* nam visio est tota merces. August. Tota merces est in videndo, quod amas, & in amando, quod vides. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.* Hieron. *Ostendes mihi plenitudinem lætitiarum ante vultum tuum: decores in dextera tua æternos.* Hinc iterum Dauid: *Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluptatem Domini*, vel, vt legit August. *Vt contempler delectationem Domini.* Quid? semper in ista contemplatione? Semper.

Ioan. 17. Exod. 33. Psal. 16. Aug. lib. 1. de Trinit. c. penult. Psal. 15. D. Hier. D. Aug. ibid.

Deus, ac Dominus noster, Fratres, tam in hac, quàm in altera vita, talem se præbet cognoscendum, vt qui eum cognoscit, simul etiam eum desideret. *In quem desiderant Angeli prospicere.* Vbi Gloss. Cur cernere desiderant, cuius faciem nunquam cernere cessant: nisi quia contemplatio diuinæ præsentiæ ita Angelos beatificat, vt eius semper visa gloria satientur; & semper eius dulcedinem, quasi nouam, insatiabiliter esuriant.

1. Petr. 1. Gloss.

Sic Gregor. Quid est, quòd Moses facie ad faciem cum Domino loquitur, & tamen Dominum obsecrat, vt faciem suam Dominus ostendat? nisi quia Deum videns, Deum semper videre desiderat.

Ioan. 14. *Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Cui Dominus: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me?* Miratur hîc August. Quomodo nunc uicit; Non cognouistis me, cùm profectò & quo iret, & viam scirent. Non ob aliud, nisi quòd ipsum vtique scirent. Sciebant; sed magis scire cupiebant. *A modo vidistis eum, & cognoscetis eum.* Ecce scire conuicti sunt, quod ie nescire nesciebant. D.August. tract. 69. in Ioan.

Eccl. 24. *Qui edunt me, adhuc esurient.* Edent, inquit August. satiata fame; hoc est, vtriusque satietatis, nimirum, famisque bono: fames enim duo habet, vnum molestum, iucundum alterum: molestum est, alimenti carentia; iucundum, quod excitat appetitum. Satietas item duo habet: iucundum, quod est refectio naturæ; molestum, quod fastidium, & nauseam parit. Beati ergo vtroque bono sine molestia feliciter perfruuntur: famem habent; sed sine cibi carentia: satietatem; sed sine nausea: nam cum æterna esurie suauissimè semper fatiuntur. Conceptus est D. Gregorij in Moralibus. D.Gregor. 18. Mor. 18.

Beati Angeli ab omni pœna anxietatis longè sunt: quia nunquam simul pœna, & beatitudo conueniunt. Ne sit ergo in desiderio anxietas, desiderantes satiantur: ne autem sit in satietate fastidium, satiati desiderant. Sic quoque nos erimus, quando ad ipsum fontem vitæ venerimus, erit nobis delectabiliter impressa sitis simul, atque C satietas: sed longe abest à siti necessitas, longe à satietate fastidium; quia & sitientes satiabimur, & satiati sitiemus.

Apoc 4. Hinc ante thronum erat mare, & Seraphim stabant, & volabant; quia, nimirum in eo, Diuinitatis Oceano, & Seraphim stant; & tamen per incomprehensibilitatis altitudinem volant.

Extant ciuitates quædam tanto mœnium ambitu, vt in eis peregrinari quis possit. Nimiue erat trium dierum. Memphis erat ambitus centum, & quinquaginta stadiorum, de qua Ethruscus ille:

Mille citta dinanzi in se contiene, &c.

In his ciuis ipse peregrinatur, præ rerum varietate, terumque copia. Id planè contingit in ciuitate Dei. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Ex Græco. Chrys. *Domine, quis peregrinabitur in tabernaculo tuo?* Quid hoc, habitabit, & peregrinabitur? Ita planè, adeò semper noua, iucundaque videt Beatus, vt ex noua diuinorum effectuum cognitione, & ex accidentali beatitudine, quæ per nouas reuelationes contingit, velut peregrinetur. D Psal. 15. Græc.

Obiectum illud beatificum est infinitum; & ideò comprehendi nequit. Inquit D.Ioann. Deum maiorem esse corde nostro. Quid sibi vult? Hoc certè cogita; quicquid vis, quod perfectionem habet: *Deus est maior corde nostro.* Imaginare magnitudinem, pulchritudinem, potentiam; Deus est maior corde nostro Estne fortitan Deus splendidior, quam mille Soles? Est maior corde nostro, quàm milliones! adhuc maior corde nostro, &c. E 1.Ioan. 3.

D. Anselm. O quàm meritò Anselm. Quid ergo per multa vagaris, homuncio, cùm omnia habeas in Deo? Quæris pulchritudinem? pulcherrimus est Deus, quin ipsa pulchritudo. Quæris bonitatem? Deus est summè bonus, quò melior excogitari non potest, &c.

Psal. 16. *Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo:* A *satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* D. Hieron. ad Hebraicum: *Ego autem in iustitia videbo faciem tuam.* Chald. *Ego autem in veritate videbo iucunditatem faciei tua. Satiabor in tempore, quo euigilauero à gloria similitudinis tua.* D.Hier. Chald.

Bern. ad illa verba: *Speciosus forma præ filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis.* Talis est, sequit, quem nos sequimur, cui adhæremus, totus desiderabilis, in quem non solùm populi; sed & ipsi quoque Angeli desiderant prospicere. Quid vobis suauius apponemus; nimirum, hæ sunt deliciæ Angelorum. *Gustate proinde, & videte, quoniam suauis est Dominus.* Et huic su uitati, huic sapori, huic sapientiæ, quæ trahitur de occultis, B omne, quod desideratur, non valet comparari. Quid enim miraris in Sole splendorem, in flore pulchritudinem, in pane saporem, in terra fœcunditatem; sed à Deo hæc vniuersa donata sunt; nec dubium, quin multò amplius reseruauit sibi, quam dederit creaturis. Psal. 41. Bern ser I. in festo omnium Sanct.

Paradisus patens est omnibus.

PVNCTVM CXLVII.

HAbentes Pontificem magnum, qui penetrauit cælos, teneamus spei nostra confessionem. Post primi parentis peccatum adeò cælum conclusum fuit, vt nemini, vel sanctissimo, antequam Christus in cælum ascenderet, apertum fuerit. Hebr 4.

Gen. 3. *Collocauit Dominus.* (in huius rei figuram) *ante Paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vita.* Nunc autem, ait Cyrillus, auertit Christus gladium, qui nos inde arcebat, ac liber ingressus factus est. Cyrill. l. 17. de orat. i spir.

Attollite portas, Principes, vestras: & eleuamini porta æternales, & introibit Rex gloria. Cur non aiunt, aperite portas; sed, attollite, omninò, scilicet, ex cardinibus? Chrysostom. quia videntes Angeli, quòd cæli iam ounquam erant claudendi, sed omnes iusti, & peccatores (scil cet, pœnitentes) pariter ascensuri erant in cælum: quia non erant necessariæ portæ cæli, cælo posteà nunquam claudendo; ideò non dicunt, aperite portas, quæ iam in Baptismo Christi fuerant apertæ; sed attollite. Psal. 23. Chrys. hom. 4. in Matt.

Portæ cæli nunc omnibus patent. D. Ioan. describit cælestem illam Ierusalem, tam illustrem, tam pulchram, tam locupletem; sed, quod mirum est, nemini interclusam, quin omnibus vndequaque patentem. *Ab Oriente porta tres, ab Aquilone porta tres, ab Austro porta tres, ab Occasu porta tres:* vndique portæ. Sed nunquid clausæ? Nequaquam: *Et porta eius non claudentur per noctem: nox enim non erit illic.* Apoc. 21.

Cuique nunc dictum est: *Ecce dedi coram te ostium apertum, &c. Et absque muro habitabitur Ierusalem.* Quamobrem rectè dixit quidam, pulchra est Ierusalem, sed non fortis. Libet videre? Apoc. 3. Zac. 2.

Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem, nouam, descendentem de calo. Ciuitatem appellat, non arcem. Præterea non dicit positam in aliquo inaccessibili monte; sed descendisse de cælo, ac in terram venisse. Dicitur etiam in quadro poni. Architecti autem iubent ciuitatem in quadro non fieri, ne de facili capiatur. Tandem in portis sunt nomina dodecim Tribuum filiorum Israel, quin quilibet intelligat, se illic quoad Deum, hoc est, voluntatem Apoc 21.

eius;

cius,quam vocant antecedeorem, & signi,conscri- A
ptum esse;ideóque ingredi posse ,modo propriis
sceleribus nomen non deleat , & tot patentes ia-
nuas suis ipse manibus non claudat.

Ezech. 41. Huc facit , quòd vidit Ezechiel Sancta Sancto-
rum circuncirca habuisse latera ; hoc est , sedi-
lia, vt interpretatur Hugo Carensis:cæterùm , ad
quid sibi sedilia , cùm nulli præterquàm summo
Sacerdoti, ingredi liceret?Sed post Christi ascen-
sionem nemini interclusus est aditus, quisque sal-
uari potest , & ex sedilibus illis sibi vnum potest
assumere.

Iob.36. Hinc Iob: *In manibus suis abscondit lucem , & præcepit ei,vt rursus adueniat : annunciat de ea ami-
co suo , quòd possessio eius sit , & quòd ad eam possit* B
Mich.2. *ascendere.* Hinc prophetice Micheas : *Ascendet*
Hier. *pandens iter ante eos.* vel , vt transfert Hieron. *Qui
audinit ante eos.* sumpta ab his metaphora , qui in
montibus niue obtectis iter aperiunt:ita Christus
iter cæli,frigidissima peccatorum nostrorum niue
coopertum , ac montis cælestis auditum occlusum
Luc.3. aperuit,& complanauit, vt modò sint cuique *Pra-
ua in directa,& aspera in vias planas.*

An non multas aperuit vias ,cùm in monte,
quasi iter pandens Apostolis,ac diuidens ante eos,
Matth.5. dixit:*Beati pauperes spiritu, &c.Beati mites* , &c.vbi
octo quasi directas vias aperuit?

Vetus Hebræorum traditio est,mare tunc filiis C
Israël duodecim præbuisse vias , iuxta illud Psal-
mographi : *Qui diuisit mare rubrum in diuisiones.*
Sic Origenes, & nouissimè Genebrardus. Voluit,
nimirum,Deus,vt vnaquæque Tribus sine vllo im-
pedimento liberè pertransiret , vt tantò faciliùs
ac citius terram promissam ingrederetur.

Prou.3. Via ad cælum facillima , quin multæ viæ. *Via
eius , via pulchra* , vt quisque saluari possit. Hinc
Psal.50. Dauid : *Docebo iniquos vias tuas.* non viam in nu-
mero vnitatis ; sed vias in numero multitudinis.
Hinc ab omnibus lateribus portæ,vt cuiusque sta-
Apoc.21. tus homines intrare possint. Hinc vxorato cum
Gen.28 filiis , & familia scala dimittitur cum Angelis as-
Isa.66. cendentibus, & descendentibus. Hinc carrucæ, & D
Psal.17. lecticæ. Quid vltrà ? *Inclinauit cælos, & descendit.*
Olim cælum tam altum , vt vix vllus posset con-
scendere:nunc adeò inclinatum est , vt quisque il-
lud digito tangat. Vt animam suscipiat Deus , cæ-
lum inclinat;vt latronem susciperet vsque ad lim-
Luc.23. bum cælum inclinauit : *Hodie mecum eris in Pa-*
Isa.51. iuxta al. *radiso.* O quàm verum illud : *Protexi te , vt plantes
cælos in terra!*Hinc milites audiunt præcepta vitæ,
quia & ipsi,si contenti sint propriis stipendiis, sal-
uantur. Hinc meretrices,&c.

*Absque muro habitabitur Ierusalem , p a mul-
Zac.2. titudine hominum , & iumentorum.* Quid ? iumenta
Psal.35. saluantur?Quidni ? *Homines , & iumenta saluabis,
Domine.* Mysticè , iustos , & peccatores saluabis,
Domine.

---

*Pro æterno præmio laborandum,ac
aliquid perferendum.*

PVNCTVM CXLVIII.

SEd , quid est , quòd nunc dicimus , cælum pa-
tere , cùm suprà diximus , ferè clausum esse,
eò quòd pauci saluentur ? Hinc patet hominum
incuria,ac socordia , dum cælestem hanc gloriam
exiguo labore comparandam , turpiter amittunt.
Marc.24. *Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in glo-*
A *riam suam?* Hæc Christianorum ignauia est , qui
volunt regnare cum Christo, sed non pati. *Si com- Rom.8.
patimur , & glorificamur* , inquit Apostolus. Vbi
D.Leo:Certa,atque secura est expectatio promissæ D.Leo.
beatitudinis vbi est participatio Dominicæ Pas-
sionis.Grauissima Leonis sententia.Non ait, pro-
babilis ; sed , certa , atque secura , &c. Hinc Do-
minus ad Apostolos:*Vos estis , qui permansistis me- Luc.22.
cum in tentationibus meis.*Quid hinc , Domine ? *Et
ego dispono vobis regnum,vt edatis,& bibatis.*

Vt aliquem cernitis super lapidem aduersita- Gen.28.
tum reclinare caput , dicite : Proculdubiò huic
cælum patet. Dolet ille : Requiem nullam inue-
nio:omnes me persequi videntur , &c. non vides
B hinc tibi cælum aperiri,ac scalam,per quam, adiu-
uantibus Angelis,conscendas,dimitti?

In Isaïa iuxta Septuag. *Qui ablactati estis , tri- Isa.28 iuxta
bulationem super tribulationem , spem super spem.* Sept.
Vbi Hieron. Vnum ex alio : spes ex tribulatio-
ne.Vbi notandum , perfectos quosque tribulatio-
nem super tribulationem expectare debere,& inde
spem super spem. Cùm aliquem videris deliciis
nutritum , nullas tribulationes perferentem ; ab-
lactatus non est, ac proinde exiguam , vel nullam
spem habet.

Quis nullis tunsionibus percutitur , nec vllis 3.Reg 6.
tribulationibus politur ; ab illo cælesti templo re-
C probatur.

Quis dicat,cur ciuitas illa dicatur aurum mun- Apoc.21.
dum simile vitro mundo , ac perlucida velut cry-
stallum?Quia certè illud igne conflatur ; hoc hy-
bernis niuibus,gelúque contrahitur.

Huc mysticè facit , quòd Salomon in basibus 3.Reg.7.
columnarum , & in cornibus peristyliorum bo-
ues , & Cherubim efformari iussit. Sed,quæ artis Exod 26.
hæc ratio est,tam formosa facies cum tam defor-
mi ? Beda : Non erat plana vlla ex parte superfi-
cies basium ; sed vndique mysticis sculpta figuris: Beda.
quo intelligeremus , quàm iuxta Cherubim glo-
riæ sit bos laboris,& patientiæ, si onus æquo ani-
mo perferatur.

D Delectet , delectet mentem magnitudo præ-
miorum,&non deterreat certamen laborum:quòd
si onus aduersitatum aggrauat,aspicias ut iuxtà po-
situs Cherubim , qui subleuat. Dolet ille : Onere
familiæ deprimor,onus super humeros impositum
gero.respice Cherubim gloriæ,&c.

*Non sunt condigna passiones huius temporis ad fu- Rom 8.
turam gloriam,quæ reuelabitur in nobis.Id enim,quod 2.Cor 4.
in præsenti est momentaneum , & leue tribulationis
nostræ* , (aut Græcè, *Quod in momento est leue , vt* Græ.
momentanea leuitas afflictionis nostræ.) supra modum,
(aut Græcè , secundùm hyperbolem , *ad excellen-
tiam*, id est, excellenter excellens,iuxta Theophy-
lactum ,) *æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*
Vbi Chrys. Theod. & D. Thomas antithesim no-
tant , *Momentaneo* , scilicet *æternum* opponi;*leue*,
E ponderi; *in præsenti, in sublimitate* , vel Hebr.*Val- Hebr.
dè valdè; tribulationi nostræ*, vmbræ,nimirum, tri-
bulationis , veram gloriam. Pulchrè August. cum D.August in
Christo quasi hæc verba loquente : Regnum cæ- Psal.91.
lorum venale habeo. Quid,inquit , Domine ? re-
gnum cælorum quo emitur?Respondet,paupertate
regnum;dolore gaudium ; labore requies; vilitate
gloria;morte vita.

Hinc Antonius apud Athanasium hanc Dei D.Athan.in
benignitatem , immensámque largitatem de- Vita D. An-
miratus , hanc ad suos habuit concionem : In ton.
præsenti hac vita , Filij , æqualia , sunt pro re-
rum commutatione commercia , nec maiora
recipit

recipit ab emente, qui vendit: promiſſio autem A vitæ ſempiternæ vili pretio comparatur: ſcriptum Pſal. 89. eſt enim: *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuagima anni: ſi autem*, &c. & pro his non parui temporis regnaturi ſumus in futuro; ſed omnium nobis ſæculorum regna tribuentur. Non terram hæreditabimus, ſed cælum: ergo, Filioli, non vos, aut tædium defatiget (in labore, ſcilicet, paucorum annorum? nam infantia, ſomnóque detracto, paucos in Dei ſeruitio annos inſumimus;) aut vanæ gloriæ delectet ambitio, vt pro terrena, ac vana gloriola cæleſtem, æternamque gloriam amittatis.

Quam igitur expetendæ tribulationes, quibus B cæleſtem comparamus gloriam, quæ quantò grauiores ſunt, tantò maiorem per eas gloriam acquirimus? Hinc toties in Prophetis onus, & aſ- Nahum 1. H. bac. 1. Theod. Symmach. Sept. ſumptio pro eodem ponuntur. *Onus Niniue. Onus, quod vidit Habacuc.* Vbi onus apud Theodoretum, Symmachum, & Septuag. eſt idem, quod aſſumptio. *Aſſumptio Niniue*, &c. Quo ſaltem hoc myſticè colligamus, onera aduerſitatum non deiicere, ſed leuare.

Eccli. 24. Hebr. Hinc anima illa, quæ videbatur aduerſitatibus preſſa, *Sicut palma*, inquit, *exaltata ſum in Cades*, quod eſt ſanctitas. Quaſi diceret: in ſanctitate, ac perfectione, ad inſtar palmæ, quo magis depreſſa fui, eò magis profeci: inclinata ſurrexi. Cant. 7. Quod innuit Sponſus in Cant. dum ait: *Statura* C *tua aſſimilata eſt palmæ* quaſi dicat: Aduerſitatibus creuiſti, ac profeciſti.

Cant. 3. Excreſcimus ergo, ac progredimur ad gloriam per tribulationes. In huius rei figuram, *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum.* D Hieron. lib. 14. in Ezech. hom. 2. Thren. 1. Alij. Quid excellens, mirandúmque opus deſignat? Ad rem Hieron. cæleſtem gloriam. Sed quis, aut qualiter aſcendat, vt feliciter ibi ſedeat? Tribulatus: nam protinus ſubditur: Et *aſcenſum purpureum*. Mirum, quanta ſit hominum ſocordia. *Viæ Sion lugent*, plorabat Propheta. Alij: *Viæ* Iſa. 33. *Sion herboſæ*: quia, ſcilicet, paupauci eaſdem terunt. Et Iſaias: *Angeli pacis amarè flebunt: diſſi-* D *patæ ſunt viæ; ceſſauit tranſiens per ſemitam.* Auguſtinus, amans vitam beatam; timebam illam in ſede ſua. Quiſque certè gloriam vellet: ſed thronum eius veretur aſcendere; quòd, videlicet, altior vi- 4. Eſd. 7. deatur: vellet ſiquidem ad ſuam potiùs voluntatem, commoditatémque deſcendere. Eſdr. *Ciuitas eſt ædificata, & poſita in loco campeſtri: eſt autem plena omnium bonorum:* (Quis eam ingredi nolit?) *ſed introitus eius anguſtus, & in præcipiti poſitus, vt eſſet à dextris quidem ignis, à ſiniſtris aqua alta: ſemita autem eſt vna ſola inter eos poſita, hoc eſt, inter ignem, & aquam, vt non capiat ſemita, niſi ſolummodo veſtigium hominis. Si autem dabitur ciuitas homini in hereditatem, ſi nunquam antepoſitum periculum pertranſierit, quomodo accipiet hæreditatem ſuam?* Concludit: *Si ingredientes ingreſſi non fuerint, qui viuunt, anguſta & vana hæc non poterunt* Pſal. 65. *recipere, quæ ſunt repoſita.*

Vt id Sancti omnes nouerunt! *Tranſiuimus*, dicebant, *per ignem, & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium*, &c.

Gen. 3. O quàm longè aberrant, qui putant, nullo labore gloriam adipiſci! *Poſuit Deus hominem in Paradiſo voluptatis.* Non ſimpliciter, inquit Chryſ. Bern. Chryſ. ſed, vt operaretur. Et Bernard. ſubdit: Quis ergo filios eius in loco afflictionis poſitos ad feriandum arbitretur? Non ad hoc de Paradiſo

A voluptatis nos animaduerſio diuina eieciſſe videtur, vt alterum ſibi hîc Paradiſum adinuentio humana pararet. Homo ad laborem natus, ſi laborem refugit, non facit id, ad quod natus eſt.

In Iob: *Vir vanus in ſuperbiam erigitur.* Sept. *Homo fruſtrà natat ſermonibus.* hoc eſt, fruſtrà co- Iob 11. Sept. natur traiicere verborum tantùm remigiis, deſideriorumque velis interpoſitũ illud mare, quod ante diuinum illum thronum interpoſitum vidit Ioannes. Manum operibus remigando cum ſanctis Apoc. 4. Apoſtolis laborer, neceſſe eſt. *Labores manuum tua-* Pſal. 127. *rum, quia manducabis beatus es, & benè erit.* Metonymia, hoc eſt, fructus laborum tuorum.

Sic Regius Propheta: *Et videas filios filiorum* B *tuorum, pacem ſuper Iſrael.* Vbi Auguſt. Quid eſt, D. Aug. inquit, filios tuos? Opera tua, quæ hîc agis. Qui ſunt filij filiorum? Fructus operum tuorum. Facis eleemoſynas, accipis vitam æternam: filij filiorum tuorum ſunt, &c.

Hinc Chryſoſtomus, non foliis illic opus, ſed fructibus; non verbis, ſed rebus. De Ioſeph in Geneſ. *Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt* Gen. 30. *vincula brachiorum eius.* Hebr. *Et roborata ſunt* Eugub ex Heb. Chald. *brachia manuum eius.* Chald. *Quia ſeruauit legem in occulto, propoſuitque conſtantem ſpem ſuam, poſitum eſt aurum ſub brachia eius, poſſeditque Regnum.* Vbi aurum gloriæ, non otio, ac deliciis; ſed conſtanti in perferendis laboribus ſpei cor- C reſpondere vides. Hinc eodem loco Iſſachar, qui vidit requiem, quòd eſſet bona; & terram, quod Exod. 28. optima; ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum: & in rationali, non in carbunculo, ſed in ſapphiro, qui cæleſtis coloris eſt, deſcriptus inuenitur.

Laboremus igitur, Fratres mei: perferamus, &c. dicamus & nos: *Ingrediatur putredo in oſſibus* Habac 3. *meis, & ſubter me ſcateat, vt requieſcam in die tribulationis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrum.* Non horreamus aduerſa; ſed amemus: ſed cum Apoſtolo potiùs gloriemur in eis: *Liben-* 2. Cor. 12. *ter gloriabor in infirmitatibus meis: & placeo mihi* Græc. *in infirmitatibus meis.* Græcè, *delector, oblector,* D *paſcor infirmitatibus meis.* Quid ergo doles in doloribus? Quid turbaris in opprobriis? Neceſſariæ ſunt tibi tribulationes, ac iniuriæ, vt per eas veluti per gradus ad gloriam conſcendas. Inimici ſunt mihi, inquies: ſed ſimul ſcabellum ſunt. *Do-* Pſal. 109. *nec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum.* per quod, videlicet, in cælum aſcenditur. Crux, crux, Frater, ſcabellum eſt; quod ideo Deus voluit honorari, ac adorari, veluti cuiuſque exaltationis inſtrumentum. *Adorate ſcabellum pedum eius, quo-* Pſal. 98. *niam ſanctum eſt.* Eapropter in poſterum inimicos non ampliùs inimicos; ſed magis proprio vocabulo amicos voca. *Amice, ad quid veniſti?* Neſcit enim Matth. 26. Chriſtianus inimicum, inquit Tertul. per quem ad E gloriam aſcendit.

Per aduerſa ergo, per tribulationes, ac labores aſcendamus, oportet. Transfiguratio, & gloria, quam Chriſtus Diſcipulis monſtrauit in monte, innuit aſcenſionem. Scandere ſiquidem opus eſt.

Et vidi, & ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, Apoc. 14. *& cum eo centum quadraginta quatuor millia*, &c.

Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum, & al- Apoc. 21. *tum; & oſtendit ciuitatem ſanctam Ieruſalem*, &c.

Quis aſcendet in montem Domini? Quis requieſ- Pſal. 23. *cet in monte ſancto tuo? Innocens manibus, & mundo* Pſal. 14. *corde, qui non accepit in vano animam ſuam.* q. d. Qui non torpet otio; ſed aſcendere contendit.

Vt quis ſaliat, enitatur, oportet: *Regnum cælorum* Matth. 11

vim patitur, & violenti rapiunt illud. Positus est ho- A mo in hac valle: scandat, opus est, laboret, &c.

Filij Israël ascenderunt, vel constituti fuerunt à Deut. 32. Deo *in excelsam terram.* At, per quot labores, per quot certamina, per quot discrimina? Pharao illos persequitur, vnde mare traiicere opus est. Mari traiecto, nunc aqua, nunc panis desideatur; modò aditus illis intercluditur; modò autem bello, hostibúsque premuntur: & denique annis quadraginta per montium auia, & solitudines errare necesse habent. Sic tandem ascenderunt *in excelsam terram.*

Heu! nos scandere nolumus: pauca quæque ascensio nos fatigat, &c. Tribulationem aliquam pati oportet; sed vel leuis non aggrauat, &c. Ieiu- B nandum; sed labor ieiunij nobis durus videtur, &c. Vincendæ tentationes; sed labor resistendi non amplectitur, &c. Laborem nolumus. Et tamen hæc Psal. 127. gloria fructus est laboris. *Labores manuum tuarum manducabis.*

Isa. 14. *Et erit in die illa, cum dederit tibi Deus requiem à labore tuo.*

Isa. 32. *Sedebit populus meus in requie opulenta*; sed non nisi post labores.

Matth. 11. *Venite ad me, omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris.*

Per quam aliam viam, nisi laborum, ascenderunt Sancti in hanc æternam requiem? Heb. 11. Hebr. 11. *Alij ludibria, & verbera experti, insuper & vincula,* C *& carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, egentes, angustiati, afflicti,* &c. Quid non passi sunt Sancti? Quos non pertulerunt labores? Huiusmodi labores gloriam illis Exod. 1. peperetunt.

Exod. 1. Vrbes, quas in Ægypto per tot la- Hebr. bores, ac sudores Hebræi ædificauerunt, dicuntur fuisse vrbes *tabernaculorum.* Hebr. *thesaurorum,* ac si dum tot laboribus insisterent, sibi thesauros compararent. Sic & thesaurus gloriæ; sic & æterna requies, ô quam multis laboribus comparanda!

Sed, cur multos dico labores, quibus thesaurus gloriæ, & æterna requies comparatur! Multi quidem, & magni nunc videntur; sed tunc in illa magna requie, ô quàm pauci, & quàm parui vi- D Eccl. 51. debuntur!

Modicum laboraui, (dicet tunc Sanctus,) *& inueni mihi multam requiem.* Quid? tot labores, tot pœnæ, tot afflictiones, tot angustiæ, & omnia, quæ passi sunt Sancti, modicum quid? Sic est, Fratres. In cælesti domo maximi huius vitæ labores parui, aut nulli videbuntur.

Matth. 9. Matth. 9. iussus est paralyticus triginta & octo annorum surgere, & portare lectulum humeris, & ire in domum: & statim dicitur surrexisse, iuisseque in domum suam: *Et surrexit, & abiit in domum suam.* nec vlla fit lectuli mentio: cur ita? vt insinuetur laborum, ac dolorum obliuio. Sic & multò magis in illa cælesti domo parui videbuntur, nulli videbuntur, E quin in obliuionem ibunt omnes huius vitæ labores.

Ioan. 16. *Mulier cùm parit, tristitiam habet: cùm autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium.*

Prou. 31. *Date siceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo. Bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.*

A Adeò in cælesti gloria tribulationes, & dolores in obliuionem eunt, vt nec etiam ipsorum nomina recordentur. Tunc *erit cælum no-* Isa. 65. *uum, & terra noua, & non recordabuntur priorum, nec venient super cor eorum; sed gaudium, & exultationem inuenient in ea.* Quid sibi vult illud *priorum*? cur non dicit priorum laborum, priorum ærumnarum? Quia inter tot lætitiæ exultationes, nec aduersitatum vocabula re- Abbas Cel- cordantur. Sic Abbas Cellens. Nomen mor- lens. l. de tis, nomen languoris, nomen paupertatis, no- pœn. c. 7. men doloris, nec nominatur apud vos, Ciues cæli, domestici Dei. Quid autem? Vita, iucunditas, iubilatio, exultatio, glorificatio. Absor- B bet siquidem gloria domus Dei omnem pristinorum laborum recordationem.

¶ Conceptus varij. Quanta sit gloria Beatorum. Si Ioannes aliquando Angelum videns, eum Apoc. 22. quasi putauit Deum; vnde voluit adorare: quid, si Archangelum, si Cherubim, aut Seraphim vidisset?

¶ Quanta debeat esse eorum perfectio, & puritas, qui ante diuinam illam puritatem mansuri sunt. Apost. ad Philip. *Vt sitis sine querela, &* Philip. 2. *simplices filij Dei.* Syriac. *Vt sitis perfecti ab,que* Syriac. *næuo, tanquam puri filij Dei.*

¶ Quòd vero patiendi amatori cælum pa- Gen. 28. tet. Iacobo, qui tantoperè pati cupiebat, vt nec parum somni sine pœna vellet capere, vn- C de lapidem capiti supposuit; cælum vt patuit? Non expectat, sic dixerim, Deus; sed adhuc in terris posito cælum aperit. Gratias tibi ago, Domine, dicebat ille: quia ianuas tuas ingredi merui, quasi is, qui patitur, iam pedem in cælo habeat.

¶ De perferendis laboribus pro æterna glo- Gen. 31. ria. Iacob apud Laban pro Rachele: *Noctúque æstu vrgebar.* Hebr. *Deuorabat me frigus.* Hier. id Hier. refert ad furtum, & similiter ex Hebr. legit: *Fur-* Hebr. *tum meum die, & furtum meum nocte,* hoc est, quicquid aut interdiu, aut noctu rapiebatur, mihi erat soluendum. O dignam quatuordecim annorum mercedem! seruias nunc *Laban, lateri,* aut *Lunæ.* Ad hæc; *Circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus.* Euseb. apud Eugub. Eugub. D id est, sæpenumerò. Quidni sanctissimus hic Patriarcha anagogicè pro cælesti Rachele hæc pertulisse credatur?

¶ Gloriæ Beatorum memoria, peccatoris conuersionem, ac pœnitentiam inchoat, adiuuat- Psal. 6. que: *Domine, ne in furore tuo arguas me.* Psalmus primus eorum, qui inscribuntur ad pœnitentiam. Quo nunc, quæso, stimulo, ô Dauid, te ad pœnitentiam vrges? rememoratione glo- Titul. Psal. riæ. *Psalmus Dauid pro octaua,* nimirum, æter- Titelman. nitatis, quæ post euolutum septem horum dierum spatium, hoc est, post transactum vitæ præsentis cursum, quasi perpetua quædam octaua subsequetur. Pro hac autem octaua consequenda nunc gemit peccator, & agit pœniten- E tiam. Iterum: *Domine, ne in furore tuo arguas me.* Psal. 37. Tertius ad pœnitentiam Psalmus. Quemnam is Græc. titulum gerit? *Psalmus Dauid in rememoratione diei Sabbathi,* vel *ad memorandum,* seu *ad reducendum in memoriam diem Sabbathi.* Vbi Titelm. Psalmus conuenit peccatori de Sabbatho subsequuturo, vitæ, & requiei æternæ sollicito, & ipsam perdere formidanti, ac proinde pœnitentiam agenti: q. d. Beatorum gloriæ memoria vrget pœnitentiam.

Prodigus

Luc. 15. Prodigus ille peccator quò primùm respexit, vt è cœno luxuriæ consurgeret? *Peccaui*, inquit, *in cælum, & coram te.* Sed primò inquit, *in cælum:* quasi diceret: Heu! hau! & potui tantam gloriam pro tam vili voluptate contemnere?

Psal. 136. Filij Israel olim in captiuitatem perducti, catenis colligati, miseram peccatoris conditionem præferentes, vnde tot lacrymas profuderunt? *Dum recordaremur*, inquiunt, *tui, Sion.* Ita hunc locum Orig. Orig. expendit.

Dan. 4. Vbi Rex ille ad instar belluæ per septennium terram aspexit, peccatoris formam, ac speciem præ se tulit: at vbi oculos in cælum leuauit, sensum recepit, Altissimo benedixit. Sic, sic, Fratres, persæpè contingit, peccatorem non priùs pœnitere, non anteà meretricios amores, carnísque vincula, ac seruitutem abominari, quàm in cælum se peccasse, cælum obliuioni demandasse, terram solummodo, nunquam cælum aspexisse meminerit.

¶ Beatorum gloria præ mentiam cohibet, ne in peccata relabatur, cómque in adepta iam gratia Num. 15. continet. *Loquere filiis Israel, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, & ponentes in eis vittas hyacinthinas: quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Dei; & ne sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes.* Cur, quæso, hæ vittæ hyacinthinæ? Vt cæli memoria constringeret, compesceret, clauderet oculos, ne in concupiscentias aperirentur, &c.

Vnde senes illi tam fœdè prolapsi? vnde igne C [illegible] luxuriæ miseri exarserunt? *Declinauerunt*, Dan. 13. inquit sacer Textus, *oculos suos, vt non viderent cælum.* At vnde Susanna (Hebr. *lilium*) candorem; [illegible]émque pudicitiæ illibatum seruauit? *Quæ* (subdit idem Textus) *suspexit ad cælum.*

2. Mac. 6. ¶ Gloria beatorum ad labores perferendos nos fortes efficit. *Nate, nate, suspice cælum: memento æternæ vitæ.*

Ezech. 1. *Animalia illa ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.* Vnde hæc tanta velocitas promptitudo, ac leuitas discurrentium? *Et* Alij. *similitudo super capite animalium firmamenti*, vel; *erat instar firmamenti extensi super capita eorum desuper.* q. d. sub cæli consideratione Dei serui libenter currunt, alas expandunt, veloces ad ardua quæque peragenda feruntur.

D Cùm Deus à Patriarcha Abraham arduum illud opus immolationis suorummet propriorum Gen. 1 viscerum, Isaac, videlicet, vellet exigere, *Suspice*, inquit, *cælum.* Cur, Domine, cælum suspicit? Chrys. Chrys. hom. 46. in Gen. Promissione Deus excitat, & erigit athletam, & alacrem fieri, & reiuuenescere facit aduersùs sequentia certamina.

Eia ergo & nos ad cælos oculos erigamus. Eia ad patriam illam suspiremus. Ferunt, ceruos, etsi ab insula Cypro per centena millia distantes; insulæ tamen fragrantia illuc vsque natare. Et terras non vident, inquit ille; sed in earum odore natant. An non ita anima nostra desideret ad fortunatissimas, ac fragrantissimas illas cælorum insulas?

E D. Aug. Sol. c. 35. ¶ Prædictorum epilogus ex August. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sitiuit anima mea ad te Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem tuam? O fons vitæ, vena aquarum viuentium: quando veniam ad aquas dulcedinis tuæ de terra deserta, inuia, & inaquosa? vt videam virtutem tuam, & gloriam tuam, & satiem ex aquis misericordiæ tuæ sitim meam? Sitio, Domine: fons vitæ es, satia me. Sitio, Domine, sitio te Deum viuum. O quando veniam & apparebo, Domine, ante faciem tuam? Putásne videbo diem illam; diem, inquam, iucunditatis, & lætitiæ; diem, quam fecit Dominus, vt exultemus, & lætemur in ea? O dies præclara & pulchra, nesciens vesperum, non habens occasum: in qua audiam vocem laudis, vocem exultationis & confessionis: in qua audiam: Intra in gaudium Domini tui: intra in gaudium sempiternum, in domum Domini Dei tui: vbi sunt magna, & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus! Intra in gaudium sine tristitia, quod continet æternam lætitiam: vbi erit omne bonum, & non erit aliquod malum: vbi B erit, quicquid voles; & non erit, quidquid noles: vbi erit vita vitalis, dulcis, & amabilis, sempérque memorialis: vbi non erit hostis impugnãs, nec vlla illecebra; sed summa, & certa securitas; secura tranquillitas, & tranquilla iucunditas, iucunda felicitas, felix æternitas, æterna beatitudo, & beata Trinitas, & Trinitatis vnitas, & vnitatis Deitas, & Deitatis beata visio, quæ est gaudium Domini Dei tui. O gaudium super gaudium, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium! quandiu intrabo in te, vt videam Deum meum, qui habitat in te? Ibo illuc, & videbo visionem hanc grandem.

Quid est, quod me detinet? Heu me! quia incolatus meus prolongatus est. Heu me! quandiu C dicetur mihi: Vbi est Deus tuus quandiu dicetur mihi: Expecta, reexpecta: nunc quæ est expectatio mea? Nonne, Domine Deus meus, Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ? Expectamus Dominum, quando reuertatur à nuptiis, vt inducat nos ad suas nuptias. Veni, Domine, & noli tardare: veni Domine Iesu Christe, veni, & visitata nos in pace: veni, & educ vinctos de carcere, vt lætemur coram te corde perfecto: vani, Saluator noster: veni, desideratus cunctis gentibus: ostende faciem tuam, & salui erimus: veni, lux mea, Redemptor meus: educ de carcere animam meam ad confitendum nomini sancto tuo. Quandiu, miser, iactabor in fluctibus mortalitaratis meæ, clamans ad te, D Domine, & non exaudis? Audi clamantem, Domine, de hoc mari magno, & adduc me ad portum felicitatis æternæ. Felices, qui de periculo maris huius educti ad te Deum portum tutissimum peruenire meruêre. O verè felices, qui de pelago ad littus, de exilio ad patriam, de carcere ad palatium peruenerunt, optata iam quiete beati, qui brauium illud perpetuæ gloriæ, quod hîc per multas tribulationes quæsierunt, iam felici iucunditate adepti lætantur in perpetuum! O verè beati! & térque, quatérque beati, qui iam omnium malorum exuti, securi de sua immarcessibili gloria ad regnum decoris peruenire meruerunt! O æternum regnum, regnum omnium sæculorum, vbi lumen indeficiens, & pax Dei, quæ exuperat omnem sen-E sum: in quo Sanctorum animæ requiescunt, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium, & exultationem obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus! quàm gloriosum est regnum, in quo tecum, Domine, regnant omnes Sancti, amicti lumine, sicut vestimento, habentes in capite suo coronam de lapide pretioso! O regnum beatitudinis sempiternæ, vbi tu, Domine, spes Sanctorum, & diadema gloriæ facie ad faciem videris à Sanctis, lætificans eos vndique in pace tua, quæ exuperat

Speranza Scriptura; electa.

omnem sensum! Ibi gaudium infinitum, lætitia A sine tristitia, salus sine dolore, via sine labore, lux sine tenebris, vita sine morte, omne bonum sine omni malo. Vbi iuuentus nunquam senescit, vbi vita terminum nescit, vbi decor nunquam pallescit, vbi amor nunquam tepescit, vbi sanitas nunquam marcescit, vbi gaudium nunquam decrescit, vbi dolor nunquam sentitur, vbi gemitus nunquam auditur, vbi triste nihil videtur, vbi lætitia semper habetur, vbi malum nullum timetur: quoniam ibi summum bonum possidetur, quod est videre semper faciem Domini virtutum.

Felices igitur, qui de naufraga vita præsenti ad tanta gaudia iam peruenire meruerunt. Infelices, heu! nos, & miseri, qui per huius maris magni fluctus, procellosasque voragines nauem trahimus, B ignorantes, an ad portum salutis peruenire valeamus. Infelices, inquam, quorum vita est in exilio, via in periculo, finis in dubio: nescientes finem nostrum, quia omnia in futurum reseruantur incerta. Adhuc in pelagi fluctibus versamur, suspirantes ad te portum maris. O patria nostra, patria secura, à longè te videmus, ab hoc mari te salutamus, ab hac valle ad te suspiramus, & nitimur cum lacrymis, si quomodo ad te perueniamus. Spes humani generis, Christe Deus de Deo, refugium nostrum, & virtus, cuius lumen à longè inter caligiosas nebulas super maris procellas, quasi stellæ maris radius oculos nostros irradiat, vt dirigamus ad te portum. Guberna, Domine, nauem nostram tua dextera, clauo crucis tuæ, ne pereamus in fluctibus, C ne nos demergat tempestas aquæ, nec absorbeat nos profundum; sed vnco Crucis retrahe nos ab hoc pelago ad te solamen vnicum nostrum, quem à longè quasi stellam matutinam, & Solem iustitiæ vix lachrymantibus oculis in littore cælestis patriæ nos expectantem videmus. En ad te clamamus redempti tui: sed & nunc exules tui, quos pretioso Sanguine redemisti. Exaudi nos, salutaris noster, spes omnium finium terræ, & mari longè. In mari turbulento versamur: tu in littore stans, aspicis pericula nostra: saluos nos fac propter nomen tuum. Da nobis, Domine, inter Scyllam, & Charybdim ita tendere, & tenere medium, vt vtroque periculo euitato, salua naue & mercibus, securi perueniamus ad portum.

DE BENEFICIIS, materia Orationis.

PVNCTVM CXLIX.

D. Bern. ser. 1. in Psal. Qui habitat. BErnard. Agamus gratias factori nostro, benefactori nostro, Redemptori nostro, remuneratori nostro. Secundùm corpus te fecit egregiam creaturam; sed secundùm animam magis: vtpote imagine Creatoris insignem, rationis participem, capacem beatitudinis sempiternæ. Porrò secundùm ambo simul præ cæteris creaturis maximè admirandam, cohærentem sibi incomprehensibili artificio, inuestigabili sapientia Conditoris. Itaque tam magnum hoc donum, quàm magna res homo. Sed quam gratuitum putas? Planum est, quòd nihil antè promeruit, qui peritùs nihil fuit. An posteà sperabatur, gratiam retributurus authori? *Dixi Domino: Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.* Psal. 15. Quidni gratias agam? Si quis oculorum lumen, si quis vsum aurium, si quis manuum, si quis pedem tibi præpeditum aliquo modo reparasse videretur; si quis sopitam quamis occasione excitasse in te rationem; quis non ab eo tibi vehementissimè succenseret, si quando fortè beneficij huius immemorem, aut benefactori deprehendisset ingratum?

Ne hoc quidem (licèt maximo) contentus munere, qui dedit, vt esses, qui anteà non fueras: adiecit etiam, vnde subsisteres, qui iam eras; nec minùs liberaliter hoc, quàm illud mirabiliter est operatus. *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Gen. 1. Quid verò posteà? *Et præsit piscibus maris, & bestijs terræ.* nam & cælestia se se clemẽta in vsus creasse tuos rantea docuerat. Nempe, facta memorantur, vt essent in signa, & tempora, & dies, & annos. Cui putas? Nulli vtique, nisi tibi. Cæteræ siquidem omnes creaturæ, aut in nullo egent his omnibus, aut non intelligunt ea. Quàm verò copiosus in secundo hoc beneficio, quàm liberalissimus fuit! Quanta largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionem, quanta ad consolationem, quanta ex hoc iam ad correptionem, quanta etiam ad delectationem? Verùm hæc duo gratis, & dupliciter gratis fecit, sine merito tuo, sine labore suo; nempe: *Dixit, & facta sunt.* Psal. 32. An idcircò minus deuotus, minùs obnoxius, minùs gratus es, quòd hæc quidem, sicut pro nihilo, ita de nihilo fecit? Peruersi cordis est occasiones ingratitudinis vestigare. Nemo id facit, nisi qui etiam gratis esset ingratus.

Cæterùm ex hoc iam tertium opus tuæ redemptionis attende. Non est velamen excusationis, laboratum prorsus in ea. Gratis hoc quoque præstitum est; sed gratis, quod ad te pertinet: nam, quod ad illum, planè non gratis. Saluus factus es pro nihilo, non de nihilo tamen. Quid ad hæc dormitat affectio? Imò verò mortua est illa, non dormit, quæ huic beneficio non respondet, quæ se totam non effundit in gratiarum actionem, & vocem laudis. Itaque fecit te Deus tuus, fecit tam multa propter te, & semetipsum. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Ioan. 1.

Quid adhuc restat? factus est ipse tecum caro vna, te quoque secum faciet spiritum vnum. Non recedant hæc quatuor a corde tuo, non ab ore tuo, D non à memoria, non ab affectione. Hæc cogita semper, in his iugiter delectare.

August. de multiplicibus beneficiis Dei: Miser ego. D. Aug. Sol. c. 7. Deus meus, quantùm teneor diligere te, ostende mihi. Quantùm debeo laudare te, demonstra mihi. Intona, Domine, desuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei: doce me, & collandabo te: qui creasti me, cùm nihil essem: qui illuminasti me, cùm in tenebris essem: qui resuscitasti me, cùm mortuus essem: qui pauisti me à iuuentute mea omnibus bonis tuis. Et vnde hoc mihi, ô Creator cæli, & terræ, & abyssi, qui bonorum meorum non indiges? Vnde hoc mihi, quòd sic dilexisti me? O Sapientia, quæ aperis os mutorum: ô Verbum, per quod facta sunt omnia, aperi os meum: da mihi vocem laudis, vt E enarrem omnia beneficia tua, quæ mihi, Domine, à principio contulisti. Ecce enim sum: quia tu creasti me, & quòd me creares, & in numero creaturarum tuarum numerares, ab æterno tu prædestinasti, antequàm quidquam faceres à principio, antequam extenderes cælos: necdum erant abyssi: adhuc terram non feceras, nec montes fundaueras, necdum fontes eruperant: antequàm hæc omnia, quæ fecisti per verbum, faceres: me creaturam tuam

tuam fore, certissima veritatis tuæ prouidétia præuidisti, & esse me creaturam tuam voluisti. Et vnde hoc mihi, Domine benignissime, Deus altissime, Pater misericordissime, Creator potentissime, & semper mitissime? quæ mea merita, quæ mea gratia, vt complaceret ante conspectum tuæ magnificæ maiestatis creare me? A

Non eram; & creasti me. Nihil fueram, & de nihilo me aliquid fecisti. Quale autem aliquid? (ô puncta, ex quibus infinitæ meditationū lineæ protrahantur!) quale aliquid? Non stillam aquæ, non ignem, non auem, vel piscem; non serpentem, vel aliquid ex brutis animalibus; non lapidem, vel lignum; non ex eorū genere, quæ tantùm habét esse, vel ex eorum, quæ tantùm esse possunt, & crescere; non ex eorum genere, quæ tantùm esse, & crescere, & sentire possunt: sed super omnia hæc voluisti, me esse ex his, quæ tantùm habent esse, quia sum; & ex his, quæ tantùm habent esse, & crescere, quia sum, & cresco; & ex his, quæ sunt, crescunt, & sentiunt, quia sum, cresco & sentio. Et paulominùs parem me creasti Angelis; quia rationem te cognoscédi cum ipsis à te communem accepi. Sed paulominùs vtique dixi: nam illi tuam felicem notitiam iam habent per speciem; ego autem per spem: illi facie ad faciem, ego per speculum in ænigmate: illi plenè; ego autem ex parte. *Sed, cum venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est.* Et quidnam prohibebit nos non esse minores paulominùs ab Angelis, immò per omnia pares, & æquales Angelis? nempe, & hoc veritas tua dicit. *Æquales sunt Angelis, & filij Dei sunt.* Verè quidem erunt filij Dei, quia filius hominis factus est Filius Dei. Hoc vtique considetanti mihi fiducia est dicere, nō homo minor paulominùs est ab Angelis, non vtique tantùm æqualis Angelis; sed superior Angelis: quia homo Deus, & Deus homo, non Angelus. B C

Et infra: Potuit manus tua, Domine, me lapidem, vel auem, vel serpentem, vel belluam aliquam creare, & scinit; sed noluit propter suam bonitatem. Quare ergo ego non sum lapis, vel arbor, vel aliqua bellua? quia sic ordinauit bonitas tua, & vt hoc ordinaret, non præcesserunt merita mea. O incendium! ô flammas! D

Iterum de beneficiis Dei: Ego autem filius ancillæ tuæ his meis pauperculis confessionibus confiteat tibi, & reducam ad mentem meam omnia bona, quæ fecisti mihi à iuuentute mea, omni vita mea. Scio nanque, quòd ingratitudo multùm tibi displiceat, quæ est radix totius mali spiritualis, & ventus quidam desiccans, & vrens omne bonum, obstruens fontem diuinæ misericordiæ tuæ super hominem. Ergo, Domine, gratias tibi agam, ne sim ingratus tibi, liberator meus, quoniam liberasti me.

Quoties iam me absorbuerat ille Draco? & tu, Domine, ab ore eius extraxisti me? Quoties ego peccaui, & ipse paratus fuit deglutire me? sed tu, Domine Deus meus, defendisti me. Cùm contra te iniquè agebam, cùm tua mandata frangebam, stabat ipse paratus, vt me raperet ad Infernum: sed tu prohibebas. Ego te offendebam: & tu me defendebas. Ego te non timebam: & tu me custodiebas. A te recedebam, & inimico meo me exhibebam: tu ipsum, ne me acciperet, deterrebas. Hæc mihi tu, Domine, beneficia conferebas: & ego miser non cognoscebam. Sic enim me multoties à faucibus Diaboli liberasti, de ore leonis eripuisti, & ab Inferno, licèt nescientem, me multis vicibus reduxisti. Descendi enim vsque ad portas Inferni, & ne illuc intrarem, tu me tenuisti. Appropinquabam vsque ad portas mortis, & ne me ipsæ caperent, tu fecisti. E

De morte etiam corporis sæpiùs eruisti me, Saluator meus, cùm graues morbi tenerent me; cùm fui in periculis multis, per mare, per terras, ab igne, & gladio, & ab omni periculo liberans, semper mihi astans, & misericorditer saluans. Sciebas tu quidem, Domine, quia, si tunc mors me occupasset, Infernus animam meam suscepisset, & perpetuò damnatus fuissem: sed tua misericordia, & tua gratia præuenit me, eripiens me de morte corporis, & de morte animæ, Domine Deus meus.

Hæc, & multa mihi tua alia beneficia exhibuisti, & ego eram cæcus, & non cognoui, donec illuminasti me. Nunc igitur, lux animæ meæ, Domine Deus meus, vita mea, per quam viuo: lumen oculorum meorum, per quod video: en illuminasti me, & cognosco te; quia viuo per te, & gratias ago tibi, licet viles, & exiles, & impares beneficiis tuis, quales habet mea fragilitas, offero: quoniam tu es solus Deus meus, Creator meus benignus, qui amas nostras animas; & nihil odisti eorum, quæ fecisti. En ego primus inter peccatores, quos saluasti, vt exemplum aliis tribuá benignissimæ pietatis tuæ. Confitear tibi beneficia tua magna: quoniam eripuisti me de Inferno inferiori semel, & secundò, & tertiò, & centies, & millies: & ego semper ad Infernum tendebam, & tunc semper reducebas, & iustè millies damnasses me, si voluisses. Noluisti, quia amas animas: *Et dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam.* Nunc ergo video hæc, Domine Deus meus, & cognosco per lumen tuum: & deficit anima mea in misericordia tua magna, quæ est super me: quoniam eripuisti animam meam ex Inferno inferiori, & me ad vitam reduxisti. Totus enim eram in morte, totum me resuscitasti. Tuum igitur sit totum id, quod viuo, & totus totum me tibi offero. Totus spiritus, totum cor, totum corpus, tota vita mea viuat tibi, vita mea dulcis: quoniam totum me liberasti, vt totum me possideres: totum me refecisti, vt totum me rehaberes.

Diligam te igitur, Domine, virtus mea. Diligam te, ineffabilis exultatio mea; & viuat iam non mihi, sed tibi tota vita mea, quæ perierat in miseria mea, resuscitata est in misericordia tua, qui es Deus misericors, & miserator, & multæ misericordiæ in millia his, qui diligunt nomen tuum. Idcircò, Domine Deus meus, sanctificator meus, iussisti in lege tua, vt diligam te toto corde meo, tota anima mea, tota mente mea, tota fortitudine mea, & totis viribus meis, & etiam ex intimis medullis cordis mei, omnibus horis, & momentis, quibus fruor bonis misericordiæ tuæ: quoniam semper perirem, nisi quia semper regis me; semper morerer, nisi quia semper me viuificas, & omni momento me tibi obligas, dum omni momento mihi tua magna beneficia præstas. Sicut ergo nulla hora est, vel punctum in omni vita mea, quo tuo beneficio non vtar; sic nullum debet esse momentum, quo te non habeam ante oculos in mea memoria, & te non diligam ex omni fortitudine mea. O ignis, qui semper ardes, & nunquam extingueris! O amor, qui semper ferues, & nunquam tepescis, accende me! Accendar, inquam, totus à te, vt totus diligam te: minùs enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Diligam te, Domine, quoniam tu prior dilexisti me. Iubes te diligi: da, quod iubes, & iube, quod vis.

At, vnde mihi verbum, vt explicem signa dilectionis

lectionis tuæ maximæ erga me propter innumera A beneficia tua, quibus a principio educasti me? Post beneficium, nempe, creationis, quádo in principio de nihilo ad imaginem tuam creasti me, honorificans, & exaltans me inter eas creaturas, quæ fecisti, & nobilitans lumine vultus tui, qui signasti superliminare cordis mei: quo ab insensibilibus pariter, & sensibilibus brutis discreuisti me, & paulominus ab Angelis minuisti. Parum & hoc fuit ante conspectum Diuinitatis tuæ, quoniam quotidianis & singularibus, maximísque donatiis tuorum beneficiorum me sine intermissione nutriuisti, & quasi filium tuum paruulum, tenellum vberibus tuæ cōsolationis lactasti, & confortasti me: vt enim tibi totus seruirem, omnia, quæcunque fecisti, in meum seruitium tradidisti. B Omnia sub pedibus hominis subiecisti, vt solus homo totus tibi subiiceretur. Et vt tuus totus homo esset, super omnia dominatus est homo. Exteriora, nempe, pro corpore cuncta creasti: ipsum verò corpus pro anima, animam verò pro te, vt tibi soli vacaret, & te solum amaret, possidens te ad solatium; inferiora verò ad seruitium.

De beneficiis Incarnationis, Natiuitatis, &c.

PVNCTVM CL.

N*Vnquam Angelos apprehendit; sed semen Abrahæ apprehendit.* Hinc Angelus ille ad Ioannem: Apoc. 19. *Vide, ne feceris, conseruus enim tuus sum: Deum adora.* Vbi Greg. D. Gregor. hom. 8. in Euang. Quid est, quòd ante Redemptoris aduentum Angeli ab hominibus adorantur, & tacent; postmodum verò adorari refugiunt? nisi quòd naturam nostram, quam prius despexerant, postquàm hanc super se assumptam conspiciunt, prostratam sibi videre pertimescunt; nec iam sub se velut infimam contemnere ausi sunt, quam super se, videlicet, in cæli Rege venerantur? nec habere dedignantur hominem socium, qui super se adorant hominem Deum?

Ezech. 1. Hinc & sancta illa quatuor animalia, dum D super firmamentum similitudinem hominis vident, pennas quasi in stuporem, ac ecstasim rapta demittunt.

Iud. 14. *Hanc mihi* (quamuis alienigenam, ô Pater) *accipe: quia placuit oculis meis.* O dignationem!

Tit. 3. Græc. *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei.* Græc. *Apparuit amor hominum, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos.* Quis vnquam sub Isa. 45. Isa. 53. hominis forma Deum crederet? *Sed verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator. Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? & ascendet sicut virgultum coram eo.* Græc. Græc. *Sicut puer paruulus*, vel *puerulus.* Theodor. *Sicut puer lactens coram eo; & sicut radix de terra* Euseb. Cæsar. de præp. Euang. E *sitienti.* vel iuxta alios. *De terra inuia*, scilicet, Virgine. Isa. 2a *Quis credidit auditui nostro? Ergóne putandum est, quòd verè Deus habitet super terram?*

Greg. hom. 16. in Ezech. Hug. Card. in hunc loc. 3. Reg. 8. *Vt faceret opus suum* (redemptionem nostram, sic Gregor. & Hugo Card.) *alienum opus eius; vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.* Quidnam hoc? Ænigma? Soluat amor: si enim spectes amorem eius, ac misericordiam; nostræ carnis assumptio est opus suum: at, si Dei naturam spectes, quidnam alienum magis, ac peregrinum?

Cyp. in ser. Verè, verè Cyprianus. In cæteris mirabilibus A quocunque modo aliquæ satisfaciunt rationes, de Christi Nat. hîc solùm me complectitur stupor. Damasc. Puer hic Deus est? Gen. 15. Gen. 15. Hebr. *Domine Deus* (verba Abrahæ) Hebr. *Adonai tehouih*, quod est, *paruule Deus*, vel *Deucule.* O excessum! ô stuporem! ineffabilis ille, incomprehensibilis, & immensus amore tuo descendit in vterum Virginis, Deiculúsque (si dicere fas est) factus est? Puer lactens, Deus creator, per quem nec ales esurit; quin puer vagiens, Deus totius gaudij, & consolationis? *Consideraui opera tua, & expaui: in medio duorum animalium cognosceris.*

Habac. 3. *Deus ab Austro veniet.* Aug. August. A meridie, à feruore charitatis, *Et Sanctus de monte Pharan*, quod est, Hebr. *vmbroso. Verè tu es Deus absconditus.* Tamen,

B Isa. 45. Sap. 7. *Sum quidem & ego mortalis homo similis omnibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus est: & ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam,* aut Græc. Græc. *afflictam, & passionibus, ac spinis obnoxiam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans.*

Iob 40. Heu! heu! quid hoc? E turbine quondam Dominus ad Iob: *Nunquid habes brachium sicut Deus, & simili voce tonas? Circunda tibi decorem, & in sublimine erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus.* q. d. Vt ego indutus sum gloria, vt ego tonitruum edo, vt edo voce abyssos concutio. O, si adesses, ô Iob! ô, si conspiceres tonantem, nunc vagientem; solutum legibus, stri-C ctum fascia; fulminantem, trementem; indutum gloria, pannis inuolutum; diuitem, pauperem; sublimem, humilem; adoratum Deum, portatum vt paruulum; immensum in cælo, paruulum in præsepio; pretiosum in stellis, vilem in pannis,

Iob 38. *Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens?* Ego circunscriptos cuna, strictúsque fascia. O stuporem!

Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia.
Membra pannis inuoluta
Virgo Mater alligat,
Et manus, pedésque, & crura
D *Stricta cingit fascia.*

Quid agis, ô Virgo, quid agis? quid omnipotentem fascia constringis? quid dexteram illam solutam ligas? Fulmina vt assuescat deponere vindex: q. d. Accedite cum fiducia, si non ad thronum B. Thom. de Villanoua. maiestatis eius, ad diuersorium humanitatis eius: accedite, inquam: quia nullus hinc est fulgurum, tonitruorúmque timor: nec enim in summitate montis inter densas nubes legem daturus, *Magnus* D. Bern. *Dominus & laudabilis nimis*; sed paruulus Dominus, & amabilis nimis inter fascias, & in cuna peccatores expectat.

Iam olim, inquit Chrysol. obsederat pauor Chrysol. serm. 147. omnis, timor soluerat vniuersa, cuncta concusserat terror, in cælo diuinus splendor prostrauerat E Angelos, in terra tonitrua & fulmina corda mortalium quassabant. Sic nimius pauor Angelos fugauit ad terras, homines traxit ad idola, mundum vanis erroribus occupauit: fecit omnes Creatorem fugere, colere creaturas. Amare non potest, qui satis timet: hinc est, quòd mundus perire maluit, quàm timere: pauere mors ipsa leuior. Denique Caïn vbi parricidali cœpit ter- Gen. 4. rore vexari, mortem petit: requiem credit, si periret.

Et quid dicam, Cain? Elias ille, vbi sensit, toto 3. Reg. 19. se timore aspergi, repetebat, quã fugerat mortem, meliùs

Luc. 5. melius existimans morti succumbere, quàm timori. Petrus quoque dominicæ virtutis timore turbatus Christum, vt à se discederet, supplicabat: *Discede*, inquit, *a me, quia homo peccator sum*. Hoc dicebat: quia quicquid erat amoris, & fidei, pondus pauoris extinxerat: sic timor nisi amore fuerit temperatus, quamuis deuotam seruitutem efficit contumacem.

Videns ergo Deus, mundum labefactari timore, continuò agit, vt eum amore reuocet, inuitet gratia, charitate teneat, & constringat affectu. Hinc Genes. 6. est, quòd inueteratam malis terram abluit, viscescente diluuio: & Noë noui sæculi vocat parentem, blando sermone compellat, d t familiarem fiduciam, piè de præsentibus instruit, consolatur per B gratiam de futuris, & iam non iussis; sed participato labore, vna in arca claudit totius sæculi partum, vt societatis amor timorem seruitutis auferret, & seruaretur amore commuoi, quod fuerat communi labore saluatum.

Genes. 12. Hinc est, quòd Abraham vocat de gentibus, auget nomine, partem fidei facit, comitator in via, inter exteros tuetur, ditat rebus, honorat triumphis, promissis oppignorat, eripit iniuriis, hospitalitate blanditur, mirificat germine desperato, vt tot repletus bonis, tanta diuinæ illectus dulcedine charitatis Deum diligere disceret, non timere; amando colere, non pauendo. Hinc est, quòd Iacob fu-Genes. 28. gientem solatur in somnis, redeuntem pro certa- C mine prouocat, luctatoris constringit amplexu, vt amaret patrem certaminis, non timeret.

Exod. 3. Hinc est, quòd Moysem patria voce vocat, paterna alloquitur charitate, vt sit plebis suæ liberator, inuitat. Et quid plura? Deum facit: dedit eum in Deum Pharaonis: Deum facit, munit signis, armat virtutibus, iussis bella expugnat, militem ipso verbo vincere tribuit, præceptis triumphare concedit, atque per omnes virtutum coronas ad amicitiam suam prououet, cælestis regni præstat esse participem, vt ipse sit legislatur, indulget; totum tamen, vt amaret, accepit. Denique tantum esset Dei amore succensus, vt ipse ardenter diligeret, & alios, vt diligerent, sic moneret: *Diliges Do-* D Exod. 19. *minum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota virtute tua*. Quicquid est cordis, quicquid mentis, quicquid virtutis humanæ, ita Dei amore voluit possideri, vt hominis mondanus non haberet quid violaret affectus. Sed per hæc quæ memorauimus, vbi humana corda flamma diuinæ charitatis accendit, & humanis sensibus amoris Dei tota se fudit ebrietas, saucia mente cœperunt Deum carnalibus velle oculis intueri. Deum, quem mundus non capit, angustus quomodo capere poterat humanus aspectus? Quid erit, quid debeat, quid possit; non respicit ius amoris.

Amor ignorat iudicium, ratione caret, mundum E nescit. Amor non accipit de impossibilitate solatium, non recipit de difficultate remedium. Amor nisi ad desiderata perueniet, necat amantem: & ideò vadit, quò ducitur, non quò debeat. Amor parit desiderium, gliscit ardorem, ardor ad inconcessa pertendit. Et quid plura? Amor, quod amat, non potest non videre: hinc est, quòd omnes Sancti omnia, quæ meruerant, parua duxerunt, si Dominum non viderent. Et tenera, Fratres, quomodo pro beneficiis reddet obsequium, si beneficium non videat largitorem? Aut quomodo credit à Deo se amari, cuius non meretur aspectum? Hinc est quod amor, qui cupit videre Deum, etsi non

A habet iudicium, habet tamen studium pietaris. Hinc est, quòd Moyses audet dicere: *Si inueni gra-* Exod. 33. *tiam coram te, ostende mihi faciem tuam*. Hinc est, quòd alius dicit: *Ostende faciem tuam*. Deoique Psal. 79. & ipsi Gentiles ob hoc simulacra finxerunt, vt in ipsis erroribus oculis cernerent, quod colebant. Sciens ergo Deus visendi se desiderio cruciari, lassisque mortales, vnde se visibilem faceret, hoc elegit, quod esset, & terrenis magnum, & non minimum supernis.

Quid ergo times, ô homo? quid trepidat à facie Bern. ser. 8 in Nat. Dom. Domini, quia venit? Venit non iudicare; sed saluare terram. Noli fugere, noli timere: non venit cum armis: non puniendum, sed saluandum requirit. Ne B fortè dicas etiam nunc: *Vocem tuam audiui, & abscondi me*. ecce infans sine voce: nam vagientis vox magis miseranda est, quàm tremenda. Vel in hoc seuies, quia non venit perdere te, sed saluare; eripere, & non ligare. Iam aduersus hostes tuos dimicat, iam super hostium, & sublimium colla, tanquam Dei virtus, & sapientia calcat. *Non videbit me homo, & viuet*, tunc: sed modò, & video, & viuo: *Et videbit omnis caro salutare Dei*.

Loquere tu nobis, dixit quondam populus, *& au-* Exod. 20. *diemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. Stetitque populus de longè*. Sed accedat modò auditurus absque timore loquentem in Filio verba vitæ. Bern. Infans quidem est: sed Verbum infans, cuius D. Bern. ser. 4 in Nat. Dom. C oc ipsa quidem infantia tacet.

Nec dum loquitor lingua, & quæcunque de eo sunt clamant, prædicant, euangelizant. Clamat stabulum, clamat præsepe, clamant lacrymæ, clamant panni, totus prædicat, totus euangelizat: sed tu terrenis auribus diuinos accentus nequaquam audis.

Stetit quidam cuius nō agnoscebam vultum, imago Iob. 4. *coram oculis meis, & vocē quasi auræ lenis audiui, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius*.

Consolamini, consolamini, populo meus, dicit Deus, Isa. 40. *vester. Loquimini ad cor Ierusalem. Reuelabitur gloria Domini: & videbit omnis caro pariter, quod os Domini loquutum est. Paruulus natus est nobis, &* Isa. 9. *vocabitur nomen eius, Consiliarius* Euangelicus. Quare ad cælestis philosophiæ lectiones, quas ex præ-D sepis cathedra tibi legit infans eloquens, accede: *Vox clamantis: Clama, & dixi: Quid clamabo?* Primæ lectioni attende: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri: Ex siccatum est fœnum, & cecidit flos: quia spiritus Domini sufflauit in eo. Verè fœnum est populus*. Iterum dico: *Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem*. quasi diceret: sunt puluis, & cinis; sed audire nolunt: superbit terra, & cinis; & magnificat se *homo super terram*, Hebr. vel *homo de terra*, & ambulat in mirabilibus super se, licèt Deus taliter descenderit infra se. Bernard. Bern ser. 1. in Nat. Dom. Ad quid, Fratres, aut quæ necessitas fuit, vt sic exi-E naniret se, sic humiliaret se, sic abbreuiaret se Dominus maiestatis, nisi vt vos similiter faceretis? Iam clamat exemplo, quod postmodum prædicaturus est verbo. Quid ergo tuoe magis indignum? quid detestandum ampliùs? quid grauiùs puniendum? quàm vt videns Deum cæli paruulum factum, vltrà apponat homo magnificare se super terram? Intolerabilis impudentiæ est, vt vbi se exinaniuit maiestas, vermiculus (ô quàm verè vermiculus!) infletur, & intumescat.

Ideò hodie hic lapis sine manibus abscinditur, Dan. 2. vt caput istud tuum elatum conterat, ac in terram, Ri. de S. de qua sumptus es, istiusmodi elationis tuæ statuam Vict. l. 1. de deiiciat. erud. c. 19.

Pſal.118. 2.Reg.6. Apoc.4. Vt Dauid hoc exemplo ad humilitatem perdu- A ctus? *In veritate tua humiliaſti me.* id eſt, in Filio tuo humilitatem me docuiſti, inclinaui ſceptrum, coronam depoſui. *Et ludam,*(coram Arca, tuæ humanitatis figura) *& vilior fiam, & ero humilis in oculis meis.* Vt Reges illi deponebant coronas ad pedes Agni? Tu faſtum non deiicis?

Iob 36. D.Thom. ibid. *Depone magnitudinem tuam abſque tribulatione,* id eſt, vt egregie explicat D.Thom. Depone ſuperbiam animi tui, antequàm tribulatio tibi à Deo immittatur ad tuam humiliationem.

Iſa.30. In Meſſiæ aduentu caſuræ dicuntur turres, *In die, cùm ceciderint turres.* Et arrogantiæ, tumoréſque noſtri in hac die non cadunt?

Quî fieri poteſt? Is, qui in forma Dei erat, ſemetipſum exinaniuit: Tu ſuperbis; *Diſcite a me.* Quid, B ô increata ſapientia? Quid? non, mundum fabricare, non, cuncta viſibilia, & inuiſibilia creare, neque in ipſo mundo mirabilia facere, aut mortuos ſuſcitare: ſed, *quia mitis ſum, & humilis corde.* O virtu- D.Thom. opu.c.63 de Beat.c.2. tem diuinam, Deique propriam! Deus enim, vt dicit Thomas, qui verè magnus eſt, vere ſeſe humiliat: nos, qui viles ſumus, quò, vbi non ſimus, deſcendimus? exercemus attamen hanc virtutem, dum nos ipſus deiiciamus; & dum nos deiicimus, 2.Reg.6. eleuamus. *Et ludam, & vilior fiam, pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo. Dabis & par-* Num.27. *tem gloria tua* Oleaſter: *Dabis & partem deiectionis, vel humilitatis tua* Humilitas igitur gloria eſt. Chryſoſt. Chryſoſt. Apoſtolus dicens: *Non ſum dignus vocari* C *Apoſtolus.* factus eſt Apoſtolorum primus; dictus, videlicet, per excellentiam Apoſtolus. Auguſtin. Ioannes dum ait: *Non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calceamenti,* verticem Chriſti abluit: ille manum ad pedes non audebat mittere, dignuſque factus eſt, qui manum ſupra Chriſti caput eleuaret. Centurio, dum humiliter ait: *Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum,* dignus eſt prædicatus, vt hoc illi à Domino præſtaretur.

Sap.16. Alij. Humilitas dici poteſt, *& ca mpus germinans*; vel iuxta alios, *fructificans de profundo nimio. Quia reſpexit humilitatem.* Alij, *Nihilitatem.* O profundum nimium, ſcilicet, profundiſſimum!

Prouerb. 18. Humilitas eſt ſignum venturæ gratiæ, ac fauoris in animam. *Antequam conteratur, exaltatur cor ho-* D *minis, & antequam glorificetur, humiliatur.*

Iob 18. Greg.ibid. Humilitas cuſtos, ſuperbia exterminium virtutum. *Deuoret pulchritudinem cutis eius, & conſumat brachia illius primogenita mors.* Vbi Greg. Non incongruè primogenita mors ſuperbia vocatur. *Initium omnis peccati, ſuperbia.* Peccata cætera reſpectiuè comedunt; ſed ſuperbia deuorat. Vt bonorum omnium brachia conſumit! vt virtutum omnium pulchritudinem deuorat! vt fatuarum Virginum pulchritudinem, oleúmque operum deuorauit?

Matt 6 Sacr.El. Myr.1.c.2. Quid mirum, ſi Magiſter humilitatis ſub tanta humilitatis cuſtodia opera fieri mandauit? *Tu autem, cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum.* Item: *Tu verò cùm ieiunas,* E *vnge caput tuum, & faciem tuam laua.* Vbi ex obſeruatione recentiorum peculiari quodam verbo vtitur Saluator, quod mollium, ac penè effœminatorum, non ſacrorum vnctionem ſignificat: nam ibi, *vnge,* à verbo ἀλείφω, quod eſt linio, vnde ἀλείμματα, non à χρίω, vnde chriſmata, deriuatur, quaſi ea vnctione ieiunantes vti vellet Saluator, quæ mollium, voluptariorúmque erat, non præſtantiorum, ac ſanctorum, vt. ſcilicet, hac ratione externus hominum plauſus omninò tegeretur; neque ita meritum operis à primogenita morte voraretur.

D.Gregor. hom.29.in Euang. Idem 34. Moral.c.vlt. Hanc itaque primam lectionem ediſcamus. Ecce de cælo venit, ait Gregor. qui ſeruo in terra occurrere non deſpicit: & tamen humiliari in terra contemnimus, qui de terra ſumus. O quàm verè idem dixit alibi. Euidentiſſimum (nota hunc terminum) euidentiſſimum reproborum ſignum ſuperbia eſt: at contrà humilitas electorum. Quam certè ſemper tanti fecit Saluator, vt huic veluti omnipotenti omnia conceſſerit.

Perpulchrè nonnulli obſeruant, expulſionem illam Dæmonis ex filia Chananææ apud Matth. datam fidei, & apud D. Marc. datam humilitati: *Et ro-* Matth.15. Marc.7. *gabat eum,* inquit Marcus, *vt Dæmonium eiiceret de filia eius, qui dixit illi: Sine priùs ſaturari filios: non eſt enim bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa reſpondit, & dixit illi: Vtique, Domine: nam & catelli comedunt ſub menſa de micis puerorum. Et ait illi: Propter hunc ſermonem vade, exiit Dæmonium a filia tua.*

Quin ob humilitatem gratias videtur continere non poſſe, nec expectare. Dixerat Centurioni: *Ego veniam, & curabo eum:* Sed, cur non iuit? Quia Centurionis humilitas gratiam præoccupauit, antequàm iret.

Quid, quòd gratias multiplicat eáſque confert, vel alioqui immerentibus, ſi in eis aliquod humilitatis appareat. D.Epiphan. in Ancorat. reſponſum D. Epiph. in Ancorato. illud Achab: *Non petam.* dat humilitati, aítque: C Hanc Regis humilitatem duobus ſignis remunerat Dominus, qui priùs vnum tantùm erat pollicitus: largitur enim Dominus duo. Ab excelſo Verbum ſuum, quod miſit; à profundo carnem, quam propria voluntate Verbum aſſumpſit. Vbi etiam expende iuxta Epiphan. quantùm ſeſe Chriſtus deiecerit; à profundo, inquit, carnem aſſumpſit.

Sed, quid aliud prædicat? *Ecce Rex tuus, venit tibi* Zac.6. Sap.7. *iuſtus, & Saluator;* ſed *ipſe pauper. Nemo ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium.* Verum, Domine: ſed, ſi natiuitatis tuæ circunſtantias perpendo, pauperiorem neminem reperio: non enim ſolùm filij Regum, ſed quorumuis aliorum filij, quaſi veſtiti in hoc mundo naſcuntur; tu ſolus, qui agros etiam floribus veſtis, nudus naſceris. Panniculi D pro purpura, inquit Cyprian. pro hyſſino in ornatu regio laciniæ congeruntur. Bernard. Nullam Cyprian. de Nat.Chriſti. D Bern. ſer. 3 & 4. in Nat.Dom. hîc audio pellium fieri mentionem. Primus Adam pelliceis veſtitur tunicis; pannis ſecundus obuoluitur? Non ſine certi ratione myſterij pannis Saluator obuoluitur, quando id manifeſtè in ſignum nobis commendatur Angelo. *Hoc,* inquit, Luc.2. *vobis ſignum. Inuenietis infantem pannis inuolutum.* In ſignum poſiti ſunt panni tui, Domine Ieſu; ſed in ſignum, cui à multis vſque hodie contradicitur: ab his, nimirum, qui mollibus, ſericiſque induti, nec tibi, nec pauperi nudo compatiuntur.

Heu (plorat Hieron.) filius hominis non habet, D.Hieron. vbi caput ſuum reclinet, & tu amplas porticus, & ingentia tectorum ſpatia metiris!

Quid prædicas, paruule mi Doctor, quid prædicas? Pati. Idem Bernard. En hyeme naſci voluit. Nunquid credimus caſu factum, vt in tanta aëria inclementia, & in tenebris naſceretur, cuius eſt hyems, & æſtas, dies, & nox? Non eligunt paruuli, quando naſcantur. Chriſtus, Fratres, etſi homo erat, erat tamen in principio apud Deum. Naſciturus itaque Dei Filius, cuius in arbitrio erat, quodcunque vellet, eligere tempus; eligit, quod moleſtius eſt. Id ergo melius, id vtilius, id potiùs eligendum.

dum. Hic sciet reprobare malum, & eligere bonum. Malum ergo voluptas corporis; bonum verò afflictio est: quidem & hanc elegit, & illam reprobat puer sapiens, verbum infans. (Isa. 7.)

(3. Reg. 11.) *Dominus meus habitat in papilionibus*, (Bethlehemitico tugurio:) *& ego ingrediar domum meam vt bibam, & comedam, & dormiam cum vxore mea* (carne!)

O tenelle Saluator meus, quid nocte potiùs, quàm die nasceris? Vt statim natus nocturnum frigus toto corpore deguttatem magis: nox etenim ipso die sempee frigidior est. Cum lacte suxi tribulationes: *Bibi vinum meum cum lacte meo.* Solet infantium nutrix nutriri: solet nulla affici molestia, ne puer sugens sugat molestias. Heu! heu! sanctissima tua Nutrix, ac Genetrix Virgo anxietatibus, angoribusque pascitur, ac nutritur: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Quomodo dulcissimum illud lac sit dulce, quot tot, tantæque premunt angustiæ? *Non coques hædum in lacte matris.* O legem sapientissimam! sed vbi tecum, ô legis conditor!

O quàm citò in laboribus, à natiuitate, nedum à iuuentute. *Vocanomen eius: Accelera, festina.* Quid? A natiuitate pati, pro nobis sanguinem fundere. (Isa. 10.) *Messui myrrham meam cum aromatibus meis: bibi vinum meum cum lacte meo.* Messui tanta animi voluptate, *sicut qui lætantur in messe*, myrrham meam primam, spontaneam, quam in circoncisione solus amor, non claui, non lancea, non ferrum eduxit. *Bibi vinum meum*, lacrymas, nimirum, *cum lacte meo Et potum meum cum fletu miscebam.*

Sed illæ tunc Christi infantis lacrymæ, vagientisque pueri voces ex eo erant, quòd necdum posset totum effundere Sanguinem, nec brachia extendere in crucem.

(Psal. 109.) *De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.* Comparat hicce um viatori æstu laboranti, & anhelo, (nam *Exultauit, vt gigas, ad currendā viam, à summo cælo egressio eius.*) qui quandam incidit in aquam, & præ siti non potuit se continere, quin biberet: nam labores, ac passiones amore æstuans, & sitiens mirum in modum appetebat. Bibit igitur nunc de torrente passionis, vt potuit; primoribus, videlicet, labiis, donec siticulosus cursus ad fontes aquarum amarissimæ passionis perueniret, ac sitim expleret.

(Cant. 5.) *Aperi mihi, soror mea sponsa, aperi mihi: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium* Ros, guttæque noctis sunt hæ sanguinis stillæ. Antequàm copiosus imber defluat, tenuis è cælo dilabitur pluuia. En tenuis pro nunc sanguinis pluuia è sublimi illo corpusculi cælo; veniet, veniet tempus, quo cæli cataractæ aperientur, dum non gutta, sed vnda, vt ait Bernard. per quinque corporis partes emanabit, & fiet copiosa apud eum redemptio.

(3. Reg. 18.) *Ecce nubecula parua ascendebat de mari, & facta est pluuia grandis.* Nubecula hæc parua, & tubea in mane circoncisionis indicat, quàm magna futura sit pluuia passionis. *Mane rubicundum*, ait Dominus, *hodie tempestas; rutilat enim triste cælum.* (Matth. 16.)

Hodie Sanguinis primitias Christus obtulit, in cruce postmodum totum offeret.

(Gen. 49.) Vestem humanitatis sanguineis nunc sparsit guttis: *Lauabit postea in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.*

(Cant. 2.) *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* quia vulneratus charitate & ego. Amoris siquidem febri in præsepis lectulu laborabat. Sed infantulo venæ sectio non adhibenda: paucæ sanguinis stillæ si educantur, satis: veniet miles, veniet qui lancea latus eius aperiet, pectotisque illius amantis venas proscindet. Emptor emendæ rei cupidus, antequàm totum exsoluat pretium, arrhabonem, pignusque dare consueuit. O pretiosi sanguinis arrhabonem! ô pretij illius magni, quo empti sumus, nostræ salutis pignus! ô amorem! ô charitatem! *Zelus Domini exercituum fecit hoc. Hanc mihi* (Pater) *accipe; quia placuit oculis meis. Nusquam Angelos apprehendit; sed semen Abrahæ apprehendit.* Ceciderunt è cælo Angeli, ac Seraphini: iacent adhuc, ac in æternum iacebunt: cecidit homo; manum porrigit Deus, vt iacentem subleuet, altiùsque subleuat, vt eum ad incomprehensibilem dignitatem attollat. *Zelus Domini exercituum fecit hoc. Quia placuit oculis meis.* (Isa. 9. Iud. 14.)

O suauitatem! ô gratiam! ô amoris vim! exclamat Bern. Quis hoc fecit? Amor dignitatis nescius, affectu potens, suasu efficax. Quid violentius? Triumphat de Deo amor. Quid tamen tam non violentum? Amor est. Quæ est ista vis, quæso, tam violenta ad victoriam, tam victa ad violentiam? Denique *semetipsum exinaniuit*, vt scias amoris fuisse, quòd plenitudo effusa est, quòd altitudo adæquata est, quòd singularitas associata est. Cum quonam tibi, ô admirande sponse, tam familiare consortium? *Nobis*, inquit *capite.* Cui tecum? An Ecclesiæ de gentibus? De mortalibus, & peccatoribus collecta est. Illam scimus, quæ sit. Sed tu quis es. Æthiopissæ huius tam deuotus, tam ambitiosus amator? Sanè non alter Moyses; sed plusquàm Moyses. Num tu ille es *speciosus forma præ filiis hominum*? Parum dixi: *Candor es lucis æternæ, splendor, & figura substantiæ Dei.* Postremò, *super omnia Deus benedictus in sæcula.* (Bern. ser. 2. in Cant.) (Philip. 2.) (Num. 12.) (Psal. 44. Sap. 7. Hebr. 1.)

Dilexi vos, & dixistis, in quo dilexisti nos. O ingrati animi vitium! audite. *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in Sanguine suo.* Interim primitias æterno Patri offeramus, quibus nihil gratum magis: & si fuerint peccata nostra vt coccinum, vel cofeum, nimirum, Christi sanguine rubricantia: quasi nix dealbabuntur; Agnique huius Sanguine aspergamur, vt nos percutiens Angelus pertransseat. (Malac. 1. Isa. 1.) (Exod. 12.)

Sed meminerimus, Christum tam citò passum, vt & ipsi patiamur. Vide, inquit Bernard. quantùm ad suscipiendos dolores festinauit, quantùm promptus Sanguinem effundere: circuncisus pro nobis die Natiuitatis suæ octauo Christus octauā diem à natiuitate sua vix expectat, vt suum tibi impendere Sanguinem incipiat: tu post, non dico octo dies; sed nec post octoginta menses, imò & octoginta annos solam non rependis voluntatem! Sic tenellus & lactens passus est: nos grandæui, & rusticales nihil patiemur? *Christus passus est pro nobis;* ait Petrus, *nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius*: ac ne fatigemur, ne terreamur, paruulus factus est, nō gigas, pedetentim ambulans cum Ephraim, vt nunc quisque illud dicere possit: *Vestigia eius secutus est pes meus.* Et illud: *Custodiam legem tuam semper*, vel *custodiam legem tuam ad vestigium.* Et *exurge, Domine Deus meus, in præcepto, quod mandasti*; hoc est, iuxta August. Veni, Domine, carnem assume, & operare tu, quod nobis operari iubes. *Et Synagoga populorum circundabit te.* & tunc cuncti populi tibi adhærebunt, téque omnes imitabuntur. *Ideò adolescentulæ dilexerunt te.* Chald. *Et ideò dilexerunt iusti ambulare post viam bonitatis tuæ. Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Viam mandatorum cucurri, cum dilatasti cor meum,* (Bernard.) (Osee 11 ex Hebr. Iob 23. Psal. 16. Al. 7.) (Psal. 7.) (Cant. 1.) (Chald.) (Psal. 118.)

meum, vel, cùm dilatationem fecisti mihi.

O ingens, ô vere ingens beneficium! Quondam Deus Abraham vocauit: (Gen.12.) *Egredere de terra tua, &c. & veni in terram, quam monstrauero tibi.* Egit id promptò animo Abraham, & factò, vt ait Ambros. præuenit dicta sapientum, sequutus est Deum. Sed notandum, quòd in egressionis huius relatione inquit Paulus: (Hebr.) *Et exiit nesciens quò iret.* Mysticè, præcedentem Deum hominem non habebat Sic infrà: (Gen.17.) *Ambula coram me.* Nondum post me, quod posteà dictum est: *Sequere me. Venite post me, &c.*

(Exod.33.) Hunc eundem præcedentē, vt Moyses petimpetrabat! *Præcipis, vt educam populum istum, & non indicas mihi, quem missurus sis mecum. Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende faciem tuam.* (Hugo Vict. Hebr.) Hugo Vict. id est, præsentiam tuam. Hebr. *Viam tuam*, illam, nimirum: *Ego sum via, Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto.* (Eugub.) Eugub. ex Heb. *Nisi præsentia tua, vel vultus tui veniant, ne educas nos de loco isto.* Cur vultus in numero multitudinis? quia hinc Deum, & hominem, hoc est, vt scholæ termini vtuntur, vnam Christi personam duabus in naturis subsistentem optabat.

O nos felices, qui in hoc mundi deserto iam præcedentem hab mus! (Isa.2.) *Venite (nunc) & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius.* En ascendit, (Mich.2. D.Hier.) *iter pandens ante eos, vel qui diuidit ante eos*; quasi diceret, montes complanat, redditque *praua in directa, & aspera in vias planas.* Quisque sequi potest, puer, iuuenis, senex, vt Petrus, & Andreas ferè senes. Ioannes septem & decem annorum, & Infantes lactentes secuti sunt Agnum, quocunque iuit. *Gaudent in cælis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt, ideò cum Christo exultant sine fine.*

Eia, Christi vestigia sequamur: nemo enim meliùs ambulat, quàm qui eius vestigia terit. Aliena vestigia recalcantem posse benè discurrere, non fatebor, inquit ille; sed vt suprà, cùm de D. Francisco loqueremur, iam diximus, de imitatione oratoria, non de Christi imitatione loquebatur. Is benè, quin optimè discurrit, qui Christi vestigia pro suo posse recalcat.

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

PVNCTVM CLI.

Sed iam tempus est, vt ad excellentissimum illud instituti Sacramenti beneficium veniamus. *Ecce Deus noster ignis consumens est. Ignis in altari meo semper ardebit. Et in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Vt ignis illuminat, ac inflammat, sic diuinum hoc Sacramentum id præcipuè habet proprium, vt intellectum illuminet, ac effectum inflammet.

(3.Reg.6. Cant.3.) In libris Regum, & in Cant. Canticorum mirabile illud opus describitur, quod sibi fecit Rex Salomon: in quo cùm singula nemo non miretur, illud præsertim suspiciunt omnes, quòd interiorem eius partem amore, & charitate constrarit, vbi veluti pro stemmate, aut symbolo amoris carbonem ignitum fuisse volunt, qui ex Hebr. transferunt: (Hebr.) *Et in medio eius carbo ignitus.* Ferculum hoc, (Ambros.) aut sella gestatoria, siue thronus, iuxta Ambros.

A Bed. & Bernard. diuinum est Sacramentum. (Beda Bernard.) Nam, *in dia charitate constrauit.* Alij: *Medium eius combustum, & ardens charitate.* (Alij. Sept.) vel, *Medium eius tenet incensus charitate propter filias Ierusalem*, siue, *filiabus Ierusalem.* Hoc est: Semetipsum Deus, qui charitas est, in eo posuit, quòd totus erga animas ardeat charitate, quódque ad sui amorem eas hoc pacto velit allicere, ac inflammare. Nec id solùm: verùm vt sapientissimus Salomon, plusquàm Salomon hîc, in hoc non mundi negotia, vt ait Philo; (Philo Carp.) sed cælestis regni firmat documenta. Et sanè Rupertus, (Rupert.) qui per hoc ferculum sacras Scripturas intelligit, quo vtrunque effectum luminis, & caloris intelligas.

B Vidit Propheta fluuium igneum, rapidúmque (Dan.7.) egredientem à facie Dei. Quid hîc aliud, quàm diuinum hoc Sacramentum, quod flumen est sapientiæ, ignis amoris, quod corda rapit, dum ab illo amoris incendio egreditur.

In Exodo: *Totus mons Sinai fumigabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace. Steticque populus de longè. Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus.* (Exod.19 & 20.)

Quid est aliud altare hoc nostrum, quàm flammarum mons, in quem Deus ipse descendit, & ad quem per caliginem sacramentalium accidentium Dei familiaris ascendit, vt calorem concipiat, vt lumen acquirat?

C Verè *Carbones succensi sunt ab eo, inclinauit calos, & descendit, & caligo sub pedibus eius, & ascendit super Cherubim*: vt amorem, scilicet, ac scientiæ plenitudinem ferat. (Psal.17.)

Sed sigillatim effectum vnum post alterum videamus. Duo lignа, inter cætera, plantauit Deus in (Gen.3.) Paradiso voluptatis; alterum vitæ, alterum verò scientiæ boni, & mali. Exitium hominis notum est, & quàm meritò fuerit vtroque priuatus, mortalisque & cæcus effectus, iam nemo ignorat: sed en pro vtroque præstantius lignum vitæ, & scientiæ, cuius fructus est panis vitæ, & intellectus.

Ad Ezechielem Dominus: *Fili hominis, comede* (Ezech.3.) *volumen istud.* Quid? legat volumen, an comedat? Comedat: quia mysticum volumen est. *Comedi illud, & factum est in ore meo, sicut mel dulce.* Et quis D inde effectus? luminis, ac splendoris. *Et ecce gloria Domini stabat, quasi gloria, quam vidi iuxta fluuium Chobar.*

Istud ipsum est mel Ionathæ, qui intinxit in (1 Reg.14.) fauum mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi.

In Prou. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit* (Prou.9.) *columnas septem, &c.* Sed, quis crederet, in hoc gymnasio cibo, potúque scientiam compara i? *Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.*

Hic Sponsa suam comparauit doctrinam. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* (Cant.2. Chald.) Chald. *In domum gymnasij docti ina.* O quanta nomit · ô quam sapit anima in hoc gymnasium introducta!

E Secretiora Dei, pro suo tamen captu, intelligit eadem Sponsa: *Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.* (Cant.6. Hebr.) Heb. *Viscera eius vas eburneum operitum sapphiris*, aut *interiora eius puritas*, vel *munditia eboris.* (Sept.) Sept. *Venter eius tabula, vel pyxis eburnea super lapidem sapphirinum.* Pyxis est vas illud argenteum, vel aureum, in quo sanctissimum Sacramentum seruamus, & Græcè, pro scriniolo etiam sumitur, in quo pretiosa secreta reconduntur, qualia sunt Regum diplomata, te[...]ficum, in[...] quæ hominum

hominum sententiæ, ac monimenta, quæ secretiora, altioraque sunt, quàm quæ omnibus pateant.

Quo sensu Christi viscera in ea pyxide cæli erunt arcbiuium, diuinæque sapientiæ scrinium, in quo reconditi seruantur omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Fauet Theodoretus, qui per Christi ventrem sacram Scripturam intelligit, quam rectè mysteriorum profundum, & penu cognitionis appellat; qui quidem venter super lapide sapphiro fundatus dicitur, ob rerum cælestium, ac diuinarum arcanam profunditatem, in quam plerique per hoc Sacramentum tam intimè ingrediuntur, vt supra se per ecstasim rapiantur. — Theod.

Hinc in Exod. *Sic autem comedetis illum: renes vestros accingetis*, &c. *& comeditis festinanter*. Hebr. *Cum ecstasi, & stupore.* — Exod 12.

Hinc mensa cum panibus propositionis coram candelabro. — Luc. 24.

Hinc illi *Cognouerunt eum in fractione panis.* Quia, videlicet, intellectum illuminat.

Sed iam ad effectum alterum transeamus, nimirum, affectum inflammat. Nihil magis, quàm amor in amorem accendit; quapropter ille: Si vis amari, ama. Nunc: *Nunquid non iste torris est erutus de igne? Et Iesus erat indutus vestibus sordidis.* O quàm conspersa sanguine vestis humanitatis? ô quanto ex amoris incendio torris iste erutus fuit! — Zach. 2.

Ossa mea sicut cremium, aruerunt. D. Hieron. *Quasi frixa contabuerunt.* August. *Tanquam in frixorio confrixa sunt.* Alij, *Tanquam focus, & torris adusta sunt.* Vt in vrbis direptione, cùm vrbs ferro, igníque traditur; prædæ cupidus miles eo vsque prædatur, vt flamma correptus incendatur: sic, quid aliud fuit Christi passio, quàm Inferni prædatio, quàm animarum direptio? — Psal. 101. Hier. August. Alij.

Ad prædam, fili mi, ascendisti. Voca nomen eius: Accelera spolia detrahere, festina prædari. Sed ecce, dum rota auiditate prædæ inhiat, incensus moritur. — Genes. 49. Isa. 8.

Et erat gloria Domini quasi ignis ardens supra verticem montis in conspectu filiorum Israel. Ex hoc autem incendio torris iste erutus est, qui vniuersum, incendat orbem. O torrem! ô flammas! — Exod. 25.

O qualem sui erga nos amoris fecit ostensionem! tantam profectò, quantam erga ipsos Angelos non effecit. Vidit Ezechiel *Similitudinem quasi aspectus hominis, & quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus per circuitum eius.* Sed mirum, à lumbis eius, & desuper non splendebat, à lumbis verò eius vsque deorsum, vndique emicabat. Quid per electrum hoc ex auro, argentóque conflatum, nisi Christus Deus, & homo signatur? qui recte de medio ignis, & ignitus apparet, tum propter passionis ignem, in quo eius humanitas arsit; tum propter charitatis ardorem, quo erga homines fuit inflammatus. Sed notandum, quòd istius sedentis species à medio corporis, & sursum videbatur ardens intrinsecùs, & latens: à lumbis verò deorsum ignis splendens exteriùs, & apparens: nam Christi virtus cum supernis Spiritibus quantùm ardeat, humana ratio non excogitat: quia eos, sic dixerim, amore in suo pectore abscondito dilexit: nam, etsi illis benè fecit; non pro eis tamen mortem pertulit, nec talia dilectionis signa monstrauit. A lumbis verò deorsum apparet ignis splendens: quia in quantum Apostolos, & alios gratiæ filios accenderit, per facti euidentiam omnibus apparet. — Ezech. 1. D. Gregor. hom. 2. in Ezech. D. Bon. de Eccl. Hier. 4. p. versus finem.

Id, quod innuere videtur Ioannes, dum hoc enarraturus mysterium, ait: *Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Vbi nota, non dicere suos, qui erant in cælo; sed suos, qui erant in mundo: quia ardentissima hæc amoris flamma, non sursum ad Angelos tetendit; sed deorsum ad inflammandos homines descendit: & propterea dixit: *In finem dilexit eos.* quasi homines per hoc, non Angelos in signum posuerit, in quos tanti amoris flammam direxerit. Vel, *in finem*, quasi in hoc vltimum signum, ac veluti gradum constituerit, ad quem eius amor peruenire poterit; quod est illud diuini amoris, Non plùs vltrà. *In finem, in finem dilexit eos.* Alij, *In contentionem.* Alij, *In æmulationem dilexit eos*, nam, quæ vnquam mater filios sic proprio pauit cruore, aut quænam sponsa sic suum coniugem adamauit? *In contentionem, in æmulationem dilexit eos.* q.d. Nemini in amore cedo. — Ioan. 13. Alij.

Regina illa Mausolum virum suum supra omnes amorum fabulas, vltraque affectionis humanæ fidem amasse fertur. Hæc in violenti amoris indicium molita est, ingenti impetu operis, conseruandæ mariti memoriæ sepulchrum illud memoratissimum, & vsque ad septem miracula prouectum. Ad hæc, accersitis vndique Oratoribus, certamen laudibus eius dicendis fecit, quibus amplissima constituit præmia. Demum, vt ait Valer. ipsamet Mausoli viuum, ac spirans sepulcrum fieri concupiscens, extincti ossa potione aspersa bibisse narratur. Sed, quid diuinis humana conferimus? En, en, *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus.* Heb. *Misericors, & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* q.d. En sua potiùs viscera in potum dedit, quo sua via, iam mortui viueremus in ipso, ac verè diceremus: *Viuo ego, iam non ego: viuit verò in me Christus.* Chrysostom. Vt non solùm per dilectionem; sed re ipsa in illam misceamur carnem, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Cùm enim suum in nos amorem indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur: hoc enim amantium maximè est. Hoc Iob significabat de seruis à quibus maximè amabatur, qui suum amorem præ se ferentes dicebant: Quis daret nobis, vt eius carnibus impleremur? Quod Christus fecit, vt maiori nos charitate adstringeret, & vt suum in nos ostenderet desiderium, non se tantùm videri permittens desiderantibus; sed & tangi, & manducari, & dentes carni suæ infigi, & desiderio sui omnes impleri. — Valer. Max. l. 4. c. 6. Psal. 110. Hebr. Chrys. hom. 45. in Ioann.

O excessum amoris, & charitatis! Mente excessisse visus est Dauid coram Rege Achis, dum *mutauit os suum, & collabebatur inter manus eorum*, vel iuxta Sept. *Ferebatur manibus suis*, quod mysticè dictum de Christo asserit August. quippe qui solus semetipsum manibus suis tulit; dum accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas, ac benedixit, ac fregit. Sed, ô quàm æterna illa sapientia per amorem excessisse visa est, dum per hæc accidentia, quasi personatus, *Mutauit os suum, & impegit in ostia portæ Caluariæ, ac defluebant incomprehensibilis eius sapientiæ saliuæ*, adeò, vt plerique dicerent: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Et durus est hic sermo: & quis potest eum audire.* — 1. Reg. 21. Sept. D. Aug conc. 1. in Ps. 33.

Quid vltra? Verè non plùs vltrà. Cùm populus Hebræorum in Masphat magnam Philisthæorum stragem edidisset, oblato tam agno illo integro Domino, *Tulit Samuel lapidem vnum, & posuit eum inter Masphat, & inter Sen, & vocauit nomen eius illius, lapis adiutorij, dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis Dominus.* Et quidnam hic agnus, nisi Agni Dei — 1. Reg. 7.

Dei figura? Quid hic lapis, nisi Christum lapidem angularem, petrámque significat? Hic verè lapis adiutorij, hic meta, hic vltimum diuini amoris signum. *Hucusque auxiliatus est nobis Dominus.* Non plùs vltrà. Magnum sanè fuit auxilium, quo mundo auxiliatus est Deus, cùm ei suum vnigenitum dedit; maximum cum pro mundo eundem suum vnigenitum in mortem tradidit: sed nondum amor lapidem fixerat adiutorij, nondum columnam posuerat, non adhuc in finem dilexerat; sed, vbi in cibum Christus seipsum dedit, repentè amor, non plùs vltrà inscripsit: quo certè non solùm, vt ait Chrys. incarnationem ipsam extendit; sed etiam suam mortem, sic dixerim, æternisauit, vt vltrà nemo quicquam desideret.

Cant. 17. Isa. 58. Hebr. *Frumento, & vino stabiliui eum: post hæc, fili mi, quid tibi amplius faciam? Cibabo te hæreditate Patris tui Iacob.* Hebr. *Comedere te faciam hæreditatem Patris tui Iacob.* Et quænam ea est: Eademmet, de qua in Genes. *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini. Post hæc quid tibi ampliùs faciam?* O quàm bene Concilij Tridentini Patres! Diuitias diuini sui in nos amoris velut effudit.

Quid tibi ampliùs faciam? Depauperauit se, ita dixerim. O amorem! ô charitatem!

Hæ sunt prunæ, Fratres mei, quas tulit Cherub, & dedit illi, qui erat indutus lineis, vt effunderet super ciuitatem: nam diuinum hoc Sacramentum ad inflammanda hominum corda est institutum. Sed illud notandum, cur non potiùs Seraph prunas accepit? quia, vt iam toties diximus, Cherub, plenitudo scientiæ interpretatur: & quoniam Sacramentum hoc non solùm affectum inflammat; sed etiam intellectum illuminat, idcircò prunas illas Cherub potiùs, quàm Seraph accepisse narratur.

Sed, quid est, quòd nos tam frigidi sumus, tam rudes sumus? Quia ad Sacramentum hoc non accedimus, &c.

De præparatione, ac impræparatione accedentium.

PVNCTVM CLII.

INtrauit autem Rex, vt videret simul discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. O si hodie Rex iste intraret, quot sine charitatis veste, ac virtute nudatos inueniret? Pauci nunc sese excusant, & plurimi sunt discumbentes; sed vestis nuptialis, ac cœnatoria vbi?

Apoc. 19. In Apoc. *Venerunt nuptiæ Agni. Mox, & vxor eius præparauit se*, non incompta iuit; sed præparauit se. Et quonam apparatu? *Et datum est illi, vt operiat se byssino splendenti, & candido.* Quid verò hoc? Subdit: *Byssinum enim iustificationes sunt Sanctorum.* Virtutibus ergo Sanctorum induta est, puritate, mansuetudine. Sponsa Agni ergo mansuetudine prædita: at quomodo sese habet frequentia hæc cum passionibus tam viuacibus? tanta cum iracundia? Agnum comedimus, & leones sumus? certè nos ipsos non paramus, nuptialem vestem non induimus, conscientiæ candore non accedimus. O irreuerentiam!

In Esther, illæ, quæ coram Rege Assuero intraturæ erant, eíque mortali homini placituræ, per (Esth. 2.) annum integrum parabantur. Huc venturæ ante Regem immortalem, nec per semihoræ spatium parantur: Hugo Cardin. ad illa verba: *Sex mensibus* (Hugo Card.) *vngebantur oleo myrtino, & aliis sex pigmentis, & aromatibus.* Myrtus, inquit, ad statum pœnitentium: aroma verò ad statum pertinet iustorum: vnde mysticè, qui sese in pœnitentiis, ac mortificationibus primùm exercuerunt, tum orationis, virtutúmque studio dederunt, coram hoc Rege stabunt, frequentésque erunt.

Vel agnum illum comesturi sese parare debe- (Exod. 12.) bant: *Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus*, &c. Ad hæc agnus ille per aliquot dies domi seruandus erat, vt semper ob oculos haberetur. Præterea, *Omnis alienigena, aut mercenarius non comedat ex eo.* Demum, *Comedetis festinantes*, siue, *cum ecstasi, & stupore.* Nunc, quid ad rem ipsam desiderabitur, si ad rei figuram tanta requirebantur? O quàm accinctis continentiæ renibus! ô quàm compressis animi affectionibus! ô quanta agrestium lactucarum mortificatione! ô quali animi attentione accendendum! ô quàm mercenario, inanísque gloriæ cupido, ac alienigenæ extra gratiam recedendum! ô quali mentis ecstasi, & stupore? &c.

Heu! heu! Arcam Domini, quocunque cir- (1. Reg. 5.) cunferimus cum Philisthæis, à lapide Adiutorij in Azotum, quod est *Depradatio*, siue *ignis dilecti*, in (Hebr.) castra, & in templum Dagon; nec timemus fieri manum grauissimam super nos? Heu! propriè idola? ô quàm multi ex his, qui frequenter accedunt, suarum affectiunum idola non auferunt, & diuinam hanc Arcam statuunt iuxta Dagon.

In Oseam: *Viuent tritico, & dicent: Quid mihi* (Oseæ 14.) *vltrà idola?* aut Chald. *Quid ad nos vltra seruire* (Chald.) *idolis?* Et in Isa. *Contaminabis laminas sculptilium* (Isa. 30.) *suorum.* Hic effectus est Sacramenti frequenter suscepti; idolorum contritio; vanitatum, inordinatarúmque affectionum recessio.

In Exod. Moysi, qui propiùs, quàm par erat, ru- (Exod. 3.) bum videre voluit, dictum est: *Ne appropinques* (Hebr.) *huc, solue*, &c. Et erat Moyses, quod est ab aquis eductus, scilicet, voluptatum; & fortè ob aliquam solum affectuum leuissimam deordinationem audiuit, *Solue*, &c. Nos calceati nostris omnibus affectionibus illuc audebimus appropinquare, nec flammas verebimur?

Quis poterit habitare de vobis cum igne deuoran- (Isa. 33.) *te? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiter-* (Hier.) *nis?* Qui ardores isti? Quis ignis? Hieron. Quis po- (Lyra ibid.) terit habitare de vobis cum eo, qui ignis est deuo- (Leuit. 6.) rans? Lyr. *Quis poterit habitare de vobis*, &c. id est, (Hebr.) dignè ministrare in altari holocaustorum, vbi erat ignis perpetuus? Omnis, qui huiuscemodi est, qualem propheticus sermo describit: *Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritates: qui proiicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere: qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem; & claudit oculos suos, ne videat malum; iste in excelsis habitabit; munimenta saxorum sublimitas. Panis ei datus est.* Quisnam? Iustin. in suo Dialog. contra Try- (Iust. Dial. cont. Tryph.) phon. Prophetia hæc de pane est, quem dedit nobis Christus, & de suo, quod facere iussit in suam commemorationem.

Accedes ergo, qui non huiusmodi es? & irreuerenter, & securus accedes? Chrys. Angelorum ex- (Chrys. in Psal. 4.) pendit reuerentiam ad Christi sepulcrum. Vt ostenderent, inquit, Angeli, Deum ibi fuisse sepultum, ad sepulcrum tanquàm ad cælum manebant. Idem terræmotum ibidem factum perpendens: Se- (Matth. 28.) pulcrú, inquit, accepto corpore deposito, territum,

quòd

quòd patris thesaurum accepisset, depositum cum tremore reddidit. O'quàm iustè tremuit sepulcrum, vbi depositum tantum thesaurum cogitur reddere! Sed, ô quàm potiori iure nos contremiscere debemus, qui thesaurum eundem, corpus, scilicet, Christi intra nos ipsos recondimus, & cum obligatione reddendæ rationis tenemus!

Luc. 1. Olim sanctissima Virgo ad Angeli vocem *turbata est, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Sed cur turbata? Post nonnullas allatas rationes. Quid plura? subdit Chrysolog. Mox fensit in se supremum suscipi Iudicem. Quanuis enim blando motu, affectu pio, Virginem sibi Deus in Matrem, fetuam sibi verteret Dominus in parentem; turbata sunt tamen viscera, mens refugit, ipsa est tremefacta conditio, cùm Deus, quem tota creatura non capit, totum se intra pectus recepit, & condidit humanum. Chrysol. serm. 140.

Cant. 5. Ardentissima illa Dei amatrix in Canticis, mox vt sensit immissam dilecti manum per foramen ostij, vt pessulum dimoueret, *venter meus*, inquit, *intremuit ad tactum eius.* Quæ verba D. Ambros. legit: *Venter meus conturbatus est super eum*, hoc est, statim ac ille pessulum tetigit, vt domum ingrederetur, viscera mea intremuerunt, & [con]turbata sunt. Sed quid trepidas, ô dilecta? Sanè appropiuquantem, ac aduentantem formidat: vt nos doceat quantis cum reuerentia, & quanto cum timore eundem intra nos ipsos suscipere debeamus. Ambros. l. 3. de Virg. & serm. 12. in Psal. 118. vers. 4.

Iosu. 3. Egressis olim de Iordane Israëlitis Arca fœderis anteibat, se populus sequebatur. *Sequimini*, inquit Iosuë. Sed qualiter, ô Dux, propiùsne? *Sitque inter vos, & Arcam spatium cubitorum duorum millium.* Heu, cur tam à longè? Propter reuerentiam Arcæ, inquit Lyranus. Tu non Arcam; sed rem ipsam, quam Arca præsignat irreuerenter contingere? in euchatisticam Arcam temerè irruere præsumes? Lyran. ibid.

Gen. 26. Postquàm Isaac, & Abimelech iedierunt in gratiam, eam, vt mos erat, splendido conuiuio confirmarũ: *Et post cibum, & potum*, inquit sacer Textus, *surgentes manè iurauerunt sibi mutuò.* At, cur non inter cœnandum, vel saltem post cœnam iuratum? cur in crastinum iuramentum delatum est? Vt minitatene, inquit idem Lyran. salius ieiuna propter reuerentiam iuramenti. Sic nuper Mart. del Rio: Poscit iuramenti publici, & solennia reuerentia, vt non nisi à ieiunis, & sobriis præstetur. Quòd, subdit, malo more hodie non seruatur, cùm canones vetent, à non ieiunis testimonium dicere. Nunc, si tantam nomen Dei ore pronunciandum exigit reuerentiam, quantam, quæso, postulabit Christi Domini Corpus ore suscipiendum. Lyran. Mart. del Rio, ibid. c. 1. extr. de testibus.

Exod. 24. Præcepit olim Dominus Moysi, vt tabulas accepturus lapideas montem conscenderet: quò vbi ille peruenit, *Operuit*, inquit Textus, *nubes montem, & habitauit gloria Domini super Sinai, regens illum nube sex diebus. Septimo autem die vocauit eum Dominus de medio caliginis.* Vbique mysteria. Cur non statim primo die eum vocauit. Oleaster duplicem rationem assignat: vnam, ne Moyses superbiret, videns se ad diuinum colloquium protinus admitti: alteram, vt Deus suam maiestatem ostenderet more Regum temporalium, qui non statim foras prosiliunt, nec tam citò alloquuturos admittunt. Sed n[ost]ris ad rem Beda Venerabilis: Septimo, inquit, ad altiora transcendit, ad colloquium Domini vocatus: quia per opera, quæ à Deo acceperat, magis, ac magis illustrari, & ab omnibus malis meruit obumbrari, vt ad sublimiora diuinæ visio- Oleast. ibid. Beda hoc loco.

Speranza Scripturæ selectæ.

nis, & collocutionis dona perueniret: quasi diceret: Septimo die vocatus est, vbi ille totos sex dies se ad diuinum colloquium præparauit: & ab humano consortio separatus, gloriosus quodammodo effectus est, antequàm cum Deo gloriæ colloquetetur. Quòd si ad alloquendum intiet nebulas, non tam ipsum Deum, quam Angelum, qui pro Deo loquebatur, tanta præcessit præparatio: quanta, obsecro, non modò ad alloquendum; sed etiam ad amplectendum, ac suscipiendum intra se ipsum Deum præcedat oportet?

Vidit aliquando Petrus Dominum in littore, & ex feruore charitatis, qua Christum diligebat, vt ad eum protinus perueniret, *tunica præcinxit se,* (*erat enim nudus*;) *& misit se in mare.* At quid agis, ô Petre? vt in mare descendas, te succingis? Indutus si esses, exuere te potiùs deberes: exutus verò te induis; Ah! me indoo, inquiet, quia ad Christum pergo, & sua purissimos eius oculos venturus, licet per vndas, meam vt decet nuditatem, tego. Sic Theoph. Quòd se succinxit Petrus, pudoris est signum. *Cùm audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se.* Ioan. 21. Theoph. ib.

Pulchrè illustris quidam inter recentiores Interpres ad illa Isaiæ verba: *Et duabus velabant pedes eius*; vel ad Hebraicum, *pedes suos*: ostendit Seraphinos illos duabus alis velasse partes illas, quæ in humana specie non poterant honestè nudari, quas pedum nomine significati dicit. Vt enim nihil indecorum obiici patimur eorum oculis, quorum auctoritatem veremur: sic etiam species nulla, quæ indecorum aliquid referret, obiici debuit à Seraphinis maiestati diuinæ. Cuius rei gratia in Exodo cautum legimus, ne Sacerdos absque feminalibus, id est, subligaculis, quæ obscœna tegerent, ascenderet ad altare, ne ibi aliquid appareret indecorum. Et apud Ezechielem mysticorum illorum animalium, hoc est, Cherubinorum duæ pennæ tegebant corpora, vt sic illa ampliorem exhiberent reuerentiam; &, quanta vos decens sit puritate ad Sacramentum accedere, & coram Deo apparere, contestarentur. Isa. 6. Gasp. Sanctius ibid. Exod. 28. Ezech. 1. Ezech. 49.

Et tamen tam irreuerenter accedimus, tam indecotè Christum ipsum in Sacramento recipimus! Bone Deus! Si quoties Reges excipiendi sunt, inquit Philo Hebræus lib. de Cherubim, magnificentiùs excolimus ædes proprias, nihil negligendo, quod ad ornatum pertineat; sed omnia beoignè, ac liberaliter adhibemus, vt hospitium quàm iucundissimum respondeat dignitati hospitis. Regi Regum & huius mundi Rectori Deo, comitatis, atque humanitatis causa dignato suam creaturam inuisere, & à summo cælo ad terram, vt generi humano beneficia sua conferret, digresso; qualem eandem domum oportet instrui? Philo. *Vt terreni Reges cum mundities excipiuntur, sic cælestis.*

Isai. 56. pro his, qui frequenter ad Sacramentum accedunt: *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus: adducam eos in montem sanctum meum: & lætificabo eos in domo orationis meæ. Holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi.* Primò, *nomen melius.* Hoc certè habere debent, qui frequenter hoc Sacramentum suscipiunt: *nomen melius*, quo Deus glorificetur, non blasphemetur. Præterea, *adducam eos in montem.* vitæ perfectioris esse debent, desiderióque sanctitatis habere debent. Demum homines orationi, huicque diuino exercitio mancipatos esse oportet. *Lætificabo eos in domo orationis meæ.* Et tùc, *holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi.* Sed heu! *Omnes bestiæ agri, venite ad deuorandum,* Isa. 56.

BB vniuersæ

vniuersa bestiæ saltus. q. d. Veniant vt bestiæ agri. Et vnde? Persæpe ex Confessariis. *Speculatores eius cæci, canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia*; hoc est, credunt mulierculis omnia, illæ enarrant somnia, & isti angelicas putant esse visiones. *Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam. Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multò amplius* O miseriam, &c.

Malach. 1. *Ad vos, ò Sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dicitis: In quo despeximus nomen tuum? In eo, quòd offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo, quòd dicitis: Mensa Domini despecta est.* Offerimus panem pollutum, quoties impuris manibus oblationem sanctam contrectamus. Mensam autem Domini despectam esse dicere videmur, quoties ad eam contemptim, temerariéque accedimus. Sed, *anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis.* Væ nobis, quotidie edimus; vereor, ne aut indignè, aut sine fructu.

Leuit. 7.

Qui fieri potest, vt hoc tali, tantóque nutrimento tam parum plerique in vita spirituali crescamus? O qualem in rebus diuinis profectum tot abhinc annis fecisse deberemus? quàm fortes esse? &c. *Panem Angelorum*, Hebr. *Panem fortium*, panem robustorum, &c. *Et erit firmamentum in terra, in summis montium.* D. Hier. *Et erit memoriale triticum in terra in capite montium.* Targum Chald. *Et erit placentula tritici in capitibus Sacerdotum.* Alij: *Et erit panis Heroum.* Pro qua lectione memini Heroum Dauid. Vnus Heroum Samma, qui exercitum percussit Philisthæorum, Heb. potione cadentium: Sobrius, nimirum, esse debet, qui sanctissima hac potione lætatur. Alter Banaias, qui percussit duos leones Moab, Heb. *ex patre genitus*, gulam, videlicet, & luxuriam. Sic Galfridus, qui etiam leonem alterum in cisterna tempore niuis interfecit, hoc est, iracundiam intus in anima sæuientem tempore aduersitatis, quo magis rugire solet. Hunc leonem, hunc præfocare debet, quisquis Sacramenta frequenter suscipit. *Edent pauperes, & saturabuntur.* Hebræi: *Edent mites, & saturabuntur.* Idemmet etiam Ægyptium hastam tenentem occidit, spiritum, videlicet, superbiæ: O quàm humilis esse debet, &c! Heros alter Asaël, velocissimus ad cursum, & acutissimus ad visum quasi vnus de capreis, quæ morantur in siluis. Talis fit frequenter accedens, citissimus ad cursum in via Dei, & perspicacissimus ad visum eorum, quæ iter præpediunt. Hi per hostium cuneos secuti in Bethlehem, domum panis, peruenerunt, &c.

Psal 77. Hebr. Psal 71. Chald. Alij. 2. Reg. 23. Hebr. Galfrid. Psal 21. Hebr. Hebr.

Panis Heroum, ac fortium, eorum, qui proprias domuerunt, viceruntque passiones. *Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus*, qui seipsos regere, suisque passionibus imperare nouerunt.

Gen. 49.

Melchisedech, Rex Salem, Sacerdos Dei summi panem, & vinum obtulit, in sacrificium pacificum, partem, scilicet, cremandam, ac libandam, partémque Abrahæ comedendam: sed, vbi is quatuor Reges deuicit. Vbi Anselmus: Caue, Frater, ne hunc diuinum cibum accipias, nisi postquàm de quatuor Regibus victoriam reportaueris, quæ sunt quatuor præcipuæ passiones.

Heb. 7. Gen. 14. D. Anselm.

Escam dedit timentibus se. Hebr. *Prædam dedit timentibus se.* Sed, cui ex bello præda confertur, nisi victori?

Psal 110. Hebr.

Contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui: & disperges ea, sicut immunditiam menstruatæ. Tunc, *Et panis frugum terræ erit vberrimus, & pinguis.*

Isa. 30.

Mares tantùm comedent illud. Scilicet, Sacrificium similæ. Vbi Hesychius: qui nihil fœmineum, nihil fluxum in cogitationibus, vel operibus habeant.

Leu. 6. Hesych. ibid.

Mortificationi addicti sint, oportet, qui frequenter ad Sacramentum accedunt. *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Ecquis autem mortem annunciat, nisi moriens? Idcirco, inquit Paschasius, necesse est, vt vnusquisque prius moriatur huic sæculo: quia, sicut nemo, nisi sepultus, mortem nunciat: ita nemo exinde vitam sumit, nisi resurgens in nouitate vitæ ambulet, & iam in Christo maneat. Hinc & Nicænus subsumit: Quare, qui hanc Carnē amat (eam, scilicet, de qua Saluator: *Caro mea verè est cibus.*) is est suæ carnis amicus: & qui hunc Sāguinem, à sanguine sub sensum cadente, purus est.

1. Cor. 11. Paschas. de Corpor. & Sang. Christ. c. 21. Nicæn in. Eccl. c. 13.

Sed, ô quanta passionum immortificatione accedimus! Mirum, ad contactum Arcæ, hoc est, statim ac Arca in fluuium ingressa est, aquæ præcipites steterunt, quin retrorsum conuersæ sunt: & nostræ passiones nunquam consistunt, viuaciores, flexibilioresque sunt. Quid hoc?

Psal 113.

Hæmorrhoissa illa ex contactu fimbriæ vniuersam illicò consecuta est sanitatem. *Et confestim siccatus est fons sanguinis eius.* Interlin. Fons, & radix carnalium cogitationum, nobis non siccatur, aut propriè minuitur; sed abundantiùs profluere videtur. Vnde plorat Chrysolog. Heu nos miseri! qui quotidie Corpus Domini tractamus, & de vulneribus nostris non curamur.

Matth 9. Mar. 5. Interl. Chrysolog.

Bern. Si quis vestrûm non tam sæpè modo, non tam acerbos sentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, &c. gratias agat Corpori, & Sanguini Domini: quoniam virtus Sacramenti operatur in eo.

Bernard.

Ex indispositione itaque, qua ad Sacramentum accedimus, effectus huiusmodi non sentimus, & ex eadem etiam indispositione est paruus, aut nullus ex eo gustus. Et tamen *pinguis est panis eius, & præbebit delicias Regibus.* Manna est habens omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem. Quod ideò dictum est omnis esca, *Omnem escam abominata est anima eorum*;) quòd omnium escarum haberet saporem. Verùm hîc plura notari debent. Primum, manna dictum esse panem Angelorum, hoc est, iuxta Basilium, angelicis manibus præparatum, vel dignum Angelis, si Angeli vescerentur cibo. Angelicæ itaque vitæ esse debet, qui angelico hoc cibo frui desiderat: & qui angelico hoc cibo perfruitur, siliquis longinquæ regionis, ac cæpis Ægypti non nutriatur. Secundum, ad manna colligendum suas antecessisse dispositiones: efflabat primùm quasi Zephyrus, qui puluerem quodammodo verteret: deinde candidissima cadebat pruina, quasi quædam mappa terræ, supra quam descendebat manna: postmodum verò ros aliquantulùm concretus erat operimentum eius, quo, oriente Sole, liquato, manna edendum, ac discoopertum remanebat. Vbique mysteria. Primum, venti suspiriorum, qui non tam superficiem, quàm cor ipsum expurgent, prætequiruntur: tum mundissimæ cogitationes, quibus aliæ cælitùs succendant, vt sic diuinum hoc manna colligatur. Præterea notandum, non omnes indistinctè saporum omnium illas persensisse dulcedines; sed eos solummodo, spirituales erant.

Sap 16. Num. 11. Psal. 106. Basil.

Sic

Sap. 16. Sic Gregor. quod ex loco Sapientiæ educit: *Angelorum esca nutrimsti populum tuum, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem: substantiam enim tuam, & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas, & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur.* Nota, *in filios:* hæ nanque dulcedines sunt filiorum, hæ dulcedines sunt perfectè mortificatorum: *Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Hæ sunt escæ, ait August. esurientiū, ac famelicorum filiorum tuorum, Domine; non eorum, qui siti famelica lambunt imagines rerum, qui recordantur piscium, quos comederunt in Ægypto gratis, quibúsque in mentem veniunt cucumeres, & pepones, portíque, Num. 11. & cepæ, & allia. Diuinus hic cibus eorum est, dicebat ille, qui plùs sapiunt corde, quàm palato; non è contra. Frumentum est electorum, non cibus porcorum, &c.

Psal. 67. In hoc Sacramento, ait D. Thom. dulcedo in suo fonte gustatur. *Parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.* Quid parasti? Quis explicet? In Apolline paratú est, dixit, qui valdè oppiparè, ac lautissimè cœnauit. Deus parauit, non in Apolline; sed in ipsa dulcedine. Hîc certè habes non cœnas Luculli, aut Artaxerxis, aut Cleopatræ vniones: sed *Omnia parata.* Vnico verbo Deū totius consolationis. Cæterùm, qui hîc consolantur, inquit Augustinus, indi- D August. Solil. c. 22. gni tua consolatione habentur. *Gustate, gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.* Psal. 33 Ad has vosmetipsos consolationes parate: *Flumen Dei repletum est* Psal. 64. *aquis*, cælestium, scilicet, diuinarúmque consolationum: *Parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio eius.* hoc est, quia seipsos parant, per eos fluuium tuarum consolationum, Domine, declinasti. Hinc ille sentit, ille non sentit: quoniam ita est præparatio eius. Actio actiuorum in patiente benè disposito. Philosophicum axioma.

O si cælestes huiusmodi consolationes gustaremus, quàm citò voluptatum terrenarum siliquas fastidiremus! quàm subitò amaras mundi dulcedines sperneremus? quantotiùs mundi huius dilectores desereremus? Dauid in Palæstinam profectus à Rege Achis, veluti demens, est habitus: Psal. 33. D Aug. ibid. sed ille, spreta mundi opinione, abiit. Obseruat D. Clemens lib. 8. Cōstitut. Apost. c. 15. August. titulum Psalmi 33. in quo versiculus est: *Gustate, & videte; quoniam suauis est Dominus.* quíque Christianis Eucharistiam sumentibus, vt dicit Clemens, canebatur, talem esse: *Psalmus Dauid, cùm immutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit.* Quasi insanus, subdit August. putatus est Dauid; sed Regi tantùm Achis insanire videbatur, id est, stultis, & ignorantibus; idcircò dimisit eos, & abiit: q.d. qui cælestes semel delicias gustauit, mox terrenas fastidit, spernit, ac deridet. Quo etiam loco pulchrè obseruant alij, Dauidem paulò antè è manibus Sacerdotis propositionis panes accepisse, vt in figuram omnibus innotesceret, Sacramentorum delicias adeò excessiuas esse, vt mundus eas nequaquam capere sufficiat; sed potiùs veluti inanes rideat: cùm reuerà veræ deliciæ sint, licèt eas non nisi veri Dei amatores degustent. Hinc manna in vase au- Hebr. 9. reo seruabatur. *Et vrna aurea* (in Arca, videlicet, reposita *habens manna* ad innuendum, Sacramenti dulcedines non nisi per amorem, & charitatem sentiri.

Sed, quid est, quòd tot abhinc annis diuino hoc enutriti Sacramento, vt illud nobis, quod olim Hebræis Deus dicere possit: *Quadraginta annis*

Speranza Scriptura, electa.

A *manna pasci te.* nec adhuc tamen eius dulcedinem sentimus; verùm nauseabundi potiùs expostulamus: *Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt* Num. 11. *oculi nostri, nisi man?* Intus existens, dicet Philosophus, prohibet extraneum? cœparum gustus, Ægyptiarum carnium sapor gustum, saporemque prohibet Sacramentorum.

D. Bern. 6. de Asc. Bernard. Præoccupatum sæcularibus desideriis animum delectatio sancta declinat: nec miseri poterunt vera vanis, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis, vt pariter sapias, quæ sursum sunt, & quæ supra terram. Et suprà: Meracissimum hunc spiritum non putes te posse suscipere, nisi carneis istis consolationibus funditùs renunciaueris. Gregor. Quia gustare intus nolu- Gregor. B mus paratam dulcedinem, amamus foris miseri Luc 14. famem nostram. Chrys. Sicut corporalis cibus, Chrys. hom. 5. in Matth. cùm ventrem inuenerit infectis humoribus occupatum, ampliùs lædit, magis nocet, & nullum præstat auxilium: (quin, si addere licet, impura corpora, quò magis nutrias, magis lædas:) ita etiam iste cibus spiritualis, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdit; non sua natura, sed accipientis vitio. Corruptio huiusmodi pessima.

Accedimus præterea ad diuinum hoc Sacramentum sine reuerentia: verùm frequentia non debet tollere, quin potiùs maiorem afferre debet reuerentiam. Seraphim perpetuò assistunt; & tamen tremunt.

C Sed nobis miseris Sacramenta, quasi dixerim, copia viluerunt. Sic olim Hebræis manna. Initio, *Manhu manhu. Quid est hoc; Quid est hoc?* Et factum est, inquit Theod. vt interrogatio vicem nominis habuerit: at vsu continuo, *Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo.*

1. Reg. statim ac Philisthæi Arcam viderunt, ti- 1. Reg. 4. more, atque horrore correpti exclamauerunt: *Deus venit in castra. Væ nobis, væ nobis.* At in congressu, capta Arca, ad eam paulatim appropinquare cœperunt, ac paulò pòst, pulso timore super profanos suos humeros tulerūt, circunduxerunt, statuerúntque eam in templo Dagon. Sic, sic initio, ô quanto accedimus timore: sed paulatim quasi de D familiaritate audemus irreuerenter accedere, diuinámque Arcam profanè circunferimùs in contentiones, in plateas; parum abest, quin dixerim, in choreas; statuimúsque eam (proh dolor!) in templo Dagon.

Heu! vnus ille de Seraphim ignitum calculum, Isa. 6. non manu, sed forcipe tulit de altari. Quid? verebatur, ne forrè cōbureretur, si manu, non forcipe tulisset? Nequaquam: quia Angelus ab igne minimè læditur; sed ita reuerentiam testatam voluit. Hieron. Dic mihi, quisquis es, qui Sacramenta sumis, qualiter cum labiis Filium Dei osculatis, qui- D. Hieron. bus osculatus es labia meretricis? *Osculo Filium hominis tradis?*

E Illúdne miseri obliti sumus: *Et post buccellam* Ioan. 13. *exiuit continuò, & introiuit in eum Satanas?* O quot illi persimiles, qui mox sumpto Sacramento, nec minimùm in tanti hospitis consideratione consistentes, recedunt? Quid mirum, si quandoque ob irreuerentiæ excessum intrat in eos Satanas.

O quàm bene mulier illa magna nos docet, qualiter præparemur! *Animaduerto*, inquit *quòd* 4. Reg. 4. *vir Dei Sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum,*

Hebr. *labrum, vt cùm veneris ad nos, maneat ibi.* Quænam hæc Sunamitis, Heb. *Misera, & captiua*, nisi anima misera per culpam, miserrima sine gratia, infœcunda absque operum filiis, captiua, ac irretita tot passionum, concupiscentiarúmque laqueis? Sed, ô felicem, si diuinum illum hospitem domi frequenter recipiat! si faciat ei cœnaculum paruum, cor suum, videlicet, in quo Deus solummodo cum ipsa cœnet, & ipsa cum Deo! Si ponat ei lectulum conscientiæ virtutibus floridum; si sellam quietæ considerationis; si candelabrum luminis, & orationis! Pro certo audiet: *Ecce sedulè in omnibus ministrasti nobis; quid vis, vt faciam tibi? Nunquid habes negotium, & vis, vt loquar Regi?* &c. *In tempore isto habebis in vtero filium*, &c.

Gen. 35. Egregiè quin etiam Iacob, qualiter præparemur, ostendit, dum ascensurus in Bethel, facturúsque ibi altare Domino, conuocauit omnem domum suam, & ait: *Abiicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, & mutate vestimenta vestra.* Et post hæc subdit sacer Textus: *Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant; & inaures, quæ erant in auribus eorum. At ille infodit eas subter terebinthum.* Optima præparatio. Quid omnem domum, ac familiam conuocare, nisi cor, sensus, & affectus vnire? Quid est, Deos alienos abiicere, nisi profanos omnes amores eliminare? Sic, sic idola abiicienda. Tu, cor, inordinatos abiice amores: vos, ô oculi, vanitates abiicite: tu, lingua, stultiloquium: vos, aures, detractiones eliminate, &c. *Et mundamini, & mutate vestimenta vestra*, vitam, scilicet, & actiones, &c. Et subter Crucis terebinthum omnia infodite, vt posthac ad (Hugo Card. & Brun. ibid.) Deorum laudes audiendas surdi, ac penitùs sine auditu sitis.

Sed optimam Christus ipse, qui Sacramentum instituit, ad hoc Sacramentum præparationem nos docuit, dum, quod ipse fecit, vt & nos faceremus, præcepit: (Ioan. 13.) *Surgit*, ait Ioannes, *à cœna, & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo* (Hugo Card.) *erat præcinctus.* Vbi quinque obseruat Hugo Card. quæ exemplo Domini ante Eucharistiæ sumptionem facere debemus. Primò, inquit Hugo, surgere debemus à cœna nostra, id est, relinquere peccata, & quantùm ad actum, & quantùm ad voluntatem faciendi: aliter non possumus esse commensales Domini. (1. Cor. 10.) *Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ Dæmoniorum.* Secundum est, quòd deposuit vestimenta sua: sic nos mali speciem, vel veterem hominem, & primam conuersationem, & (Ephs. 4.) consuetudinem. *Deponite vos, secundùm pristinam* (Zach. 3.) *conuersationem, veterem hominem. Auferte ab eo vestimenta sordida: & dixit ad eum: Ecce abstuli à te iniquitatem tuam.* Tertium est, quòd depositis vestimentis debet se præcingere linteo, id est, deposita veteri consuetudine debet indui noua, & candida. (Gal. 3.) *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouatur de die in diem.* Quartò: *Misit aquam in peluim*, id est, compunctionem interiorem de peccatis in exteriori confessione. (Thren. 2.) *Effunde, sicut aquam, cor tuum.* Quam aquam valdè timet Diabolus, cui in persona (3. Reg. 18.) Achab dictum est: *Iunge currum, & fuge, ne te occupet pluuia*, id est, confessio lacrymosa: nam aqua in pelui, est lacryma in confessione. Quintò, *Lauit pedes discipulorum.* nam, *qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet.* id est, terrenas affectiones: pedes enim discipulorum contrahunt sordes: quia etiam disciplinati motus mentis aliquando inquinantur, vel in extremitate intentionis aliquo puluere vanitatis suscipientis.

Vnde, qui ad hoc Sacramentum accedunt, quo non indignè accedant, sese abluant. Perantiquus (Fort. sacr. Elucc. myst. l. c. 35.) mos ille fuit, isque vel apud Hebræos inualuit, vt qui excipiendi essent conuiuio, priùs lauarent pedes. Hinc Abrabam in peregrinorum specie vbi (Gen. 18.) Angelos excepit: *Lauentur*, inquit, *pedes vestri, & requiescite sub arbore: ponámque buccellam panis.* Eosdem excepturus & Loth: *Lauate*, inquit, *pedes* (Gen. 19.) *vestros. Ingressíque domum illius fecit conuiuium, & coxit azyma, & comederunt.* Sic Iosephi fratres in (Gen. 43. Iudic. 19.) Ægypto: *Lauerunt pedes suos: audierunt enim, quòd comesturi essent panem.* Sic & senex ille, vbi Leuitam cum suis hospitatus est: *Ac postquam lauerunt pedes suos, recepit eos in conuiuium.* Hinc Seruatoris nostri de hospite illo inhospite Pharisæo iustissima (Luc. 7.) querimonia: *Aquam pedibus meis non dedisti.* Qui, cùm augustissimum hoc idem conuiuium esset paraturus, conuersus ad suos: *Qui lotus est*, inquit, (Ioan. 13.) *non indiget, nisi vt pedes lauet.* Vt ex iis, nimirum, argumentari liceat, quanta cum puritate, quanto cum animi, mentísque candore ad cælestem hanc cœnam sit accedendum, vbi ad terrenum conuiuium ituro nec quicquam pulueris, nec prorsus mali cuiusdam odoris, vel in pede perpeti, aut negligere fas erat.

Et hinc toties in Scripturis, vbi de Eucharistia, aut in re, aut in figura fit mentio; idem etiam simul fit de lotione, & aqua. *Lauamini, mundi estote, qui fertis vasa Domini?* Quid agendum ei, qui bibit sanguinem Domini?

Vinum Seruator daturus, quod in nuptiis de- (Chrysol. ser. 1. de Epiph.) fecerat, aquam prærequisiuit. An non id potesat præstare, si nullam habuisset materiam? Id sanè poterat, inquit Chrysolog. sed aqua in sanguinis erat conuertenda mysterium, vt mera pocula de vase Corporis sui Christus bibentibus propinaret.

Diuinum hoc Sacramentum institurus: *Ecce*, inquit, *introeuntibus ciuitatem occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: sequimini eum.* Vbi Venerabilis Beda: Patent Pascha, vbi amphora in- (Beda ibid.) fertur aquæ.

Ex Christi latere, vnde Sacramenta fluxerunt, *exiuit sanguis, & aqua.* Mysterium explicat Ter- (Tertul. l. de Bapt. c. 16.) tul. Vt qui aqua se lauissent, etiam sanguinem potarent.

Hinc ad Petrum iam iam communicaturum: (Exod. 30. Græc.) *Nisi lauero te, non habebis partem mecum.*

Et nunc facilè intelligo, quid sibi vellet labrum illud æneum, quod Deus fieri mandauit: erat enim *labrum*, Græcè, *lauatorium*, vas aqua plenum, vbi Sacerdotes primum, deinde victimæ lauabantur. *Lauabunt in aqua*, scilicet, labri, Aaron, & filij eius, manus, ac pedes, quando *ingressuri sunt in tabernaculum testimonij, ne fortè moriantur*, (Beda.) &c. Vbi Beda. Lauent manus, ac pedes in aqua, id est, abluant lacrymis actus, & incessus; ac deinde manus ad contingenda mysteria præferant, pedúmque gressus in atria Domini ponant. Qui enim Sacramentorum perceptione mundandi sunt, cautiori cura priùs actus suos, cogitatusque discutiant, oportet, euentiléntque, & purgent, ac sic ad participanda fidei Sacramenta procedant, ne audire mereantur illud Apostoli: *Quicunque manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.*

Illud etiam (ni fallor) huc spectat, quòd illi, (Iosu. 22.)
dum

dum altare essent ædificaturi, illud quidem ædificauerunt; sed *iuxta Iordanem*. A

Leuit. 1. Huc etiam id facit, quod Deus iusserat, vt, scilicet, victimæ pedes lauarentur. Mysticam rei significationem dat Philo Hebræus. (Philo lib. de vita gen.) Pedum, inquit, lotio significat, non humi posthac incedendum, sed per æthera. Amans enim Deum anima reuerà in cælum à terris emicat, sumptisque alis petit sublimia, cupida oberrandi cum Sole, &c.

Exod. 19. Quò diuinum illud etiam præceptum spectasse videtur: *Sanctifica illos hodie, & cras: lauéntque vestimenta sua, & sint parati in diem tertiam.* Ambros. Quæ verba premens Ambros. Si in figura, inquit, tanta obseruanda: quanta in veritate! Disce, Sacerdos, atque Leuita; quid sit lauare vestimenta tua, vt mundum corpus celebrandis exhibeas Sacramentis.

Exod. 19. Quò etiam respexit illud, quod eodem loco additum est: *Ne appropinquetis vxoribus vestris.* Vbi Rupert. (Rupert. ibid. Eccles. 3.) Ergo appropinquare vxoribus res est illicita? Non vtique: sed, sicut alibi dicitur: *Tempus amplexandi, tempus longè fieri ab amplexibus.* Quod quidem tunc est, quando sanctificationis tempus impendet. Quid enim est sanctificari, nisi abstinere etiam à licitis? Quòd si hoc dictum est accessuris ad illum ignem visibilem, ad turbinem, & caliginem, & procellam, ac tubæ sonum: quantò magis accedentibus nobis ad iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum, & perfectorum, & Testamenti C noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem meliùs loquentem, quàm Abel?

Hier. in ep. ad Tit. c. 1. Id, quod etiam expendit Hieron. dum perpendit, non priùs Abimelech panes Propositionis dedisse Dauidi, ac pueris eius, quàm intellexerit, vtrùm mundi essent à muliere, non vtique aliena, inquit Hieron. sed à coniuge. Et subdit: Si ergo figuratos panes suscepturis tanta erat necessaria corporis munditia; quanta putas opus esse, sanctissimi Corporis, & Sanguinis Domini verissima Sacramenta suscepturis?

Exod. 12. Græc. Agnus ille Paschalis ex Dei præscripto seligendus erat *absque macula*, Græcè *irreprehensibilis*. Sed, ô quàm irreprehensibiles esse decet, qui verum D hunc agnum sunt comesturi! Oportet nos, inquit Dionys. Areopagita, (D. Dion. in Eccl. Hierar. cap. 3.) si ad Christi aspiramus societatem, (in Eucharistia, videlicet, ineundam;) diuinam ipsius in carne vitam assiduè intueri, sanctámque ipsius impeccantiam imitari.

Idem ibid. Idem huc morem illum perantiquum expendit ablutionis extremitatum sacerdotalium digitorum. Non sine mysterio, inquit, vt qui iam anteà lotus est, nullam aliam, nisi tantùm summitatum, extremitatúmque suarum lotionem adhibeat. Eos, videlicet, qui ad Sacramenta conficienda accedunt, ea oportet esse munditia, vt ipsas quoque animæ extremas imagines purgatas habeant.

Dan. 1. Hæcque erant prærequisita puerorum illorum, E *qui possent stare in palatio Regis*, & haberent constitutam *annonam per singulos dies de cibis eius, & de vino, vnde bibebat ipse*, vt nimirum, essent de semine regio, sine macula, decori forma, eruditi omni sapientia, cauti scientia, & docti disciplina. Si ergo & tu talis es, cibo vesceris regio, aut meliùs loquar, diuino. Tibi sanè porriget Deus de mensa sua quotidianum cibum, & de suo calice familiare poculum, quo intelligas, quid spirare, quid inhalare debeas ex Corpore & Sanguine, quibus quotidie à regia, ac liberali Dei manu reficeris. D Thom. ibid. Dedit, inquit D. Thom. in hunc locum, Rex de cibis suis pueris illis, ne nobilitas naturæ ipsorum

Speranza Scriptura selecta.

A cibis vilioribus corrumperetur, vel ingenij ipsorum subtilitas hebetaretur; nobiles namque cibi ingenuos solent alere, ac sustentare spiritus: quod etiamsi in humanis quàm sæpissimè fallat; id tamen quotidie experimur verissimum in iis, quibus Deus de sua diuina mensa annonam porrigit, & è sua cella vinum propinat?

Sed, quid est, quòd tam diu cælesti hoc cibo enutriti, non nisi adhuc terram inhalamus, non nisi terræ gustum habemus? (Ps. 33. titul. Aquila.) *Psalmus Dauid, cùm immutauit vultum suum coram Abimelech.* Hebr. *cùm immutauit* (טעמו *ta'amo*,) *gustum suum coram Abimelech.* Vbi Emissenus ait, ideò commutasse, quia panes propositionis comederat.

B Heu! nunquam commutamus! Vereor, ne plerique nostrum proditori similes sint, de quo Vict. (Marc. 14.) Antioch. (Vict. Antioch.) ad illa verba: *Vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.* Iudas, inquit, tametsi diuinorum particeps effectus sui semper similis mansit, hoc est tremendæ illius mensæ refectus cibo, nihil prorsus mutatus, aut emendatus est. Mirum certè! toties suscipere diuina hæc Sacramenta, nec quicquàm immutari spiritum, non incalescere, non accendi! &c.

Deus bone! statim ac Dominus super montem descendit, mons fumigauit. *Totus mons Sinai fumabat, eò quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace, eratque omnis mons terribilis*, vel Hebr. *valdè commotus.* Tu, licèt in te Christus sacramentaliter descenderit, adhuc frigidus videris, ignem non spiras, calórem non sentis!

O quàm igne conflagrabat sanctus ille Presbyter ac Martyr Lucianus, de quo Eusebius: (Euseb. l. 9. Hist. c. 5.) Cùm in carcere esset supinus, substratis acutis testulis, & pedibus in cippum iniectis, atque distractis; sine cibo & potu, sacram Eucharistiam ardenter desiderabat; & suspensis discipulis, quomodo altare illuc inferrent, ait: Mensa erit nobis hoc pectus meum: templum verò sanctum vos mihi eritis, me omni parte circundantes. Impositis igitur suo pectori signis diuini Sacrificij, sublato in cælum obtutu, & sacro ritu precibus peractis, & ipse fuit particeps Sacramentorum, & aliis distribuit. Postridie, in hac voce: Christianus sum: emisit spiritum, cùm totos quatuordecim dies substratis testulis supinus iacuisset.

O verum Christianum! ô montem fumigantem, eò quòd descendisset Dominus super eum in igne!

Paremus itaque nos, Fratres mei, vt ad diuinum hoc Sacramentum accedamus. Paremus nos orationibus: ac meminerimus, Moysem orantem manna obtinuisse. Sic Iosephus: (Ioseph. l. 3. Antiq. c. 1.) Dum Moyses precabundus palmas attollit, ros de cælo delabitur: qui cùm manibus eius hærens concreuisset, suspicatus ille hanc alimoniam è Deo demitti, degustat, ac E mox degustatam aliis offert, vt experti crederent. Quo loco obiter notanda diuina liberalitas, ac cita precum exauditio. Dum precabundus palmas attollit, ros de cælo delabitur. Sed ad rem expende, non in manus Moysis vtcunque; sed in manus Moysis ad orationem extensas rorem illum defluxisse: quò intelligas, neminem satis dignè cæli manna degustaturum, nisi qui priùs palmas in oratione sustulerit.

Sed adhuc dices: Quis dignè ad tantum suscipiendum Sacramentum se paret? Deus est, qui de indignis dignos facit; à Deo dignitas postulanda, (Esth. 2.) ab ipso ornamenta, virtutes, & dona quærenda. De domo Regis accipiebant illæ quicquid ad

ornatum pertinebat. Ipsa Esther, etsi esset formosa valdè, de manu tamen Eunuchi aliquid ad ornatum accepit. Sic nos pannosi, vel potiùs nudi ab ipso Deo ornamenta quæramus, &c.

De beneficio Dominicæ Passionis.

PVNCTVM CLIII.

Ps. 30. Isa. 13. Talis, tantíque beneficij memoria ab hominum mente quasi penitus excidisse videtur. *Obliuioni datus sum, tanquàm mortuus à corde.* Hæc mundi perditio. *Omnis Babylonis.* Quonam, ô Propheta? *Super montem caliginosum leuate signum, exaltate vocem, leuate manum.* Quasi diceret: Ideò Babylon perditur: quia vexilla non explicantur; sed per terram pertrahuntur. *Leuate signum, exaltate vocem, leuate manum.* Idcircò, idcircò, Fratres mei, *desolatione desolata est omnis terra: quia non est, qui recogitet corde.*

Thren 4. Sed vtinam huiuscemodi obliuione Babylon sola periret! Vtinam solius hoc esset Babylonis onus, ac non etiam Ierusalem esset vastitas, atque perditio. Ier. 2. *Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. Populus meus oblitus est mei diebus innumeris. Ecce, quomodo moritur iustus, & nemo percipit corde.*

Quid? volumúsne etiam & nos illud expectare tempus, vt sopitam excitemus memoriam, cùm petræ scindentur, terra contremiscet, fiéntque tenebræ super vniuersam terram; vt saltem, ad voces, suspiria, & clamores elementorum excitemur? Ecce nunc vexilla Regis prodeunt. Nunc à sancta Ecclesia explicantur vexilla; vt ea nos in corde figamus. Cant. 8. *Pone me, vt signaculum super cor tuum.* Fige me, ceu vexillum, in arce tui cordis; arce, inquam, vi amoris, meáque morte capta. *Pone me, vt signaculum, super brachium tuum: quia fortis est, vt mors, dilectio,* ex Hebr. Alij: *Quia fortior est, quàm mors dilectio,* hoc est, quia ex magnitudine amoris in te mei mortem subij. D.Aug.Solil. c. 13. Vnde August. Tantùm me dilexisti, vt sanguinem tuum in pretium dares. Dilexisti me, Domine, plùs quàm te; quia mori voluisti pro me, id est, animam meam magis dilexisti, Domine, quàm vitam tuam, cùm pro me obieris, vt ego viuerem. *Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris: ille enim animam suam posuit pro te.*

In Angliæ historia ferunt, vnum ex Regibus, Stephanum nomine, vel Henricum, gladio ita veneno infecto vulneratum, vt vulnus ob pestiferam veneni qualitatem à Medicis omnibus insanabile fuerit existimatum: vnicum tamen superfuisse remedium, si quis vulneris loco os apponeret, illúdque mortale venenum sugeret, quo se morte, Regémque vita donaret. Noluit pientissimus Rex tanto vti remedio, ne pro eo quiuis alius moreretur. Sed ecce amans Regina, ipso medio noctis silentio, surgit; regio cubili, ipsíque vulneri tacens manum admouet, alligaturas exoluit, os apponit, mortem sugit, sicque Regem maritum à morte liberat. Liceat nunc magna componere paruis, & humana diuinis. Iacebat iam vulneratum genus humanum ex veneno adeò mortifero, vt per originem in omnes transfusum, omnes perimeret; nullum communi exitio extabat remedium: cùm ecce, *Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, Domine, à regalibus sedibus venit,* vulneri nostro os suum apposuit, & *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, cuius liuore sanati sumus.*

Sic & Christus semel oblatus est (inquit Apost.) *ad multorum exhaurienda peccata.* Hebr. 9. Vbi ex multiplici vi dictionis Græcæ, ἀνενεγκεῖν, Corn. à Lapide: Græc. Corn. à Lap. Sicut poculum vini, dum sursum ad os tollitur, & bibitur, exhauritur: sic Christus calicem passionis, & pœnarum nobis debitarum ad os suum sustulit, ebibit, & exhausit, culpámque omnem absumpsit, & aboleuit.

Narrat Valerius, seruum quendam domini sui vestes induisse, vt pro eo ab hostibus, qui eum ad necem quærebant, occideretur. Vel. Max. l. 6. c. 8. Et in eum Oliuer. Quod cùm factum esset, inquit Valer. Breuis facti narratio; sed non parua materia laudationis. Quid, si dominus forma serui accepta, pro seruo mori voluisset? Breuis facti narratio; sed ingens materia laudationis; sed inauditi amoris ex se plena commendatio. Seruum mori pro domino, magnum planè est, non inficior: verùm posset dominus erga seruum tam sese humaniter gerere, vt seruus ne dum semel, sed centies, sed millies pro eo mori dignum putaret; dominum verò pro seruo, à quo nihil sperat mori? Breuis facti narratio, &c. Nunc Dominum cæli, & terræ seruilem formam induisse, ac pro vili mancipio occubuisse; ipsummet cælum ipsámque terram in admirationem conuertit. O inestimabilis dilectio charitatis! vt seruum redimeres, Filium tradidisti. Quantùm ille seruo deberet, ait Valer. amplum ei faciendo monumentum, ac testimonium pietatis grato titulo reddendo, confessus est. Hîc videlicet, positus seruus, qui pro Domino mori non dubitauit. Verùm, ô excessum amoris! Hîc, hîc positus Dominus, (*Tulerunt Dominum meum*, dixit illa ad sepulcrum,) qui pro seruo mori non dubitauit: quin hîc positus Dominus, qui pro inimico mori non dubitauit. *Vix pro iusto quis moritur: & maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat pro amicis suis. Cùm autem inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Verè, verè dilexisti me, Domine, plus quàm te: quia mori voluisti pro me.

Bernard. Ludebam ego foris in platea, & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Bern. ser. 1. in die Natiuit. Dom. Audiuit hoc vnigenitus eius, exiit posito diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes, flens, & eiulans, quod morte damnatus esset seruulus eius. Intueor illum subitò procedentem, stupeo nouitatem, causam percunctor, & audio: Quid facturus sum? Adhúcne ludam, & deludam lacrymas eius? Planè si insanus sum, & mentis inops, non sequar eum, nec simul cum lugente lugebo. Ecce vnde pudor. Dolor, & timor vnde? Vtique, quia ex consideratione remedij, periculi mei æstimo quantitatem. Nesciebam: sanus mihi videbar, & ecce mittitur Virginis filius, Filius Dei altissimi, & iubetur occidi, vt vulneribus meis pretioso Sanguinis illius balsamo medeatur. Agnosce, ô homo, quàm grauia sunt vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari. Si non essent hæc ad mortem, & mortem sempiternam; nunquam pro eorum remedio Dei Filius moreretur.

Mortuus est propter delicta nostra. Psal. 61. Alij. Ioan. 3. Sed, qua id, quæso, animi promptitudine? *Cucurri in siti.* Alij: *Cucurrerunt in siti*, sed tamen omnes præueni, ac antecessi. *Quod facis, fac citiùs.* Aug. O verbum libentiùs parati, quàm irati, nec tam festinantis in illius pœnam, quàm in salutẽ fidelium! *Egredimini, egredimini, filiæ Sion*, in excessum mentis, excessum diuini

diuini amoris, si nosse vultis: *Et videte eum coronatum in die lætitiæ cordis sui.* Cernite illum spinea coronatum corona,& scitote,quòd,sicut olim inter spinas se se totum ardentem ostendit; sic
Exod. 3. nunc totus amore ardet. *Ossa mea, sicut cremium, aruerunt: tanquam fo.ue, & terris adusta sunt.* Et tu anima mea,non accedes ad videndam visionem hanc magnam? Non intrabis affectu, iugique memoria in illius amantis pectoris fornacem? O pectus!ô fornax, in qua magni contemplatores,ceu Seraphim,ardent;& dum vident diuinum illud cor, quod ardet amore,cum Seraphico illo exclamant: O latus!ô latus apertum!ô vulnus mei piissimi Redemptoris! hîc,hîc volo acquiescere, requiescere,
Cant. 2. Hebr. dormire, mori: *Hæc requies mea in sæculum sæculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam. Ordinauit in me charitatem:vexillum eius super me charitas.*

Hic primus vexilli Crucis effectus. Præterea: Vexillum erectum magnam præstat militibus fiduciam, vt deiectum viros adimit, animóque cadentes facit. Pari ratione passio Domini, vexillúmque Crucis erectum in memoria homini diffidenti,ac pauido magnam spem, fiduciámque præstat. Dici nequit,quanta sit diffidentia quorundam,qui dum suorum conscij sunt criminum,fatiútque sese grauiter deliquisse,vix actum speì eliciunt,vix sperant veniam. Hi pretium,quo sunt redempti, nesciunt æstimare, pretiosissimíque illius sanguinis effusi ignorant valorem, nec intelligunt satis, superque factum addiuinæ rigorem iustitiæ.

Iob 6. *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior,in statera* (Iob in persona Saluatoris:) *quasi arena maris hæc grauior*
Greg. ibid. *appareret.* O verba omni fiducia plena! *Peccata mea.* Quid ais,ô bone Iesu,peccata tua? Sic, peccata,scilicet,quæ tua,tua sunt;sed super me posita; mea quoad debitum exsoluendum computaui;sed vtinam appenderentur in statera Crucis eum ea calamitate, ac pœna, quam patior: *Quasi arena maris hæc grauior appareret.*

Sed,quare,mi Domine,talia,tantáque passus es? Quare tantùm fudisti cruoris, cùm ad infinitos mundos (si tamen darentur) redimendus stilla vna Sanguinis satis esset?Satis esset,Domine,satis saluti,inquit August. sed non satis amori. Dicam ego: sed non satis meæ diffidentiæ. Vnde, quò meam, sic dixerim,euinceres diffidentiam,totum Sanguinem profundere voluisti,támque copiosam fecisti redemptionem, vt ne quidem sanguinis gutta remanserit:totus,totus,ô Saluator, Sanguis tuus super rationalem terram effusus est,& quod potuisti
Psal. 84. gutta, voluisti vnda. *Benedixisti, Domine, terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam.* Nota, *omnem iram tuam,* q. d. non remansit vllus in corpore sanguis, nec in venis, nec circa cor. Ergo non irascar: sed potiùs cogitabo cogitationes pacis, & non afflictionis. Vide,ô homo, tu meum es cor. Cùm quis moritur, sanguis recurrit ad cor. Sanguis itaque super te effusus, quique ad te cucurrit, indicat, quòd meum es cor.

Fuit verè summi effectus amoris illa lateris apertio: non etenim satis fuit amori, quòd in Circuncisione,in horto,in flagellatione,coronatione, ipsáque crucifixione totum Sanguinem Christus effudit; nam vel post mortem pie crudelis amor stans ad Christi latus poposcit,aperiatur hoc latus, sítque videat oculis diffidens homo,ne guttulam quidem remansisse, ac proinde intelligat, Deum omnem iram suam mitigasse, satísque ei factum, vel ad seuerissimum iustitiæ rigorem. Quomodo ergo peccator,cùm talem, tantámque habeat fiduciæ rationem,fiduciam nō habebit,si Deo assistens dixerit:Pater æterne, peccaui, & malum coram te feci.Verum est tuam altissimam,infinitámque læsi maiestatem,vnde infinita sunt mea debita cum tua iustitia.Sed,protector meus, aspice, Deus respice in faciem Christi tui.Nonne hic te placauit innocentissimus Agnus?nónne Sanguis eius satis etiā ad rigorem fuit iustitiæ? Si infinitum est meum peccatum, infinitus est Sanguinis eius valor, infinita virtus, infinita misericordia. *Respice respice in faciem Christi tui.* Non exposco veniam propter mea merita, virtutes, actiones, opera,quæ nulla sunt: sed *Respice in faciem Christi tui*, per illud caput spinis coronatum, per illam diuinam frontem conspersam sanguine, per illos oculos plenos lacrymarum,per labia illa liuore infecta, per illas manus,pedésque confixos,per illud corpus dilaceratum, hæc tota ratio spei meæ, hæc mea merita, hic meatum precium valor, hæ lactymæ meæ, *Per Christum Dominum nostrum.*

Sic, sic fieri non poterit, quin nos Deus exau- Gen. 4. diat. Si olim vocem sanguinis iusti Abel clamantem audiuit,quonam modo vocem Sanguinis Filij sui non vindictam,sed misericordiam; sed veniam clamantis, non exaudiet? Si quondam promisit Deus Noë post diluuium, arcum se positurum in Gen. 9. nubibus cæli, vt non perderet ampliùs aquis diluuij omnem carnem; quomodo non parcet terræ propter Filium, qui postquàm in seipso passus est diluuium dolorum,ac tormentorum, in Cruce expansis brachiis,veluti arcus, proprio tinctus Sanguine remansit,vt eum aspiciens Deus,nequaquam malediceret terræ propter homines;sed ei ignosceret propter Filium?

Aspice,aspice, pie Pater, piissimum filium pro D. August. medit. c. 9. me tam impia passum Respice,clementissime Rex, qui patitur:& reminiscere benignus, pro quo patitur:Nónne hic est,Domine,innocens ille, quem, vt seruum redimeres, filium tradidisti? Nunquid non, Author vitæ, hic est, qui vt ouis ad occisionem ductus, tibique vsque ad mortem obediens factus,atrocissimæ non timuit necis genus subire? Recole,totius salutis Dispensator,quia hic est ipse quem etsi ex tua virtute genuisti; meæ tamen infirmitatis participem fieri voluisti.

Verè hæc est tua Deitas, quæ meam induit naturam,Crucis ascendit patibulum, quæ in assumpta carne triste tulit supplicium. Redne, Domine Deus meus, oculos tuæ maiestatis super opus ineffabilis pietatis. Intuere dulcem natum toto corpore extensum. Cerne manus innoxias pio manantes sanguine;& remitte placatus scelera, quæ patrauerunt manus meæ. Considera inerme latus crudeli perfossum cuspide: & renoua me sacro fonte,quem inde credo fluxisse. Vide immaculata vestigia, quæ non steterunt in via peccatorum;sed semper ambulauerunt in lege tua,diris confixa clauis:& perfice gressus meos in semitis tuis: & fac me propitius viam veritatis eligere. Oro te, Rex Sanctorum, per hunc Sanctum Sanctorum, per hunc Redemptorem mei, fac me currere viam mandatorum tuorum, vt ei valeam spiritu vniri; qui mea non horruit carne vestiri. Nunquid non attendis, pie Pater, adolescentis Filij charissimi caput niuea ceruice deflexa pretiosissimam resolutum in mortem?Aspice,mitissime conditor,dilectæ sobolis humanitatem, & miserere super infirmi

plasmatis debilitatem. Candet nudum pectus, tuber cruentum latus, tensa arent viscera, decora languent lumina, regia pallent ora, procera rigent brachia, crure pendent marmorea, rigat terebratos pedes beati sanguinis vnda. Specta, gloriose Genitor, gratissimæ prolis lacerata membra, & memorare benignus, quæ mea est substantia. Conspicare Dei hominis pœnam; & relaxa conditi hominis miseriam. Vide Redemptoris supplicium & redempti dimitte delictum. Hic est, Domine mi, quem propter peccata populi tui percussisti, licèt ipse sit dilectus, in quo tibi benè complacuisti. Hic est ille innocens, in quo dolus non est inuentus: & tamen inter iniquos deputatus est.

B Quis ad hæc non speret? Quòd si adhuc cum proditore desperas, reminiscere, & quanta fecit in proditorem Saluator, ne desperaret. Vbi eius lauit pedes, inquit Ioan. *Turbatus est spiritu, & protestatus est*, Quid? Quòd adhuc promptius esset ad ignoscendum, quòd a seipso erat sua perditio, quòd vsque in finem tot modis eius salutem quæsiuit, &c. *Et protestatus est*. An non Christus Cruci affixus, quem tibi ob oculos aliquis ponit, protestatio est desiderij, quo Deus tuæ salutis tenetur? an non protestatio est, tuam perditionem ex te ipso esse?

Ioan. 13.

C Sed non est hic vltimus huiusce erecti vexilli effectus. Vexillum erectum fugat hostes, & ad pugnandum dat vires. Pari ratione Christi passio fugat exercitum vitiorum; & ad perferendum, pugnandum, moriendum, si opus sit dat robur. Orig. Certum est, quia vbi mors Christi animo circunferatur, non potest regnare peccatum: est enim tanta vis Crucis Christi, vt si ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur; nulla concupiscentia, nulla libidò, nullus furor, nulla superfit inuidia, sed continuò ad eius præsentiam, totus ille peccati & carnis fugetur exercitus.

Orig. in Ep. ad Rom.

D Et verè ita est: nam, si quis sibi præ oculis Christum constituat passum, quomodo se confrænari non sentiet, quamuis incompositus, & dissolutus, si caput illud tot spinis transfixum conspicit? Fierine poterit, quin coma illa euulsa, ac reliqui capilli, si tamen aliqui remanserunt, Sanguine madentes hominum superbiam non comprimant, ac mulierum cincinnos, cultúmque comam non exturbent? Esséne poterit, vt quis intueatur os illud diuinum felle potatum, nec ciborum inordinatam delectationem abominetur? Dominus meus crucifixus est, aiebat Pachomius in Vita Patrum, & ego nunc oleum comedam? Quonam modo corpus illud circuoquaque plagatum, liuoribus, ac vulneribus plenum delectationes sensus, vestiúmque superfluos ornatus abhorrere non faciet? Quî fieri poterit, vt latus illud apertum, à quo fluxit sanguis, & aqua (in signum, quòd diuinum illud cor non erat iratum: nam ex quantitate aquæ fieri non poterat sanguinis accensio circa amantissimum cor) corda non emolliat, nostrasque indignationes non tollat? Esséne poterit, quòd illæ manus, pedésque confixi non ab operibus malis, & ab omni inordinato rerum affectu non retraharit? Heu! heu! coronam spineam gestat Dominus; & dicam: *Coronemus nos rosis?* Manus terebratas habet extensas in Cruce, & ego extendam meas ad turpia? Felle, & aceto potatus moritutus: & ego dicam: *Vino, & vnguentis impleamur?* Ludificatur, vilipenditur; & egu honoribus inhiabo? Pectus ille suum mihi, latúsque, & cor ipsum aperiri est passus, daturus, quod optem; & ego meum illi obfirmabo, hostique aperiam? Facies illi virulentis sputis deformata; & ego pingam meam? *Dominus meus Ioab super faciem terræ manet; & ego ingrediar domum, vt comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea?* Totus, totus ille peccati, & carnis fugatur exercitus.

In Vit. Patr. L. 1.

E Sap. 2.

1. Reg. 11.

Ob id præcipuè nos monet Apostolus, vt omnem in locum hanc passionis memoriam in nobismetipsis circunferamus, vt vult Orig. in illud: *Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes.* Et alibi: *Recogitate eum, qui talem, ac tantam sustinuit à peccatoribus contradictionem; vt non fatigemini animis deficientes.* Vbi iam prædictum eiusdem memoriæ fructum, & effectum ostendit: *Vt non fatigemini.* Hæc etenim Passionis memoria adeò Christi milites confortat, vt licèt multa patiantur, vix aliquid ad Christi comparationem pati arbitrentur, dum illud dicere possunt: Nondum vsque ad sanguinem restitimus. Sic Hieron. Pammachium monet: Quod, inquit, Patritij generis primus inter primos Monachos esse cœpisti, non sit tibi tumoris, sed humilitatis occasio, sciens Filium Dei factum Filium hominis. Quantumcunque te deieceris, humilior Christo non eris. Esto, incedas nudis pedibus, fusca tunica vestiaris, æqueris pauperibus, inopū cellulas dignanter introeas, cæcorum oculus sis, manus debilium, pes claudorum, ipse aquam portes, ligna concidas, focum extruas; vbi vincula? vbi alapæ? vbi sputa? vbi flagella? vbi patibulum? vbi mors?

D. H. in ep. ad Pāmach.

Tot sunt effectus, & fructus dominicæ passionis, vt si omnes persequi vellemus, nullus inueniretur dicendi finis: & ideò concludamus cum D. Bonauentura: Si vis, ô homo, de virtute in virtutem, de gratia in gratiam, de bono in melius proficere, quotidie quanta potes deuotione mediteris Domini passionem: nihil enim in anima ita operatur vniuersalem sanctificationem, sicut meditatio passionis Christi.

D. Bon.

Quæ quanti valoris existat, Albertus Magnus audiatur. Simplex, ait, recordatio, vel meditatio passionis Christi plùs valet, quàm si quis per annum ieiunaret in pane, & aqua qualibet sexta feria vel disciplinaret se qualibet hebdomada per annum vsque ad effusionem sanguinis; vel quotidie legeret vnum psalterium.

Alb. Mag. in tract. de Missa.

De Christi Domini passione præcipuè meditanda per viam compassionis, contritionis, ac imitationis.

PVNCTVM CLIV.

Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. Propheta regius in persona Saluatoris: *Vacate*, per aliquot præcipuè dies ab omni rerum sollicitudine, negotia, cogitationes, mentémque colligite: *Et videte, quoniam ego sum Deus*, qui vestri amore *exaltabor in gentibus*; & dum tollar in crucem, *exaltabor in terra. Vacate, & videte.*

Psal. 45.

Idque non raptim; sed fixè, & attentè. *Recogitate eum, qui talem*, &c. hoc est, cogitate, ac iterum cogitate, quod Sponsa faciebat: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi.* Id est, non steti, vt mox abirem: sed in ea consideratione *sedi*. Et aliàs: *Fasciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* O felicem annuam, in qua

Hebr. 12.

Cant. 2.

A qua passionis Christi memoria ciuis est, & commoratur; non vt aduena pertransit!

Si oblatio fuerit de sartagine. Hesych. id est, de cruce, *diuides eam minutatim.* Interl. singulas partes passionis distinguendo, scilicet, sputa, colaphos, coronam spineam, &c.

Sed, qua potissimùm via meditemur? Compassionis. O quàm hæc Saluatori pergrata! *Consolantem me quæsiui, & non inueni.* Heu! compatiuntur elementa; tu, pro quo solo Christus patitur, non compateris?

Thren. 1. *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus.* Amici Iob videntes eum ad talem miseriarum statum redactum, septem diebus, septémque noctibus commiseratione tacti obmutuerunt; Iob 2. *Videbant enim dolorem esse vehementem.* Quid, si totum causa Iob ad talem miseriam esset redactus? Nunc pro te in has coniectus rerum miserias è tuo corde commiserationis affectum non educet?

Vt Apostolus tenerrimas ob id soluebatur in lacrymas? Gal. 2. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Exod. 33. Vt Moyses, vbi Dei vidit posteriora, hoc est, vbi se se ei Deus ostendit in humana forma, Nicol. de Lyr. & Mag. Hist. schol. ib. c. 76. iuxta Lyranum, ac Magistrum Histor. schol. in eadem, scilicet, qua pro nobis passurus erat, cum quibusdam, videlicet, ligaturis in occipite, &c. gemebundus clamauit: *Misericors, & clemens, patiens, & multæ misericordiæ!*

C Et quonam modo non miserebitur, qui penset, quis, & quæ pertulit? Heu Crucem Filius Dei! Lactantius: Non Cannianam crucem describimus, Lact. l. 4. c. 18. quam M. Tull. vniuersæ eloquentiæ suæ verbis, ac viribus, velut effusis totius ingenij fontibus prosecutus est, facinus indignum esse proclamans, ciuem Romanum, contra omnes leges, in crucem esse sublatum: qui quamuis innocens fuerit, & illo supplicio indignus; mortalis tamen, & ab homine scelesto, qui iustitiam ignoraret, affectus est. Quid de huius crucis indignitate dicemus, in qua Deus à cultoribus Dei suspensus, atque suffixus est? Quis tam facundus, & tanta rerum, verborúmque copia instructus existet? quæ oratio tantæ affluentiæ vbertate decurrens, vt illam crucem meritò deploret, quam mundus ipse, & tota elementa luxerunt?

D Passus est autem in toto corpore tenerrimæ complexionis: nam, quæ fiunt per miraculum, excellentiora sunt iis, quæ fiunt per naturam, vt inquit Chrysost. & quò complexio nobilior, ménsque dexterior; eò mollior, ac tenerior solet esse Arist. 2. de anima. caro, vt ait Philosophus. Ergo Christi caro purissimo Virginis sanguine, Spiritus Sancti opere formata, mollissima, ac tenerrima; quòd intellectus eius, cui vnitum erat Verbum dexterrimus, & complexio nobilissima digna tantis hospitibus, tali anima, ac tali Verbo. Ad hæc, passus est eo tempore, quo vita charior esse solet: & in loco publico, vbi scelestissimi torquebantur.

E Sed qualiter? Intensissimè, & sine vlla prorsus consolatione: purus, putus, illi, ac merus dolor; Psal. 93. cæteris calix Domini plenus mixto, fel, & mel. *Secundùm multitudinem dolorum meorum: in corde meo* 2. Cor. 7. *consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Act. 5. *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni* Act. 7. *tribulatione nostra. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij.* Stephano lapidum torrens dulcis hoc melle temperatus. D. Andreas crucem hoc lætitiæ oleo perunctam salutauit, & amplexus est. B. Laurentius ignes hoc rore respersos irrisit, ac Tiburtius carbones suos rosas æstimauit. Christus omninò desertus à discipulis: *Omnes relicto eo fugerunt,* à seipso, *renuit consolari anima mea,* à superiori parte, quatenus ab ipso prohibita est, ne gloriam, qua fruebatur, in corpus transfunderet, à Deo, non quoad vnionem hypostaticam; sed quoad auxilium; quatenus, nimirum, voluit, vt nudus in Cruce moriens, omni gaudio & consolatione Crucem, passionémque mitigante careret: *Deus,* Psal. 17. *Deus meus, vt quid dereliquisti me.* Vnde B. Laur. Laur. Iustin. de triumph. agon. Iustinianus: Altissimo Deitatis consilio factum est, inquit, vt tota fruitionis gloria militaret ad pœnam.

O quàm verè illud dicere poterat: *Dolores Inferni circumdederunt me!* Infernus enim tantùm B meris abundat malis, cælum meris bonis: dolores ergo Inferni, id est, merè dolores circundederunt me. Vnde, quod olim Martha expostulabat de Maria sorore, poterat (si dicere licet) & humanitas de Diuinitate: *Domine, non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare.*

Bern. O homo, ô homo, vide, quæ pro te patior. Non est dolor, sicut, quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior. Vide pœnas, quibus afficior. Vide clauos, quibus confodior. Vide lanceam qua transfigor. Et cùm sit tantus dolor exterior, extat interiùs planctus grauior, tùm te tam ingratum experior.

Idem alibi per partes: Caput angelicis tremendum Spiritibus densitate spinarum pungitur? facies C pulchra præ filiis hominum, sputis Iudæorum deturpatur? Oculi lucidiores Sole caligant in morte? Aures, quæ in cælo audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus? Os, quod docet Angelos, felle, & aceto potatur? Pedes, quorum scabellum adoratur, cruci clauo affiguntur? Manus, quæ formauerunt cælos, sunt in cruce extensæ, & clauis confixæ? Corpus denique totum verberatur, & lancea perforatur latus eius?

Item: Considera Filium Virginis deturpatum sputis, liuidum plagis, confixum clauis. Attende cæli rectorem stantem in cruce, pallidum morte, deformem carne. Ne pertranseas Dominum Angelorum virum percussum à Deo, & humiliatum, virum quasi leprosum, & omnibus detrimentis expositum.

D *Ecce homo, ecce homo.* Quintil. Producere ipsos, Quintil. 6. inst. c. 1. qui periclitantur squalidos, atque deformes, & ostendere lecta è vulneribus ossa, ac vestes sanguine perfusas multùm valet ad animos permouendos. Prætexta Cæsaris prolata in foro cruenta po- Sueton. in Cæs. pulum Romanum egit in furorem; annon cruentum illud pectus, costæque flagris laceræ animum emollient, ad commiserationem impellent? *Ecce homo.* Benè verbo, digitóque ostentat, ac testatur esse hominem: secùs enim bestiam excoriatam populus credidisset, adeò sputis cruore mixtis, laceratóque corpore tota Iesu species erat deformata. *Ecce homo,* ô homines, *ecce homo:* q. d. Si belluam, si canem hoc rerum statu videatis, indoleatis proculdubiò: Filium Dei tam malè exceptum, sine dolore, E sine lacrymis videatis?

D. Bonau. Bonauent. Cur magis compateris pedi, vel vngulæ manus tuæ, quàm Christo capiti tuo? Vbi, quæso, stultitia maior, vbi prorsus malitia peior? O homo, nónne videtur, quòd illum, vel illam rem plùs diligas, cui plus compateris in dolore? Si sic, ergo plus diligis pedem tuum, quàm caput Iesu Christi: nam plùs compateris pedi in modica afflictione, quàm Christo in tam grauissima passione, & morte: & plus tendit cor tuum ad

ligandum dedem tuum, quàm ad amandum Christum; plùs ad condolendum pedi, quàm ad compatiendum Christo. O cæcitas maxima! ô malitia inaudita! ô crudeles homines venenosis serpentibus deteriores! nam serpentes in tantum compatiuntur capiti, vt pro capite totum corpus exponant: sed certè videtur, quòd tanquàm membra arida & putrida iam simus excisi à capite nostro: quia ipso sic Christo crudeliter vulnerato, eius vulnera non sentimus.

Leu. 23. *Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populo meo.*

¶ Modus alius, ac via, qua Christi Seruatoris nostri passionem meditemur, ea est, quam contritionis, compunctionisque dicimus, qua, nimirum, B reos illius mortis nosmetipsos sentimus, ac ob scelera nostra in eius morte partem nos habuisse cognoscimus. *Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisque in viam suam declinauit: & Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrûm.* Isa. 53.

Nos itaque eum flagellauimus, nos percussum persequuti sumus, & super dolorem vulnerum eius addidimus: nos supra dorsum eius fabricauimus, nos caput eius spinea corona transfiximus.

Heu, heu, quid agimus, cùm peccamus? Filium Dei cruci affigimus. *Rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei.* Hebr. 6.

Et peccatum non perhorrescis? A peccando non retraheris? In lib. Reg. Rex ille Moab, vt obfirmatos in obsidione hostes deterreret, ac abire compelleret, arripuit filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, & obtulit holocaustum super murum. *Et facta est* (subdit sacer Textus) *indignatio magna in Israel, statimque recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam.* O! si fas esset humana aptare diuinis! Quid aliud egit Deus? *Propter scelus populi mei percussi eum*, vt ab illa obfirmata obsidione, qua me peccatorem quasi peccatis obsident, terreantur. 4. Reg. 3.

Et non solùm non deterrebis; sed delectaberis in morte illius? quin semel percussum percuties? Crucifixum iterum cruci affiges? *Sanguinem testamenti pollutum duxeris*, vel Syriac. *Tanquàm cuiuslibet alterius æstimabis?* nec pretium attendes? &c. Nihil me magis in horrorem adducit peccati, quam Christi passio. Hæc certè longè efficacior ipsa Inferni pœna ad horrorem peccati. Hebr. 10. Syriac.

A facie tua, Domine, concepimus, & peperimus spiritum salutis. Sentiet id, sentiet peccator, si ante Christum cruci affixum exoret.

¶ Est prætereà vtilis, ac valdè fructuosus modus ille meditandi, qui ad virtutum imitationem tendit; hæ licet omnes in tota Christi vita eminenter resplendeant, omnisque Christi actio perfectissima virtutis fuerit: passio tamen eius est veluti summa, ac omnium perfectissimarum virtutum epitome. Vt splendet humilitas! *Vidimus eum despectum, & nouissimum virorum.* O quàm E verè recubuit *in nouissimo loco*, dum in cruce inter duos latrones occubuit? *Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris?* Quis hanc humilitatem comprehendat? *Quantò maior es, humilia te in omnibus.* Si ad mensuram magnitudinis, ac dignitatis respondet humilitas, quis ad hanc comprehendendam pertinget? Bernard. O humilem, sublimem! ô altissimum & nouissimum! ô opprobrium hominum, & gloriam Angelorum! Nemo sublimior, & nemo despectior. *Et nouissimum virorum.* Hebr. *Cessatorem virorum*, vel, *& cessauit viris.* Quasi Christus eousque se se humiliauerit, vt ferè capacitatem hominis per humilitatem exhauserit; ita vt cum maiori humilitate iam humana natura stare non posset; sed omninò deficere, cessaréque deberet, iuxta illud: *Ego autem sum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Heu! heu! Filius Dei factus est vermis, per humilitatem, & vermis per superbiam adeò supra se extollitur, ac erigitur! Isa. 53. 2. Reg. 6. Hebr. Psal. 21.

Sed ad prima passionis mysteria redeamus, vt hanc eandẽ pernecessariam virtutem videamus. *Et cœna facta, cùm Diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotha, sciens, quia omnia ei dedit Pater in manus*, &c. *misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum.* Vbi Chrys. Vbi sunt, qui despiciunt conseruos? vbi sunt, qui honores expetunt? Proditoris Dominus pedes lauauit, sacrilegi, & furis, & in tempore proditionis: & tu magna sapis, & supercilia erigis? Quem tumorem non destruet, quòd qui sedet super Cherubim, pedes lauit proditoris? Tu verò homo lutum, puluis & cinis teipsum extollis? Pedes igitur lauemus inuicem etiam famulorum exemplo eius, qui dixit: *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* August. manu, vel corde. Ioan. 13. Chrys.

At quisnam humilitatis gradus comprehendi, G ligari? *Comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum.* O! ô! exclamat Cyrill. illum ligant, qui vt eos solueret, aduenerat? August. illum ligant, à quo solui deberent? O Regis gloriæ ignominiam! ita enim vinctum tacitè quasi ignauiæ arguunt, ac fidei eius detrogant, quasi etiam iurato non sit credendum de fuga non arripienda, nisi vinciatur. Ignaui, nulliúsque fidei homines vinciuntur: Duces, militésque generosi vinciri non solent. Dauidis vox de Abner: *Nequaquam, vt mori solent ignaui, mortuus est Abner: manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggrauati.* Sed tuæ, ô Rex gloriæ, manus ligatæ sunt: nam, tanquàm D ad latronem cum gladiis, & fustibus exierunt comprehendere te. Cyrill. 11 in Ioan. c. 37. Aug. tract. 113. in Ioan. 2. Reg. 3.

Et quid Filio Dei humilius, qui vel ignominiosè impactam alapam suscepit? Vestigiúmne adhuc falsi honoris remaneat: aut nos terræ vermes ad quamlibet vel leuem ignominiam terram anxiamus? *Hoc, hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.* Vel Græcè: *Is affectus sit in vobis, qui fuit in Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinaniuit.* Græcè, *Euacuauit.* Tertull. *Exhausit*; *Discite ergo, discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Philip. 2. Græc. Tertull.

O quàm mitis! iuxta humilitatem est mansuetudo: ineffabilis hæc certè, quam semper ostendit, dum nihil asperum, nihil turbulentum, nihil durum inter quascunque iniurias tortoribus suis respondit: Quin, *Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Et cùm malediceretur, non maledicebat; cùm pateretur, non comminabatur. Constituite diem solennem in condensis vsque ad cornu altaris.* Pagn. *Ligate agnum*, vel Chald. *Puerum funibus vsque ad cornua altaris* (brachia Crucis,) O agnum mitissimum sine voce? De flagellatione Hieron. Sex carnifices accedunt: duo eorum virgis spineis, duo loris nodosis, duo catenis ferreis, vnguibus terminatis aduncis; incipiúntque primi totis viribus eum percutere, addúnt vulnera vulneribus, decurrit sanguis. Primis Isa. 53. 1 Pet. 2. Psal. 117. Pagnin. Chald. D. Hier.

defessis

defessis succedunt secundi, & nouis vulneribus vetera cumulant: quos mox tertij subsequuntur, qui vncinis carnem, ac pellem auellunt. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.* Hebr. *Dorsum meum arauerunt aratores, & produxerunt sulcum suum.* Et quod amarius erat, (vti reuelauit Brigittæ pientissima Mater,) cùm retraherentur flagella, carnes ipsi flagellis sulcabantur.

Psal. 128. Hebr.

L. c. 10.

O quàm verum illud: *Congregata sunt super me flagella, & ignoraui* (causam, vel iuxta August. *Et nescierunt*, vel *ignorauerunt*, percussionum numerum: nulla etenim seruata numeri lege flagellarunt,) *dissipati sunt, nec compuncti.* Lactant. *dissolati sum* (viribus,) *nec compuncti sunt* (vllo commiserationis affectu) *tentauerunt me, & deriserunt derisu, & striderunt dentibus suis super me.* Et cùm hæc omnia fierent, subdit Lactant. nullam vocem ex ore suo, tanquàm si mutus esset, emisit. Quod notat Euangelista: *Ita vt miraretur Præses vehementer.*

Psal. 34.

Lactan. l. 4. c. 18.

Quam mansuetudinem, & patientiam miratur August. in alapa, qua sacrilegus ille diuinam illam faciem percussit. Si cogitaremus, inquit, quia acceperit alapam, nónne vellemus, eum, qui percussit, aut cælesti igne consumi, aut terra dehiscente sorberi, aut correptum Dæmonio volutari, aut aliqua huiusmodi qualibet pœna, vel etiam grauiore puniri? Quid enim horum per potentiam iubere non potuisset, per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere voluisset, qua vincitur mundus? Chrys. Exhorrescat cælum, & contremiscat terra de Christi patientia, & de serui impudentia:

D August. tract. 113 in Ioan.

O patientem! ô mitem! Traditus voluntati eorum, vt ne mussitauit quidem, quod meditandum, notandúmque est: *Iesum verò flagellatum tradidit voluntati eorum*; legi parendum, non hostium voluntati, limitasset saltem crucem, modum, tempus: sed nihil minus *voluntati eorum*, votis eorum cum tradidit, vnde credibile est, sæuitum latiùs in eum, pulsatum in via pugnis, ictibus, calceis: *Et colaphis eum ceciderunt.* Græcè: *Et crepidis eum ceciderunt.* Hinc legitur reuelatum, Christum Dominum percussum in facie alapis centum duabus, pugillis centum viginti, in ore præcipuè triginta, calceis centum quadraginta vicibus, percussionibus in brachiis sexagintaduabus; in pectore viginti-octo; in cruribus triginta duabus; in humeris, & dorso octoginta; consputum in facie sexagintatribus vicibus; per terram tractum capillis viginti-septem; mille punctionibus transpunctum in capite; sex millibus sexcentis sexaginta sex flagellorum ictibus percussum; ac denique quinque millibus quadringentis septuagintaquinque in toto corpore affectum vulneribus. Et in his omnibus patientissimus nec semel os suum laxauit: sed omnia patientissimè pertulit, quæ furor, odium, voluntásque illis suggessit. *Iesum verò flagellatum tradidit voluntati eorum.*

Matth. 26. Maldon. & Laspergi. ser. de præc. eff. & vit. in pass. Chr. nobis exhibitis.

Heu! quis prohibet, ne dicam, vinolentiæ eorum? Theophyl. ait, ebrios fuisse, iuxta illud: *Et in me psallebant, qui bibebant vinum.* Quid in manu ebriorum non sit passus? Relucet præterea obedientia, quam ne perderet, vitam perdidit: relucet paupertas, eáque talis, ac tanta, vt nudus in Cruce non haberet, vbi caput suum reclinaret. Id, quod D. Bonau. miratur: Domino Orbis totus negatus est Orbis? Vnde Ambros. Recordare omnem vitam Saluatoris à partu Virginis vsque ad patibulum Crucis, & non inuenies nisi stigmata paupertatis, de qua in Threnis: *Recordare paupertatis meæ.*

Psal. 68.

D Bonau. D Ambr.

Thren. 3.

Sed, vbi charitatem relinquimus? *In hoc cognouimus charitatem Dei in nobis, quoniam ille pro nobis animam suam posuit.* O charitatem! Bernar. Extensione brachiorum, & membrorum ostendit, quòd tantùm nos dilexit, quantum diligere potuit. *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.* Sept. *Et posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ.* Hinc ad suæ charitatis ostensionem latus voluit sibi perforari, & cor ipsum aperiri: quasi diceret: Et quantum vos diligo, cor ipsum videte. Verbum amici ad amicum, si pectus hoc meum, tibi aperi repossem, & cor ipsum ostendere, libentissimè id facerem: sed Christus id fecit, tibique cor suum charitate vulneratum ostendit.

1. Ioan 3.

Habac. 3. Sept.

Et fenestras (vulnerum) *obliquas in thalamis.* *Obliquas*, quia ex his lumen egreditur. *In thalamis*, quia amore apertæ, *In thalamis* item, vt in his anima commoretur. *Obliquas.* Septug. *absconditas*, mundi, non Christi amatoribus. ex Hebr. *pharetratas*, vel *pharetratas*.

Ezech. 40.

Sept. Hebr.

Vulnera amoris, vt inquit Plato, sunt tenuissimi quidam radij qui ex intimo cordis spirant, & viam sibi per oculos patefaciunt. *Vulnerasti, vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum.*

Cant. 4.

Hunc tibi amorem testatus est, dum tam libenter pro te passus est. *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, &c. Et baiulans sibi crucem.* Nota, *sibi*, quasi eam nunc ad libitum, & ad votum amplexans, ac constringens. Sic spineam coronam lætus excepit, & quasi dicebat: *Egredimini, filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.*

Cant 3.

Quid hinc, Fratres: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum.* O quam meritò Bern. Pudeat, pudeat sectari gloriam membra, quibus caput suum tam ingloriùm exhibetur, non habens speciem, aut decorem: pudeat sub spinoso capite membrum fieri delicatum. Non coroner ego corona aurea, inquit, inuictus ille Goffredus, vbi Seruator meus coronatus est spinea. Et Elisabetha illa, Regis Vngarorum filia: Absit à me tanta impietas, vt ibi caput meum turrito fastu superemicantis coronæ superbiat, vbi caput Saluatoris, meì spinis coronatum acerbè pungitur. Hoc eodem animi sensu miles ille, pro quo Tertull. scripsit de corona militis, dum cæteri coram Imperatore coronati procederent, sine corona processit, nec illam vnquam in capite; sed in manibus gestare voluit. Et quidem, vt Clemens ait, à ratione alienum est, vt qui audiuerimus, Dominum spinis fuisse coronatum, ipsi venerabili Domini passioni insultantes, habeamus capita redimita floribus, dicamúsque: *Coronemus nos rosis.*

Bern. serm. 5. omniū Sāct.

Clem Alex. l. Pedag. c. 8.

De beneficio iustificationis.

PVNCTVM CLV.

SEd quid nasci profuit, si non redimi profuisset? Quid verò redimi profuit, si non iustificari profuisset? Et redemit, & iustificauit. O quoties? *Surge, & illuminare, Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est: quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem*

Isa. 60.

autem orietur Dominus. In Magis, qui è cæco infidelitatis suæ oriente ad fidei lumen vocati sunt, erratorum nostrorum tenebras per gratiæ lumen detersas agnoscimus. *Eratis & vos aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino.* O quales! ô quales tenebræ!

Gen. 1. Vatabl. Pagn. *Terra autem erat inanis, & vacua.* Vatab. *inculta, & vacua.* Cùm in peccato eratis, nihil cultu, nihil frugiferi erat videre. Pagn. *Deserta, & inanis.* Aug. Nullum, anima in peccato, desertum horridius. Theodor. August. *incomposita, & inordinata*: omnia in ea Sept. fine ordine, fine vlla compositione. Theodorion, Ephes. 5. *inane, & nihil.* Sept. *inuisibilis, & incomposita. Et tenebræ erant super faciem abyssi.* O horrendum peccati chaus! *Eratis, eratis aliquando tenebræ.* Ansel. Non solùm tenebricosi, sed ipsæ tenebræ. Anselm. id est, obscuritas nigredinis peccatorum, & in vobis ipsis, & in aliis, prauo exemplo illos excæcando, & in errorem præcipitando. *Nunc autem lux in Domino.* O beneficium! Terra animæ, sic olim inculta, deserta, incomposita, inuisibilis, per diuinum illud verbum, *Fiat lux* (gratiæ) culta est, ordinata est, visibilis, hoc est, digna, quæ videatur, effecta est.

Exod. 10. *Sint tenebræ super terram tam densa, vt palpari queant. Et factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Ægypti. Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat.* O quàm id verum! Quis tunc temporis fratrem suum per charitatem videbat? Quis gressum vel minimum boni operis dimouebat? Nemo, nemo videbat fratrem suum; nemo ad aliquid benè agendum mouebatur.

Sap. 17. *Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere; nec syderum limpida flammæ illuminare poterant noctem illam horrendam*, nec bonorum, scilicet, exemplorum sydera, nec correptionum lumen, nec Hebr. conscientiæ remorsus, nec pudor, &c. *Vna enim catena tenebrarum erant omnes colligati. Omnes, omnes de Saba* (qood est *captiuitas*, siue *rete*) *venient.*

Act. 16. Sed gratiæ Deo, *Saba* item interpretatur *conuersio*. Vnde, vnde? *A tenebris ad lucem. Vbicunque autem habitabant filij Israel, lux erat.* Quis te ab Act. 22. Hebr. hisce tenebris ad lucem filiorum Israël vocauit? Act. 22. Ibat Saulus, Hebr. infernalis, membrum illud, videlicet, Principis tenebrarum, tam cæcus: *at, Circumfulsit me lux copiosa* (expende, ô quam tecum copiosa!) & *decidens in terram audiui vocem dicentem mihi: Saule, Saule, quid me persequeris?* O quoties tu Saulo persimilis, infernalis, in Infernum præceps ruitorus?

D. Aug. Sol. c. 33. August. Erat autem nubes magna, & tenebrosa ante oculos vanitatis meæ, ita vt videre non possem Solem iustitiæ, & lumen veritatis. Inoluebar in tenebris filius tenebrarum: tenebras meas amabam; quia lumen non cognoscebam. Cæcus eram, & cæcitatem amabam, & ad tenebras per tenebras ambulabam. (Dictu: & quod inde proculdubio accidisset, ex hisce interioribus in exteriores perpetuò mansurus cucurrissem.) Quis inde me eduxit? Vbi eram homo cæcus, sedens in tenebris, & vmbra mortis? quis accepit manum meam, vt inde me educeret? quis est ille, illuminator meus? Non eum quærebam, & ipse quæsiuit me: non vocabam eum, & ipse vocauit me. Quis est ille? Tu es, Domine Deus meus, misericors, & miserator, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Tu, sancte Domine Deus meus, quem confiteor toto corde meo gratias agens nomini tuo. Non te quærebam, tu me quæsiuisti: non te inuocabam, tu me vocasti. Vocasti enim me nomine tuo. Intonasti desuper voce grandi interiorem aurem cordis mei: Fiat lux, & facta est lux: & discessit nubes magna, & liquefacta est nubes tenebrosa, quæ operuerat oculos meos, & vidi lucem tuam, & cognoui vocem tuam, & dixi: Verè, Domine, tu es Deus meus, qui eduxisti me de tenebris, & vmbra mortis, & vocasti me in admirabile lumen tuum: & ecce video. Gratias tibi, illuminator meus: & conuersus sum, & vidi tenebras, in quibus fueram; & abyssum tenebrosam, in qua iacueram, & contremui, & expaui, & dixi: Væ, væ tenebris meis, in quibus iacui. Væ, væ cæcitati illi, in qua videre non poteram lumen cæli. Væ, væ præteritæ ignorantiæ, quando non cognoscebam te, Domine. Gratias tibi ago, illuminator, & liberator meus, quoniam illuminasti me, & cognoui te. Serò te cognoui, veritas antiqua, serò te cognoui, veritas æterna: o eras in lumine, & ego in tenebris, & non cognoscebam te; quia illuminari non poteram sine te, & nunc est lux extra te.

O beneficium! Erat Petrus in illo obscuro carcere vinctus catenis duabus: *Et ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, percussoque latere Petri, excitauit eum dicens: Surge velociter: quia ceciderunt catenæ de manibus tuis.* Act. 12. Cuiusque nostrum statum exprimebat. Eramus quondam passionum nostrarum catena colligati; Angelus gratiæ mentis carcerem illustrauit, catenas exoluit, inspirationibus latus percussit. Sic Ferterius. O beneficium! Tale id certè, vt diem, qua S. Vinc. Fer. serm. de D. Petr. ad Vinc. quis peccaro relicto nouam viuendi rationem instituit, & ad suscipiendam gratiam diuioa se gratia præparauit, aureo lapillo conscribere, notaréque debeat: Tali die, Deo dante, pœnitentiam agere cœpi: tali die peccati iugum fregi, & excussi: è seruitute Diaboli (vt iuuat credere) ad Dei amicitiam translatus, liberatus à morte, ereptus ab Inferis, à culpa ad gratiam receptus. August. Perieram, obieram, in peccatis venondatus eram: venisti pro me, vt redimeres me? & tali pacto, & D. Aug. Sol. c. 13. tam caro pretio reduxisti me de exilio, redemisti me de seruitio, retraxisti me de supplicio, vocasti me nomine tuo, signasti me Sanguine tuo, vt memoriale tuum semper esset apud me, & nunquam recederet à corde meo, qui pro me recessisti à Cruce. Vnxisti me oleo tuo, quo tu vnctus fuisti, vt à te Christo diceter Christianus, en in manibus tuis descripsisti me. (Isa. *Ecce in manibus meis descripsi te.* Alij: *Supra nubes ordinaui te.* Ambros. *Depinxi te.* Pagnin. *Insculpsi te.*) vt semper sit memoria mea apud te, si tamen memoria tua iugiter fuerit apud me. Isa. 49. A 13. Ambr. Pagnin.

Hanc ingem memoriam poposcit Deus à filiis Israël, vbi primùm eduxit illos ab Ægypto. *Mensis iste*, inquit, *vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Tollat vnusquisque agnum*, &c. *Nox est ista obseruabilis Domini. Mementote diei huius, in qua egressi estis de Ægypto, & de domo seruitutis. Celebrabitis hunc morem sacrorum mense isto. Narrabisque filio tuo in die illo dicens: Hoc est, quod fecit mihi Dominus, quando egressus sum de Ægypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos, & vt lex Domini semper sit in ore tuo: in manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto.* q. d. Reminiscere tenebrarum illarum, quibus tanto tempore obuolutus sub tyrannide Pharaonis miserè seruiebas. Reminiscere, quàm forti manu indiguisti, vt à tetra tuorum peccatorum, ac passionum Ægypto extraheteris. Væ tenebris meis, plorabat August. Exod. 12. Exod. 13.

væ

væ tenebris meis. & benedicta nox, in qua nato Domino in anima mea diem vidi. *Dies sanctificatus illuxit nobis. Et nox illuminatio mea in delicijs meis. Nox ista memorabilis Domini.*

Ps. 37. Hebr. D.Basil.ibid. Quàm gratus, memórque Dauid! Titulus Psalmi 37. *Domine, ne in furore tuo arguas me.* Hebræis est: *Ad rememorandum*, vel in rememoratione diei Sabbathi. Vbi Basilius notat, hunc Psalmum à Dauide compositum ad rememorandum diem illum, in quo peccata ei fuerunt dimissa; cùmque Sabbathum vocare, quò, præsertim Sabbathorum diebus in gratiarum actionem, tantique beneficij memoriam illum coram Domino decantaret.

Cant. 8. Hanc eandem memoriam exigebat Sponsus: *Sub arbore malo suscitaui te; ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Quamobrem in talis, tantique beneficij memoriam: *Pone me, vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.* Dies ergo memorandus, locus, tempus, &c. *Hora septima reliquit eum febris* (luxuriæ, superbiæ, itæ) tali tempore, ea occasione, tali concione, &c.

Ioan. 4. D.Ambr.

Ios. 4. Vbi populus Israëliticus per arentem Iordanis alueum transiuit: *Vocauit Iosue duodecim viros, & ait ad eos: Ite ante Arcam Domini Dei vestri ad Iordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israel. Et quando interrogauerint vos filij vestri, dicentes: Quid sibi volunt isti lapides? re pondebitis eis: Defecerunt aquæ Iordanis ante Arcam fœderis Domini, cùm transiret eum; idcircò positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel vsque in æternum.* Ita, ita, Frater, si quando cœpisti ascendere, & non ampliùs descendere, (quod est transisse Iordanem;) si quando exsiccato carnalium delectationum flumine, relictâque cæca Ægypto, verè ad promissam terram properare cœpisti, erige lapides perennis, indelebilísque memoriæ, talis, tantíque accepti beneficij; nec vllo vnquam tempore excidat memoria. Id quod curauit Iosué, vt habetur

Ibid. 24. Alij. infrà: *Tulit lapidem pergrandem* (ex illis, qui ab alueo Iordanis fuerant desumpti) *posuitque illum subter quercum*, (aut terebinthum,) *quæ erat in Sanctuario Domini*, vel prout ex Hebr. legit Lyran.

Lyr. *Subter limen, quod erat in Sanctuario Domini.* quo, sic dixerim, tanti beneficij reminisci cogerentur; dum neque ingredi, neque egredi è templo possent sine eiusdem memoria.

4.Reg. 5. Post acceptum illud beneficium curatæ lepræ, restitutæque carnis ad instar pueri, Naaman dixit ad Eliseum: *Obsecro, concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra.* Ad quid terram hanc efflagitauit? Hugo Cardin. vt altare construeret, super quod immolaret Domino: vnde & subdit: *Non enim faciet vltrà seruus tuus holocaustum, aut victimam Dijs alienis, nisi Domino.* Quàm timebat, ne obliuisceretur, néve ob acceptum iam beneficium ingratus existeret? Quasi sacræ reliquiæ loco seruanda est terra, in qua aliquod in te diuinum collatum est beneficium. Memorabilis locus, in quo consequutus es gratiam.

Ioan. 4. Mirum, quanta cum diligentia notet Euangelista putei illius circunstantias. *Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Schar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob: Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem: hora autem erat quasi sexta*, &c. Quodlibet verbum, circunstantia est; vt, nimirum, sempiternæ memoriæ acceptum hoc beneficium Samaritana commendaret, sempérque reminisceretur, illud se tali loco, tali hora, tali occasione, cùm Dominus sederet sic supra fontem, accepisse, &c.

Rom. 7. *Ego autem viuebam sine lege aliquando*, non alia lege, quàm lege passionum, quàm lege membrorum, mei, Deique oblitus, sine lege periturus, sine lege damnandus. Sed quid? Emisit lucem suam, qua periculosissimum statum viderem, pessimámque libertatem relinquerem, ac suæ sanctissimæ legi libenter colla submitterem.

Ps. 85. *Eruisti animam meam ex Inferno inferiori*, (cui per peccatum iam eram mancipatus, iuréque debitus.)

Ps. 29. O beneficium! *Eduxisti ab Inferno animam meam.*

Alij. D.Ber.ser. 2. in Euang. sept. panum. Alij: *Extraxisti ab Inferno animam meam.* Bernard. Septem in me video misericordias Domini, quas & vos ipsi credo facilè inuenietis in vobis. Prima est, quòd à multis peccatis adhuc in sæculo, positum custodiuit. Quis enim non videat, quòd sicut in multis cecidi, sic & in alia poteram cecidisse peccata, nisi omnipotentis pietas conseruasset? Fateor, & fatebor, nisi quia Dominus adiuuit me, paulominùs cecidisset in omne peccatum anima mea. Et hæc quanta dignatio pietatis, quòd ingratum, & paruipendentem sic gratia consectabatur? quòd in multis contrarium, & contemnentem nihilominùs ab alijs benignissimè protegebat?

Iob 10. At secunda miseratio tua super me, Domine, quonam poterit explicari sermone, quàm benigna, quàm liberalis, quamque gratuita fuerit? Ego peccabam; & tu dissimulabas: non continebam à sceleribus; & tu à verberibus abstinebas. (Iob 10. *Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi.* Alij, *Etiamsi peccauerim, custodiuisti me.*) Prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam; & tu, Domine, pietatem tuam. Sed, quid prodesset expectatio, nisi sequeretur pœnitudo? Cumulus esset damnationis, dicente Domino: *Hæc fecisti, & tacui.* Tertia proinde miseratio fuit, quòd visitauit cor meum, & immutauit, vt amara fierent, quæ malè dulcia priùs erant: qui lætabar, cùm malè fecerem, & exultabam in rebus pessimis, inciperem demùm recogitare ei annos meos in amaritudine animæ meæ. Et nunc, Domine, commouisti terram cordis mei, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est. Multi enim pœnitentia ducti sunt, sed infructuosa: quoniam pœnitentia eorum reprobata est, sicut & prior culpa. Itaque & hæc miseratio quarta fuit, quòd pœnitentem misericorditer suscepisti, vt in eorum numero inuenirer, quibus Psalmista: *Beati*, inquit, *quorum remissæ sunt iniquitates.* Ps. 31. Sequitur misericordia quinta, per quam mihi continendi deinceps, & emendatiùs viuendi præstitisti virtutem, ne reciduum paterer, & esset nouissimus error peior priore. Omninò enim manifestè tuæ est, (Domine Deus,) & non humanæ virtutis, susceptum semel peccati iugum à ceruicibus excutere: quoniam omnis, *Qui facit peccatum, seruus est peccati*; nec est liberari, nisi in manu fortri.

Ps. 37. Iam verò postquàm in his quinque miserationibus à malo liberaueris, vt fiat, quod scriptum est: *Declina à malo, & fac bonum.* in duabus alijs bona largitus. Hæ duæ sunt, Gratia promerendi; quia, videlicet, munus bonæ conuersationis indulges; & spes obtinendi, qua donas homini indigno peccatori de tua toties experta bonitate vsque ad cælestia speranda præsumere. Hucusque Bern.

Qualiter autem hæc peccatoris iustificatio fiat, quótve modis soleat accidere, dicit compendio

Speranza Scriptura selecta. CC Prosper

S. Prosp. l. 1. de voc. gent. c. 26. Prosper Aquitanicus: Gratia Dei, inquit, omnibus iustificationibus principaliter præeminet, suadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, cor ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo, & paulò pòst: Agit hoc occulta, & potens Dei gratia, quæ dimotis terrenarum opinionum, & opetum mortuorum fauillis, torrem obruti cordis exagitat, & desiderio veritatis inflammat, non vt inuitum hominem subigat; sed vt subiectionis cupidum faciat, nec vt ignorantem trahat, sed vt intelligentem, sequétémque præcedat. O suauitatem diuinæ vocationis! Hinc in Isai. *Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ & Sabeim, viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt. Post te ambulabunt, vinctis manicis pergent, & te adorabunt, té que deprecabuntur,* &c.

Isa. 45.

Act. 9. An non talis Saulus à mundi ad Dei partem translatus! Verè, verè vir sublimis contra Deum erectus, *Spirans minarum, & cædis*, cæcus, & miser: sed statim ac circumfulsit eum lux de cælo, ceciderúntque squammæ ex oculis eius, vt vinctus manicis perrexit in obsequium Creatoris! *Domine, quid me vis facere?*

An non talis Magdalena, *Negotiatio Æthiopiæ?* sed *vt cognouit*, Christo mox dedit manus: Christum ancilla sequuta est, ô charam lucem! Augustinus: Non te quærebam, Domine, tu me quæsisti: non te inuocabam; tu me vocasti; vocasti enim me nomine tuo: intonasti desuper voce grandi in interiorem autem cordis mei. *Fiat lux: & facta est lux*: & discessit nubes magna, & nox illa tenebrarum, & ecce video.

D. Aug. Sol. c. 33.

Is. 55. *Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis; & gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum.*

Ephes. 5. Græc. Sic, sic agendum. *Vt filij lucis ambulate: fructus enim lucis est in omni bonitate*, vel Græc. *benignitate*, siue *beneficentia, & iustitia, & veritate.*

1. Thess. 5. *Omnes vos filij lucis estis: non sumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus, sicut & cæteri. Sed vigilemus, & sobrij simus: sicut in die honestè ambulemus, non in comessationibus*, vt olim in Ægypto super ollas carnium, ne iterum Ægyptiacis, aut densioribus tenebris inuoluamur. *Ambulate, dum lucem habetis*, &c. August. Væ, væ cæcis oculis, &c.

Rom. 13.

August. Sol. c. 14.

De gratiarum actionum debito, & gratitudine, & ingratitudine.

PVNCTVM CLVI.

Bernard. Bernard. de quadruplici debito: Vis scire, quæ, & quibus debeas? Primò Christo Iesu debes omnem vitam tuam: quia ipse vitam suam posuit pro vita tua, & cruciatus amaros sustinuit, ne tu perpetuos sustineres. Non habeo nisi minuta duo, imò minutissima, corpus, & animam; vel potiùs vnum minorum, voluntatem meam; & non dabo illam ad voluntatem illius, qui tantus tantillum tantis beneficiis præuenit, qui toto se totum me comparauit?

Sed nunquid huic soli debitor sum, cui vix parum aliquid retribuere possum? Exigunt à me præterita peccata mea futuram vitam meam, vt faciam fructus dignos pœnitentiæ, & recogitem omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et ad hæc quis idoneus? *Peccaui super numerum arenæ maris, & multiplicata sunt peccata mea, & non sum dignus videre altitudinem cæli præ multitudine iniquitatis meæ: quoniam irritaui iram tuam, & malum coram te feci.* Quod ergo sine numero, quomodo numerabo? quomodo satisfaciam, cùm cogat reddere debitum vsque ad nouissimum quadrantem? Paulò antè vitam tuam pro vita sua Christo reddideras; & nunc iterum eam totam præcedentium exigit recordatio peccatorum.

Quid, si tertium tibi debitorem ostendam, qui non minùs acriter, quàm veraciter vindicet eam sibi? Puto, quòd & tu possidere desideras ciuitatem, de qua dicitur: *Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.* Gloriam illam, quam *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit*, regnum omnium sæculorum, viuere in æternum, in perpetuas hæreditates. Credo, quòd velis esse æqualis Angelis Dei in cælo, esse etiam hæres Dei, cohæres Christi, & in plateis supernæ Sion melos angelicum auscultare, & videre, quicquid illud sit, cùm Christus tradiderit regnum Deo Patri, & erit Deus omnia in omnibus: postremò esse similis Deo, & videre eum, sicuti est. Nónne ad hoc emendum totum te, & quæcunque, & vndecunque contrahere poteris, dare oportebit? Et cùm vniuersa compleueris, non tamen putes esse condignas passiones huius temporis, vel corporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. An sic impudens es, vel imprudens, vt minutum tuum, quod sibi tam Christi vita, quàm peccati pœnitentia certatim rapiunt, etiam ad huc conquirendum, vel audeas numerare? Ps. 42.

Quid dices, si & quartum debitorem in medium adduxero, qui sibi etiam iure primatus sui superiores tres cedere velit? Ecce in ianuis est, qui fecit cælum, & terram; & Creator tuus est, tu creatura: tu seruus, ille dominus: ille figulus, tu figmentum. Totum ergo, quod es, illi debes, à quo totum habes, illi præcipuè Domino, qui & te fecit, & benefecit tibi: qui tibi ministrat syderum cursus, aëris temperiem, fœcunditatem terræ, fructuum vbertatem. Huic reuerà totis medullis, totis viribus seruiendum, ne forte indignationis oculo te respiciat, & despiciat, & conterat in æternum, & in sæculum sæculi. Non arbitror autem, quòd te tanta rapter insania, vt & hic minutum tuum nominare, nedum numerare præsumas. Expone ergo omni cui horum quatuor proponas reddere, quod debes: cùm vnusquisque tam internus, quàm æternus exactor sit, vt te possit singulariter suffocare. Eia, *Domine vim patior, responde pro me.* In manus tuas commendo minutum meum: tu persolue omnibus, tu ab omnibus libera: quia tu es Deus, & non homo; & quod hominibus impossibile est, possibile est tibi. Quod habui, & feci. Domine, *Habe me excusatum*: quin *imperfectum meum viderunt oculi tui.* Quis ergo amplius grunniet dicens: Nimiùm laboramus, nimium ieiunamus, nimiùm vigilamus: cùm nec millesimæ, imò nec minimæ parti debitorum suorum valeat respondere?

Quid retribuam, quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? O quàm verè Sponsa! *Ordinauit in me charitatem*, vel, vt alius legit, *Imposuit mihi debitum amoris*, aut potiùs debita, cúmque innumera amoris. Ps. 115. Cant. 2. Alius.

O quàm ingentia hæc sunt! Nouerat Ioseph, qui quondam sollicitatus à domina, respondit: *Et quomodo possum hoc malum facere?* Quidni inimicis sanguineus, Gen. 39.

sanguineus? Ah tot, tantisque constrictus beneficiis non possum. Quid, quid? Tu super domum cæli, quasi dixerim, & terræ constitutus peccare poteris? Deum non amabis? Beneficia sunt furta, quæ corda rapiunt. Ille quodam accepto munere ab Agesilao: Furtum, inquit, Agesilai est. Quid mirum furtum est: Ita plane, quòd corda rapiat.

Xenoph. l. 5. de instit. Cyr. Vt sponsæ illius, Authore Xenophonte, cor subripuit collatum illud sponsi beneficium? Nam coram Cyro vterque adductus, & quid is persolueret, si sponsa libertate donaretur, interrogatus, captiuus non nisi vitam se se exoluturum respondit. Tum cum sponsa dimissus, dum postea Cyri magnificentiam, liberalitatem, splendorem summis efferret laudibus, qui que illa tunc temporis audisset, vidissétque, de quo magis miratus esset, interrogaret: Nunquam, inquit, dimoui oculos ab eo, qui dixit, pretio animæ suæ me redempturum. Quid, si id non solùm dixisset? sed etiam re ipsa fecisset? O quàm magis tenemur nos oculos figere, nec eos vnquam dimouere ab eo, qui & dixit se redempturum, & re ipsa redemit?

Idque nos docere voluit Saluator, dum toties oculos eleuauit, dúmque tam sæpè gratias egit, vt, scilicet, gratiarum actiones nos doceret. O quot? ó quanta accipimus de manu Domini beneficia, nec gratias agimus! Terræ fruges colligimus, easque domum inferimus: nec saltem dicimus: Domine, gratias ago.

Oseæ 13. Oseæ 13. *Iuxta pascua adimpleti sunt, & saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.*

Lucæ 2. Lucæ 2. *Quid faciam, quia nescio, quo congregem fructus meos?* Meos? Quis dedit? Ingrate, en vt repetitur, quod tuum non est. O quot hac stultitia, & ingrati animi vitio laborant, qui à Deo pasti pabulum quidem accipiunt, sed, vnde id veniat, non considerant!

Oseæ 13. Oseæ 13. *Ego Dominus D. us tuus ex terra Ægypti.* Improperat populo beneficia, & ex diuturnitate, ac antiquitate ingratitudinem obiicit: *Ego Dominus Deus tuus ex terra Ægypti*, ac si diceret: Nō ab heri, aut nudiustertius, sed iam pridem multis te beneficiis cumulaui. *Ex terra Ægypti*; ex quo, scilicet, sub Pharaone misere seruiebas; ex quo te in brachio extento eduxi de Ægypto peccati, téque manna Sacramentorum paui, tótque beneficiis, tot gratiis, tot fauoribus sum prosecutus? *Ex terra Ægypti.* ex quo te ab illa tribulatione liberaui, sempérque nonis gratiis, ac beneficiis me Deum tuum ostendi: *Et oblitus es mei?*

Seneca: Aratores Ægypti non respiciunt cælum: quod enim aliis nationibus præstat cælum, hoc Nilus præstat Ægyptiis. O quot, ó quot aratores Ægypti, qui cælum, vnde tot pluunt gratiæ, non respiciunt, nec oculos sursum, vnde omne bonum descendit, attollunt!

Deut. 11. *Terra*, (inquit Deus ad populum Israël,) *ad quam ingrederis possidendam, non est sicut terra Ægypti, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ; sed de cælo expectans pluuias.*

Cant 5. Hebr. De manibus Sponsi anima illa pergrata. *Manus eius*, inquit, *tornatiles aureæ.* Hebr. *Manus eius orbes aurei.* Cæli, vnde cataractis apertis tot, tantæque ibi diluuiant gratiæ. Sed tu, ingrate, tuas æstimas diuitias ex Nilo terreni tui laboris, industriæ, ac prudentiæ. Ah! ah! respice cælum, vnde omne bonum, & omne donum perfectum. *Orbes aurei.*

Psal. 70. *Domine, qui pascis me à iuuentute mea* (*ex terra Ægypti.*) *In te confirmatus sum ex vtero, de ventre matris meæ tu es protector meus: repleatur* (ideò) *os meum laude, vt cantem gloriam tuam*, &c.

Sancti vt diuinorum beneficiorum sunt memores? *Venite, audite, & narrabo, omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.* Et adde: *Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea.* Istud est beneficia narrare? Ita prorsus, inenarrabilia sunt, sed saltem. *Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui*, &c. Psal 65.

Vt gratus Iacob! Cùm frater eius, Esaü, paruulos illius vidisset, quæsiisétque, cuius essent. *Paruuli sunt*, inquit, *quos donauit mihi Dominus.* Bonorum deinde suorum partem illi offerens, ait: *Accipe benedictionem, quam donauit mihi Dominus tribuens omnia.* Vt cuncta in Deum omnium datorem referebat! Sed Esaü vt ingratus! vt Deo nihil adscribit! *Habeo*, inquit, *plurima: tua tibi sint.* Hunc eundem pergrati animi affectum Iacob non solùm verbis, sed etiam lapidibus, ac marmoribus testatum voluit: statim enim ac à Deo aliquod accipiebat beneficium, lapidem, siue altare erigebat, quasi in marmore illud ad perpetuam memoriam conscribere vellet. Quod notat Chrysost. de Abraham. Vidisti, inquit, mentem gratam? quia mox vt tabernaculum fixit, statim pro facta sibi promissione gratiarum actiones obtulit Domino, & in singulis locis, vbi tabernaculum fixit, inuenies hoc præ omnibus ei fuisse curæ, vt extructo altari, preces offerret, & gratias ageret, vt & sic Dominum suum prouocaret ad suas promissiones implendas. Gen. 33. Gen. 13. Chrys. hom. 34. in Gen.

Et hoc sibi fortasse voluit Iosuë, dum duodecim illos durissimos lapides à cuiusque Tribus viris erigi mandauit. *Tollant*, inquit, *duodecim lapides*, non quoscunque, sed *durissimos*; vt videlicet, talis, tantique beneficij memoria quasi in marmore sculpta nulla vnquam obliuione deleretur. Huc facit, quod pulchrè animaduertit Ambrosius, Patriarcham Noë cætera omnia ex Dei præscripto fecisse: solam autem oblationem, altarisque erectionem ex gratitudine. Intellexit, nimirum, vt ait Ambros. eam veram gratiarum actionem esse, quæ non iubetur, sed defertur? qui enim debitum gratiæ, vt à se exigatur, expectat, ingratus est. Vt igitur ex arca egressus est, vtque se incolumem vidit cum tota creaturarum familia, altare extruxit, hostias immolauit, odoratúsque est Dominus odorem suauitatis. Vbi Chrys. Vide gratitudinem iusti, ædificauit altare, obtulit, suæ voluntatis gratitudinem Domino ostendit: Deus approbans voluntatem coronauit. *Odoratúsque Dominus odorem suauitatis.* Ios. 4. D. Ambr. l. de Noe, & arca, c. 6.

Id quod Sancti adeò intellexerunt, vt vel propriis filiorum nominibus accepta à Deo munera declararint, *Possedi hominem per Deum. Iste consolabitur nos. Risum fecit mihi Deus* (quæ erant propria filiorum nomina.) Hinc Ioseph, cùm ad totius Ægypti regnum euectus esset, pergrato animo, inquit: *Dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vniuersæ domus eius, ac Principem in omni terra Ægypti.* Quin duobus ibidem subscriptis liberis, *Vocauit nomen primogeniti Manasses, dicens: Obliuisci me fecit D. us omnium laborum meorum. Nomen quoque secundi appellauit Ephraim, dicens: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.* En vt Pharaoni, aut sorti dignitatem non ascribit? en vt Deo acceptam refert? En vt propriis filiorum nominibus accepta à Deo beneficia declarauit? Gen. 4. Gen. 5. Gen. 41. Gen. 45.

Speluzoza Scripturæ selectæ. CC a O insignem

A O insignem beneficiorum agnitionem! non enim ei satis visum est, Deo ob accepta beneficia, & pericula depulsa imménsas gratias agere; verùm etiam propria filiis nomina, quibus beneficiorum magnitudo designaretur, imposuit, vt hoc pacto horum in animo suo promptior adesset memoria, ipsíque filij suis ipsis nominibus ad gratias toto vitæ tempore ob beneficia Patri collata agendas, non secùs ac pater excitarentur.

Nouerant, nimirum, Deum non solùm huiusmodi beneficiorum memoria delectari; verùm etiam valdè ab vnoquoque eam exigere. Hic in Genes. vbi toties dicitur Deus Creator, datórque omnium, Hebr. simul dicitur Iudex, & iustus, *Elohim*, Dij, vel Iudices, ab *El*, quod est *fortis*, & *ala*, id B est, *adiurauit, obligauit, adstrinxit*; quasi Deus suam potentiam, virtutem, bonáque omnia largiatur, vt per ea sibi hominem, ceu iuramento, ad sui cultum, obedientiam, timorem, fidem, spem, inuocationem, gratitudinémque obstringat. Vbi ad rem notandum, quòd vbi potiùs videbatur Deus misericors, ac liberalis dicendus, dicitur iustus: quo clarè intelligas, pro certo fore, vt rerum omnium, quas tibi creauit, exigat rationem. Oseæ 9. Audi: *Væ eis, cùm recessero ab eis.* Alij: *Væ eis, cùm incarnatus fuero.*

Genes. 1.
Hebr.
Eugub & Corn. à Lap. ibid.
Oseæ 9.

Quid? nónne insigne istud est beneficium? Ita prorsus: sed væ eis, nisi grati extiterint. Isa. 19. *Onus Ægypti, ecce Dominus ascendit super nubem leuem*, &c. C Ad literam de beneficio Incarnationis est sermo. Sed, cur non fauor Ægypti? quia ingens erat onus gratiarum.

Isa. 19.

Quærit Chrysost. cur Spiritus Sanctus, qui est fons omnium donorum, ac beneficiorum, missus sit in Apostolos præmisso turbine? Respondet. Ad commonefaciendum iudicium: cùm enim donum accipimus, mox instat iudicium, quo appareat, an eo rectè vsi simus.

D. Chrysost. hom. 1. in Act. Ap.

Quàm citò creatarum omnium rerum ab Adam exegit rationem? *Adam, vbi es?* quasi dixerit: Gratias non agis? tot iam beneficiorum oblitus?

Gen. 3.

Et nouem vbi sunt? non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. D Bernard. in serm. contra pessimum vitium ingratitudinis, optimè, vt solet: Meministis, credo, verba Saluatoris hæc esse, nouem illorum arguentis ingratitudinem. Benè quidem orasse, & postulasse leguntur, qui leuauerunt vocem dicentes: *Iesu præceptor, miserere nostri.* sed defecit eis quarta, quam adiecit Apost. gratiarum actio, quando nec redierunt, nec egerunt gratias Deo. Multos quoque videmus vsque hodie satis importunè petentes, quod sibi deesse cognouerint: sed paucos admodum nouimus, qui dignas super acceptis beneficiis gratias agere videantur. Fortè hoc etiam clementia esse videtur, ingratis negare, quod postulant; ne contingat nobis, vt tantò grauiùs de ingratitudine iudicemur, quantò magis accumulatis beneficiis ingrati pro- E babimur extitisse. Felix Samaritanus, qui cognouit, se nihil habere, quod non accepisset; ideircò seruauit depositum, & cum gratiarum actione ad Dominum est reuersus. Felix, qui ad singula dona gratiæ redit ad eum, qui est plenitudo omnium gratiarum, cui, dum nos pro acceptis non ingratos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ, vt maiora adhuc accipere mereamur. Omninò enim sola nos à profectu conuersationis impedit ingratitudo nostra: dum quodammodo amissum reputans dator quod ingratus accepit, cauet sibi de cætero, ne tantò plura amitteret, quantò plura

Luc. 17.
Bern.

A conferret ingrato. Felix proinde, qui se alienigenam reputans, etiam pro quibusque minimis beneficiis non minimas refert gratias, gratuitum esse non dubitans, neque dissimulans, quod alieno impenditur, & ignoto.

Ex defectu gratiarum actionum penuriæ, infirmitates, &c. Dat nobis Deus rerum abundantiam: sed, quia ipsi acceptam non referimus, immittit penuriam, qua cognoscamus abundantiam a Deo esse. Dat sanitatem: sed, quia vtimur ea quasi debito naturæ dono, infirmitatem immittit, & tunc sanitatem donum Dei esse sentimus, &c.

De Ezechia Hier. Tradunt Hebræi, ideò ægrotasse Ezechiam: quoniam post inauditam victo- B riam Iudæorum, & Assyrij Regis interitum, non cecinerit laudes Domino, quas cecinit Moyses, Pharaone submerso; & Debbora, interfecto Sisare; & Anna, genito Samuele.

D. Hier. in c. 38. Isaæ.

O quàm displicet Deo ingrati animi vitium! In Matthæo: *Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nónne ergo*, &c. Vbi Chrysost. cùm debet ei decem millia talenta, non vocat eum seruum nequam, neque conuitiatur (quod nunquam aliàs, aut perquam raro in faciem fecisse legimus,) sed cùm ingratus extitit.

Matth. 18.

Et nunc intelligo, ni fallor, illum Psalmi locum: *Cum Sancto Sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.* quod alij legunt: *Cum liberali liberalis eris, & cum* C *ingrato ingratus eris.* Talis etenim Deus erga vnunquenque existit, talémque se vnicuique exhibet, qualis ipse erga eum fuerit, qualémque se erga eum ostenderit, cum liberalibus liberaliter agit, & cum illiberalibus illiberaliter, hoc est, strictè, ac parcè. O vitium nostrum, quod liberales, prodigasque illas Dei manus constringit, ac ligat! Ingratitudo, inquit Bern. exsiccat fontem diuinæ pietatis. Et, Gratiarum cessat decursus, vbi nó fuerit recursus. Sed, vbi hic fuerit; quis gratiarum abundantiam valeat explicare? Moyses, qui gratissimus extitit, vt affluentiam solus ambabus eleuatis manibus excipere non valebat? Deus etenim D adeò in eum suas diluuiabat gratias, vt quò eas exciperet, ab aliis sustentari manus illius oporteret: est nanque veluti quædam æmulatio inter Deum, ac hominem gratum, quem Deus tamen sua semper liberalitate vincit; qui maiora, plurâque retribuit, quàm illi vnquam tribuamus: quod dixit Dauid: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Vbi August. ponderat non dicere, tribuit; sed, *retribuit*, &c.

Psal. 17.
Agell.
Tuelm.
Ex. 17.

Sed heu, nos adeò ingrati sumus, vt quoad nos diuinum illum pietatis fontem exsiccemus, &c. *Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.* Gratiarum enim actio est veluti quædam irrigatio: hæc vbi deest, planta fit sterilis. Vnde, quæso te, multo abhinc tempore res tuæ in transuersum abeunt? Filij moriuntur, &c. quia E diuinarum gratiarum plantam sterilem reddidisti. Sic modò spiritum illum non sentis, gustum Dei non habes; quoniam ingratus es: sanitatem, diuitias amisisti; quia sterilem (vt hoc verbo vtar) ingrati animi tui vitio Deum fecisti. O vitium! ô vitium!

Ps. 34.

Seneca: Ingratus est, qui beneficia non reddit, qui dissimulat, qui denegat: ingratissimus, qui oblitus est. Superlatiuo adde, qui ipsismet beneficiis benefactorem offendit, de quo Oseæ 2. *Et argentũ multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.* Vbi Theod. Quæ à Deo dona Israël acceperat, eadẽ Dei hostibus detulit. An nó plerique hodie ingratissimi sunt,

Oseæ 2.
Theod.

sunt, qui ipsis contra benefactorem pugnant beneficiis? Ille bonum à Deo ingenium sortitus est, vt eo benè vtatur; sed quid? abutitur in poësibus, ac ineptiis, &c. Diuitias, sanitatem habet: sed his vtitur, vel potiùs abutitur in Dei offensam. Quid mirati, si in pœnam ingratitudinis Deus auferet diuitias, &c. *Idcircò* (subdit Deus) *conuertar, & sumam frumentum meum, & vinum meum*, &c.

Isa. 1. Alij.

O ingratum ipsis irrationabilibus iumentis irrationabiliorem! *Cognouit bos possessorem suum.* Alij, *Emptorem suum. Israel autem non cognouit, & populus non intellexit.* Mirum! emit ille bouem, parum fœni illi præbet: statim bos emptorem agnoscit, exiguique illius beneficij fune ligatus sequitur eum; ingratus verò tot beneficiorum funibus constrictus Deum benefactorem non agnoscit, non sequitur: *Haeccine reddis Domino, popule stulte, & insipiens?* Hebr. *Popule stulte, & vilis?* iumentorum epitheta. Vt ingratus veluti iumentum recalcitrat! *Incrassatus, impinguatus, dilatatus* tot vndique beneficiis, *recalcitrauit.*

Deut. 32. Hebr.

An non tale iumentum Iudas, qui contra magistrum, à quo tot, tantáque acceperat beneficia, calcaneum eleuauit? *Qui manducat meum panem, leuabit contra me calcaneum suum.* O vilissimum iumentum!

Ioan. 13.

Et idcircò ingratus non nisi asini sepulturam meretur. De Ioas illo dicitur, quòd sepelierunt eum quidem, sed non in sepulcris Regum. Hugo Card. & Glossa, vt ingratum in Ioiadam, cuius non est recordatus, quod sibi fecisset bona. Ex Paralip. iam nostis historiam.

2. Paral. c. 24. Hug. Card. Glossa.

Sed quid dico, ingratum iumentum esse? Deterioris certè conditionis est: nam insensibilior est ipsis iumentis, similisque lapidibus. Succurrit ne memoriæ Nabal ille Carmelus? Succurrant & beneficia, quæ à Dauid acceperat, quibus cùm ingratus extiterit, *Mortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis.* Et certè ingratus est insensibilis ceu lapis.

1. Reg. 25.

Quid verò, inquies, si deterioris adhuc conditionis ingratum ostendero? Ingratus est veluti Dæmon. Dicit hoc Dauid: *Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi.* Hebr. *Satana erant mihi*, &c. O vitium!

Ps. 108. Hebr.

Fugiamus hoc, Fratres, fugiamus; idque iugi beneficiorum memoria, perpetuáque gratiarum actione: tunc etiam docere nos voluit Saluator, cùm in deserto quinque hominum millia duobus piscibus, & quinque panibus hordeaceis cibauit, & Apostolis, quæ superauerant fragmenta, ne perirent, colligere præcepit. Cur enim putamus, munificentissimum Dominum tam anxiè reliquias huiusmodi colligi mandasse? Bern. Iubemur colligere fragmenta, ne pereant; id est, nec minima beneficia obliuisci.

Ioan. 6. Bern. serm. in Cant.

Si Rex ille habebat Annales, in quibus annotaret, quæ singulis diebus à subditis veluti beneficia accepisset: nos Annales, ac diarios libros non habebimus, in quibus quotidiana Dei beneficia conscribamus? quoties à morte nos liberatit? quoties, &c.

Esth. 6.

Si Deus ipse habet libros *Monimenti.* Hebr. *Recordationis, & memoriæ*, in quibus notet res nostras; nos libros non habeamus, in quibus indelebiliter res eius scribamus?

Malach. 3. Hebr.

Benedic, anima mea, Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius. vel cum Symmacho: *Omnia beneficia eius.* Vbi notandum eandem vocem, tum beneficia, tum gratiarum actiones significa-

Ps. 102. Symmach.

Speranza Scripturæ selecta.

A re: quò intelligamus, quàm coniunctim beneficium gratiarum exigat actionem: nam, vbi accipis beneficium, ibi simul referendæ gratiæ munus assumis.

Cant. 4.

Nouerat anima illa, quæ propterea est assimilata columbæ: *Oculi tui columbarum.* Et, *veni, columba*, &c. quòd, scilicet, instar columbæ ad singula, quæ cælitùs accipiebat beneficia, oculos in altum leuabat, immensásque largitori omnium gratias referebat.

Psal. 144. Psal. 8. Hebr.

Dauid: *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione*, hoc est, donis, ac beneficiis, ob quæ te benedicere tenetur. Sed, *quid est homo, quòd memor es eius?* Hebr. *Quid est Enos, immemor, obliuiosus, quòd memor es eius?* Vitium Philosophorum B illorum, de quibus Apost. *Nec gratias egerunt*, &c. qui propterea lumen perdiderunt. Sic plerique ob ingratitudinem priuantur lumine, ac donis, &c.

Rom. 7.

Gal. 2. Rom. 8. Chrys. hom. 34. in Gen.

Grati animi est, beneficia communia propria existimare. Apost. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Chrys. Quid dicis, ô Paule? Paulò antè dicebas: *Qui proprio Filio suo non pepercit; sed pro nobis omnibus tradidit illum*, & nunc dicis: *Qui dilexit me.* & proprium vsurpas commune beneficium? Respondet: Peculiare hoc est amori, vt ex communibus propria faciat. *Qui dilexit me.* Quid dicis? Te solum dilexit? Omnem hominum C naturam dilexit: sed ego ei gratias debeo, quasi me solum dilexerit. Quid ergo, pro te solo crucifixus est? An non dicit: *Si exaltatus fuero, traham ad me omnes?* Nónne tu dixisti, quòd pro nobis omnibus tradidit seipsum? Profectò non loquor pugnantia; sed meum amorem ita solor. Qualem igitur vicissim gratiarum actionem exhibere poterimus tam diuitem erga nos charitatem declaranti? Etiamsi animam ipsam impendamus pro suis legibus, neque sic ad charitatis modum pertingere poterimus, quam erga nostrum declarauit genus. Ipse enim Deus existens pro hominibus hoc subiit, & Dominus pro seruis; & non pro seruis simpliciter, D sed pro ingratis, & perpetuis inimicis; & ipse prior in indignis, & toties lapsis tantam contulit beneficentiam. Nos autem, etiamsi faciamus, quæcunque facere poterimus; nihil magnum faciemus; vt ei, qui nos tantis beneficiis præuenit, aliquid rependamus: nostra enim, si quæ sequuntur, retributio quidem sunt, & debitum; illius autem sunt & gratia, & beneficia, & largitionis magnitudo.

Ioan. 12.

Psal. 49. Isid. Clar.

O quàm hæc omnia ab his, qui ingrati extiterint, sentientur in hora mortis! *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* vel iuxta Isid. Clar. *Statuam me contra oculos tuos.* hoc est me ipsum natum, passum, cruci affixum, cum tot, tantísque beneficiis ante oculos tuos constituam, vt ingratitudinis arguaris, & confundaris.

E Eia, eia, ingratitudinem abominare, gratésque Deo pro immensis beneficiis redde: omnia illi restitue, à quo omnia accepisti: idque cunctis audientibus, ac testibus confitere. Id enim tam verum est, quàm quod verissimum: nam, si in te ipso aliquid bonitatis est, Omnis bonitas, inquit Dionys. à prima bonitate est: si quid sapientiæ, *Omnis sapientia*, ait Salomon, *à Domino Deo est.* Si quid authoritatis, ac potentiæ: *Non est potestas, nisi à Deo*, inquit Paulus. Si aliquod naturæ, aut gratiæ donum: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum*, inquit Iacobus: Si tandem mente,

Iac. 1.

& cogitatione rerum omnium, quæ in te, aut extra te sunt, authorem quæris; quicquid est, à te est, quia sine te nihil est, ait cum Deo loquens August. (D. August.) *Benedic*, ergo, *benedic*, *anima mea, Domine: & omnia, quæ intra me* (& extra me) *sunt*, *nomini sancto eius.* (Psal. 102.) A

(Eccl. 1.) *Omnia flumina intrant in mare, & ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant.* O si in illud inexhaustum omnium gratiarum mare tot beneficiorum flumina reuerterentur, quàm plenius, quàm copiosiùs iterum defluerent?

DE PECCATO, materia Orationis.

Peccatum est summa abominatio.

PVNCTVM CLVII.

(Marc. 13. Deut. 13.) CVm videris abominationem desolationis, quæ, &c. In Deuter. vocat Deus Moysem: *Accede, dic populo meo: Si audieris in vna vrbium tuarum dicentes: Eamus, & seruiamus Diis alienis. quære sollicitè, & diligenter: rei veritate perspecta, si inueneris certum esse, quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniáque, quæ in illa sunt, vsque ad pecora: quicquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius; & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas, & sit tumulus sempiternus; non ædificabitur ampliùs.* Ad litteram fuit hæc abominatio, Ierusalem suum Deum non agnoscere, suum Deum non recipere; sed peccando Diis alienis seruire; vnde deleta est, facta est tumulus sempiternus, non reædificata iam ampliùs.

Quantoperè Deus abominatur peccatum? *Percuties habitatores vrbis in ore gladij, & delebis eam, omniaque, quæ in illa sunt, vsque ad pecora.* Quid, quæso, Domine, animalia commeruerunt, pueri, supellex, mœnia, & palatia? ob peccatum hæc omnia abominor, non sit lapis super lapidem, sit tumulus: *Non ædificabitur ampliùs.*

Amor, quo populum, quem sibi elegerat, prosequebatur, insignis prorsus, ac mirus est. In eodem libro, *En Domini Dei tui cælum est, & cælum cæli: & tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & elegit eos: & semen eorum post eos.* (Deut. 10.) q. diceret: Hic Deus immensus, infinitus, Creator cælorum, vestri non erat indigus; sed sola benignitate sua vos elegit, atque dilexit, & non vulgari quidem; sed arctissima dilectione. *Conglutinatus est.* Corn. à Lap. Verbum, *conglutinatus*, significat vehementiam amoris. (Corn. à Lap. Ibid.) Sic anima Sichem dicitur conglutinata cum Dina, & anima Iacob pendere ex anima Benjamin, vel, vt est Hebr. illi colligata esse. (Gen. 34. Gen 44. Hebr.) Sic igitur Deus populum diligebat, vt eidem conglutinatus diceretur.

Sic etiam in signum, & ostensionem amoris, vt not. Hier. aquilæ comparatur: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, assumpsit eum, atque portauit in humeris suis*, in brachiis, vt infantium charorum gerulus: *Circunduxit eum, & docuit, & custodiuit sicut pupillam oculi sui.* (D. Hier. Isa 65. Deut. 32.) Estne in tota Scriptura reperire verba maioris affectus? Inter cæteras animantes omnes, ait Hier. aquilarum maximus in pullos est amor, &c. Ad hæc, *Et custodiuit eum sicut pupillam oculi sui.* Quid vltrà?

Sed, ecce tibi amorem in odium: ecce qualiter peccatum conuertit talem, ac tantum amorem in tantum odium. *Ignis succensus est*, inquit, *in furore meo: congregabo super eos mala: foris vastabit eos gladius*, &c. *Et dixi: Vbinam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.*

Per Ieremiam. *Eiice illos à facie mea, & egrediantur: quod si dixerint: Quo egrediemur? dices ad eos: Qui ad gladium, ad gladium? qui ad famem, ad famem; & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.* (Ierem. 15.)

Vnde aliàs: *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam* (ô tenerrimum verbum, quo populum appellat?) *in manum inimicorum eius.* (Ierem. 12.) Etsi fuerit mea hæreditas, B eam tamen reliqui: quinimò populum, quem, ceu dilectam animam, diligebam, dimisi. Verè *facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt.* (Osee 9.) Septuag. *Facti sunt tam abominabiles, quàm priùs fuerant dilecti*, &c. (Sept.)

Sic, sic anima, quæ antequam peccaret, erat Deo in deliciis, portabatur in brachiis Dei, dilecta Deo, chara Angelis; per peccatum fit Deo exosa, tantò nunc odio habita, quantò priùs amore dilecta.

Et hinc anima mox damnatur, & secundùm præsentem iustitiam Inferno traditur. Matth. 3. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* (Matth 3. Græc.) Græc. in præsenti, *Exciditur, & in ignem mittitur.* C Statim ac quis peccat, exciditur, & in ignem mittitur. Sic vbi legimus in Ierem. *Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum.* (Ierem. 33.) in Græc. & Paraph. Chald. habetur: *Ecce turbo Dominicæ indignationis egreditur.* (Græc. Chald.) Quia statim ac peccat, iudicatur, & Inferno damnatur, vt dicatur descendere in Infernum viuens. Peccator descendit in Infernum viuens: quia, quoad se, ad Infernum spectat; est membrum Inferni: nec aliud deest, quàm Inferni pœna, etsi non careat in conscientia infernali tormento. (Psal. 54.) Peccatores descendunt in Infernum viuentes; id est, ipsi, adhuc viui, sunt sibimet Infernus: gerunt Infernum, & vt damnati quoad præsentem D iustitiã sunt ipsius ditionis Inferni. Nunc, quî fieri potest, vt peccator, qui se nouit à Deo odio haberi, quique scit se esse damnatum, rideat? Quomodo terrore, ac tremore non horret ille, qui scit aliquem peccasse mortaliter? Quomodo non fugit? &c.

Creaturæ omnes abominantur peccatorem, abominabilis est cælo, & terræ. Inquit Apost. *Omnis creatura ingemiscit*, cupiens liberari à seruitute, &c. (Rom. 8.) Sol exclamat: Heu, quandiu inuitus peccatori exoriar? Sic terra: Quandiu feram hoc onus? O si per Creatorem liceret, vt quondam, viuos deglutire. Sic omnes creaturæ ingemiscunt cupientes liberari à seruitute: Ita August. (Aug. lib. de dilig. Deo. c. 6.) Posset terra dicere, non debeo te sustinere; sed potiùs ab- E sorbere, quoniam à Creatore meo non timuisti peccando recedere. Posset dicere Sol: Non debeo tibi lucere; sed ad vindictam Domini, qui est fons luminis, penitùs tibi radios meos abscondere. Sic etiam cuncta quæque creatura, &c.

Hinc Dominus: *Et liberabo lanam meam, & linum meum*; à seruitute, nimirum, qua creatura mea tam ægrè peccatori seruit. Sic Hugo Catensis. (Osee 2. Hug. Caten.)

Hinc Ioëlis 1. *Confusum est vinum, elanguit oleum. Vinea confusa est.* (Ioel 1.) Quasi per prosopopœiam erubescant ipsa insensibilia, si peccatori seruire debeant.

Peccator lædit, deordinat, perturbat, & quantùm est ex se, destruit creaturas omnes. Quo loco legimus: *Generatio praua, atque peruersa.* (Prou. 31.)

Chald.

Chald. Chald. vertit: *Ordines mundi peruersi sunt propter*
eam. q. d. Peccatum dissoluit totius concordiam
Luc.15. vniuersi. Ideò verè ille: *Pater, peccaui in cælum, &*
coram te. q. diceret: Non solùm tuam læsi Maiesta-
tem; sed etiam ipsum cælum, quod, si corruptibile
esset, corruptum iam esset; & benè apparuit, clarè-
que patuit, quòd etsi cæli solidissimi sint; pondus
tamen peccati non sustinuerunt, &c. Et ideò cæ-
lum obscuratur; & ideò tonat; ideò fulgur emit-
tit; quia non patitur peccatum, abominatur pecca-
Deut.28. tum, &c. *Sit cælum, quod supra te est, æneum; & terra,*
Glossa. *quam calcas, ferrea.* Sic ibi Glossa: Peccata homi-
num commutant ordinem rerum.

Quàm abominabilis peccator! tam abomina-
bilis, vt, ceu vilissimum animal, nedum mancipium
Rom.7. æstimetur venale. *Ego autem carnalis sum* (in per-
sona peccatoris) *venundatus sub peccato.* Accepta,
Haymo ib. vt pretio, dulcedine pomi, inquit Haymo meipsum
Diabolo vendidi. *Quod enim operor, non intelligo,* vt
vilissimus seruus, qui non discutit, an deceat, néc-
ne, omnia iussa capessere; sed vt sub hasta vilissimo
Tertull. pretio coëmptus (Tertul. legit, *negotiatus sub pec-*
cato) currit ad omne flagitium: Quid abominabi-
lius seruo emptitio Diaboli?

Quid, quòd nedum homines; sed, vt ita dicam,
nec ipse Diabolus ob summam abominationem
Psal.43. quandoque vult emere peccatorem: *Vendidisti po-*
pulum tuum sine pretio, & non fuit multitudo in com-
mutationibus eorum. Sit hic latro, nec scelestissimi
eundem ement, luxuriosum quisque, vel talis abo- C
Aquil. & minabitur: aduocate ipsos Inferni Dæmones; *Et*
Symmach. *non fuit multitudo in commutationibus eorum.* Aqui-
la, & Symmachus: *Et non fuit pretium in vocifera-*
tionibus eorum, &c.

Ipsimet peccatores semetipsos abominantur:
plures simul, nec seipsos tolerant. In Ezech. Voca-
Ezech.8. tus Propheta ad videndas abominationes, multos
in templo vidit peccatores. Mirum! nec templi
odores sat erant, vt se inuicem tolerare possent, ap-
plicabant ramos ad nares: quia, vbi plures sunt
peccatores, ibi omnes fœtores, &c.

Ierem.23. *In Prophetis Ierusalem vidi similitudinem adul-*
Sept. *terantium.* Sept. *Vid. horrenda.* Hebr. *Portenta, &*
Hebr. *monstra.* Pagnin. *Tetra, & fœda.*

Pagnin. *Abominabilis, & inutilis homo, qui bibit sicut*
Iob 15. *aquam iniquitatem.* Vatab. *Putridus, & fœtidus ho-* D
Vatab. *mo.* Alij, *Corruptus, & malè olens.* O quàm malè!
Alij. *Sepulcrum patens est guttur eorum.* Chald. *Sicut In-*
Psal.5. *fernus patens guttur eorum.* hoc est, ipsius Inferni
Chald. fœtores exhalat. Quid mirum, si Angeli obturant
Osee 8. nares Oseæ 8. *Factus est quasi vas immundum.* Heb.
Hebr. *Factus est quasi matula.* In Leuit. *Nec thus aliquid*
Leuit.5. *impones: quia pro peccato est.* In Deut. *Depones eum*
Deut.21. *de patibulo, antequàm Sol occumbat, nequaquam con-*
taminabis terram. q. d. mundum inficeret vni-
uersum.

Leuitic.6. *Ista est lex hostiæ pro peccato. Vas fictile, in quo*
Theod.q.12. *cocta est, confringetur: quod si vas æneum fuerit, defri-*
cabitur, & lauabitur aqua. Vt sic legem immundi-
tiæ sanciret, inquit Theodoret. doceretque, quan- E
Corn.ibid. tum malum sit peccatum, quod hac hostia figura-
tur. Vbi subdit Corn. à Lap. Hostia enim pro pec-
cato, licèt sancta sit; tamen, quia pro peccato est,
aliquid habet abominabile, & abolendum.

Quinimò ipsa peccatoris vestimenta ipsummet
Iob 9. abominantur. Iob: *Sordibus intinges me, & abomi-*
Pined.ibid. *nabuntur me vestimenta mea.* Ipsamet vestis, vt
Chrys. Chrys. ait, me odio habet, atque diffugit, plorat ve-
stis, auersatur me, atque abominatur. Hinc Deus:
Osee 2. *Liberabo lanam meam, & linum meum.* Chald. *De-*
Chald.

A *traham indumentum sericum, & byssinum,* quasi plo-
rent, nec vltrà velint contegere peccatorem. Idem
Chrys. sub nomine vestimenti intelligit corpus. Chrys.
Abominantur me vestimenta mea; id est, ipsum
mihi corpus inuisum, & execrandum euasit.

Idem aliàs: *Posuisti me contrarium tibi, & factus* Iob 7
sum mihimetipsi grauis. vel onus, quod idem est: in-
supportabilis, nimirum, ac intolerabilis mihi ipsi
factus sum, &c.

Quid mirum, si nullibi valeo consistere vagus, Gen.4.
& profugus, reiectus, expulsus, exosus, abominabi-
lis omnibus?

Sed id, quod caput est, abominabilis Deo: *Virum* Psal.5.
sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus. Quid
B est, esse abominabilem Deo? In Osea: *Vos non popu-* Osee 1.
lus meus, & ego non ero vester. Alij: *Non ero vester* Ribet.ibid.
Deus, &c. In Hebræo est: *Non ero vobis.* Quæ lectio Hebr.
maiorem vim habet. q. diceret: Nihil mihi curæ
vestri erit, vestri curam abiiciam. O infelicissimum
peccatoris statum, reprobati, ablactati, absque mi-
sericordia! Separatus enim à Deo peccator non
sugit lac ex illis dulcissimis vberibus: hic non bi-
bit vinum, & lac, hoc est, gratiam & spiritum, & Isa.55.
rerum agendarum iudicium, & contemtum sæ-
culi, amorémque cælestium bonorum; quæ omnia
iustis manant, vt lac ex Christi visceribus; sed cibis
communibus, & immundis vescitur, libris lasciuis,
consuetudinibus perditorum, impudicitiis porco-
rum siliquis, sacrilegiis, periuriis, detractionibus,
C blasphemiis: quousque exerescat, & ad eum gra-
dum perueniat, quem habet Apost. ad Rom. *Tra-* Rom.1.
didit illos Deus in reprobum sensum, vt faciat ea,
quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia,
fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homi-
cidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detra-
ctores, Deo odibiles.

Hic tandem est, qui peruenit ad *spiritum* illum Rom.11.
compunctionis, vt dicit Apost. ex Isa. vel *spiritum* Isa.29.
soporis, quod est mens in malo fixa, pertinax, vt
inde auelli nequeat, vt Chrys. Theoph. & Oecu- Chrys.
men. aiunt, huic meritò miscetur non lac, & vi- Theop. &
num; sed soporis spiritus, vt altissimo, ac grauissimo Oecum.
somno sopitus nihil videat; sed in peccato maneat
quasi infixus: *Vsque in hodiernum diem,* vt Paulus di-
cit; est, vsque in finem vitæ, sic Origen. Et hinc il- Origen.
D lud: *Non addam vltrà misereri domus Israel, sed obli-* Osee 1.
uione obliuiscar eorum.

Hi sunt, qui adhuc viui sunt in ventre Inferni,
circumdati aquis, vallati abysso, & quoad se terræ
vectibus conclusi in æternum. Appositè peccator Ionæ 2.
dicitur esse in ventre Inferni, peccatum est venter
Inferni: nam venter cibos concoquendos, & in cor-
pore mansuros continet, & concoquit: sic pecca-
tum, dum manet, dum pœnitentia non tollitur;
quid continet, nisi eos, qui cibus Inferni, & ignis il-
lius inextinguibilis futuri sunt, nisi priùs, Deo præ-
cipiente, eos euomat in aridam pœnitentiæ?

O quàm misera peccatoris conditio, qui dum
in peccato est, dicitur esse in corde maris! *Et pro-*
iecisti me in profundum, nec quod vis, sed in id, vnde
E facilè extrahi nequeam. *In corde maris.* Vnde ia-
ctor in omnes partes, & aquas amarissimas velim,
nolim, bibo. Talis est peccator: huc illuc agitatur:
aquis amarissimis repletur, subiectus fluctibus, ac
gurgitibus omnium tentationum, ac malorum: cir-
cumdant eum aquæ vsque ad animam: abyssus val-
lat eum: pelagus operit caput eius: ad extrema
montium descendit: terræ vectes concludunt eum
in æternum. En gradus, quibus vt viuus, sic & mor-
tuus, Infernum descendit: aquæ circumdant: dein

abyssus vallat; pòst pelagus caput operit: ad extrema montium descendit: & terræ vectes in æternum concludunt, &c.

Hinc Sancti nihil magis, quàm peccatum abominabantur: hoc metuebant, horrebant, &c. Tobias filio: *In omni tempore vitæ tuæ in mente habeto Deum; & caue, ne aliquando peccato consentias.* D. Anton. de Pad. Ecce quale testamentum Tobias condidit filio suo, qualem ei possessionem dimisit: *Caue, ne aliquando peccato consentias.* Vox digna patre ad filios. (Tob. 4. — Ser. 15. post Trin.)

Hoc eodem peccati horrore educata Susanna: ô quàm tunc peccati odium patefecit! *Melius est mihi mori, quàm peccare,* &c. Sic, sic bonorem mundanum, ac temporalem postponere debemus honori diuino: sic vitam, &c. antequam Deum offendamus. D. Thom. Quilibet debet potiùs mori, & præeligere omnem pœnam in generali, quàm peccare non solùm mortaliter, sed etiam venialiter. O fœminæ constantiam, quæ in particulari mortem, & talem mortem prælegit potiùs, quàm Dei offensam! In hoc constans, ait D. Thom. differt ab inconstanti, quòd ad minus malum sustinendum cogitur metu maioris mali; non autem cogitur ad maius malum, vt vitet minus malum: sed inconstans cogitur ad maius malum propter metum minoris mali; sicut ad peccatum propter metum corporalis pœnæ, &c. (Can. 13. — Quodl. 19. art. 2. — 1. par. q. 55. art. 4.)

Voluntas sola est intrinseca causa peccati. Nihil exterius, ait Thom. est causa sufficiens peccati; sed tantùm suadens, vel mouens appetitum sensitiuum. Idem: Aliquis potest impelli à Dæmone in actum peccati, non autem in peccatum, &c. (1. 2. q. 8. ar. 2.)

D. Ansel. Si hinc peccati horrorem, inde Inferni dolorem corporaliter cernerem, & necessariò vni eorum immergi deberem, priùs Infernum, quàm peccatum appeterem, &c. (D. Ansel.)

Chrysost. hom. 48. ad pop. Antioch. Si quis sensum haberet, & mentem, iam & gehennam sustinuit, postquàm ex Dei conspectu recessit: sed, postquàm hoc non dolet, propterea ignis intentatus est. Oportet enim, non quando punimur dolere, sed quando peccamus. Quippe si Christum diligeremus, sicut oportet diligere, cognosceremus, quòd gehenna grauius est dilectum offendere. (Chrysost. hom. 48. ad Pop. Ant.)

O quàm id metuebat Apost. dum clamabat: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Fomite, ac languore concupiscentiæ, vt loquitur August. Mirum! toties victus castus non clamat: *Infelix ego homo.* Sed vel titillationes sentiens exclamat ob timorem, scilicet, peccati. Hic est timor Sanctorum. (Rom. 7. — August.)

Vox matris ad Ludouicum Regem: Fili, potiùs mortem oppetas, quàm in peccatum consentias. (S. Ludou. Rex Galliæ.)

Vel Aristoteles fine lumine fidei: Melius est mori, quàm facere aliquid contra bonum virtutis. (Arist. L. 3. Ethic.)

Peccatum habet fœcunditatem, nisi per pœnitentiam tollatur.

PVNCTVM. CLVIII.

Psal. *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* Alij: *Parturiunt viæ illius in omni tempore. Illi sunt Dy tui* erit vnicum esset idolum, ad effectum quippe fœcunditatis erat respectus: *Isti sunt Dy tui* Idolum fœcundum. (Psal. 6. — Abi. — Exod. 32.)

Iniquitates manus vestræ concinnant. D. August. *Iniquitates manus vestræ connectunt.* Quid est hoc, (Psal. 57. — D. Aug. ibid.)

A connectunt? De peccato peccatum, & ad peccatum, peccatum propter peccatum. Quid est hoc? Furtum fecit, peccatum est. Visus est, occidere quærit eum, à quo visus est. Connexum est peccatum peccato. Permisit Deus occulto iudicio occidere eum, quem voluit occidere. Sentit sciri, quærit & alterum occidere: connexuit tertium. Dum ea molitur, fortè ne inueniatur; aut, quia fecit, ne conuincatur; consulit Mathematicum: additum est quartum, &c. Et quis posset numerare, quæ connectuntur peccata peccatis. *Iniquitates manus vestræ connectunt.* Quandiu connectis, ligas peccatum peccato. Te solue à peccatis, &c.

Inuidia Caïn fuitne sterilis? Nequaquam. Sed quid? Odium peperit; hoc autem fratricidium:
B istud errorem in fide; hoc desperationem, ac damnationem. Curiosus obtutus Regis Dauid sterilisne fuit? Haud certè. Quid parturiit? Nostis. Periurium Petri vix bota elapsa duo similia parturiit. Peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, mox suo pondere in aliud trahit.

Peccatum semper fœcundum, & magis ac magis excrescens. Habac. 1. *Totum in hamo sublevauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suum.* illa animi causa piscatur, vtitur hamo, sed si ex auiditate gulæ, piscatur rete: quòd si aliud comedere non vult, nec aliunde viuere, piscatur sagena. Hieron. Piscator mittit hamum, & rete, & sagenam, vt quod hamus non potuit, rete comprehendat, quódque euaserit rete, sagenis latioribus capiatur. Iam illi quod hamus subleuabat, satis superque erat, aliquid, nimirum, vel præter intentionem ex oblata sponte occasione, paulatim quærit ipse occasiones, & laxat retia; & ne vel vna dilabatur, sagenis vtitur, vt quod rete non potuit, sagenis latioribus capiatur. (Habac. 1. — D. Hieron.)
C

De incauto iuuene ab illa meretrice illecto, Salomon in Prou. *Eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & velut si auis festinet ad laqueum.* O quàm verè! Peccat ille initio quasi coactus: *Quasi bos ductus ad victimam.* Dein sponte, ac læto animo: *Quasi agnus lasciuiens.* Demum volat in peccatum, nedum currit, volat. *Velut si auis festinet ad laqueum.* (Prou. 7.)

An non talis Alipius, de quo sic Aug. Non sanè
D relinquens incantatam sibi à parentibus terrenam viam (ô quàm verè! ô quàm sæpè incantatam terrenam viam! sed cælestem tabsit.) Romam præcesserat, vt ius disceret, & ibi gladiatorij spectaculi inhiatu incredibili, & incredibiliter abreptus est. Cùm enim auersaretur, & detestaretur talia, quidam eius amici, & condiscipuli, cùm fortè de prandio redeuntibus obuius esset, recusantem vehementer, & resistentem familiari violentia duxerunt in amphitheatrum crudelium, & funestorum ludorum diebus, hæc dicentem: Si corpus meum in illum locum trahitis, & ibi constituitis, nunquid & animum, & oculos meos in illa spectacula potestis intendere? Adero itaque absens, ac sic & vos, & illa superabo. (D. Aug. lib. 6. Conf. c. 8.)
E

Quibus auditis illi nihilo segniùs eum adduxerunt secum, idipsum fortè explorare cupientes, vtrùm posset efficere. Quò vbi ventum est, & sedibus, quibus potuerunt, locati sunt, feruebant omnia immanissimis voluptatibus. Ille clausis foribus oculorum, interdixit animo, ne in tanta mala procederet, atque vtinam & aures obturasset. Nam quodam pugnæ casu, cùm clamor ingens totius populi vehementer eum pulsasset, curiositate victus, & quasi paratus quicquid illud esset, etiam visum

A vlsum contemnere, & vincere, aperuit oculos, & percussus est grauiore vulnere in anima, quam ille in corpore, quem ceruice concupiuit; cecidítque miserabiliùs quàm ille. Quo cadente factus est clamor, qui per eius aures intrauit, & reserauit eius lumina, vt esset, quà feriretur, & deiiceretur audax adhuc potiùs, quàm fortis animus, & eò infirmior, quò de se præsumpserat, qui debuit de te. Vt enim vidit illum sanguinem, immanitatem simul ebibit; & non se auertit; sed fixit aspectum, & hauriebat furias, & nesciebat, & delectabatur scelere certaminis, & cruenta doluptate inebriabatur. Et non erat iam ille, qui venerat; sed vnus de turba, ad quam venerat; & verus eorum socius, à quibus adductus erat Quid plura? Spectauit, clamauit, exarsit, abstulit inde secum insaniam, qua stimularetur redire, B non tantùm cum illis, à quibus prius abstractus est: sed etiam præ illis, & alios traheos. Vt primùm bos; deinde agnos; postmodum auis effectus est!

Iud. 16. Vincula, & alligaturæ Samsonis semper io deterius abierunt. Primum neruiceis funibus nedum siccis, & adhuc humentibus ligatus est: postmodum nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere: demum crinibus licio circunligatis in terra confixus, donec abrasis captus est. Credebat miser, quando voluntaria erant vincula, pro voluntate libet euadere, vel abrasis crinibus: *Egrediar*, inquit, *sicus antè feci, & me excutiam, nesciens, quod recessisset ab eo Dominus. Quem cùm apprehendissent Philisthiim, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt* C *Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. Gaza, transitus eorum*, vel *tondentes eos.* Hebr. O quàm hic ad viuū refert peccatorem! his solùm vinculis pro hac vice ligabor, mox mox egrediar, ac vincula dissoluam. Iterum artiùs cōstringitur: *Egrediar, sicus ante feci.* Tandem oneratus catenis, quibus volens constrictus est, cæcus ad molam ligatur, vt in circuitu peccatorum perambulet.

Iacob. 1. Hoc facit illud: *Qui offendit in vno, factus est omnium reus.* Quid! commisitne omnia peccata? Actu nequaquam; sed potentia vtique. Gregor. Peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, suo pondere in aliud trahit.

D *Peccatum graue est onus, quo quis ita curuus incedit, vt faciem leuare non possit.*

PVNCTVM CLIX.

Psal. 37. *Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem.* Pagnin. *Incuruatus sum vehementissimè.* Chrys. Chrys. Graue, & onerosum est peccatum, & omni plombo ponderosius. Sic & Acbab, postquàm hoc sensit, deorsum inclinatus ambulabat. 3. Reg. 21. *Et ambulauit demisso capite.* Sic Ambros. ad virginem lapsam, cap. 1. Nonne tuam faciem conscientiæ commissum tanquàm plumbum inclinat, & premit? &c.

3. Reg. 21. Ambros. ad virg. lapsam, c. 1. Iob 11. D. Hier.

E D. Hieron. ad ea verba Iob: *Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula.* Sanctam, videlicet, ait Hieron. possidens conscientiam, & liberam ad deprecandum Deum erige faciem tuam, &c. Idem ad illud Iob 22. *Eleuabis ad Deum faciem tuam.* Iam, inquit, non team, neque incuruatam deorsum. &c. Gen. 4. *Quare concidit facies tua? Nónne*, &c. Hebr. *Si benè egeris, attolles faciem*, scilicet.

Idem in Iob 22. Gen. 4. Hebr.

A Gilbertus ser. 26. in Cant. A natiuitate graue iugum super filios Adam, graue iugum, quod mulierem illam euangelicam annis decem, & octo incuruauerat, ne sineret sursum aspicere. Luc. 13. Graue planè iugum, quod totum humanum genus in hac inclinata muliere excutere nō poterat, neque deponere. Vis audire apponentem iugum super iugum? Audi quali excusatione vnus de inuitatis ab euangelica se subduxerit cœna, *Iuga boum emi quinque.* Luc. 14. O stolida anima! anima tam inualida ceruice, & attrito collo, vnum illud portas, quod tibi corrupta imposuit natiuitas. Tolle super te iugum Christi, Matth. 11. hoc non est iugum boum: quia iugum rationale est, non quod laborem infligat; sed requiem comparet. Luc. 15. B Reuertenti filio pater obuius procidit super collum eius: pia sarcina, & iugum dulce, quod tamen sustinere, nec sentire meruit, donec primò in se reuersus seruilem conditionem dirupit: sic regresso ad patrem, erecta est ceruix tua, &c.

Onus hoc Fratres, non sentimus: quia sub eo, quasi sub proprio elemento sumus. Dauid illud non sensit, nisi vbi emergens clamauit. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Psal. 37.

Mola illa asinaria, ex Hilario, & Ambros. symbolum est peccati in profundum mergentis: *Descenderunt in profundum quasi lapis*, &c. Matth. 18. Exod. 15.

Ponderat D. Hieron. in cap. 1. Ionæ, nautas, qui secum deferebant peccatorem Ionam, inobedientem, scilicet; sæuiente tempestate proiecisse vasa, C quæ erant in naui, vt alleuaretur ab eis, minimè tamen alleuiatam fuisse, quia pondus peccati adhuc in naui remanebat. Arbitrantur, inquit, nauem solito onere prægrauari, & non intelligunt, totum pondus esse fugitiui Prophetæ, &c. Ita Chrys. hom. de Iona: Apud se, inquit, periculi sarcinam retinebant, & magis, magisque Prophetæ corpore grauabantur, non corporis magnitudine, sed peccati: nihil enim graue æque, & onerosum inuenies, quàm peccatum; ideóque Zacharias plumbo peccatum figurauit. Hinc ipsemet Ionas descendit ad interiora nauis: quia omne graue tendit deorsum, &c. Ionæ 1. D. Hier. Chrys. hom. de Iona. Zach. 5.

Quid, quòd adeò graue est peccatum, vt cùm solidissimum sit cælum, & quasi ære fusum, vt inquit Iob, non potuerit sustinere onus peccati An- Iob 37. D gelorum; & quia graue quàm ocyssimè descendit, Satan hoc pondere velut fulgur cecidisse dicitur, &c. Luc. 10.

Peccatum vel alienum positum super humeros Filij Dei ad terram eundem deiecit. *Ponet in puluere os suum*, &c *Veni in altitudinem maris*, eum alieno peccato, *& tempestas demersit me*, &c. Thren. 3. Psal. 68.

Deponamus ergo (vt Apost. monet) omne pondus peccati, &c. Sic agiles erimus, sic læti, sic faciem leuabimus, &c. Heb. 12.

Peccatum adeò abominabile, &c. Psal 50. *Ampliùs laua me.* Heb. *Multùm laua me.* Alij, *Vsquequaque laua me.* quia ex omni parte commaculatus sum: nam vel tenuissimum adhuc nescio quid maculæ relinquit, &c. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.* E ex Heb. *Quoniam rebelliones meas ego cognosco.* Peccatum est rebellio à Deo. Psal. 50. Hebr. Alij. Hebr.

Scribit Arist. in Meteor. & refert Plin. lib. 2. hist. nat. fulmen quoddam esse, quod metallum absumit, nummos, nimirum, in crumena, intacta crumena; ensem intacta vagina: fulmen enim, vt naturalem rationem reddamus, est maximæ virtutis agens, cui materia proportionari debet: at crumena, & vagina proportionata materia non est; mox enim cedit. Nunc idem videre horribiliter est in peccatore, Arist. in Meteor. Plin. l. 2. hist. nat.

peccatore, cui animam quasi intacto corpore peccatum absumit. O horrorem super omnem horrorem! homo incedit, sed sine anima; mortuam enim
Luc. 15. per peccatum in corpore gerit Luc. 15. *Filius meus hic mortuus erat* Pondera, *mortuus erat*, & ambulabat, &c. Viuit itaque sine vita, nec sentit; videtur viuus, sed mortuus est. *Nomen habet, quòd viuas, sed*
Luc. 19. *mortuus es.* Hinc Christi lacrymæ: *Si cognouisses & tu*, &c. Misera ciuitas fulmine tacta videbatur illæsa, videbatur intacta, & iam in oculis Christi erat
Psal. 7. in fauillam, ac cinerem redacta. Psal. 7. *Consumetur*
Hebr. *nequitia peccatorum.* Eugub. ex Heb. *Consumet nequitia peccatores.* Ambulat iuuenis ille, peccator ille, in exteriori parte, & de foris videtur intactus;
Psal. 30. sed intus est miserè consumptus. *Infirmata est in*
D. Hier. ex Hebr. *paupertate virtus mea.* D Hier. ex Heb. *Infirmata est in iniquitate virtus mea: & ossa mea consumpta sunt.* B
Eugub. Eugub. *Et ossa mea tinearunt.*

Peccatum est vniuersale diluuium, generale excidium, & tanta pestis, vt integrum nihil in hominis anima relinquat. Aberem Hebr. peccatum ab *aba*, vel *abeu*, vniuersali pesti, aut calamitati æquiualet.

3. Reg. 1. Hinc respexit Bethsabe, dum dixit ad Dauid: *Erimus ego, & filius meus peccatores.* Periphrasim
Alij. dixit malorum omnium. Alij, *Erimus errones*, exules, extorres, hoc est, semper circumuagantes, vt Cain, qui post peccatum habitauit in terra Nod,
D. Hier. ex quod est instabile. D. Hieron. *Erimus extirpati.*
Hebr. Geo. 3. *Emisit eum de Paradiso voluptatis.* Sept. ad-
Gen. 5. dunt: *Et habitare fecit contra Paradisum voluptatis.* C
Sept. Vbi August. contra Paradisum, quo beata vita spi-
August. ritualiter significatur, habitat peccator, quia, scilicet, in maxima miseria vitam ducit.

Gen. 37. Sic Ioseph inuenit fratres suos in Dothaïn,
Ambros. quod est defectio. Vbi Ambr. Qui Deum deserit, in defectione est. Vbi eos inuenisset, nisi in defectione, qui tam grauiter peccando defecerunt?

Prou. 8. Prou. 8. *Qui in me peccauerit, ledet animam suam.*
Pagnin. Pagnin. *Expoliat animam suam.* Luc. 10. *Homo quidam*
Luc. 10. *descendebat* (per peccatum) *ab Ierusalem* (visione pacis) *in Iericho* (defectus,) *& incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum*

Isa. 1. *Et relinquetur filia Sion, sicut ciuitas, quæ vastatur vastitate hostili*: imaginarinè possumus aliquid
Psal 78. horribilius? *Posuerunt Ierusalem in pomorum custo-* D
Hebr. *diam* Heb. *In aceruos lapidum.*

Peccatum adeò abominabile, vt omnibus illud modis peccator celare nitatur, licet celari nequeat,
Psal. 37. &c. Dauid: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput*
Caietan. ex *meum.* Caiet. *Super occultum meum supergressæ sunt*
Hebr. *iniquitates meæ.* Rex nulli subditus celat peccatum? Ex abominatione peccati.

Peccatum abscondi nequit, & peccatorem con-
Iosu 6. demnat. *Tulit* Achan regulam auream. Heb. *Lingu-*
Hebr. *lam auream*, peccatum suam lingulam habet, qua se
Græc. prodit. Græc. *Regulam ignis.* Si aurea, quomodo ignis? Ignis abscondi nequit, flammas explicat. Præterea dicitur ignis: quia peccatum secum suam fert pœnam. Aufers rem alienam, quid putas, fers domum? Ignem, præsagium æternarum flammarum. E

Ad Caïn: *Statim in foribus peccatum aderit.* hoc
Gen 4. est, citò, sic dixerim, notorium fiet: nam in foribus aderit, vbi ius dicitur, ac sententia fertur.

Exod. 2. Exod. 2 Occidit Moyses Ægyptium. *Cùmque circumspexisset huc, atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Ægyptium abscondit sabulo. Die altera egressus conspexit duos Hebræos rixantes.* Alteri eorum dixit. *Quare percutis proximum tuum? Qui re-*

A *spondit: Quis te constituit Principem super nos? Num occidere me tu vis, sicut heri Ægyptium occidisti? Timuit Moyses, & ait: Quomodo palam factum est verbum istud?*

Sed, inquies, quid mirum? hæc, & id genus alia sunt opera externa: at interna quis intelliget? falleris: peccatum enim statim ac animo conceptum est, adeò vultum immutat, vt per truces oculos, per rugatam frontem, præter naturalem colorem, aliáque indicia sæpè sæpiùs pateat.

Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona, siue Eccl 13.
in mala. Et iterum: *Ex visu cognoscitur vir*, &c. Idem 9.

Antequàm Cain perpetrasset homicidium, statim ac animo concepit facinus, audiuit: *Quare con-* Gen. 4.
cidit facies tua, &c.

Peccatum aggrauat, deprimit, torquet conscientiam.

PVNCTVM CLX.

GEn. 4 *Nónne si benè egeris, recipies?* Hebr. *Non-* Gen 4.
ne si benè egeris, attulles? Hebr.

Vt demisso capite incedebat, qui curuatam gerebat conscientiam: *Quare concidit facies tua.* Psal. 37.

Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & Theod.
sicut onus graue grauatæ sunt super me. Theodor. *Inflexit me graue peccationus.*

C *Si longe feceris iniquitatem à tabernaculo tuo, ele-* Iob 22.
uabis ad eum faciem tuam. Sept. *Fiducialiter ages co-* Sept.
ram Domino, inspiciens cælum hilariter. Mala conscientia non respicit cælum hilariter; sed multa
cum mœstitia terram. In Dan. *Declinauerunt* (illi) Dan 13.
oculos suos, ne viderent cælum.

Mala conscientia in facie gerit imaginem mor-
tis. *Et ero vagus, & profugus super terram.* Sept. *Et* Gen. 4.
ero gemens, & tremens super terram. Omnis igitur, Sept.
&c. Vbi Ambros. Ferebat sententiam, quòd dignus Ambr. ibid.
esset, cui nullus ignosceret. Cùm adhuc persecutor deesset, ipsa sese iniusti vita cruciabat. Offunditur nobis vltrix nostri imago peccati, nec quietum reum esse permittit. *Omnis, qui inuenerit me*, &c. Quid? Omnis te occidere poterit? vel paruulus? O
D timidam conscientiam!

Et tu porta confusionem tuam. Sept. *Et tu porta* Ezech 16.
tormentum tuum. Sic, vbi nos legimus: *Si iustus fe-* Sept.
cerit iniquitatem, ponam coram eo offendiculum. Ezec. 3.
Theod. & Hieron. legunt: *Dabo tormentum in fa-* Hieron.
ciem eius. Et erit vita tua (mala) *pendens ante oculos* Deut. 28.
tuos, (claude, vt vis:) *& timebis die, ac nocte.* D. Leo ser. 8. de pass.

Et statuam contra faciem tuam. Sept. *Et statuam* Psal. 49.
contra faciem tuam peccata tua. Bernard. nulla pœ- Sept.
na maior mala conscientia. Ipsa est delictorum te- D. Bern. de conscien.
stis, ipsa Iudex, ipsa tortor, ipsa carcer; ipsa iudicat, ipsa punit, ipsa damnat.

Iob: *Cunctis diebus suis impius superbit.* Sept Iob 15.
Omnis vita impij in sollicitudine. Aquila: *In dolore.* Sept.
Reg. *Se excruciat.* Pagnin. *Dolet, vt parturientes fæ-* Aquila. Reg.
E *minæ.* Verissimè omnes. Pagnin.

Sic 1. Regum: *Sed, quod debetis, reddite ei pro pec-* 1 Reg 6
cato. Sept *Reddite ei pro cruciatu.* Sept.

Hinc in ipsis delicijs spinas sentit, in ipso mollíori lecto punctiones. Dixit hoc ipsum Dauid, dum stratum suum baculum, ac flagellum nuncu-
pauit: iam, vt nos legimus: *Et lacrymis meis stratum* Psal. 6.
meum rigabo. Dictio Hebræa baculum, & flagellum significat. O quàm verum! lacrymis meis flagellum meum rigabo. Lectus videtur, sed est flagellum.

Conscientiæ

Matth. 27. Conſcientiæ flagello cæſus infelix ille Iudas, ac deſperationi laxatis habenis, ad laqueum cucurrit; nec enim potuit, vt ait Chryſ. acerbos conſcientiæ ſtimulos, & flagella perferre.
Chryſ.

Iuvenal. Satyr. 13.
——— Quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum.

Habet occultos conſcientia carnifices, inquit Pacatus in Panegyrico: quia magis lancinant, & torquent vitia, quàm cruces, quàm verbera, quàm tormenta.

Gen. 4. Hieron. ad Damaſ. q. 1. His carnificibus, ac tortoribus initio datus fratricida ille, de quo Hieron. ad Damaſum, quæſt. 1. Nolens Deus eum compendio mortis finire cruciatus, nec tradēs pœnæ, qua ſe ipſe damnaret, ait, *Non ſic.* id eſt, non vt exiſtimas, morieris, & mortem pro remedio accipies: verùm viues vſque ad ſeptimam generationem, & conſcientiæ tuæ igne torqueberis.

Iob 15. Volens Iob peccatoris anguſtias ob oculos ponere, uſūs eſt anguſtiis, quibus Rex ad bellum iturus vrgetur: *Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, ſicut Regem, qui præparatur ad prælium.* Vt animo anguſtiatur Rex iturus ad bellum? vt curis totius regni vrgetur? vt ſomnum non capit? *Sicut Regem, qui præparatur ad prælium.* Alij: *Qui præparatur ad rotam.* Alij: *Ad baſtilucium.* O
Alij.
veræ metaphoræ! Et quiſnam homo lanceis confodiendus, niſi peccator? Sic Sept. *Anguſtia, & tribulatio roborabuntur contra impetum, & præualebunt ei, ſicut ipſum comprime t.*
Sept.

Iob 15. Hebr. Idem: *Sonitus terroris ſemper in auribus illius.* Hebr. *Sonitus terrorum ſemper in auribus illius, & cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur.* Impius timorem habet aſſiduum in auribus commorantem; nam quicquid audit, ſemper in deterius interpretatur: vel ſalutaria, amicorum monita, & conſilia; dolos, & machinamenta reputat: ſic ſemper aures habet pauidas, ipſe harmonicus ſonus, ipſi ſonos terroris eſt. Sic de Ægyptiis Sapiens: *Siue ſpiritus ſibilans,*
Sap. 17.
aut inter ſpiſſos arborum ramos auium ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis. Sept. *Aut rythmus aquæ, aut ſonitus folij decidentis deficientes faciebat illos præ*
Sept.
timore. *Sonitus ergo terrorum ſemper in auribus eius: & cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur.*

Iob 15. Symmach. Sept. Vatab. *Non credit, quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem, circumſpectans vndique gladium.* Symmach. *Prauiſus ad gladium.* Sept. *Directus in manus ferri.* Vatab. *Aſpectus a gladio.* quaſi gladius quæreret eum ſemper.

Cum ſe mouerit ad quærendum panem, nouit, quòd
Sept.
paratus ſit in manu eius tenebrarum dies. Sept. *Nouit in ſeipſo, quòd maneat in ruinam.* hoc eſt, nec buccellam abſque timore veneni videtur ſibi poſſe
Eccl. 5.
comedere. *Cunctis diebus vita ſua comedit in tenebris.* Quid? non prandet die in aliquo amœniori loco? In tenebris, in tenebris miſer ſemper pauidus. *Nouit, quod paratus ſit in manus eius tenebrarum dies.* Scripturæ phraſis, portare animam in manibus, habere tenebras in manibus; eſt ſemper tenebras, mortemque ob oculos habere.

Pſal. 22. O quàm è contra iuſtus ſecurus, quietus, ſiue comedat, ſiue dormiat! *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me;* hoc eſt, è regione, & in conſpectu hoſtium ſecurus menſæ ac-
Luc. 14.
cumbo. Expreſſum hoc videre eſt in Chriſto Domino: *Cum intraret domum cuiuſdam Principis Phariſæorum Sabbatho manducare panem, & ipſi obſeruabant eum:* nam coram ipſis ſuis hoſtibus oculatiſſimis calumniatoribus, ſumma animi trāquil-

A litate panem māducabat: *Quis ex vobis arguere me de peccato?* Hæc Chriſti innocentia erat, huicque Ioan. 8. ſimilis cuiuſque Chriſtiani debet eſſe conſcientia, qua vel proprios hoſtes teſtes requirat, & dicat: Prou. 8. *Quis ex vobis?* &c. *Iuſtus vt leo confidens abſque terrore erit.*

Non ſic impij, non ſic: *Et eris vagus, & profugus* Gen. 4. *ſuper terram. Et ſtatim in foribus peccatum aderit.* Hebr. aut *accubabit,* more, ſcilicet, catuli moroſi, qui nec egredi, nec ingredi hominem tranquillè ſinit, ſed importuno latratu ſemper inquietat.

Philo l. de Ioſeph. Philo l. de Ioſeph: *Conſcientia carnifex interna* (introducit ipſum loquentem) non ſinet me oculos in herum erigere, vt nemo prodat alius. Hæc ſemper remordet, nec diuturnitate tempo-
B ris quieſcit. Notat Chryſ. illud de fratribus Ioſeph, qui cùm poſt tot annos venditionis eiuſdem accuſarentur furti, non furti quidem, quod nōn fecerant, ſed venditionis a propria conſcientia redarguti. *Merito hæc patimur: quia peccauimus in fra-* Gen. 42. *trem noſtrum.* Hæc de te nemo dicebat aliquid; ſed conſcientia remordebat. O quàm id multis contingit! Multis abhinc annis peccauit: patiut aliquid aduerſi: Meritò hæc patiot, inquit: quia peccaui.

Tullius: Sua quemque fraus, & ſuus error maximè vexat; ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque Tull. pro Roſcio. animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque
C furiæ, quæ dies, noctéſque pœnas à ſceleratiſſimis repetunt.

Peccata noſtra reſponderunt nobis, & ſcelera no- Iſa. 5. *ſtra nobiſcum.* Heb. *Et ſcelera noſtra ante nos ſunt,* q. Hebr. d. deterrent: hæ laruæ, &c.

Et peccatum meum contra me eſt ſemper. Heb. *Et* Pſal. 50. *peccatum meum coram me eſt ſemper,* hoc eſt, illud Hebr. ſemper intueri cogor: & ſi claudo oculos corporis, non claudo oculos mentis. Conſcientiæ oculis die, noctúque illud cerno, inquit Euthym.

Peccatum meum contra me eſt ſemper, vel *coram* Euthym. *me eſt ſemper.* Hoc eſt: Peccatum eſt antidotum peccati: nam, dum illud conſidero, & contra me illud video, expello. *Peccatum meum contra me eſt ſemper.* Videtur delectando eſſe pro meiſed eſt contra me. O quàm vetè contra me, & contra me ſemper die, noctúque! Quiſquis alius inimicos non
D eſt contra me ſemper: *Peccatum meum contra me eſt ſemper.*

Auguſt. ad illud: *Adiutor in tribulationibus, quæ* Auguſt. in *inuenerunt nos nimis.* Multæ ſunt (inquit) tribula- Pſal. 45. tiones, & in omni tribulatione ad Deum confugiendum, ſiue ſit tribulatio in re familiari, ſiue ſit in ſalute corporis, ſiue de periculo chariſſimorum, ſiue de aliqua re ad huius vitæ ſuſtentaculum neceſſaria; omninò aliud refugium non debet eſſe homini Chriſtiano, quàm Saluator eius, quàm Deus eius: quò cùm confugerit, fortis fit. Nun enim ipſe in ſe fortis erit, aut ſibi ipſe fortitudo erit; ſed ille illi fortitudo erit, qui refugium eius factus eſt. Veruntamen, chariſſimi, inter omnes tribulationes humanæ animæ nulla eſt maior tribu-
E latio, quàm conſcientia delictorum. Nanque ſi ibi vulnus non ſit, ſanumque ſit intus hominis, quod conſcientia vocatur, vbicunque alibi paſſus fuerit tribulationes, illuc cōfugiet, & ibi inueniet Deum. Si autem ibi requies non eſt propter abundantiam iniquitatis, quoniam & ibi Deus non eſt; quid facturus eſt homo? Quò confugiet, cùm cœperit pati tribulationes? Fugiet ab agro ad ciuitatem, à publico ad domum, a domo in cubiculum: & ſequitur

sequitur tribulatio. A cubiculo iam quò fugiat, non habet, nisi interiùs ad cubile suum. Porrò, si ibi tumultus est, si fumus iniquitatis, si flamma sceleris, non illuc potest confugere. Pellitur enim inde, & cùm inde pellitur, à se ipso pellitur. Et ecce hostem suum inuenit, quò confugerat, se ipsum. Quò fugiturus est? Quocunque fugerit, se talem trahit post se: & quocunque talem traxerit se, cruciat se. Sed à seipso sunt tribulationes, quæ inueniunt hominem nimis: acerbiores enim non sunt; tantò sunt acerbiores, quantò interiores. Hæc August.

Psal. 9. Peccati malitia tanta est, vt solùm eam Deus complete perpendat. *Quoniam tu (solus) laborem, & dolorem consideras*, hoc est, peccatum, & pœnam peccati, tu solus incomprehensibilis comprehendis: *Tu (solus) laborem, & dolorem consideras*, hoc est, malitiam, ac grauitatem peccati, pœnamque illi debitam.

Chrys. conc. 1. de Lazaro, tom. 1. Hanc pulchrè accipe à Chrys. con. 1. de Lazaro, vbi sic ait: Antequàm illic (scilicet, in Inferno) puniantur, iam nunc qui improbè agunt, atque in peccatis viuunt, puniuntur. Nec enim mihi dixeris, illum mensa sumptuosa frui, vestibus circundari sericis, mancipiorum greges circunferre, alios submouere in foro; sed explica mihi istius conscientiam; & videbis intus grauem peccatorum tumultum, iugem metum, tempestatem, turbationem: videbis, velut in Curia, mentem ad thronum conscientiæ conscendisse regalem, tanquam Iudicem quempiam sedentem, & cogitationes loco carnificum adhibentem, in equuleo suspendentem lateráque conscientiæ radentem vngulis, pro commissis vehementer inclamantem, cùm nemo sciat, nisi quòd solus Deus hæc videre nouerit. Etenim, qui committit adulterium, etiamsi millies fuerit diues, etiamsi nullum habeat accusatorem, non desinit tamen intra se ipsum accusare: & voluptas quidem temporaria est; dolor verò perpetuus; timor vndique, ac tremor; suspicio, & auxietas; angulos metuit; vmbras ipsas formidat; suos ipsius famulos, conscios, insciós; illam ipsam, quam corrupit, & virum, quem affecit contumelia. Obambulat amarum accusatorem circunferens conscientiam, cùm sit suo ipsius iudicio damnatus; nec vel ad breue tempus possit respirare: nam in lecto, & in mensa, & in foro, & in domo, & interdiu, & noctu, & in ipsis frequenter somniis hæc iniquitatis simulacra videt, ipsúsque Cain vitam viuit, gemens, ac tremens super terram, cùm nemo sciat; intus tam habet ignem implicitum. Idem patiuntur, & qui tapinam exercent, & qui fraude lucrum faciunt, hoc & ebriosi: in summa, quotquot in peccatis viuunt.

Christus Cruci affixus peccati grauitatem declarat.

PVNCTVM CLXI.

Psal. 9. Isa. 1. Alij. Hebr. Isa. 53. Hebr. O Quàm verum de eo illud! *Tu laborem, & dolorem consideras: nam à planta pedis, vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas.* Alij: *Non est in eo integritas.* Hebr. *Non est in eo forma humana.* Item: *Virum dolorum, & scientem infirmitatem.* Heb. *Homo in plaga. Percussum à Deo.* Heb. *Percussum Deum.*

Psal. 128. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.* Heb. *Supra dorsum meum arauerunt arantes: prolongauerunt arationes suas.* Iob: *Factus sum mihimetipsi grauis.* Sept. *Super te onus.* August. *Vt essem tibi oneri. Posuit iniquitates nostras super eum, cuius liuore sanati sumus. Propter scelus populi mei percussi eum. Attritus est propter scelera nostra* Bern. Ex consideratione remedij periculi mei æstimo quantitatem. Nesciebam: sanus mihi videbar: & ecce mittitur Virginis Filius, Filius Dei altissimi, & iubetur occidi, vt vulneribus meis pretioso Sanguinis illius balsamo medeatur. Agnosce, ó homo, quàm grauia sunt vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari. Si non essent hæc ad mortem, & mortem sempiternam, nunquam pro eorum remedio Dei Filius moreretur. Hebr. Iob 7. Sept. August. Isa. 53. S. Bern. serm. 3. de Na.

Laborare me fecisti in peccatis tuis. Dicamus etiam: Sudare me fecisti sanguineo sudore in peccatis tuis. Addamus: Mori me fecisti, & morte Crucis in peccatis tuis. Quid magis alienum à Deo, qui est ipsa vita, quàm mors? Hanc verò quid inferre potuit? Peccatum. *Aspicient, in quem transfixerunt. Oblitus es Domini Creatoris tui.* Alij: *Vulnerasti Creatorem tuum.* Sophron. 3. *Væ prouocatrix ciuitas.* Hier. *Væ Deum amarum reddens.* Et Malach. 3. *Si affiget homo Deum: quia vos configitis me.* Et in Psal. 78. *Et sanctum Israel exacerbauerunt.* Ex Caiet. *Signauerunt* Ex Genebr. *Crucifixerunt.* Deuter. 32. Alij.

Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius. Ex Heb. *Stimulauit, seu, pupugit iugum iniquitatum mearum manum eius.*

Peccatum efficit hominem surdum.

PVNCTVM CLXII.

ROm. 11. *Dedit illis Dominus*, hoc est, permisit, *spiritum compunctionis*, apud Isa. *Spiritum soporis.* Chald. *Spiritum erroris.* Syriac. *Spiritum stupiditatis.* Aquila: *Grauem somnum.* Heb. *Veternum. Oculos, vt non videant; aures, vt non audiant.* Transpunctæ mentis peccator, vt ait Cypr. præcepta contemnit, stupidus, semper errans, veterno laborans, salutis monita non audit. Rom. 11. Isa. 29. Chald. Syriac. Aquila. Hebr.

Ionas: *Et dormiebat sopore graui*, propriè ex Heb. *Et dormiebat sopore immobili.* vt, scilicet, nec tonitrua excitarent, nec tempestas tam sæua excuteret: quin ipsa tempestas somnum conciliabat. Expressa peccatoris figura, quem nec iudicij tonitrua excitant, nec tempestates aduersitatum excutiunt; sed stupidus, sed veterno laborans deprimitur sopore graui, ac penè immobili: hinc vulneratur, & non dolet; percutitur, & non sentit; eiiciuntur è naui animæ protiosiora, nec expergiscitur. Ion. 1. Hebr.

Item, efficit mutum: *Et erat Iesus eiiciens Dæmonium: & illud erat mutum. Iniquitas oppilabit os suum.* Oppilare est omninò claudere, vt nihil exspiret. Talis Dauid: *Quoniam tacui, inueterauerunt omnia ossa mea.* Hebr. *Omne robur meum elanguit.* D. Hieron. *Attrita sunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Quid tacet, & clamat? sic clamat, sed intra se dolore pressus mugit potiùs. Sic Caiet. *Dum mugirem tota die.* Mugit peccator, & Diabolus non sinit, vt altiùs mugiat. *Non clamabunt in gutture suo.* Idem Caiet. ex Hebr. *Non mussitabunt in gutture suo.* Hinc infelix ille peccator, cui iniquitas oppilauit os, mugit intra se, & non mussitat foris, quid habes? quid doles? non mussitat. Luc. 11. Psal. 106. Psal. 31. Hebr. D. Hier. Caiet. Psal. 113. Caietanus. Hebr.

Demum

[Thren.4. Gen.18. Sap.19.] Demum excæcat: *Cæci in plateis: quia Domino peccauerunt.* Peccatores illi capti oculis adeò, vt ostium inuenire non possent. *Cùm enim subitaneis operti essent tenebris, vnusquisque transitum domus suæ quærebat*, &c.

[Psal.30. Hieron. Chald. Chrysol.] Peccatum est omnis paupertas: *Infirmata est in paupertate virtus mea.* Hieron. *In iniquitate.* Chald. *In peccato virtus mea.* Chrysol. de filio prodigo: Quàm pauper redit, qui ditatus abscesserat, & de tota substantia calceamenta in pedibus non reportat?

[Ioan.8.] *Qui facit peccatum, seruus est peccati*, & Diaboli. Non est, qui hanc miseriam perpendat. Filij Israël olim adeò tyrannicè oppressi, vt multis cum [Ierem.5.] lacrymis ad Deum clamarint: *Recordare, Domine, quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum, hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos, aquam nostram pecunia bibimus, ligna pretio comparauimus, lassis non dabatur requies; Ægypto dedimus manum, & Assyriis, vt saturaremur pane: serui dominati sunt nostri.* Hæc erat eorum miseranda seruitus ad viuum omninò referens peccatorum omnium seruitutem, &c. At quàm deterior, durior, infelicior est peccati seruitus, peccatorisque status? Illi erant sub potestate hominum: hic est sub potestate Dæmonum. Illi habebant offensos homines, sed propitium Deum, quocum loqui poterant: hic habet inimicum Deum. Illi erant captiui in Ægypto, aut Babylonia; hic est captiuus Inferni, cui, qui peccat secundùm præsentem iustitiam, iam condemnatus est: quoties enim peccatori peccatum remittitur, toties ex [Psal.85.] Inferno eruitur, & verè dicere potest: *Eruisti animam meam ex Inferno inferiori.* Illi panem optabant; hic gratiam non habet.

[Chrys. in Psal.50.] Chrys. Consideres velim, quantum malum sit peccatum. Rex militem timet. Non quisquam seruus est, nisi qui peccatum admittit. Diadema gerebat, & probrum metuebat. Quid? An non enim Rex es? An non gladij penes te potestas est? Est ita, inquit: verùm graue peccatum perpetraui, quod miseriam pro[?]cat, atque ignominiam prodit. Pertimesco, tremo. Cernisne, quantum mali in peccato insit? Rediit Vrias è bello, atque Rex ad eum: Quid est Vria? vt se habet res bellica? Pulchrè, inquit ille, vicimus. Audiuit Rex, quòd miles vicisset, cùm ipse victus fuisset: quòd miles feliciter pugnasset, cùm Rex voluptati succubuisset: quòd miles in bello victoriam obtinuisset, cùm ipse à peccato deiectus, ac prostratus fuisset. Vicimus, inquit ille, ac superiores fuimus. Consilij inopia laborabat Rex, nec propter cladis acceptæ dedecus & ignominiam, belli victoriam sentiebat.

Peccatum est desolatio.

PVNCTVM CLXIIII.

[Matth.24. Ierem.12.] CVm videritis abominationem desolationis. *Desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est, qui recogitet corde.* Quid? quàm infelix, quámque sit misera hæc desolatio? Anima in gratia est templum Dei, cuius lumina, aureíve candelabri lucernæ septem sunt dona Spiritus Sancti, ornatus gratiæ, ac virtutes, sacrificia affectus; sed peccatum Antio[1.Mac.1.]chus, primò candelabrum surripiens, posteà *Vniuersa vasa, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & aurum, & argentum, & vasa concupiscibilia, & thesauros.* Deoique, & *Sperau za Scriptura selecta.* *fugerunt habitatores Ierusalem. Sanctificatio eius desolata est, sicut solitudo: dies festi eius conuersi sunt in luctum, Sabbatha eius in opprobrium, honores eius in nihilum.* O desolationem!

Ad populum vana ob illud templum præsumptione peccantem iussu Dei Propheta: *Nolite* [Ierem.4.] *confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini,* &c. *Ite in Silo,* &c. *& maledixit altari suo.* hoc est, desolari, ac destrui passus est. Sic faciam domui huic, sicut feci Silo.

Posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Alij: [Psal.78. Alij.] *In acernos lapidum.* Alij: *In fossas, & desolationes.* [Thren.1.] Hinc fletus Prophetæ: *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo?* desolata ciuitas plena diuitiis, desolata est vehementer. *Haccine est vrbs perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ:* Migremus hinc, migremus hinc. Abominatio desolationis.

Peccatum statim ac in animam ingreditur, omnibus eam expoliat bonis. [Psal.118.] *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.* Quid? *Non ambulauerunt?* Non ambulant, diceret Tullius: sed Spiritus Sanctus dicit: *Ambulauerunt.* Quia non reputantur ambulasse, inquit Hugo Card. iuxta il- [Hugo Card. Ezec.18.] lud: *Si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem; omnes iustitiæ, quas fecerat, non recordabuntur.* Vniuersi itaque bonorum operum meriti [Eccles.9.] spolium est peccatum. *Qui in vno peccauerit, multa* [Hugo Card.] *bona perdet;* id est, omnia. Sic ibid. plerique: *Et qui* [Theim.] *offendit in vno, factus est omnium reus.* quamuis non [Lorin.] absolutè, & simpliciter, sed quodammodo; quate- [Pineda.] nus, scilicet, retrò actorum operum meritis priuatur. Sic D. Thom. Hinc Salomon: *Qui in me pecca-* [Prou.8. Pagnin.] *uerit, lædet animam suam.* Pagnin. *Expoliat animam* [Psal.53.] *suam.* Et Dauid: *Veniat mors super illos.* Alij: *Veniat* [Alij.] *fiscus super illos,* qui, scilicet, omnia bonorum operum merita proscribat. *Et inuenit eam vacantē,* &c.

Neque id solùm efficit peccatum, vt animam omnibus exuat bonis; verùm etiam eam omnibus replet malis. August. Malitiæ comes indiuiduus est miseria.

Hinc per Oseam Dominus: *Væ eis, cùm recessero* [Oseæ 9.] *ab eis.* O minæ! *Væ?* monosyllabum continens quicquid in hac, & in altera vita mali est. *Vos non eritis mihi populus, & ego non ero vester Deus* Populo illi extremam denuncians desolationem dixit: *Ego vado.* Sensit hoc olim populus, qui cùm [Iudic.2.] audisset in Galgalis Angelum Dei personam gerentem, ac minitantem, eò quòd Dei gratiam per peccatum amisisset, fleuit; fuditque iam largiter lacrymarum imbres, vt vocatus sit locus ille, *Locus flentium, siue lacrymarum.*

Anima hæc sine Deo est! O terrorem! ô horrorem! Toto corpore contremiscerem, horrerem, aiebat Catharina Genuensis, si essem in Oriente, & vel primum gradum efferentem animam sine Deo ab Occidente præsentirem. Heu, heu! Totum animæ bonum est, habere Deum. *Ad eum veniemus, &* [Ioan.4.] *mansionem apud eum faciemus.* Hoc est quidquid boni in hac vita anima habere potest. Hinc Angelus ad Gedeonem: *Dominus tecum, virorum for-* [Iudic.6.] *tissime.* Et Gabriel ad Virginem: *Aue, gratia plena,* [Lucæ 1.] *Dominus tecum.* q. diceret, illustriores, gloriosioresque titulos non habemus, nisi has bonorum omnium periphrases. Et quidnam deest ei, qui Deum habet? Qui fontem boni habet, quid boni [Gen.26.] non habet? Quid mali, aduersíve timet? Ad Abra- [Exod 3.] ham, Isaac, Iacob, Moysem, Isaiam: *Ego ero tecum,* [Isa.41.] *ego ero tecum.* q. diceret, ne timeatis. Sed heu peccatum longissimè ab anima Deum separat, quàm quæuis longissima locorū spatia. *Egressus est* [Luc.15.]

A *Cain à facie Domini. Adolescentior filius profectus est in regionem longinquam.* August. dissimilitudinis: *Peccata vestra diuiserunt inter vos, & Deum vestrum:* non loco; sed animo, & voluntate. Heu, heu? *Dereliquerunt Dominum.* Hebr. *Dereliquerunt Iehouam,* ipsius esse fontem. (Isa. 1. Hebr.)

Auertat à nobis Deus huiusmodi separationem. O quanto animi studio enitendum est, ô quantis precibus efflagitandum, ne me permittas, Domine, separari à te! Salomon, cui Deus albam, vt aiunt, paginam dederat: *Postula, quod vis.* antequàm per mulieres mente captus esset, sapientiam postulauit. Ambros. O si hoc postulasset! Da, vt te sic possideam, vt nunquam amittam. quam meliùs, quàm longè melius postulasset? Quod posteà Thom. Aquinas sapientissimè postulauit.

B ¶ Conceptus vatij Peccati grauitas tanta est, vt infinitam illam bonitatem, ac patientiam defatigare videatur. Per Isaiam: *Facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens.* Symmach. *Defeci miserans.* Vt ostendat, inquit Hieron. se nequaquam vltrà misereri. Sept. *Facti estis mih. in satietatem; non ampliùs remittam peccata vestra.* Hebr. *Parcere, sustinere defatigatus sum, ad grauitatem super me fuerunt. Manus enim vestra sanguine plena sunt.* Exaggerant peccati malitiam, & grauitatem; aliàs eum verè pœnitenti ignoscit Deus. (Isa. 1. Symmach. Hieron. Sept. Hebr.)

Culpæ colligata est pœna. Iob: *Signasti quasi in sacculo delicta mea.* Alij: *Ligata est in sacculo pœna delicti mei.* Pagnin. *Ligata est ligamine forti pœna* C *præuaricationis meæ.* Oseas: *Colligata est iniquitas Ephraim.* Mox: *Dolores parturientis venient ei.* Iob: *Si impius fuero, væ mihi est: instauras,* vel *renouas testes tuos,* id est, plagas tuas *contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me,* vel *tuæ indignationis gladius in me.* (Alij. Pagnin. Oseæ 13. Iob 10. Alij.)

1. Reg. 6. *Quia plaga vna fuit omnibus vobis.* Biblia Xisti: *Quoniam delictum in vobis.* Delictum, & plaga simul, & semel, & quasi vnum, & idem. (1 Reg. 6.)

Peccatum deturpat animam, omnémque ab eo pulchritudinem tollit. *Et egressus est à filia Sion omnis decor eius. In tenebris est, & in tenebris ambulat.* Lucifer. Vt tenebrosus! (Thren. 1. 1. Ioan. 1.)

Peccatum adeò infelicem hominem reddit, vt eum quisque veluti miseriarum compendium, ac D monstrum digito ostendere valeat. *Posuitque Dominus in Cain signum.* Rupert. legit, *Cain insignum.* Quasi dicatur: Vide hominem infelicem, profugum, tremulum, &c. caue. (Gen. 4. Ruper. ibid.)

A Peccatum, Infernus est: *Sonitus terroris semper in auribus illius.* Heb. *Sonitus Inferni semper in auribus illius.* Hinc Dauid: *Eduxisti ab Inferno animam meam.* Et benè *eduxisti,* vel *extraxisti:* hoc etenim differt Infernus à peccato, quòd ab hoc plerunque Deus animam extrahit, ab illo nunquam. Et benè iterum, *eduxisti:* quia nisi Deus ipse educat, anima nequaquam se ipsam educit; sed nec educere potest vt nec ab Inferno damnatus. (Iob 15. Hebr. Psal. 29.)

Vt declinet ab Inferno nouissimo. Sed, cur dicit nouissimum? Quia est & primus; peccatum, nempe. Sic Rabanus: Infernus est cæcitas animæ peccantis. Sic & Greg. ad illa verba: *Descendant in Infernum viuentes.* Viuentes, inquit, in Infernum descendere, est, scientes, sentientésque peccare. (Prou. 15. Raban. Greg. 14. mor. 9.)

B Hunc graphicè describit Damianus: Reproba cuiuslibet anima, confusio est Tartari: mens enim odiosa, cupida, curis tantummodo sæcularibus dedita, libidinis igne succensa, nónne tibi videtur Infernus, in quo, videlicet; & Diabolus habitat, & concupiscentiam ignes æstuare non cessant: ille enim de luxuria sulphureus fœtor oboritur, & de cogitationum crebescentium tenebrosa caligine, tanquàm teterrimi fumi volumina generantur: nam, dum hoc amat, illud timet: in aliis gaudet, hoc odit: illud auide concupiscit, fit infelix mens suspecta semper, & vaga, curiosa, anxia, simul atque sollicita, quæ curis impellentibus in multa diuiditur, diuersarúmque passionum morsibus la- C ceratur. Hæc itaque flebilis anima, gehenna facta est, Tartarus, & Infernus, quam & cruciant tormenta curarum, & vitiorum vastat incendium. (Dam. lib. 1. ep. 5.)

Peccatum adeò horrendum, atque monstruosum est, vt vel ipsis infernalibus monstris horrorem incutiat. Sic iuxta Lyranum, Isa. 14. de sacrilego illo Rege Baltassare, vbi ad Infernos descendit: *Infernus,* inquit, *subter conturbatus est.* Heb. *Tremunt, in occursum aduentus tui.* (Isa. 14. Lyran. Hebr.)

Peccatum quippe, quod verum malum est, pertimescendum. Chrysost. Erat fornax accensa nimis; illam verò pueri contempserunt; peccatum autem timuerunt; nouerant enim, quòd incensi nihil passuri erant graue: impiè verò agentes extrema subituri. Et alibi: Vna duntaxat res grauis, D ac pertimescenda, peccatum, nempe; reliqua verò omnia, mera fabula. (Chrys. hom. 2. ad pop. Tom. 5. ep. 1.)

Hæc, charissime Frater, iugiter meditare, ac pro me, vt ego te deprecor, deprecare.

R. P. IOSEPHI

R. P. IOSEPHI SPERANZÆ,
CONGREGATIONIS ORATORII FANENSIS PRESBYTERI,

Obſeruationes, & Affectus Scripturales,

IN CHRISTI DOMINI PASSIONEM.



Amor meus crucifixus eſt.
Ad Ignat. ep. ad Rom.



PROLOGVS AD LECTOREM.



NIHIL est, quod Deo magis sit gratum, aut hominibus salutare, quàm Passionis Christi freq: ēs, & pia meditatio: quid enim gratiùs amico accidere potest, qui plurima præstitit, maxima pertulit, vt alterius amorem sibi conciliaret, quàm si illum videat beneficiorum memorem, ac proinde redamantē? *Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Ioan. 15. Hoc autem, & ampliùs fecit Christus Deus noster, qui vitam suam, tot, ac tantis doloribus, contumeliis, opprobriis, sanguinis effusionibus cumulatam, non solùm pro amicis posuit, verum etiam pro suis inimicis. Postulat ipse quidem a nobis huiusmodi memoriam. *Recordare*, inquit, *paupertatis, & transgressionis meæ, absynthij, & fellis.* Atque adeò postulat, Thren. 3. vt cùm esset transiturus de hoc mundo ad Patrem, & in signum suæ in nos dilectionis perpetuū, seipsum sacramentaliter relinquere vellet; id non sine memoria suæ Passionis, imò in eiusdem memoriam fieri præcepit. *Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Canon. Missæ. Dum enim in Consecratione ex vi verborum transubstantiatur panis in Corpus Christi tantùm; & posteà vinum in Sanguinem eiusdem Christi Domini; per concomitantiam vtrobique est eius Corpus, & Sanguis in memoriam Sacrificij cruenti, & Sanguinis Christi in Passione pro nobis fusi: vnde in recognitionem tanti beneficij exclamat Ecclesia: *O sacrum Conuiuium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis eius.* Hanc igitur grati animi ergò suæ Passionis memoriam Christus à nobis requirit, quæ non sine ingratitudinis vitio omitti potest. Vnde Bernardus in persona Christi ait: D. Bernard. O homo, vide, quæ pro te patior: non est dolor, sicut quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior. Vide pœnas, quibus afficior: vide clauos, quibus confodior: & cùm sit dolor tantus exterior; interior est planctus grauior, cùm te tam ingratum experior.

Quantùm verò nobis salutaris meditatio, atque memoria Christi Passionis sit, longum esset referre. D. Bonau. Satis modò sit, quod, præter cætera, docet D. Bonauētura, dicens: Si vis, ô homo, de virtute in virtutem, de gratia in gratiam, de bono in melius proficere: quotidie, quanta potes deuotione, mediteris Domini Passionem: nihil enim in anima ita operatur vniuersalem sanctitatem, sicuti meditatio Passionis Christi.

Hanc ob causā licèt nonnulla in superioribus dicta sint, cùm ageretur de Beneficiis, materia Orationis, Punctis 153. & 154. operæpretium tamen existimauimus nos esse facturos, si vberiorem huius rei materiam ad meditandum præberemus, & de singulis, iisque præcipuis, quæ in Passione Domini euenêre, mysteriis, vnà cum Patribus ageremus. Hac enim distincta suæ Passionis memoria maximè Christus delectatur.

Proprium piarum mentium inquit Origenes esse, distinctam habere de rebus ad Origen. in Matth. 25. Deum, propriamque salutem pertinentibus cognitionē. Hinc notat discrimen responsionis iustorum, atque impiorum ad Christi dicta in die Iudicij. Iusti enim singillatim respondent, dicentes: *Quando te vidimus esurientem, & pauimus? sitientem, & dedimus tibi potum? Quando te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?*

Non sic impij, non sic. Psal. I. non enim singula ponderant. *Quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut peregrinum, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere; & non ministrauimus tibi?* verbum, *ministrauimus tibi*, ad omnia referentes, & quasi præcidentes, & prætereuntes

crimina singula: vt non grauiora videantur diligenter, & singillatim enumerata.

Lenit. 2. Gloss. Interl. & Ord. Huc facit illud Leuitici 2. *Si oblatio tua fuerit de sartagine, diuides eam minutatim.* Vbi Glossa interlinearis inquit: Si dispensatio Passionis *fuerit* de Cruce, *diuides eam minutatim*, singulas partes passionis distinguendo, proditionem, scilicet, sputa, colaphos, coronam spineam, &c. quod & confirmat Glossa Ord. & alij.

Pet. Cellen. de panibus. Fernand. de Pass. cap. 36 &c. Id etiam facere consueuerunt pij, & sancti viri: vnde Bernardus singillatim de septem effusionibus Sanguinis Christi egit: alij guttas Sanguinis; alij itinera Christi in Passione; alij alaparum, colaphorum, & huiusmodi numerum efferre conantur; alij spinarum punctiones; alij sputa, ac flagellorum percussiones. Quin & ipse Deus reuelari voluit ex his plurima singillatim pijs fœminis, & præ ceteris. S. Brigittæ, Mithildi, & Elisabethæ; quo, scilicet, homines, ex huiusmodi accurata consideratione, magnitudinem, ac multitudinem dolorum Christi in sua Passione considerantes, ac proinde eius eximiam in eos charitatem, in eiusdem amorem, atque imitationem excitarentur.

Bernard. Neque verò satis esse nobis debet, rem ipsam considerare; verùm etiam modum, & causam, vt monet Bernardus in passione Domini, inquit ille, tria specialiter conuenit intueri; opus, modum, & causam: nam in opere quidem patientia, in modo humilitas; in causa charitas commendatur. Patientia singularis, humilitas admirabilis; sed charitas inæstimabilis. Quæ tria in singulis, quæ sequentur, punctis considerari poterunt in nunc tamen libet, hoc tertium aliquantulùm deliberare, in præcipuis Passionis mysteriis.

Matth. 26. *Scitis, quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, vt crucifigatur.* Principium pulcherrimum Passionis, non tam ob acerbitatem dolorum, quàm excellentiam amoris. *Filius hominis tradetur.* Origenes: A quo autem traditus est, hîc non est scriptum. Congregabis autem de Scripturis, quoniam & Pater tradidit eum, secundùm quod scriptum est:

Orig. ibid. Rom. 8 *Qui vnico Filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Secundùm autem alias Scripturas Iudas tradidit illum: sed & Satanas, qui intrauit in Iudam, tradidit eum: sed & Principes Sacerdotum tradiderunt eum: sed non omnes eodem proposito tradiderunt. Deus enim tradidit eum propter misericordiam circa genus humanum.

Isa. 53. Interl. Lyran. Imò etiam *Tradidit* (Filius) *in mortem* (sponte) *animam suam* (vitam.) Ita Interlinealis, addit Lyranus, ex maxima charitate.

Non ergo Hebræi manu, sed amoris, Iesus Sanguinem fudit in horto, captus, ac ligatus est, ad Præsides perductus, flagellatus, coronatus, & in crucem actus, ac lancea perforatus.

Ioan. 18. Amor minister, & carnifex. *Egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, & discipuli eius.*

Bernard Sen. serm. 51 de Pass. c. 2. En rogaturus Patrem Sanguinem fundit. Sed, vbi terror? vbi Sanguinis laniena? vbi carnifex? Egregiè D. Bernardus Senensis: Super timorem reiiciendum fortissimus, & feruentissimus amor, tanquàm miræ magnitudinis malleus repercutiens, & ipsum excludens, omnes poros corporis Iesu, ad venam largiter relaxauit: quasi diceret: Amoris manu eductus est Sanguis: pia amoris laniena. *Factus est sudor eius, sicut guttæ Sanguinis decurrentis in terram.* Immensus planè, (subdit ille,) & feruentissimus amor in hoc manifestatur, sæpe enim feruens ebullitio emittit ad extra. Proinde, quantùm anima Christi charitatis igne in intimis bulliendo ferueret, scaturitio hæc anguinis clariùs manifestat.

At, cur in hortum initium Passionis facturus secessit? Vt ibi se, velut captiuum amoris; declararet. Ad locum proditori notum properat, (inquit pulchrè Chrysostomus;) vt laborem eius demeret: & ostendit Discipulis, se ad mortem sponte proficisci: etenim in horto, tanquàm in carcere, commoratur.

Chrys. hom. 82. in Ioan. Causatur mox, quòd cohortes ad eum, tanquàm ad inuitum, capiendum properassent, quasi ægrè tulisset, spontaneum se, ac amantem non haberi. Ita Cyrillus: Nocte proditor, ministris udæorum, & cohorte munitus accedit: putabat enim multitudine fretus, vel inuitum posse illum capere. Inuenit autem in loco illum solito, quo quasi ad diuersorium nox illum deduxit: sed Christus, vt eum temerè cogitasse argueret, sponte præuenit & obuiam factus, nec se ignorasse, quæ fiebant, ostendit: & potuisse facilè præscius effugere demonstrat, nisi vltrò ad Passionem progrederetur. Quasi diceret: Cur, tanquàm ad inuitum properatis, qui sponte ad mortem vadit. Et, *Oblatus est, quia ipse voluit.*

Cyrill. l. 11. in Ioan. c. 33.

Isa. 53.

1. Reg. 21. Ingeniosum planè commentum illud, quo fugitiuus Dauid aulicorum Achis, & eiusdem Regis machinamenta delusit: *Immutauit os suum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ.* D. Augustinus hîc detegit Sacramenta, ac to

August. in 1. & 2. tit. Psal. 33. in Christum referens, illud, *immutauit os suum:* &, *collabebatur inter manus eorum*, trans

Affect

Affectabat, & tympanizabat ad ostia ciuitatis, & ferebatur in manibus suis. Mira loci per difficilis translatio: ad Christum tamen relata, facilè enucleata. Quid est, inquit, *affectabat?* Affectum habebat. Quid est, affectum habere? Quia compassus est infirmitatibus nostris. Misertus est nos de supernis, *humiliauit se, factus subditus vsque ad mortem; mortem autem Crucis.* Ergo affectauit: quia peruenit vsque ad mortem Crucis. Et quooiam, qui crucifigitur, in ligno extenditur: vt autem tympanum fiat: caro, id est, corium in ligno extenditur, dictum est: *Et tympanizabat*: id est, crucifigebatur, in ligno extendebatur.

Nihil prorsus ad rem magis. Et Augustinnm secutus Bernardus eaiam de Christo iam Cruci affixo, sic fatur: Corpore nudo, in modum tympanicæ pellis distento: *tympanizabat* ergo.

Bern. de pass. Domini, c. 6.

Sed, quomodo *ferebatur in manibus suis?* Hoc quomodo posset fieri in homine, qnis intelligat, inquit Augustinus: quis enim portatur in manibus suis? Manibus aliorum potest portari homo; manibus suis nemo portatur: *Ferebatur* Christus (subdit August.) *in manibus suis*, quando commendans ipsum Corpus suum, ait: *Hoc est Corpus meum.*

Pulchrè ille de sacramentato Domino: sed nos de eodem ad Præsides ducto: *Ferebatur*, non manibus Hebræorum? sed *manibus suis*, à Pilato ad Herodem, ab Herode ad Pilatum suis ipse manibus: hoc est, sponte, & amore ferebatur.

Venustissimo parallelo Tuitiensis Abbas componens Abrahamum patrem, Isaac, cum Deo Christi Patre, omnia ad amussim, quæ in acceptissimo illo Sacrificio contigeraot, in Christi pariter Sacrificio recognoscens, sic fatur: Huoc pater duos habens filios, ducit ad immolandum: quia, videlicet, Filium suum Deus Pater, cum vtriusque, noui, scilicet, & veteris Testamenti consonantibus præcuniis, tradidit ad Passionem pro saiute omnium. Quid porrò est, quod *Tulit pater ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse verò portabit ignem, & gladium?* Quid, inquam, nisi quòd ipse Dominus noster baiulauit Crucem suam? Bene ergo Isaac ligna portat holocausti sui: quia Christus ipse baiulaturus erat lignum suæ Passionis. *Ipse verò portabat ignem, & gladium* Per ignem Spiritus Sanctus rectè intelligitur, per quem semetipsum obtulit Filius Dei, testaote Apostolo, cùm dicit: *Sanguis Christi qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis* Gladius verò non solùm mortem; sed & potestatem significat imperialem. Gladium ergo pater ipse portabat: quia, videlicet, in manu fuit non Iudæorum, sed Dei Patris gladius, id est, potestas, Dominicæ mortis, vbi, quando, vel quo mortis genere deberet interimi.

Rupert. l. 6. in Gen. c. 31.

Cúmque colligasset Isaac filium suum. Hic sistit Abbas, hærensque, ingenio quanquam acutissimo, uon intelligit, quomodo Deus Pater Filium alligauerit. Ergòne, inquit, & Deus Pater suum colligauit Filium? Subdit: Colligauit planè: verùm non imbecillitatis vinculo; sed magnæ charitatis imperio, ne se ipsum defenderet, ne oblatum calicem passionis mori dedignatus abigeret: uam hoc est, quod in Psalmo canit ipse: *Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me.* Quasi diceret: Non me Iudæorum funes alligaueruot, sed oexus amoris, & charitatis: non me vincula Iudæorum traxerunt; sed Patris imperia: non meam in Cruce dexteram coofigendam tenuit Hebræus, sed Pater.

Psal 72.

Verùm suo mysteriorum ordine percurrat excursus. Christus flagellatus est, vt D. Brigitiæ reuelatum est, vsque ad interiora. Cur verò, nisi vt, iuxta Bernardum, ipsa paterent viscera charitatis.

L. 6. reuel. c. 11.

En verus Iacob, qui dum æstu amoris vrgetur, ad multiplicandas sibi oues, non decorticat virgas, sed costas. Amores, scilicet, illum priùs flagellarunt, quàm milites.

Gen 31.

Quis verò capiti eius coronam imposuit, nisi amor? Quis *in die desponsationis suæ, & in die lætitiæ cordis sui* diuina illius præcinxit tempora, nisi amor? Pulchrè Tertullianus: Dominica Christi tempora lancinauerunt mortiferis quidem vulneribus spinæ; sed nouarum pœnarum ardore sustentabitur amans.

Cant. 3. Tertul. de Carne Christi.

Quis eum denudauit, nisi amor? Vestes in Cruce ferre non potuit, (dixit piè non obscuri oominis Author Iacobus de Voragine.) sed nudus ascendit: ac si ipso facto diceret. Tanto igne charitatis ardeo, quòd vestes aliquas ferre noo valeo.

In serm. de Passione.

Et quis nudum vulnerauit, & in Crucem confixit, nisi amor? Ambrosius: Habet clauum suum charitas: habet gladium suum.

Ambros. In Ambros. in Psal. 118.

Cornua in manibus eius. Ex Paulo Burgensi, & Titelmano. Quia ipse Crucis cornua; non cornua ipsum detinebant. *Ego posui eam à me ipso.*

Habac. 3. Burgens. Titel. Ioan. 10.

Pulchrè D. Bernardus epistola ad Nouitium, qui posteà fuit Abbas Clareuallensis, Si tentationum sentis aculeos, exaltatum in ligno serpentem æneum intuere: & fuge

D. Bernard.

non tam vulnera, quàm vbera Crucifixi. Sed, cur vbera, cùm non lac, ſed Sanguinem depluant? Quò ad rem innueret, Sanguinem è vulneribus, non tam ferro, quàm amore defluere.

Bernard. l. de Paſſ. c. 2.

Quis tandem lancea latus eius aperuit, niſi amor? Bernardus: Lancea furoris, qui priùs vulneratus fuit lancea amoris. Hæc viuum, illa mortuum vulnerauit. *Vulneraſti cor meum, ſoror mea Sponſa; vulneraſti cor meum.* quia, ſcilicet, duplici lancea ſum vulneratus. Quia zelo amoris tui vulneraſti me, (dixit quo ſuprà Bernardus;) lancea quoque militis vulneratus ſum.

TRIGINTA ARGENTEORUM PRETIUM VILE, & indignum.

PVNCTVM I.

Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Matth. 26.

Zach 11. Ribera ibid. Rupert. in c. 26 Matth. Cant. 5.

ET *appenderunt mercedem meam triginta argenteis: decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis!* Ironia equidem peracuta, qua pretij huiuſmodi, tum vilitas, tum indignitas non leuiter perſtricta eſt. Emptus eſt pretio vili, inquit Rupertus, ſcilicet, triginta argenteis, quod precium vix eſt vnius vituli bruti, quo multò melior erat iſte. *Vitulus Domini.* Quantò melior? *Caput eius*, ait dilecta in Canticis, *aurum optimum; manus eius aureæ plenæ hyacinthis; venter eburneus, diſtinctus ſapphiris; crura, columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas.* Hic tantus triginta emptus eſt argenteis!

Gen. 37. Sept. Orig. Auguſt. Beda in 26. Matth. Delrius in 37 Gen.

In Geneſi, vbi de fratribus Ioſephi ſermo eſt, iuxta Septuaginta: *Et vendiderunt Ioſeph viginti aureis.* Origenes, Auguſtinus, & Beda: *Et vendiderunt Ioſeph triginta argenteis*, nimirum, Hebraicis, quibus æquiualent *viginti* Iſmaelitici apud Vulgatum. Sed tamen Ioſeph puer erat, non vir: nec ad mortem venditus, vt Saluator; ſed ſolùm ad ſeruitutem. Pluris ergo Ioſeph fuit æſtimatus, quamuis æquale ſic explicetur pretium in Chriſti venditionis figuram.

Exod. 21. Ex Hieron. Iſa. 10. & Ier. 4. Ioſep. l. 3. Antiq. c. 9. Budæo de aſſ. l. 5. Agricola, & aliis idem eſt ſiclus ac argenteus. Siclus aureꝰ 20. pendebat obolos, vt Exod. 30. Leu. 27. & Num. 3. Ambroſ. l. de Ioſeph, c. 2.

Verùm ex libro Exodi audi, atque pretij huiuſmodi vilitatem expende: *Si bos cornupeta ſeruum, aut ancillam inuaſerit*, (dominus bouis) *triginta ſiclos argenti* (domino ſerui, vel ancillæ illius) *dabit.* Tanti igitur, nec pluris omninò, quanti vile mancipium æſtimatus eſt *Dominus dominantium*, Rex cæli, & terræ; ille, in quo ſunt omnes diuitiæ, omnéſque *theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei*! Ille tanti venditur (ſtupet Ambroſius,) *qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo*!

2. Reg. 14. Magiſt. Hiſt. ſchol. & Dion. ibid. Hebr. Chald.

Quin, viliora proponam. *Quando Abſalom tondebat capillum, ponderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis, pondere publico.* Hebraice, & Chaldaicè, *pondere regio.* Et caput hoc aureum, ac diuinum ſolùm triginta! O commercium! ô indignitatem!

Iudic. 16. Proſper in Gloſſa ibid.

Iudicum 16. *Venerunt ad eam* (Dalilam) *Principes Philiſthinorum, atque dixerunt: Decipe eum, & diſce ab illo, in quo habeat tantam fortitudinem; & quomodo eum ſuperare valeamus, & vinctum affligere: quod ſi feceris, dabimus tibi ſinguli mille, & centum argenteos.* Et infrà: *Qui aſcenderunt, aſſumpta pecunia, quam promiſerat.* Proſper in Gloſſa: A Venditur Chriſtus in Ioſeph ante legem, venditur in Samſone ſub lege, venditur à Iuda ſub gratia.

Sed, ô pretium inæquale! Samſon *mille, & centum argenteis*, quin longè pluribus: *Dabimus tibi ſinguli.* Chriſtus verus Samſon ſolùm triginta!

Bed. in. Cat. Orig. tract. 35. in Matt.

Et quò adhuc viliſſimum, ac indigniſſimum hoc pretium perpendas magis, proditor ipſe ſponte, nec ab vllo penitùs perquiſitus, quod quidem Beda expendit, nec vlla prorſus neceſſitate conſtrictus, *abiit ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Abiit* (quemadmodum fatur Origenes) vt venderet pretio volentem redimere totum mundum à maledictione legis, & totius peccati; & redimere nos non corruptibilibus pecuniis, ſed Sanguine ſuo.

Hier. in 26. Matth.

Sed heus, heus tu, ô mortalium, ac miſerorum omnium auariſſime, an ſaltem nunc illud neſcis: Merces vltronea vileſcit? Noui, inquit, noui: ſed hanc, quam modò præ manibus habeo, paruipendo, ac nihil facio; quicquid vultis, offerte, vel fruſtum panis, vel pugillum hordei; *& ego eum vobis tradam.* Non certam poſtulat ſummam, inquit Hieronymus, vt ſaltem lucroſa videretur proditio: ſed quaſi vile tradens mancipium, in poteſtate ementium poſuit, quantùm vellent illi dare.

Orig. in Cat. Thren. 1. Pſal. 105. Alij. D. Leo in Cat D. Th. Cyprian.

Nimirum, latronum eſt, iniquos eſſe rerum æſtimatores, ac pretioſiſſima quæque viliſſimo vendere. Sic carnalium, ſic & mundanorum eſt, taliter æſtimare diuina: *Dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Et pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem.* aut, iuxta alios: *Et deſpuerunt terram deſiderabilem. Et abiit* (profanus ille) *paruipendens, quòd primogenita vendidiſſet.* Amore, ſcilicet, (tam verè, quàm eleganter fatur D. Leo,) vilis eſt omnis affectio: & anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire non metuit. Cæterùm, mundialium rerum exiguitatem permagni æſtimant homines, milléque incommodis eam comparant: nam per omne nefas voluptates emuntur, (ſic plorat Cyprianus;) & per omne ſcelus copioſæ libidines exquiruntur.

Lib. de Ioſeph. c. 3.

Pulchrè Ambroſius ad illa verba Geneſis: *Venite, vendamus Ioſeph Iſmaëlitis.* Vendidit, inquit, eum Iudas: emerunt *Iſmaëlitæ*, qui ſignificantur Latina interpretatione, *odio habentes Deum ſuum.* Ideò alibi viginti, & quinque aureis; alibi triginta inuenimus emptum Ioſeph: quia non omnibus vnius æſtimatione præualet Chriſtus: aliis minùs, aliis ampliùs. Religioſiori pretioſior Deus; peccatori pretioſior Redemptor. Sic ille ſuo ſenſu. Tu noſtro adde: Peccatori pretioſior nummus.

Hebr.

Sed, vt ad te reuertar, Iuda, quo te compellem nomine? O Iſchariotem! ô *virum* (iuxta nominis tui etymon) *occiſionis*! ô *virum mortis*, vel *exterminij*! ſic vitam omnium viuentium æſtimas? Ita pendis omnes cæli diuitias? Tam parum modò auarus? Tantíne, quæſo, te ille fecit, aut non potiùs te pretioſo ſuo Sanguine iam nunc penè

in

in horto effuso, ac mox in Cruce penitùs effundendo redemit?

Verùm, ô seruum pretiosum! ô diuinum mancipium pro animæ meæ redemptione ad istiusmodi conditionem redactum! Heu! heu! Iuda, quando iam ipsum facis venale, ne illud, quæso, adeò paruipendas; sed priùs æstima, & appretiare: euulga antea eius beneficia, prædica virtutes, eiúsque gratias, & qualitates: præeat saltem de more præco, & clamet, an quis velit seruum sibi coëmere omnipotentem; qui, scilicet, nouit animas consolari; qui conscientias pacare potest; qui valet condonare delicta, & nunquam ad instar aliorum seruulorum delinquere; qui potest mortuos ipsos ad vitam reuocare, & ad cælum ipsum vel suos emptores transferre.

Ioan. Ludou. Vnde te suis excit animas in Deum. Quanti, heu! quanti (infelix) rogo, indicas nature Dominum? quanti addicis? Triginta denariis, hoc est, minùs selibra argenti, vix quadrante. At non sic ille, non sic, eùm ea, quæ cernis, quæque contrectas omnia, in tuum, omniúmque vsum protulerit, & ipse pro te paratus sit, non solùm metalla terræ vniuersa; sed & Sanguinem, sed & vitam suam impendere. Sic Nazianzenus: Venditur, & vili quidem admodum pretio, triginta, scilicet, argenteis: sed ille mundum redemit, ac magno sanè pretio, proprio, nimirum, Sanguine, vt verum sit illud: *Et erit pretiosa redemptio animæ eorum.* Et, *Empti estis pretio magno.* Vnde Emissenus: Tam pretioso munere ipsa redemptio agitur, vt homo Deum valere videatur. Et aureum illud eloquentiæ flumen: O homo, quare tibi tam vilis es, qui tam pretiosus es Deo?

Naz. or. 4. de filio.

Psalm. 48. ad Hebr.

Pagn. & Fel. Praten

Emiss hom. 6 ad Monac.

Ch ys. serm. 143.

Et tamen ita pusilli, sicque sordidi sunt auari; sed in cælestium, ac diuinorum æstimatione! Pulchrè huc D. Paulinus ad illud: *Posset vnguentum istud venundari plus quàm trecentis denariis.* Suo, inquit, ipsius damnandus iudicio, quo triginta argenteis vendidit eum, quem mulier, vt ipse taxauerat, vnxit trecentis: sed & in hoc peruersus, quòd ipsum vili æstimans Dominum, vnguentum illud carò æstimauit. Magnus planè in æstimatione, (quemadmodum pulchrè dixit Ambrosius,) & vilis in scelere.

D. Paulin. ep. 4.

Ambros. de Spir. Sanct. lib. 3. c. 15.

O, ô pretiose Iesu, quàm vili pretio æstimatus es! Tot argenteis emitur, inquit D. Paschasius post Origenem, quot annis peregrinatus est in hoc mundo, vsque ad Baptismum. Ac si diceret: Tam vili æstimatus est pretiò, vt nec pro singulo quoque pretiosissimæ suæ ætatis anno, vel vnum argenteum persoluerint.

D Paschas in 26. Matt.

Certè decorum pretium! Decem etenim nummis aureis solaribus, ad tectam quorundam computationem, venditus est ille, qui *fabricatus est auroram, & Solem!* Quo quidem pretio, vt peregregiè ait Nazianzenus, non qui prodebatur, sed proditor dignus erat.

Maldon. in 26. Matth. num. 15. Psal. 73. Naz. or. 13.

Heu! quàm verum illud: *Nescit homo pretium eius.* At certè, quo modo id scias, cùm sit protsus inæstimabile? Quomodo possit eius pretium comprehendi, velut ait Ambrosius, cuius non possit meritum definiri? Dederunt pretium sanguinis (vt verè, & appositè ait Chrys.) qui pretium non habebat.

Iob 39.

Ambr. l. 3. de Spir. Sanct. cap. 1.

Chry. serm. de prodit. Iudæ.

Sed tu ita venditum Dominum Deum tuum, ac pro te venditum, ô anima, non redimes? Non omnia quæ possides, erogabis, vt eum è manibus iniquorum eripias? Nô te etiam, si oporteat, oppignerabis? Da te ipsam pro me, ait venditus Redemptor tuus, & me accipe. *Redemptio enim animæ viri, diuitiæ eius.* O te diuitem! ô te felicem, si saltem omnium affectuum tuorum pretio, si tui saltem solius pecunia tuum redemeris Redemptorem!

Prou. 13.

Nam ideò paruo, ac vili pretio sustinuit Dominus æstimari, vt nemo esset, qui illud habere negligeret. Nos ille vult pretiosos facere sui muneris vilitate, quemadmodum diuinè ait Paulinus. Ipse nobis hac pietate pretiosior, quòd se vili vult æstimari, vt ab omnibus ematur. D. Paulin. ep. 4.

Quo etiam allusit Bernardus ad illud: *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Cur, inquit, paruulus, nisi vt paruis munusculis habeatur? *Omnes sitientes, venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite* (Quo pretio? Solo cordis affectu. Nazianzenus: Solo voluntatis pretio.) *absque vlla commutatione vinum, & lac.* Isa. 9. Isa. 55. Naz. or. 40.

Ideòque Dominus (Ambrosius ait) gratis se obtulit, ne quem reuocaret à Christo paupertatis necessitas. Subdit que: Patriarchæ eum vili vendidere, vt omnes emerent. Isaias dixit: *Quicunque non habetis argentum, venite, emite, & bibite: manducate sine argento,* vt eum acquireret, qui non habebat argentum. Ambros. de Spir. Sanct. lib. 3. c. 15.

In huius interim venditionis memoriam Deum Patrem rogabis, vt qui iustum Filij sui Sanguinem à filio perditionis traditum, triginta argenteis pro nobis vendi permisit; det nobis tam pretioso Sanguine redemptis, vt cum Augustino sentiamus, & dicamus: Postquàm me intellexi tam pretioso Sanguine redemptum, nolui me ampliùs exhibere venalem. Vtque nunquam vel cum totius mundi emolumento, nedum cum momentanea carnis delectatiuncula, diuinæ ipsius gratiæ, animæque nostræ detrimentum faciamus, ne illud horribilium minarum super nos impleatur: *Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor, non conuertam eum, pro eo, quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis.* August. Amos 2.

Illud tandem caueamus, quod monet Beda in Catena, sic fatus: Multi hodie scelus Iudæ, quòd Dominum, ac Magistrum, Deúmque suum pecunia vendiderit, velut immane, & nefarium exhorrent; nec tamen cauent. Nam, cùm pro muneribus, charitatis, & veritatis iura spernunt, Deum, qui est charitas, & veritas, produnt. Et Bernardus in quosdam auaros: Christi, inquit, opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem in fornace auaritiæ conflant, & prostigant in acquisitionem turpis quæstus. Hoc tantùm differentes à Iuda, quòd ille horum omne emolumentum denariorum numero compensauit; isti voraciori ingluuie lucrorum pecunias exigunt infinitas. Beda in Cat. D. Thom. Bern. ser. in Cant.

Sed tamen, heu! quantùm ille auarus fuit, ac sordidus, qui, vt quidem peregregiè ait Sedulius, tantùm sacrilegij, triginta cæcus argenteis, paruum sumens munus admisit. Quantùm, (subdit,) si cuncta simul regna terrarum, mariśque diuitias, & omnem vagis cum nubibus oram luctaretur æthercam, flagitij perpetraret? Neque enim totius mundi bona sufficerent Christi fuso comparari cum Sanguine, qui mundi Pater est vniuersi; qui hunc quoque nefandum nasci concessit. Sedul. Pasch. Operis l. 5. cap. 3.

Sed malo tuo, ô Iuda, didicisti argentum expendere, (sic te alloquitur Chrysol.) mox incipies & corpus proprium ponderare. Chrysol. ser. 3. de myst. Dom. Cœn.

TRISTITIA,

TRISTITIA, ET horror in horto.

PVNCTVM II.

Tunc venit in villam, quæ dicitur Gethsemani, vbi erat hortus: & assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit pauere, tædere, & cõtristari, & mœstus esse, & ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Mat. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 18.

Cant. 5. VEniat dilectus meus in hortum suum. Vtique, ait Bernardus, venit in locum florum, non in tempore florum, ipse flos humanæ naturæ, vt naturam nostrã non florentem, reflorescere faceret; & vt ibi caperetur ad pœnam, vbi fuit primus homo captus ad culpam.

Primus ergo in horto labor inter illecebras amœnitatis. Nimirum, Adam secundus, aut supplicia voluptatum luit, aut aggreditur oblectamẽta pœnarum, aut dolori facultatem præbet vsque ad delicias sæuiendi. *Veniat, veniat dilectus meus in hortum suum, & commedat fructum pomorum suorum.* Hebr. Ad Hebraïcum *megadau* מגדיו: *Et comedat fructum deliciarum suarum.*

Et ecce iam mentem illam beatissimam pauor, tædiúmque conturbant; hoc est, *tenebræ sunt super faciem abyssi.* Gen. 1. inferioris illius diuinissimæ portionis. Iámque tranquillissimum illum pectoris diem sæua nox animi premit.

Gen. 15. *Cùmque Sol occumberet, horror magnus, & tenebrosus inuasit eum.* Verùm, vnde tibi horror tantus, ac tenebræ tantæ, ô splendor, ô fortitudo, ô Angelorum lætitia? Ex iam iam imminente acerbissima Passione. En mihi proditoris oscula: en Petri mendacia: en iuramenta: en anathemata: en flagra: en spinæ: en Crux: en pientissima Mater, animo confixa Crucis: en dispersi dilecti: en Ierosolyma euertenda. Quocunque me verto, non nisi teterrimæ, non nisi dirissimæ mortis imago. *Cor meum* Psal. 87. *conturbatum est, & formido mortis cecidit super me. Timor, & tremor venerunt super me, & contexerunt* Psal. 54. *me tenebræ. Repleta est malis anima mea, & vita mea* Psal. 14 *Inferno appropinquauit. Circumdederunt me dolores* Matth. 26. *mortis. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Tri-* Græcè. *stitia vndique obsessus est animus meus.* Vt vndique obsessus! vt vndequaque circumuallatus! *Psalmus* Psal. 42. mystico *David. Indica me, Deus,* (introitus, antequàm ad Crucis aram ascendat.) *Iudica me, Deus, & discerne causam meam de gente non sancta,* qualis Campen ad debebat esse Hebræorum populus: *ab homine ini-* Hebr. ibid. *quo, & doloso,* seu, *ab homine doloso, & scelerato,* qualis nunc proditor effectus est, *erue me.*

Iustin. l. de *Quia tu es, Deus, fortitudo mea: quare me repu-* triumph. *listi,* ac reliquisti velut in putris naturalibus, sinens Christi ago- me sic pauere, ac tædere? *Et quare tristis incedo,* ac. c. 19. *dum affligit me inimicus* populus tam dilectus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam inter has tenebras: *ipsa me deduxerunt, & adduxerunt,* vel *ipsa me deducent, & adducent in montem sanctum tuum* Caluariæ, & inde *in tabernacula tua.*

Et introibo ad altare Dei, siue ad aram Dei, Crucem, & per eam *ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam* hanc, in qua iam iam moriturus sum.

Confitebor tibi in cithara corporis huius affampti, *Deus, Deus meus: quare ergo tristis es anima mea, & quare conturbas me?*

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus. vel, *Spera in Deum, quoniam futurum est, vt iterum profalute mihi reddita* in Resurrectione, *gratias agam Deo meo.*

Hæc sibi Christus, quemadmodum contemplari licet. Sed, cur adhuc, rogo, eum B. Laurentio Iustiniano, tristitiam admisit tantam? Cur sic tristari, cur sic pauere voluit, cur voluit sic tædere? Quid est hoc, Dumine? contristarisue, & verè paues? Nunquid contristatur, per quem contristati recreantur? Nunquid cõtristatur gaudium? pauet fortitudo? timet virtus? gloria tædium patitur? beatitudo denigratur? confunditur maiestas? elatitas obscuratur? infirmatur sanitas? & latitudo coarctatur? Armatorum neminem video: nullum cum gladiis, & fustibus venientem cerno; & times, Domine? Christianæ militiæ dux esse cognosceris: certantibus aduersùs aëreas potestates præes, & paues? *Dominus exercituum* diceris, & es: *gladium, non pacem in terra venisti mittere,* & præliari formidas? Si bellatorum Principes trepidat; si certamen ille, qui præfidet, inite veretur; quod cæteri agent milites, & pugnatorum turba seruorum? Vallem vtique, Domine, pauoris huius scire causas. Vellem tædij tui nosse mysteria.

P. Laur. cod. lib. c. 6.

Tædere, pauere, ac tristari voluit primo, vt fidei, veræ, scilicet, assumptæ carnis, argumentum præberet; hoc est, vt non incudem se, aut eautem sine sensu; sed verè, & non putatiuè, aut phantasticè hominem passibilem esse demonstraret. Sic Hilarius, & Hieronymus.

Sum quidem & ego mortalis homo, similis omnibus; & ex genere terreno illius, qui prior factus est. Et ego natus accepi communem aerem; & in similiter factam decidi terram; & primam vocem similem omnibus emisi plorans.

Hilar. Hier. in Cat. Sap. 7.

Indolentis, impassibilis, apathetici vox illa est: *Verberauerunt me; & non dolui: traxerunt,* vel *concusserunt me, & non sensi.*

Prou. 23. Aq.

Quam fortitudinem, aut quod meritum in Christo ponamus, si non sensit? Horrent plerique hoc loco, (inquit tam eruditè, quàm eleganter Ambrosius,) qui tristitiam Saluatoris ad argumentum insolitæ potiùs à principio, quàm susceptæ ad tempus infirmitatis inclinant. Ego autem (subdit) non solùm excusandum non puto; sed nunquam magis pietatem eius, maiestatémque demitor. Minùs enim contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit, quod doleret; & sequestrata delectatione Diuinitatis æternæ, (singulos expende terminos,) tædio meæ infirmitatis afficiunt; suscepit enim tristitiam meam, vt mihi suam lætitiam largiretur; & vestigiis nostris descendit vsque ad mortis ærumnam, vt nos suis vestigiis reuocaret ad vitam. Concludit: Confidenter ergo tristitiam nomino; quia Crucem prædico: nec enim speciem Incarnationis suscepit; sed veritatem. Debuit ergo & dolorem suscipere, vt vinceret tristitiam, non excluderet: nec enim habent fortitudinis laudem, qui stuporem magis vulnerum tulerint, quàm dolorem. Verè, & sententiosè.

Ambrosius Luc. c. 22.

Sensit ergo, sensit Saluator, adeò, ne sensit, vt cœperit *tæd re, pauere,* ac *mœstus esse,* siue Græcè, *anxio esse animo, vehementer angi,* vt cruciari. Græcè.

Pathon, nimirum, in Christo ponimus, seu potius

Maldonat. in Matth. 26. D. Thom. 3. p. q. 15 a. 4. potiùs προπάθειαν, à ratione quâuis omninò despoticè imperatam, tum accedere, tum recedere, animóque de sua quiete nullatenus deturbantem; sua nihilominùs naturali sensatione præditam: vnde, ceu homo, verè sensit, veréque *cœpit tædere, pauere, ac mœstus esse, anxie esse anima, vt hæ tenter angi, & cruciari. Nec enim fortitudo lapidum*, (Iob 6.) dicere poterat, *fortitudo mea; nec caro mea ænea est*, licèt fortitudo eius, vt virtus, eiúsque diuina patientia fuerit plusquàm ænea, plusquàm *petra durissima*, ac adamantina.

Vt & ideò sola Christi virtus verè mascula, muliebrísque dicenda fuerit Martyrum omnium fortitudo ad Christi Domini fortitudinem comparata, hâncque vel miraculum illud patientiæ Iob à longè præsentiens, ad illius comparationem, masculum se dici dedignaretur: *Pereat dies, in qua natus sum; & nox, in qua dictum est: Conceptus est homo.* (Iob 3.) Græcè, *in qua dixerunt: Ecce masculus.* Vbi acutè (Græc. Olymp.) Olympiodorus: Detestatur, inquit, eos, qui eum marem nuncuparent, quòd crederet, eiusmodi Dominum solum fuisse, eique maris nomina propriè conuenire.

Huc facit illud: *Torcular calcaui solus* (Isa 63. Sept.) ant Græcè: *Torcular calcaui plenum: & de gentibus non est vir mecum.* Vbi expendendæ veniunt dictiones, *vir, plenum, & solus*, quòd, nimirum, fœminca fuerint omnium Martyrum robora, vnúsque, & solus inter omnes *vir* Iesus fuerit, qui omninò plenum, & in multitudine fortitudinis suæ passionis *torcular* vel ad redundantiam calcauerit.

(B. Laurent. de triumph. Christi agone, c. c. 6.) Quare fortissimus extitit, ac ipsissima fortitudo, qua solùm Martyres ipsi fortes extiterunt. Sic de triumphali Christi agone disertè Iustinianus, c. 6. quod est, de magnitudine Mediatoris ad Passionis supplicium perferendum. Non quidem, inquit, militibus tuis inferiorem te iudico. Illos agnosco vicisse regna, imperia curuasse, tolerasse supplicia, extinxisse ignem, feras domasse, & mortem ipsam nullatenus formidasse. O inauditum à sæculis prodigium! ô gloriosum religionis Christianæ trophæum! collatas diuitias spernere, homines fugere, voluptates calcare, appetere carceres, prouocare tortores, & illatis conuiriis suauiter gaudere! Audiuimus, nouimus, confiremur. Abs te, Domine Iesu, per fideles tuos hæc vniuersa sunt facta; non tamen illos te robustiores dicimus. Diuinam in Sanctis tuis commendamus gratiam, in te humanam prædicamus naturam. In Martyribus miraculum, in te vero fuisse dicimus documentum. In illis donum; in te autem miserationis sacramentum attollimus. Erexit planè cælestis virtus supra naturæ limites fidei confessores, in illísque benedictio diuina refulsit: ipse autem Mediator relictus sibi, pauere voluit, & tædere.

Agnosce igitur, ô homo, Saluatoris tui dignationem: se exinaiuit ad te, vt te eleuaret ad se: humiliauit se propter te, vt te exaltaret in se: depressit se, vt inperpetuum beatificaret te. Caue, ne ingratus de munere scandalizeris pro infirmitate. Apostolum audi: *Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Cùm esset impassibilis Deus, homo factus, infirmatus est propter te. Potiùs miserationē mirare, quàm pœnam: magis charitatem, quàm formidinem lauda. Non eris ingratus, si beneuolentiam Redemptoris agnosces. Mœstitiam itaque illius confitere, pauorem delige, tædiū venerare. De tuo hoc habuit, non de suo. Pro peccato tuo doluit: fleuit, quod non cōmisit: exhorruit, quod ò fecit: non enim fecit mortem, nec morientiū perditione lætatur. Ex his mœroris eius intellige causam, & gratias age: re agnosce in illo, pro illo lachrymare, qui doluit propter te. Doluit, inquam, & supra modum doluit, adeò vt morti fieret proximus; sic enim ait: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.*

Et ad huius tristitiæ ampliorem eruditionem, notandum, animam duplici modo considerari: altero, quo ad vitam hanc animalem refertur, atque adeò ad omnem exteriorem, vt ita dicam, eam animæ partem, qua corpus viuit, mouetur, sentit, affectibus excitatur; & dicitur Hebraicè, נפש *nephes*: altero, qua ratione anima magis prædita est virtutibus spiritualibus, sapientia, fide, prudentia, voluntate, arbitrio, & *neshamah* dicitur, aut potiùs *ruah*, Græcè, πνεῦμα, Latinè, *spiritus*. Illa ad infirmitatem, hæc ad virtutem refertur. Christus porrò ea parte, qua virtus consistit, vltrà omnem humanam alcam fortissimus fuit, vtpore omnium hominum perfectissimus, omnibúsque etiam aliis simul iunctis vltra omnem comparationem præstantior; alteram nihilominùs animæ portionem, veríque hominis sensum vt exprimeret, *cœpit tædere, pauere, & mœstus esse*, additque, *Tristis est anima mea vsque ad mortem.*

Secundò, ex Epiphanio, & Theophylacto, tristari, tædere, & pauere voluit, vt sic ipsa Diuinitas pia fraude, (dicere liceat,) militarique stratagemate vteretur; quò, scilicet, expresso vero per humanitatem pauore, quasi quædam simulata fuga, atque recessu, irrumpentem propterea audaciùs hostem insequeretur, ac vinceret. Sic sic mysticus Iosuë olim per fugam cœpit Hai. O verè Iosue, vt callidè tectiùs dicam, vt sapienter per pauorem, quasi per fugam, ciuitatem Haï, eiúsque Principem debellasti! Et quid *Hai* apud Hugonem Carensem nisi *Chaos*? & quis eius Princeps, nisi ille, de quo Saluator: *Nunc potestas est tenebrarum: nunc Princeps huius mundi eiicietur foras.*

(Epiphan. in Ancorato. Theop. in 26 Matth. — Ios. 8. — Hug. Car. ib. — Ioan. 14.)

Sic & filij Israel *fugam arte simulantes inierunt consilium, vt abstraherent eos* (viros scilicet, *Gabaa*, quod est *collis*, siue *eleuatio iniquitatis*) *de ciuitate.* O vera Sapientia, *quæ ex ore Altissimi prodisti*, vt rectè collem illum è lateribus Aquilonis, eleuationémque iniquitatis, fugam arte simulans, in hoc horto (heu quam inamœno?) ab hortis illis felicissimis extraxisti? Sic, sic, nimirum, ars deluditur arte.

(Iudic. 10. Hebr. — Isa. 14. Gen. 1.)

Dominus igitur (pulchre sic Athanasius de Passione, & Cruce Domini) ridens illius vafritiem, in oculto habuit suam Diuinitatem, ne ille per formidinem, virato congressu, illæsus abiret; sed contrà despicatim quasi cum homine manus conserturus ad pugnam veniret, & ab hominibus inciperet supplantari. Non aliter, quàm si quis animaduersa in compare, atque æmulo suo formidine secum decertandi, imbecillem se fingat, quò illum pelliceat ad pugnam; & ille, dum pro vera habet illam simulatam imbecillitatem, audacter in certamen prodeat, mox domandus illius generosi Athletæ viribus. Ita quoque Dominus sub specie humanæ infirmitatis prouocans aduersarium, hominem, quem induerat, suis viribus aduersùs inimicum corrohorantir: atque ideò sub tempus mortis anxius esse, & mœrere cœpit, & obsecrabat calicem transire. Clamabat, spiritum quidem promptum esse; carnem autem infirmam: vt aduersarius noster cum eo, quasi cum homine congressurus, vires eius diuinas experiretur; atque ita inductus, ludificatúsque adortus est Dominum.

(D. Athan. de Pass. & Cruc. Dom.)

Hae

Idem Ath. ibid. Hac pariter arte ex eodem Athanasio vsus est A Saluator in Cruce, vbi clamauit: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Cùm enim Dæmonem fugam adornantem conspiceret (verba sunt Athanasij) metuens, ne fugâ elaberetur, voces humanas emisit, & voces imbecillitatis simulauit, dicens: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Et hoc fecit, ne diabolus ab eo, quem vt hominem anteà contempserat; nunc autem vt Deum exhorrescebat; fuga se subduceret. Istis verbis inducitur ille, sub manus venit, Dominúmque adoriens confractus est.

D.Thom.3. p.q.46. a.6. ad 6. Tertiò ex D.Thoma, dolere, tristarique voluit Saluator, vt meritum dolori, tristitiæque nostræ conferret. Christus, inquit Thomas, non solum B doluit pro amissione vitæ temporalis; sed etiam pro peccatis omnium aliorum. Qui dolor (subdit) excessit omnem dolorem cuiuscunque contriti; tum, quia ex maiori sapientia, & charitate processit, (ex quibus dolor contritionis augetur,) tum etiam, quia pro omnibus peccatis simul doluit, secundum illud: *Verè languores nostros ipse* Isa.53. *tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Et infra: Voluit autem genus humanum liberare, non sola potestate; sed iustitia. Ideò non solùm attendit, quantam virtutem dolor eius haberet ex Diuinitate vnita; sed etiam quantùm dolor eius sufficeret secundùm humanam naturam ad tantam satisfactionem. Quasi diceret: Non fuit C Christo satis nos liberare dignitate subiecti, aut personæ; nisi etiam iustitia, & iure summo liberaret, dolendo, scilicet, ac mœrendo quantùm satis, imò plùs satis tot hominum sceleribus, & quantùm posset humanitas Verbi Dei.

Thr.1.& 2. Isa.53. O doloris ergo immensitatem! ô dolorem, penè dixerim, infinitum! *Attendite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus! Magna est velut mare contritio tua.* Verè, verè *vir dolorum.* Verè Hebr. *Nazaræus, floridus* in horto; sed à *Naazaz*, quod Isa.ibid. est, *Deus confractus*, & *Deus contritus. Vulneratus est* enim *propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra.* Verè *tristis est anima mea vsque ad mortem.* hoc est, iuxta Hieronymom, tristitia ista hæc mea lethifera est, talisque, ac tanta, quæ me sola, si sinatur, enecare possit: parum enim distat à morte animæ hæc meæ infima pars; adeò mœstitudine, ac tristitia laboro. Hieron. D

Ita planè necesse erat, vt Christi dolor tantus esset, vt dolorem, quem nos tot, tantisque excessibus nostris parem habere non possumus, de suo tam immenso dolore suppleremus. Quis ergo in posterum ad Sacramenta, ea, qua poterit, contritione fiducialiter non accedet? Quis peccator vel vsque ad mortem, in isto dolore, atque tristitia *vsque ad mortem* minimè confidet? An non, quæso, in hoc planè confidit scelestus ille latro? Sed, ô propterea latronem felicem, *Benoni* quidem tri- E Gen.35. stissimæ huius parientis Rachelis, *filium doloris*; sic autem effectum *Beniamin*, *filium dexteræ.* Ita, Hebr. ita ille, velut parturiens, clamabat: *Circumdede-* Psal.17. *runt me dolores mortis.* seu Chaldaicè: *Circumdedit* Chald. *me angustia, sicut mulieris, quæ sedet in partu.* Sed, *in tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui, & exaudiuit de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.*

Gratulor propterea tibi, Saluator, quòd etsi pariens, tristitiam habuisti; *natus* tamen tibi *est homo in mundum*, imò in cælum.

Sic, nimirum, quotidie filios salubriùs paris Deo, quàm Eua, eiúsque filiæ in dolore filios suos pariant mundo.

Quartò, ex D.Bernardo, tristari, tædere, ac pauere sic voluit, vt nostram timiditatem firmaret, Bern. ser.1. de S. Andr. pusillanimitatémque in morte solaretur. Agnosco, ait Bernardus, in duce belli pusillanimorum trepidationem, agnosco ægroti vocem in Medico, agnosco infirmantem gallinam cum pullis, considero charitatem, stupeo miserationem, expauesco dignationem. Misericors Dominus (subdit statim) non Beati Andreæ robustum sibi suscepit affectum (cui tamen dicere poterat: Ego de tuo fui trepidus, tu de meo fuisti securus.) quia non sanis opus Medicus; sed malè habentibus. Et quid magnum fuisset, Domine Iesu, si accedente hora, propter quam veneras, intrepidus stares, tanquàm qui potestatem habebas ponendi animam tuam; & nemo eam tollebat à te? An non longè gloriosius fuit, (quandoquidem totum propter nos agebatur,) vt non modò passio corporis; sed etiam cordis affectio pro nobis faceret; vt quos viuificabat mors tua, tua nihilominùs & trepidatio robustos, & mœstitia læros, & tædium alacres, & turbatio quietos faceret, & desolatio consolatos? D.Leo ser.3. de Pass.

Ita planè: hócque idem anteà piè meditatus D.Leo serm. quo sup. D. Leo in hæc eadem verba: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* His, inquit, verbis quandam formidinem prosistentibus, nostræ infirmitatis affectus participando curabat, & pœnalis experientiæ metum subeundo pellebat. In nobis ergo Dominus nostro pauore trepidabat, vt susceptionem nostræ infirmitatis indueret, & nostram inconstantiam, suæ virtutis soliditate vestiret. Venerat enim in hunc mundum diues, & misericors negotiator cæli, & commutatione mirabili inierat commercium salutare, nostra accipiens, & sua tribuens: pro contumeliis honorem, pro doloribus salutem, pro morte dans vitam; & cui ad exterminationem persequentium poterant plusquàm duodecim millia angelicarum seruire legionum, malebat nostram recipere formidinem, quàm suam exercere potestatem.

Hinc igitur fortes, hinc intrepidi facti sunt Martyres: hinc virgunculæ ipsæ, nedum homines, ad agonem fronte serenissima processerunt: hinc tam pretiosæ, hinc tam lætæ tot iustorum mortes: hinc ille exultauit, hinc altet tibi in morte.

Adæ, nimirum, olim soporato ossea costa ex- Gen.3. cisa, in mulierem fortem, ac viraginem effecta est: & caro in locum duræ costæ reposita: quo signaretur constantia, & robur Christi in Ecclesiæ membra, & carne nostra mollicula, id est, trepidatione nostra ipse repletus.

Trepidauit ergo, ne tu trepidares; aut, si adhuc August. 1. Confess. forte naturâ trepidas, scires tristatum propterea Dominum, vt doceret, Martyres non debere desperare, si in hora passionis subrepat tristitia; quam tamen vincant. Sic Augustinus, & (Cy- Cypr. ser. de Pass. Christ. prianus. Metus hic infirmitatis humanæ commoœm exprimebat effectum; & generaliter omnium in carne viuentium hoc dolore vrgeri, & dissolutionem corporeæ, spiritualisque naturæ hac molestia non posse carere; & hanc pœnam vnioersæ successioni Adæ impositam, vt difficultas extremi transitus timeretur. Sic & pari eloquentia Gregorius: Appropinquante morte

morte, nostræ mentis Saluator in se certamen expressit, qui vim quandam terroris, ac formidinis patimur, cùm per solutionem carnis æterno Iudicio propinquamus. Nec immeritò: quoniam post pusillum hoc inuenit, qood in æternum mutata non possit. Sic demum Chrysostomus : Quia Dominus ad passionem Discipulos exhortatus fuerat, ne dicant, quòd ipse extra dolores existens humanos, facilè de morte philosophatur, ac nos admonet propter hoc, quòd ipse est sine periculo; ostendit, quòd & ipse in agonia sit: tamen propter vtilitatem mortem non tenuit, vnde ait ; *Nunc anima mea turbata est.*

Chrysost. in Cat. D. Th. ad c. 12. Ioã.

Sed non pigeat summatim exscribere ad huius ponẽti finem, quæ sine fine de mentalibus Christi doloribus pensanda veniunt à deuotissimo Bernardino Senensi.

S. Bern. Sen. t. 1. ser. 6. in Parasceu. § 6.

Profundum abyssi, id est animæ Christi in doloribus abyssaræ, *quis dimensus est?* Quasi dicat, nulla rationalis, & creata natura.

Eccli 1

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis : rugiebam à gemitu cordis mei : Domine, ante te omne desiderium meum. Tres abyssus dominicæ Passionis hic mysticè describuntur. Prima est abyssus incomprehensibilis pœnalitatis: *Afflictus sum.* Secunda, abyssus incomprehensibilis humilitatis: *Et humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.* Tertia est abyssus incomprehensibilis vtilitatis: *Domine, ante te omne desiderium meum.* Vt ergo (subdit Bernardus) aliqualiter comprehendere valeamus incomprehensibilitatem, & abyssalem immensitatem Christi dolorum:

Psal. 37.

Primò consideremus plenitudinem cognitionum, quas Christus ab instanti conceptionis suæ ex vnione diuini Verbi habuit in mente sua. Hæ fuerunt tres, quasi tres Altissimi montes, super quos erecta, & fundata fuit Crux Christi Iesu. Prima cognitio fuit peccatorum omnium hominum præteritorum, præsentium, & futurorum. Secunda, tormentorum omnium, quæ passurus erat : *Sciens Iesus omnia, quæ ventura erant super eum.* Tertia, martyriorum, suppliciorum, laborúmque omnium, quæ sustinuerunt omnes iusti, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem eorum, qui in fine sæculi futuri sunt; quorum omnium ipse Caput erat. Hæc omnia simul ipse plenius, clariúsque, ac magis distinctè vidit, quàm aliqua mens humana posset intelligere aliquid singulare.

Secundò, consideremus magnitudinem occasionum, ex quibus mentalis Crux eius formata est, quásque semper habuit in hoc sæculo, quoad vixit; & erant duæ, quasi duo lingua transuersantia, & constituentia Crucem. Prima, immensus amor ad Deum, & proximum: quia enim fuit vnitus Verbo personali vnione, tota capacitas naturæ ipsius, quæ ex personali vnione dilatata existit, tota amore repleta fuit; imò tota fuit amor in Verbo. Secunda, maximus dolor : mensura enim, & magnitudo dominicæ Crucis tanta fuit, quantus extitit dolor in mente eius, & pœna in carne: nam Christi dolores fuerunt pœnales: tum, quia erant contra naturam patientis; tum, quia erant contra voluntatem naturalem sensualitatis.

Alex. Alens. in 3. sent.

Tertiò, consideremus multitudinem rationum, ex quibus dolor eius tantæ magnitudinis fuit, vt apud humanam, & angelicam intelligentiam incomprehensibilis sit. Rationes duodecim erunt, tanquàm duodecim fructus ligni vitæ ex vtraque fluminis parte, humanitatis, scilicet, promerentis, & Diuinitatis meritum dilatantis, quos gustare debemus, sicut hortatur Apostolus: *Hoc enim sentite in vobis*, &c. Qui quidem fructus, siue rationes, vt medullitùs, & auidiùs gustari valeant, poterunt duplicari, vt in vigintiquatuor rationes consurgant, quasi in vigintiquatuor diei horas, in quibus speculando conuersabatur, & cruciabatur Filius Dei Iesus, iuxta vaticinium Zachariæ: *Et erit dies vna, quæ nota est Domino.*

Apoc. 22.

Philipp. 2.

24. Dolores mentales, seu aspectus pœnales, qui fuerunt in mente Iesu.

Zach. 14.

Prima ergo ratio est offensionis, cuius duo erant aspectus continuè in mente Iesu. Primus ad dilectum Deum: nam, quantùm dilexit æternum Patrem, eiúsque gloriam; tantùm doluit de qualiber eius offensa, ac peccati ignominia. Secundus ad dilectum proximum: vnde, quantùm dilexit eos, qui suum offendebant Patrem, tantùm dolebat de tali offensione, ac damno offendentium.

1 Offensa dilecti Dei.

2. Damni dilecti proximi.

Secunda ratio est ignorationis, cuius duo alij aspectus erant in mente Iesu circa humanum genus, scilicet, quia videbat illud ignorare duo. Primum, quantum fuit beneficium suæ humanitatis. Secundum, quantus fuit in assumendo humanam naturam amor suæ immensissimæ charitatis, qui, scilicet, eum humanari fecit. Has igitur ignorantias in humano genere semper Christus recognoscens, tantum dolorem in mente sua de illis sumpsit, quantum erat beneficium suæ humanitatis; & quanta fuit in hoc magnitudo suæ charitatis, cum qua & carnem assumpsit, & pro nobis in Cruce mori voluit. Et quæ natura humana, vel angelica, exprimere posset magnitudinem beneficij assumptionis nostræ humanitatis in hoc erga nos suæ immensissimæ charitatis excessu? Proinde Ambrosius ait: *Tristis* erat, quia paruulos nos relinquebat: paruulos, inquit, id est, de vtroque beneficio ignorantes.

3. Ignorantia humana beneficij sua Incarnationis.

4. Ignorantia amoris sua charitatis.

Tertia ratio est recessionis. Duo alij aspectus erant In mente Christi. Primus, quo intelligebat magnitudinem pœnæ, ex qua debebat mors eius inferri, recessúsque sanctissimæ animæ à corpore sequi. Secundus, quo cognoscebat, quantùm seipsum diligebat, qui debebat mori. Ex hoc duplici aspectu, in mente eius tanta generabatur dolor, quanta erat pœna, ex qua moriturus erat; & quantus erat amor, quem ad se ipsum habebat. Et de hoc duplici aspectu Dominus ait: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* scilicet, quia video pœnam, quam debeo sustinere; & amorem, quo me diligo, & teneor me diligere. Et quia nullus in humana natura, neque totum humanum genus sufficiebat hoc intelligere, & sibi cõpati, & sibi regratiari; ideò vice omnium electorũ sibi ipsi condoluit, sicut Deo in assumpta natura pro humano genere patienti. Vnde, sicut in aliis; sic & in hoc omnium electorum suorum suppleuit defectum, totum se relinquẽs in gratiarum actione Deo, & sibi ipsi de tanto beneficio electis collato; & in se ipso nos omnes fecit recognoscentes, in quo & nos reputamur plenè grati de beneficio redemptionis, & causa cõcrucifixi *similitudini mortis eius.*

5. Magnitudinis mortalium suarum pœnarum.

6. Amoris sui, qui debebat mori.

Matth. 26.

Quarta ratio est reuerberationis. Duo alij aspectus erant in mente Domini nostri Iesu Christi. Primus ad suæ dulcissimæ Matris amorem. Secundus ad suæ amorosissimæ Matris dolorem: quia enim intelligebat dulcissimam Matrem suam super omnes alias creaturas ex suo amore incurabilibus doloribus plenam; tantùm in mente sua dolebat; quantùm amorosissimam Matrem

7. Amoris sua dulcissima Matris.

8. Eiusdem doloris.

A soam diligebat, & quanti erant dolores in corde Virginiss Marris. Sed, cùm Beata Virgo in cognitione omnium dolorum Christi illustrata fuerir, & in charitate perfecta ad Filium fuerit sublimata; taotùm de eis doluit, quantùm id status maternæ excellentiæ requirebat; & hi materni dolores continuè mentem Filij sagittabant. Proinde Ieremias Threnorom 1. in persona Domioi ait: *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus*; scilicet, boc duplici aspectu considerato.

Thren. 1.

9 *Omnium Martyrum pœnarum.*
10. *Aliorum saluandorum laborum.*

Quinta ratio est compassiunis: quia enim Christus Caput erat omnium electorum, duo quoque alij aspectus erant in mente eius. Primus ad omnes Martyrum pœnas. Secundus ad aliurum saluandorum labores, & meritotia opera. B Ex hoc verò duplicaro aspectu tanrus in anima eius generabatur dolur, quantæ erant omnium aliorum iustorum laboriosæ operationes: nam omnium Martyrum dolores per compassionem ita suscepit, quòd multò ampliùs, & dolorosiùs fuerant infixi cordi eius, quàm in Martyribus, qui illa supplicia sustinuerunt: necnon & omnium electorum labores, nun solùm in generali excepit in corde suo; sed etiam singularitet singulos multò distinctiùs, atque perfectiùs, quàm illi, qoi pro suo nomine illos sustinuerunt. Proinde in persona Domini de hoc duplici aspectu Propbera ait: *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* C Ossa quidem fortia, Martyres extiterunt, quos propter tormentorum asperitatem dispersos dicit. Alij verò electi, quasi guttæ sudoris Christi, propter labores eorum de eius corpore effusi sunt, qui omnes in Christi sanguineo sudore mysticè demonstrantur: nam sanguis ad Martyres; & sanguineus sudot ad cæteros electos, & iustos conuenientiùs aptari potest.

Psal. 21.

11. *Omnium mortalium culparum.*
12. *Omnium nostrarũ infirmitatum.*

Sexta ratio est incisionis. Alios quoque duos aspectus habuit Filius Dei Christus. Primus ad omnes mortales culpas. Secundus ad omnes infirmitates nostras. Ex boc duplici aspectu tantùm in anima sua dolebat, quot, & quantæ erant mortales culpæ, per quas præscindebantur membra eius ab eo; & quot, & quantæ erant infirmitates mentales, & corporales suorum pretio- D sorum membrorum. Et de hoc duplici dolore Ieremias: *Foris interficit gladius*, scilicet, mortalis culpæ, membra Christi præscindentis; *& domi mors similis est*, videlicet, cuiuslibet infirmitas membrorum quodlibet infirmantis. Stupendum quidem excessum dolotis sumit ratione supradicta ex respectu gratiæ capitis, quo redemptor, & emendator est omnis mali, quod inflictum fuit per peccatum. Ideò sumpsit Iesus hæc omnia lamentanda, & deploranda, vt sua: non quidem ad committendum, quia peccatum non sumpsit; sed ad perfectè soluendum, & satisfaciendum: quia ad hoc venit, in tantum quòd omnium personam induens, pro omnibus satisfecit. E Proinde mysticè dici potest, quòd ipse est ille magnus peccator, & pœnitentiatus pro omnibus, & in omnibus, pro cuius pœnitentia *gaudium est in cælo*, plusquàm super omnibus urdioibus Angelorum, qui digna pœnitudine non eguerunt.

Thren. 1.

Luc. 15.

13. *Imaginis animæ deformata.*
14. *Similitudinis deperdita.*

Septima ratio est deformationis. Etiam alios duos aspectus habuit Christus in anima sua. Primus erat ad animæ imaginem. Secundus ad animæ similitudinem. Proinde videns horrendam deformitatem, quam consequitur anima ex perpetratione mortalis culpæ, tantùm doluit de illius deformitate, quanta erat nobilitas, seu formositas imaginis animæ ad imaginem Dei formatæ; & quanta erat excellentia similitudinis Dei in illa. Vnde Ieremias Threnorum 4. admiranter stupefactus in persona Domini ait: *Denigrata est super carbones facies eorum*, scilicet, quantùm ad imaginem, & quantùm ad similitudinem. Cùm enim esset legitimus animarum sponsus, perfectè diligens animarum decorem; in doloribus, & angustiis suis totum se reliquit, per cineres malitiarum nostrarum infudit, vt faceret de se lauacrum ad lauandum, B & delendum tantam turpitudinem, ac maculam peccatorum imaginis, & similitudinis animæ nostræ. Et quis exprimere posset dolorem animæ Christi conspicientis horrendam turpitudinem animarum nostrarum?

Thren. 4.

15. *Amoris quo sponsas animas diligebat.*
16. *Multitudinis animarum fornicantium.*

Octaua ratio est fornicationis. Duos quoque alios aspectus habebat Christus in anima sua. Primus erat ad amorem, quo animas sponsas suas amabat. Secundus ad multitudinem animarum suarum, seu sponsarum suarum, quas diligebat. Videns igitur Christus, quantùm animæ præponebant creaturam ipsi omnium Creatori, ac per hoc spirituales fornicationes considerans, tantùm dolebat, quantùm eas, sicut Sponsus, amabat, & quot erant animæ fornicantes. C Vnde Ieremias in persona Christi Sponsi earum inquit: *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis.* Expende, si potes, Christi dolores ob maculas suæ Sponsæ cum Diabolo fornicantis.

Ierem. 3.

17. *Magnitudinis.*
18. *Multitudinis peccatorum.*

Nona ratio est contritionis. Duos alios aspectus habuit in mente Iesus. Primum ad magnitudinem peccatorum. Secundum ad multitudinem eorum. Ex hoc duplici aspectu in mente sua tantùm dolebat de offensionibus damnandorum, quantùm erat peccatorum multitudo. Proinde Ieremias Threnorum secundo, ait: *Magna est, velut mare, contritio tua.* Mare est magnum in quantitate, & multum in guttarum numerositate. Et si vnius mortalis culpæ tanta est grauitas, quanta erat tunc omnium simul? D Ad quamlibet enim mortalem culpam dolor suus habuit respectum singularem. Præterea, cùm ipse venerit gratiæ regni reparator; & culpa mortalis, quantùm in se est, totum regnum gratiæ deleat; hinc est, quòd totum quodlibet mortale horrere habuit, & pro eo dolere, quantùm magnitudo, & multitudo peccatorum mortalium regnum gratiæ delet. Et cùm ipse secundùm suum esse, quasi totaliter gratia videatur; non enim conceptus est naturali opere, sed diuino spiramine: hinc est, quòd habuit horrere culpam, sicut destructiuam totaliter sui esse, & suæ intentionis in assumptione humanæ naturæ. Item, cùm ipse venerit vt solutor omnium debitorum nostrorum, & vt liberator ab æter- E nis pœnis, vt nos ideò de omnibus liberaret; pro qualibet mortali culpa tantùm dolere habuit, quòd dolorem diuinæ iustitiæ exolueret correspondentem. Hoc siquidem requirebat diuinæ iustitiæ inflexibilis rectitudo, & ipsius Redemptoris in ratione satisfaciendi integerrima plenitudo, vt sic nihil remaneret à diuina misericordia, ac per hoc vtraque honoraretur in sua excellentia.

Thren. 2.

Decima ratio est priuationis. Duos quoque alios

15. Priuatio-nis hominum beata gloria. 30. Eiusque sempiterna. allos aspectus habuit Christus. Primum ad gloriam Beatorum. Secundum ad durabilitatem eorum. Tantùm ergo doluit Dominus noster Iesus Christus, aspiciendo omnes, qui propter peccatum exules erant à gloria Paradisi; quantùm erat bonum regni gloriæ, quod amittebant;& quantùm duratura erat talis eius priuatio, quam incurrebant. Proinde Ambrosius ait: *Tristis erat, & tristis videbatur, non pro sua Passione, sed pro nostra dispersione.* D.Ambr.

Vndecima ratio est obligationis. Aliosque duos aspectus habuit Christus, Filius Dei. Primus erat ad supplicia damnatorum. Secundus ad odium inter Deum, & peccatores damandos irreuocabiliter generatum: quia tantum in mente doluit pro æternaliter cruciandis, quantùm erant tormenta, quibus erant æternaliter cruciandi, & quantum erat odium inter Deum, & eos æternaliter generatum. Hine Ieremias in persona Domini ait: *In tenebrosis collocauit me; ecce primum: quasi mortuos sempiternos; ecce secundum.* 31. Supplicio rum damnatorum. 32. Odij inter Deü, & peccatorem. Ierem. 3.

Duodecima ratio abbreuiationis. Alios insuper duos aspectus habuit in mente sua Christus. Primum ad meritum suæ sanctissimæ Passionis. Secundum, ad fructum suæ sanctissimæ Crucis. Propter quod tantùm in morte sua doluit? quòd non potuit in perpetuum cruciari, quantùm intelligebat, se dolendo mereri; & quantum cognoscebat suum meritum in fructu augmentari. Proinde dolendo per aliquem modum, quòd non potuit æternaliter cruciari, meruit apud Patrem, tanquàm si fuisset æternaliter cruciatus. Ideò Isaias ait: *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Ergo, vt acquireret nobis suam gloriam sempiternam, in Deo per voluntatem, & desiderium dilatabat totam vitam suam ad quodda mvinere infinitum, & ad tolerantiam infinitæ maneriei mortis, communicando se totum ad quamlibet prædictarum vingintiquatuor rationum; & ad obiectum cuiuscunque mortalis culpæ, vt suo æterno Patri perfectius satisfaceret; & cuinseunque peccatoris, vt nos perfectiùs eum Deo pacificaret; & cuiuseunque coronæ, vt nobis eam perfectiùs fabricaret. Et Pater suus æternus suam dilataram, & infinitam voluntatem, ac si opere perfecisset, plenissimè acceptauit ad omne id, & ad quantum voluntas eius dilatabatur. 33. Termini sua Passionis. 34. Termini sua Crucis. Isa. 53.

In his duodecim rationibus duplicatis prædictis elarescere potest, quòd pro qualibet ratione Cmx Christi tam immensi doloris fuit, vt per eam apud intellectum humanum multiplicentur pœnæ infinitarum manerierum mortis. Hucusque piissimè, ac deuotissimè Bernardinus.

ANGELICA confortatio.

PVNCTVM III.

Apparuit illi Angelus de cælo confortans eum. Luc. 22.

ET *Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem Angeli.* Quid? verène eerno, Speranza Scripturæ selectæ. Zach. 3.

A an fallitur visus? Christus humi iacet, & ante faciem Angeli humi iacet? *Et procidit in faciem suam* Quamobrem, Iesu mi? Heu! ex cognitione grauissimi oneris peccatorum totius mundi, quæ luenda, expiandaque susceperat; & iræ diuinæ, quam sua morte placare debere intelligebat;& iustitiæ, cui satisfieri oportebat. *Et posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrorum.* Pagninus: *Et Dominus peruenire fecit ad eum pœnam omnium nostrûm.* Ad Hebr. *Et Deus irruere fecit in eum iniquitatem omnium nostrûm.* Isa. 53. Pagnin. Hebr.

O diuine Atlas, qui tuis vniuersam mundi machinam sustentas humeris, imò digitis, nunc sub peccatorum pondere, ac mole vitiorum defatigatus fatiscis? *Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem.* Heu (dolet, & stupet Chrysostomus) qui est omni cælo altior ad terram vsque curuatus *procidit in faciem suam*! At, quid ibi Angelus? *Apparuit*, ait Euangelista sacer, *Angelus de cælo confortans eum.* Hæreo, stupeo hic eum deuotissimo Bernardo: Quem? quem *eum*? Planè *eum*, cui nascituro clausus patuit Virginis vterus; cuius nutu in vinum aqua mutata est; cuius tactu lepra fugata; sub cuius plantis solidum mare stetit; ad cuius vocem mortui surrexerunt; *eum* denique, qui portet omnia verbo virtutis suæ; per quem facta sunt omnia; per quem vniuersa subsistunt, etiam & Angelus ipse Quem ergo *eum*? Cuius ne ipse quidem confortator suus capere poterat maiestatem. Quare rogo te, Angele, quem consolaris? An ignorabas, quis esset, ad quem consolandum veniebas? Certè consolator est, certè Paracletus est! B Psal. 37. Chrys. hom. 53. in Marc. Bern. serm. 1. de S. Andr. C

Et tamen *Apparuit Angelus de cælo confortans eum.* Relictus, nimirum, fuit à Patre in infirmitate humanæ carnis, vt illa hora potestatis tenebrarum indigeret confortantis Angeli ministerio, tanquàm homo purus, in quo & omnia illa patiebatur, qui aliàs Angelis dominaretur, & à Patre perpetuò exaudiretur, & confortaretur omni tempore: sed hoc signum fuit conditionis recens susceptæ ab illo, sustinente peccatorum, & debitorum mundi nomen, D & personam hac in parte pauloimiùs ab Angelis minoratus, qui tantò superior Angelis fuit, quantò excellentius præ illis nomen hæreditauit.

Hune ergo Angelus consolatur. Sed quomodo? *Confortans eum.* Syriacè: *Confirmans eum*, non vt dent tobur ipsi Angeli, inquit Epiphanius, nec enim indigebat (absolute, scilicet) Angelorum confortatione: sed confortant ipsum, hoc est, confitendo, proprium ipsius robur ipsi attribuunt. Vnde Septuaginta: *Et confortent ipsum omnes Angeli Dei.* vbi nos legimus in Deuteronomio: *Et adorent ipsum omnes Filij Dei.* quam lectionem versans idem Epiphanius: Quapropter (subdit) admiratione ductus Angelus, E diecbat ad ipsum glorificans, & benedicens proprium Dominum in stadio consistentem: Tua est adoratio, tuum est dominium, tua est potentia, tua est fortitudo; vt impleret id, quod à Moyse scriptum est: *Et confortent ipsum omnes Angeli Dei.* Syriac. Epiph hær. 69 & in Ancorato. Sept. Deut. 32.

Sed dicamus: *Confortans eum.* Græcè, iuxta Theophylactum: *Glorificans eum*; hoc est, totam gloriam, quæ à Passione, exponens ei, non quidem ignaro, cùm Christus Caput esset, ac Doctor bonorum, Græc. Theophyl.

Suarez in 3. p. c. 1 q. 12. art. 3. minum, & Angelorum; sed volenti, vt magis A constaret veritas Passionis, angelico ministerio rationes quasdam sibi proponi, quas ille quidem per rationem superiorem considerabat; sed ita vt nullum inde solatium inferiori parti communicari permitteret, easque sibi modò voluit ab Angelo quasi in memoriam reuocari. Vnde Caiet. 3. p. q. 12. a. 4. Caietanus: Non eguit Christus instrui ab Angelo; sed eguit exteriori, ac sensibili propositione obiecti seruatiui inferioris.

Iudic. 6. Et ad hunc fortè modum: *Dominus tecum, virorum fortissime. Vade, in fortitudine tua liberabis Israel de manu Madian.*

Iosu. 1. *Confortare & esto robustus valdè: noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus* B *in omnibus, ad quæcunque perrexeris.*

Isa. 51. *Consurge, consurge, induere fortitudinem, brachium Domini: consurge, sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Nunquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis, qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati? Et nunc, qui redempti sunt à Domino* (per mare hoc rubrum Passionis:) *reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum. Ego, ego ipse consolabor. Quis es tu, vt timeas ab homine mortali?*

Gen. 32. Eia, fortissime luctator: *Si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis.* C

Act. 27. *Ne timeas,* (ô Saluator:) *Cæsari te oportet assistere. Ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum* (in huiusce noctis horribili tempestate:) *amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquam nauis* (vitæ, scilicet, sanctissimæ huius humanitatis, & filij perditionis.)

Isa. 53. Sed nihilominùs, ingentes tibi expende diuitias, computa merces, ac thesauros: de te siquidem illud est: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur, pro eo, quòd laborauit anima eius, videbit, & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideò* (Margin. *Magnam multitudinem dabo ei pro spoliis: & fortes erunt ei pro præda*) *dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia,* D *pro eo, quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressionibus rogauit.*

Videbis, inquam, *semen longæuum*: sicut enim ipsa carnalis stirps ex primi hominis latere, olim soporati, initium sumpsit; ita ex te sub Crucis vmbra soporato in mortem, noua fidelium Psal. 21. generatio nascetur. *Annunciabitur Domino generatio ventura; & annunciabunt cæli iustitiam eius populo, qui nascetur, quem fecit Dominus. Voluntas* Dei *in manu* tua *dirigetur.* si tamen modò tua voluntas in manu Dei dirigatur. Non fiat E nunc solùm, Domine, voluntas tua: postmodum semper fiet. Memineris nunc proloquij tui: Ioan. 4. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.* En ergo hora, in qua cibum degustes: Psal. 127. comede, ac prosit. *Labores manuum tuarum, quia manducabis; beatus es, & benè tibi erit.* Si manibus callum obductum, si signa, si cicatrices in manibus remanebunt, & fructus pariter laborum remanebit.

Ipse *peccata multorum* feres. Hucusque enim nec qui sua ferre possit, inuentus est. Tu solus, qui sine peccato es, peccatorúmque omnium exoneratus, peccata omnium portare potes. Ea si portaueris, humerósque libenter supposueris, digito ostenderis: *Ecce, qui tollit peccata mundi.* Ioan. 1. Summis omnium præconiis extolleris, suscipient te omnes, & dicent: *Certè videtis, quem* 1. Reg. 7. *elegit Dominus; quòd non sit ei similis in omni populo, eminens ab humero, & sursum.* Verùm, vt principeris, supponendus est humerus, vt fiat *principatus super humerum* tuum. Paruulus olim Isa. 9. Crucem amplexatus, natus cum Cruce, quæ de vtero Matris tuæ egressa videtur, vt tecum cresceret: *Paruulus natus est nobis, & Filius datus est nobis.* Moxque: *Cuius imperium super humerum eius.* nunc eam fugies, nec amplexaberis. Humerum, humerum abiectissimæ suppone Cruci, vt exaltetur *nomen* tuum, *super omne nomen.* Si enim exaltatus fueris à terra, omnia trahes ad te ipsum: conuertentur ad te *multitudo maris: fortitudo gentium veniet tibi: inundatio camelorum operiet te.* Si pauci hac nocte relinquent, innumeri post te *current, vincti manicis pergent, & te adorabunt, téque deprecabuntur.*

Suspice, suspice cælum, Saluator, & numera stellas. *Quia fecisti rem hanc, benedicam tibi, &* Gen. 22. *multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: quia obedisti voci meæ.* O verè Abrahamides! ô verè *Isaac*, quod est *risus* æterni Patris! ô diuine Aries cornibus hærens inter perplexas peccatorum hominum vepres ad immolationis aram, iam nunc propera, ac libenter ascende.

En, en iam tempus aduenit, quo perditum humanum genus immolatione tua, & holocausto redimatur. En iam hora, qua misera Adæ mortalitas captiuitate mortis est liberanda. *Crastina die* erit mundo *salus* per te, *Domine exercituum.* Crastina, ô verè Dauid, ingens ille Philisthæus hu- 1. Reg. 17. manitatis tuæ funda, tuorúmque quinque vulnerum lapidibus consternetur.

O summe cælorum Princeps! ô totius mundi Monarcha! ô Rex Regum, & Dominus dominantium, en iam te omnes opperiuntur: omnes quotquot in Limbo adhuc captiui detinentur, in te vnum spem, & oculos coniecerunt: nos ipsi à tot iam annorum millibus te expectauimus; te, inquam, nostræ gloriæ authorem, ac ruinarum nostrarum restauratorem exoptauimus, vt iudicares tandem *in nationibus*, impleres *ruinas*, conquassares *capita in terra multorum.* Crastina, ô Psal. 91. hominum, ac Angelorum lætitia, *delebitur iniquitas terræ, & regnabit à ligno* super nos *Saluator mundi.* Crastina, nec diutiùs, veteres omnes implebuntur figuræ, omnia Prophetarum oracula complebuntur, *vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas,* Psal. 50. *cùm iudicaris.*

En, en iam tandem *dies illuxit reparationis antiquæ, felicitatis æternæ.* En iam finita diuturna illa peccati originalis eclipsi, dies serenus adest, quo Tartara expugnata, Diabolus victus, & Paradisi erunt repagula reserata. Et quid adhuc moror. Psal. 23.

Attollite, attollite portas, Principes, vestras: & eleuamini portæ æternales; & introibit Rex gloriæ.

***

AGONIA.

AGONIA, ET SUDOR sanguineus.

PUNCTUM IV.

Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Luc. 22.

Sed quid est, quòd adhuc vita, per quam, & *cui omnia viuunt*, fit in agonia? Quid est, quòd nihilominùs Saluator meus totus sanguine madet? Confortatus equidem est, inquit Beda Venerabilis: sed tali confortatione, quæ dolorem non minuit; sed magis auxit: confortatus enim est ex fructus magnitudine, non subtracta doloris amaritudine. (Beda in Luc. 22.)

Erat agonia ista, inquit Lyranus, reluctatio sensualitatis mortem horrentis, & rationis ipsam acceptantis: quia virtute diuina quælibet pars permittebatur agere, & pati, quod erat sibi proprium. (Lyran. ibid.)

Ergo omnium viuentium vita in agonia! O mortales! ô peccatores! *Nunquid parum vobis, agonem exhibere hominibus, & quomodo Domino exhibetis agonem?* (Isa. 7. iuxta Sept.)

En, en Pontifex Onias, cuius *facies, & color immutatus* (ob templi, animarum, scilicet, nostrarum direptionem.) *declarabat internum animi dolorem*. Græcè, *declarabat animi agoniam*. (2. Mac. 3. Græc.)

Durum certè bellum (vt verè ait Simon de Cassia) gerebatur in anima Christi, è cuius ictibus sanguis tam latè manabat. (Simon. de Cass l. 7. c. 14.)

Vt sudat! vt agonizanti sudor diffluit! vt *digiti eius*, ac *labia*, omniáque membra *distillantia myrrham primam*, aut *fluentem*, vel *transeuntem* ex se sponte, clauibus, & mucrone lanceæ non expectato! (Cant. 5. Alij.)

Sed heu! heu mi Iesu! qualis sudor iste tuus? *Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Quis est iste, qui venit de Edom* (de tam rubeo sudore) *tinctis vestibus de Bosra*, (perfusis quasi in vindemia)? (Isa. 63.)

Nunc verè: *Et faciet Dominus* (in hoc horto) *conuiuium vindemiæ defæcatæ*. (Isa. 25.)

Botrus Cypri (ex se præ maturitate, & charitatis calore præruptus. Hebr. *Copher*, *balsami*.) *dilectus meus mihi in vineis Engaddi*, (*fontis*, siue *oculi felicitatis*, aut *fontis*, siue *oculi incisionis*, vel *scissuræ*.) O sanguis! ô balsamum à fonte diuinæ pietatis, ab æternæ felicitatis oculo, ab incisionibus, ac veluti scissuris omnium venarum! (Cant. 1. Marg. Hebr.)

Simon (paternæ *obediens* voluntati) *Sacerdos magnus*, *consummatione fungens in ara, amplificare oblationem Excelsi, porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine vuæ*. (Eccl. 50.)

O nectar oti diuino suauissimum? ô mustum *absque* (consolationis) *spiraculo, quod* (præ nimio amoris calore rotum ebulliens) *lagunculas* (arteriarum) *nouas* quasi *disrumpit*, vt rotum in Dei libamen offeratur! (Iob 32.)

Et certè amore sudat, amore patiendi præcurrit *in siti*, vt sponte sacrum hunc Sanguinem fundat: nullos hîc etenim ministros video, ferrum nullum, spinas nullas, nec flagella video. (Psal. 61.)

Speranza Scriptura selecta.

A *Effluit intactis non iussus ab artubus humor,*
Nil opus est vestris, turba scelesta flagris.

Amorem hîc solum intueor, qui ab hoc verè amoris Martyre sanguinem elicit.

En pelicanus, qui totum se se lanciat, vt pulli eius ad namræ miraculum, ac ad amoris prodigium reuiuiscant. Verè pelicanus, qui vt filios saturet, esurit; vt potet, sitit; vt reficiat, deficit; vt fuginet, marcit; vt succo impleat, & sanguine, haustu suis è visceribus cruore, exrabescit. (Greg in Ps. 5 pœnit.)

Solent Medici ægrorum venas frequentiùs aperire, perraro suas. En, en cælestis, ac misericors languentium omnium nostrorum Medicus, qui de cælo venit, quique, vt nostris omnium B medeatur morbis, proprium sibi è venis omnibus sanguinem elicit. Dictum iam fuerat: *Sermo pessimo latus sanguinare*. sed lex modò misericorditer immutata est: Effusus est sanguis Medici, (sic pulchrè Augustinus:) & factum est medicamen tum phrenetici. (Eccl 42. Aug tr. 15. in Ioan.)

Bibimus (heu! quoties?) sicut aquam iniquitatem: & inde in hydropisin, paralysin, aliósque morbos incidimus. Tu, ô cælestis Medice, sanans omnem languorem; ac omnem infirmitatem, misericordia motus, languores nostros ipse tulisti; & dolores nostros ipse portasti. In re omnem medicamentorum vim, qua nos ægri indigebamus, expertus es; atque ita cùm nos C humores noxios desudare deberemus; tu pro nobis sanguinem desudasti. Tu apertis vndique venis, cruorem tuum effluere permisisti. Tu expurgantem fellis, & aceti amarissimam potionem pro nobis degustasti, vt nobis ægris medelam afferres. (Matth. 4. Isa. 53.)

Pulli eius lambent sanguinem. Alij, *volutabuntur in sanguine*. O, ô ergo fazit, ô volueri ipse in hoc sanguine, neque ingrato dicatur mihi: *Terra, ne operias sanguinem meum; nec inueniat in te locum latendi clamor meus.* (Iob 38. Alij. Iob. 16.)

At quis, (rogo) clamor? Planè ille: *Aperi mihi, soror mea sponsa; aperi mihi: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Et ipse, tam altè, ac peracutè toties pulsato corde, adhuc cum Petro dormiam? nec protinus surgam, vt iam meo dilecto aperiam? finámD que eum totum in sanguine suo; nec *introducam illum in domum* animæ meæ, *& in cubiculum* cordis mei, vt illius sudores extergam, vt illius lacrymas colligam? (Cant. 5.)

O quàm verè: *Plorans plorauit in nocte; & lacryma eius in maxillis eius!* Et certè *plorans plorauit*, quod est, largiter, ac effusè plorauit: non enim ab oculis solùm ambobus; sed ab omnibus præterea poris, atque centum arteriarum oculis diuinus Argus, aut non secùs ac vnum è sanctis illis Prophetæ animalibus plenis oculis, lacrymas, imò sanguinem spargit: grossis siquidem sudorum guttis totus madebat, vt fatur Theodoretus. Sed heu! heu! verè *in nocte*: quia E verè non illa, nox illi fuit, dum è somnolentis amicis illis consolantem quæsiuit aliquem, & non inuenit. Solùm comites astiterunt tibi, Domine Iesu, peccata mea; eáque talia, ac tanta, vt vel coram ipso Angelo totus erubescens rectè, veréque diceres: *Et verecundia mea contra me est.* (Thren. 1. Ezech. 1. Theod in Cat. Luc. 22. Psal. 43.)

Iniquitas, nimirum, *domus Israel, & Iuda magna est nimis valdè: & repleta est terra sanguinibus. Peccata inundauerunt, & sanguis sanguinem* tetigit. (Ez. ch. 9. Ose 4.)

tetigit. idcircò Christi Sanguis in terram peccatorum sanguine madentem, quasi quoddam diluuium apertis venarum cataractis cecidit, vt eam expiaret. Ita Cassiodorus ad illa verba : *Et copiosa apud eum redemptio* Pretiosus, ait, ille Sanguis tanta fuit virtute ditissimus, vt velut quoddam diluuium saturare Orbem terrarum à suis sordibus expurgaret. Vndique scilicet, sudauit: nec, velut ait Bernardus, solis oculis; sed quasi membris omnibus fleuit, vt totum corpus eius, quod est Ecclesia, totius corporis lacrymis purgaretur. A

Psal. 129. Cassiod. ib.

Bern. serm. 3. in ramis Ps.

Idem alibi, & peregregiè : *Contritum est cor meum in me ipso*, ait Propheta. Scisso igitur eorde interiùs, scissâ est & exteriùs *pellis* nostri *Salomonis* : effusus est sudor sanguineus super terram. Rubricata est rosa Passionis, & charitatis Christi rubricundi Iesu. Ecce quàm *rubicundus*, & quàm totus *rub icundus* ! Nec vacat mysterio ista sanguinis Iesu generalis effusio: sudauit enim toto corpore sanguinem, qui nostras venerat tollere infirmitates, ex corpore nostro, & sanguine contractas; vt ad connalescentiam, & sanitatem totius corporis, spiritualisque Ecclesiæ sufficeret sudor sanguineus ab omni parte corporis, capitis, scilicet, nostri Iesu Christi effusus. Lubetati ergo sumus *de sanguinibus*. B

Bernard. l. de Pass. Dom. c. 37.

Pulchrè Chrysostomus : Hic sanguis effusus, vniuersum abluit Orbem terrarum, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur. Huius sanguinis effusio cælum peruium fecit. Ex Paradiso fons scaturiit, à quo sensibiles fluuij emanarunt. Iuxta hunc fontem non salices steriles germinant; sed arbores cælum ipsum attingentes, quæ fructus tempestiuos, & solidos semper producunt. Si quis æstuat, ad hunc fontem se conferat, & recreabitur. C

Chrys. hom. 45. in Ioan.

Sed, vtinam, vtinam (ait piè Drogo de Sacramentis dominicæ Passionis) gutta sanguinis, qui de agone tuo sudat, Domine, vsque ad terram decurrat; & aperiat terra os suum, & bibat illum, & clamet ad te, & tecum ad Patrem, melius quàm sanguis Abel.

Drogo de sacr. dom. Pass.

Erit autem sanguis vobis in signum, (sic dictum est olim : *Videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Ægypti*. Hoc planè sanguine aspersa, vel intincta anima, à plagis cælestis iræ fiet immunis. *Intingatur* ergo aut *rubeat pes tuus* (tuorum affectuum) *in sanguine*, quo seruari, mundari, ablui valeas. D

Gen. 4. Apoc. 8. Exod. 12.

Psal. 67. Margin.

Quid stas? (ita Anselmus ad animam :) quid stas? accurre, & suauissimas illas guttas lambe: noli dormire cum Petro, ne mereatis audire: *Sic non potuisti vna hora vigilare mecum*.

Ans. in spec. Euang.

Cæterùm, ô quàm vereor, ne & mihi illud dicatur, ac duriùs exprobretur : *Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem*. Nihilo certè labore sudatum est; quia *gutta* non aquæ, sed *sanguinis* extiterunt. Et quid inquam, *gutta*? Græcè, θρόμβοι, aut *grumi sanguinis*, id est, magnæ crassæque sanguinis guttæ; & iuxta Irenæum *globi sanguinis*, one cadentis tantùm; sed decurrentis in terram. *Pluuiæ* huius pretiosæ *guttas quis dinumerauit*? O pluuiam ergo! ô fluuium, et aptiùs dicam nunc versum in Sanguinem! *Et non exiuit nimia rubigo eius, neque per ignem* amoris tanti! E

Ezech. 24.

Græce.

Iren. l. 3. c. 32. Eccl. 1. Exod. 4.

Heu! quis calorem vnquam maiorem vidit? quis flammam accensam magis? *Nunquid non iste*

Zach. 3.

torris erutus de igne? An non videtis, quàm totus anhelet, quàm totus ardeat? Vt ad charitatis ignem *factum est cor eius* (interprete Iustino Martyre) *sicut cera liquescens*, totúsque liquefactus amore in venis non tenet sanguinem? Psal. 21. Iust. Martyr. Dial. contra Tryphonē.

Effusum est in terra iecur meum. Metonymia: Effusus est in terra sanguis meus. Iecur est officina sanguinis. Isidorus: Iecur amoris, affectuúmque receptaculum. *Effusum est* ergo *in terra iecur meum*, hoc est, præ amore largiter sanguinem fudi. Septuaginta: *Effusa est in terra gloria mea*. Et qualis is sanguis, nisi diuinus? Threa. 2. Isidor. Sept.

O pretiosi verè prodigum Sanguinis! Olim de victimarum sanguine peccatores tantummodò aspergebantur: nunc in hoc latè effuso lauacro ablui possunt. *Lauabis me, & super niuem dealbabor. Et dealbauerunt eas in sanguine agni*. In animalium sanguine, penè dixerim, auarus; in suo effundendo prodigus. Psal. 50. Apoc. 7.

Messui myrrham meam cum aromatibus meis. Messores vt sudant! Vt eum magno calore magna trituta venit! Cant. 5.

Magnáque cum magno venit tritura calore,

O diuine Messor! Vt in amoris meridie non passionis alicuius spicas, vt Martyres; sed totos passionum manipulos sibi metit, & propterea sudat! Alij fasciculos myrrhæ tantùm sibi colligunt: Christus latos myrrhæ campos sibi metit. Merent quidem alij *in sudore vultus* : at Christus in sudore, non vultus tantùm; sed in sudore, cóque sanguineo totius corporis sibi metit. Gen. 3.

Empti siquidem estis pretio magno. Scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis; sed pretioso Sanguine quasi Agni immaculati. Cùm, nimirum, rei cuipiam valdè affecti, ac propensi sumus, cúmque eam comparare vtcunque volumus: ematur, constet, pendátque quanti vis. *Vendidit* mercator ille, ac libentissimè *omnia, quæ habuit, & emit eam*; margaritam, videlicet, quam summoperè exoptauerat. En diuinissimos mercator, qui, vt animas nostras sibi coëmeret, venarum omnium suarum crumenas aperuit, pretiosissimúmque sui totius Sanguinis pretium persoluit. *Sacculum pecuniæ secum tulit* in horto, solutionémque fecit. *In die plena Lunæ reuersurus est* in Cruce, vbi summa illa amoris plenitudine è quinque vulneribus totum perfundens sanguinem dicet : *Consummatum est*. Iam completè, scilicet, pretium est persolutum; & dum ex latere vel demortui sanguinis abunde effluet, quasi crumenam non solùm aperiet, sed inuertet, vt ne vel vnius quidem nummi gutta superfit. 1. Cor. 6. 1. Pet. 1. Matth. 13. Prou. 7. Ioan. 19.

Assistat hîc deuota anima, (velut monet in sermone de Passione Beda,) & Passionis colligat fasces, in quos, ne pereant, pretiosas guttas suscipiat, & rubicondom dilecti sui corpus fletu abluat, & gratiatom actione tergat. Bed. serm. de Pass.

Accedat, vt iam dictum est, ad hanc *sanguinis aspersionem melius loquentem, quam Abel*, loquitur enim modò, & clamat misericordiam, clamatura posteà iustitiam, ac mugitura, si conculcetur, si polluatur. Non accusat frater, inquit Ambrosius, ne videatur parricida : non accusat vox eius, non anima eius; sed vox sanguinis accusat, quem ipse fudisti. Hebr. 12. Ambr. l. 2. de Paradiso.

Irritam quis faciens legem Moysi; sine vlla miseratione, duobus, vel tribus testibus moritur : quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti Hebr. 10.

pollut um

pollutum duxerit, in quo sanctificatus est.

1.Mach.6. Intueatur hunc sanguinem, & elephantum more acuatur *in prælium*. Non acquiescat *carni, & sanguini; sed vsque ad sanguinem resistat*.

Sap.18. *Gutta roris antelucani* in horto illam aspergat, donec fiat in Cruce *pluuia grandis*, eámque sanguinis diluuium perfundat.

O beatum intereà hortulum hisce guttulis irrigatum! beatiorem illo voluptatis horto, qui fonte quadrifido dicitur irrigari! ad quem alludens Nazianzenus: Fluebat, inquit, regius sanguis, & de Paradiso illo cælesti cruoris flumina manabant. O pluuiam verè auream, quæ *inebriat terram, & germinare eam facit*!

Naz. or. de Christo patien.

B Sterilissima terra humani cordis, si rore, imò pluuia impinguata sanguinis, quæ facta est in *Gethsemani*, quod est *vallis pinguis*, fructum vllum non ferat. Ingratissimum cor, si pro sanguine tam abundè profuso, lacrymam vel solam non effundit. Ingratissimum, inquam, si sudanti æstuantíque Domino non nisi obliuionis, & ingratitudinis succurrit glacie.

Hebr.

Hebr.6. *Terra sæpè venientem super se bibens imbrem, & proferens spinas, ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima.*

Gen.42. *En, en sanguis eius* strictissimè exquiritur.

Ex.14. O ingrata, an non Sanguis iste tam profluus, vt in terram decurrat, mare illud est rubrum, in quo infernalis demersus est Pharao? Tu peccatorum C Ægyptios iam demersos rursum ad vitam reuocabis?

D. Laur. Iust. de triumph. Christi agone, c.6. Verùm accedite interim huc in spiritu omnes vos, qui pietatis viscera gustastis, & qui de Domino sentitis in bonitate, atque in simplicitate cordis quæritis illum, (sic deuotissimè Iustinianus.) Accedite, inquam, & quale vobis coram positum sit compassionis incentiuum, attentissimè considerate. Redemptorem vestrum, Regémque cælorum orantem, pauentem, agonizantem, sanguine sudantem mentis oculo contemplamini; non tamen sine profluuio lacrymarum. Quomodo, oro, lacrymas continere valebitis, aspicientes D piissimi Domini guttas *sanguinis decurrentis in terram*! Cernite diligenter Dominum Iesum, totius sanctitatis fontem, pallentem facie, genibus flexum, trementem corpore; corde verò mœrore transfixum, vultu irriguatum sudore sanguineo, & iuxta Angelum eundem adhortantem. Compatimini, gemite, flete, vlulate. Quanta lateat in corde tristitia, ex vultus madefactione cognoscite; quàm intolerabilis futura sit passio, ex sudoris qualitate colligite. Porrò, si ex sola passionis consideratione illius penè defecit vita, quid in ipso Crucis aget supplicio? Si in certaminis sui initio tantùm præualet mœror; alapa, conuitia, flagella, acetum, fel, arundo, sputa, claui, lancea quantùm actura sint, qui potest, excogitet. Plorate itaque, & mente propiùs accedendo, mœrenti confortamini, atque E iuxta cordis vestri prudentiam consolatoria verba proferte: quia maximum eloquia pia, & lacrymosa compassio afflicto præstant solatium.

Expendite, dilectæ animæ, ex qualitate, & quantitate sudoris, maximas sponsi vestri angustias, sine quibus neque sanguis sudore emitti, neque copia tanta, vt terram rigaret, defluere potuisset. Expendite, quòd singulis ex artubus Sanguis emanauit, vt singula Ecclesiæ membra Christi mortem defleant; vt pro se quæque guttam aliquam sanguinis illius ad abluenda peccata sibi colligant; vt dignoscant, quam liberaliter per tot fontes, quot A membra habebat, Sanguinem illis suum propinet. Expendite, quòd Sanguis in subiectam terram profluxerit, ad noxas auferendas hominum, qui terrenis studiis capiuntur. Demum, quòd decurrerint in humum guttæ; quo, scilicet, intelligatis, accelerandum vobis esse, si Sanguinis tam pretiosi fieri velitis participes, qui non tam fluit, quàm velocissimè currit. Vnde, nisi in hac vita scaturientem illius Sanguinem hauriatis, & recondatis; post mortem vtique defluxerit, vt nihil vobis ex eo supersit.

GLADII, ET FVSTES.

PVNCTVM V.

Turba multa cum gladiis, & fustibus, laternis, & facibus, & armis: Matth 26. Ioann. 18.

CO*niuratio, coniuratio. Inuenta est enim coniuratio in viris Iuda* Paginio. *In viro Iuda*. Chaldæus: *Inuenta est rebellio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem. Fuge, dilecte mi: & assimilare capreæ, hinnulóque ceruorum super montes aromatum.* C Fuge, heu! fuge: quia non in regale solium, vt olim septennis Ioas; sed in patibulum; sed infamem in Crucem eueheris. 4.Reg.11. Ier.11. Pagnin. Chald. Cant.8.

Athaliæ illa vox est; & *Athalia* sonat *horam*, vel *tempus Domino*; & tempus illius aduenit: Et *hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*. Hebr. Matth.26. Luc.16. Gloss. ibid.

Iam ex nunc mysticus hic caper emissus in solitudinem, id est, in sinum Patris: quia, iuxta Glossam, in cælum Diuinitas tempore passionis abiisse dicitur, non locum mutans; sed quodammodo virtutem cohibens, vt possent impij consummare passionem. Quò enim diffugiat cubans in amoris animarum nostrarum meridie? quò diffugiat, qui D nunquam fugit, nisi vbi venerunt ad eum, *vt raperent, & facerent eum Regem*? Quò abeat diuinus Samson vndique circunligatus? Ioann. 6. Iudic.16.

Fugit Adam primus, & sese abscondit in horto: at non fugit secundus; sed obuiam perrexit armatis. Gen.3.

Vt equus ille generosus, de quo Iob: *Exultat audacter, contemnit pauorem, nec cedit gladio.* Iob 39.

Et idem suprà: *Si expaui ad multitudinem nimiam; & despectio propinquorum terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostium.* Vbi pulchrè Gregorius: Ipse ad multitudinem nimiam non expauit, qui persecutores suos cum gladiis, & fustibus venientes, vna tantùm responsione percussit dicens: *Ego sum*. Ipsum despectio propinquorum non terruit, qui nos ab æternis suppliciis liberans, E palmas in facie æquanimiter accepit. Ipse tacuit, & ostium egressus non est, qui sub ipsa hora passionis, cùm humanitatis infirma pateretur, Diuinitatis potentiam exercere noluit. Mediatori quippe Dei, & hominum quasi egredi ostium fuisset, si cùm teneretur, vt homo, maiestatis suæ potentiam voluisset ostendere, & per Diuinitatis magnitudinem susceptæ carnis infirma transire. Iob 31. Greg. 22. Mor. 12.

Non ergo pauens egreditur ostium, nec horti huius septa; sed fortiter expectat cum gladiis, & fustibus venientes, vt propterea dicat: *Dolores Inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis*. aut Chaldaicè: *Cohors iniquorum circundedit* Ps.17. Chald.

me, præuenerunt me armati armis interitus.

Sed, heu! heu! quid tibi, mitissime Iesu, *cum gladiis*, qui facis *vtraque vnum*, qui solus *pax nostra es*? Quid tibi cum *lignis*, *& fustibus*. Quid, inquam, hîc fortè illud Romanorum fustuarium, quo latrones, proditores ætatis flore abutentes, & qui se Deo plenos insimularent, plectebantur? O quàm inte! ô quàm meritò expostulans dixisti: *Tanquàm ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me*. non enim aliud furatis, nisi corda: nemini vnquam proditor, nec ipsi proditori, qui ætatis flore non abuteris; nisi pro ingratis mori, censeatur abusus; qui Deo plenus es *vnigenitus*, nimirum, *à Patre*, *plenus gratiæ*, *& veritatis*. — Cic. in 3. Philipp.

Nec *cum gladiis*, *& fustibus* tantùm; sed & *cum laternis*, *& facibus* ad quærendum iustitiæ Solem cæci veniunt. O verè nuctuæ, quæ palpant tenebras in meridie! Nunc nisi fallor, intelligo illud: *Et mouebo candelabrum tuum de loco suo*. Cæca, nimirum, Ierusalem, amissâ fide, faces præfert, & lucernas; non, quibus lumen veritatis videat; sed, in quibus eam Dominus perscrutetur, ingrata, scilicet, immemórque accepti olim per Gedeonem beneficij lagenas putriai, ac lampades secum contra Dominum accendit. Candelabrum, nimirum, templi, eiúsque lucernæ, ô Iudæi, vobis iam penitùs extinctæ sunt; ideóque iam malè, ac turpiter impingitis. — Apoc. 2.

Sic præclarè Cyrillus: Timebant forsan, dum faces præferebant, ne, vt in tenebris fieri solet, aut in foueas caderent, aut pedes lapidibus offenderent. Nec videbant, se in lapidem illidere, de quo à Deo Patre dicitur: *Ecce ponam in Siô lapidem offensionis, & petram scandali*. Et paruam foueam formidantes, in profundum abyssi delapsi sunt: & illius noctis tenebras depellentes, de noctis perpetuæ tenebris minimè curant. Non enim possunt, qui naturali lumini, id est, Christo, insidiati sunt, nisi æternas tenebras habitare, vbi suæ impietatis amatis, nimirum, suppliciis torquebuntur. — Cyril. l. 11. in Ioan. c. 32. — Isa. 28.

Miseri, qui nunc tenebras diligunt: euntes in tenebras, nesciunt, vbi corruant. *Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*. quasi diceret (inquit in Christi persona Beda:) Ideò aducisum me in tenebris congregamini: quia potestas vestra, quæ fit contra lucem oriundi armamini, in tenebris est. — Beda in Cat.

Caue, caue, anima, ne ad miseram hanc cæcitatem deuenias, néve de huiusmodi lampadarum vitreo quodam splendore, hoc est, de quadam mortua, ac penè dixerim, extinctâ fide cum his tibi miserè blandiatis. Ambula, dum lucem habes, ne tenebræ te comprehendant, & ne quæras dilectum in nocte, & non inuenias.

IVDÆ PRODITIO.

PVNCTVM VI.

Amice, ad quid venisti? Iuda, osculo Filium hominis tradis. Matth. 26. Luc. 22.

SEd, quæ iam video furentium agmina militum? Quis ille patrandi sceleris ductor emeritus, qui quòd furori diffidat, inermis ipse armat obsequia? accedit ore sacrilego, Dominum osculo perdit.

Salue, mi frater. O proditorem! Sic amoris ignore vulnus infligis, & charitatis officio sanguinem fundis, & pacis instrumento mortem irrugas, seruus Dominum, discipulus prodis magistrum? — 2. Reg. 20. — Ambros. in Luc. 22.

In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. — Ierem. 9.

Innatuerunt aduersùm te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent insidias subter te. — Abdiæ 1.

Aue, Rabbi. Et osculatus est eum. O signum sacrilegum! (exclamat hic Augustinus:) ô placitum fugiendum! vbi ab osculo incipitur bellum, & per pacis indicium, pacis rumpitur sacramentum. — Aug. ser. 122. de temp.

Pulchrè quidem Eusebius apud Damascenum secundo Parallelorum, Magdalenam cum proditore componens: O mulieris, inquit, sapientiam! ô Discipuli inscitiam! Meretrix pedes Iesu exosculata perditam animam recuperauit: Iudas eundem osculatus, de vitæ libro expunctus est. O fraudulentum osculum, gehennæ cruciatum concilians! — Euseb. apud Damasc. Paral. 2.

Venenum infundis osculo, (inuchitur in Christi persona Ambrosius, quo gratia charitatis infunditur?) osculo, quod sacræ pacis insigne est? osculo, quo amicitia fida seruatur? osculo, quo fides sancta signatur? Hunc ergo osculo tradis periculo, quem propter osculi commercium venerari debebas? & tradis Filium hominis, qui propter hominum salutem descendit de cælo? Filium hominis tradis, qui venit, vt in Sanguine suo omnium peccata deleret? Ego osculum non nego: ipse videris, quâ violaueris osculi sanctitatem. — Ambros. in Psal. 39.

Accedentem ad osculum sanctissimi oris tui, benignissime Iesu, sic plorat Bernardus (trucem bestiam auersatus non es; sed os, in quo dolus non est, ori, quod abundauit malitia, dulciter applicuisti! Innocens agne Dei, quid tibi, & lupo illi? — Bern. ser. de Pass. Dom.

En, anima mea, mysticus Abel, quasi fraternis blanditiis circumuentus in agro. — Gen. 4.

En *Abner* (*lucerna patris*) seorsùm abductus à *Ioab* (*distillatione doloris*, vel inimicitiæ,) *vt loqueretur ei in dolo*, vel *pacificè*. — Epiph. lib. 1. hæres. 38. — 2. Reg. 3. — Hebr.

Aue, Rabbi. Græcè: *Salue, gaude, Rabbi.* Sed heus tu, proditorum signifer, quam salutem rogas illi, cuius sanguinem fundis? *Quale gaudium* sit ei, qui lucem mundi, & lumen cæli Ecclesiæ non videat; hoc est, te non ampliùs suum Apostolum, sed proditorem, quinimò omnium proditorum ducem? — Græcè.

Sic, *dux Christi*, dux, scilicet, populorum, Princépsque super omnem terram (iuxta Theodoretum) constitutus à Christo, perfidæ nunc dux cohortis effectus? Sic *homo vnanimis*, ad Hebraicum, vnius mecum æstimationis, & dignitatis, vel ordinis, ad verbum, *secundùm Ordinem meum*; hoc est, qui dignitate mihi eras similis, quem habebam eodem mecum loco, & ordine; quem habebam pro Duce, & Principe; quem in ducem mei tegni elegeram! sic, inquam, *homo vnanimis*, *dux meus*, *& notus meus*, familiaris, amicus, socius, commensalis, (*qui dulciter fruebamur secreto*, vel *cui secreta mea suauiter credidi.*) *Qui simul* etiam cùm me iam modò dulcissimum illum depisti cibum, magnificasti, seu ampliasti super me supplantationem? Chaldaïcè: *Es tu, Achuophel*, Hebraicè, allusione ad nomen proditoris, ibi: *& notus meus*, מידעי *vmeiudahi*! Omnium, nimirum, molestissimum mihi videtur (quemadmodum hunc locum exponens ait Theodoretus) virum familiarem, & concordem, & meum sodalem, & conuictorem factum, & diuinarum, & humanarum rerum mecum conscium, res inimicas, & hostiles facere. — Psal. 54. — Theod. ibid. — Hebr. — Felix. — Genebr. ibid. — Margin. *Qui assumebam, vt me ipsum.* — Chald. — Hebr. — Theod.

Deli,

Plau. Homer. Doli, videlicet, non sunt doli, nisi astu colas. A
Aliud animo occultat, aliud ore profert.

Vt canis rabida latenter, & quasi cauda adulans appropinquat, móxque dentes infigit: sic proditor iste omnium maxima percitus rabie, sub specie amoris, & amicitiæ osculo virulento dentem exacuit, ac momordit.

Psal. 21. Tit. psalmi iuxta Hier. & Hebr. Chald. Erat, scilicet, Christus in horto *ceruа illa auroræ*, seu *ceruа matutina*. Vt propterea doluit: *Circundederunt me canes multi.* Chaldæus: *Circundederunt me canes mordentes.* Et quidem Iudas, vt canis venaticus, imò venatus, ceruam indicauit, ac ei primò morsum infixit.

Sed qui fieri potuit, ô homo verè venenate, vt statim diuinissima illa contacta cerua, venenum non euomueris? B

Amice, ad quid venisti? Iuda, osculo Filium hominis tradis? Sed & hoc benignitatis tuæ, Domine, fuit, (inquit Bernardus,) vt omnia illi exhiberes, quæ praui cordis pertinaciam emollire possent: nam & veteris amicitiæ non immemor, illum commonuisti, dicens: *Amice, ad quid venisti?* atque horrore sceleris sui cor impij ferire voluisti, cùm dixisti: *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Bern. serm. de Pass.

Et ad declarandam magis tum Christi humanitatem erga scelestissimum proditorem; tum huius ingratitudinem, ac duritiem, expendenda veniunt, osculum, quo illum Christus excepit; blanda verba, quibus illum affatus est; commiseratio, quam illi ostendit; nuncupatio nominis; & indicatio doli; quibus illum erigere curauit. C

1. Osculum, quo nihil vehementius ad amorem. Quot oscula figuntur, tot sunt amoris faces. Sperabat, scilicet, pius Dominus ita inspirare *in faciem eius spiraculum vitæ*, quo iam miser effectus homo mortis fieret, si vellet *in animam viuentem*: & veluti postea rediuiuus insufflauit in discipulos, dicens: *Accipite Spiritum Sanctum.* sic modò, quantùm è re sua esset, tempori anteueniret, vt & Spiritum Sanctum illi daret, & Spiritum malum ab eius corde depelleret. Faciem illi exosculandam præbuit, non pedes, non manus; faciem, inquam, illam, in quam *desiderant Angeli prospicere*, quam & sponsa deosculari peroptabat: *Quis mihi det, te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat.* D Hanc Iudas proditoriè osculatus est, hanc illi Christus amicè, & dulciter exosculandam præbuit, & pro osculo ficto verum illi osculum donauit; nec tamen infelix destitit inspirare in faciem vitæ spiraculum mortis. (Gen. 2. Ioan. 20. 1. Pet. 1. Cant. 8.)

2. psal. 119. Blanda verba. Humanissimè siquidem tanto hosti loquutus est. *Amice, ad quid venisti? Amice,* alter ego; amice, non serue, sed *amice. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.* Quid, quæso, blandius, quid suauius amici nomine, sine quo pater, mater, vxor, filij, affines quid, nisi vana nomina? *Amice*, ironicè, aut per antiphrasim diceret Druthmarus, sed verè, ac seriò, quantùm ad se, inquit D. Thomas, vt indicaret, nondum reprobatum esse, si eum facti pœniteret: se saltem ad exemplum, amicum inimico, & misereri, & ignoscere paratum ostendit. Amicum vocat in spem veniæ, ac si dicat: Si te, ô Iuda, facti pœniteat, veniámque speras; ignosco tibi, amicus es, téque amicum appello Sic Euthymius. (Druthm. in Matth. 26. D. Thom. ibid. Euth. c. 65. in Matth.)

Amice, ad quid venisti? Paulò ante discesserat Iudas à cæteris Apostolis, atque ab euiscerato illo Iesu Christi colloquio. Non autẽ moris erat semper osculari in omni congressu eos, quibuscum familiariter ageretur; sed vel nouo aduentu ex via, vel post longiorem absentiam, vel in maligno aliquo, & subito negotio. Nunc se præbet Iudas velut alienum, velut qui alius iam esset, aliúdque ageret quàm hactenus egerat: hactenus enim Apostolum cum cæteris agebat; nunc iam separatus ab aliis ipse dux est satellitum, ministérque inimicorum Christi; ideóque & à Christo ea dicendi forma exceptus, qua facilè posset suum statum agnoscere, si vellet; tanquam, scilicet, alienus est habitus, ac velut vnus è numero aliorum, qui Apostoli non essent, nouíque negotij, & ab Apostolatu alieni redargutus: *Ad quid venisti?* hoc est: Quid quæso, noui negotij tibi est hac hora, ista salutatione, cum isto comitatu? Et nihilominus etiam à clementissimo Magistro blandè, humanè, amanter simul exceptus est illa voce: *Amice, ad quid venisti?* (Arias Mont. in Matth. 26.)

3. Commiseratio, his verbis: *Ad quid venisti?* hoc est, heu miser, ad quem rerum redactus statum? Ex apostolatu ad militiam! ex militia Christi ad mundi militiam! *Adam, vbi es?* vbi eras? vbi es? Gen. 3.

4. Nuncupatio nominis, *Iuda.* Nomen eius proprium commemorat, vt nomine magno eum reuocet à turpibus: *Iuda*, inquit, *osculo Filium hominis tradis?* quasi dicat: Iudas vocaris? Iudam præsta. Gen. 37. Iudas olim fratri Iosepho æquior; tu verum Iosephum morti obiicis? Iudas vocaris? Certè strenui illius Iudæ Machabæi obiectus es, qui Dei templum, suósque defendit. 1. Mach. 4. Iudas diceris? Tribus Iuda Israëlitarum olim nobilissima; tu illam noli sceleribus obscurare; noli ei tenebras offundere; noli tam fœdam maculam in eius gloriam dare. Iudas vocaris? *Iudas*, id est, *laudatio.* Noli ergo illaudata proditione vilescere. Fermè adhuc ipsum dicit, inquit Cyrillus, admonens eum per nominis appellationem: (*Iudas* enim vocatur *confessio.*) quasi dicat: Intellige, accepisti argentum? confitere citò. Iudas tandem si diceris, aut Iudam præsta, aut tam gloriosum nomen commuta. (Cyr. Hieron. cath. 1.)

5. Indicatio doli. Osculo Filium hominis tradis? Quot verba, tot radij: quasi diceret: *Osculo* tam fraudulento? *Filium hominis.* Virgunculæ sacratissimæ, quo me nomine compellasse tam sæpè audisti! *Tradis?* Non indicas, vt Messiam me agnoscant, vt indicarunt Ioannes, & Andreas; sed *tradis*, vt cruci affigant!

Quid (rursus hoc totum expendo) non egit Christus, vt eum ad mentem reuocaret? Primùm se osculari permittit: permisit, inquam, vt ad se propiùs accederet, & oscularetur. Rem tantam permisit Iudæ!

Propheta regius: *Adorabimus*, inquit, *in loco*, (& gratia insignis erit,) *vbi steterunt pedes eius. Adorabimus scabellum pedum eius.* legit Campensis. Coronam deponam, curuabo genua, supplexque, & humilis adorabo scabellum, & fauorem æstimabo. Et Iudas non ad scabelli, sed ad diuinissimi oris osculum. (psal. 131. Campens.)

Deinde eum vocat amicum: *Amice!* Quem mille titulis proditorem vocaret, amicum vocat. E *Qui fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat* ministerio, sed exportabat furto; amicus? Quem Dauid antonomasticè, vt notat Hieronymus, peccatorem nominat. *Os peccatoris, & os dolosi super me apertum est*; amicum vocat? Ipsum Iobum adeò abundè sanctum, seruum vocat: *Nunquid considerasti seruum meum Iob?* Iudam dicit amicum? Apostolos quidem vocat amicos; sed si ea fecerint, quæ præceperit eis. *Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis.* Iudam in ipso flagranti scelere amicum (Ioann. 12. Aluin. in Cat. Hieron. in psal. 108. Iob 1.)

amicum appellat? *Amice, amice, ad quid venisti?*

Demum, quid vltrà elementiæ, quid benignitatis expectas? Velles ad hæc Christum ad ipsos proditoris pedes? En, en ad Iudæ pedes, quasi supplex, *vt sibi reconciliaretur in gratiam.* O beoignissimam humanitatem!

Opusc. de Beatit. c. 2. 3. princip.

Pulcherrimè D. Thomas de diuina humilitate sic fatus: Deus omnipotens singulis Angelis, sanctísque animabus in tantum se subiicit, quasi sit seruus emptitius singulorum; quilibet verò ipsorum sit Deus suus. Subdítque: Et ad hoc innuendum, *transiens ministrabat illis*, dicens in Psalmo: *Ego dixi: Dy estis.*

Psal. 81.

O verè excessum diuinæ humilitatis; sed tamen Angelis, sanctísque animabus exhibitæ! En Christus ad pedes, non Angeli, sed penè Satanæ: *Vnus ex vobis Diabolus est.* non animæ sanctitate præditæ; sed peruersæ, sed obstinatæ.

Apoc. 12.

Signum magnum (miratur Ioannes) *apparuit in cælo: Mulier amicta Sole: & Luna sub pedibus eius.* En, en, ô Apostole, quod mirere magis: Sol amictus linteo, & ipse sub pedibus Iudæ.

Chrysol. ser. 23.

O, ô homo, iam tibi parce, (sic attonitus monet Chrysologus:) quia, vt tibi pateas, tuos Deus lauit, tuos tenuit, tuos amplexatus est pedes.

Nec his omnibus miser ad se redit! nec his omnibus cor illud durum, ac adamátinum contritum est! nec his omnibus ad Dei clementiam confugit: sed præceps potiùs, omni abiecta spe, ad laqueum conuolauit: guttur enim illud profanum, velut ait Chrysol. quod Christo extendit ad osculum, mox infelix extendit ad laqueum.

Chrys. ser. 1. Cœnæ Domini.

Sed iam iterum hæc eadem omnia eleganter simul, ac piè expēdat Iustinianus: *Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè.* Quid, inquit, scelestiùs, quid peruersiùs agi potuit, quàm authorem pacis sub pacis osculo venundare? Inimicus pacem simulando tradebat. Accessit vtique ad Iesum, & salutatione dolosa inquit: *Aue Rabbi.* Ad quem conuersus Dominus, ait: *Amice, ad quid venisti?* O magistri miranda humilitas! ô discipuli inaudita crudelitas! Non enim reatus discipuli latebat magistrum; & tamen illum se ignorare ostendebat, dicens: *Ad quid venisti?* Proditoris facinus blanda allocutione tegebat, nolens illius mortem; sed vt magis conuerteretur ad vitam.

D. Lau. Iust. de triumph. Christi agone, c. 7.

De salute verò propria ille desperans, propiùs accedendo, vitæ authorem ad mortem osculatus est. Cuius non honestant nnne viscera in tam obdurata mente Discipuli? Dic, ô vniuersis crudelior, quid iniuriæ, quid damni, quæve inimicitiarum præcesserit causa, vt tantum facinus perpetrares? Magistrúmne tuum in scelere aliquo deprehendisti? an fortè tibi quicquam defuit, vt egestate compulsus maiestatis Dominum pretio venundares? Dic, oro, dic, quæ tanti causa delicti? cur taces? *Quare concidit vultus tuus?* Quare vel post perpetratam culpam reatum non confiteris tuum? Cur præsente adhuc Domino non flagitas veniam, qui pro peccatoribus redimendis factus est homo? Ad indulgentiam suscipiet te; si tamen humili confessione fatearis delictum. Vt autem video, nimio suffusus rubore, nihil loqueris: cupiditatis laqueo iam necatus in barathrum desperationis immergeris.

Gen. 4.

Verùm, quantis gratiæ modis, quantísque suis diuinis artibus ex hoc perditionis profundo eum Christus eripere curauerit, ex eodem deuotissimo Beati Laurentij ore sic 5. cap. de triumphali Christi agone, disserente, audiamus. Quamobrem, inquit, tam verus Pastor ouem perditam recuperare satagens, tacitè illam admonere curauit, si quo modo rediret ad se, reatum suum agnosceret, agnoscendo fleret, flendóque veniam salubriter impetraret. Propterea quod conceperat proditor, quod maligno corde gestabat, sibi tantùm significauit, nullum specialiter nominando: ideò postquàm turbatus est, vt ex qua causa turbaretur, innotesceret, delinquenti ait: *Amen dico vobis, quia vnus ex vobis, qui manducat mecum, tradet me.* Poterat hoc Iudæ ad emendationem sufficere, poterat Verbi præsentiam à Christo intelligere, dum cordis sui consilia deprehensa aspiceret, poterat bonitatis illius compungi dulcedine, cùm se coram discipulis agnosceret occultari: insigne nanque præcipuè bonitatis argumentum est, insidias pati, & silentio tegere persequentem, calumniatorémque amando corrigere.

Beat. Laur. ibidem, c. 5.

Talem vtique se nequissimus proditor esse ex verbis innotuit: iam conceperat dolum, & pepererat iniquitatem: iam pecunia corruptus Vniuersitatis Dominum in manus spoponderat tradere peccatorum; & tamen, ne agnosceretur, ne suo aduersùs se videretur testificari silentio, temerario ausu interrogauit & ipse magistrum, & ait: *Nunquid ego sum, Rabbi?* Interrogatio hæc hypocrisi plena est, & malignitate, non vt ex ore veritatis veritatē audiret, sciscitatus est proditor homicida, latro fraudulentus, & cupidus; sed, vt cæteris interrogantibus, si taceret, ipse crederetur reus. Repercussus tamen est à lumine veritatis, & à verbo sapientiæ foris nemine intelligente ipse in corde, atque in cōscientiæ penetralibus audiuit: *Tu dicis.* Hoc solus Iudas audiendo cognouit; nec tamen compunctus est. Cæteri, qui adstabant, verborum sonum audiêre; sensum autem minimè: ipse tamen, pro quo dicebantur, conscientia aduersùm se testimonium perhibente, intellexit, & in malo proposito perdurauit.

Addidit verò Dominus aliquid apertius, vnde scelestus conuerteretur: ait nanque: *Et quidem Filius hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.* O saxeum Iudæ cor! ô proditoris mens adamante, silice, & ferro impenetrabilior, quam emollire nequiuerunt sermones sapientiæ, æternum væ, & maledictionis irreuocabilis sententia. Proinde *bonum erat*, (vti Verbi testantur eloquia,) *si natus non fuisset.* Minori prorsus, imò nulli culpæ teneretur obnoxius, si non fuisset natus. Poterat planè, si mentis suæ existeret compos, quod scriptum est, voce flebili dicere: *Quare non in vulua mortuus sum? egressus ex vtero, non statim perij? cur exceptus genibus? cur lactatus vberibus?* ne tale facinus perpetrarem? Sed auertit homicida hic, & omnium sceleratior, faciem suam, ne cælum, cælorúmque videret Dominum, tremendam quoque noluit diuinæ iustitiæ prospicere animaduersionem: vocationis suæ, qua in duodenario discipulorum numero accepit sortem, recordatus non est, non gratiæ curationis, non prædicationis officij, non dignitatis Apostolatus, per quam iudiciarij honorem culminis, si in ea, quam inchoauerat, purè, simpliciter, & absque terrenæ cupiditatis macula perseuerasset, electionis gratia, erat adepturus. Omnia simul amisit, cùm excæcatus cupiditate Dominum tradidit.

Stare vtique diu non valuit, quoniam recto corde Dominum Iesum secutus non est: nam de illo sic legitur: *Fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur,* Ioan. 12.

tebantur, portabat. Nequaquam tam facilè corruisset, si aliquando supra petram Christum interioris domus fundamenta iecisset: quod dum non fecit, posuit in lubrico pedem; & non habens, cui innireretur, à veritatis tramite, & à via vitæ reflexit animæ gressus: hinc est, quòd sapientiam Dei inuisibili, & intelligibili verbo mouentem intus, forisque per assumptum hominem clamantem, detegentem, corripientem, comminantem ad emendationem percipere recusauit. Gratia quippe ipsius præueniens multipliciter, quoniam obaudire neglexit, meritò derelictus est, suaque amisit gloriæ principatum. Proinde bonum illi erat, si natus non fuisset: si enim non esset, contra proprium, & vniuersorum Dominum nequaquam calcaneum leuasset, neque gehennæ filius fieret. Non autem bono Conditori; sed desertori boni ruina talis ascribenda est: benè etenim à summo bono conditus, misericorditerque præuentus specialiter in Discipulorum ipsius collegio assumptus est: verùm ille donorum omnium, quæ gratis acceperat, ingratus existens, suaue largitoris sui iugum, quod ferre debuerat, damnabili contradictione reiecit, atque vt peccans supra modum peccator fieret, antiqui hostis se tyrannide subiugauit: factus est duplicis reus criminis, dum Dominum legitimum deseruit, & aduersarij illius sponte turpi se obsequio mancipauit.

Acceperat nefandissimus hic obsequium à Domino in pedum ablutione: acceperat de ipsius manibus Corporis, & Sanguinis sacrosancta mysteria: ab eodem etiam monita perceperat saluberrima, in quibus illius lapidea mens malitiæ obiecta rubigine, quæ compunctione emolliri debuerat, vel ad momentum permota non est. Quamobrem æquissimo sapientiæ Dei iudicio hic debuit intinctam panis buccellam, suam cauterizatam præfigurantem conscientiam, comedere solus, qui aliorum minimè contentus consortio in Saluatoris necem pertinaciter vigilauit. Proinde igitur de

Psal. 108. eodem ore prophetico dicitur: *Dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Meritóque illi accidit, quod à memorato

Psal. 7. Propheta scribitur: *Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit.* Quam enim Domino suo parauit necis foueam, in eadem deteriùs ipse corruit miserabiliter. Nam mors Domini temporalis, & in carne fuit: illius autem in anima, ac æternaliter: propter quod eius se vendicauit dominio, cuius deloquendo satisfecit imperio: & quoniam spiritualiter in Sacramento neglexit suscipere Dominum, Satan in suæ mentis admisit domicilio: vnde scriptum est: *Et post buccellam tunc introiuit in illum Satanas.* non, vt in hospitio seruus; sed vt fieret in perpetuum dominus. Hucvsque manu Domini, ne præceps rueret, sustentatus est Iudas: hucusque monitus est, ne periret: *non enim lætatur Dominus in perditione viuorum, nec vult peccatoris mortem; sed vt magis conuertatur, & viuat.*

Chrys. hom. de prod. Iudæ, tom. 3. Sed quò adhuc rem hanc totam altiùs repetamus, scelúsque discipuli, & magistri clementiam, & bonitatem meliùs expendamus, excurrat in hunc locum aureum illud eloquentiæ Chrysostomi flumen præclara illa homilia de proditione Iudæ. *Tunc abiit vnus de duodecim, Iudas Iscariotes, ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Hæc verba, inquit, percepta simpliciter, aperta monstrantur, & auribus coriosis ingesta, plena putantur: sed, si quis ea diligenti sollicitudine scrutari tentauerit, in singulis multam reperiet quæstionem. Et primùm tempus inspiciendum est: nec enim illud inaniter Euangelista monstrauit: non enim simpliciter dixit, *abiit*; sed addidit: *Et tunc. Tunc*, inquit, *abiit.* Matth. 26.

Quid igitur *tunc* est? Ante proditionis tempus, ante traditionis horam accessit meretrix, vas alabastrum manibus portans, & vnguentum Domini super caput effudit. Multam reuerentiam, mirandam correptionem ostendit. Paulò antè meretrix, subitò pudica processit, & profundis obruta peccatis, portum serenitatis agnouit; & quando prostituta lupanar exiuit, *tunc* discipulus gehennam intrauit; quando illa mercedem sui corporis abdicabat, *tunc* iste pretium Magistri Sanguinis postulabat: quando illi osculabatur pedes, vt susciperetur; *tunc* iste Domini labia osculabatur, vt proderet; ideò dixit, *tunc*, vt non Magistrum infirmitate accuses, quando Discipulum reperis proditorem: magis etenim virtutem Doctoris ostendit, qui & meretricem ad obediendum suo magisterio conuolare perfecit. Quid igitur? Qui meretricum mores valuit commutare, discipulum non potuit retinere? Valdè, inquam, & incunctanter valuit retinere; sed necessitate nolebat bonum efficere, nec vi trahere ad se curabat.

Tunc abiit. Et hoc dat nimiam difficultatis quæstionem: *abiit*, inquit, non inuitatus à Principibus Sacerdotum, nulla necessitate constrictus, sponte processit, & propria malignitate consilium genuit sceleratæ mentis, nullo participe conuocato.

Tunc abiit vnus de duodecim. Et hoc auget delictum detestabile proditoris: nam & alij Discipuli erant, qui fuerant numero septuaginta; sed illi non iam manifestè, nec tanta confidentia sociati, nec illis interiora decreta commissa sunt. Isti autem duodecim fuerunt probati, hæc erat caterua regalis: de hoc choro Iudas egressus est, de hac conuersatione proditor malignus exiuit: & ideò ne quemlibet Discipulum arbitreris, dicto numero gradum discipulatus ostendit.

Tunc ergo abiit vnus de duodecim ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? O puniendæ vocis temeritas! ô supplicium voluntatis! Proditionis verba funduntur, de quæstu pacta tractantur: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Dic, Iuda omnium sceleratissime, hæc te Magister edocuit? hæc tibi tantus Doctor ostendit? ideò diuitias debere te contemnere prædicabat? ideò admonebat, dicens: *Nepossideatis aurum, aut argentum, aut æs in zonis vestris.*

Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Matth. 10.
O dementia, imò cupiditas proditoris! Cuncta Mar. 6.
enim mala cupiditas procreauit: hac affectatus Magistrum tradidit Iudas. Nam cupiditas huiusmodi sortita est naturam, captiuas animas retinet, & omnibus nodis alligatas adstringit, & rerum obliuionem imponit, & alienationem mentis ostendit. Et auidæ Iudas captus cupiditatis insania, quanta beneficia respuit, conuersationis, mensæ, discipulatos, admonitionis, suasionis oblitus est frænis cupiditatis impeditus; & ideò Paulus radicem *omnium malorum* cupiditatem nominat.

Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? 1. Tim. 6.
O verbú totius superbiæ, quod non hæsit in faucibus! tradis eum, qui cuncta conseruat, qui Dæmonibus imperat, cui obtemperant maria, cui omnes subiacent potestates? Hucusque Chrysostomus de facinore,

facinore, ac ſcelere Iudæ: nunc de Domini elementia, & bonitate.

Vt igitur vltrò ſe traditum fuiſſe demonſtret, audi, quid fecerit eodem tempore, cùm ad inueſtigandum eum venerant cum faculis, & lampadibus; ab ipſo interrogantur, vt quem quærerent, demonſtraretur: & eum ſcire non poterant; & Iudas, qui ad demonſtrandum venerat, etiam tanta flamma lucente, prodendum videre non valuit; & ideò Euangeliſta ait: *Lampades,& lumen habuerunt, & non videbant eum.* (ſic Chryſoſt. legit:) Et Chriſtus eis dicbus ſingulis prædicabat, quòd eum latere non poterat proditurus; ſed nec apertè eum omnibus publicabat, nec impudentiorem faceret; nec penitùs ſilentio præteribat, ne celari arbitratus, audacter ad proditionem properaret; & ideò frequenti admonitione clamabat: *Vnus ex vobis tradet me.* Nec tamen Magiſter piiſſimus publicabat, & de gehenna fuit ſæpiſſimè locutus, & de cælorum regno tractauit aſſiduè, vtriuſque meritum frequenter edocuit, & quod peccatoribus cunſtitutum eſt, & quod non peccantibus præparatum oſtendit. Sed hæc omnia crudelis ille contempſit, & Deus illum non traxit inuitum: & quoniam bona, atque mala in noſtra Deus poſuit poteſtate, electionis donauit arbitrium, & nos inuitos non retinet, ſed volentes amplectitur: nam non ſponte bonus, malitiam non amittit, & ideò Iudas nimiæ cupiditatis præcipitatus ardore, cæca quadam improuiſione deceptus ſuam vendidit animam, & ſuæ ſalutis mercator extitit, & ait: *Quid vultis mihi dare: & ego eum vobis tradam?*

Ioan. 18.

Ioan. 13.

Et vt virtutem Chriſti etiam in hac parte cognoſcas, cùm ad capiendum eum adoeniſſent, vocem eius minimè tolerare potuerunt; ſed omnes territi ceciderunt. Et quoniam nihilominùs in ſua impudentia perdurabant, ipſe ſe vltrò commiſit, ipſe ſe tradidit. Et hæc dicimus, vt Chriſtum nullus accuſet, cur Iudæ cognitionem (fortè, cogitationem) non mutauit aduerſam; ſed, ſi quis hoc dixerit, audiet, Iudas quemadmodum corrigi potuit ſponte, an inuitus: ſi inuitus, nulla correctio eſt; nam mentis malitia neceſſitate non tollitur: ſi ſponte, omnia, quæ meliorare animum poterant, audiſſe cognoſcitur; & ſi remedium reſpuit, non Medici virium eſt, ſed laoguentis. Et vt ſcias eius crimen eſſe, quod prodidit, non magiſtri, ſæpiùs Deus de proditione prædixit, & totius eum Philoſophiæ præcepto, & ſermone docuit, & rebus oſtendit. Dederat ei Dæmonum poteſtatem, gehennæ tormenta monſtrauit, cælorum regna promiſit, ſecreta mentis eius, & prædicabat, & non publicabat; pedes eius cum aliis lauit, menſæ fecit participem, nihil penitùs prætermiſit: ſed ille in malitia ſponte durauit, & omnibus admonitionibus ſpretis, proditor malignus emerſit. Et vt eum poſſe mutari, ſed corrigi noluiſſe cognoſcas, poſtquàm eum tradidit, iactauit triginta denarios, & ait: *Peccaui tradens ſanguinem innocentis,* &c.

Matth. 27.

Quid igitur, Fratres, (liceat hoc dicere,) potuit vltrà facere Chriſtus, & non fecit? quantis eum diuinæ ſufficientis gratiæ donis adiuuit? quot retinaculis viam præcluſit, ne ad laqueum infelix properaret. Heu! heu! ſiſte, miſer, quò præceps ruis? quò tam concitu gradu recedens abis? Creaturas fortè omnes vltrices perhorreſcis? En in te ſignum Caïn inſtauratum, vbi Chriſtus Dominus tibi oſculum pacis exhibuit, ne vllæ in te audeant, quanuis ipſius Creatoris proditorem, inferre manus.

Gen. 4.
D. Hier.

O, ô diuinam, ô Infinitam Chriſti pietatem, ac benignitatem! vel proditorem ſuum expectat ad veniam! vel eiuſdem proditoris mortem, & finalem adhuc impœnitentiam prodigiis deterret! Arbor ipſa ad ſuſpendium electa, ſeſe, vt ferunt, ad ſolum inclinauit, quo miſer ſuis conſiſtens pedibus, è collo laqueum, ſi vellet, exolueret. Sic Theophylactus. Funis ipſe, quo collum innexuit, ruptus, diffractúſque eſt. Sic Oecumenius. Nec his Dei elementiam agnouit: non beneficiis deuictus, non prodigiis admonitus! Theophyl. Oecum. Act. 1.

Vnde ſceleratior omnibus, Iuda, & infelicior extitiſti, (D. Leonis ad eundem apoſtrophe,) quem non pœnitentia (non vlla ſpes veniæ) reuocauit ad Dominum; ſed deſperatio traxit ad laqueum. Expectaſſes conſummationem criminis tui, & donec Sanguis Chriſti pro omnibus funderetur, peccatoribus informis lethi ſuſpendium diſtuliſſes: cúmque conſcientiam tuam tot Domini miracula, tot dona torquerent; illa ſaltem te à præcipitio tuo Sacraméta reuocaſſent, quæ in paſchali cœna iam de perfidia tua ſigno diuinæ ſcientiæ detectus acceperas. Cur de eius bonitate diffidis, qui te à Corporis, & Sanguinis ſui communione non repulit? qui tibi ad comprehendendum ſe cum turbis, & armatorum cohorte venienti, pacis oſculum non negauit? Sed homo inconuertibilis, *ſpiritus vadens, & non rediens,* cordis tui ſecutus es rabiem, & ſtante Diabolo *à dextris* tuis, iniquitatem, quam in Sanctorum omnium armaueras caput, in tuum vertisem retorſiſti; vt quia facinus tuum omnem menſuram vltionis exceſſerat, te haberet impietas tua Iudicem, te pateretur tua pœna carnificem. D. Leo ſerm. 3. de Paſſ. Pſ. 77. Pſ. 108.

Caſum hunc rectè quiſpiam mirabitur, (fatur tremens Cyrillus,) & perpetuo lactymarum fonte dignum putabit. Nam, qui modò in eadem menſa cum Chriſto cœnabat, qui ſanctum eius panem cum aliis comedebat, qui ad pietatem exhortantem Chriſtum audiebat: qui denique illud perceperit: *Vnus veſtrûm me tradet.* ab ipſa menſa exiliens, curſu ad mercedem abiit Iudæorum, non pietatis verborum recordatus, totius ſpei futuræ oblitus, nullam datæ Apoſtolis à Chriſto dignitatis curam gerens, & (vt vno verbo dicam) omnibus bonis tam paruum, ac vile præponens argentum, rete, ac laqueus diabolicus Chriſto, & Iudæorum impietatis eximius Princeps factus eſt: ac ipſe tandem dum ſitit lucrum, peruenit ad laqueum. Cyril. lib. 11. Ioan. c. 32. Ioan. 13. D. Leo ſer. 9. de Paſſ.

Dignam planè, ait Venerabilis, ſibi pœnam inuenit, vt, nimirum, guttur, per quod vox proditionis exierat, laquei nodus necaret; & qui hominum, Angelorúmque Dominum morti tradiderat, cælo, terræque peroſus, aëris in medio periret. Beda. Act. 1.

Sic & Bernardus: Iudas in aëre crepuit medius, aëtearum collega poteſtatum, vpote quem veri Dei, & hominis, qui de cælo veniſſet, operatorus ſalutem in medio terræ; huius, inquam, proditorem, nec cælum reciperet, nec terra ſoſtineret. Bernard.

Conceptum vterque forſitan mutuauit à Sedulio, qui caſum eundem non tam cecinit, quàm defleuit. Sedul.

Iudicio tali permiſit membra furori
Aeris in medio; communi vt poneret hoſti
Debita pœna locum: cælum, terrámque peroſus,
Inter vtrunque perit.

Et Pſaltes regius, vbi proditionem vaticinatus eſt,

est, mortem, simúlque infelix mortis genus præ A
Psal. 54. dicit? *Qui simul mecum dulces capiebas cibos; in domo Dei ambulauimus cum consensu.* statimque
Theod. ibid. addit: *Veniat mors super illos, & descendant in Infernum viuentes.* Talem, nimirum, vitæ finem suscepit, inquit Theodoretus: cùm enim laqueo ligasset, breuem sustinuit mortem. Nec certè absimile proditionis facinus exigebat: vnde Pagninus vertit: *Exiget debitum mors ab eis.*
Pagn. Alij. aut iuxta alios: *Sit mors super eos*, (quod & idem
Psal. 108. aliàs vaticinatus est: *Constitue super eum peccatorem, & Diabolus stet à dextris eius*, vt etiam de similibus Iob: *Et calcet super eum interitus.*) vel, vt
Iob 18. Chald. ad prædicta verba habet Chaldæus: *Condemnabit eos iudicium mortis, & sententiam dabit super eos malum Doeg.*

1. Reg. 21. Raban. in Gloss. Saül iuxta eundem Theodoretum, vexatus à Dæmone, & iuxta Rabanum *motus* interpretatus, post proditionem percusso Achimelech Sacerdote magno, quod est Hebraïcè, *frater meus Rex*; & nomine, & actu Iudam significat, per quem contra Regem verum Diabolus operatus est
Psal. 51. fraudem: sed finem attendite. *In finem*, inquam, *intellectus Dauid, cùm venit Doeg Idumeus, & annunciauit Sauli; & dixit: Venit Dauid in domum Achimelech. Quid gloriaris in malitia, qui potens*
Chald. *es in iniquitate.* Chaldæus: *Qui potens es, vt damnes sanguinem iustum? Propterea*, vel *etiam Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti, & timebunt; & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum; sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua.* Vel Chaldaicè ad rem magis: *Videbunt iusti punitionem tuam, & timebunt ab aspectu Dei, & super eum ridebunt, & dicent: Hic est homo, qui non posuit verbum Dei fortitudinem suam: sperauit verò in diuitijs suis: fortis factus est in pecunia sua.*

Act. 8. Et *pecunia tua ergo tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei Patris existimasti pecunia possideri.*

Sedul. lib. 5. Pasc. oper. cap. 4. Punctum randem faciat puncto Sedulius sic elegantissimè fatus: Atque vtinam matris arida sterilitate damnatus, diem natalitium non vidisset, nec æthereæ lucis iucunda conspiceret, æterno corpore latens, miseróque fotet illa sors melior vitam nescire traditam, quàm sentire subtractam; aut confestim vt meruit procreari, meruisset & mori; fierétque Psalmi principalis exemplum, quatenus ita prorsus totus deperiret à sæculo, *tan-*
Psal. 1. *quàm puluis, quem proiicit ventus à facie terræ*; nullámque memoriam sui nominis reliquisset infelix. Et in eundem inuehens subdit: Túne igitur audax, cruente, ferox, rebellis; túne fallax, crudelis, inique, venalis, & perfide, præuius ductor, ac signifer, hostis comitaris horribilis aciem, quam sacrilegam, gladiis, & fustibus violenter armatam, cùm minaciter moueas, mendacibus osculis fœdus incommodas, melláque venenis adiungis, & sæua Domino proditione blandiris? Nunquàm, nunquam noxios aut pax coniurat in gladios, aut lupus oscula porrigit agno truculenta.

Tert. lib. 4. contra Marcion. c. 41. Clem. lib. 2. pæd. c. 8. Isa. 29. Sed non nisi osculo tradi poterat, qui labiis tantùm à populo diligebatur. Sic Tertullianus, & Clemens Alexandrinus: Caue, ne de te etiam dicatur illud: *Hic labiis me honorat: cor autem eius longè est à me.*

***

Speranza Scripturæ selectæ,

MANVVM INIECTIO, funes, & vincula.

PVNCTVM VII.

Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Cohors ergo, & Tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum. Matth 26. Ioan. 18.

B **E**T *ecce Philisthiim super te, Samson.* Verè, verè *Philisthiim*, qui ceciderunt, vel *cadentes* interpretantur: vt enim *dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Iudic. 16. Hebr. Ioan. 18.

Ar quis audiat sine gemitu, (quemadmodum lacrymans ait Bernardus,) qualiter homicidas manus in illa hora in te iniecerunt, & innocentes manus tuas, Iesu bone, vinculis astringentes, te agnum mansuetissimum, nihil loquentem, ad instar latronis contumeliosè traxerunt ad victimam? Et ne tunc misericordiam effundere super inimicos tuos, & distillare fauum dulcedinis tuæ, Christe, cessasti, ac defensoris tui zelum à læsione trahentium te compescuisti! *Maledictus furor eorum, quia pertinax.* quem nec maiestas miraculi, nec pietas beneficij potuit confringere: *Cohors ergo, & Tribunus, &* Bern. ser. de Pass. Dom. Gen. 49.
C *ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum.*

Eia igitur, ô mi fortissime Samson, *dic mihi, obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo; & quid sit, quo ligatus erumpere nequeas*; vel, *quo ligatus possis affligi? Coma capitis tui, Rex ligatus crinibus*; vel *Rex ligatus in eis.* Amor, scilicet, me arctiùs illigauit, ne me exoluerem: soporaui propereà Diuinitatis virtutem, alioqui mille vincla, mille ligamina dirupissem, *quo modo si rumpat quis filum de stuppa tortum sputamine.* Sic Origenes: Volens tradidit se ad vincula, soporans in se Diuinitatis virtutem; & acquiescens, vt alligaretur. Iudic. 16. Hebr. Cant. 7. Isid. Clar. Septuag. Orig. hom. 35. in Matt.

Nunquid non potuit soluere se ipsum, inquit Cyrillus, qui solum quatriduanum à vinculis mor- Cyril Ierosol. catech. 13.
D tis Lazarum, & Petrum à ferreis carceris ergastulis? Parati adstabant Angeli dicentes: *Dirumpamus vincula eorum.* Sed sustinebant, quia perserre, ac pati hæc voluit Dominus. Psal. 2.

Gregorius ad illa verba: *Cùm vix paruam stillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri?* Certè, inquit, vt nos à morte redimeret, mori Dominus venit, & defectû nostræ carnis in suo corpore, pœnásque tolerauit: qui, priusquàm ad Crucis patibulum perueniret, teneri, conspui, illudi, & alapis cædi se pertulit. Ecce, ad quanta propter nos venire probra consensit: & tamè priusquàm se teneri permitteret, persecutores suos requisiuit, dicens: *Quem quæritis?* Cui illicò responderunt: *Iesum Nazarenum.* Quibus cùm Iob 26. Greg ibid. Ioan. 18.
E repentè diceret: *Ego sum.* vocem solummodo missisimæ responsionis edidit, & armatos persecutores suos protinus in terram strauit. Quid facturus est, cùm iudicaturus venerit, qui vna voce hostes suos perculit, etiam cùm iudicandus venit? *Oblatus est ergo, quia ipse voluit.* Vnde Augustinus: Quando voluit, detentus est, quando voluit, occisus est. Isa 53.

Conclusit me Deus (quasi vinctum) *apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.* Sic Iob Christi personam referens. Iob 14.

FF Christus

Thren. 4. Hebr. Chald. Paraph.

Christus ergo *Dominus*, Hebr. *Iehouah*, Chald. *Rex Messias*, *captus est in peccatis nostris.* Septuaginta: *In correptionibus nostris.* Paraph. *In rete occisionis sceleratorum.*

Sap. 2. Cypr. in expos. Symb. Euseb. lib. 2. c. 25. Isa. 3. Cyr. in Ioan. lib. 11. c. 37.

Vt ad hoc iidem sese inuicem hortabantur [*Venite, circumueniamus iustum. Venite, alligemus iustum*, legunt Cyprianus, & Eusebius: quomodo & illi in Isaia iuxta Septuaginta: *Alligemus iustum: quoniam inutilis*, aut *quoniam molestus est nobis.* Quas lectiones premens Cyrillus: Vincula, inquit, rerum omnium Domino immittunt, qui ad nostram naturam descendit, vt à peccatorum, & Diaboli vinculis nos eriperet. Tunc re ipsa verum esse demonstrabatur, quod Iudæi dicebant: *Circumueniamus iustum: inutilis est nobis.* non, quia talis ipse fuerit; sed, quia peccatoribus, & voluptuosis, supra iustitiam legalem docens, ac liquidò quæ Deo placebant, aperiens, *inutilis*, atque *molestus* illis erat. Nam, vt nullã vtilitatem cæcis splendor solaris adfert; & suaues cibi amari febricantibus videntur: sic Iudæis Dominus, quamuis salutis author esset, *molestus* tamen videbatur, quia ægritudine impediti, Saluatorem ferre non poterant.

Aug. tract. 112. in Ioan. Psal. 11. 2. 2. Par. 36.

Sed heu, miseri, dum illis Christus molestus est, dũ namque ipsum propterea capiunt, & comprehendunt, ab illo (quemadmodum egregiè ait Augustinus) recedunt, quem comprehendunt, & propriis ipsi nexibus capiuntur: *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Incuruatus sum multo vinculo ferreo: & non possum attollere caput, & non est respiratio mihi.*

August. lib. Conf. c.

Idem Augustinus: Mortifera suauitate trahebam catenam meam, solui timens, & quasi concusso vulnere repellens verba benè suadentis, tanquàm manum soluentis, &c. Obsurdueram stridore catenæ meæ. O quot nexibus, ac nodis peccator constringitur!

Gen. 38. Hebr.

Sed hunc vt diuina libertas soluat, heu nunc capitur, & ligatur. *Zara*, nimirum, quod est *oriens* & *splendor* (Patris) *manum protulit*; Synagoga, vt nostræ salutis obstetrix, coccinum rubricatorum in sanguine agni vinculorũ alligauit, & *Phares* (qui se à Deo per peccata diuiserat, homo) liber euadit.

Gen. 42.

Simon (obediens) in medio fratrum suorum ligatur: ipsi liberi dimittuntur.

Psal. 15.

Incomprehensibilis vult comprehendi, manúsque vinciri, quibus omnia continet, & gubernat, vt tu dicere possis: *Funes* (Christi) *ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi.* Comprehendi, scilicet, voluit in terra, vt nos eum (vt possumus) comprehendamus in cælo.

O igitur vincula nostræ libertatis! ò nexus, qui nos soluunt à lege, *in qua detinebamur, vt non vltrà seruiamus peccato*! O, ô alligaturæ salutares! ô funiculi coccinei, per quos in terram veræ libertatis filiorum Dei introducimur, vt *de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate,* E *& iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.*

Cant. 1. Oseæ 11.

Ijs, ijs post Christum trahamur. *Trahe me post te. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.*

Psal. 115. Isa. 25.

Benedicta sint hæc tua vincula, Christe, quibus *dirupisti vincula mea*: quibus præcipitasti *faciem vinculi colligati super omnes populos.*

Ezec. 3.

Idcircò, *Fili hominis: Ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris de medio eorum.*

Gen. 37.

En, anima mea; en, vt adultera Synagoga verum Iosephum apprehendit, cui is nõ consentiret,

A pallium humanitatis dimisit, & propterea in carcerem detrusus est, & alligatus.

En Rex miserabilis Sedecias à Babylonicis catenis constrictus, & in Chaldaicam captiuitatem deductus. 4. Reg. 25.

En *Arca Dei capta est, & translata est gloria ab Israel.* Heu, heu, Angelorum gloria, vt ingloria capta est, & ligata! O quàm verè, & apposite vocauit illa filium post captam Arcam *Icabod*, quod est: *vbi gloria?* 1. Reg. 4. Hebr.

Et certè inglorij, nebulones, ignaui vinciri solent; duces, milítésque generosi vinciri haudquaquam solent. Sic Dauid de Abner: *Nequaquam vt mori solent ignaui, mortuus est Abner; manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus* B *aggrauati.* 2. Reg. 3.

Magnæ olim ignominiæ loco duxit Ieremias, cùm populi captiuitatem deplorans, ait: *Ceruicibus nostris minabamur.* Thren. 5.

Scelus est, vincire ciuem Romanum, inquit ille. Cic. 7. in Verrem.

Non decet vinciri Regem: Alexandri vox, vbi ex Medicorum præscripto esset ligandus, quo lethali vulnere sauciato infixa extraheretur sagitta. Bern. ser. de Pass.

Darius, Persarum Rex, à Macedonibus bello victus, catenis quidem, sed aureis præ regia dignitate circunligatus. Quint. Curt.

Tu *Rex Regum*, tu *Dominus dominantium*, vt ignauus, vt nullius fidei, vt de plebe, ac hominum fæce funibus constrictus, & catenis ferreis circunligatus! Tu ligaris, vt seruus! Mors est C seruitute potior, ait ille. Filij Regis liberi sunt à tributis, vt qui omninò liberi sunt. Sed, ô quàm magis libera est ipsa vera libertas! & tamen hodie ligatur! Apoc. 19. Matth. 17.

Vinxerunt perditi immaculatum Dominum, inquit dolenter B. Ephrem, illuserúntque ei, qui alligauerat fortem insolubilibus nexibus, nósque à peccatorum nostrorum vinculis soluerat. Ephrem ser. de Pass.

O Deus Deorum (stupet Bernardus) quantùm ergo derogatum fuit libertati; & potentiæ tuæ? Tot adeò ligatis vinculis, qui solus ligandi, & soluendi potestatem habes: Sed propter misericordiam tuam ligatus es, vt nos à miseriis nostris faceres absolutos. O quàm immitia fuerunt illorum immitissimorum vincula, quibus Agnum D mitissimum vinciebant! Video oculis mentis te, Domine Iesu, tam duris nexibus adstrictum, tanquàm latronem trahi ad iudicium Principis Sacerdotum, & inde ad Pilatum: video, & perhorresco, & admiror, & admirando deficerem, nisi quòd liquidè cognosco, te priùs in corde charitatis nexibus fuisse constrictum, qui ad deteriora vincula sufferenda te leuiter attrahere potuerunt. Gratia sit vinculis tuis, bone Iesu, quæ nostra tam potenter diruperunt. Bern. lib. de Pass. Dom. cap. 4.

Ego Dominus, qui confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti. Leuit. 26.

Ego, ego, qui exolui *filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas* Hæccine, scilicet, reddit tibi populus stultus, & insipiens, nexus ignominiæ pro gloria, & honore libertatis.

Sed tamen ex sua voluntate ligatur (*oblatus est*, inquam, *quia ipse voluit*,) nec esse dissoluit ex sua in nos nimia charitate. Verùm vos, ô Iudæi, quid agitis, dum Verbum Dei ligatis? Ignoratisne, quòd *Verbum Dei non est alligatum?* quod cum ligatis, qui portat, nectitque omnia verbo virtutis suæ? quòd illum constringitis, per quem miro ordine, ac nexu facta sunt omnia? quòd eum ligatis, *qui ligat aquas in nubibus, vt non erumpant pariter deorsum?* qui Isa. 53. 1. Tim. 2. Hebr. 1. Ioan. 1. Iob 26.

tribus

tribus appendit digitis mare, sydera, terras? Eum, eum, o miseri, ligatis, qui ligatos vos *manibus, & pedibus mittet in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium.*

Psal. 117. D.Hier. Chald. *Constituite* ergo, *constituite* ô perfidi) *diem solemnem in condensis*, vel *in frendosis* (horti huius) *vsque ad cornu altaris*, seu *alligate hostiam*, aut *vincite agnum ad Sacrificium solemnitatis, donec sacrificetis illum, & effundatis sanguinem ipsius in cornibus altaris.*

Cant. 5. Ligant, scilicet, *ma us* illas *tornatiles aureas*, ne amplius super eos conspergant hyacinthus. Ligant *orbes* illos *aureos*, ne ampliùs in eos gratias influant. Ligant manus illas tot curationum, tot sanitatum, tot beneficiorum opifices, ne ampliùs
Sept. aperiat illas, & impleat eos *benedictione*. Abbreuiant manum Domini, quæ *dat omnibus affluenter.* Adstringunt vinculis libertatem, vt seruitutis ipsi iugo colla subiiciant. Reptant humanitatem, quam ille pro omnibus assumpserat. Iniquitati sistunt integritatem, & quidem ream; sed nimiæ charitatis!

Chryf. hom. 6 de 3. fer. Pass. Vnde Chrysostomus, seu veriùs Chrysologus: Heu! pax cæli traditur doli osculo, tenetur tenens omnia, alligatur omnium nexus, ducitur attrahens vniuersa, à falso veritas accusatur; sistitur, cui assistunt omnia; flagellatur remissio, condemnatur venia, illuditur maiestas, irridetur virtus, perfloditur largitor imbrium sputis, clauis ferit cæli strator affligitur; mellis dator cibatur felle; propinator fontium putatur aceto!

Psal. 61. Heu! heu! inhumani, heu! crudeles, heu! barbari. *Quousque irruitis in hominem vniuersi vos, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ?*

Thren. 2. *Aperuerunt* (en bone Iesu) *super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt, & frenduerunt d ntibus, & dixerunt: En ista est dies, quam expectabamus: inuenimus, vidimus.*

Iob 30. *Quasi rupto muro, & aperta ianua*, (hæ belliçæ cohortes) *irruerunt super me* & (quasi ad ciuitatem,
Isa. 9. quæ vastatur, ac depopulatur) *ad meas miserias deuoluti sunt*. Nunc porrò lætantur super me, *sicut
Heb.10. exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia.*
Psal. 55. Nunc, nunc verè Filium Dei conculcat, vt propterea clamet: *Miserere mei, Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die* (imò & tota nocte) *impugnans tribulauit me.*

Isa. 56. Iob 30. En hodie vt *corruit veritas in plateis*! En vt verè dicere poterat: *Assimilatus sum luto.* aut iuxta alios:
Hebr. *Proiectus sum in lutum. Conculcauit me homo tota die*, (& tota nocte,) *impugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei: quoniam multi bellantes*
Psal. 55. *aduersum me.*

Matth. 26. Marian. in Schol. At, quantis id, quæso, modis? Ad Græcum ibi, *& colaphis eum ceciderunt, ij alij*. Alij, *& fustis; alij, & virgis; alij, & bacillis; alij, & crepidis; alij & alapis eum ceciderunt.* Credibile est, modis omnibus insatiabiles tortores Dominum cecidisse. *Tota die*, & tota nocte *impugnans tribulauit me, & multi bellantes aduersum me.*

Psal. 21. Iacob. de Valen. ibid. Heu! quot, quantisque modis! Deuotè quidem, piéque Iacobus, Episcopus Christopolitanus, ad illa Psalmi verba: *Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens.* Vt, inquit, leo rugiens, & rapiens trahit prædam per terram, & lacerat, & laniat: ita me trahebant per terram cædendo, spuendo, colaphizando, & capillos euellendo, in tantum quòd *sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea*, id est: tractatus sunt per terram: quia ex nimio labore, & afflictio ne perfusus sum sudore, sicut aqua: quia in tantũ abũdauit in me sudor, quòd videbat perfusus in toto corpore, sicut aquamadidus.

Genebr. in eundem Psal. 21. Ita Genebrardus: *Sicut aqua.* Ob sanguinis effusionem, qui confosso multis vulneribus corpore totus penè effluxerat: *effusus sum*, id est, liquefactus penè in aquam, *& dispersa sunt*, ad Hebraicum, *&
Hebr. separata sunt*, aut *dissociata sunt*, ab inuicem diuisa,
Q&apl. Hebraic. inopia succi, & humoris viscosi vix sibi cohærentia, vel distracta a se inuicem, è suis locis mota præ tormentorum acerbitate, *omnia ossa mea*

D. Bonau. medit. c. 74. Intuere igitur, intuere, ô anima, (sic te Seraphicus, ac deuotissimus alloquitur,) quomodo sponsus tuus pariter capi, ligari, & furibundè duci. Intuere canes illos trahentes, & agnum quasi ad victimam mansuetissimum sine resistentia sequi: vnus enim apprehēdit, alius ligat: alius insurgit, & alius exclamat: alius impellit, alius blasphemat: alius expellit eum, alius vexat: alius conuoluit, alius percutit.

Psal. 21. tit. *O ceruam matutinam!* ô *ceruam aure a*, quàm multi canes te circundederunt! quot vincula te constrinxerunt! Tot, tantáque, vt proclamares: *Cir-
Psal. 17. Hebr. cundederunt me dolores mortis.* aut Hebr. *Circundederunt me funes mortis: dolores*, aut *funes Inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.*

Eccles. 12. Sed, ô laquei, iam nó laquei mortis; sed *vitta aurea*, sed funiculus *argenteus*. His, his alligari voluisti, Domine, vt tua vincula mihi essent *alligatura salutaris*; vt tuæ legi ego colla subderem; ne *quasi pullum onagri* me *liberum natum* putarem; vt diuinorum mandatorum iugum nun frangerem, & dicerem: *Non seruiam.* vt non ampliùs traherem *iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum*; vt & interim diuinæ iustitiæ manus essent ligatæ, vt ad pœnitentiam nos expectares: vt denique manus nostras ob tot furta ligatas exolueres, & a laqueis Inferni nos liberares.

Eapropter tanquàm latronem comprehenderunt te, bone Iesu; sed heu! Te, te latronem? At, qualiter latro dici possis? Latronis est, aliena diripere; tu proptia dilargiris: latronis est à iustitiæ ministris declinare; tu eisdem te ipsum manifestas: *Quem quæritis? Ego sum.* Latrones omnibus sunt nocumento; tu adiumento omnibus: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Verùm, vt latro nihilominùs reputari, necferùs ac latro ligari voluisti: vt furaces, scilicet, parentum nostrorum manus, & nostras ipsas, quæ eum illis, & in illis poma aliena, inuito Domino, contrectauerunt, & deuorauerunt, ab emeritis æternæ mortis vin-
Psal. 68. culis dissolueres, & liberares, & verè diceres: *Et quæ non rapui, tunc exsoluebam.*

Act. 21. Vade sic igitur, Domine: & quoniam tam salutaria sunt hæc tua vincula, paratus & ego in posterum ero libentissimè tecum ligari, & tecum mori: *Ego autem non solum alligari; sed & mori paratus sum propter nomen Domini Iesu.*

Interim verò tuis instinctibus, inspirationibus, & gratiæ non resistam, nec ampliùs tuæ voluntati renitar; sed sensus omnes meos in captiuitatem redigam, eósque totos perpetuo tuo obsequio mancipabo; oculos, vt nihil nisi licitum videant, nec ampliùs vanitatem; aures, ne impudicum qoid audiant; linguam, ne quid loquatur, quod Deum, vel proximũ offendat, manus, nihil vt illicitum, & prauum operentur; cor, ne malignum quid machinetur, ant nefarium quid cogitet. Hæc omnia in captiuitatem redigam; constringam cor, manus, linguam, oculos, aures, omnia in tuum obsequium tradam, vbi tu pro me totus, vt captiuus, abductus es, vt in seruum venditus, ac ligatus.

Me totum deinceps dabo ligandum vinculis dulcissimæ charitatis tuæ. Ah! ah! quis & mihi tribuat, vt cum Paulo gloriari possim in vinculis meis, & vocari in posterum *vinctus Iesu Christi*, qui ideò gaudio repletus est, quòd *vincula* eius *manifesta* fierent *in Christo in omni Pretorio*, & in cæteris omnibus. Vinctum enim esse propter te, Domine Iesu, illustrius est, quàm sine Apostolum, sine Doctorem, siue Euangelistam esse. Ita verè Chrysost. qui & subdit: Magna dignitas hæc, & regno quouis, ac Consulatu maior. Qui diligit, & ardet pro Christo, eligit potiùs vincula ferre, quàm cælos inhabitare: non enim caput ita splendidum reddit imposita corona margaritis conspicua, vt catena ferrea, quæ propter Christum fertur. Quid autem? si tam gloriosum est pro Christo alligari, quid erit cum Christo colligari, illique adstringi? Et mihi ita bonum sit illi adhærere, & nunquam ab eo exsolui, ac separari, vt quocunque ierit, siue in vitam, siue in mortem, & ego similiter vadam.

Phil. 1

Chrys. hom. 8 in Epist. ad Eph.

ALAPÆ, ET COLAPHI.

PVNCTVM VIII.

Et colaphis eum ceciderunt: alij autem palmas in faciem eius dederunt. Math. 26. *Vnus autem ministrorum dedit alapam Iesu.* Ioan. 18.

IN Caiphæ domo, scelestissimi prædonis manu ipse Rex gloriæ, theatralis veluti scurra, percutitur alapa in præmium æquitatis!

Obstupescite, cæli, super hoc, & portæ eius desolamini, aut perhorrescite vehementer. Nunquid, (alloquor vos, ô cæli, quando homines sensu carent,) *nunquid seruus est* Iesus, *aut vernaculus*, vt ab impiis quasi vile mancipium colaphis cæderetur?

Ierem. 2. Septuag.

Heu! heu! *super te* (bone Iesu) *regnerunt leones: filij quoque Memphees, & Taphnes*, quod est *oræ ignominiæ*, vel *confusionis*, vel *serpentinæ*, *constuprauerunt te vsque ad verticem*: siue tot iam, tantisque impactis alapis penè *confregerunt*, aut *conquassarunt tibi verticem*. O, ô exhorrescat cælum, contremiscat terra, (veluti exclamat Chrysostomus,) alapis Deus percuti potuit!

Hebr.

Chrys. hom. 83. in Ioan.

Pauco, Fratres, dum ita pronuncio, (sic plorans fatur Sanctissimus Ephrem,) tremúntque omnia ossa mea, cùm ea, diligenti admota consideratione discutio. Ipse omnium conditor Deus noster, & Dominus ante Caipham hodie sistitur, quasi vnus ex reis, vnúsque ministrorum ei alapam dedit! Tremit cor meum hæc omnia cogitans. Sedet seruus, Dominus stat! & qui plenus erat sceleribus, contra insontem, atque ab omni peccati labe alienum, sententiam dictat! Contremuerunt cæli: fundamenta Orbis terræ concussa sunt: expauerunt Angeli omnes, atque Archangeli: Gabriel, & Michaël facies suas alis contexerunt: Cherubim trementia sub rotis se abdiderunt: Seraphim illa hora alas ad inuicem collisisse visa sunt, cùm daret minister iniquitatis alapam Domino maiestatis. Quomodo igitur tulerunt fundamenta terræ motum, atque tremorem, cùm hora illa cótumeliis affici Creatorem suum cernerent? Tremunt ecce renes mei, dum loquor. Creator, qui de puluere terræ hominem per gratiam finxerat, à manibus, quas ipse formauerat, alapam accepit!

Ephr. ser. 14.

Ah! ah! terra: ah! cælum. Terra, quæ olim dehiscens viuos impiè deglutisti, nunc scelestissimum sustines? Cælum, paratum olim ad grandinem, ad diluuium, ad sulphur, ad ignem, clausum, æneúmque modò? Ad vnius quondam Eliæ vltionem protinus descendisti, ô ignis. Ad Elisei iniuriam vlciscendam è syluis erupistis, vrsi: nunc suæ ignis alligatus sphæræ; nunc clausa sunt ora leonum; nunc omnia elementa silent?

Num. 16. Gen. 7.

3. Reg 18. 4. Reg 4.

An & vos saltem, Angeli, modò non eritis *spiritus*; cùm sæpè & vos ad sese vlciscendum Dominus fecerit *ignem vrentem*: O Angeli, quomodo siletis (inquit Chrys.) quomodo manus cõtinere potestis? quomodo pro Domino vestro non respondetis? an quòd attonitos vos tenet tanta insolentia, & tanta mansuetudo, tanta peruersitas, & tanta patientia?

Chrys. hom. 83. in Ioan.

Grande miraculum, Fratres, (redit huc iterum admirans D. Ephrem) stuporis plenissimum est, cernere Christi Regis, ac Domini nostri mansuetudinem! Palma cæsus à seruo, rationabiliter, prudentérque respondit cum omni mansuetudine, ac reuerentia. Seruus furit; Dominus patitur. Irascitur seruus; Dominus in sua benignitate persistit. Indignationis aculeos, rixámque tumultuantis animi, iræ maximè tempore quis continet? Dominus noster hæc omnia pertulit benignitate sua. Quis tuam, ô mitissime Domine, patientiam, aut ferre, aut explicare possit?

D. Ephrem quo supra.

Discite, discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.

Matth. 5.

Mansuetudo vera, siue benignitas est, inquit Albertus, cùm propter illatas iniurias mens nequaquam exacerbatur, nec amaritudo cordis exteriùs indicatur; sed est quasi *homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones*, exemplo Iesu dicentis: *Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam*, qui coram tondente se obmutescit, & non aperit os suum. Vnde Glossa super Matthæum: Mitis est, quẽ mentis asperitas, siue amaritudo non afficit; sed simplicitas fidei ad omnem iniustitiam patiendam instruit. Mitis est, quem nec rancor, nec ira afficit; sed omnia æquanimiter sustinet. Huius virtutis quasi magnæ magistrum se fecit Dominus, quod non fecisse, nisi vna summæ perfectionis hæc esset virtus: *Discite*, inquit, *à me, quia mitis sum, & humilis corde.*

Alber. Mag. in Parad. de lic. animæ. c. 19. Psal. 37. Isa. 53.

Glossa.

Hanc ergo Christi mansuetudinem, & patientiam ædificamus Fratres: nam ideò vindictam Dominus non sumpsit, vt suam nos patientiam doceret. Si cogitemus, inquit Augustinus, quis acceperit alapam, nónne vellemus eum, qui percussit, aut cælesti igne consumi, aut terra dehiscente sorberi, aut correptum Dæmonio volutari, aut alia huiusmodi qualitate pœnæ, vel etiam grauiore puniri? Quid enim horum per potentiam iubere non potuisset, per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere maluisset, qua vincitur mundus?

Aug. tract. 113. in Ioan.

Eapropter Angelus, qui olim in aures Abraham clamauit: *Ne extendas manum tuam super puerum*, super hunc manum extendi permisit. Idcircò Dominus, qui olim percussit Ozam *super temeritate*, eò quod Arcam tetigisset, ingenti huic hodie temeritati pepercit. Idcircò impiissimi hominis istius manus arefacta non est, cùm nihilominùs extensa fuerit contra hoc viuum altare: quanuis si arefacta est, ex contactu vitæ, vitæ sic protinus restituta. Idcircò furcifer in volentem manum inferre, templúmque hoc sacrum quoad se profanare

Gen. 22.

2. Reg. 6.

3. Reg. 13.

2. Mac 4.

profanare permissus est, vt, scilicet, suæ infinitæ A patientiæ Christus illustrissimum exemplum præberet. Vnde egregiè Tertullianus: Saginari Dominus voluptate patriæ discessurus volebat. Neque enim vnius quidem discipuli gladium in vltionem probauit. Patientia Domini in Malcho vulnerata est, & gladij opera maledixit in posterum; sanitatis restitutione et, quem non ipse vexauerat, satisfecit per patientiam misericordiæ matrem: voluit enim pati scissuram in patientia, qui integram & perfectam eam nobis voluit prubare, & docere, & tradere

Tertull. lib. de patien. cap. 3.

O patientiam planè diuinam! *Percutient maxillam Iudicis Israel.* Iudex viuorum, & mortuorum tacebit! (Mich. 5.)

B *Tetendit* (vilissimus minister) *aduersus Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est.* Et Omnipotens siloit! (Iob 15.)

Deus vlim *vltionum, Deus vindicta, Deus exercituum, dilectus* mitis in Virginis sinu, *quemadmodum filius vnicornium!* (Psal. 28.)

Tu verò quid agis? quid, impie verbero? Ille, vt ait Augustinus, in se naturam commendat humanam: tu in illo audes deformare diuinam? Sic aram hanc sanctissimam tangis, vt viules? nec audis innocentiam vel tacentem? vt tamen audires, aurem ille tibi nuper aptauit, quam Petrus absciderat. O, ô planè sinistrum dexteræ sic plaudentis obsequium? Adeóne attactu modestiæ sub oculis verecundiæ, in ipsa pudoris sede sit impudens manus, vt quæ symbolum fidelitatis est in ore, vel potiùs in ara fidei, repeotè sic fiat nota perfidiæ? C (Aug. tract. 78. in Ioan.)

Aspicite, aspicite in gentibus, videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus certè *factum est in diebus vestris*, ô Iudæi, *quod nemo*, absque superna fide, *credet, cùm narrabitur.* (Habac. 1.)

Et quò magis hoc facinus perpendamus, expendenda est primò, ministri crudelitas; secundò, colaphi ignominia; tertiò, temerarij huiusmodi ausus iniustitia; quartò, loci, in quo hoc nefas patratum est, circunstantia.

Primò, ministri crudelitas. Is Auerni percitus furiis, ac ferrea chirotheca armatus, quemadmodum sentit Beroardus, tanto furore, ac rabie diuinam illam faciem percussit, vt penè ex ore eius dentes D omnes excusserit, sacrúmque sanguinem expuere, ac in terram ex vi summa percussionis, velut sentit D. Ferrerius, eum cadere compulerit. Heu! heu crudelis!

Quæ mites violare genas, te cadere, Christe,
Quæ potuit, certè ferrea dextra fuit.

Vt Christus propterea dolebat? *Et fregit* (inhomanus) *ad numerum* (omnes, nec vno non moto) *dentes meos.* Hebr. *Et fregit saxo ad numerum dentes meos: operuit*, aut *inuoluit*, siue *versauit me in puluere*; hoc est, tantam ex immani percussione afflictionem sustinui, ac si omnes mihi dentes fuissent singillatim confracti. Ita Lyranus; ac si fuissent mihi omnes lapide comminuti, vt præ dolore in terra E me volutarem, puluerèque conspergerem. (Threnor. 3. Lyran. Ibid. Clar. Sanctius ibid.)

Collegit (barbarus) *furorem in me, comminans mihi infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.* (Iob. 16.)

Heu, *Moyses centum, & viginti annorum erat, quando mortuus est, nec caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt.* Alij: *Nec fugit vigor eius*; vel, *nec gena eius conciderunt.* (Deut. 34. Margin.)

Dentes eius lacte candidiores; nunc sanguine rubentes, nunc tremuli, & penè dixerim confracti, si illud non obstaret: *Os non comminuetis ex eo.* saltem (Gen. 49. Exod. 18.)

Speranza Scripturæ selectæ.

A moti? Certè gingiuæ, maxillæque tumêtes, & nunc planè *gena eius* impressis manipuli digitis, *vt areola*, aut iuxta Pagninum, *sicut linea sulci*; aut penes Septuaginta, *vt phiala*, tumidæ, scilicet, ac plenæ sanguine. O, ô igitur facinus verè crudele! ô facinus penitùs inhumanum! (Cant. 5. Pagnin. Septuag.)

☞ Sed propterea, Fratres mei, liuida, tuménsque Christi maxilla hodie facta est, vt nos eius liuore sanemur; vt nos etiam percussionum, aculeatorúmque verborum ictus æquanimiter tolerare discamus; vtque ab æterno illo dentium stridure liberemur.

Secundò, colaphi ignominia. Chrysost. homilia de incomprehensibili Dei natura: Alapa nihil ignominiosius, nihil contumeliosius. Facinus hoc B non tantùm crudele, sed effrons. A vili mancipio Dominus maiestatis alapam excipit! (Chrys. hom. 2 de incôpr. Dei natura.)

En, vt propterea maxillam vnam habet liuidam; alteram verò, præ eo, quo inde affectus est, pudore, rubicundam! En, vt oculos ad terram deiicit; iam non candidus, sed rubicundus!

O, ô quàm probrosa alapa hæc Christo fuit! Adeò, vt solum hoc probrum sensisse visus sit: *Exprobrantes*, aut *cum opprobrio* (ait dolenter Iob Christi personam referens) *percusserunt maxillam meam.* (Iob 16. Hebr.)

Quin adeò probrosa extitit, vt hac vna insatiabilis illorum rabies exsatiari potuerit. Id, quod aduertens Gregorius ait: Post percussionem maxillæ aptè subiungitur: *Satiati sunt pœnis meis.* (Greg. ibid.)

Quinimò adeò ignominiosa fuit, vt vel ipsius C Christi auidissimum opprobriorum omnium desiderium posset quoad nos exsatiare. *Dabit percutienti se maxillam.* mox: *Satiabitur opprobriis.* Quod acutè expendens Rupertus: Satiatus est, inquit, opprobriis, dans percutienti se maxillam. Et verè: etenim alapa ignominiosior nihil, præsertim si qui patitur, magnus; abiectus verò, qui infert. (Thren. 3. Rup. in c. 2. Ierem.)

Tertiò, facinoris iniustitia. Nec hîc verbulum quidem vllum Pontificis lego, aut vultum iratum in serui huius castigantis scelus; imò contra iudiciorum morem video hîc vinctum indemnatum cædi. Quòd si cædendus, non Rex à mancipio, non in facie, non manipulo, ma- D núque armata, nullius iusso. Hæc omnia dissimulauit mali serui pessimus dominus. Miraris, *si ministros habet impios Rex, qui libenter audit verba mendacij.* (Prou. 29.)

Alapa omninò iniusta, vtpote inflicta intuitu vindictæ, & ad calumniose improbandam responsionem prudentissimam, à temerè iudicante eam fuisse minùs ciuilem, & contra authoritatem Pontifici debitam. O audacissime (inuehitur ita in hunc Satanæ ministrum Euthymius) quidnam respondit contumacius? Annon honorem detulit pontificatui, qui Pontificem malignè de his, quæ noverat, interrogantem non arguerit? Quid hac Christi responsione verius, man- E suetius, iustius, vt inquit Augustinus? De eo siquidem prædixerat Propheta: *Intende, prosperè procede, & regna, propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam.* Vnde Prophetæ verbis compello vos, ô Iudæi: *Quare percutitis pugno impiè?* aut cum Septuaginta: *Quare percutitis pugnis humilem?* Et quemadmodum subdit Hieronymus: Et alapis verberatis? (Euthym. in Ioan. 18. Psal. 44. Isa. 58. Septuag. Hieron.)

Qui conterunt (dolebat Propheta) *super puluerem terræ capita pauperum.* Septuag. *Et pugnis percutiebant in capite mendicum.* (Amos 2. Septuag.)

Malum responsi Christi planè nullum; neque à

A materia, quia verum; neque à forma, quia placidum. Huiusmodi verò serui facinus ingratitudine plenum: quia is auriculæ restitutæ oblitus in benefactorem ausus est; & ad cumulum ingratitudinis dissimulauit, negauit, beneficio nullum reddidit beneficium, imò quò vlterius vitium ire non potuit, bonum ingens maximo pensauit malo.

Obduxit os verax pugno, veritus, ne fortè plura loqueretur, vnde sibi Pontifex fieret infensior. Cyrillus acutè opinatur, Christum, cùm dixit: *Ecce hi sciunt, quæ dixerim ego.* seruos notasse, ac veteres eorum offensas in dominos refricasse, qui missi nuper ad capiendum eum, captiuum non adduxissent, victi eius eloquentia; sed redijssent ad dominos, dicentes: *Nunquam sic loquutus est homo.* quibus verbis ita heros offenderant, vt tunc audirent: *Etiamne & vos decepti estis? Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum?* Is ergo veritus erratum suum, ac cæterorum notarum indolens, vt illud modis pensaret, nequitiáque noua prætegeret, neque opinaretur Pontifex, illum vnquam fauisse Christo, hanc alapam vincto impegit.

Cyril. lib. 11. in Ioan.

B

Quis scit, an etiam recordatus vulneris accepti à Petro, eius discipulo, magistrarum, quamuis innocentem, ceciderit?

Ioan. 50.

Vndequaque patet facinoris iniustitia; sed patientissimè tamen patientiæ magister omnia pertulit: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus.* vel ad Græcum: *Dorsum meum posui ad ad flagella, & genas meas ad alapas.*

Sept. iuxta Hug. Card. in Ioan. 18.

C

Et percutiebant faciem eius. Egregiè Hugo Cardinalis: Quam, scilicet, Moyses desiderabat sibi ostendi: *Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos. Dixitque Dominus: Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi.* Et Dauid: *Ostende faciem tuam, & salui erimus.* Et Iacob: *Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Et Esther. *Valdè mirabilis es tu, Domine; & facies tua plena gratiarum.* Et tamen miseri Iudæi hanc alapis, & sputis contaminauerunt. Chrys. Et diuinum illud caput percusserunt viri inquinati, & abominabiles.

Luc. 22. Hug. Card. ibid. Exod. 23. Psal. 79. Gen. 32. Esth. 15. Chrys.

Cyrillus: Dedecorati peccato fuimus, quam notam iniustum Christi detersit dedecus, cùm Dominus gloriæ impia manu hominis cædebatur.

Cyr. in Ioan. c. 46.

D

Idem: Cæditur vt seruus, qui nutu solummodo perdere Iudæos omnes potuisset, nec vltionem fecit vllam: non enim ira, nec mœstitia, nec dolore vincitur. Et ille quidem Dominus omnium, & Deus verus clementer tulit. Nos autem miseri, terra, & limus, si quis de proximis lapsu linguæ minimùm quicquam contra nos dixerit, morte draconum in eum insurgimus, & mille verbis pro vno vituperantes, satiari non possumus: nec recordamur scriptum: quia eorum viæ ad mortem, qui memores iniuriæ sunt. &, *Relinque proximo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.* Exemplum igitur (concludit) clementiæ, atque mansuetudinis Christum teneamus, qui hac de causa nobis dicit: *Non est discipulus super magistrum, nec seruus supra dominum suum.*

Idem c. 47. Eccl. 10.

E

Quid ergo, tu vermis terræ proclamas, quod iniustè calumniam patiaris, cùm Iustitia ipsa tam iniustè colaphizetur? Cur tu ad primoris duriusculum auditum verbum ipsa terræ concutis fundamenta, cùm cæli, terræque Creator alapam tam patienter sostineat? Colaphis certè imperi voluit, vt elationi, inflationique tui capitis mederetur. Ita cecinit eleganter Sedulius:

Nam per hos colaphos caput est sanabile nostrum. Sedul. lib. 5.

Nemo ergo in posterum, fratres, *patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine.* 1. Pet. 4.

Sic planè passus Bernardus, qui ab improbo quodam excipiens, alapam benignè respondit: Oportet ignoscere, cùm toties ignoscat mihi Deus. D. Bernard.

Ita D. Christophorus, qui pariter à Samiorum Præfecto percussus colapho, Christianæ patientiæ legem allegauit: Repercuterem te, nisi Christianus essem. D. Christoph.

Sic, sic, Fratres, Christianè cædimur, si Christianè, hoc est, innocenter, patienterque cum veris illis Christi discipulis, *colaphis cædimur.*

Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis, tristitias patiens iniustè. Quæ est enim gratia, aut, quæ est enim laus, si peccantes, & colaphizati sufferitis? Sed si benè facientes, patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. In hoc enim vocati estis: quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cùm malediceretur, non maledicebat; cùm pateretur, non comminabatur. 1. Cor. 4. 1. Pet. 2.

Quod id, inquit Toletus, Confirmationis Sacramentum suscepturo impingitur alapa; tum, vt recordetur suscepti Sacramenti, quod iterari non potest; tum, vt statim induatur Christi vestibus, quæ sunt alapæ, & iniuriæ; tum etiam vt eius fortitudo probetur: nam miles Christi statim constituitur. Æquum ergo est (subdit Toletus) vt experimentú aliquod fiat, an pro Christo sustineat pati. Tolet. instr. Sacer. lib. 2. c. 26.

Tertullianus; Dominus monet: Verberanti te in faciem, etiam alteram genam obuerte. Fatigetur aliena improbitas patientia tua. Plùs improbum illum cædis sustinendo, quàm vlciscendo: ab eo enim vapulabit, cuius gratia sustines. Si linguæ amaritudo maledicto, siue conuitio eruperit, respice dictum: *Cum vos maledixerint gaudete.* Tertul. lib. de patien. c. 8.

Quartò, circunstantia loci. Non quidem seorsum in angulo; sed in tot virorum, ac Pontifici ipsius præsentia, atque media in aula, quod est in loco exposito, alapam accipit.

Serui olim, vt liberi efficerentur, coram Magistratu alapam accipiebant: vnde Nouella 81. Emancipationis actio liberat eos alapis. Et Sedulius:

His alapis nobis libertas maxima plausit. Sedul. lib. 5.

Siccine fortasse ille, qui nos vera libertate donauit, liber effici posse creditus est? O ministrorum infelicissime, alapam quidem dedisti omnium liberatori, ac Domino, (quemadmodum fatur D. Ephrem:) sed tu seruus seruorum factus es in æternum. D. Ephrem quo sup.

Publicè hîc Saluator colaphizatus, vt egregiè, & peracutè ait Cyrillus, ad eleuendam toti humano generi, ac Deo ipsi à Dæmone, & à primo omnium parente in Paradiso impactam alapam, irrogatamque ignominiam. Cyril. lib. 11. in Ioan.

Et tu in posterum dolebis, quòd publicè forsitan alapam acceperis, cùm publicè vel ipse Dei Filius fuerit colaphizatus? Quæris posthac, homuncio, vindicari: pugionem ad mundi, imò Diaboli præscriptiones arripies: aut non te potiùs totum committes illi, qui dixit: *Mihi vindictam, ego retribuam?* Rom. 12.

Nónne & tu: vt vera libertate fruaris, vti ait in quadam oratione Basilius, alapam accipies? Basil. or. de Baptism.

Cerne interim, vt *spectaculum* factus est Dei

filius

filius *mundo*, *Angelis*, *& hominibus*, dum ita pu- A blicè colaphis cæsus est! dum, videlicet, is, qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ Patris, in sua dignissima facie signum, ac figuram tam detestandæ, execrandæque manus accepit!

Psal. 83. Patet, Pater, *respice*, rogo nunc, *in faciem Christi tui* digitis scelestissimi, ac infernalis ministri publicè consignatam! O Angeli, nunc eum intuemini, in quem tantoperè desideratis *prospicere*; an I. Petr. 1. Esth. 15. *facies eius* sit *plena gratiarum*!

Sed, ô mitissime Iesu, mitescat intereà ob hanc mansuetudinem tuam, hoc est, compescatur, obsecro, *Angelus Satana, qui me colaphizat*; vt in virtute huius colaphi tui, & ego colaphizari patienter sustineam, sufficiátque mihi gratia tua, vt virtus B in infirmitate perficiatur: & da mihi, & omnibus, Beda in Cat. quemadmodum rogat Beda, vt qui olim cæsus es colaphis Iudæorum, non cædaris & modò blasphemiis falsorum Christianorum. Amen.

PETRI NEGATIO.

PVNCTVM IX.

Et accessit ad eum vna ancilla dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras? At negauit coram omnibus, dicens: Nesció, quid C *dicis.* Matth. 26.

Eccl. 6. **E***St amicus secundùm tempus: & non permanebit in die tribulationis. Est amicus socius mensæ: & non permanebit in die necessitatis.* Quadrant in te, ô Petre: quippe qui socius diuinæ illius mensæ; in die tamen tribulationis, necessitatisque tantæ non permansisti.

Gen. 4. Matth. 26. *Vbi est Abel frater tuus? Nescio. At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio.* O verbum vbique proditionis nota!

Facinus certè capitale, deseri in periculo patrem à filiis, dominum à subditis, magistrum a discipulis, D patronum à clientibus. Christus in se expertus hæc omnia. Deseritus, etiuratus, abnegatus à cliente, à subdito, à discipulo, à filio, ab eo, scilicet, qui tot conscius miraculorum, & ostensæ in monte beatitudinis, & professæ Diuinitatis Filij Dei, negat iureiurando discipulum se eius esse, ac non nosse quidem illum, damnans eum præiudicio suo, tanquam vir sit nefarius, & impius, cuius ipse nec affectator velit esse, nec notus.

Tunc cœpit detestari, deuouere se, & dira sibi imprecari, si illum non modò vt magistrum; sed etiam vt hominem nosset vnquam; hoc est, nesciete se, quis homo ille esset, aut alio modo vllam notitiam illius haberet. Manifestum mendacium, & E quod facilè redargui posset à circumstantibus, nimirum, se adeò ignorantem affirmare, vt hominem illum nesciret, qui nulli in Iudæa, & Galilæa non esset, vel facie, vel fama notus. Negationi additum est nouum mendacium, & mendacio deuotio, atque abiuratio: *Ille autem cœpit detestari, anathematizare, & iurare: quia nescio hominem istum, quem dicitis.*

Iob 19. *Abominati sunt me quondam consiliorj mei*; Græcè. (Græcè, *scientes me*, id est, conscij arcanorum omnium cordis mei;) *& quem maximè diligebam, auersatus est me.*

Iob 6. *Fratres mei prætérierunt me, sicut torrens, qui raptim pertransit in conuallibus.* Hebr. *Amici mei* Hebr. *fefellerunt me instar torrentis, qui raptim currit in conuallibus.*

Ab amicis tuis attende. Quin etiam à filiis. Eccl. 6.

Et tu quoque, Marce fili? καὶ σύ, τέκνον, etiam tu, Sueton. in Cæs. c. 81. fili?

O, ô *mendaces filij hominum in stateris! Non* Psal. 61. *sum. Nescio hominem istum: non noui illum.* Sed heus tu, Petre, vbi tuum illud: *Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo?*

Ecce, inquit Augustinus, columna firmissima ad Aug. tr. 113. in Ioan. vnius auræ impulsum tota contremuit. Ecce caput Dan. 20. illud aureum ad vnius lapilli contactum in parte fictili comminutum vt corruit!

Saluum me fac, Deus, quoniam defecit sanctus: Psal. 11. *quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.* De Hieron. in Isa. 63. Petro confidentissimo, & in fidei veritate firmissimo intelligit Hieronymus.

Cæterùm de hac re tota Augustinum sic disserentem audiamus. In lectione euangelica, Fratres, Aug. feria 4. post Domin. Palm. ser. 1. audiuimus, Dominum dixisse discipulis: *Omnes* Matth. 26. *vos scandalum patiemini in hoc nocte propter me.* Cui Beatus Petrus ait: *Etiam si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor.* Sed Dominus inspector cordis respondit, & dixit: *Amen dico tibi antequam gallus cantet, ter me negabis.* Ille autem dixit: *Etiamsi me mori oportuerit pro te, non te negabo.* Videte, Fratres charissimi, verus, & cælestis medicus venam cordis inspexerat; & qua hora tentationis pondus, vel infidelitatis frigus venturum erat, prædixerat. Medicus prædicebat, & ægrotus negabat. Sed vbi ad horam ventum est falsum fuit, quod promiserat homo; & verum apparuit, quod promiserat Deus. Quid enim homo " sine Dei gratia possit, timor Beati Petri Apostoli " euidenter ostendit: per solum enim liberum arbitrium, non addito etiam Dei adiutorio, promiserat se pro Domino moriturum. Sed, quid est homo sine gratia Dei, nisi quod fuit Petrus, cùm ne- Isa. 40. garet Christum? Et nisi quod ait Propheta: *Omnis caro fœnum.* Et ideò Beatum Petrum paululùm Dominus subdeseruit, vt in illo totum humanum genus posset agnoscere, nihil se sine Dei gratia præualere, & vt Ecclesiæ Rectori futuro, ignoscendi peccantibus quædam regula poneretur. Credendæ enim erant Petro Apostolo claues Ecclesiæ; imò creditæ sunt ei claues regni cælorum. Credenda quoque ei erat populorum innumera multitudo, quæ esset pro suæ naturæ vitiis, passionibus, culpis inuoluta, atque peccatis. Denique ad eum Saluator dicit: *Tibi dedi claues regni cælorum.* Matth. 16. Deinde sequitur: *Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo*; videlicet, vt in clauibus fidelis ianitor, in sententiis esset clementissimus dispensator.

Erat enim reuerà hic Petrus paulò durior, & seuerus, sicut eius austeritatem truncata ob Christi iniuriam serui Principis Sacerdotum declarat auricula. Hic igitur tam durus, támque seuerus, si donum non peccandi à Domino fuisset adeptus, quæ veniam commissis populis donaretur? Sed idcircò diuinæ prouidentiæ secretum ita temperauit, atque permisit, vt primus ipse laberetur, ac rueret in peccatum, quo erga peccantes duriorem sententiam proprij casus intuitu temperaret. Quàm nim igitur diuini muneris erga salutem hominum, quantum curæ, quantúmque sollicitudinis impendatur, aduertite. Torius corporis morbum in ipso Capite curat Ecclesiæ, & in ipso vertice componit membrorum omnium sanitatem, in ipsa confessionis

Chriſti crepidine, in ipſo immobilis fidei fundamento, in Petro, ſcilicet, illo, qui dixerat: *Etiam ſi me oporteat mori tecum, non te negabo.*

Hic eſt Petrus, qui diuina reuelatione prior omnium veritatem meruit confiteri, dicens: *Tu es Chriſtus Filius Dei.* Hic tantus, & talis venit ad illam noctem in qua Dominus tradebatur, & cùm ſe calefacere vellet ad prunas, acceſſit ad
Ioan. 18. eum puella, & dicit ei: *Et tu heſterno die cum homine hoc eras.* At ille mox reſpondit: *Neſcio hominem iſtum.* Quid agis, ô Petre, futuræ Rector Eccleſiæ? quid loqueris? Intuere, quid ſis interrogatus, vel quid interroganti reſponderis. Vox tua repentè mutata eſt; hoc eſt, omne illud, quod citò, ſed non cauto ſermone promiſeras? Hoc eſt totum, quod etiam omnibus negantibus, te vſque ad mortem perſeuerare iuraueras? Nondum fidem tuam aliquis tentauit, atque diſcuſſit: nondum te ob Chriſti negationem aduerſarius trahit ad publicum: nondum es apud Reges, & Præſides propter nomen eius exhibitus: non tibi flagella, nondum ſunt admota tormenta! Quis porrò eſt, qui te interrogat, quod tam citò negaſti? Non eſt ſeruus, non Pharisæus, non Scriba, non Sacerdos, non miles, non Centurio, non ſpiculator; nullus poſtremò eorum, qui authoritate ſua poſſet formidinem incutere confitenti: mulier te ſimplici voce interrogat, & fortaſſe nec proditura confeſſum: nec verò tantùm mulier; ſed puella: & non ſolùm puella; ſed oſtiaria, vile proculdubio, abiectúmque mancipium. O res ſtupenda! Puella accedens, fidem Petri diſcuſſit: & mirum, ſi ſoliditatem Petri non turbo, non imber; ſed roris leuiſſima gutta transfixit. Petrus labia puellæ non ſuſtulit: ſed vbi locuta eſt, ille turbatur. Proceſſit ſermo puellæ, & immobilis columna concuſſa eſt!

Sed vt iam vtiliſſimum hoc punctum in ſua puncta diuidamus, vnde, quæſo, id factum eſt? vnde culminis huius Apoſtoli caſus, ac ruina?

Primò cecidit Petrus, vt ex Auguſtino iam ac-
Pſal 29. cepimus: quia præſumpſit. *Ego dixi in abundan-*
Chald. *tia mea.* Chald. *Ego dixi, cùm ſederem in fiducia: Non mouebor in æternum.* Sed: *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* vel cum
Pagnin. Pagnino: *Et fui territus.*

O verum humanæ vilitatis exemplum! ô vtile cum noſtræ infirmitatis ſpecimen! Petrus ad modicum, & in momento ſibi à Deo relictus, in tantum peccati profundum corruit. Humana igitur fragilitas ſe præcipitare nouit, cadere ſcit, proruere in barathrum aſſueuit. Quis Petro fortior? en verò, quia ſanctitas, & fortitudo relicta cadit!

Pſal 118. *Priuſquàm*, ſcilicet, *humiliarer, ego deliqui.*

Ierem. 2. *Obtriuit*, nimirum, Dominus, ô Petre, *confidentiam tuam.*

Eccli 6. *Non* igitur *te extollas in cogitatione animæ tuæ:*
Hugo Card. *velut taurus.* (Hugo Card. qui ex pinguedine, & fortitudine ſuperbit) *ne fortè elidatur virtus tua*
Inter. Lib. ibid. *per ſtultitiam* (ex Interlineari, elationis,) *& folia tua* (verborum) *comedat, & fructus tuos* (operum) *perdas; & relinquaris velut lignum aridum* (ſine virore dilectionis) *in eremo* (inter ſteriles malorum actiones.)

1. Cor. 10. *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat* (per humilitatem) *ne cadat.*

Si columnam templi leuicula aura nunc concutit: ſi annoſam quercum tam exiguus, leniſque flatus eradicat: *Si hoc in viridi ligno, in arido,*

A in arundine, in calamo iam quaſſato *quid fiet?* Columna tantæ apud ſe firmitatis, leni aura, ac ferè halitu ſolo vocis ancillaris deiecta, procubuit! Sic, ſic ſequitur ſuperbos vltor à tergo Deus. Sic illi valdè ſuperbos, valdè deiicere in more eſt: *Humilians peccatores vſque ad terram.* Verè, verè Pſal. 146.
nunc. *Vna mulier Hebræa fecit confuſionem.* Iudith 14.

Noli ergo *altum ſapere; ſed time.*

O quàm aliàs demiſſiùs de ſeipſis Apoſtoli ſentientes, cùm audito Chriſti verbo, *Vnus veſtrûm* Matth. 26.
me traditurus eſt, contriſtati valdè cœperunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum, Domine? Verùm, vnde contriſtati? an fortè conſcientiæ quiſque ſuæ conſcius non erat? Contriſtati ſunt, inquit D. Leo, D. Leo ſer. 7.
non de conſcientiæ reatu, ſed de humanæ mutabi- de Paſſ.
B litatis incerto, timentes, ne minùs verum eſſet, quod in ſe quiſque nouerat, quàm quod ipſa veritas præuidebat.

Sic, ſic cauendum; ſic formidandum, Fratres, ne propoſitorum noſtrorum veluti columnæ in humanæ noſtræ inconſtantiæ, mutabilitatiſque baſi fundatæ, citò corruant, ac perſtringantur.

In timore Domini (non in præſumptione) *fidu-* Prou. 14.
cia fortitudinis.

Ob hoc, inquit D. Leo, Petrus hæſitare permiſ- D. Leo ſer 9.
ſus, vt, ſcilicet, in Eccleſiæ Principe remedium de Paſſ.
pœnitentiæ conderetur; & nemo auderet de ſua virtute confidere, quando mutabilitatis periculum nec Beatus Petrus potuiſſet euadere.

Audeo dicere, inquit Auguſtinus, ſuperbis eſſe Auguſt.
C vtile cadere in aliquod apertum, manifeſtúmque peccatum, vnde ſibi diſpliceant, qui iam ſibi placendo ceciderant: ſalubriùs enim Petrus ſibi diſplicuit, quàm ſibi placuit, quando præſumpſit.

Secundò cecidit: quia in domum lubricam, hoc Ambroſ in
eſt, in aulam, ac in palatium introïuit. Ambroſius: Cat. D. Th.
Petrus non negat in monte, non in templo, non Luc 22.
in ſua domo; ſed in Prætorio, in domo Principis Sacerdotum. Ibi negat, vbi Ieſus ligatus eſt, vbi veritas non eſt.

Quis diu conſiſtat, ait Cyprianus, in lubrico Lib. 12. in
poſitus? Ita pulchrè Paſchaſius: Non erat tunc Pe- c. 26. Matth.
trus in atriis Domini, de quibus canitur in Pſalmo: *Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis, Ieruſa-* Pſal. 121.
lem. neque in atriis domus Dei noſtri; ſed in atriis Caiphæ, & in domo eius, in qua Ieſus vinctus te-
D nebatur: & ideò in ea non agnoſcitur; quia in ea nullus erat, qui lucem videret. Erat quidem in ea ignis ardens; ſed malè conſumens, qui nec frigus pellebat mentis, nec fugabat tenebras noctis; ſed inflammabat ad facinus ardore impietatis. Et nota, (inquit ad mores, vt aſſolet Hugo Cardinalis,) Hugo Card.
quòd Petrus ſemel intrauit Curiam; & ibi vigo- in Matt. 26.
rem animi perdidit, & Chriſtum negauit: quid ſi diu permanſiſſet in Curia? Videte, ne (in aulis præſertim Principium) à fide excidatis.

Si abſorbuerit eum (fortè ambitio) *de loco ſuo* Iob 8.
(humili ad ſublimiorem, facilè) *negabit eum* (cum Petro,) *& dicet: Non noui te.*

Quid enim vt plurimùm in aulis niſi perfidia?
E Infidam Curiam appellauit ille, quòd ſæpè nec ho- Virg. 4.
minibus, nec Deo fidem præſtet. Æneid.

Et abierunt viam multam valdè, & introierunt 1. Mac. 8.
Curiam. Hugo Cardinalis: Vbi agebant cum frau- Hugo ibid.
de, & potentia. Seneca in Agamemnone: Non intrat, inquam, regium limen fides.

O quam modica fides, quàm exigua Dei cognitio in aulis! Statim ac Magi ad Herodis Matth. 2.
aulam appropinquarunt, ſtella retrahere ſe ſe cœpit. Ita planè: vix aliqui in aulam pedem inferunt;

inferunt, cùm statim Dei lumen amittunt.

Seneca percontatus, cur relicta Neronis aula in rus quoddam suburbanum se recepisset? Quia, inquit, ex tot palatij cubiculis, nū inferioribus, tum superioribus, cælū videre nū possum. Hinc optimè Nazianzenus aulicis pro egregio suo iudicio semper infensus: Valete, inquit, Imperatores, & palatia, atque omnes Imperatoris famuli, & cubicularij; siquidem Imperatori fideles, haudquaquam certum habeo; Deo autem magna ex parte infidi. (Naz. or. 32.)

(Gen. 20.) De Regis Abimelechi aula loquens Abraham: *Et cogitaui*, inquit, *mecum dicens: Forsitan non est timor Dei in loco isto*. Alij: *Forsitan non est cultus Dei in loco isto*. Sanè de plerisque aulicis verissimè cogitauit. (Alij.)

(Lucan.) *Exeat, exeat* à quorundam aula, *qui vult esse pius*.

B

(Hebr. 10. Theoph. & Theod. ib. d.) Vt id præstitit Moyses, qui *maluit affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati* (regiarum deliciarum, & communicationis cum impiis) *habere iucunditatem*.

(Ierem. 51.) *Fugite, fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisque animam suam*. Quid etenim *Babylon*, nisi *confusio*? Quæ verò alibi maior, quàm in confusio illo aulicorum ordi e?

(Iob 10. Iude ep. 13. Gloss. ibid.) Ibi certè in ordine *nullus ordo*; *sed ferè sempiternus horror inhabitat*. Ibi verè *sydera errantia*. (Glossa, quæ aliis causa naufragij sunt.) Ibi *nubes sine aqua* (obscurantes Solem, ponentes in cælum os suum,) *quæ à ventis circumferuntur* (superbiæ (Lyran. ibid.) mentibus, & vanitatis.) Ibi *fluctus feri maris* (id est, inquieti, & bonorum turbatiui,) *despumantes suas* (Hugo Card. ibid.) *confusiones*. (Hugo Cardinalis ex concursu vndarum spuma generatur: ita aulici ex concursu in se inuicem spumant. Et benè, quia duo contraria habent in se ipsis: natura enim eos deprimit; sed superbia erigit: & ita in confusione sunt. Vide (Isa. 19. Margin.) Isai. 19. *Confundentur, qui operantur linum* (tela ex lino) *pectentes, & texentes subtilia* (nassas, vel retia:) *& erunt irrigua eius flaccentia: omnes, qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.* Stulti Principes (Interlin.) *Taneos, sapientes consiliary Pharaonis dederunt consilium insipiens*.) Ibi denique *arbores autumnales, infructuosæ* (nullam vtilitatem, vel sibi, vel aliis fa- (Si in notat. ibid.) cientes,) *bis mortua, eradicata*. Sa peracutè: fine radice fidei, & charitatis.

Et verè; *non enim in igne* (atrij, aulæq;ue) *Dominus: non in commotione* (aulicorum) *Dominus*; sed *in sibilo auræ tenuis*, quæ Curias perflare haud solet.

(3. Reg. 19. Bern. l. 4. de consideratione.) Hinc ad Eugenium Bernardus: Claustrum quosdam in malos recipit, quos vtplurimùm bonos efficit: at Curia bonos faciliùs recipere magis, quàm facere consueuit.

„ Verùm, quinam, aut quales plerunque aulici?
„ Idem: Hi sunt, qui subesse non sustinent, præesse
„ non norunt; superioribus infideles, inferioribus
„ importabiles. Hi inuerecundi ad petendum, ad ne-
„ gandum frontosi. Hi importuni, vt accipiant; in-
„ grati, vbi acceperint. Docuerunt linguam suam
„ grandia loqui, cùm operentur exigua. Largissimi
„ promissores, & parcissimi exhibitores. Blandissimi
„ adulatores, & mordacissimi detractores. Sim-
„ plicissimi dissimulatores, & malignissimi prodi-
„ tores, &c.

(B. Laur. Iust. de triumph. Christi agon. c. 8.) Heu! quò igitur, Petre, deuenisti: Paulò antè, inquit Laurentius Iustinianus, cum Senatoribus cæli, terræque Principibus, præsente Verbo, habitare solebas: nunc cum vilissimis resides, & indignis? Tuas priùs diuinis eloquiis accommoda-

A

bas aures: in præsentiarum autem nugis, obtrectationibus, blasphemiis? fouere decem consueueras dilectionis incendio: & modò remissus, & gelidus foueris, vt inuidus? Obsecro te, vt ad tui considerationem redeas diligenter; & vbi, cum quibus, & qualiter sic maneas, perpendere velis.

Aulam igitur, Fratres, ac aulicismum huius mundi fugiamus; caueamúsque, ne latenter hic morbus in animum nostrum irrepat, qui ex ipso apostolatus culmine, hoc est, à summa perfectione, si ad hanc fortè iam peruenerimus, ad infimam sæcularis, pristinæque conuersationis miseriam paulatim nos deturbare, ac reuocare possit.

O quàm latenter, paulatimque, ac ferè nobis via sentientibus, periculosus, perniciosúsque hic aulicismi morbus subintrat! Et quidem primò specie lucrifaciendi ipsos Principes, ac Magnates, conciliandique eos ad diuinum obsequium; sed mox ad nos ipsos eorum gratiam retorquemus. Bernardus: Clericum Curiam frequentantem, qui non sit de Curia, ad idem nutis pertinere ambientium genus. (Bern. quo supra.)

«
«

Signa morbi non obscura ea sunt: si quis frequentiùs eos adeat: si cùm abstinet, sentit desiderium præsentiæ, & congressus illorum: si eorum rebus, ac negotiis, tanquam propriis, se affici sentiat? si Principes, ac Magnates sibi, non Religioni aut Congregationi conciliet: si obseruantia, & obedientia incipiente iam illi sordescere, se factum arbitretur ad magna: si mediocritatem, ac humilitatem religiosam incipiat molestè ferre, quòd commoditates, & curiosiora requirit: si iam ferè *mollibus* vestiri cupiat; quia sæpiùs *in domibus Regum* iit: si domesticam Religiosorum conuersationem, præsertim simplicium, aspernetur: si Superiorem interea hæc monentem, quasi malecolum, ac inuidum, iniquiùs ferat. Hæc, & huiusmodi si adsint, quicquid decepta, & deceptrix intentio polliceatur, certum est, morbum animum occupasse, iam iámque Religionem, ac professionem cum Petro perfidè denegandam. (Aquau. in indust. ad curandos animi morbos. c. 15.)

C

Tertiò cecidit: quia manu linguæ ancillulæ impulsus fuit.

Vinum sanè, & mulieres apostatare faciunt sapientes. (Eccl. 19.)

D

Adam, vbi es? Abscondi me, inquit, *eò quòd nudus essem. Mulier dedit mihi de ligno, & comedi.* (Gen. 3.)

Non bona certè ostiaria (sic eleganter fatur D. Maximus) quæ Petrum ideò in domum Sacerdotis includit, vt à fide Saluatoris excludat. Malè Adam induxit Eua: malè Petrum introduxit ancilla. Illa exclusit à Paradiso: hæc exclusit à Christo. Illa persuasione sua virum decepit: hæc interrogatione sua Apostolum circumscripsit. Illa ad præuaricandum Adam impulit: hæc Petrum compulit ad negandum. Et idem sexus in vtraque ostiariæ officium gerens, aut exclusit à vita, aut inclusit ad mortem. (D. Maxim. hom. 2. de Latrone, Petr. & ancilla.)

E

Eadem est animi D. Laurentij Iustiniani conceptio. En, inquit, mulier, quæ malè suadendo Adam de Paradiso expulit, Apostolorum Principem tentando ex atrio eiecit. Et pari elegantia ad mores subdit: Sexus hic muliebris semper suspectus est: illo frequentissimè abutitur Diabolus. Quantos robustissimos telis fœmineis prostrauit viros? Quot ab initio sæculi damnauit fraudibus mulierum? Non armatos aduocauit milites, vt debellaret Apostolum: vnius muliercula lingua Christianæ militiæ deuicit ducem. Quid de membris inferioribus sperare poterit Belial, quando (D. Laur. Iust. de triumph. Christi agone, c. 8.)

Ecclesiæ

Ecclesiæ Principem sic leuiter superauit? Superauit, inquam, cùm illi negationis vulnus inflixit.

Heu igitur, dilectissimi, quanto exitio fœmina erit amanti; si tanto extitit Petro, non quidem amanti, sed timenti? Quis mulierum capius amore propè fidei iacturam non faciet? Salomon ardentissimo fœminarum amore nónne secutus est

3. Reg. 11. Deos alienos? Nónne *colebat Astarthem, Deam Sidoniorum, & Moloch, idolum Ammonitarum; adificauitque fanum Chamos, idolo Moab, in monte, qui est contra Ierusalem; & Moloch, idolo filiorum Ammon; atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, qua adolebant thura, & immolabant Diis suis?*

Greg. lib. 2. Mor. 13. Grauissimè, vti solet, Gregorius: Salomon immoderato vsu, atque assiduitate mulierum ad hoc B perductus est, vt templum idolis fabricaret: & qui priùs Deo templum construxerat, assiduitate libidinis, etiam perfidiæ substratus, idolis construere templa non timuit; sicque factum est, vt assidua carnis petulantia vsque ad mentis perfidiam perueniret.

Maxima, nimirum, ad idolorum cultum, & hæresim dispositio est carnis licentia, ac effœminata libido. *Habeo aduersum te pauca* (ait Angelus, obiurgans Episcopum illum Pergamensem:) *quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.* Hi à Nicolao Diacono, è sanctissimis illis septem vno, qui carnis voluptatibus addictus, C desciuit ab Ecclesia, & in turpissimas lapsus est hæreses, veluti aiunt Irenæus, Tertullianus, Hilarius, Epiphanius, & Hieronymus; dicebant, licitum esse fornicari; necessariúmque esse ad ipsam salutem libidini operam dare.

Apoc. 2. Num. 24. Iren. l. 1. aduer. hæret. c. 27. Tertull. de præscr. Hær. Hilar. Epiph. hær. 25. Hieron. ad Heliod.

Heu! in quale barathrum libido, ac mulier impellit! Heu! quo præceps luxuria ruit! *Memor esto, Domine, filiorum Edom,* (Augustinus, id est, carnalium hominum,) *qui dicunt: Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea;* hoc est, iuxta Theodoretum, ex fundamentis ipsam (fidem) conuellite, vt ne vestigia quidem fundamentorum remaneant: *Filia Babylonis misera!*

Psal. 137. August. & Theod. ibid.

Apoc. 17. Babylonica illa meretrix *circumdata purpura, & coccino, & inaurata auro, habens poculum aureum,* Hugo Card. id est, scientiam Scriptorum, clarum quidem in se, & propter hoc aureum, *in manu* D *sua,* id est, in operatione peruersa: eam enim exponit secundùm opera sua: *secundùm voluntatem suam, sic inuenit interpretationem;* & propterea sequitur, *plenum abominatione,* id est, errore prauæ expositionis; *& immunditia fornicationis eius:* docebit enim immunditiam carnis, sequens caput suum, de quo Danielis 11. *Et erit in concupiscentia fœminarum.* Meretrix, inquam, hæc mater fornicationum, id est, peruersorum dogmatum, sedebat *super bestiam coccineam,* id est, super Diabolum, sua impetuositate omnes ad mortem trahentem: nullius etenim fræni, aut retinaculi hîc vlla E fit mentio: quia luxuria ad hæreses vsque effrænis, præcépsque ruit: *Sedebat,* inquit, *super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ.*

Hugo Card. ibid. Eccl. 31. Dan. 11.

2. Tim. 3. Ita est, Fratres, mulier ad hæresim perducit *Ex his,* ait Apostolus, *sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis.* Móxque subdit: *Homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Vt vnum ex alio, ex luxuria, scilicet, iactura fidei! Sic alibi: *Manifesta sunt opera carnis.* Quænam Apostole? *Fornicatio, immunditia.*

A Mirabor, si non addat: *Idolorum seruitus.*

Hinc Hæretici in Apocalypsi locustarum nomine censentur, & ad innuendam effœminatam eorundem naturam, ad luxum pronus, mollémque viuendi rationem, potissimùmque ad libidinem propensam, atque procliuem, cum capillis mulierum, describuntur: *Et habebant,* inquit Ioannes, *capillos, sicut capillos mulierum.* Apoc. 9.

Hæ cunctarum fere è hæresum vehiculum, quo, nimirum, citissimè quoquò peruehuntur. Eruditè quidem obseruat Hieronymus in epistola ad Ctesiphontem aduersùs Pelagianos Hæreticos, penè omnes ad suas hæreses adstruendas, ac latè per orbem peruulgandas, fœminarum adminiculo, ac ministerio vsos fuisse. Simon Magus (inquit rem altiùs repetens) hæresim condidit Helenæ meretricis adiutus auxilio: Nicolaüs Antiochenus choros duxit fœmineos: Marcion Romam præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet: Montanus, immundi spiritus prædicator, multas Ecclesias per Priscam, & Maximillam nobiles, & opulentas fœminas primùm auro corrupit, deinde hæresi polluit. Hieron. ad Ctesiph.

Quid plura? Iam, ni fallor, ad illius acumen lectionis apud Tertullianum pertingo, qui de peccato populi circa vitulum fatus: *Sedit,* inquit, *populus manducare, & bibere: & surrexerunt scortari.* pro eo, quod nos legimus: *Et surrexerunt ludere.* Subdit que pulchrè: Pro vitulo ergo, & cum vitulo vitulati sunt. Nec mirum: nam, quemadmodum apud Ambrosius: vbi cœperit quis luxuriare, incipit deuiare à fide vera: sedit populus manducare, & bibere; & fecit sibi Deos populus. Tert. ... Exod. 32. Ambr. ... ad Sa...

Hinc tam sæpè fides cum castitate. *Exemplum esto fidelium in fide, in castitate. In omni pietate, & castitate. In ore eorum* (virginum) *non est inuentum mendacium* (infidelitatis.) E contra luxuria simul, & recessus à fide. *Erunt homines se ipsos amantes, incontinentes, & voluptatum magis, quàm Dei amatores: habentes quidem speciem pietatis; virtutem autem eius abnegantes. Erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & multi sequuntur eorum luxurias. Venient in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes,* &c. Vt ex his, aliísque permultis locis facilè intelligas, luxuriam aut esse cum infidelitate, aut ad infidelitatem perducere. 1. Tim. 4. 1. Tim. 2. Apoc. 14. 2. Tim. 3. 2. Pet. 2. 2. Pet. 3.

Hinc denique 2. Machabæorum 4. cùm Iason, Oniæ frater, ad gentilem ritum contribules suos transferre vellet, non nisi id *gymnasio, & ephebia* id est, *lupanari,* & prostibulo ephebroum assequi posse cogitauit, nullibi tutius edisci citius impietatem, quàm in schola impudicitiæ. 2. Mach. 4. Lyran. ibid.

Cæterùm, quis ad hæc non perhorrescat luxuriam, per quam non solùm ad infidelitatem; verùm etiam ad ipsummet atheismum facilè perducatur? *Dixit insipiens in corde suo. Non est Deus.* At quis, rogo, insipiens magis, quàm homo carnalis? Quò maior est voluptas, dixit quondam Tullius, eò magis mentem à sua sede, & statu dimouet. Venus Græcè, iuxta suum etymon, quasi sine mente, *ve* sine, *vûs* verò mens. Certè voluptarij, *quorum Deus solùm venter est, & gloria in confusione,* id est, in luxuria, *non est* alius *Deus:* vnde & subditur: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis:* fundamentum enim, & radix impietatis, inquit ibidem Theodoretus, vitæ corrupiela est. Psal. 13. Cic. parad. Theod. ibid.

An non inde & illi huc peruenêre? *Dixerunt impy cogitantes apud se non rectè: Ex guum, & cum* Sap. 2.

tadio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in A *fine hominis; & non est, qui agnitus sit reuersus ab Inferis, quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, tanquam si non fuerimus.* Vbi apposite Glossa: Vox hæc perditorum est, qui tanquàm bruta animalia, quæ præsentia sunt, amant, & futura despiciunt; nec post hanc vitam requiem æternam sperant. Vnde non secùs ac ipsi Athei subdunt: *Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt* (modò, quoniam, an alibi bona sint, ignoramus) *& vtamur creatura, tanquàm in iuuentute celeriter* (ne celeriter nobis hæc bona pertranseant.) *Vino pretioso, & vnguentis nos impleamus; & non pertranseat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequàm marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrùm exors sit luxuriæ nostræ, vbique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra:* & nihil præterea sperâmus. O luxuriam, quæ ad ipsissimum atheismum perducis.

Glossa apud D Bonau. ib.

Ezech. 8. Quid Numinis, quid religionis, rogo, senioribus illis, qui ramis naribus applicatis in signum Chald. luxuriæ (Chaldaicè enim est: *adducunt confusionem ad facies suas*) *dorsa* habebant *contra templum Domini?* an non propriè Athei?

Hieron. Cauendum ergo primùm à mulieribus, ab aspectu, à colloquiis, à frequentia: nam, vt ait Hieronymus: Prima tentamenta sunt mulierum frequentes accessus. Nec aliud, citiùs hostis ardentiùs optat, quàm homines à Deo per C carnis luxuriam reuocare.

PETRI LACRYMÆ.

PVNCTVM X.

Et egressus foras fleuit amarè. Luc. 22.

Psal. 118. Theodor. Hieron. Chald. Pagnin. Ambros. EXitus aquarum deduxerunt oculi mei. Theodoretus: Hoc est, Fluminis instar lacrymas profundebam. Hieronymus, *riui*; Chaldæus, *flumina*; Pagninus, *pelagi aquarum fluebant de oculis meis*, Ambrosius: *Per exitus aquarum descenderunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam*, ne se, videlicet, vnquam clauderent radiis tuæ lucis. D

Psal 41. *Fuerunt & mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus?* Heu! heu! & potui te negare? nec, quoad vixero, illacrymabo?

At lacrymis mea vita viret.

Verè hoc ille, & ingeniosè sub amarantho. Cæterùm ipse sub hoc tristi corde exscribam, ac multo verius: *Et lacrymis mea vita viret.*

Marc 14. *Et cœpit flere*, inquit Marcus: quia, nimirum, à fletu posteà nunquam destitit: sed dum vixit, singulis diebus, per aliquod temporis spatium, ne-D. Clem. in Recognit. gationis suæ peccatum defleuit. Sic D. Clemens. Vnde & oculos semper quasi sanguine respersos E habuit, quòd eos perpetuis ferè lacrymis fatigaret. Niceph. l. 2. c. 36. Sic Nicephorus. Quin adeò largiter plorauit, vt iugis ipsa lacrymarum vnda ex oculis manâs quasi sulcos, ac veluti cuniculos, & aquæductus in maxilis effecerit. Sic idem Clemens. Vnde & diceret potera: *Facies mea intumuit à fletu.* Neque ob id longiùs abest, qui illud: *Et cœpit flere*, ad Hebraïcum transtulit: *Et erupit in fletum*; quia, scilicet, totum in lacrymas se soluit amaras.

Iob 16. Al. j.

Quid autem mirum? statim enim ac ipse Dominus *dirupit petram, fluxerunt aquæ, & torrentes* Psal. 114. *inundauerunt.*

Ipse, nimirum, ipse est, *qui conuertit petram in* Psal. 113. *stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Vnde,

Et quæ erat arida, erit in stagnum. Vi, Isa. 35.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Psal. 45.

O, ô felices lacrymæ, quæ vt eleganter ait D. D. Leo. Leo, ad diluendam culpam negationis, virtutem sacri habuêre Baptismatis! O felix (si licet) crimen, quod tam felicibus lacrymis expiatum est! Lacrymæ siquidem, ait Petrus Cellensis, sordida Abb. Cell. de pan. c. 12. lauant, decorant fœda, suscitant mortua. Demergit lacryma populorum crimina. Lacryma diluuium est peccatorum. O lacryma (exclamat Au- Nazian. Aug. ser. 15. ad Fratres in eremo. B gust.) tu contra ruinas hominum suaue solatium, quæ passionis Christi es vicaria. Et planè vicaria, quòd à culpis absoluat, quòd sordes, & maculas vicaria potestate, atque virtute detergat.

O verè lustrales aquas! (sic disertè clamat in Ant. Franc. Felic. orat. in S. Iulian. oratione Pelicanus, eiuis ex pectore, & corde pretiosum hunc ad peccatorum vitam sanguinem fundo:) ô vndas expiatrices! ô piaculares latices lacrymarum! ô culparum balneos salutares! Quodnam, quaso, tantum est scelus, Fratres, quo anima nostra sordescat, quod hac vnda ablui, mundarique non possit? Quæ criminum macula ita potest cœnoso inquinamento hominem sordidare, quæ hac doloris eluuie inundata non euanescat? Denigretur culparum fuligine super carbonum nigredinem facies animarum: his aquis aspersa, super candorem niuium dealbabitur. Contaminetur ani- Psal. 50. ma criminum fœditate, scelerum maculis obsolescat, peccatorum cœno inuoluatur: lauetur hoc balneo, mitum, quanto persusus nitore splendescet.

Chrysol. Pretiosus est, Fratres, pœnitentiæ Chrysol. ser. 2. in fer. 5. Pasc. fluctus: quia, quod defendi non potest, ablui potest: lauant lacrymæ cõgeriem peccatorum. Quàm pretiosæ lacrymæ, quæ extergunt culpam, & exigunt veniam!

Pulchrè Abbas Cellens. Mirum in hoc artificis Abb. Cell. lib. de panib. c. 12. Dei ingenium, vt lacryma de venis erumpens peccatorum, profusa humiliter, absorbeat omne peccatum! Nimirum, non de mari, sed de oculi gutta ad animorum munditiem Deus compendiaria- D uacrum. Vnde Chrys. Peccasti? luxisti? Peccatum soluisti. Chrys. hom. de cæco nat.

Eapropter Ambrosius in morte Satyri fratris, quem prè Mediolanenses lacrymis pareorarunt: Fleuerunt, inquit, iuuenes, fleuerunt senes: & quod est pretiosius, lacrymis suis eius delicta lauerunt. Illæ, illæ (subdit) lacrymæ sunt redemptrices: illi gemitus, qui dolorem mortis abscondunt.

O lacrymas! ô oculos! ô fontes (iterum dico) salutares! Extollat famæ præconiis veri semper eleuatrix Antiquitas quendam in naturæ miraculis fontem, quòd in eo (Authore Solino) extin- Dam. lib. 2. epist. ep. 17. cta funalia reuiuiscant, de quo Damianus: Quis in Epiro alium fontem ita mirabilem præbuit, vt E cùm sit contrectantibus frigidus; in eo tamen faces, vt in cæteris extinguuntur accensæ; sed non vt in cæteris accenduntur extinctæ? Forrasse est hoc naturæ monstruosa fœtura: fortasse hoc, & id genus alia, mendacia sunt splendida literarum. Homo, homo, mundi prodigium; homo, naturæ miraculum, non vnum, sed geminos, hósque admirandos gerit fontes in fronte. Oculi, oculi, inquam, sunt isti fontes. In his gehennæ incendia extinguuntur: in his fax extincta diuinæ charitatis accenditur.

Psalmographus:

Psal. 83. Psalmographus: *Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco, quem posuit.* Hebr. *Transeuntes per vallem fletus, fontem ponent eam.* Chaldæus: *Peccatores autem, qui transeunt per profundum gehennæ, fletes fletu, sicut fontem ponent illud.* O quanta ergo vis lacrymarum! (exclamat Chrysol.) tigant cælum, terram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latam diuina promulgatione sententiam.

Hebr. Chald. Genebr. ib. Chrysolog. serm 93.

Aug. ser. 11. ad Fratr. in eremo. Quàm verè Augustinus, aut quisquis Author est sermonum ad Fratres in eremo: Omnes aquæ non extinguerent scintillam vnam in Inferno: vna lacryma, si de puro, & contrito corde processerit, totum Inferni ignem (supple, quoad præsentem iustitiam) extinguit.

Hinc Abbas Cellensis: Lacryma vibratas reuaginat acies: erecta iam resupinat supplicia. Et ad rem addit: Exundantes irrorat flammas. An non Petrus, dum scelus admissum illacrymatur, & dolet, gehennales faces extinguit in lacrymis; cælestes verò ignes iam extinctos ad ignem, ipsis accendit in fontibus lacrymarum?

Ad Auerni igitur loca lacrymarum imperium protenditur: in ipsas gehennales flammas extenditur ditio luminum lacrymantium. Sopite, sedare, restinguere potest æterna ilia incendia stillans è dolore lacryma pœnitentis. An non ergo magnum regnum hoc est? Et quidem magnum; sed non hic sua ponit confinia.

Cælo, cælo, inquam, ipso se infert. Habet ex Basilio, & Nazianzeno & Infernus codicem mortis, in quo Satanas Cocytio atramento, seu Strygia fuligine notat suos, iuxta illud Prophetæ: *Recedentes à te, in terra scribentur.* Habet & librum vitæ cælum, in quo cælo destinatos accolas adamanteo stylo describit. Qui peccat, quoad iustitiam præsentem, ex hoc deletur, in illo depingitur. At lacrymæ faciunt in illo lituram, & felici penicillo in librum vitæ transcribunt. Lacryma voluminis mortis est spongia deletoria: libro vitæ est candidum atramentum, & calamus adamantinus.

Basil. in c. 4. Isa. Naz. or. 9. Ierem. 17. Becan. c. 14. q. 5.

Chrys. hom. 2. in Ps. 5. Conceptus planè aureus, quia Chrysostomi. Peccata tua in libro scripta sunt: spongiæ autem instar sunt lacrymæ tuæ. Lacrymas mitte, & obliterantur: lacrymas funde, & purus ille liber inuenitur. Magna peccatorum spongia sunt lacrymæ: magna lacrymarum vis est.

Psal. 50. *Dele, dele*, ait lacrymans ille Rex, *iniquitatem meam.*

Ezech. 4. Hinc & ad Prophetam Deus: *Sume tibi laterem*, scilicet, crudum, (velut ibidem Lyranus,) *& describes in eo ciuitatem Ierusalem: ordinabisque aduersus eam obsidionem*, &c. Ierusalem obsessa (inquit illustria quidnam ea neotericis Interpretibus) est anima posita in peccato, contra quam omnes diuinæ iustitiæ munitiones diriguntur. Verùm hæc omnia in latere non decocto, sed crudo, qui facilè aqua dissoluitur, describuntur: vt intelligamus, omnes diuinæ iræ munitiones aduersùs peccatores dispositas, pœnitentiæ lacrymis posse dissolui.

Corn. à Lap. ibid.

Isa. 1. Lyran ibid. *Lauamini, mundi estote.* Lauamini à peccatorum maculis, lacrymis contritionis, ait Lyranus ea Interlineari; lacrymis pœnitentiæ; *& venite, & arguite me, dicit Dominus. Et venite, & accusate me,* tanquam ingratum (ita Paraphrastes) *ante tribunal iustitiæ meæ, si non respexero lacrymas vestras. Si fuerint peccata vestra vt coccinum* (lacrymarum lixiuio) *quasi nix dealbabuntur: si fuerint rubra,*

Chald.

A *sicut vermiculus*, (lacrymis lota) *velut lana alba erunt.*

O verè ergo latè patens lacrymarum imperium! Cæterùm, quid, si in ipsum Deum iura sui propagat imperij? Mens illa diuina, cui nulla est immensitas vniuersa; quæ omnium capax, obliuisci nihil potest; quæ non solùm omnium secum habet rerum imagines, & ideas; sed ipsa sibimet est omnium, quæ sunt, quæ fuêre, quæ futura videbit posteritas, & quæ fieri possunt, speculum, & imago: hæc, inquam, omniscia mens, pariter à lacrymis nesscientiam: per lacrymas diuinæ menti inducitur quædam obliuio. *Si impius egerit pœnitentiam*, (quod est, si lacrymas peccator effuderit,) *omnium iniquitatum eius non recordabor.* O gemitus ergo! ô lacrymas (dicam pia audacia) omnipotentes, si Omnipotenti expungitis culparum memoriam! Ezech. 18.

B

Quid mihi, quæso, affertis, aut quid effertis Lethæa vestra flumina, ô veteres fabulosi? Amni quippe vestro Lethæo ius non fuit in vestrum Iouem: à nostris lacrymis sensit Deus noster obliuionis imperium: statim enim ac peccator venam aperit lacrymarum, & vnda manat ab oculis; Deus, pedem mox vt intingit in aqua, prorsus omnium obliuiscitur peccatorum.

O oculos! (liceat iterum exclamare,) imò, ô pocula peccantibus salutaria, in quibus Deus omnium potat obliuia delictorum! Cessate, cessate iam veteres, vestro Numini fabuloso, mendaciorum pateris nectareos latices propinare: verum veri Numinis nectar, imber est lacrymarum. Hic dum ex oculorum nimbo profunditur, dum per genas doloris profluuio cadit; inuisibili gressu, festino gradu supar astra conscendit: inter illa Beatorum conuiuia, inter illas felicium dapes apponitur, ipsóque Dei ore delibatur, ac sumitur.

C

Hæc, Fratres, Christi est sitis: hic gustus est Saluatoris. Crysologus: Pharisæi domum Christus intrauit, non acceptutus Iudaicos cibos; sed diuinam misericordiam largiturus: neque accubuit pocula saporata melle, floribus odorata sumpturus; sed pœnitentis lacrymas ex ipsis oculorum fontibus potaturus. Deus (subdit) delinquentium genitus esurit: sitit lacrymas peccatorum. Chrysol. ser. 93.

D

An non ergo cælo se se inferunt lacrymæ? Nec verò negandus est lacrymis in cælum appulsus, quando affinitas quædam inter cælum, & lacrymas intercedit. Cælum margaritæ simile perhibetur à Christo. Margaritam ipsa lacrymarum forma designat. Margarita, scilicet, est, quæ donatur à cælo, & è rore amaro, imò dulcissimo (quid enim dulcius lacrymis pœnitentium?) formatur in conchyliis pupillarum. Pretiosa margarita cælum est. Emitur hæc merces pretio lacrymarum. Fuerit contumelia, fuerit Libyci Regis barbara detestatio, olim Romam fuisse venalem. Hæc nostra felix conditio est: cælum venale est. Venditur, emitur, commutatur margarita cælorum, margaritis oculorum. Hoc est liberale commercium, hæc magnanima mercatura, hæc beatissima nundinatio. Matth. 13.

E

Itaque hæc pretia pretiosa cælorum foribus appenduntur, & ab ipso venditore Deo ex oculorum ærariis abstersa, in suo rationali æternaliter reconduntur. Apoc. 7. Psal. 55. Hebr.

Quòd si *regnum cælorum vim patitur*, vt est Verbi Dei diuinum affatum; lacrymæ ipsæ sunt arma, quibus adamantæi postes expugnátur; quibus æternales illæ fores refringuntur, & reserãtur. Cælestes oras Matth. 11.

otas intrantes animæ Beatorum, in ipso cæli vestibulo affigunt margaritas, tanquàm arma victorum, victoriarum insignia, ac titulos triumphorum. Mentior, si non cælestis *Hierusalem portæ nitent margaritis.*

Et verò ornant appositè portas cæli margaritæ, quando cognatio naturæ quædam interuenit inter cælum, & margaritas. Si serenum est; si tranquillum; felix concharum prouenit genitura; insignes candore, læuore, pondere prodeunt margaritæ. Si tonat, si nubilum est, si turbidum; pallidæ proueniunt, rugosæ, compressæ; abortus demum, non fœtura. Numeratur hoc in magnis laudibus è cælo pendere; faciem sortiri cum cælo; cælo magis, quàm pelago sociari. Idem est, vt ita dicam, lacrymarum fatum, hæc nostrorum conditio vnionum: sed sorte beatiore, maiore cum pretio, nobiliore enim dote. Illic è cælo pendent margaritæ: hic cælum pendet è lacrymis, sumit faciem ex harum facie margaritarum. Iratum est cælum, ciet tonitrua, sæuit procellis: non si patulas oras concha diducat, serenatur. E conuerso minitetur cælū tempestates, & fulmina, vibret fulgura, nimbis desæuiat in criminum vltionem: appareat vnà lacryma pœnitentis; prodeat, inquam, vna margarita in conchis oculorum: lenitur omnis ira cælorum, omnes minæ cælitum abolentur. O lacrymas culparum antidota! O scelerum amuleta! O irarum cælestium sedatrices!

Quid hìc insanis, infelix & vana luxuries? Quid in nimio cultu, superbo fastu luxurias, ambitiosa libido? Decurris ad Indos: Erythræi maris vndas velo, remóque sollicitas: pelago te credis, infido monstro: ventorum ludibrio te committis, è profundo mari tibi expiscatura materiam, & candidas baccas detractura conchis, quasi manobias pretiosas. Scilicet, adeunda sunt vitæ pericula, vndosa regna lustranda, scrutandi recessus intimi scopulorum, aquarum penetralia vestiganda, vt pédeant ex auribus pretia prædiorum, vt appendantur ceruicibus fœminarum integra patrimonia, quasi opima spolia deuictæ frugalitatis, quasi trophæa luxuriæ triumphantis. Scilicet, interdicenda sunt cælo tonitrua, nubes è regione aëris ablegandæ, vt speciosi nascantur concharum partus, ad ornanda colla, sinúsque mulierum, ad librandas aures ponderibus pretiosis. Huc, huc sua vota collimet sancta, & religiosa luxuries. Huc Christianus luxus aspiret, vt ornatas gestet genas harum decore margaritarum, vt grauidos habeat oculos vnionibus lacrymarum.

Margaritis nomen vnionis imposuêre Romanæ deliciæ, quòd nulli duo inueniantur indiscreti. At lacrymæ veriori vocabulo appellentur vniones. Vel vna lacryma, criminum est lauacrum. Vel vna lacryma est cæli pretium. Lacryma, inquam, vna nos vnit Deo, & infima Superis reconciliat.

Abb. Cellens. de panib. c. 12.

Miraris? Desine. Lacryma ipsum Dei Filium ad nos inclinat, (ita Abbas Cellensis,) & ad veram Trinitatem, interueniente Spiritu, nos eleuat.

Et an non ipse Dei Filius, filius lacrymarum? Quidni? Lacrymæ, lacrymæ parturiêre Christum. Sic Ambrosius. Dauid dicebat: *Lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.* Et ideò meruit, vt ex eius familia Virgo eligeretur, quæ nobis partu proprio Christum ederet. Ambrosio accinit & Bacchiarius ponderans, cur ex ea, quæ fuit Vriæ, nasci voluerit Iesus: ait enim: Talis filius nascitur ex pœnitentia: talem parturiunt gemitus, & lamenta.

Amb. de pœnit. l. 2. c. 8. Psal. 6.

Bacch. ep. de recip. laps.

Quid plura? Aqua hæc, inquit, quò suprà Abbas Cellensis, aut facit, aut inuenit Paradisum. Felicissimæ lacrymæ, felicissime Petre. Hæ, hæ erant tuæ, ô Petre, deliciæ: hæc erant & tua pretiosa defluuia: hoc fluxile tibi perpetuò pendebat ex oculis, genísque monile. Tuas luminum conchas hi margaritarum fœtus oblectabant: fœcundabant illas hi partus madentium vnionum. Quid mirum, si cæli clauiger effectus, quòd ipse præsertim agnoueris lacrymarum pretium, optimus illarum artifex, & faber egregius? Quid mirum, quòd nunc iam lætus plorator solis gementibus reseres Paradisum? Tu etenim benè gementes agnoscis, quòd tam diu benè gemueris. Tu probè lacrymarum diuitum, videlicet, margaritarum pretia nouisti, quòd eas feliciùs in tui cordis, oculorúmque pelago piscareris, quàm cùm retia in capturam laxabas.

Sperança Scriptura selecta.

His, his, Fratres, Petrus diuinam sibi miserationem, veniámque promeruit. Et quid mehercule pœnitentis lacrymæ non obtineant? Quodnam scelus (iterum rogo) quod lacrymis non donetur? *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis.* Vbi scitè Bernardus: Non dixit Apostolus: Non ploret quis. sed, Non oret. quia, si ploras, obtinebis. Efficacior enim (subdit) coram Deo est lacryma, quàm lingua: & plùs fletibus, quàm orationibus flectitur. Et rem ad rem firmat: Audio, inquit, Petrum flentem amarè; non audio orantem: quia lacryma amara flectit Omnipotentem.

1. Ioan. 5.

Bernard.

Pulchrè Chrysostomus: Nemo ad Deum aliquando flens accessit, qui non, quod postulauit, acceperit.

Chrys. hom. 13. ad pop.

At quàm citò? Chrysologus: Videt se Petrus grauia vulnera sustinentem: dirigit preces ad Medicum per nuncios lacrymarum, & diuinum confestim recipit antidotum.

Chrysol. ser. 1. in fer. 5. Pass. in Oper. Chrysost.

Nullum planè crimen est, nullum omninò scelus, quod lacrymis non diluatur. Ciuitas Niniue (Hieronymus in Iouinianum) imminentem iram Domini, ieiuniorum miseratione detorsit, quam & Sodoma placasset, & Gomorrha, si voluissent agere pœnitentiam, & lacrymas pœnitentiæ patrocinante conciliare ieiunio.

Hier. l. 2. Iouin.

Loquimini ergo ad petram, (quin solùm intuemini petram:) *& illa dabit vobis aquas.*

Num. 20.

Refert, vt solet, eruditè Plinius, petram quandam in Phrygia à Solis percussam radiis, mox illacrymari. En, en, vt mox ad iustitiæ Solis aspectum Petrus illacrymatur?

Plin.

A facie tua, nimirum, diuinissima, Christe, *montes,* nedum lapides *defluerent.*

Isa. 64.

Nunquid enim *deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes,* si potentissimi radij eas dissoluant?

Ambr. lib. 10. in c. 22. Luc.

O diuinorum oculorum virtutem! De qua Ambrosius: Quos Deus respicit, plorant delictum. Probat statim: Negauit primò Petrus, & non fleuit: quia adhuc non respexerat Dominus. Negauit secundò; & non fleuit: quia nec adhuc respexerat Dominus. Negauit tertiò, & respexit Iesus, & ille amarissimè fleuit. Si ergo, subdit, ita sunt necessarij oculi tui, Deus; *respice in me, & miserere mei.* Tam id piè, quàm eleganter.

Psal. 24.

Nolite (diceret Petrus cum sponsa) *me considerare, quòd fusca sim: quia decolorauit me Sol.* Legit Ambrosius: *Quia non est intuitus me Sol.* Ergo, subdit, fuscamur, quando non videmur à Christo: sed, quando videmur, albescimus.

Cant. 1.

Ambros. in Apolog. Dauid, c. 8.

Eccl. 11. Verè de Petro illud dici potest: *Oculus Dei respexit illum in bono, & erexit illum ab humilitate ipsius. Facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem.* At quis eo pauperior, quis eo vilior, qui Christum negauerat? A

Psal. 32. *Ecce* autem *oculi Domini super metuentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum.*

Psal. 70. *Quantas*, seu *quantas* (diceret rursus) *ostendisti mihi tribulationes multas, & malas*, permittens, vt te negarem: sed *conuersus* oculo pietatis, ac benignitatis tuæ, *viuificasti me.*

Theod. Theodoretus, hoc est, iterum in vitam me reduxisti; *& de abyssis terra*,

Pagnin. aut ad Hebraïcum, *de voraginibus terra* (trinæ negationis) *iterum reduxisti me*; seu, iuxta Campēsem,

Campens. *auxisti honoribus* (super alios,) *ac vicissim consolatus es me*; vel iuxta ipsius paraphrasim, auxisti potentiam.

Symmach. Symmachus habet, magnificentiam meā (cæli nimirum, clauibus) & reuersus ad me, clementissimè tractasti me. B

Psal. 10. *Oculi* certè *eius in pauperem respiciunt.*

Astronomi vani, & nugaces frustrà iam mihi iactent felices astrorum quorundam aspectus. En, en verè benignissimus constellationis oculorum Christi aspectus! Hic, hic planè Petro felicior astrorum quotumlibet aspectu blandissimo. Sol, & lux reddita menti. *Conuersus Iesus, respexit Petrū* móxque in eo effecit, quicquid Sol cōuersus, aspiciénsque nostrum horizontem efficere solet; luce discussit tenebras, calore frigiditatē depulit; virtute gelu & glaciem dissoluit: Christus illum diuinis oculis C

D. Prosp. 2. de vocat. conuenit, inquit eleganter D. Prosper, & ad largos pœnitudinis fletus potenti incitauit aspectu.

Gen. c. 18. Gen. 4. Væ, væ illi, quem non respicit Deus. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera illius non respexit.*

Isa. 58. *Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis.* Hinc ille, qui filium habebat à Dæmonio vexatum, hoc solum: *Respice in filium meum.* Hinc illi toties:

Gen. 18. *Si inueni gratiam in oculis tuis.* Nouerant quippe, quàm salubre, quàm bonum, quàm magnum, quámque honorificum à Deo respici.

Iob 10. *Nunquid enim oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu videbis?* Haud planè. D

Hominis visio ex Aristotele est per intromissionem. At liceat dicere, Christi visionem fieri per extramissionē: vt enim videbat, gratias emittebat.

Matth. 9. *Vidit hominem sedentem in telonio.* Mox publicanus Apostolus: nam vidit illum Deus, veluti pulchrè ait Chrysologus, vt ille videret Deum: vidit

Chrysol. ser. 30. illum Christus, vt ille pecuniæ latebras ampliùs non videret.

Luc. 19. *Suspiciens Iesus vidit illum.* Mox Zachæus iustificatus: *Zachæe, festinans descende: hodie huic domui salus à Deo facta est.*

Ioan. 5. *Hunc cùm vidisset Iesus iacentem*, mox: *Tolle grabatum tuum, & ambula.*

Ioan. 9. Gregor. in psal. 7. pœnit. *Vidit hominem cæcum à natiuitate.* Et quid mirum, si cæcus? Sunt tenebræ, inquit Gregorius, vbi Christus non respicit. Sed mox: *Et ecce video.* Felix, quia Christus te vidit. E

Chrysol. ser. 33. Chrysologus, Hoc vniuersitas sentit ex visu, de felicibus sic dicendo: Vidit illum Deus.

Gen. 49. O, ô diuinos oculos *vino pulchriores.* Quem etenim, Domine, respicis, & non lætificas? Agar

Gen. 16. post afflictionem: *Tu, Deus qui vidisti me.*

Gen. 22. Abraham post Sacrificium: *Dominus videt.* Et *in monte hoc Dominus videbit.* Quasi diceret lætabundus: Hoc satis.

A *Conuersus* ergo *Dominus respexit Petrum*: & Petrus *egressus foras fleuit amarè.* Tempus, nimirum, Luc. 22. 2. Mach.
affuit, quo Sol refulsit, qui prius erat in nubilo, liuoris, ac sanguinis in horto; diuinæque tuæ lucis explicatis radiis in aqua lacrymarum, imò in corde Petri *accensus est ignis magnus, ita vt omnes mirarentur.*

E benigno Christi respectu, nimirum, veniunt lacrymæ pœnitentis: *In hilaritate vultus Regis vita: & clementia eius, quasi imber serotinus.* Prou. 16.
Statim ac Christus peccatorem respicit, illum soluit in lacrymas. Vnde piè Guarricus Abbas: Intendite, Fratres, in vultum serenissimi Regis nostri. Respexit Guar. abb. ser. 3. in Ramis.
B in protoplastum: & mox animatus spirauit in vitam. Respexit Petrum: & mox compunctus respirauit animam: mox enim vt Dominus respexit Petrum, Petrus de clementia piissimi vultus suscepit imbrem serotinum, lacrymas post peccatum.

Hic primus index Dei nos respicientis: hoc statim ex misericordi respectu Dei concipimus salutis testimonium, quòd imbrem concipiamus serotinum, quòd in lacrymas resoluamur.

Illacrymare igitur, illacrymare, ô Petre, quando Sap. 19.
iam *ignis valet in aqua*: hísque lacrymis incalesce, Gregor. 2. Mor.
qui iam modò intus à charitatis calore torpens, totus ad ignem frigefactus accesseras.

O ignis, ô ignis, qui semper ardes, & nunquam August.
C extingueris, accende me. Accende lacrymas, & inflamma suspiria, vt exurantur, nadum contribulentur *capita draconum in aquis.* Psal. 73.
Acriùs etenim Diabolus, vt ille ait, contriti cordis lacryma torquetur, Pett. Cellēs. tom. 9 Bibl. veter. Patr.
quàm flamma infernalis incendij: & tolerabiliùs sustinet flammam suam, quàm lacrymam nostram.

Vide ergo & tu, *quia malum, & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem* Ierem. 2.
Dei apud te. Ita, ita, Fratres, & nos cum Petro scelera nostra lacrymis diluamus. Heu! quoties & nos licèt confessi simus nouisse Deum; factis tamen negauimus? Heu! quoties & nos cum illo diximus: *Quis est Dominus? Nescio Dominum, & Israel non dimittam?* Exod. 5.

Hoc plorandum, Fratres, hoc verè lugendum, nō rerum temporalium iactura, nō filiorum mors tā
D immoderatè, vt fieri solet; sed iactura diuinæ gratiæ; sed mors, quā nos, nos ipsi intulimus Filio Dei.

Sterilis, ait Petrus Cellensis, est omnis effusio Petr. Cellēs.
lacrymarum, quæ non effunditur propter regnum cælorum. Heu! flebam, aiebat Augustinus, Didonem mortuam, quæ se occidit ob amorem Æneæ, Aug. 1. Cōf. c. 13.
cùm intereà me ipsum in his à te morientem, Deus meus, vita mea, siccis oculis ferrem miserrimus. Quid enim miserius misero non miserante se, & flente Didonis mortem, quæ fiebat amando Æneam; non flente autem mortem suam, quæ fiebat non amando te?

Hoc caput, hic fons, vnde iugiter defleamus; vt & veri lacrymarum fontes apud Gregorium: cùm D. Greg. 23. Mor. 13.
E quis aut malorum suorum reminiscitur, considerans, vbi fuit; aut iudiciorum Dei sententiam metuens, & secum quærens cogitat, vbi erit; aut cùm mala vitæ præsentis solerter attendens, mœrens considerat, vbi est; aut cùm bona sempiternæ patriæ contemplatur, quæ quia necdum adipiscitur, lugens conspicit, vbi non est.

Ob alia si fleas, audi in tuas lacrymas, quod de Magdalenæ lacrymis ille cecinit:

Tam pretiosa pedes Domini nisi lamberet vnda; Apud posseuin. in Bibliotheca.
Vnda quid (ah! quererer) tam pretiosa perit?

CONSPV

A

CONSPVTATIO.

PVNCTVM XI.

Tunc expuerunt in faciem eius. Matt.22. Mar.14.

Pſal.43. Hieron.

C*Onfuſio faciei meæ.* Hieronymus: *Ignominia faciei meæ cooperuit me, à voce,* (ab ore) *exprobrantis, & ablaquentis.* idem, *& blaſphemantis: à facie inimici, & perſequentis: hæc omnia venerunt ſuper me.*

Pſal 68. Campenſ.

Propter te, ô Pater, *ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam.* Campēſis in Paraphraſi: Tuo enim iuſſu hanc pertuli ignominiam, vt texerit totam faciem meam infamis pudor. *Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus,* ad verbum, *& incognitus filiis matris meæ,* adeò, ſcilicet, vt me tam fœdè conſputum non agnouerint. *Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reuerentiam meam.* Iuxta alios: *Tu ſcis opprobrium meum, & confuſionem meam, & ignominiam meam,* quàm grauis, quam ingens: *tu, inquam, ſcis ignominiam meam.*

Hebr. Alij.

Sen.conſo. ad Heluiam, c.13.

Ad Heluiam Seneca: Ducebatur Athenis ad ſupplicium Ariſtides, cui quiſquis occurrebat, deiiciebat oculos, & ingemiſcebat, non tanquam in hominem iuſtum; ſed tanquàm in ipſam iuſtitiam animaduerteretur. Inuentus eſt tamen, qui faciem eius inſpueret. Poterat ob hoc moleſtè ferre, quòd ſciebat neminem id auſurum puri oris. Expende C Philoſophi lepores, & acumina, & compone, ſi licet, hominem Deo. O quàm ſic fœdè conſputus poterat moleſtè ferre, quòd ſciebat; neminem id auſurum puri oris! Quàm nunc fœdè ſputaminibus exceptus, non Ariſtides; ſed Deus!

Iſa 50. Hebr. Aug. ſer. 114. de Temp.

Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Hebr. *ab ignominiis, & ſputo.* Auguſtinus, *à fœditate ſputorum.*

Iob 30. Albo. ibid.

En modò vetus Iob, qui verè dolenter dicere poſſit: *Filii ſtultorum, & ignobilium, & in terra penitus non parentes,* ſeu ad verbum, *nullius nominis, abiectioreſque terra ipſa, abominantur me, & faciem meam conſpuere non verentur.* Neque hoc hyperbolicè ſolùm quemadmodum de ſputis Iobi interpretantur.

Nicet. Gregor. Hugo Car. ibid.

D Nicetas, Gregorius, & Hugo Carenſis, quòd, nimirum, fluxa, & contumelioſa verba in eum, quaſi ſputa è deriſorum ore defluxerint; ſed propriiſſimè, ſed veriſſimè filij terræ; imò ipſa terra abiectiores, impurato ore expuebant in eum venenatos ſputus, quemadmodum ait Lactantius, diuinámque illam faciem fœdiſſimè conſpurcabant.

Lact. l. 4. de vera Sap.

Cant 5.

Heu! *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum; quia ſic adiuraſti nos: Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum: coma eius elata palmarum. oculi eius, ſicut columbæ.* Abi, abi, ſponſa: abi: hic certè ſponſus non eſt. *Non eſt ſpecies ei, neque decor.* Hic neque cádidus eſt, nec rubicundus; ſed pallens; ſed liuidus, conſputus, deformatus. Caput eius iam non aureū; E ſed phlegmatibus onuſtum, ac veluti plumbeum. *Obſcuratum eſt aurum: mutatus eſt color optimus.* Comæ iam non erectæ; ſed ſputis inclinatæ, ac depreſſæ: *nigra* certè præ atra expuētium bili, *ſicut coruus.*

Iſa.53.

Thren.4.

Pſal.44.

O, o ſponſum animæ! o ſpecioſum *forma præ filiis hominum,* vbi nunc *gratia diffuſa in labiis tuis!*

Eſtne facies hæc eadem, quæ quondam *reſplenduit ſicut Sol?*

Tune idem, qui dictus es *ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ* Patris?

Speranza Scripturæ ſelectæ.

A Heu! cur ſic conſputus? cur ita coinquinatus? In faciem tuam fortène expuunt, quaſi non ſit vilior in Orbe locus? Verùm ſat ſcio, cur conſpui voluiſti.

Hæc ſputa per Dominum noſtram lauêre figuram. Ita Sedulius. Vt ſputaminibus ſusceptis faciem animæ noſtræ lauaret. Ita Hieronymus. Sedul. l.5.

Vt per hæc ſputa fierent Diaboli vincula, *ſicut filum de ſtupa tortum ſputamine.* Nec viri Samſoni tantùm; ſed ipſis pueris frangi facillima. Hier. in Cat. Iudic.16.

Vt hinc etiam Chriſtianorum ſputum contra ſerpentis antiqui virus, & tentationem fieret antidotum. *Si expueris* enim *ſuper eum, extinguetur.* Ecc.28.

O ſputa ergo, quæ *non coinquinant hominē,* ſed decorant: vt nō propterea minùs pulcher ſponſis ipſis B animabus appareas, nec te propterea minùs adoleſcentulæ diligant; ſed potiùs poſt te currant, *vultum que tuum,* vel ita conſputum, *Domine requirant.* Matth.15.

Vel in ipſis ſputis *ſpecioſus forma præ filiis hominum.* Ita D. Paſchaſius: Humanitas etiam in eiſdem paſſionibus, & iniuriis miſericordiarum virtus eſſe commendatur: & ideò pulcher in Cruce, pulcher in flagellis (adde, pulcher in ſputis) pulcher in omnibus ab omnibus prædicatur. Pſal.44. D. Paſchaſ.

Conſpuerunt illi quidem eum, tanquam blaſphemum, & deteſtabilem ſed ille ob hæc ſputa nō minùs Deo Patri dilectus fuit, nec minùs bene ſibi Pater in eo complacuit: hocque illi ſatis, quòd nunquam in eum Pater conſpuit, vt cum mortalitati ille debebat vel ad momentum ruboré ſuffundi. Num 12.

C Hoc illi ſatis, quòd degener nunquam extiterit, ſemenque longæuum curauerit: quia, *ſicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Vt proinde opus non fuerit, vt vidua Synagoga in faciem eius expueret, quaſi in eum, qui omni opprobrio, & contumelia dignus eſſet, quòd demortui, videlicet, ſemen non ſuſcitauerit, iureque ob id dehoneſtandus, ac fœdandus eſſet in vultu, qui clementiæ, & humanitatis ſedes, ac ſpeculū eſſe debet; atque ibi immanitatis, & ingratitudinis ſigna ferre cogeretur, vbi manſuetudinis, & gratiæ notæ fulgere debebant: nam ipſe & per ſe pulcher in calceamentis, & ſandaliis præparatis *in Euangelium pacis,* & per Apoſtolos domum ædificauit, Euangelique ſemine filios procreauit: *Narrabo nomen tuum Fratribus meis: in media Eccleſia laudabo te.* Deut.25. 1.Cor.15. Aug. in Pſal. 44. Pſal.21.

D Sed perfidi, ac proterui conſpuerunt in eum: *Et poſuerunt in cælum os ſuum.* Nec ſenſerunt miſeri, quàm ſubitò in ſuummet caput hæc ſputa recciderint: *Conuertetur dolor;* ex Pagnino, *peruerſitas;* ex Felice Pratenſi, *labor;* afflictio, qua alios affligit; *in caput eius: & in verticē ipſius iniquitas eius deſcendet.* Campenſ. Recidet ærumna in caput eius: & in verticem ipſius iniuria, qua me afficere conatus eſt. Pſal.72. Pſal 9. Pagnin. Felix. Campenſ.

Ipſe enim, velut ait Cyprianus, inter ſputamenta, & colaphos, & reliqua ludibria, patientia, & manſuetudine veſanas perſecutorum mentes conturbat, & in eo, quòd inter iniurias, & contumelias ſe malitia Iudaïca ſentit contemptam, vehementiùs exacerbatur: & de impietate, & malitia ſuauitas, pietáſque Chriſti triumphat. Æquanimiter omnia E ſuſtinet, conſpui interim ſe ſinit: cælorum pulchritudo tolerat coinquinari, excæcarique propemodum ſputis, qui iam ſputu cæcos illuminauit. Cypr. ſer. de Paſſ. Chriſti.

Hanc edocti patientiam perfecti quique viri ad Chriſti ſimilitudinem excretiones, ac ſputa in faciem tolerauerunt. Ex his D. Franciſcus Xauerius, & ſocius eius, Ioannes Fernandes, in Iapone diu concionātes nihil profecerūt, donec à Iapone ſputo in faciem appetiti, modeſtè deterſo ſputu, quaſi nihil paſſi, in concione ſua perrexerunt, probra, Corn. à Lap. in 2. Cor. 6. ad illa verba: *Sicut Dei miniſtros in multa patientia*

irrisiones, aliáque plurima patientissimè pertole-runt. Hanc patientiam admirati Iapones ingenio acres, quasi homines cælo delapsus colere, eorúque doctrinam, & fidem certatim amplecti cœperunt.

O veri Christianæ fidei cultores! ô vberrimi Christianæ patientiæ fructus! Vbi nunc tua impatientia? vbi viuacissimus sensus?

Caue, caue, ô anima, ne vnquam facto, verbo, vel cogitatu, aut Superiorum tuorum contemptu, aut diuinæ gratiæ, aut sanctarum inspirationum neglectu conspuas in Christi faciem, ne in propriam animæ tuæ faciem eadem sputa recidant, & dicas: Sputa *eius super nos, & super liberos nostros.* fiásque & tu execranda, & abominabilis Deo, Angelis, & hominibus.

VELAMEN.

PVNCTVM XII.

Et velauerunt eum. Luc. 22. Marc. 14.

VT indignum, scilicet, existimatum vita, consortio, conspectúque hominum. Quod & antiquo more erga damnatos, aut damnandos fieri
Esth. 7. consueuit. *Ne dum verbum de ore Regis exierat, &*
Hug. Car. ib. *statim operuerunt faciem eius* (Aman.) *Erat cooperta*
Dan. 13. castissima illa, iam iam lapidibus obruenda. Caput
Sanc. ibid. obnubito, & infelici arbori suspendito. Apud Li-
uium, & Tullium pro Rabirio. Cic. pro Rabir.

Signum ergo ferale (heu! mi Iesu) video, cùm iam te verũ iustitiæ Solem obnubilari, ac iam iam in mortem occidere conspicio; núncque illud de te
Ezec. 32. Patris proloquium intelligo: *Solem nube tegam.* O Solem, ô Solem iam obnubilatum in mortis occasum? *cur, cur* tam properè *faciem tuam abscondis?* Iob 13.

Et velauerunt eum. Heu clauduntur Christi lumina, non tam mortis necessitate, quàm horrore
Rom. 1. perfidiæ: nam & *velamen* est super oculos, & corda eorum *vsque in hodiernum diem,* & nimis certè *obscuratum est insipiens cor eorum,* dum hoc obducto velamine, iustitiæ Solem ita eclipsare nituntur.

Exod. 40. Sed & hoc planè est, quod olim præcepit Deus: *Pones in tabernaculo Arcam; demittésque ante illam velum.* Quò, nimirum, perfidi, veluti ab illius aspectu; ita & ab huius veræ Arcæ intuitu arcerentur.

Bed. in Cat. D. Thom. *Et velauerunt eum,* vt à se ipsis, quemadmodum ait Beda, faciem eius absconderent. Certè diuinam illam faciem nunc velant in terra, eam ampliùs non visuri in cælo. Non velant in horrorem; sed
1. Pet. 2. quasi *velamen habentes malitiæ libertatem,* sordidissimum hoc velamen apponunt.

Compone ergo, si licet, istud: *Et velauerunt eum,*
Isai. 6. cum illo: *Et duabus velabant faciem eius.* O, ô rerum discrimina! Quam olim diuinissimam faciem velabãt Seraphim, nunc ipsi Satanæ ministri velãt!

3. Reg. 10. Heu! *vniuersa terra desiderabat* olim *vultum Salomonis: & ecce plusquam Salomon hic:* nec tamen miseri vultum eius desiderant, sed velant!

Thren. 3. Opponunt, scilicet, *nube n,* vt non *transeat oratio.* Claudunt oculos, ne sint super eos aperti. Semper scelerata mens diuinos oculos exp[a]uit. Hinc Ethnicorum quasi Dei viuere sub aspectu metuen-
Cyr. Hierosol. Catech. 5. tium, vt peracutè ait Cyrillus, alij Solem ponebant, vt occidente Sole, sine Deo essent; alij verò Lunam, vt in die Deum non haberent. Sic, sic isti Filium Dei velant, vt sine viuant.

Dicunt enim: *Quid nouit Deus: Nubes latibulum eius, nec nostra consideras.* Non aduertunt hanc nubem, quam ipsi opponunt, illas, illas ipsas conuocare nubes. *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum,* Iob 22. Apoc. 1.
(tunc, si nunc videre non vult,) *omnis populus, & qui eum pupugerunt.*

Nam *tempus* planè aderit, *quo Sol* refulgebit, *qui nunc est in nubilo.* 2. Mac. 1.

Intereà velant eum, quemadmodum ait Hieronymus: ne ex diuinæ illius faciei radiis, ac fulgoribus, à sputis, à colaphis, ac pugnis vllatenus retardarentur; & ne repercutiantur, percutiunt. Hier. in 26. Matth.

Ita & Chrysostomus: Tam gratiosa, & benigna Domini facies erat, vt hostes, quamuis crudeles essent, & cum odio persequerentur, non possent in eam cernentes, in eam sæuire: sed emolliti commiserabantur: ideò consilium eorum fuit, faciem eius velare, quò atrociùs eum cæderent. Chrys. hom. 90. in Matt.

O truces, & crudeles oculi, ita non subitò offusa nocte obcæcati! ita, cum mundi lumen ob cur abatis, non perpetua caligine obducti fuistis!

En, en hodie verus Moyses, *qui posuit velamen super faciem suam.* At nunc, mi Domine, aud[ebun]t isti non solum intendere in faciem tuam, [se]d & *propè accedere*; sed & conspuere; sed colaphizare? *Non audebant* quidem illi *intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus eius*: nunc audebunt, & intendere, & percutere! Exod. 34.

O candor lucis æternæ! ô *speculum sine macula!* Quis te ita contenebrauit? Sap. 7.

O verè *Samson,* quod est *Illuminans eos*: quis tuos geminos Soles obscurauit? Iud. 15. Hebr.

En nunc verè *quasi absconditus vultus eius, & despectus.* Bernardus: En splendor, & figura substantiæ Dei obnubilatur in forma serui pro vita serui. Isa. 53. Bern. ser. 28. in Cant.

Nunc verè sunt *tenebræ super faciem abyssi.* Gen. 1.

Certè *iniquitates vestræ,* ô perfidi, nunc *diuiserunt inter vos, & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis.* Vnde & meritò dicitis: *Expectauimus lucem, & ecce tenebræ; splendorem, & in tenebris ambulauimus: palpauimus, sicut cæci, parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.* Isa. 59.

Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra. Ierem. 3.

Non his, non his ergo tenebris, Domine, comprehendar: sed *illustra faciem tuam super seruum tuum. Ne auertas faciem tuam à me:* & *à facie tua non abscondar,* ne sim *vagus, & profugus in terra:* & ne *omnis, qui inuenerit me, occidat me.* Sed, rog[o], *ostende mihi faciem tuam, & saluus ero. Tibi enim dixit cor meum, exquisiuit te facies mea. faciem tuam* (vel sic velatam,) *Domine, requiram.* Psal. Gen. 4. Psal. 26.

Quòd si nihilominùs faciem velari sinis, *auerte,* obsecro, *faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.* Hoc tuo velamine aufer cordis mei velamen: nam, proptereà, inquit Hieronymus, Christus velari voluit, vt velamen culpæ, & ignorantiæ à cordibus nostris auferret: *Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam, quam orditus est super omnes nationes.* Marginalis: *Et auferet in monte isto velamen, velamen, quod est ob faciem omnium populorum, & operimentum, quod operit omnes gentes.* Psal. 50. Isa. 25. Margin.

Prætereà rogo, vt quando in primis parentibus tam malè aperti sunt oculi mei, sub hoc tuo velamine, Domine, iidem claudantur, ne videant vanitatem: & præsta, ne saltem ego è numero sim eorũ, Gen. 3.

Hugo Card. in Luc. 22. Isa. 29. Margin. Lu. 9. Alij.

qui faciem suam velant. Il etenim velant Christi faciem, inquit Hugo Carensis, qui non permittunt sibi ostendi veritatem, neque pœnarum, neque iudicij. Velant etiam faciẽ Domini hypocritæ, contrà quos est illud Prophetæ: *Væ, qui profundi estis corde.* vel, iuxta Marginalem, *qui in profundum absconditis cor.* Hi videntes non vident, & audientes non intelligunt: quia verè *Verbum velatum* est *ante eos*; aut iuxta alios, *velatum ab eis.*

ILLVSIONES.

PVNCTVM XIII.

Et illudebant ei. Luc. 22.

Isa. 57. Dan. 13.

SVper quem lusistis, ô Iudæi? *super quem dilatastis os, & eiecistis linguam?* An non super eum, qui est Sapientia Patris? *Et nunquid non vos filij scelesti, semen mendax; semen Chanaan, & non Iuda?*

Gen. 9. Isa. 5. Interl. Hugo Card in Gen. c. 9. Thren. 3. Gen. 9.

O quàm verè *semen Chanaan*, excæratum, scilicet, ob illusam nuditatem Noëmi. *Noe plantauit vineã: (Vinea mea electa, ego te plantaui Vinea facta est dilecto meo Vinea Domini exercituũ, domus Israel est.) & inebriatus est.* Interlinearis, calice passionis. *(Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, vt bibam illum?)* Certè multiplex fuit potus iste (inquit Hugo Cardinalis) cõtumeliarum, detractionũ, verberũ, alaparum, sputorũ, aceti, mortis: vnde in Threnis: *Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. Et nudatus in tabernaculo*, id est, in medio suorũ ad maiorem confusionem, vel nudatus propriis vestibus, aut à suis derelictus, aut etiam nudatus: quia tunc maximè apparuit assumpta humanitas, & infirmitas: & propterea irrisus, factus nimirum, Iudæis scandalum; gentibus autem stultitia.

C

Chrys. hom. 88. in Matt. Isa 52. Margin. ib.

Chrysostomus: Hæc omnia Isaias ille prædixit, qui paucissimis verbis omnem hanc contumeliam multò antè aperuit: *Quemadmodum*, inquit, *obstupescent super te multi: sic ingloriuis erit inter viros aspectus tuus, & forma tua à filiis hominũ.* vel, *sic ingloria erit ab hominibus species tua, & gloria tua a filiis hominum.* Quid enim (subdit) illi contumeliæ potest exæquari? In faciem illam, quam fluctus maris reueriti sunt, quam Sol in Cruce vidẽdo radios occuluit, spuebant, cædebant, caput percutiebant, abundè animos suos explentes, & vulnera cõtumeliosissima inferentes, colaphi cædentes, & palmas in faciem eius dantes, quibus spuendi contemptum addere non verebãtur. Verba rursus derisionis plena proferebant: *Prophetiza nobis, Christe.* dicentes: *Quis est, qui te percussit?* Sic illudebant, quoniam

D

Luc. 22.

Prophetam Ipsum esse plerique dicerent. Alius verò Euangelista dicit: quia velamine sua facie adopetta, hæc faciebant, quasi quendam infamem, & nullius rei hominem, non liberi solùm; verùm etiam serui deludentes.

Iudic. 16.

En nunc igitur Samson illusus à Philisthæis, quando veluti obducto velamine eruerunt oculos eius. En, inquam, hîc tristis illa Samsonis Instaurata tragœdia, vbi eum post vincula, funes, excæcationem, irriserunt, & scommatibus prosciderunt.

E

Iob 30. Hebr. Sà 10 suis notat.

Filij stultorum, & ignobilium, & in terra penitùs non parentes: nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium. Hebraicè, *Et factus sum eis in sermonem*, vel, *in fabulam.* Quasi diceret: Componunt de me cantilenas, vt fit de miseris, vel ridiculis.

Psal. 68. Iob. 38.

Et in me psallebant, qui bibebant vinum.

Heu! heu! *Vbi eras, cùm me laudarent simul astra*

A

matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Et vbi nunc sis? An non extra te præ stupore rapiaris, dum me isti non laudant; sed illudant?

Inter innumeras calamitates, quas patiẽtissimus ille tulit; eam præ cæteris sensisse visus est: *Nunc autem derident me iuniores tempore.* Reminiscitur enim Iob (inquit ibidem Hugo Carensis) quanta afflictis exhibuerit beneficia pietatis, qui nunc à stultis, & penitus indignis deridetur. Et Lyranus: Postquàm Iob descripserat magnitudinem prosperitatis, in qua fuerat; hic consequenter describit magnitudinem aduersitatis, in quam inciderat: & primò ostendit, se turpiter vilipensum contra prædentes honores, & excellentias. Iob 30. Hugo Card. ibid. Lyran. ibid.

B

Adeò sensit Rex Saul eum irrisionis sensum, vt ne irrideretur: *Euagina*, Inquit ad armigerum, *gladium tuum, & percute me.* Heu! cur, Rex, ita ad mortem properas? *Ne fortè*, subdit, *veniam incircuncisi isti, & interficiant me, illudentes mihi.* quasi, iuxta Abulensem, diceret: Non tam ipsam mortem, quàm irrisionem sentirem. 1. Reg. 31. Abul. ib q 8.

Iterum ipsummet patientiæ prodigium Iob, vel ab ipso Deo in suis ærumnis quodammodo irrideri, tam grauiter tulit, vt ipsam pariter mortem præoptarit: *Si flagellat*, inquit, *occidat semel, & non de pœnis innocentium rideat.* Quasi leuius duceret mori, & mallet occidi, quàm irrideri. Iob 9.

Quærit Episcopus Abulensis, cur Philisthini captum infensissimum hostem Samsonem non protinus occiderunt? Quia, inquit, non reputabant completam vindictam, si eum occiderent; ideò conati sunt accipere eum viuum, ad illudendum ei. Quasi illis multò acerbior videretur post tot calamitates irrisio. Abul. q. 39. in Iudic. 16.

Testor Deos immortales, inquit, quondam Alcibiades apud Plutarchum, me exilium in Laconia non sensisse, nec proscriptionem bonorum, nec vulnera corporis, quantùm verbum irrisionis, quo me Ctesiphon in facie illusit. Plut. in Alc.

Nihil sanè est, quod citiùs hominem ad canitiem ipsam deducat, quàm si illusionibus, ac irrisionibus fatigetur. *Inueteraui*, aiebat Dauid, *inter omnes inimicos meos.* Vbi peregregiè Theodoretus: Malis omnibus grauiora sunt inimicorum conuitia: hæc enim consumunt, & liquefaciunt, & ad extremam senectutem adducunt. Psal. 6. Theod. ibid.

An huc fortè alludit, quod inter candelabra (dicam inter faces, ac laternas funestissimæ noctis, qua Christus captus, tantísque in ea contumeliis, ac iniuriis affectus, vt ad diem vsque iudicij reuelandæ superstiti) Ioannes viderit *similem filio hominis*, & capillos capitis eius albos *tanquàm lana alba?* Heu! heu! quæ sæcula pœnarum ille subiit, qui inter vnius noctis spatium totus canus apparuit? Apoc 1.

Et tunc illud facilè intelligo, si non fallor: *Deducetis canos meos cum dolore*, vel *cum mœrore ad Inferos*, id est, efficietis, vt ego senex mœrore, & mœstitia moriar: quinimò senio meo accelerabitis mortem. Ita Abulensis, & Vatablus. Et eruditè Cornelius à Lapide. Octaua fuit hæc crux Iacobi. Gen. 42. Alij in Glos. Abul. Vatabl. Corn. à Lap. ibid.

Verè *spiritus tristis exsiccat ossa.* Vnde & sententiosè, vt assolet, Seneca: Nullus maior labor, quàm ferre illusiones. Sen. in ep.

An non ad irrisiones illas: *Ascende, calue; ascende, calue* in vltionem viri Dei vrsi protinus irruperunt? 4. Reg. 2.

Non irrideas hominem in amaritudine animæ. Eccl. 7.

Oculum, qui subsannat patrem, effodient eum corui de torrentibus. Vt propterea cæci Hebræi facti sunt, quòd misericordiarum hunc Patrem subsannarint? Prou. 30.

Athanas. de Pass. & Cruce Dom. sannatint? Athanasius: Illudebant infelices Domino, & non animaduertebant illud propheticum contra ipsos adimpleri: *Illusores dominabuntur eorū.*

Sap. 5. O, ô verè penitùs insensati! Dei sapientiam habetis *in deri um, & in similitudinem improperij!*

Iob 12. Nunc, nunc planè *deridetur iusti simplicitas.*

An fortè diuinum hoc caput ridiculum? Obiectum risus ex Philosopho: facies distorta sine dolore. Hæcne tanto dolore tumens ad risum, & non potiùs ad commiserationem commoueat? *Vidimus eum, & non erat aspectus: & reputauimus eum quasi leprosum, percussum à Deo, & humiliatum*, ad Hebraicum, מכה אלהים ומענה *Mukeh Elohim vmnguneh*, percussum Deum, & humiliatum. O Deum verè percussum, ac verè humiliatum! *Prophetiza nobis, Christe, quis est, qui te percussit?*

Isa. 53. Oleast. ibid.

Illudunt ei cædentes, irrident, ac pungunt. Palmæ paruulorum sunt verbera, non virorum, inquit Chrysologus. Vt paruulo isti illudunt! vt grandæuum, ac veteranum feriunt! O illusiones plaoè dolorosas! ô dolores penitùs non ridendos, sed verè lugendos!

Chrysol. ser. 38.

Irrisus Christus, ac illusus est, Fratres: quia nos, nos ridiculi sumus, & vani in omnibus. O quàm crebræ nobis *cogitationes sine intellectu!* Quàm frequenter insulsa verba, & actus sine fructu, quàm insipida quàm indecora, vt sæpè, nostra conuersatio! *Non est, non est spiritus in eis: vana sunt opera, & risu digna: in tempore visitationis suæ peribunt.*

Ierem. 51.

Nos interim meritò irridendi, ac veluti pueri colapbizandi, irridentibus, ac fortè cædentibus irascamur? Et putâsne potest iste, vt quærit Chrysologus, vulneribus inuenire victoriam, qui nec ictu palmæ acquirere vult coronam? Potest iste morte inquirere gloriam, cui pro honore diuino grauis videtur iniuria?

Chrysol. quo supra.

Caue, caue, ne contra te dicatur illud: *Et ego eligam illusiones eorum*; vel, vt habet Hieronymus, *illusores eorum*; à quibus, nimirum, sempiterno opprobrio illudanti r; ac meritò, quòd post tantas à Christo patientissimè exceptas illusiones, ipsi nullatenus pertulerint illudi, aut irrideri.

Isa. 66. Hieron.

Heu! quantùm Christus illusus! *Ego autem sum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Tertullianus hic eruditissimè legit: *Opprobrium hominum, & nullificamen populi.* Ergo libro de patientia, singularem, diuinámque eius præcipuè in ferendis illusionibus patientiam admirans: Taceo, inquit, quòd figitur: in hoc enim venerat. Nunquid tamen subeundæ morti etiam „ contumeliis opus fuerat? Sed saginari voluptate „ patientiæ discessurus volebat. Despuitur, verbera- „ tur, irridetur, fœdis vestitur, fœdioribus corona- „ tur! Saginari, saginari voluptate patientiæ disces- „ surus volebat. *Saturabitur opprobriis.*

Psal. 21. Tertull. l. 3. contra Marc. c. 7. Lib. de pat. c. 3.

Ob id attentissimè ambabus auribus excipiebat opprobria, amantissimè videbat illusiones, lætissimè, gloriantèr, cum deliciis omnia contumeliarum genera perferebat. Sic peracute Cyril. Alex ea Saluatoris verba, *vt gaudium meum in vobis sit*, expendit, & ad rem premit Quid significat, inquit: *Vt gaudium meum in vobis sit?* Homo factus vnigenitus Dei Filius, absque peccato omnia sustinuit, quæ Iudæorum excogitare pertinacia potuit: nec vnquam sputis dedecoratus, verbis derisus, verberibus cæsus, & tandem patibulo affixus vllo mœrore affectus fuit; sed decenti semper ipse gaudio plenus, (quoniam voluntatem Patris consummari videbat & homines hinc salutem habituros non ignorabat,) illa opprobria delicias sibi esse putabat.

Cyrill. Alex. lib. 10. in Ioan. c. 21.

Hinc illud in illusionibus, contumeliis, opprobriis admirādum silentium, quod quidem pulchrè expendens Chrysologus: Tacet, inquit, qui volens patitur: clamat, qui laniatur inuitus. Hic *coram tondente se obmutescet, non clamabit. Cum malediceretur, non maledicebat.* ergo opprobria, ac illusiones pro deliciis habebat.

Chrisol. ser. 13.

Tunc est pœna, (sic fatur in suis Declamationibus magnus ille Rhetor,) cùm periturus trepidat: „ hæret, cùm restringit supremo vincula conatu. Vo- „ lo perituri priùs videre pallorem, audire gemitus: „ volo, circunspiciat; volo, queratur. Quasi diceret: Nam, nisi hæc faciat, non videtur inuitus pati, imò nec pati. Hoc de humanis affectibus ille tam eleganter, quàm verè; non de diuinissimis Saluatoris: qui, licèt humaniùs sentiret opprobria, atque supplicia; diuinitùs tamen, hoc est, suprema illa diuinissima portione, dum mediis in cruciatibus, falsisque accusationibus, vel vsque ad Iudicis admirationem tacuit; & summo gaudio plenum se esse, & spontaneo animo opprobria pro deliciis habere, manifestè ostendit.

Quintil. declam. 12.

Sed iam tandem puncto huic, proximéque antecedentibus, veluti coronidem faciat Drogo de Sacramentis Dominicæ Passionis. Dedisti, Domine, *corpus* tuum *percutientibus, & genas tuas vellentibus. Faciem* tuam non auertisti *à conspuentibus* in te, vt alapæ tuæ alapas meas remoueāt, & flagella flagellis expientur, & *opprobria exprobrantiū*, quæ *ceciderunt super te*, auferant à me opprobrium sempiternum. Hæc sunt linteamina mundissimæ carnis tuæ, quibus vlnera mea ligasti, ô Samaritane misericors, vt imponeres me super iumentum tuum, & perduceres in stabulum: quoniam *verè languores nostros* ipse tulisti *& dolores nostros* ipse portasti, *cuius liuore sanati sumus.*

Drog. de Sacram. dom. Pass. Isa. 50. Luc. 10. Isa. 53.

In domo ergo Principis Sacerdotū, velata facie, colaphizetur Christus: quia in domo conscientiæ, cæcata mēte, colaphizatur Christianus. Quod enim Christus in publico; ego patior in occulto: quod ille foris à ministris Caiphæ; ego intus à negotiis Satanæ: quia *supra dorsum meum fabricauerunt peccatores*: faciem mihi velauerunt; faciem meam in terra defixerunt, & dorsum incudem suam fecerunt: & *supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.*

Psal. 128.

Nonne & Petrus velatā habuisse faciem videtur? Vnde tertiò colaphizatus est; quia tertiò negauit. Et Paulus tertiò rogauit *Dominum*, vt auferret à se Angelū *Satanæ, qui* eū colaphizabat. Vterque ergo Apostolus colaphizatus est, ille intus, iste foris Et tandiu faciem habuit velatā Petrus, donec respexit eum Christus. Respectus Christi fuit recordatus Petri. Cū*m* ergo, & tu peccator ô flendo recordaris, à Christo videris: imò sublato velamine Christum vides Hactenus Drogo tam acutè, quàm piè.

Matth. 26. 2. Cor. 12.

NOCTVRNÆ pœnalitates.

PVNCTVM XIV.

Tunc congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, &c. Et genuflexo ante eum, illudebant ei. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquàm illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, &c. Matt. 27.

Et

Et veniebant ad eum, & dicebant: Aue, Rex Iudæorum. Et dabant ei alapas, &c. Ioan. 19. *Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.* Luc. 22 *Iesum verò tradidit voluntati eorum.* Luc. 23.

Zac. 14. Margin. Luc. 22. Cyril. Ierosl. catech. 13.

ET *erit in die illa; non erit lux; sed frigus, & gelu.* Marginalis: *sed nox coagulata*, id est, tenebrosa. Verè noctem hanc *tenebrosus turbo* possedit. *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Et erit dies vna, quæ* (quantæ pœnalitatis extiterit) *nota* (per experientiam) *est Domino: non dies, neque nox;* quia nihil diei iucundum, neque vllam noctis quietem habuit: *noctem* etenim illi *verterunt in diem*, & diem in noctem. Totam siquidem penè ducentes insomnem (sic piè Laurentius Iustinianus) nullam Domino requiem tradiderunt.

D. Laur. de triumphal. agon. c. 11.

Idem suprà cap. 10.

Plusquàm triennio (subdit ille) sitiebant, quod tunc illis permittebatur implere: quamobrem eos noua irrisionum genera contra Dominum meditatos fuisse, indubium est. Hinc clamoribus, inde conuitiis subsannabant: nunc calcibus, nunc manu, nunc virga, nunc impulsionibus venerandum dilaniabant Mediatoris Corpus. Maiora prorsus, & grauiora sunt, quæ à sceleratis Pontificibus, Pharisæis, ac ministris perpessus, quàm cogitari valeant, tametsi inaudita quædam meditentur, & aspera: nam furore bacchantes, ac velut amentes, in illum rabido ore, ac armata manu sæuiebant.

C

Idem c. 54. Psal. 7.

Factus fuerat ille *tanquàm vas perditum*, & sicut homo *mortuus à corde*, audiens *vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Eorum siquidem nonnulli irridentes illum, genuflectentes dicebant: *Aue, Rex Iudæorum.* Quidam verò arundinem accipientes in manibus, venerandum eius caput cædentes, irrisoriè dicebant, *Prophetiza nobis, Christe, quis est, qui te percussit.* O inaudita à sæculis crudelitas! ô horrendum spectaculum, Regem aspicere gloriæ, cui cælorum famulantur obsequia, tantis lacessiti iniuriis, opprobriis grauari, atque incomparabilibus dilaniari pœnis! Mirabantur planè cæli, mirabantur Angeli, omniúmque cælestium spirituum legiones videntes Verbum, per quod

D

facta sunt omnia, contemni à perfidis: Sapientiam hominum sordidissima super se sputa suscipere: vndique Dei Filium attritum, despectum, agitatum, illusum!

Idem c. 10.

Quid, quòd nonnulli calcibus Dominum pessundantes, scapulas, os, & omne corpus eius liuoribus compleuerunt! Ille beatior, ille præstantior credebatur, qui in contumeliis irrogandis, infligendísque verberibus, crudelior extitisset.

Bernard.

Bernardus: Alij manu versa percutiebant os eius mellifluum: alij sanctissimam euellebant barbam: alij per crines trahebant; &, quicquid iniurium proteruiæ eorum occurrebat voluntati, in eom explebant.

E

Quid, rogo, ignominiæ non pertulit in illa nocte? Quodnam, quæso, ludibrij, irrisionísque genus tunc prætermissum? Plerique vociferabantur, & sibilabant: *Et sibilauerunt, & mouerunt caput suum: plauserunt super te manibus: aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt, & fremuerunt dentibus.*

Thren. 2.

Alij pollicem inter indicem, mediúmque digitum in faciem eius protendebant. *Manus vestræ plenæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate.* Contra id, quod alibi dictum est: *Si desierit extendere*

Isa. 58. Isa. 59.

A

re digitum, & loqui, quod non prodest. Pagninus ad Pagnin. tem transfert: *Mittendo digitum, & loquendo iniquitatem.*

Quidam per summam ignominiam perstrepebant cornu, vnde & lamentari videbatur per Prophetam dicentem: *Ventrem meum doleo: quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea.* Chald. *Quoniam vocem clamoris tuba cornea audiuit anima mea.* V, quequà audiam vocem buccinæ? Chald. *Quando audiam vocem cornu?*

Ierem. 4. Chald.

Alij genis tumentibus insufflabant in eum: *Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.* Pagninus: *Ponam eum in salute ab eo, qui deridendo sufflat in eum.*

Psal. 11. Pagnin.

O, ô illusores sacrilegi! Siccine, siccine canitis

B

buccina ante Arcam? Siccine buccinatis *in insigni die*, ac insigni nocte, *solennitatis* eius? Siccine in signum dati olim arietis, nunc cornu clangitis?

Psal. 80. Hieron. in qq. Heb. in Gen. 22.

Hæc, *& alia multa blasphemantes* faciebant, & dicebant in eum.

Luc. 22.

Et quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Marginalis: *Et quasi agnus coram tondente se obmutescet.* Ruper. Mitis quidem agnus inter lanistas crudelissimos, inges insidias pertulit. Quod eum, videlicet, non tam tonderent, quàm tunderent.

Isa. 53. Margin. Rupert. de Trin. c. 30.

Faciem tuam velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te filiis Israel. Chald. *Quia signum* (cui ab omnibus contradicetur, & in quod omnia iniuriarum tela collimabunt) *dedi te domui Israel.*

Ezech. 12. Luc. 2.

C

Fili hominis, fode parietem, ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Septuaginta viri de senioribus domus Israel, & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebulæ de thure (ante verum hoc templum, fortè & vapor sulphuris) *consurgebat.*

Ezech. 8.

Adhuc conuersus videbis abominationes (Græcè, *iniquitates*) *maiores: & ecce quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini.* (vel Chaldaicè: *Quorum posteriora erant ad templum Domini*) *Et ecce applicant ramum ad nares suas.* Nonnulli Hebræorum interpretantur, *ad nares meas*, & Zemorah, quod Vulgatus transtulit *ramum*, ipsi ad tem transtulerunt, *fætorem.* Quasi dicant (claude aures, verecunde auditor:) Applicant, seu mittunt

Ezech. 8. Græcè. Chald. Hebr. Sanctius, & Mariana. ib. d.

D

fœtorem ad nares meas, crepitu, scilicet, impuri ventris, dorso ad me conuerso. Et hoc fortè Angelorum fragrantia pro meis obscœnitatibus perpeti dedignata non est.

Septuaginta: *Et ecce ipsi extendunt ramum*, spinatum fortasse pro rosis, *sicut subsannantes.* Quasi diuinas illius nares non suaui oblectarent odore; sed punctionibus extimularent. Symmachus, sonum, aut canticum inconditum, absonum, imò absurdum videtur intellexisse, qualis est ronchus, & sanna, quibus irrisores, & mimi alios sibi esse vilissimos significare solent. Est autem propriè subsannatio apud Hieronymum, quæ rugata fronte, & contracto naso exprimitur; aut irrisio, quæ ab occipitio distorto ore, & labris contractis fit anterio-

Septuag. Symmach. Hieron. in Psal. 2.

E

rum dentium ostentatione. *Tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.* Chald. *Verbis delusoriis, & superbis, & derisoriis strinxerunt contra me dentes suos.* Cornutus in Persium, tria esse ait sannarum genera: cùm aut manuum contractis digitis, & ad inferiorem partem inclinatis ciconia, siue rastrum significatur; aut auriculæ asini apponuntur; aut lingua in modum sitientis canis protenditur. Modis omnibus Christum subsannabant. Sed Symmachi

Psal. 34. Chald. Cornut. in Pers. satyr. 1.

interpretatio ita habet: *Sunt quasi emittentes sonitum, velut canticum per nares.* Est autem sonus ille per nares emissus, aut balitus, seu spiritus ad nares tractus, seu applicatus, qui plerunque efflari solet adunco, & suspenso naso. Hæc, hæc, & alia multa blasphemantes faciebant, & dicebant in eum. A

Luc. 23. Poterant eum illi vtcunque malè ad sua vota accipere: etenim illum Pilatus *tradidit voluntati eorum.* O barbarum ergo, ac inhumanum! Limitasset saltem tempus, modum, numerum illudentium. Nihil tale factum: credibile sæuitum latiùs in eum: pulsatum ad cuiusque libitum. *Tradidit,* inquam, *voluntati eorum*, vt facerent, quæcunque vellent, vt vota explerent, vt furori satisfacerent.

Iob 30. Vnde & verè dicere poterat: *Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt.* B

Hebr. Septuag. Hebræus: *Et lacerantes me non dormiunt.* Septuaginta. *Et nerui mei dissoluti sunt.* Quidam Hebræus neruos interpretatur flagella, quibus eum vel de nocte hostium suorum fæx cædebat. Quod mihi non probatur, inquit Afunica, premens literam Iob; sed non improbetur piè contemplanti personam Christi.

Offeri. Missæ de Pass. *Insurrexerunt in me viri iniqui absque misericordia: quæsierunt me interficere: lanceis suis vulnerauerunt me: & concussa sunt omnia ossa mea.*

Psal. 21. *Circumdederunt me canes multi: tauri pingues obsederunt me: aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens.* Canes, tauri, leones, sæuissima prorsus gradatio.

Orig. hom. 8. in Exod. Ioan. 8. Et quid miramur, Fratres? Omnia in eum, velut inquit Origen. ipso instigante Diabolo peteguerunt: de his siquidem dictum fuerat: *Vos ex patre Diabolo estis: & desideria patris vestri vultis perficere.* Ergo vt Satanæ viua membra, odióque Satanico in eum desæuientes, sic eum inhumaniter acceperunt, percusserunt; vt *à planta pedis, vsque ad verticem capitis*, non esset in eo sanitas. C

Thren. 1. Heu, tunc maximè verum illud fuit: *Plorans plorauit in nocte: & lacryma eius in maxillis eius.*

Rab. Moys. Vbi ad rem Rabbi Moyses: Plorans fuit ipsa Ierusalem: & plorare fecit Deum sanctum.

Hac in nocte (heu! heu! quàm verè!) à pedibus ad caput membratim percussus, exulceratus.

Psal. 67. Cant. 5. Iob 16. Thren. 3. *Vt intingatur pes tuus in sanguine. Crura eius* (ex nimio percussionum tumore) *columnæ marmoreæ. Conculcaerunt lumbos meos. Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.* D

Thren. 1. Iob 30. Thren. 2. Psal. 128. Psal. 17. Iob 16. *Vide, Domine, quoniam tribulor: conturbatus est venter meus. Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie. Viscera mea conturbata sunt. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, arauerunt aratres. Posuisti vt arcum æreum brachia mea. Ad nihilum redacti sunt omnes artus mei.*

O verè noctem laboriosam! ô verè noctem dolorum! ô Iobum dolentem! Et quis alius in Iob, qui interpretatur *dolens*, figuratur, nisi is, de quo scriptum est: *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit?* Sic pulchrè Gregorius.

Greg. 16. Mor. 1.

Luc. 22. Theoph. ibid. Heu! quot hac in nocte dolores pertulit! Theophylactus ad illa verba: *Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.* ait, milites, ac ministros hesterna ea crapula ebrios, multa petulanter effudisse, iuxta illud: *Et in me psallebant, qui bibebant vinum.* E

Euangelista paucis quidem totius nocti s laborem absoluit. Et quis planè in hoc noctiludio quanta pertulerit Christi patientia dictis exæquatur?

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrymis æquare dolorem?

Creatori noctis, ac quietis, nec mota, nec tequies vlla Somnus illi, nimirum, alius non erat capiendus, quàm in lecto Crucis. Non sit ergo, non sit nos ista solitaria, ac laude non digna; sed æterna mihi semper benedictione teculenda, quòd Christi nocturna inquietudo, animæ meæ quietem attulerit sempiternam. Hæc nox apud te, ô Pater, patrocinetur, rogo, tot noctibus pessimis filiorum hominum; tot peccatis, inquam, quæ nocte tam fœdè in cubilibus, & impudicitiis perpetrantur.

Pro his noctem tam laboriosam sustinuit Tunc, tunc maximè corpus suum innocentissimum pro corporum nostrorum lasciuiis dedit *percutientibus, & genas suas vellentibus.* Tunc diuinissimè eius maxillæ vnguibus impiorum dilaceratæ. Bernardus: Credo hoc non sine sanguinis effusione peractum. Vnde vide sacrilegas manus impiissimæ gentis non saturatas colaphis, & alapis, & consputatione desiderabilis vultus eius: sed etiam ad gennarum ipsius vellicationem exarsisse, & à vultu quoque dulcissimo, ad rubricationem rosæ nostræ sanguinem elicuisse. Video Agni immaculati patientiam admirabilem, & inimitandam, per quam genas pudicissimas impudicissimorum vnguibus lacerandas, cum omni mansuetudine præbuit: vt & nos patienter sufferamus, si aliquando nostram faciem operiat confusio propter ipsum, imò & si quis nos cædat in faciem verbis, & factis, propter dulcem Iesum. Bernard. D. Pass. Domin. cap. 38.

Hac igitur in nocte pœnarum auidissimi satiati sunt pœnis: sed nequaquam satiatus est Christus. Hic semper ad perferenda grauiora paratissimus. *Sitio*, ea Cyrillo, Chrysostomo, Augustino, Remigio, aliam Crucem, alios clauos, alias spinas, alios dolores. *Pro cerua matutina* siti exagitata. Hic titulus affixus Psalmo Passionis. Ioan. 19. Psal. 21. tit. iuxta Hier.

Nimirum, *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam. Caput eius aurum optimum.* Cur auro comparatur? Accipe Lucam Abbatem sic fantem: Auri materia, quò deduxeris, sua mollitie sequitur: ita maiestatis immutabilis bonitas, quantuncunque ab impiis iteretur, non frangitur. Cant. 8. Cant. 5. Luc. Abbas

· Beatus Thomas è Villanoua: Quòd si de hac charitate dubitas, & qua te Deus dilectione prosequatur, adhuc ignoras; testimonia eius credibilia facta sunt nimis. Testis Crux, testes claui, testes dolores, testes sanguinis inundantes fluuij, testis amara mors, & acerbissima, quam pro te sustinuit: & cùm hæc omnia patiatur, videntur ei omnia pauca præ amoris magnitudine: adhuc enim maiores, & abundantiores (si possibile esset) caperet pro te dolores: grauiores, longioréfque pro te sitiut angustias. B. Thom. è Villanoua conc. 3. Dominicæ 17. post Pent.

Hæc est enim, quod in Cruce pendens clamat ad Patrem: *Sitio.* Et in Psalmo: *Cucurri in siti.* paratus, videlicet, ad longiores, & acerbiores pœnas pro homine, si Pater adhuc iniungeret. Et quanuis de illo scriptum sit: *Saturabitur opprobriis.* Et iterum: *Quia repleta est malis anima mea.* Sitit tamen adhuc; satur quoad effectum; sitiens quoad affectum. Sator, quia *à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* sitiens, quia amor adhuc dolorihus plenus non est, quanuis corpus vulneribus plenum sit. Psal. 61. Thren. 3. Psal. 87. Isa. 1.

Hinc iam iam expirans, quasi hactenus pauca passus esset, ad Patrem conuersus, & iuxta Augustinum interrogans dicebat: *Consummatum est.* quasi diceret: Nec aliquid patiendum superest.

Quid quòd nec etiam post mortem satur quoad affectum

Coloss. 1. Theoph. ibid. affectum videtur? *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in corpore meo.* Vbi Theophyl. Quæ desunt, inquit, vt arguat, tantam Christi fuisse in nos charitatem, vt nec debitum omne persoluisse se credat; & tanquam nec satis sint, quæ antea tulerit: sed post mortem etiam nostri gratia paratur & *in meo corpore*, hoc est, in mei corporis passione: neque enim morte duntaxat sua contentus: quia & infinitis nititur modis, vt facere satis nobis pro eius desiderio queat.

Psal. 68. O amorem, ardorémque patiendi? *Improperium expectauit cor meum, & miseriam.* Expectauit, inquit, tanquam rem concupitam.

Ioan. 13. Hinc illud? *Quod facis, fac citiùs.* non actum præcipiens, sed temporis circunstantiam, ait subtiliter Caietanus.

Luc. 12. *Baptismo habeo baptizari.* At non satis: debeo baptizari? Satis: sed affectum non ita exprimeret: Cant. 1. *O culetur me osculo.* Osculum non redundat, sed affectum declarat: *Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor, donec perficiatur?* Irenæus legit: Iren. lib. 1. cap. 2. *Et valde propero ad illum*; hoc est, non lento, sed concito gradu pergo: nec ambulo; sed propero, sed curro.

Matth. 26. Hinc illud: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Catharinæ Senensi pulchre, id est, quia mors non venit. Non longè perrexit à D. Ambrosio: Cathar. Senens. epist. Ambros. l. 7. Luc. Mœstitiam prætendebat Christus, quam non ex metu mortis suæ, sed ex mora nostræ redemptionis assumpserat. Cruciabatur (inquit) dominus Saluator mora nostræ redemptionis. *Irascor vsque ad mortem*, quòd, nimirum, concupita non venit. Ion. 4.

Prou. 13. *Spes, quæ differtur, affligit animam.* Sic generosum militem prælio instanti anxium videas, non quia instat; sed, quia nondum pugnat.

Virgil. *Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus.*

Idem. *Stat sonipes, & fræna ferox spumantia mandit.*

Iob 39. *Gloria narium eius, terror: terram vngula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio: super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta, & clypeus. feruens, & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit: Vah, procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.*

Athan. de Cruce. Athanasius: Cum festinatione ad locum vadit, vbi eum in Crucem ascendere oportebat, ferè que eos accelerare, qui ipsum ducebant.

Mar. 10. *Et præcedebat illos Iesus, & stupebant.* Sed obstupescere iam desinite: *Ecce, inquit, ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus; & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient* Petr. Cel. de panib. c. 12. *eum.* Vt gustat in narratione! Abbas Cellensis: Pungebatur, cruentabatur, crucifigebatur, flagellabatur, conspuebatur, impinguabatur.

Psal. 68. Dolebat, quòd ampliùs, diutiúsque pati non posset. *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Hugo Card. ibid. Quid? Hugo Cardinalis: Acetum. Dixerat id paulò antè: *Et in siti mea potauerunt me aceto* Sed, cur dolet, quòd illi acetum dederint? Lyranus ex quo- Lyr. in 19. Ioan. rundam sententia: Dederunt, inquit, acetum, vt citiùs moreretur, vel vt faciliùs toleraret passionem. Dolet ergo sibi propinatum acetum, quòd diutiùs agonizari vellet, quòd leuamen in passione nollet. Ita, cùm darent *ei bibere myrrhatum vinum,* Mar. 15. Matth. 27. *non accepit*; vel, *noluit bibere*: quòd nollet ad dolores, & cruciatus perferendos, sensum consopire.

Nihil sibi propterea pati videbatur. Ex flagellis

A licèt sanguinem largiter fuderit, præ amore, ne guttam quidem sibi profudisse videbatur. *Dissipati* Psal. 34. *sunt, nec compuncti.* Littera originalis: *Etiamsi la-* Littera originalis. *cerabant carnem meam, non eiiciebant*, aut *eliciebant sanguinem.* Quid? ruptis iam vndique venis, sanguinem non eiiciebant: Præ amore, vix guttam sibi profudisse videbatur.

Vnus militum lancea latus eius aperuit. Vnde Ioan. 19. Ioannes: *Videbunt, in quem transfixerunt.* Hebræus Hebr. huc referendus: *Videbunt, in quem pupugerunt.* Quasi amori non aperitio, aut lata transfixio, sed solùm punctio videretur.

Hinc, quod Ieremias lacrymans vocat mare: Thren. 2. *Magna est, velut mare, contritio tua.* Christus læto, Ioan. 18. fortique animo vocat calicem: *Calicem, quem dedit* B *mihi Pater, non vis, vt bibam illum?* Adeò, nimirum, nostram sitiebat salutem, vt præ siti ipsum passionum mare calicem absorbendum existimaret.

O quàm verè Augustinus: Amantis est, magna Luc. 24. paruifacere. *Tu solus peregrinus es in Ierusalem: & non cognouisti, quæ facta sunt in illa his diebus? Quæ? quæ?*

Quid recolitis passiones? Pati gloriam existi- Luc 9. mo. *Dicebant excessum, quem completurus erat in Ierusalem.* Græcè: *loquebantur de gloria.* Græcè. Ioan. 7.

Glorifica me Pater. sic legit Chrysostomus, qui Chrys. hom. 5 de patient. Iob. & pulchre subdit: Quid? Ad Crucem duceris cum latronibus, maledictam subire mortem, conspuendus, cædendus, colaphis: & hæc gloriam ap- C pellas? Ita, inquit, pro dilectis ipse patior, meritóque hæc eadem gloriam existimo.

Isaias passionem vocat opprobrium: *Et cum* Isa 53. *impiis reputatus est.* Christus vocat honorem: *Si* Ioan. 12. *exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.*

Propheta hostes vocat passionis ministros: *Fa-* Thren. 1. *cti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt.* Christus vocat amicos: *His plagatus sum in* Zac. 14. Castal. *domo eorum, qui diligebant me.* Castalion. *Vulneratus sum in amicorum domo.*

Quid, quòd dum patiebatur, se se quodammodo Psal. 18. ostentabat: *In Sole posuit tabernaculum suum.* Au- Aug q. 72. gustinus, id est, corpus suum, quod à Pilato flagellis cæsum est, ignominiámque passionis in Sole posuit.

Sicut ouis ad occisionem ducetur. ad Hebraicum: Isa. 53. Hebr. *Cum regia pompa, & maiestate deducetur.* Vnde ad D lamentantes: *Filiæ Ierusalem, nolite flere super me.* Luc 23. Quare, Domine? D. Leo: Quia non decebat luctus D. Leo serm. 10. de Pass. triumphum, nec lamenta victoriam.

Hinc Bethlehem natiuitati, Ierosolymam præelegit passioni. Et propterea & passus in meridie (vti pulchrè notat Hieron.) qui resurrexit manè. Vnde & in gloria visus ab vno. *Vidi Dominum sedentem* Isa. 1. *super solium excelsum, & eleuatum.* in opprobriis, à multis: *Vidimus eum, & non erat aspectus. Cornua* Habac. 3. (inquit simul, & semel Propheta) *in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.*

Nos tanto pro nobis patiendi ardori, quanta promptitudine respondemus? quàm alacres obuiam pergimus passioni? E

SILENTIVM.

PVNCTVM XV.

Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersùm te testificantur? Iesus autem tacebat. Matth. 26.

Matth. 26. *Non audis, quanta aduersùm te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præses vehementer.* Matth. 27. *Non respondes quicquam? Vide, in quantis te accusant. Iesus autem ampliùs nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus.* Marc. 15. *Herodes, viso Iesu, gauisus est valdè,* &c. *Interogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat.* Luc. 23.

Apoc. 8. Iob 38.

QVid ergo? Verbum silet? *Factum est silentium in cælo?* Et cur præ stupore non sileat cælum, cùm in cælo videat silentium? Heu, *concentum cæli quis dormire fecit?*

Isa. 53.

Accusatur Iesus apud Iudices, falsis vbique testibus circumuenitur, postulatur ad necem: at ille silentio se tuetur, & qui mundum verbo fecerat, taciturnitate iam reficit. En, en hic agnos innocentissimus *ab origine mundi* sine voce *ad occisionem* ductus! En is, qui *sicut ouis coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum.*

Ambr. lib. 2. de Iacob, c. 5. & Gen. 31.

C Et iustitia vt stat, & tacet: perfidia verò vt loquitur, & sedet? Ambrosius de Rachele sedente, & Laban stante: Vbi, inquit, causa religionis agebatur, fides debuit habere sedem iudicij, & quasi rea stare perfidia. Sed, heu! modò perfidia residet, fides stat, & tacet.

Psal. 37. Psal. 38. D. Hieron.

Primùm, coram Principe Sacerdotum Caipha ad manifestissima accusationis mendacia tacuit: nec ibi dolor vllam prorsus vocem expressit; sed obsequium erga Patrem, diuinam linguam cohibuit: *Ego autem, tanquam surdus, non audiebam; & sicut mutus, non aperiens os suum. Et factus sum, sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Posui ori meo custodiam.* vel, vt vertit Hieron. *Custodiui os meum silentio, cùm consisteret* D *peccator aduersùm me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est.*

Gen. 39. Tertul. lib. de patient. c. 6. Isa. 42.

O verum Iosephum iniquè à Putipharo accusatum, qui nunquam ad verbum respondit, qui cùm posset legem talionis implere, & malum malo fœnerare, vt loquitur Tertullianus, tacere maluit, & falsam calumniam ne vera quidem accusatione repellere.

Tacui, semper silui, patiens fui.

D. Leo.

Summæ, nimirum, diuinæque virtutis argumentum, mediis obiurgantium testimoniis, & calumniis patienter tacere. Ita pulchrè D. Leo serm. 6. de Passione: Perducto Iesu ad Caïpham, Principem Sacerdotum, quò Scribæ, & omnis sacerdota- E lis Ordo conuenerat, falsa aduersùs Dominum te-„ stimonia quærebantur; sed inter inconditas, &„ dissonas voces hoc Iesus mirabiliter elegerat, vt taceret.

O quàm verè! ô quàm propriè mirabiliter! Non etenim fragilitatis poterat esse humanæ, mendris falsissimis calumniis sic tacere; sed mirabilis, sed diuinissimæ virtutis eximium argumentum.

Theo. 3. Alij. D. Ambr. ser. 10. in Psal. 118.

Sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit super se. Alij: *Quia leuauit se super se.* Mox: *Ponet in puluere os suum, si fortè sit spes.* D. Ambrosius vertit: *Dabit in sepulturæ fossuram os suum, si fortè sit spes patientia.* Et lectionem elucidans subdit: Quòd au- A tem ait: *Dabit in sepultura fossuram os suum.* ostendit quandam supra modum patientiæ taciturnitatem, & tanquàm sepeliat os proprium, ne loquatur; & velut quodam aggere virtutum obstruat, ne vocem doloris emittat. & quemadmodum etiam Theodoretus exponit, ita tacebit, ac si os terra oppletum haberet. At, quæ spes tanti silentij, & patientiæ? Hæc ipsa, vt supra hominem agnoscatur. *Sedebit solitarius, & tacebit.* Septuaginta: *Sedebit singulariter, & silebit: quia leuauit super se,* aut, *se super se;* Deum, scilicet, super hominem.

Theod. lib. ... Septuag.

Isa. 32.

Huc facit illud Vatis: *Et erit cultus iustitiæ silentium.* id est, silentio, ac taciturnitate in opprobriis æquanimiter perferendis, agnoscetur, & co- B letur vt Deus.

... in lib. 1. cap. ... Rhodig. lib. 11. c. 46.

Vel Ethnici, vt rem diuinam, colebant silentium; illud non secùs ac Numen venerabantur ... Musa Tacita, in Eea Angeronia, ac in Harpocrate. O vanos silentij cultores! En, en verus silentij Deus.

Psal. 64.

Hinc Psaltes: *Te decet hymnus, Deus in Sion.* aut iuxta alios: *Te decet silentium, Deus, in Sion: & tibi* (consequenter tanquam iam ex hoc noto Deo) *reddetur votum in Ierusalem.*

Cyp. ... de bono patien.

Hinc & illud Cypriani acumen: Patientia res est Dei: qtasi ea potissimùm, tanquam re propriissima, Deus innotescat.

Hac præsertim Dei Filius innotuit. Et certè non potuit hinc non agnosci vt Dei Filius, qui Deum Patrem imitatus, suas iniurias tam profundo silentio tolerabat. Accipe eundem Cyprianum libro de bono patientiæ, ita fantem: Inter cætera ad-„ mirabilia virtutum, quibus indicia diuinæ Maie-„ statis expressit, paternam quoque patientiam tole-„ rantiæ tenore seruauit. Vbi pulchrè illud expendendum venit, tolerantiæ tenore; quòd sicut æternus Pater inter iniurias patientissimè silet, ac *sustinet*, vt ait Apostolus, *in multa patientia*: ita Christus Dominus eandem Patris patientiam æmulatus, atque inter obiectas sibi calumnias, & iniurias conticescens, paternam maiestatem, ad Diuinitatem referebat.

Athan. de Pass. & cruce ...

Magnum id certè, vt pulchrè ait Athanasius, & mirificum in Seruatore, qui tacendo, & non respondendo, tam efficax erat in persuadendo, vt Iudex vltrò factiones, conspirationésque aduersus eum initas, agnosceret, & confiteretur, illum magis turbis hominum, quàm iustitiæ gratia ... eum esse. Qui si respondisset Pilato, poterat ille suspicari, formidine eum mortis ad loquendum inductum fuisse: iam, cùm taceat, quid admiretur, nisi illius robur, fortitudinémque in contemnenda morte? Cúmque eum de innocentia ita excuteret Pilatus, quid aliud in mentem venire potest, nisi illum ipsum, qui ibi iudicio subiectus stabat, Deum esse?

Tertul. de patien. c. 3.

E Vnde solenni etiam suo acumine Tertullianus libro de patientia, vel hinc potissimùm Pharisæorum, aut malitiam, aut cæcitatem redarguit, quòd„ Christi Diuinitatem non agnouerint. Qui, inquit„ in hominis figura proposuerat latere, nihil de im-„ patientia hominis imitatus est. Hinc vel maximè,„ Pharisæi, Dominum agnoscere debuistis! patientiam huiusmodi nemo hominum penetraret. Quasi diceret: Cùm à solo homine tam silentem in tam apertis iniuriis tolerantiam exhiberi haud esset possibile, vel hinc solùm Deum agnoscere debuistis.

Iob 13.

Certè ipse patientiæ miraculum Iob tot calumniis impetitus, vt qui Deus non erat, sed homo:

Quare,

Hebr. Græcè. *Quare*, inquit, *tacens consumor*: aut ad Hebraïcum: *Nunc, si tacuero, morior.* aut Græcè: *Nunc obmutescam, & deficiam*; id est, nisi loquar, deficiam, & expirabo: si statim non dixero, & me oratione non defendero, protinùs moriar. Sic alias aduersùs suos calumniatores: *Vsquequò affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus?* Vbi Origenes citatus in Catena: Iobus, inquit, fortissimus Athletarum, in cuius libro nihil ita eminet, vt fortitudo; labores tamen sentit, quos ex eorum duro sermone, qui ad eum visendi causâ venerant, hauriebat. Iob 19. Orig. ibid.

Id, quod etiam elegantissimè expendit Chrysost. hom. 15. In Matthæum, ad illa verba: *Beati estis, cùm exprobrauerint vobis, & dixerint omne malum verbum aduersùm vos.* sic enim ipse legit, subditque: Non pro periculis solùm; verùm etiam pro maledictis retributionem maximam pollicetur. (*Beati estis*, &c. *Gaudete, & exultate: quoniam merces vestra multa est in cælis.*) Propterea non dixit: Beati, cùm vos exagitauerint, atque interfecerint; sed, *cùm exprobrauerint vobis.* Nesciò enim, quomodo omnibus penè rebus amariùs solent mordere maledicta. In periculis quippe multa sunt, quæ laborem ipsum faciunt leuiorem, vt multorum exhortatione succendi, vt habere plurimos applaudentes, dignisque passionem ipsam præconiis coronantes: in maledictionibus verò etiam consolatio ipsa subducitur. Matth. 5. Chrys. ibid.

Neque enim maledictiones creduntur cunctis periculis sæuiùs mordere certantem; nec omninò magna esse quæpiam virtus putatur, fortiter sustinere maledictum; cùm certè multi etiam ad laqueum connolarint, famæ opprobria non ferentes. Et quid hoc miraris in cæteris, cùm proditorem illum impudentissimum, pariter & crudelissimum, atque contra omnia flagitia nequitiæ fronte duratum, hoc præcipuè ad laqueum ire compulerit? (Quasi diceret: Ne à quopiam fortè audiret: En testactarius! en proditor?) Matth. 27. Act. 1.

Iob 2. „ Iob quoque ipse certè omni lapide, atque adamante tolerantior, cùm quidem patrimonium „ amitteret, malàque innumera sustineret, cùmque „ subitò numerosa sobole esset orbatus, cùm quasi „ fontem quendam vermium toto videret corpore „ bullientem, suprâque hæc vxorem sibi molestiùs „ imminentem; perfacilè cuncta superauit: vbi ve„ rò exprobrare sibi amicos, atque insultare videt; „ & malignam illam de se existimationem fouere, „ & dicere, quòd talia propter peccata pateretur, „ ac malitiæ suæ solueret vltionem; tunc demùm „ vtique turbatus est vir ille maximus, ille for„ tissimus. Iob 1. & 19. & 20.

Psal. 68. Et quid Dauid? Nónne ipsummet calumniarum, ac obiurgationum pelagus ingressus: *Infixus sum in limo profundi; & non est substantia: veni in altitudinem maris; & tempestas demersit me.* Quia tamen homo erat, non Deus: *Laboraui* (subdit) *clamans: raucæ factæ sunt fauces meæ?* Sic penè Chrysostomus: Dauid quoque omittens cuncta, quæ pertulit, pro maledicto patienter audito, vicem à Domino reposcebat: *Dimitte*, inquit, *vt maledicat: quoniam Dominus mandauit ei, vt videat afflictionem meam*: (pende Chrysostomi lectionem:) *& reddat mihi pro maledictione hac in die illa.* Nemo igitur hominum, nemo patientiam huiusmodi penetrauit. 2. Reg. 16. Chrysost.

Et quidem inter notas, quibus Christus vt Messias signatetur, illa neque obscura, neque infima est: *Non clamabit, neque audietur vox eius foris.* Et *tyranni ridiculi eius erunt, & ipse de Regibus trium-* Esa. 42.

A *phabit.* Qua etenim te alia, quàm ipsa innocentia, æquanimitate, ac silentio de Rege Herode, de Pilato, déque cæteris Pontificibus, & calumniatoribus triomphauit? Rectè Ambrosius ad illa verba: *Redime me a calumniis hominum.* Christus, inquit, calumniis appetitus silentium detulit triumphale. Psal. 118. Ambros. ser. 17. ibid.

Hoc & regius Propheta pulchrè innuit, vbi cecinit: *Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam; & deducet te mirabiliter dextera tua*; ad optatum, videlicet, finem, ad optatas coronas, & triumphos. Sic Genebratdus. Psal. 44.

Hinc ad mores D. Valetianus Episc. Plena victoria est, ad clamantem tacere, & non respondere prouocanti. Et Paulinus: In Christo triumphat, B qui tunicam auferenti remittit, & pallium. Geneb. ibid. Val. de bono constan. pacis. Paulin. ep. 2. de perfect. Christian.

Porrò iuuat hoc loco, & ad mansuetudinis, ac silentij huius pulchritudinem, & ad nostrorum regimen animorum in rebus difficilibus, contemplari, quemadmodum Christus Dominus coram Pontificibus, ac Pilato se gesserit. Etenim inter tam confusas voces, inter tam absonos clamores accusantium, ac deposcentium ipsum in pœnam; in tanta inuidiæ, & calumniæ tabie; inter plagas, atque ictus; impendente tanti supplicij atrocitate, & morte probrosissima, qua moderatione est vsus, qua sapientia? Non exacerbarunt eum indignissima, quæ perpetiebatur, & infanda, vt aliquid ex eius ore prodiret C immodestum, arrogans, durum, insolens, contumeliosum, maledicum. Iudicum authoritatem non immminuit, non propriam extulit. Non fregit, ac debilitauit eum tantum pondus ærumnarum, vt in preces, lacrymas, supplicationes sese abiiceret, aliquidque vel ageret viliter, aut diceret. Quo temperamento semper est vsus? qua prudentia in sensis? qua circunspectione in paucissimis, quæ dixit? Ne perpetuo silentio, vt ait Chrysost. superbus videretur? quantùm enim fuit satis, respondit; & nihil ampliùs: vt dicta eius neque asperitate, aut arrogantia offenderent, neu defectione vilescerent, aut sorderent. Chrys. hom. 87. in Matt.

Et quidem coram Principe Sacerdotum, surgente eo, ac dicente: *Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersùm te testificantur?* nihil intulit: *Iesus autem tacebat.* Sic, nimirum, & obedientiam præstabat Patri, & patientiam, animique constantiam calumniis opponebat; simúlque indicabat illis, quali D iudicio vterentur, ad quod ipsi non esset respondendum, nimirum, corruptissimo, & ad damnandam innocentiam potiùs, quàm ad veritatem cognoscendam comparato: quod, præterquàm quòd iam diu illi multis exemplis conati ipsum perdere ostendissent; tamen ipso præsente facto demonstrabant apertè, qui ipsum ante capiendum, quàm causam cognoscendam curassent: non enim debet capi is, de quo nihil est per testes iudicatum, aut qui non *præsentes habeat accusatores.* Isti post captum quærebant testes studiosè! & non inuenientes, inibant modum falsi conflandi testimonij. Luc. 23. Act. 25.

E Quid igitur respondendum esset in huiusmodi iudicio?

Libeat, rogo, rem hanc totam ad nostram eruditionem, ex D. Laurentio iore, elegantissimè ita fantis, audire. Illi, inquit, coram Summo Pontifice constituti falsum quærebant testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent. Falsidicorum vtique quæritabant suffragium, vt ad mortem damnaretur vitam, ac ipsi viuerent in æternum. Vicissim contendebant, vt candorem æternæ lucis suia obnubilarent D. Laur. Iust. de triumph. Christ. agone c. 10.

A obnubilarent tenebris: fiebat autem, vt quò sollicitiùs inuestigarent ista, eò in depressioribus ipsi tenebris remanerent, perseuerante in suo splendore incommutabili veritate. Illos Propheta descripsit, dicens: *Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.* Psal. 63. Volebant inermi manu durissimam confringere silicem; sed quid? præualuerúntne? Minime: Manus contriuerunt suas, cassóque defatigati labore nihil facere potuerunt.

Varias nocendi artes, & maligna consilia inuenire conati sunt, vt perderent sapientiam; & tamen in propria insipientia perstiterunt. Nempe, cùm plurimas finxissent oppositiones veritati æternæ, & superuacuè desudassent, testes duos repererunt, qui dicerent: *Nos audiuimus eum dicentem: Ego soluam templum hoc manufactum, & post triduum* Marc. 14. B *aliud non manufactum ædificabo.* Poterant hi testes esse veridici, si prout Dominus dixerat, retulissent. Sed consueuit semper iniquitas superaddere veritati, vt puritatem mendacij cœno commaculet: sic enim inquit: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Ioan. 2. Quod voce protulit, potentiæ suæ verbo perfecit. Post suæ etenim passionis triduum, cùm in tumulo corpus, quod erat animæ tabernaculum, & Diuinitatis templum, iaceret exanime; illud, omni deposita passibilitatis molestia, resuscitauit ad vitam. Fecit, quod se facturum esse promiserat, [illegible]r veritatis ostenderetur assertor, & futuræ resurrectionis, atque structuræ cælestis impurribile poneret fundamentum, quatenus omnis superædi- C ficata habitatio cresceret in templum hoc sanctum Domino.

His testibus auditis, Pontifex iniquitatis, dolo plenus, de iudiciario surrexit solio, nolens falsiloquorum obiectiones, neque Christi discutere innocentiam. Maximam profectò Mediatori afferebant laudem prolata aduersùs eum, & non probata testimonia. Nequaquam, vt Iudex, astabat tunc Caiphas; sed vt calumniator, & hostis: quamobrem veritatem, quam minimè diligebat, non scrutabatur; sed meditatam calumniam, qua refertus erat. *Insidiabatur quasi leo in spelunca sua, & sicut catulus leonis habitans in abditis.* Obseruabat callide, si fortè ex ore Mediatoris aliquem incom- D positum, & reprehensibilem prolatum sermonem agnosceret. Propterea cernés, quòd nihil falsis obiectionibus respódisset, tétauit, si quomodo ipsum
" concitaret ad loquendum: in tacentis quippe lin-
" gua nihil reperitur indignum. Ait igitur: *Non respondes quicquam ad ea, quæ tibi obiiciuntur ab his?*

O subdola, & venenata antiqui serpentis astutia! ó malignitatis eloquium tumens! ô Pontificis summi inueterata canities! Gradu sicut præemines cæteris; ita & peruersitate præcellis. Cur tentando ad loquendum prouocas sapientiam? Cur accusationibus falsis quæris, vt satisfaciat veritas? Nouit deprauatum cor tuum, omnes calumniatores Domini esse, mentitos. An fortè sciscitaris re- E sponsum, vt agnita sanctitate innocentiam absoluas? Nempe, *os tuum abundauit malitia; & lingua tua concinnauit dolos; sedénsque aduersùs fratrem tuum* Psal. 49. loquutus es, *& aduersus filium matris tuæ* posuisti *scandalum.*

Veniet, veniet tempus, (crede mihi,) in quo deprehendaris in crimine; & malitia tua proferatur ad publicum; atque toti mundo efficiatur nota. Nunc tua solùm te accusat conscientia: nunc coram paucis, qui tecum in vno conuenerunt, nocendi consensu, exponis illam, vt inde consequaris laudem, tuæque dolositatis affectum: aliàs autem A aliter fiet. Stabis proculdubiò ante tribunal eius, qui astat tibi; & quem molitis occidere: iudicabit ipse te, non sicut tu, sed iusto tecum iudicio contendere statuet; *contra faciem tuam,* & te iudicabit per te, nó alterius indigebit testimonio, pro vt agis nunc tu: te faciet esse testem, téque iudicem tui: ostendet priùs te tibi, tuámque de te auditurus est abs te sententiam contra te; neque aliter iudicabit de te, quàm tu; non autem extrare valebis. Ducet te sapientia sua per cordis tui latebras; & multa, quæ ignoranter commisisti, deteget delicta. Iuxta te erit æquitas; & quid virtus, quídve vitium mereatur, insinuabit. Tunc clamabis aduersùm te, nemine contradicente: proferes tu ipse in te sententiam de te, quam ille, quem nunc contem- B ptibilem, afflictum, mœrentem, tacentémque vides, coram Angelis, & cælorum approbabit militia. In præsentiarum, quamuis posset, nihil "
tamen falsis oppositionibus respondere voluit; "
vt omne secuturis fidelibus daret de se humili- "
tatis exemplum: incorrigibiles namque agnoscens "
illos, nec excusationis, neque admonitionis ser- "
monem exprimere voluit. Verba sancta in spinis "
seminare; & eloquia sapientiæ super aridam ter- "
ram, & petram durissimam iactare passus non est. " Matth. 27.

Similiter coram Pilato, *cùm accusaretur à Principibus Sacerdotum, & senioribus, nihil respondit.* Et subinferens: *Non audis, quanta aduersùm te dicunt testimonia? non respondit ei ad vllum verbum, ita vt* C *miraretur Præses vehementer.*

O verè silentium admirabile! *Et vocabitur nomen eius, Admirabilis, Deus, Fortis.* Isa. 9. Admirabilis certè in verbis, admirabilis & in silentio.

Egregiè Origenes expendens illud, *vehementer:* Orig. in Matth. Quod, inquit, scriptum est, non solùm mirari Pilatum; sed etiam valdè mirari, mouet me, vt existimem, quòd dignum ei videbatur magno miraculo, vt exhibitus ad criminale iudicium Christus inturbabilis maneret, & staret ante mortem, quæ apud omnes homines terribilis existimatur.

Et certè, velut ait Philosophus: Terribilia Arist. 3. Mor. c. 6. sunt mala. Ea sunt infamia, paupertas, morbus, solitudo amicorum, mors maximè omnium rerum D horribilis. Sunt verba Philosophi. Hæc autem omnia Christo obuenere, infamia ex calumniis; paupertas, cùm non haberet, vbi reclinaret caput, regnúmque eius non esset de hoc mundo; morbus, dic intensissimos percussionum, alaparum, spinarum, flagellorum dolores, solitudo amicorum, quia *omnes, relicto eo, fugerunt,* Matth. 26. mors ipsa denique omnium terribilium: & tamen imperterritus silet, *in silentio, & spe erit fortitudo* mea. Isa. 30. Verè Plutarch. Silentium in maledicto res grauis, & Plutar. lib. de profectu ab amic. cap. Socratica, vel potiùs Herculea: adde (præsertim in morte) vel potiùs diuina.

Ita, ita vt miraretur Præses vehementer. Matth. 27. Et quidem multiplici ratione; tum ipsius accusationis, E quæ maxima crimina implicabat, seditionem, seductionem, læsam Dei, ac Cæsaris maiestatem; tum supplicij, cui si conuinceretur, adiudicandus esset, crudelissimi, nimirum, & atrocissimi; tum etiam ipsius Christi eloquentiæ, ac facundiæ, qua rudem, & efferum populum adeò demulserat, vt omnem ad se mundum trahere diceretur: *Ecce mundus totus post eum abiit. Diffusa* etenim *gratia in labiis* eius; tum denique talis, tantæque constantiæ, vt qui coram eo, tanto Iudice, staret imperterritus. Quis ergo non miraretur? & *vehementer?* Verùm innocentia nescit *timere eos, qui occidunt corpus.* Matth. 10.

[Ambros. ser. 44. de acensio Domini, &c.] Vnde planè eleganter Ambrosius: Benè tacet, qui defensione nō indiget. Ambiat, ambiat defendi, qui metuit superari: festinet loqui, qui timet vinci. Christus, cùm condemnatur, superat; cùm iudicatur, vincit, sicut ait Propheta: [Psal. 50.] *Vt iustificeris in in sermonibus tuis; & vincas, cùm iudicaris.* Vincit enim, cùm iudicatur, Christus: quia sic innocens approbatur: vnde ait Pilatus: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius.*

[Luc. 23.] Eodem Dominus silentio est vsus coram Herode. Hic *erat cupiens ex multo tempore videre eum, eò quòd audierat multa de eo; & sperabat signum aliquod ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat.* Herodis ergo, & Pilati, vt pulchrè ait Cyprianus, Christus [Cypr. ser. de Pass.] contempsit fastigia: nec potuit altitudo potestatum eatorquere ad interrogata responsum.

Hoc similiter silentium, unà ab eiusdem Herodis intentione, obstinatione, crudelitate, & mendaciis tum à Christi ipsius desiderio patiendi, à modestia, atque studio medendi profectum est.

Ab Herodis intentione: non etenim hinc Herodes iste proficere quærebat; sed ipsa tantùm signa, ac facta mirari. Ita Gregorius ad illa verba: [Iob 31. Greg. 22 Mor. 12.] *Si expaui ad multitudinem nimiam, & non magis tacui, nec egressus sum ostium.* Ipse, inquit, quia vidit Herodem non quærere profectum, sed signa, vel scientiam velle mirari, requisitus ab eo tacuit. [Iob 12.] Et ad illa: *Lampas contempta apud cogitationes diuitum.* Huius, inquit, lampadis, id est, Christi flammas Herodes explorare voluit; sed nullo radio lucis lampas emicuit: quia ei, qui se non piè, sed curiosè quæsierat, nihil de se mirabile ostēdit. Am- [Ambr. in cit. Luc. 23.] brosius: Tacuit, & nihil fecit; quia nec illius credulitas merebatur videre diuina.

En hîc conditio carnalium hominum, qui diuina quidem oculis subiicere concupiscunt, non doctrinæ, sed curiositatis implendæ gratia. Hinc olim in Ecclesia nefas, curiosis hominibus sacra [D Dionys.] mysteria detegere. Ideò D. Dionysius in Demophilum Monachum docet, eousque immaculata seruata esse mysteria, donec ille temerarius in ea irrupisset. Hoc etiam olim negatum in re eucharistica testatur Iustinus. [Iustin. Mart. Apolog. 1. pro Christianis.] Verùm nūc passim videas, D carnales homines oculos pascere, & ea his, quæ visa sunt exteriùs sibi contemptibilia, ratiocinari. Sic & nunc Herodes videre vult: quia ab externis simplicē Iesum iudicat, eundē quoque contemnit.

Ab ostinatione, qua, scilicet, neque signis, neque verbis futurus esset melior. Iesus, qui cuncta tatione peregit (sic pulchrè Theophylactus,) & [Theoph. in Cat. Luc. 23.] qui teste Dauid, suos sermones in iudicio disponit pium esse iudicauit in talibus habere silentium; sermo enim prolatus cui nihil proficit, condemnationis fit causa. Miserationis ergo diuinæ silentium hoc, ne verba, & miracula essent ad cumulū damnationis. [Eccl. 32.] *Vbi non est auditus, & non effundas ser-* [Matth. 7.] *monem.* Et *nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis.* E

A crudelitate in Ioannē Baptistam, qui requisitus, quis esset, respondit: *Ego vox.* Qui ergo Christi vocem eripuerat, quomodo loquentem audiret? Indignus alloquio excommunicatus, & cuius *manus sanguine* iusti *plena* erant.

A mendaciis constanter accusantium, quos ipse cōstantissimo silentio refellebat. Nam, quæ manifestaria sunt, non sunt responsione digna. Nō re- [Laert. lib. 2. cap. 5.] fert, aiebat Socrates, quam multi sint testes; sed quàm graues. Quid igitur opus erat tales refellere,

A cùm *mentita* esset *iniquitas sibi? Nihil respondit*, inquit Chrysostomus: [Chrys. in Cat. Matth. 26.] quia multas habentes demonstrationes ea ipsis rebus virtutis, & mansuetudinis eius, & humilitatis; tamen in ipsum indignabantur, & peruerso iudicio agebantur contra ipsum.

Silentium idem à Christi ipsius patiendi deside- [Caiet.] rio. Silet, ne obstet. Sic acutè Caietanus. Nihil respondere voluit, ne crimen diluens, dimitteretur, & Crucis vtilitas differretur. Sic eruditè Hieronymus. [Hieron.]

A modestia: quid enim possit, non ostentat, vt ita iactantiam declinet. Sic Ambrosius. [Ambros.] Hinc discamus, vt quoties auditores nostri, nostra volunt [Greg. 22. Mor. 12.] B quasi laudanda cognoscere, non autem sua peruersa mutare, omninò taceamus; ne simus *adulterantes* [2. Cor. 2.] *verbum Dei*, quod est; aut aliter de illo sentire quàm est; aut ex eo non spiritales fructus, sed adulterinos fœtus quærere laudis humanæ. Sic ad mores Gregorius. Qui etiam alibi peregrè: Inqui- [Item Mor. 10.] situs Redemptor tacuit, expectatus miracula exhibere contempsit, seséque apud se in occultis retinens, eos, quos exteriora quærere comperit, ingratos foras reliquit, magis eligens apertè à superbientibus despici, quàm à non credentibus vacua voce laudari.

A studio medendi, contrariis, scilicet, contraria curando; hoc est, Adami excusationes in peccatis, taciturnitate etiam à bonis. *Cum consisteret peccator* [Psal. 38.] C *aduersum me, humiliatus sum, & silui à bonis.*

Anteactæ vitæ recordatione se solari Christo [Xenoph. Apolog.] satis, si vel Socrati ipsi, dum ob id morti destinatus obiicēbat. Sic, nimirum, vixerat Christus, vt nulla tam suis maledicis esset fides.

Imitemur pro viribus & nos diuinum hoc Christi silētium, quandoquidem taciturnitas eius, vt ait Bernard. nobis in exemplum facta est; ediscamúsque ab hoc cælesti Magistro, [Bern. ser. 2. Epiphan. Eccles. 3.] *tempus tacendi, & tempus loquendi*; hæc enim doctrina perfectio perfectorum est; eorum, videlicet, qui iam sunt virtutes adepti; nec vnam, aut alterā, sed omnes iuxta illud: *Aurum tuum, aut argentum tuum confla.* aut [Eccles. 28. Græcè.] Græcè, *colliga*, vel *connecte*: *& verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos; & attende, ne fortè* [Iaus. ibid.] *labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insi-* D *diantium tibi: & sit casus tuus insanabilis in mortem.* Hoc est, coge virtutes omnes morales, & charitatē, quæ per aurū signatur; & intellectuales simul cum prudentia, quæ argento significantur: omnes enim sunt necessariæ, vt noueris benè loqui, & benè tacere: quia & omnia vitia, veluti agmine facto, conueniunt ad confundendam, & perturbandam linguam: vnde necesse est, virtutes quoque conuenire, vt illam contineant, atque rectificent; ideóque, [Iac. 3.] *si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.*

O quàm difficile silentiū! Adeò difficile, vt Ari- [Max. ser. 20.] stippus quōdam interrogatus, quidnam esset in vita difficillimū? Tacere, inquit, quæ loqui non decet.

Facit optimè in commendationem silentij illud [Prou. 17.] E Prouerbiorum: *Stultus quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.*

Vnde Iob ad amicos: *Atque vtinam taceretis, vt* [Iob 13.] *indicaremini esse sapientes.* Et Plutarchus: Magnæ est [Plut. in Mor.] sapientiæ tempestiuum silentium, & omni certè est sermone præstantius. Item: Vt egregius artifex iaculandi statim scopum petit; ita sapit, qui pauca loquitur; sed ad rem.

Faciunt pariter egregia illa Philosophorū dicta.

Menandri: Silentio nihil vtilius.

Simōidis: Nulli tacuisse nocet, nocet esse locutū.

Xenophontis: Sæpè locutum me pœnituit; siluisse nunquam.

[In margine: Senec. ep. 16. In ſent. moral. Lib. 5. epiſt. ep. 4.] Seneca ad ſuum Lucilium: Nihil æquè prodecit, quàm quieſcere, & minimum cum aliis loqui, & plurimùm ſecum. Item: In hoc incumbe, vt libentiùs audias, quàm loquaris. Quod tacitum velis, nemini dixeris. Auribus libentius, quàm lingua vtere. Tandem poſt tot litterarum volumina ad eundem Lucilium luculenter conſcripta: Summa ergo ſummarum hæc eſt, tardiloquium te eſſe iubeo, & propè erit tibi Deus.

Huc verè aurea faciunt illa verba Catonis:

Virtutem primam eſſe puto compeſcere linguam,
Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.

Hinc Gloſſa in 3. Eccleſ. Diſciplina Pythagoræ eſt, per quinquennium tacere, & poſteà eruditos loqui.

[In margine: Marul. lib. 4. Ebor. tit. 1.] O quàm eruditiùs, tenaciúſque illi cultores eremi, cultores erant ſilentij! Multitudo millium, & quingentorum Monachorum ſub vno Amone Abbate ſolitudinem taciturnitate æquabat. Mirum planè ſilentium! *[In margine: Pſal. 106.]* *Lætati ſunt, quia ſiluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

[In margine: Marul. ibid.] Romualdus, Camaldulenſium Author, dum montem ſolitarius coleret, ſeptennij ſilentio ſpiritualem Pſalmorum intelligentiam meruit; quos etiam cùm piè, & eleganter exponeret, dicere ſolebat: *[In margine: Eccl. 51. Iſa. 50.]* *Dedit mihi Dominus linguam, mercedem meam:* (hoc eſt, mercedem ſilentij: poterat & dicere *linguam eruditam:*) *& in ipſa laudabo eum.*

Ex Vitis Patrum: Theonē in cellula cauſum annos triginta ſilentij habuiſſe continentiā perhibēt.

Quidnam Sanctorum Patrum adiit alium, vt aliquid diſceret: & prima vice audiuit illud Pſalmi: *[In margine: Pſal. 38.]* *Dixi: Cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.* Nec ampliùs reuerſus eſt, vt aliud diſceret. Et poſt quadrageſimum annum interrogatus, cur ampliùs ad Magiſtrum non eſſet reuerſus, reſpondit, ſe adhuc non didiciſſe primam lectionem Pſalmi: *Vt non delinquam in lingua mea.* in illo ſpatio quadraginta annorum.

[In margine: Hieron. in epiſt.] Hinc meritò Hieronymus monet: Adhuc tacens conſidera, & prouide, ne quid pœnitat dixiſſe. Et Ambroſius teſtatur: Quamplures vidi, loquendo in peccatum incidiſſe, vix quenquam tacendo.

VESTIS ALBA.

PVNCTVM XVI.

Spreuit illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte alba: & remiſit ad Pilatum. Luc. 23.

QVoniam innocentiſſimi cauſa deerat Iudicibus, Iudices ipſi non deerant cauſæ, ſed tamē *& inimici noſtri ſunt Iudices* innocentiæ Chriſti, *[In margine: Deut. 32.]* dum eum induunt ſymbolis innocentiæ. Hæc hodie Iudicibus ſiſtitur: ſed conſtans omninò, ſed inconcuſſa.

[In margine: Greg. 22. Mor. 12. Iob 31.] Acutè hanc allegoriam Gregorius cum tropologia ſimul nectit ad illa verba Iobi: *Si expaui ad multitudinem nimiam.* Benè, inquit, Chriſtus non expauit: quia nequaquam terret exteriùs numerus hoſtium, quem non deuaſtat interiùs turba vitiorum.

Vita, nimirum, innocens, & immaculata nullis maleuolorū incurſibus labat, nullis calumniantiū ſuccumbit inſidiis, nullis inuidorum tenebris obſcuratur, ac ſemper vel furentibus cincta hoſtibus, triumphat. *[In margine: D. Ennod. ep. 1.]* Pulchrè hoc D. Ennodius: Nec bonorum facem meritorum, maledicentis credendū eſt extingui poſſe conflatu. Quomodo, etſi decoro tanguntur inuidi ſplendore vitæ, vmbram venenatæ oblocutionis excludit actorem, (alias, authorem) reperunt tenebræ quæ ad inuoluendū iubar aptantur, nitorem ſyderum nox infuſa non obtuit; ad genuinū claritatis proficit cum obſcuritate conflictus. Sic, ſic & Chriſti innocentia inter denſiſſimas hoſtium, & calūniantium tenebras lucidior, ſic ſēper candidior emicuit. Vnde & apud Lucam λαμπρὰν, *[In margine: Græcè.]* hoc eſt, ſplendenti, ac nitida veſte perhibetur amictus. Nec quidē otioſum, inquit Ambroſius, quòd *[In margine: Ambroſ. in Luc. 23.]* alba veſte induitur Dominus ab Herode, immaculatæ tribuens indicia paſſionis, quòd Agnus Dei ſine macula cum gloria, peccata mundi ſuſciperet.

Certè non poteſt nō circumueſtiri candore, qui induitur innocentia, *qui paſcitur inter lilia.* *[In margine: Cant. 2.]* Secura eſt conſcientia, quæ nullius ſibi eſt cōſcia ſceleris; quæ ambulat *in innocentia in medio domus* ſuæ.

Tullius in Salluſtium: Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere.

[In margine: Iob 11. Vatabl.] *Si non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia, defoſſus ſecurus dormies.* Vbi pulchrè Vatablus: Iacebis ſecurus, veluti foſſa circunducta. Metaphora ſumpta è re bellica, vbi quò milites ab hoſtili exercitu ſecuri reddantur, foſſis, valliſque ſeſe protegunt, vt ita aliquantulùm arma deponant, ac ſecuriter conquieſcant. Quid ab Herode, ac exercitu eius ſecurum reddidit Saluatorem? Innocentis vitæ conſcientia, qua, veluti foſſa circunducta, ſecurus iacebat, nullū omninò timens. *[In margine: Ioan. 8.]* *Quis ex vobis*, inquiens, *arguet me de peccato?*

[In margine: Pſal. 38. D. Ambroſ.] Egregiè planè D. Ambroſius in illud: *Obmutui & ſilui à bonis. Silui*, inquit, *à bonis*: quia bona conſcientia non eget defenſione verborum, quæ ſuo nixa eſt teſtimonio, ipſa ſui iudex: ideò Paulus ait: *Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer.* Aduersùs calumniatores, & peccatores iuſtus ſuo iudicio contentus eſt: nō poſſunt aliena verba crimen effingere, quod propria non recipit conſcientia.

[In margine: D. Maxim. Matth. 27.] D. Maximus Taurinenſis hom. 2. de accuſato, & condemnato Domino, ad illud: *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.* Magnum, inquit, diuinæ innocentiæ teſtimonium eſt, dum accuſator eius, & confitetur de ſcelere, & reus eſt de mercede.

[In margine: 1. Pet. 2.] Eapropter alba induitur, *qui omninò peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.*

[In margine: Exod. 12. Græcè.] *Agnus* eſt *abſque macula*, ἀμώμος, apud Septuaginta, *irreprehenſibilis.*

[In margine: Cant. 5. Interlin.] *Manus eius tornatiles.* Interlinearis: In nullo reprehenſibiles.

Nec manus tantùm, ſed à capite ad pedes totus eſt irreprehenſibilis. Propterea & id mortis genus elegit, quo expanſus in Cruce, & manus, & pedes, & vniuerſa membra nuda inimicorum oculis expoſuit, vt ea illi inſpicerent, ac in ſingulis diuinam munditiem, & innocentiam prænotarent. Sic *[In margine: Theod. ſer. 10 de Prou. Pſal. 21.]* Theodoretus ad illa verba: *Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea: ipſi verò conſiderauerunt, & inſpexerunt me.* En diligentiùs, inquit, nunc nudum in Cruce, hoc videns ſcrutare. Inſpice linguam omni probro carentem; & auditū omni noxa liberum: oculos item, qui nullā extrinſecùs corruptionem ſenſerūt: & manus quidem ab iniuſtitia alieniſſimas; omni autē iuſtitia ornatas pedes non in malitia occurrentes; ſed virtutis ſtadium emenſos. Scrutare quàm diligentiſſimè omnia corporis membra. Non poteris non fateri, & cum ea, quæ ſic illum intuita erat, non dicere: *[In margine: Cant. 5.]* *Dilectus meus candidus.*

O candorem! ò innocentiam pulcherrimi noſtrarum

strarum animarum sponsi! In huius persona Pro- A
Psal. 25. phetа regius : *Ego autem in innocentia mea ingressus sum. Pes meus stetit in directo.* Vnde & de illo dictum
Prou. 3. est: *Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ.*
Salon. ibid. Vbi Salonius: Quæ sunt istæ viæ sapientiæ ? Viæ sapientiæ sunt actiones Domini, quas gessit in carne; quæ viæ pulchræ sunt, quia diuinæ.

Et verè quacunque ex parte Iesum videas, ac perscruteris, vndique sese pandit Diuinitatis eius candor, & innocentia : nullibi planè non *sanctus, innocens, impollutus, & a peccatoribus segregatus* apparet.

Heb. 7. *Talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex sanctus, ὅσιος, purus, omnisque expers labis, innocens, ἄκακος,*
Chrys. Theophyl. Occumen. Chrysostomo, Theophylacto, Oecumenio, *sine dolo, quique neminem deciperet, impollutus ἀμίαντος, incorruptus, immaculatus, intemeratus, inuiolabilis, illæsus,* B
citra omnem pariratem plusquàm lapis ille Indicus amiantus, ad quem hic Paulus videtur allu-
Plin. lib. 36. cap. 19. dere, & de quo post Plinium Athanasius, quòd ex
Athan. lib. de incar. Verbi. eo, vtpote flexili, telæ, linteáque pertexta, ignique
Diosc. lib. 5. c. 113. iniecta ardeant quidem; sed ex eo splendidiora exeant. *Segregatus a peccatoribus,* Glossa, & Primasius,
Gloss. Primas. ab omni peccato immunis, & à conuersatione pec-
Caiet. catorum (Caietanus, quatenus peccatores) separatus, quod est esse omninò segregatum a peccatis; quòd, scilicet, nullo, vel minimo se vnquam piaculo inquinauerit; sed nec inquinare potuerit, cùm sanctissima eius voluntas, tam ob magnum finem, ac plenitudinem gratiæ creatæ, aliorúmque supernaturalium donorum, quam ob gratiam ipsam vnionis, adeò esset in bono confirmata, ipsique rectitudinis regulæ coniuncta, vt ab ea deflectere nullo modo posset, ac proinde esset *excelsior cælis factus:* excellentissima etenim illa sua puritate, quia supernorum Spirituum candorem longissimè antecessit, vel ipso suæ conceptionis initio non modò cæli verticem ipsum attingit; sed excelsiorem etiam cælestium omnium illarum mentium nitorem, ac sanctitatem infinito spatio superauit.

Cant. 2. *En, en ipse stat post parietem nostrum,* ait dilecta eius in Canticis, prospiciens per laqueos, eminens
Ambros. super retia. Ita legit Ambrosius, qui eam lectionem elucidans serm. 6 in Psalmum, *Beati immaculati.* Benè, inquit, *eminens,* quia solus est, quem retia non inuoluerint peccatorum: omnes enim intra retia sumus; quia nemo sine peccato, nisi solus Iesus.

Non est ergo, non est, quòd falsi testes, quòd iniquissimi Iudices eum studeant irretire. *En ipse stat prospiciens per laqueos, eminens super retia.* Is solus est (subdit Ambrosius) quem nunquam cepit auaritia, nunquam ligauit dolus.

Ecce, ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. Vbi
Cant. 1. etiam pulchrè Gregorius. Ideò pulcher : quia in
Greg. ibid. Diuinitate, & humanitate sine macula reprehensionis aspicitur.

Plinius in naturali Historia de Appelle Perfecta
Plin. lib. 35. c. 10. opera proponebat in pergula transeuntibus, vt visa, quæ notarentur, auscultaret. Poterat sanè in Apellis tabula notari vitium; sed in figura, & imagine Patris quis vitium argueret? Vt propterea innocentissimæ vitæ suæ perfecta opera proponebat E
in pergula transeuntibus, cùm dicebat : *Quis ex*
Ioan. 8. *vobis arguet me de peccato?*

Christus, Fratres, (dicere liceat,) ambibat Cru-
Plutar. prob. 46. cem. En vt propè ex ambientium antiquo more indutus *alba,* Crucisque se candidatum professus, de vita, & moribus probationes non abnuit: *Quis, quis ex vobis arguet me de peccato?* Vnde & Crucem
1. Petr. 4. peruptatam adeptus, & eques armatus factus est.
D. Thom. Sic D. Thomas ad illa verba: *Christo igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.* Nota, inquit, quomodo Dominus armatus fuit in Cruce: habuit enim in capite galeam, non de auro; sed de spinis: habuit loricam non de ære; sed carnem immaculatam : habuit in manibus non lanceam, vel gladium ; sed magnos clauos manibus affixos ; in pedibus quasi calcaria clauos infixos: pro equo verò habuit ipsam crucem.

Huc illud Isaiæ: *Et erit iustitia cingulum lumbo-* Isa. 11.
rum eius. Oleaster : Id est, gloriabitur de iustitia, Oleast. ibid.
quemadmodum homo de pulchro cingulo, aut vestimento. Aut iustitia, sanctitate, ac innocentia
quasi gladio ab omnium calumniis se tuebitur: Psal. 44.
Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè. Quonam gladio? *Specie tua, & pulchritudine tua,* munditie, ac innocentia.

Hac tantùm ille calumniatores deiicit: *Surgen-* Psal. 34.
tes testes iniqui, quæ ignorabant interrogabant me. Au-
gustinus : Quid ignorabas, Domine? Respondet: August.
Ignorabat peccatum.

Venter eius eburneus, distinctus sapphiris. Hebraicè: Cant. 5.
Viscera eius nitor, vel candidum ebur. Proprietates Hebr.
eboris, candor, atque incorruptibilitas. Vbi cordi est innocentia; tinea, vermisque conscientiæ non remurdet.

En ebur candidissimum, ac imputribile, quod nulla vnquam tinea corrupit, nullúsve conscientiæ
vermis omninò momordit. *Sicut agnus ad occisio-* Isa. 53 iux.
nem ducetur. At, cur tanquàm agnus? Quia inno- Pagnin.
C
center : *eò quòd iniquitatem non fecerit; neque dolus* Interlin.
fuerit in ore eius. Interlin. Quod de nullo alio potest Ierem. 11.
dici : *Nemo enim mundus a sordibus. Et ego tanquàm* iuxta Sept.
agnus innocens, qui portatur ad victimam. Nullam, nullam causam inuenio in homine isto. Vulneratus est propter iniquitates nostras, non suas : *attritus est propter scelera nostra,* non sua : quia nulla perpetrauit, nec penitùs perpetrare potuit.

Insurrexerunt quidem in eum *testes iniqui* : sed Psal. 26.
mentita est semper *iniquitas sibi.* Onus probationis, ex Iurisconsulto, incumbit ei, qui dicit: Et quis innocens esse posset, vt ait Imperator ille, si accusare sufficeret : In multis Christum accusabant ; sed non erant conuenientia testimonia: & semper innocentia triumphabat.

O beatos, qui hanc Christi innocentiam pro vi- Eccles. 9.
ribus æmulantur! *Omni tempore* (olim monebat Sa- Hug. Carens.
D
piens) *sint vestimenta tua candida. Omni tempore,* ibid.
Hugo Carensis, id est, aduersitatis, & prosperitatis, *sint vestimenta tua,* id est, conuersatio exterior, gestus, habitus, ingressus, status, silentium, locutio, & cætera opera tua, *candida,* candore virtutum, & innocentiæ, & sine fuco prauæ intentionis; quæ vestimenta debent esse duplicia: decor enim interioris conuersationis, id est, rectæ intentionis, debet esse coniunctus decori exterioris conuersationis: & talis vestis est Christiana.

Beati, inquam, qui hac induti sunt : qui nec in- Apoc. 7.
quinauerunt vestimenta sua; qui & *lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni.* Hi, hi cum Christo *ambulabunt in albis.*

Alba igitur, vt symbolo innocentiæ, Christus induitur ab Herode : quamuis non ea homini mens fuerit, vt innocentiam; verùm potiùs, vt fatuitatem prænotaret. Voluit enim Herodes irrisoriè indicare Pilato, quem ipse tulisset calculum de regno, quod Christo obiiciebatur; stultulum, nimirum,
eum ita declarans, ac regni candidatum (sic olim ex Cic. pro
candida dicebatur) non esse, nisi per risum. Vnde & Mur.
spreuit illum cum exercitu suo: contempsit, scilicet, Plin. in Pa-
illius accusatam rerum nouarum molitionem, cùm neg. Luc. 23.

videret accusati conditionẽ nihil apparatus nihil opis humanæ nihil diuitiarum, copiarũ nihil habentis; deinde hominis (vt iudicia Principum aliquando sunt) semifatui, qui nihil responderet ad rogata, tanquàm ignarus omninò, & expers rerum publicarum, & rationum regni: cùm e contra ipse haberet & consilia callida, & exercitum, quo suum regnum tueretur; Christus nihil haberet horum; stultum potiùs esse iudicauit, quàm facinorosum; atque demonstrauit illusione, & veste induta.

En ergo hodie, vt verè *deridetur iusti simplicitas!*

Iob 12. Ierem. 3. En vt ille, qui Patris est Sapientia, *factus est in derisum omni populo, canticum eorum tota die.*

Psal. 68. *Deus,* (dicere poterat,) *tu scis insipientiam meam,* quàm graui, scilicet, ab his afficiar ignominia.

2. Reg. 6. O, ô verus Dauid accinctus *ephod lineo!* quàm despectus, quàm vilis hodie effectus in oculis Michol, impiæ Synagogæ! O Dauid irrisus à Rege 1. Reg. 21. Geth!

1. Cor. 3. Heu! heu! *sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Sed nunc sapientia Dei mundo stultitia est! Quàm id, rogo, iniuriosum ipsi Dei sapientiæ? Ipse Naz. or. 1. quoque Deus, inquit Nazianzenus, quamuis permultis nominibus vocetur; nomine sapientiæ impensiùs, quàm vllis aliis delectatur.

Actorum 1. Ipsi Christi discipuli, vbi illud audierunt: *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta,* timuerunt Chrysost. ibid. iterum interrogare, inquit Chrysostomus, ne audirent: *Et vos sine intellectu estis.* Quàm igitur graue increatæ sapiẽtiæ stultam reputari, stultitiam dici!

1. Cor. 3. Ad huiusmodi exemplum, Fratres, *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt* 1. Cor. 4. *sit sapiens. Stulti sumus propter Christum,* quando Christus stultus est habitus pro nobis.

Sapientiam hanc Christi fatuitatem ediscamus: Iac. 3. cuius quidem propriæ notæ sunt. *Quæ desursum est sapientia, primùm quidem pudica est; deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine si-* Titelm. *mulatione;* vel, vt multi veteres Codices legunt, & Paez ibid. simul iungunt, *iudicans sine simulatione;* aut Syria-Syriacè. cè, *absque diiudicatione faciens, siue personas non accipiens.* Hæ, inquam, notæ veræ sapientiæ, quæ *desursum est, descendens à Patre luminum,* non sapientiæ, quæ deorsum est, *terrena, animalis, & diabolica.*

Ad veram sapientiam sito nos sententiarum Greg. 27. pondere adhortans Gregorius ad illa verba: *Za-* Mor. 27. *chæus ascendit in arborem sycomorum.* Si veraciter, Luc. 19. inquit, sapientes esse, atque ipsam Dei sapientiam contemplari (liceat addere, ac imitari) appetimus; stultos nos humiliter cognoscamus: relinquamus noxiam sapientiam: discamus laudabilem fatuitatem. Hanc Zachæus didicit, cùm sycomorum conscendit. Et quid per sycomorum, quæ ficus fatua dicitur, nisi stultitia designatur? Quid verò in hoc mundo stultius, quàm amissa non quærere, possessa rapientibus relaxare, nullam pro acceptis iniuriis iniuriam reddere, imò adiunctis aliis patientiam præbere? Quasi verò sycomorum nos ascendere Dominus præcipit, cùm dicit: *Qui aufert, quæ tua sunt, ne repetas,* & rursum: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.*

O stultitiam verè sapientem, quæ non discitur, nisi in sycomoro, hoc est, in Cruce, quæ cre-Beda lib. 5. dentes alit, vt ficus: quemadmodum ait Beda, & in Luc. c. 77. ab incredulis irridetur, vt fatua: in quam is, qui Prou. 30. per fidem tantò antè conscenderat, dicebat: *Stul-* Hugo Card. ibid. *tissimus sum virorum.* Hugo Card. quoad mundanam sapientiam, quæ *stultitia est apud Deum. Et sapientia hominum mundanorum non est mecum* qui intendo æternis. (*Sapientiam loquimur inter* 1. Cor. 2. *perfectos: sapientiam verò non huius sæculi, neque Principum huius sæculi, qui destruuntur; sed loquimur Dei sapientiam.*) *Non didici sapientiam* huius mundi, aut Philosophorum, qui temporalia abiicere, æternis intendere, idola contemnere, Christum mortuum, & Deum inuisibilem adorare stultitiam reputant.) *Prædicamus Christum crucifixum;* 1 Cor. 1. *Iudæis quidem scandalum; Gentibus autem stultitiam.* (*Et noui scientiam Sanctorum,* quæ iuxta Bernardum est, temporaliter cruciare, & in æternum gloriari.

BARABBÆ ELECTIO, & Christi reprobatio.

PVNCTVM XVII.

Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? Matth. 27. *Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.* Ioan. 18.

CVi ergo similem fecistis Deum? Isa. 40.
Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis me? Isa. 46.

Vah, vah indignitatem! Saluatorem mundi, Filium Dei in statera bilance cum prædone, sicario, ac parricida appendi: (*Et cum iniquis reputatus est.*) neque tamen præferri! *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum.* seu Græcè, *non reputabitur alius aduersum me.* Et tamen nunc latro Baruch. 3. Græcè. præ eo reputatur, ac æstimatur.

Verbum Domini proiecerunt. Septuaginta: *Verbum* Ierem. 8. *Domini reprobauerunt.* Chaldæus: *Verbum Domini* Septuag. *detestati sunt.* Chald.

Vidimus eum despectum ab omni populo, & no- Isa. 53. *uissimum virorum.* Hebr. *& cessatorem virorum;* vel, Hebr. *& cessauit a viris,* hoc est, vsque adeò se demisit, ac humiliauit, vt ferè hominis capacitatem per humilitatem exhauserit; ita vt cum maiori humilitate iam humana natura stare non posset; sed omninò desinere, cessareque deberet. Vnde Paulus: *Semet-* Philip. 2. *ipsum exinaniuit;* Græcè, *euacuauit;* Tertullianus, Græce. *exhausit,* vel *inaniuit.* Tertul.

O, ô nouissimum, & altissimum! (exclamat Bern. in fer. Bernardus: (ô humilem, & sublimem! ô opprobrium hominum, gloriam Angelorum! Nemo, fer. 4. hebd. pœnosæ. nemo illo sublimior, nemo humilior, qui *cum sceleratis deputatus est.*

Ego autem sum vermis, & non homo. Hebræus Psal. apud Caietanum: *Ego autem vt vermis habeor.* Ge-Hebr. nebrardus: Abiectissimus, & contemptissimus coram mortalibus, imbecillimus, & plene expositus hominum proculcationi: vermi similis, abiectus, & contemptus. *Opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Chaldæus, *portans vituperia hominum, & despe-* Chald. *ctio populorum.* Tertullianus, *& nullificamen populi.* Tertul. lib. contra Iudæos. Campens. *Fabula hominum, & contumelia vulgi,* aut velut in paraphrasi: sterquilinium Adæ, & infimæ Campens. plebis fæx.

Heu! quò profundiùs descenderet, qui sese eo vsque demisit, vt nec vilissimo prædoni fuerit antelatus? vt vel infimæ plebis fæci, veluti sterquilinium, & ipsius fæx fæcis sit hodie posthabitus!

Istæ, isténe, ô Sponsa, *electus tuus ex millibus;* an Cant. 5. potiùs præ suo, eoque scelestissimo reiectus, ac reprobatus?

Ezech. 22. reprobatus? Ita verum est illud: *Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt Sanctuaria mea: inter sanctum, & profanum non habuerunt distantiam, & inter pollutum, & mundum non intellexerunt: & coinquinabar in medio eorum.* Ierem. 17. Septuag. *Dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum.* Septuaginta: *Dereliquerunt fontem vitæ, Dominum.*

Vos, vos, (ô Iudæi,) *virum hunc sanctum, & iustum negastis; & petistis virum homicidam donari vobis: authorem verò vitæ interfecistis!* O, ô cæcitas! ô furia phreneticorum! (clamat Augustinus) & quid fuit hoc aliud dicere, quàm occidatur ille, qui suscitat mortuos: & dimittatur latro, vt iterum occidat viuos?

Chrys. ser. 3. de myst. dominicæ Pass. Sic tam verè, quàm pulchrè Chrysol. Quid agis Synagoga damnabilis? iustum sanguinem ducis ad victimam, & absolui manifestum postulas homicidam? Latronem iudicas innocentem, & innocentem poscis ad Crucem? Ille, qui te occidit, tuo suffragio morti subtrahitur, & qui mortuos ab Inferis suscitauit, te insiliente damnatur: Reus fit qui reus non fuit; & indemnis euadit, qui olim damnari iam debuit. In vtroque rea teneris, & exitio innocentis, & absolutione latronis.

D. Leo ser. 3 de Pass. Heu! vinctum Iesum in iudicium adduxistis, (sic vos alloquitur D. Leo,) vt clamoribus impiis trepido cognitore superato, interfectorem hominum eligeretis ad veniam, & Saluatorem mundi peteretis ad pœnam.

Et pulchrè sanè Pilatum vocat trepidum cognitorem: cognouit etenim Pilatus, dum causam cognouit, & Christi innocentiam, qui propterea, nulla in eo inuenta causa, institit, vt eum ab eorum manibus liberaret: & quemadmodum fatur Cyrillus, Cyril. in 18. Ioan. c. 13. quamuis boni, & æqui ratione facilè persuadere putaret; ne tamen repugnare quisquam eorum posset, viam optimam, & colorem pulcherrimum Ioan. 18. excogitauit: *Est*, inquit, *consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum?* Regem autem nominans Iesum (subdit Cyrillus) rabiem Iudæorum risu mitigare conatur, & simul prudenter ostendit, falsò ipsum hoc crimine accusari: nunquam enim Romanus præfectus, cupiditate tyrannidis aduersùs Romanos accusatum, si quicquam signi daretur, dimitteret.

Cognitor ergo Pilatus fuit; sed tamen trepidus. Et quò rem hanc altiùs repetamus, suo hic primo, & Herodis testimonio Christi innocentia comprobata, Luc. 23. *ecce ego eum coram vobis interrogans, nullam causam inueni in homine isto: sed neque Herodes*, nisus præterea est, eum ad suæ causæ defensionem prouocare. (*Pilatus autem rursus interrogauit eum dicens: Non audis, quanta aduersùm te dicunt testimonia?*) Quò, videlicet, populũ, quem ipse toties sua prædicatione deuouerat, etiam ad suam ipsius tuendam innocentiam permoueret, eúmque sic ab imposturis Pharisaicis vindicaret. Cæterùm, vbi eum silere vidit, profundissimúmque eius silentium miratus est, vltimum, quod sibi perfugium supererat, perquisiuit: morem, scilicet, eruendi aliquem ex vinctis: quò, nimirum, plebs, vbi tandem Christum lacerum aduertisset, miseratione commota, eum eripi postularet.

Optionem ergo proposuit populo eripiendi, aut Christum, aut Barabbam. *Habebat autem tunc vinctum* latronem *insignem* in arte, Matth. 27. Mar. 15. *qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium.* Duorum itaque capitalium criminum fulcifer iste reus cõprobabatur, seditio-

A nis, quam maximè Romani metuebant, ne scilicet Iudæi, quouis modo, à suo imperio deficerent; & homicidij, quod quæuis lex, & diuina, & humana condemnat. Proinde impium omninò fuisset illum eripere: nam, vt pulchrè, & eruditè notat idem Cyrillus, Cyrill. ibid. cap. 14. Num. 35. cùm lex de homicida, qui non sponte, sed *fortuitu, & absque odio, inimicitiis* cædem fecisset, fieri hoc iuberet; hi non nisi per summam impietatem sicarium postulassent.

Vnde Augustinus, vbi exclamauit: O horrendum honoris, vitæque certamen! subdit: Sed nihil est dubij: quis latronem homicidam eligit? quis fontem bonorum omnium damnabit? Absque dubio reiecto Barabba, Christum eligent Iudæi.

Christum tamen non elegerunt, nec postulauerunt: B sed *exclamauit simul vniuersa turba, dicens: Nõ hunc; sed tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. Exclamauit* (quod exponendum est) non cogitauit solùm, aut mussitauit; sed apertè, altéque ipso vocis tenore cordis sui rabiem indicauit. Nec talem è turba aliquis, sed vniuersi adeò iniquitas serpit in populum. Rem autem omninò impiam postulauit; innocentem, scilicet, damnari; eum, qui viuificabat, occidi; benefactorem ignominia affici; homicidam verò contra leges præscriptas eripi; seditiosum, & latronem libertate donari.

Eapropter scitè, ac disertè Hieronymus: Hier. in 15. Marc. Hic duo hirci adsunt, vnus emissarius cum peccato populi in deserto Inferni absolutus dimittitur: alter pro Leuit. 6. peccatis absolutorum, vt agnus occiditur.

C O, ô verè Agnum! ô Agnum, Ioan. 1. *qui tollit peccata mũdi!* ô Agnum immaculatum, & innocentem, vel ipsius Pilati testimonio! *Quid enim* (subdit) *mali fecit?* Adeò enim innocentem illum iudicauit, vt ne crimen exiguum quidem in eo crederet posse reperiri. Et quis non aliquo næuo, aut macula leuis saltem mali laboret? Quis dicat: *Mundum est cor meum?* Prou. 20. Hic, hic solus, qui propterea fidenter ait: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Et *Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.* Ioan. 14. *Quid ergo*, inquit Pilatus, *mali fecit?* & dicere potuisset: Quid ergo boni non fecit? *Benè* etenim *omnia fecit:* Marc. 7. *& surdos fecit audire, & mutos loqui.*

Et tamen trepidus bis cognitor succlamantibus dimisit illis Barabbã: adiudicauit autẽ de Iesu fieri D petitionẽ ipsorum. O, ô verè trepidum cognitorẽ!

Ego verò diuinam admirari satis Scripturam nequeo, Cyril. lib. 12. in Ioan. 14 addit peracutè Cyrillus, quæ vel huius insani clamoris ex persona Christi sic per Ieremiam meminit: *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meã in manus inimicorum eius: facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua: dedit contra me vocem suam.* Sed, priùs (subdit Cyrillus) quid in sylua leo faciat, explicandum est. Fertur igitur leo, cùm animal aliquod capere velit, mirabilem solere rugitum edere, eóque, quæ propinqua sunt, animalia perterrita cadunt: ita solo leonis clamore superantur, ac capiũtur. Vnde Propheta: *Leo rugiet: quis non timebit?* Osee 11. Quasi ergo leo in sylua aduersùs Saluatorem Synagoga facta est: nam, quamuis nullo ille terrore E perculsus sit (expers enim formidinis Deus est,) clamoribus tamen suis Christũ Synagoga interfecit.

Egregiè quidem, nec, vt arbitror, meliùs dici poterat. Et nónne ad Synagogæ clamores Pilatus ipse perterrefactus? nónne cecidit trepidus cognitor, qui intrepidus, & ad instar ipsarum legum erectus, immobilis, inflexibilísque esse debebat?

Noli, noli, ô Pilate, *quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Eccles. 7. An fortè ignoras illud, quod olim Moysi dictum est: *Prouide*

Exod.18. Alij. *de omni plebe viros potentes*,seu,vt alij transferunt, *viros fortes*, *& timentes Deum*, *in quibus sit veritas*, *& qui oderint auaritiam*! Vbi Origenes. Tales oportet esse Principes populi, *Viros*; Caietanus, non mulieres, quoniam regimen mulierum pessimum est, adeò vt,communiter loquendo, nulla in muliere affirmetur virtus,veluti in Ethicis air Philosophus.*Viros potentes*,Hebraicè,*viros virtutis*, id est,viros valentes animo, qui non vereantur faciem potentis; sed vnum timeant Deum Iudicem Iudicum,& Regem Regum.

Origen. Caiet. Arist. 7. Ethic. Hebr.

Iob 29. Vt planè talis extitit Iob!*Conterebam*,inquit,*molas iniqui*: *& de dentibus illius auferebam prædam*. O si etiam tu,ô Pilate,hisce viribus præditus fuisses, vt de iniquorum, oblatrantium dentibus diuinam hanc prædam abstulisses!

Num.24. Sed,Iudicum infelicissime,illi potiùs persimilis extitisti: *Dixit Balaam*: *filius Beor*; *dixit homo*, *cuius obturatus est oculus*; *dixit auditor sermonum Dei*, *qui visionem Omnipotentis intuitus est*; *qui cadit*, *& sic aperiuntur oculi eius*. Vt quadrant tibi omnia ad amussim? *Homo*, *cuius obturatus est oculus*, ad Hebraicum ex quorundam lectione è contrario, *cuius apertus est oculus*, vt certè tuus extitit, Pilate,ad tantam, videlicet, Christi innocentiam intuendam.Sed iuxta vulgatum, *cuius obturatus est oculus*,ac optimè,cùm verbum Hebraicum, *Satan*, sit obturare,non aperire, quemadmodum disertè docet Oleaster:sensus est: Quamuis Balaam apertum haberet oculum intellectus specularium ad cernenda futura; clausum tamen habebat oculum practicū,qui cum dirigeret ad benè,rectèque agendum:erat enim homo impius.Vnde Rabanus:Obturatus est oculus ad corrigendum errorem suum, & ad venerandum ipsius prophetiæ authorem,cùm apertus et esset oculus ad perspiciendа prophetiæ Sacramenta. Sic & ante Rabanū Gregorius:Cadēs Balaam apertos habuit oculos:quia rectum, quod diceret,vidit;sed rectè agere cō empsit:cadens, videlicet,in peruerso opere,& apertos habens oculos in sancta prædicatione Talis,inquam,Pilatus extitit,qui tuites cognita, ac prædicata Christi innocentia;qui,audito illo Christi sermone:*Veritas sum ego*;qui vel propter vxoris visione percepta; quasi tamen apertis oculis cecidit; imò & in hoc adhuc ipso Balaamo peruersus, & iniquus magis, quòd hic adduci non potuit,vt malediceret, ille & dilexit maledictionem, & adiudicauit de Iesu fieri perditionem ipsorum.

Scheucus Pentat. Hebr. Olea st. ibid. Raban.ibid. Greg hom. 9.in Ezech.

Psal. 93. De his verè Propheta:*Captabunt in animā iusti*, *& sanguinem innocentem condemnabunt*: aut iuxta Campensem:*Concursant aduersus animam Iusti*, *& sanguinem innocentem damnant*. Et in Paraphrasi: Ipsi congregabunt satellites in perniciem Iusti,hominem innoxium impietatis damnabunt.

Campens. Paraph.

Ierem 8. Et apertè per Ieremiam: *Et eligent magis mortem*,*quam vitam omnes*, *qui residui fuerint de cognatione hac pessima*.

Prou. 17. An nónne vos miseros exterret illud: *Qui iustificat impiū*,*& qui condemnat iustum abominabilis est vterque apud Deum*:Et, *Insontem*, *& iustum non occides*:*quia aduersor impium*?vel quemadmodum est Hebraicè,& Chaldaicè:*quia non iustificabo impium*, hoc est,inultum non sinam eum Iudicem, qui innocentem morti adiudicarit?

Exod.23. Hebr. Chald.

Deut.19. Exod. 22. Præceperat Dominus: *Non effundas sanguinem innoxium*. Et, *Ne patiaris maleficos viuere*. Hic & maleficum passus est viuere; & sanguinem innoxium effudit.

Ierem.21. *Hæc dicit Dominus*: *Iudicate manè iudicium*, *& eruite vi oppressum de manu calumniantis*; hoc est, iuxta Lyranum,celeriter exequimini,quod iustum est, non differendo propter fauorem, vel potentiam partis iniustæ. Lyra ibid.

Anselmus.Quatuor modis iudicium humanum peruertitur,timore,cupiditate,odio,& amore.Tam hoc verum,quàm quod verissimum. Ansel.lib. de simil.

Eapropter in Exodo, quo suprà: *Nec accipias munera*,*quæ etiam excæcant prudentes*.Hebraicè,*quæ etiam excæcant apertos*. Quam lectionem expendit Caietanus,id est,apertis oculis videntes: tanta est enim vis munerum,vt non solùm parum, aut mediocriter videntes ea,quæ suot iuris,sed etiam perfectè videntes excæcent, intus mutando,scilicet, affectum. *Et subuertunt corda iustorum*. Hebr. *Et torquebunt verba iusta*. hoc est,munera non solùm excæcant internos oculos; sed etiam torquent verba, flectendo illa hinc, & inde, *etiam verba iusta*, vt habent Septuaginta: quia priùs pro veritate,& iustitia loquentes,repentè mutatos,contraria & loquentes,& sentientes efficiunt. Exod.23. Hebr. Caiet. Hebr. Septuag.

Quare id, quod Apostolus dixit de equis, tu pulchrè dixeris de muneribus: *Si autem equis frana in ora mittimus*, *ad consentiendum nobis omne corpus illorum circumferimus*. Quid sunt enim munera, nisi fræna, quibus omnem animam,nedum omne corpus Iudicum cum omni corpore iuris ad consentiendum nobis trahimus, quoquouersum inflectimus,ac circumferimus. Iac.3.

Audi ipsum iuris peritissimum, qui non è terræ Academiis,sed cælitùs sapientiam comparauerat: *Xenia*, *& dona excæcant oculos Iudicum*, (Interl. ne videant veritatem,) *& quasi mutus ore*, *auertit correptiones eorum*; hoc est, & quasi cùm aliquis obmutescit, aut qui dicenda,quasi mutus tacet, vel sicut canis, in os cuius iniectum est quoddam ranarum genus, quod dicitur *mutum*, non valet latrare: ita & xenium datum pro subuersione iustitiæ facit Iudicem tacere, & à punitione mali cessare. Vnde prouerbium Græcom: Bos in lingua.aut, Argentanginam patitur. Sic Hugo Catensis, & Lyranus ibidem. Sicque eruditè, & adhuc magis ad rem Iansenius ex Græco: *Et quasi frænum in ore*. & quidem verè, & appositè: sicut enim fræno equi domantur, & in quancunque partem sessor voluerit, inflectuntur: ita Iudices muneribus coërcentur, & in quam partem munifici ipsi annuerint, inclinantur. Munera planè ipsos Indices ad instar equorum curuamgont,curuant,inflectunt. Eccl 20. Interlin. Hugo Card. Lyr ibid. Ians.ibid. Græcè.

Hinc & idem sapiens monebat: *Verbis tuis facito stateram*, *& frænos ori tuo rectos*; ne, scilicet, accipias vel *à filo subtegminis*, *vsque ad corrigiam caligæ*,præter id,quod tibi solummodo proferenda sententia concessum est. Eccl.28.

Vnde idemmet Salomon 3 Reg.7.*Porticum quoque solij*, *in qua tribunal est*, *fecit*, *& texit lignis cedrinis* (imputribilibus) *a pauimento*, *vsque ad summitatem*; *& domuncula* (id est, thronus) *in qua sedebat ad iudicandum*, *erat in media porticu simili opere*,ne qua,scilicet,ex parte munerum tinea,quæ omnia demolitur, & corrumpit,imputrescibile illud solium peroaderet. 3.Reg.7. Lyran.ibid.

Nouerat,nimirum,vel ad sui patris solium pertigisse. *Apparuit puer Miphibeseth*,*nomine Siba*, *in occursum eius* (Dauidis fugientis à facie Absalom) *cum duobus asinis*, *qui onerati erant ducentis panibus*, *& centum alligaturis vuæ passæ*, *& centum massis palatharum*,*& vtre vini*.His solùm rebus,nec aliis,r ò tantùm in triduo;sed statim in ipso ieiunaculo comestibilibus, 2.Reg.16.

mestibilibus, & consumptibilibus adeò veterator iste Dauidem excæcauit, & corrupit, vt is vel per summum nefas, & mendacium asserenti, Miphiboseth rebellionem in ipsum machinari, mox nec cognita veritate, nec absente vocato, concesserit omnia, quæ illius erant. *Tua sint*, inquit, *omnia, quæ fuerant Miphiboseth*. Sed heus tu, ô Rex sapientissime, verò ne tibi simile videtur, infelicem hominem tam infirmum, claudum vtroque pede, & tot beneficiorum catenis deuinctum tibi, ac obæratum, ad regiam hæreditatem adspirare? Sed esto, in infirmo corpore regios adhuc spiritus contriri; cur nihilominùs testes non adhibes? cur absentem haud vocas? cur etiamen vel læsæ maiestatis ad sacrarum legum præscripta non exquiris? Munera crede mihi, placant (sic, excæcant) homines. B que, Deósque. Sic pulchrè Lyranus in Morali: Dauid, quanuis sanctus; ex verbis tamen, & dono, licèt modico huius adulatoris, & detractoris, in tantum fuit deceptus, quòd sine verborum eius examinatione dedit ei hæreditatem sui Domini. Quin adeò hic eorundem monetum frœno regium hominem, quanuis alioqui dexterrimum constrænauit, vt ad recti viam, vbi ipsum Miphiboseth audiuit, penè reuerti volentem, immobilem adhuc, fixúmque in prima sententia continuerit. *Quid*, inquit, *v'trà loqueris? fixum est, quod loquutus sum. Tu, & Siba, diuidite possessiones*. quasi diceret: Iam ille frænum in os meum iniecit.

Lyran. ibid.

2. Reg. 9.

Non certè Samuël passus fuerat, hoc sibi frænum imponi. C *Loquimi i de me coram Domino, & coram Christo eius; vtrùm bouem cuiusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum: si oppressi aliquem: si de manu cuiusquam munus accepi. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam.* Hugo Cardinalis: Simile olim de se dixit Moyses: *Domine, tu scis, quòd nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum.* Et Paolus: *Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui.* Subiicitque: Vbi sunt Prælati hodie, (adde: Vbi sunt Iudices hodie,) qui verè possint hæc dicere? Sed de hoc iam satis.

1. Reg. 2.

Hugo Card. ibid.

Num. 16.

Act. 20.

Expende demum, vt hîc punctum facias, cæcum D mundi iudicium, qui vbi acclamauit: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* statim penè clamat, Non hunc, sed Barabbam.

Semper mundus, spretis summis bonis, pessima elegit; benefactorem odit, hostem amici loco habet. *Chanaan, in manu eius statera dolosa. Mendaces filij hominum in stateris.*

Osee 12.

Psal. 61.

CHRISTI DENVDATIO.

PVNCTVM XVIII.

E *Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.* Ioan. 19.

Gen. 37.

Hebr.

Darius ib.

Bernard. l. de Pas. Dom. c. 3.

CONSPEXIT vt peruenit Ioseph ad fratres suos, *nudauerunt eum tunica talari, & polymita.* Hebraicè, *nudauerunt eum tunica sua, tunica polymita, qua super eum.* Vt intelligamus (subdit ibi Delrius) duplici Ioseph veste spoliatum; interiore vna, quam vocant talarem; exteriore altera, licia varia. Sic nudum prorsus destitutum; sicut & Christus ad flagella.

Bernardus: Nudatur Iesus: nudatur bonus Iesus! Heu mihi! qui vestiuit cælos diuersis syderibus, expoliatus, nudus vt erat! Nudatur Dominus, qui ante sæcula regnans decorem induit, & fortitudinem, coi canimus: *Confessionem, & decorem induisti, amictus lumine, sicut vestimento.* Psal. 103.

Tu, tùne, Christe, qui terram herbis, ac floribus vestis, ab ipsis creaturis tuis vestibus expoliaris? Gen.

Anne fortè populus iste, qui te modò denudat, quem tu nube per desertum olim operuisti, cuius ne quidem per quadraginta annos atterita sunt vestimenta? Exod 13. Deut 29.

O, ô Seraphim! cur non modò vestris accurritis alis? Cur faciem eius, ac pedes eius olim velantes, necdum nunc, vt erat, minimè velatis? Isa. 6.

Nunc, nunc planè præ stupore *Seraphim stabant super* illum.

Ab quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se: nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris. Scomma planè in verum Dauidem Christum iactatum ab impia Synagoga Michol. 2. Reg. 6.

En nunc prorsus alter Noë detectus, ac nudatus in oculis Cham. Amore quippe ebrius (inquit deuotissimus Iustinianus) suam coram omnibus exhibuit nuditatem. Alter equidem Noë præfigurans in spiritu, Ecclesiæ plantauit vineam *qua extendit terminos suos à mari vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius.* Huius vinis inebriatus dulcedine, obtecta maiestatis gloria, humanitatis verenda nudauit. Gen. 9. D. Laur. Iust. de triumph. Christi agone, c. 7.

Templum illud antiquitùs, siue auro, siue cedro, penitùs circumuestitum. *Et cedro omnis domus intrinsecùs vestiebatur, nec omninò lapis apparere poterat in pariete. Porrò oraculum operuit, atque vestiuit auro purissimo. Laminisque aureis texit totam domum. Domum quoque ante oraculum operuit auro. Texit quoque Cherubim auro. Porrò aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit domum, parietes, & ostia; sed & pauimentum domus texit auro: cœnacula quoque texit auro; nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur.* 3. Reg 6. 2. Par 3. 3. Reg. 6.

Ad hæc: *Fecit quoque velum ex hyacintho, & bisso, & intexuit ei Cherubim.* Hoc, nimirum, velamine Sanctum Sanctorum operiebatur. Sed nunc ad operiendum verum hunc Sanctum Sanctorum velum nullum intueor: & templum hoc viuum, ac nudum penitùs video. Verùm, vt ait Augustinus, velum nunc templi scinditur: quia Synagoga honore nudatur. 2. Paral 3. Aug. ser 114. de tempor.

Percussit (& olim Domlous) de viris Bethsamitis, eò quod vidissent Arcam Domini nudam, velut ibidem inquit Hugo Cardinalis, Abulensis, Lyranus, & alij, cùm id nemini, præterquàm Summo Sacerdoti, liceret. Elici id potest ex Hebræo: *Quia viderunt in Arcam Domini*, scilicet, vt addit ibi Pagninus: Quæ erant in ea, seu, vt legit Vatablus: *Quod introspexissent in Arcam Domini.* Tot ergo hominum millia morte percussi, eò quòd tantùm vidissent Arcam Domini nudam! Heu! nunc inuerecundæ cohortes Arcam hanc veram, nudámque vident, & viuunt? 1 Reg 6. Hugo Card. ibid. Num. 4. Hebr. Pagnin. Vatabl.

Heu heu! quis nunc mihi explicet Christi verecundiam? Ad columnam alligatus (faret ipsa pientissima eius Mater in reuelationibus ad D. Brigittam) nihil omninò operimenti habebat; sed, sicut natus est, sic stabat; & patiebatur erubescentiam nuditatis suæ. Expende: Patiebatur erubescentiam nuditatis suæ.

In Cruce quidem ignominiam nuditatis tulit; sed ibi subita tenebrarum caligine tota passionis indignitas tegitur, inquit pulchrè Chrysol. Et omnis Chrysol.

A omnis iniuria nouæ noctis obscuritate celatur. Hic nullatenus fauorabile cælum; sed eo serenissimo tota Christi nuditas ostentatur. Ibi ex eadem Brigitta non defuit aliquod pietatis velum: hic nullum nuda Christi membra contexit.

Cant.4. *Sicut fragmen mali punici* (præ rubore;) *ita genæ tuæ*, (ô animarum sponse: vt præ tui honestissimi cordis dolore nunc subdi possit) *absque eo, quòd intrinsecùs latet.*

Dan.3. Heu! in fornace quondam Babylonica castissimos iuuenes *non tetigit omninò ignis, neque contristauit*. Et quomodo contristasset? Si vestes combussisset. Ita Chrys. Vestibus ob honestatem ignis pepercit: q. d. ligamina tantùm exoluit, vestes attingere non est ausus, ne purissimi iuuenes pudore suffunderentur. Hîc vestibus ipsius castitatis non parcitur; sed exuitur; sed nudatur.

Chrys. hom. 25. de tribus pueris.

B Hanc Christus nuditatem patitur, ô nimis comptæ, ac margaritis ornatæ, in pomparum vestrarum detestationem. Studium hoc planè periculosissimi decoris, fatur Tertullianus, & elaboratæ libidinis suggestum. Vnde,

Tertull.

Psal.43. Psal.68. Psal.21. *Confusio* (aiebat) *facies meæ cooperuit me. Operuit confusio faciem meam.* Et vnde, vnde, ô innocentissime Saluator? *Ipsi considerauerunt, & inspexerunt: diuiserunt sibi vestimenta mea.* Quasi diceret: Me nunc primùm, postremò in Cruce nudum inspexerunt.

Gen.3. *Timui*, hoc est, erubui, ait noster primus ille parens, *eò quòd nudus essem*. Verecundatus, videlicet, sum in conspectum tuum venire. En modò C secundus Adam patiret erubescens, vt nobis rubore suo deperditum ingenuitatis pudorem, ac innocentiam restitueret. Dictum quippe fuit: *Tolle vestimentum eius, qui fideiussor extitit alieni.* Ipse certè *Iesus sponsor factus est*, ac fideiussor extitit alieni, ac vestes ei ablatæ sunt, qui peccati, quod non fecit, pœnam pudoris pertulit.

Delrius, & à Lap. ibid.
Prou.20. Hebr.7.

Cant.5. O quali, & quanto rubore perfusus! quanto affectus dedecore, ac ignominia! Nunc, nunc verè *dilectus* tuus, ô anima, totus est *rubicundus*: nunc verè *rubrum est* humanitatis eius *vestimentum!* nunc *genæ illius* sunt *sicut areolæ aromatum, consitæ à pigmentariis*; minio, videlicet, ac sanguinis purpurisso depictæ.

D Expende, anima mea, sponsi tui confusionem, ac ruborem, dum in tot hominum oculis penitùs denudatur. Etenim, quò quis nobilior, eò ingenuitatis, ac pudoris magis amator est. Quis verò filio Dei, vel quoad ipsam humanitatem, regali ex progenie oriundo, nobilior? quantùm igitur sui honoris æstimator?

Psa.34. Hebr. Symmach. Et nunc fortè illud Vatis attingo: *Congregata sunt super me flagella.* siue ad Hebraicum: *Congregati sunt super me flagellatores*, vel *percussores*; *& ignoraui*: hoc est, præ verecundia, & confusione nuditatis, vix immanissimos illos ictus præsensi. Ita D. Anselmus.

Ansel. tract. de pass.

E Primus ille parens nec vnius Euæ præsentiam sine erubescentia nudus perferre valuit: vnde mox *perizomata* sibi consuit. Christus coram multitudine omninò denudatus, quantùm, rogo, ruboris pertulit. Ille ob vnius inobedientiæ crimen totus erubuit: hic ob omnium nostrûm crimina in Dei oculis, si quàm verè dicere potuit: *Deus, tu scis confusionem meam, & reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me. Tibi reuelaui causam meam.* Ad Hebraicum: *Coram te dixi iniuriam meam.* Quia dicunt: *Euge, euge, viderunt oculi nostri.*

Psal.68.
Ierem.20.

A Virgunculæ illæ in tyrannorum, ac procacium hominum oculis olim vt nudatæ summo cum earum dolore non apparerent, ne vel sic impudicissimi illarum *satiarentur decore*, néve petulantium oculorum sic præda fierent; aut radiis, aut nubibus, aut earundem capillis benignissimè à Deo contectæ sunt. Heu! Filij Dei nuditas nullatenus contecta; nec vel nubes, quæ in monte quondam *obumbrauit eos*, ne illum vlteriùs gloriosum viderent, modò quenquam obumbrat; nec illorum oculos vis vlla diuina perstringit, aut, quemadmodum commererentur, excæcat! Dan.13.

2. Reg 10.

Si Hanon, Rex Ammonitarum, quòd seruos Dauid dehonestasset, præcidens *vestes eorum medias vsque ad nates*, (vnde & ij *confusi* sunt *turpiter valdè*,) ipsum Dauid adeò dedecus vlciscentem persensit, vt de Syris, quos mercede conduxerat, septingentorum curruum, & quadraginta millium equitum in prælio iacturam fecerit: quamobrem nunc cælicæ legiones ad iniuriam ignominiosissimæ nuditatis Filij Dei, veri nuncij pacis vlciscendam, protinùs non accurrunt? Confunditur Saluator valdè, & nemo indignatur.

Luc 15. Mox vt pater ille redeuntem filium vidit, exclamauit: *Citò proferte stolam primam, & induite illum.* Quid? tantúmne filij nuditate angeris: cur anteà, quòd criminosus redierit, non coarguis? Sustulit, inquit Chrysol. filij crimina, qui non sustulit nuditatem: hinc est, quòd a iterius antè vestiri filium voluit, quàm videri. Hæc ille de prodigo. Chrys. ser 3.

Sed cur, rogo, Christus vestes cum pudore exuat, aut nudus cur erubescat, qui totus circundatus est innocentia? O quàm satius de Christo, quod de Iosepho castissimo illo Patriarcha elegantissimè fatus est Cyprianus: Propter tanti sceleris, inquit, audaciam vestes reliquit, corporis nudi synceritatem habiturus conscientiæ testem! Cypr. lib. de bon. patient.

Verùm Christus expoliari voluit, quò doceret expoliare nos *veterem hominem cum actibus suis, & induere nouum, qui secundùm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate.* Expoliari voluit, vt iam iam stadium passionis ingressurus, nudus cum nudo luctaretur. Col.3.

Isa.58. Tu intereà *si videris nudum* (pio miserationis affectu) *operi eum, & carnem tuam* (tum in Christo, tum in paupere) *ne despexeris*. Postremò, dum hanc nuditatem expendes, tuam ipsam in iudicio reuelandam nuditatem extimesce; & veluti monet Augustinus: Ipsi tibi indicito peccandi pudorem. Aug. ser. 114. de tempore.

COLVMNA, ET flagellatio.

PVNCTVM XIX.

Corripiam illum, & dimittam. Luc.23.

QVid dicam ergo illi nocuisse sæuitiam, in quem vel ipsa clementia crudelis fuit? Prætor iam nunc Christi innocentiæ patrocinaturus, vt plebis efferatos animos emolliret, vtque satiata populi iniquitas de innocentis iniuriis vlteriùs iam non sæuiret, remedium malorum certè; sed malis omninò peius aggreditur, vtque commodiùs misericordiam reo concilier, planè miserabilem facit, & cui prodesse cupit, nocet vehementiùs. D. Leo serm. 5. de Pass. Domini.

Obligari itaque iubet Pilatus ad columnam

columen

colmuen mundi, nudum vt erat, & ſua tantùm modeſtia coopertum, mox etiam ſuo ſanguine veſtiendum. Ecce, ecce iam Dominus aptatur ad verbera, (ſingultit ſic Auguſtinus:) ecce iam cæditur, rumpítque carnem ſanctam flagellorum violentia; & repetitis ictibus, crudelia verbera terga benedicta concidunt. — August.

Illum lacertoſi virgatores ſubitò circunſiſtunt, núncque ſcapulas, nunc ventrem, nunc brachia, nunc crura cingunt, diripiunt, lacerant, metunt, quàm non ſeuêre, vindemiam. Nunc verè *ſupra dorſum* Domini *peccatores* arant; ac *ſulcum* producunt, vt *terra noſtra* vberem det *fructum ſuum*. — Iuſtin. de Chriſti agon c.14. Pſal.128.

Ah! ab! ſiſtite, nequiſſimi criminum coloni: campus iſte ſyderei corporis non veſtra ſulcandus eſt manu, ſed Solis; nec alio tentatur cælum aratro, quàm ſydereum Impius hæc poſtmodum tam culta noualia miles habebit. Hic interim ſi neſcitis, ager eſt Virginis, non virgarum.

Intuemini, heu! columnam, (terminale ſaxum,) quæ, veluti in titulum erecta, vos inter, ac Deum ſurgit, ac diuidit. Legite iam illos iudices Domini characteres ductos in lapide, in quo non atramento, ſed ſanguine, & quanquam *ſtylo hominis*, inciſus tamen, atque inſcriptus eſt Deus. — Iſa.8.

Librum iam legite, quem Deus, vt ab vniuerſis legeretur, publicè expoſuit; qui non ſermone compoſito, vel humanæ ſapientiæ exaratus eſt verbis; ſed hominum interueniente malitia, digito Dei ſignatus, & ſcriptus: nempe, ſæuientibus Gentilibus, atque Iudæis, depictus eſt foris; virtute autem, & ſapientia Dei formatus eſt intus. — Laur. Iuſtin. de triumph. Chriſti agone, c.20.

Traditur nunc ergo Ieſus militibus verberandus, qui corpus illud ſacratiſſimum, (veluti ait Hieronymus,) pectúſque Dei capax, flagellis ſecant. — Hier. in 26. Matth. & 30. Iſa.

Stat nudus (ita Seraphicus in Meditationibus) coram omnibus iuuenis elegans, & verecundus: *Speciosus forma præ filiis hominum*. Suſcipit ſpurciſſimorum flagella dura, & doloroſa caro illa innocentiſſima, & teneriima, mundiſſima, & pulcherrima. Flos omnis carnis, & totius humanæ naturæ, replentur liuoribus, & fracturis. Fluit vndique regius ſanguis de omnibus partibus corporis, ſuperadditur, reiteratur, & ſpiſſatur liuor ſuper liuorem, & fractura ſuper fracturam, quouſque tam tortoribus, quàm inſpectoribus fatigatis ſolui iubetur. — D. Bonauent. medit. Vit. Chriſti, c.76. Pſal.44.

Ceſſauit ergo, ceſſauit iam nunc (heu! plorat Bernardus) antiqua illa laus: *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, dum haud vnum; ſed penè innumera appropinquarunt. *Et nos putauimus eum, quaſi leproſum, & percuſſum à Deo*. Theodotion: *Flagellatum, & percuſſum Deum*. — Bernard. Pſal.90. Iſa.53. Theodot.

Pro menſura peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat, vt quadragenarium numerum non excedant; ne fœdè laceratus ante oculos tuos, abeat frater tuus; aut *ne vileſcat, & horribilis ſit frater tuus*. Et quem, rogo, (vos, vos alloquor, immaniſſimi,) hîc modum ſeruaſtis? quo nunc ſtetit numero veſtra crudelitas? Quid miſericordiæ repertum in oculis veſtris? quando non fratrem tantùm ex ſemine Abrahæ ſecundùm carnem; ſed & Dominum omnium tam fœdè dilaniaſtis? tam horribilem reddidiſtis? — Deut.25. Hebr.

Sex carnifices accedunt, (hæc habet Hieron.) Duo eorum virgis ſpineis; duo loris nodoſis; duo catenis ferreis, vnguibus terminatis aduncis; incipiúntque primi totis viribus eum percutere: — Hier. relatus à S. Vinc. Ferr. voico in Paraſc.

A adduntur vulnera vulneribus, decurrit ſanguis. Primis defeſſis, ſuccedunt ſecundi, & nouis vulneribus vetera cumulant: quos mox tertij ſubſequuntur, qui vncinis carnem, ac pellem auellunt.

Et tu, Fili hominis, cum ſcorpionibus habitas: increduli, & ſubuerſores ſunt tecum. Septuaginta: *Inſanient, & congregabuntur contra te in circuitu*. Certè inſano furunt furore, dum te ita dilacerant. Pagninus: *Rebelles, & ſpinæ tecum ſunt; & cum ſcorpionibus*. Pagnin. *& cum tribulis habitas*. Tribulus, inquit Pintus ibidem, eſt herba duris ſpinis armata: vnde ſtimuli ferrei, ac virgæ quibus ſolebant nocentes flagellari, tribuli vocantur, & ſcorpiones. *Pater meus cecidit vos flagellis; ego autem cædam vos ſcorpionibus*. Vbi Gloſſa: Scorpio B genus eſt flagelli, ſicut & de ſpinis ſolent eſſe virgæ nodoſæ: vel etiam flagellum Saracenorum cum duabus, vel tribus virgis, quod habet in ſummitate plumbeas glandes. Ita Lyranus. Eſt autem ſcorpio genus flagelli duriſſimi, habens in fine cordularum, ſeu catenarum, nodulos plumbeos, vel ferreos; & ideò vocatur ſcorpio: quia grauiter pungit; & quia, ſicut ſcorpio pungit cauda, eam ſuper caput reflectendo; ſic extremitas huius flagelli, in quo eſt plumbum, vel ferrum, percutiendo reflectitur ab anteriùs percutiens ſuper corpus percuſſi. Vel vocatur ſcorpio, inquit & Abulenſis, genus flagelli, quod in extremitate recuruatum eſt, & ex illa parte mordet, ſicut ſcorC pio. Hieronymus verò ad eadem verba: *Et cum ſcorpionibus habitas*. Qui poſſint (ſubdit) ferire, qui arcuato percutere vulnere, & aculeo ſiſtulato, vt eadem plaga & cutem aperiat, & venena diffundat. — Ezech.2. Sept. Pagnin. Pint.ibid. 3 Reg.12. Gloſſ.ibid. Lyran. Abulenſ. Hier.ibid.

A planta (ergo) *pedis vſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas*. Oleaſter, *non eſt in eo integritas*. Hebr. *non eſt in eo forma humana*. — Iſa.1. Oleaſt. Hebr.

Excoriatum dixiſſes: oſſa, & coſtas flagellato dinumeraſſes. *Dinumerauerunt*, id eſt, dinumerabilia ſibi fecerunt *omnia oſſa mea*. Adeò, ſcilicet, inhumaniter habitus, vt vel oſſa dinumerare poſſent. Sic ibi Theodoretus. Vnde & verè dici poſſet: — Pſal.21. Lyran.ibid. Theod.ibid.

Colláque, brachiáque, & detecta verbere coſta.

Tabeſcit caro eius, & oſſa, quæ tecta fuerant, nudabuntur. — Iob 33.

D *Membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt.* — Iob 17.

Quoniam quæ perfeciſti, deſtruxerunt. — Pſal.10.

Immolabit vitulum coram Domino, detractáque pelle hoſtiæ, artus in fruſta concident: nam penè ſacra illius membra, ex immaniſſima flagellatione in fruſta conciſa ſunt, pelliſque hoſtiæ huius ſuauiſſimè olentis, prorſus detracta eſt. — Leuit.1.

Teſtis ſit omni penitùs exceptione maior locupletiſſimus, & oculatus, pientiſſima eius Mater, (Lacrymas, ſi potes, cohibe.) Vidi, inquit, corpus eius verberatum, & flagellatum vſque ad coſtas; ita vt coſtæ eius viderentur: & quod amarius erat, cùm retraherentur flagella, carnes ipſius flagellis aculeatis infixis aculeis, ſulcabantur. Ad primum E ictum ego, quæ adſtabam, cecidi quaſi mortua. — Lib.1. Reuel. S.Brig.c.10 & l.4.c.70.

Concidit me vulnere ſuper vulnus, ruptura ſuper rupturam. Sic Chriſtus dicere poterat. Vnde Hieronymus paraphraſticè: Dum languoribus meis, atque vulneribus adduntur plagæ innumerabiles, diuidor totus reſolutus, atque comminuor; ita vt nullum in me membrorum reſiduum ſit, quod aliqua ſoliditate ſubſiſtat. (Subditque:) De Chriſto etiam ſic intelligendum. De quo pariter, vt de Rege Martyrum, illud dici poteſt, quod de — Iob 16. Hebr. Hier.ibid.

Martyribus

Martyribus dixit Cyprianus: Iam rupta compage A visceribus, torquebantur in eo iam non membra, sed vulnera. Etenim,

Psal. 68. *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.*

Isa. 1. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.*

Et plagis impositis, abierunt, semiuiuo relicto.

Vlp. de pœn. l. 8. Vlpianus de pœnis: Ministrorum immanitate multi sub flagellis interierunt.

O, ô hominum feritatem! ô hominum inauditam à sæculis barbariem? Tot rhetoricæ eloquentiæ luminibus factum illud Verrinum de ciue Ro- Cic. act. 7. in Verr. mano flagellato Tullius exagitat. Ipse, inquit, inflammatus scelere, & furore in forum venit. Ardebant oculi; toto ex ore crudelitas eminebat. Ex- B spectabant omnes, quò tandem progressuros, aut quidnam acturus esset; cùm repentè hominem prorripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri iubet. Clamabat ille miser, se ciuem esse Romanum. Hic Tullius oratione surgens: Cædebatur (subdit) in foro Messanæ ciuis Romanus, Iudices, cùm interea nullus gemitus, nulla vox alia istius miseri inter dolorem, crepitúmque plagarum audiebatur, nisi hæc: Ciuis Romanus sum. Et rem hanc mirum in modum exaggerans, clamat: ô nomen dulce libertatis! ô ius eximium nostræ ciuitatis! ô lex Porcia, legésque Semproniæ! ô grauiter desiderata, & aliquando reddita plebi Romanæ Tribunitia potestas! C Huccine tandem omnia reciderunt, vt ciuis Romanus in prouincia populi Romani, oppido fœderatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces, & secures haberet, deligatus in foro virgis cæderetur?

Compone, si licet, modò cum ciue Romano ciuem, imò cæli, terræque Conditorem. Compone clamantem: Ciuis Romanus sum, cum eo, qui nec Psal. 37. clamauit, nec audita est *vox eius foris. Quoniam ego* Hebr. *in flagella.* Hebræus, *ad fracturam.* Hieron. *ad pla-* Hieron. *gas.* Chaldæus, *ad interitum paratus sum.*

Chald. Act. 22. *Iussit Tribunus flagellis cædi* (Paulum:) *& cùm astrinxissent eum loris, astanti sibi Centurioni Paulus dixit: Si hominem Romanum, & indemnatum li-* D *cet vobis flagellare? Quo audito, Centurio accessit ad Tribunum, & nunciauit ei, dicens: Quid acturus es? Hic enim homo ciuis Romanus est. Accedens autem Tribunus dixit illi: Dic mihi, si tu Romanus es? At ille dixit: Etiam. Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum torturi erant. Tribunus quoque timuit, postquam rescinit, quia ciuis Romanus esset; & quia alligasset eum.*

O spectaculum grande (ait admirans Rupertus) Rupert. in 19. Ioan. & mundo, & Angelis, & hominibus, vt à seruis peccati Princeps libertatis (non ciuis Romanus) seruilibus nudis cæderetur!

Grande porrò spectaculum, mirum & inauditum, Deus homo flagellis cæsus instar seruuli con- E temptissimi! Sic *l. In seruorum. ff. de pœnis.* Ex quibus causis liber fustibus cæditur; ex his seruus flagellis cædi iubetur. Quis, quis, rogo, non obstupescat, & extra se penitùs non rapiatur, si Deum alligatum columnæ, ac flagellatum contempletur? Considerauit olim Propheta hominem Deum inter animalia, & expauit: quid, si considerasset inter Ierem. 2. flagra? *Obstupescite, obstupescite, cæli, Angeli,* Cherubim, atque Seraphim, *super hoc! O stupescite*, vel potiùs ad Hebraicum, *horrescite*, aut signi- Hebr. Chald. ficantiùs Chaldaicè, *lugete*: quia vos ipsi expenditis *hoc.* Vos enim longè meliùs infinitam illius maiestatem nouistis; omnipotentiam, & gloriam A perpenditis! Heu! Deum rerum omnium Dominum, Creatorem vestrum, serui instar flagris durissimè videtis discerpi, & crudelissime cruentari!

Nunc planè *exinaniuit semetipsum, formam serui* Phil. 2. Bernard. ser. de pass. *accipiens.* Non solùm formam serui, vt subesset, inquit, & verè Bernardus; sed etiam mali serui vt vapularet.

Quis credidit auditui nostro? Quis credet, Crea- Isa. 53. torem vniuersi, totius Orbis Deum, ac Dominum; illum, inquam, qui in cælis tonat, ac fulgurat, manibus nunc, ac pedibus ad columnam alligatis, instar furis ligatum, instar prædonis flagellatum, instar malefactoris habitum, atque tot militum feritati expositum, quasi agnum inter tot flagra, B virgas, funes, & vincula penitus obmutescere?

Ecce, ecce nunc pro impio pietas flagellatur (do- Aug. ser. 14. de tempor. let pius August.) pro stulto sapientia illuditur, pro mendace veritas necatur, damnatur iustitia pro iniquo, misericordia affligitur pro crudeli.

Proh dolor! (dolet & Chrys.) iacet extensus Chrys. serm. in 5. feriam 1 ass. ante hominem Deus, & supplicium patitur rei, in quo nullum vestigium peccati potuit inueniri!

Heu! ligatur æternus Motor! indignissimis (heu!) nexibus cæli libertas in terris adstringitur: & cælum, ac Sol gyrat per Meridiem! & protervus homo, quasi pullus onagri *se liberum natum putat?* Mirum, mirum planè, si ligato Motore, non cessat motus! Mirum, si, Motore immobili ad columnam, C virgatores mouentur!

O, ô charitas, quàm magnum est vinculum B. Laur. Iust. in ligno vitæ de charit. c. 6. tuum, quo Deus ligari potuit! Nullum quippe vinculum Filium Dei ad columnam tenere potuisset, si charitatis vinculum defuisset. Ita Iustinianus.

En, en igitur modò diuinus Samson, charitatis Iud. 16. brachiis columnam complexus, quò infernales Philisthæos obrueret: *O mors*, inquiens, *ero mors* Oseæ 13. *tua: morsus tuus ero, Inferne.* Et verè *Samson* quod Hebr. est, *Sol eius.* Tu etenim (ait Seraphicus) Sol iusti- D. Bon. Med. Vitæ Christi c. 76. tiæ tuos radios subtraxisti: & ideò *facta sunt tenebra, & potestas tenebrarum.* Omnes sunt te potentiores. Amor tuus, & iniquitas nostra sic te imbe- D cillem fecerunt.

O columnam nubis, quæ tota iam soluitur in Exod. 3. sanguinis pluuiam, & in ardentissimi amoris ignem, vt iter nobis tutum præbeat in terram viuentium.

Summi planè, æternique in nos hæc Christi amoris est symbolum. Frangar, (subscriptio est sub columna,) non flectar. Certe Christus frangi putauit, atteri flagellis potuit; sed non flecti. *Attri-* Isa. 53. *tus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sanati sumus.*

Quovsque, rogo, diuinus in nos Christi amor? En columna, cui fortè insculptum videatur: Non plùs vltrà. Sed, ó altitudinem! ó profundum diuinæ charitatis.

E Hæc certè nulla clauditur meta, vt rectè de Saluatoris charitate dicas, quod de Machabæorum sub flagellis patientiæ fortitudine dixit Alexandrinus Theophilus: Quod ira, inquit, persecuto- Theop. ep. 3. pasch. rum inuenerat, patientiæ fortitudo superauit: inter pœnas magis paternæ legis, quàm doloris memores: lassabantur tortores, & non lassabatur fides.

Liceat, liceat hîc parua magnis componere. Inter dira tormenta, inter flagellorum acerbitatem, magis paternæ legis, quàm memor doloris, hoc Christus agebat, vt lassarentur tortores, non lassaretur amor.

Colligauit, nimirum, Deus Pater (velut pulchrè

aie

Rupen. l. 6. c. 13. in c. 22. Gen. ait Ropertus) Filium suum non imbecillitatis vinculo; sed magnæ charitatis imperio. Sic ille peracutè meditatus Isaacum à patre in Sacrificium colligatum. Charitatis vinculis, amorisque nexibus ad columnam constrictus, quot flagellorum ictibus diuina hæc petra percutiebatur, tot ex se incendiorum scintillas emittebat.

Quis autem in posterum ambigat, aut quis posthac de Christi amore diffidat? O chara, ô amabilia flagella! quæ animam nostram diuinæ, æternæque Christi Iesu dilectionis securam reddiderunt!

Quid enim vltrà in infiniti in nos Christi amoris commendationem excogitari iam possit? Pro te, pro te, ô anima, Christus flagellis cæsus est!

Psal. 90. *Scapulis suis* obumbrauit *tibi, & sub pennis eius sperabis*. Scapulas certè diuinas ipse flagellis obiecit, ne tu ipsa flagellareris.

Psal. 31. *Multa flagella peccatoris*. Multa, & flagella Saluatoris.

Isa. 38. *Proiecisti* etenim, Domine, *post tergum tuum omnia peccata mea*: propterea & dirissimè flagellaris.

Deut. 25. *Pro mensura peccati, erit & plagarum modus?* En vt propemodum sine modo, ac sine mensura flagellari voluit, qui pro innumeris nostrûm omnium excessibus flagella sustinuit.

Psal. 72. Hugo Card. Lyran. *Et fui flagellatus tota die*, non ad horam, inquit Hugo Cardinalis: *Et castigatio mea in matutinis*. Lyranus: Hoc est, velociter adhibita, quasi depluentia super me flagella.

Vt verè depluebant! vt quasi in diluuio aquarum multarum ad eum approximabant! Iob 9. *Et in turbine conteres me.*

Heu, heu, quæ grando hæc? quæ tam sæua, ac tam horribilis tempestas, vt ipsammet durissimam columnam, quin adamantem cõfringere, conterere possit! Nubes en modò exonerantur onere peranriqui in eum odij, & in sanguinis grãdem pluuiam resoluuntur. Isa. 53. Græc. *Vidimus eum virum dolorum, & scientem infirmitatem.* Græcè: *Vidimus eum virum dolorum, hominem in plaga*, quasi apertis iam venis, ac vndique laceratus, planéque decorticatus vna sit effectus plaga: nam plane percusserunt eum *vlcere pessimo, vt à planta pedis, vsque ad verticem non* esset Iob 2. Isa 1. Ierem. 10. Pagnin. Iob 9. *in eo sanitas*, vt verè dolere posset: *Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea.* Pagnin. *dolorosa plaga mea. Multiplicabis vulnera mea.* Ad Hebraicum: *Multiplicabit percussiones meas, etiam sine causa.*

O immanissimi tortores, quisnam, rogo, is, qui ex immanitate tot sæuissimarũ percussionum iam languet, ac penè agonizat in mortem? Estne hoc corpus humanum, an sanguis? O, ô verè monstrum doloris! Heu! mi Iesu, quid hîc agis? Quid, Cant. 2. Sept. rogo? *Amore langueo; vulneratus charitate sum ego.* Ah! ah! sentio, Domine, sentio flammas tuas, sentio columnam hanc ignis vndique conflagrantem.

Virg. l. 6. Æneid.

——Quærit pars semina flammæ
Abstrusa in venis silicis.

Quot verberibus, tot quasi ictibus à petra hac scintillas, imò flammas excutiunt. O Ætnam! ô Ætnam amoris, & charitatis! Tota iam Christi caro prærupta est, & sufferendi affectus adhuc integer perseuerat: corpus eius iam vndique laceratum, & sustinentia illæsa; lassantur tortores, non lassatur amor; vsque ad ossa dilaniatus, nec lacrymas, nec preces fundit; decidit in terram sanguis, spiritus non decidit: sed ipsa adhuc columna ere-

Ex Iosepho apud Eusebiũ l. 3 inst. Eccl. c. 6. flagros vsque ad ossa dilaniatus, nec lacrymas, nec preces fudit.

A ctior, quin & erectus ipse columnam erigit, quæ ex
pietate enerueret.

O scelus! ô pietas! qui fert hæc verbera, Verbum?
Ergà te summum ferre coegit amor.
Ferre coegit amor! quis causa est huius amoris?
Qui penitus nullo dignus amore fuit.

Heu! dulcissime Domine (sic plorat Seraphi- D. Bonau. med. Pass. Christ.
cus) mihi, mihi debebantur flagella æternæ affli-
ctionis: tu pro me flagellari voluisti, vt me mise-
ricorditer ab illis erueres. Heu! dulcis Domine,
quomodo decor ille speciosissimus de sacratissi- Psal. 118.
mo Corpore tuo abijt? *Exitus aquarum* deducant Psal 44.
oculi mei: quia qui *speciosus* erat *præ filiis hominum*,
nunc totus efficitur deformatus. Caro illa sanctis-
sima, quæ priùs mirabili candore nitebat, incipit
B iam tota hinc inde tumescere, & ex percussionum
frequentia densi tumores incipiunt pullulare: de-
hinc ex inflata carne sanguis erumpit vberrimus;
& velut aqua ex fonte, vndique sanguis exuberat.
Iam tota cruore madescit terra, & fluuius incipit
scaturire sanguineus. Caro illa deliciosissima, quæ
priùs candidissima fuerat, nunc rubicunda prot-
sus effecta est. O anima mea, iam non dicere potes:
Dilectus candidus, & rubicundus sed potiùs: Di- Cant 5.
lectus meus liuidus, tumefactus, vlcerosus, & pla-
nè rubicundus. Quis nunc tam immitis? Quod
pectus iam saxeum, quod non moueatur ad lacry-
mas, cùm dulcissimum Iesum sic aspicit deforma-
tum?

Quid verò putas tunc agebat Agnus ille mitis-
C simus, dum tam durè, & acerbè affligeretur in
corpore? Equidem, etsi torqueretur corpus; mens
tamen seruabatur illæsa: sed, quia fuerat humana
carne vestitus, tanquàm homo, inflicta vulnera sen-
tiebat: quantóque caro illa delicatior fuerat, atque
tenerior, tantò dolor imprimebatur acerbior. Su-
spirabat interdum, vt æstimo, dulcissimus Iesus,
(sic piè, & humanitùs contemplatur;) nunc taci-
tus emittebat gemitus; modò submissa voce la-
mentabatur; nonnunquam caput ex dolore mo-
uebat, quærens, vbi ex debilitate illud paululùm
reclinaret. Sed, heu! non erat locus, nisi columna,
cui fuerat alligatus, vbi caput posset adhærere gra-
uatum. Interdum etiam lacrymæ ex limpidissimis
oculis cogente vulnerum dolore stillabant. Ali-
D quando verbula aliqua dolorem attestantia sub-
missa, ac tremula voce fundebat. Sed cruciatores
immanissimi, nulla permoti compassione, acriùs in
eum verberibus stridebant; & verba contumeliosa
miscentes cum cruciatibus, pium, & mansuetissi-
mum Iesum lingua, & manibus lacerabant.

Tertullianus: Dominicum Corpus à columna in Tertull.
terram dilapsum, tanquàm pilam, pedibus sacrile-
gis exagitabant.

Eia, eia ergo, validi virgatores, cædite, verberate,
comminuite frumentum hoc Electorum in hoc
tam magno charitatis ardore. *Tritura mea filia* Isa. 21.
E *area mea.* O, ô granum, velut optimè ait Augu- Aug. tract. 51. in Ioan.
stinus, mortificandum, & multiplicandum: mor-
tificandum in infidelitate Iudæorum, multiplican-
dum in fide populorum. Hinc & D. Ignatius aie-
bat: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum
molar, vt panis mundus inueniar. Hinc eodem D. Basil. orat.
patiendi ardore S. Gordianus Martyr apud D. Ba- in Gord.
silium: Lanierut corpus, torqueantur membra, Mar.
seminate multa in me, vt multiplicem fructum
meam.

Frumentum ergo triturant, torculátque simul Ioan. 15.
calcant: *Ego sum vitis.* Bernardus: Ligatur vitis ad Bernard. l. de Pass. c. 4.
palum, dum Christus ligatus ad columnam.

Laudabit

Gen. 49. Cant. 1. Clem. pæd. c. 2. *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi* Clemens Alexandrinus: Magnus Bottus Christus pro nobis expressus. A

Isa. 63. *Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua, sicut calcantium in torculari?* Lauit

Tertull. l. 4. contra Marcion. Christus stolam suam in vino, inquit eruditè Tertullianus, id est, lauit carnem suam in sanguine: lauit autem tunc maximè, cùm flagellis est maximè cruentatus. Tunc etiam vestimenta sua, id est, corpus suum velut in torculari rubescit, cùm columnæ alligatus verberibus est cæsus. Calcari quidem videbatur verberibus; sed Dæmones velut bottos, mortem, mundum, peccataque omnia calcabat doloribus.

Isa. 53. *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum: & liuore eius sanati sumus.* B

Eccl. 24. Gloss. seu Strabo. *Et sicut balsamum non mixtum odor meus.* Glossa: Balsami arbor stirpe similis viti, foliis semper manentibus: arbor balsamum; lignum xylobalsamum dicitur; fructus, vel semen carpobalsamum; succus opobalsamum: quia percussus fecreis virgulis cortex per cauernas eximij odoris guttas distillat: succus enim Græcè, ὀπὸς, dicitur. Arbores balsami, more vinearum coluntur, & adminiculis sustinentur. Agricolæ acutis lapidibus, vel osseis cultellis solent incidere. Per incisiones manat succus odoris eximij. Gratia præcipua debetur lacrymæ. Christus quoque humilis in carne; C

Isa. 53. sed plenus gratia, & virtute *vulneratus est propter iniquitates nostras*, & nobis vitæ, & salutis Sacramenta profudit. Vnde & *quasi balsamum non mixtum odor meus.*

En igitur, vt totus halat! en vt flagrat, & rubet

Eccl. 24. Hebr. Bernard. charitate! En *rosa in Iericho*, quod est *odor eius.* Bernardus libro de Passione Domini, cap. 40. quod est de quinta effusione sanguinis: Quinta, inquit, rubricatio rosæ inuenitur in crudeli flagellatione mansuetissimi Agni rosei Iesu. O cum quanta quantitate, putas, illum sanctissimum Sanguinem è concilo corpore, & flagellato distillasse in terram? O quanta, putas, sæuitia impiorum frementium; quanto fremitu sæuientium flagellatorum putas fuisse dulcem Iesum, qui venerat, vt nos à flagellis liberaret æternis? D

Iob 9. *Sine causa*, inquit, *flagella ceciderunt me.* Verè sine causa, nisi fortè misertimi, & peruersi bona opera tua pœnis digna iudicarent, qui veritatem tuam in mendacio detinuerunt. Tum egregiè ad mores:

Sed & hic moraliter erudimur, vt flagella benignissimi Patris nostri discamus æquanimiter tolerare: cor enim flagella non sufferat homo ad laborem natus, in peccatis enutritus, & conuersatus, cùm videat Regem Regum, & Dominum dominantium, dulcem Iesum: *Qui peccatum non fecit,*

1. Petr. 2. *nec inuentus est dolus in ore eius*, tam grauibus flagellationibus esse contritum?

Audi, ô homo stulte, & insipiens, & non solùm E

Psal. 2. non refuge; sed etiam apprehende *disciplinam*, ne fortè quandoque pereas *de via iusta*, Domino tibi irascente, *qui proprio Filio suo non pepercit*; sed propter te tradidit flagellandum. Non pepercit Filio suo naturali, & consubstantiali, sibi coæterno, & impassibili, quin pro salute tua ipsum faceret nasci in tempore, & passibilem, & flagellis con-

Isa. 53. tereret, sicut scriptum est: *Dominus voluit eum conterere in infirmitate.* Et quomodo parcet tibi Filio adoptiuo, cùm sensus tui proni sint in malum? quin in chamo, & freno maxillas tuas constringet, vt saltem vexatio det tibi intellectum, quatenus ad ipsum approximare cogaris, qui licèt molestè; salubriter tamen *flagellat omnem filium,* Hebr. *quem recipit.* Hactenus ille.

Et certè (Fratres) *si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis. Quis enim filius, quem non corripiat pater?* Interl. Interlin. August. id est, cui non det disciplinam pater eius? Vbi Augustinus citatus in Glossa: Dat disciplinam Deus; vt non auferat misericordiam. Cædit contumacem, vt reddat hæreditatem. Si promissa patris benè agnouisti, non timeas flagellari; sed exhæredari. Curre sub manu Dei flagellantis: quia, dum flagellat, erudit ad hæreditatem. Nuli esse iniquo sensu, & puerili, vt dicas: Plùs amat pater meus fratrem meum, (cui permittit facere, quicquid vult) quàm me: quia, si me mouero contra iussionem eius, flagella inuenio. Potiùs gaude sub flagello: quia tibi seruatur hæreditas. Si exceptus esses a passione flagellorum, exceptus esses à numero filiorum. Et quid mirum, si flagellat *custodiens paruulos Dominus*, quos grandes quærit hæredes? Psal. 114.

Felix, qui apprehendit disciplinam. *Disciplinam qui abiicit, infelix est.* In malum est illud; *Non est virga Dei super illos.* Sap. 3. Iob 21.

Et erit anima tua custodita in fasciculo viuentium. 1. Reg. 25. Hebræus apud Magistrum Historiæ scholasticæ, *in vinculo vitæ*, id est, in collegio Sanctorum. Alia littera habet, *in fasciculo vitium*: quasi dicat, sic custodiet Dominus animam tuam ad multiplicandum, sicut fasciculus vitium custoditur in aquis ad transplantandum. Magist. Hist. schol. ibid.

Hoc ille ingeniorum apex in Apologetico; Licèt nunc sarmentitios, & semissios appelletis, quia ad stipitem dimidij assis reuincti, sarmentorum ambito exurimur; hic est habitus victoriæ nostræ; hæc palmata vestis; tali curru triumphamus. Tertull. in Apol. c. 47.

In his ergo te virgarum fasciculis, ó anima, ac inter hæc vitium, aut vitium cælestium sarmenta custodi. Gusta summitatem virgæ eius. Osculare aurearum harum virgarum saltem summitatem, ne his spretis regat te Christus *in virga ferrea*, aut percutiat te *virga* illa *oris sui*: *Discedite, maledicti, in ignem æternum.* 1. Reg. 4. Esth. 5. Psal. 2. Matth. 25.

Extiterunt & quidam refugientes, ac reformidantes nunc communitate Christi flagellis, quin & ipsi spontaneæ verberum inflictioni, tanquàm nouæ, sacrisque sanctionibus contrariæ detrahentes, ac irridentes, quos B. Petrus Damianus grauiter coarguens, ipsum scoparum remedium non modò non absurdum; sed & valdè pium, & ad purganda peccata peridoneum, validissimis medijs, exemplisque demonstrat.

Hoc itaque disciplinæ genus nequaquam modernis est studiis adinuentum, (verba ipsa exscribo Damiani ex epistola eius 115. quæ est contra Petrum Cerebrosum Monachum;) sed ex sacræ Scripturæ potiùs authoritate prolatum. Nouimus enim, Dominum Saluatorem à Præsidis militibus verberatum; Beatos Apostolos in Conciliis à Sacerdotum Principibus cæsos; nonnullos etiam Sanctorum Martyrum legimus virgis, & flagris durioribus laniatos; Paulus etiam; quia *ter virgis* cæsus est; & quòd *quinquies quadragenas, vna minus* accepit. Et in Deuteronomio: *Si eum, qui peccauit, dignum viderint plagis; prosternent, & coram se facient verberari.* Vbi & mox additur: *Pro mensura peccati, erit & plagarum modus; ita duntaxat, vt quadragenarium numerum non excedant; ne fœdè laceratus ante oculos tuos, abeat frater tuus.* Sic B. Pet. Dam. ep. 115. Matth. 27. Act. 16. 2. Cor. 11. Deut. 25.

cum

enim legit Damianus: lectionem expende: qui A & explicato quadragenarij huius numeri haudquaquam excedendi mysterio, hæc subdit:

Cùm ergo non modò vetustæ legis authoritas; sed & euangelica gratia verberũ plagas, modò per præcepta, modò per exempla commendet, vt & Sanctos Apostolos in Concilio cæsos, & Beatos Martyres legamos sæpenumerò verberatos: *Quæcunque autem scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt* quid absurdum est, quid ineptum, si nunc sancta Ecclesia in pacis otio vtitur, quo dudum vtebatur in bello. Nam & Apostolus iterum dicit: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Et alibi: *Sancti ludibria, & verbera experti* Porrò dum manus carnificis nunc ab infligendo B Martyribus verbere cessat; quid obest, si sancta deuotio ipsa sibimet, vnde sanctis Martyribus particeps fieri mereatur, exhibeat? Nam, cùm sponte me propriis manibus ante conspectum Dei verbero, deuotionis ingenuæ desiderium, si carnifex accurreret, promptius ostendo. Vellem pro Christo subire martyrium, non habeo facultatem: ipse me verberibus atterens, ostendo saltem feruentis animi voluntatem.

Rom. 15.
1 Cor. 9.
Hebr. 11.
Spontanea verberatio, studium est, & species martyrij.

Idem L. 6. cap. 89.

Idem alibi: O quàm iucundum! ô quàm insigne spectaculum, cùm supernus Iudex de cælo prospectat, homo semetipsum in inferioribus pro suis delictis mactat! Vbi reus ipse in pectoris sui tribunalibus præsidens, trifarium tenet officium: in corde se constituit C Iudicem, reum in corpore, manibus se gaudet exhibere tortorem: ac si Deo sanctus pœnitens dicat: Non opus est, Domine, vt officio tuo me punire præcipias: non expedit, vt ipse iusti examinis vltione percellas: ipse mihi manus iniicio: ipse de me vindictam capio, vicémque meis peccatis reddo. Subdítque eleganter:

Seipsum verberans iucũdum Deo spectaculũ exhibet.

2. Pet. 4.

Et hoc est profectò, quòd Petrus Apostolus admonet dicens: *Nemo vestrûm patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat.*
" Enim verò, vbi hoc fit, Dæmones fugiunt. Huic
" è contra spectaculo assistunt Angeli, qui gau-
" dent de peccatore conuerso. Hæc est hostia, quæ
" viua mactatur, ad Deum per Angelos oblata D
" defertur, & sic humani corporis victima illi vni-
" co Sacrificio, quod in ara Crucis oblatum est, in-
" uisibiliter permiscetur: & sic in vno thesauro Sa-
" crificium omne reconditur, videlicet, & vnum-
" quodque membrum, & quod caput omnium ob-
" tulit electorum.

Luc. 15.

Idem lib. 3. ep. 52.

O disciplina salutifera! (exclamat & alibi,) nimirum, carnis afflictio, in qua, dum corpus ad humanum nudatur aspectum, ante Dei oculos coruscantibus indumentis apparet ornatum.

Idem lib. 5. ep. 77.
Spõtanea flagellatio est optimum pœnitentiæ genus.

Quòd si Achab, reprobi, videlicet, Regis, cilicium diuina pietas non contempsit; quàm benignè, quàm misericorditer illum desuper E aspectare credendus est, qui se velut in atrocissimo crimine deprehensum, nudum diuinis aspectibus obtulit, accusatorem pariter, & tortorem; reum simul, & testem; censorem nihilominùs, & carnificem fecit? Optimè pœnitet, qui,
" dum carnem verberibus mactat; lucrum, quod
" delectatione carnis amiserat, afflictionibus re-
" compensat: & salubrem illi nunc amaritudi-
" nem ingerit, cuius olim noxia delectatione pec-
" cauit.

Speranza Scriptura selecta.

Lib. 6. ep. 115.
Psal. 150.
Psal. 76.

Tympanum planè est pellis arida. Et ille, iuxta Prophetam, in tympano Dominum veraciter laudat, qui confectum ieiunio corpus, per disciplinam verberat. Et infra: Dicis, vt quid percutio carnem? Respondeo: Vt quid percutio spiritum? Dicit enim Psalmista: *Excitabar, & scopebam spiritum meum.* Carnem siquidem, & spiritum scopo, qui me deliquisse per carnem, & spiritum recognosco. Istum correptionum; illam cum cæteris affectionibus, etiam percussione virgarum: vt, quia læta caro traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam.

Sed iam emphasim, ac energiam sancti huius Viri suadentis, intermissam a Cœnobij Cassinensis Monachis singulis diebus, qui, Sabbathum præcedunt, verberibus, in conspectu omnium, corpus afflictandi consuetudinem reuocandam, audiamus.

Lib. 6. ep. 1. in ord. ep. 89.
Deuotio se flagellãtium, alios ædificat.

Obseruatio sextæ feriæ, dilectissimi, cui vestra sancta deuotio dedicauit, & ieiunij salutaris inediam, & apostolicorum verberum disciplinam, (pende illud, apostolicorum,) quot hominum multitudines ad exemplum salutis attraxerit, tanquam nouella diuinæ plantationis oliua in exuberantium germinum propagines pullulauerit, testes sunt multitudines vrbium, atque villarum, quæ se communiter ingerentes, atque lactantes, idipsum plausibiliter arripiunt institutum; adeò plerique piæ deuotionis ardore concepto, nisi quantocyùs huius obseruantiæ suscipiant regulam, non leuem se reputent propriæ salutis perferre iacturam.

Sed sciendum est, quòd humani generis inimicus, dum totum Sacrificium non valet de manibus offerentium rapere, more quasi rapacis Harpyiæ, partem saltem quamlibet conatur auferre. Hinc est, quòd cùm Abraham Deo Sacrificium ex diuersis animalibus obtulisset, scriptum est: *Quoniam descenderunt volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham.* Super mactata quippe cadauera descendunt volucres, dum ad rapiendum Sacrificium afflictorum corporum nostrorum aëreæ se præcipitant potestates, vt vel totum de manibus humanis rapiant, vel partem D præreptam quasi de manubiis sibi victoriæ triumphalis applaudant.

Gen. 15.
Dæmonis astutia, qua conatur disciplinam à manibus præripere.

Hinc est, quod author antiquæ superbiæ, spiritus, per ora quorundam, tanquàm per vasorum suorum organa, vobis concrepat dicens: Ieiunio quidem, non penitùs improbandum est, corpus atterere; sed turpe nimis, & inhonestum est, ante tot Fratrum intuentium oculos, membra nudare. Et vnde (subdit) vox ista procedit, nisi ab illo, qui parentes generis nostri nuditatem erubescere compulit? Ante vocem quippe serpentis: *Erat vterque nudus, & non erubescebant.* At, postquàm eis venenata consilia callidi draconis instillauit astutia, protenùs scriptum est: *Cúmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Audenter dicam, E dilectissimi Fratres mei: quisquis, vt cõparatur Christo, nudatus vestibus erubescit, hic proculdubio serpentis verba audiuit: & quia de sua nuditate confunditur, instar primi parentis à diuinis, vt ita loquar, aspectibus occultatur.

Gen. 3.

Porro, cùm initio salutaris huius obseruantiæ vnusquisque vestrûm, & disciplinam nudus acciperet, & nuditatis ignominiam non timeret; *quis vos* postmodum *fascinauit*, & Christi passionem, quæ mundi decus, & salus est hominum,

Gal. 3.

erubescere docuit. *Sic stulte estis, vt cùm spiritu cœperitis, nunc carne consummemini?*

Verberationẽ suadet terribilis expectatio Iudicij.

Dic modò, quisquis es, qui Christi passionem superbus irrides: qui cum eo nudari, flagellarique despiciens, nuditatem eius, & cuncta supplicia, tanquam nugas, ac næuias, & quædam somniorum deliramenta subsannas, quid facies, cùm eum, qui publicè nudatus est, & in Cruce suspensus, videns in Maiestatis suæ decore conspicuum, angelicis agminibus vndique constipatum, incomparabilis splendoris immensitate circundatum, & super omnia visibilia, & inuisibilia ineffabiliter gloriosum: quid, inquam, facies, cùm eum, cuius nunc ignominiam despicis, aspexeris in igneo tribunalis excelsi solio præsidentem, & omne genus humanum recto æquitatis examine terribiliter iudicantem? Tunc Sol obscurabitur, Luna tenebris inuoluetur, stellæ de cælo cadent, fundamenta montium contremiscent, cæli tristibus radiis coruscabunt; terra simul, aër flammis in excelsa furentibus cremabuntur, & elementa pariter omnia confundentur: & tu, ornate, tu molliter, & decenter indute inter ista quid facies? Qua fronte, qua præsumptionis audacia illius gloriam participare sperabis, cuius portare contumeliam, & ignominiam despexisti? Quis te delicatum, atque tenellum aggregabit collegio Martyrum, in quorum corporibus videbuntur in gloriam inuersæ, non modò virgarum vibices; sed & innumerabilium vulnerum cicatrices?

Matth.24.

Martyrum flagellorum perpessio.

Christus Crucis non erubuit turpitudinem; & tu putridæ carnis tuæ vermibus deuorandæ confunderis nuditatem? Ille nudatur, cæditur, nectitur vinculis, oblinitur sputis, quinquepartito vulnere illius caro perfoditur, vt nos à vitiorum, quæ in nos per quinque sensus ingrediuntur, irruptione eruemur; & tu lascinus, vt vnctus, tu petulculus, ac tenellus non vis thesaurum carnis tuæ hominibus detegi; ne mortalis, vel terrena, quod absit; sed magnum quid debeat æstimari. Paulus Apostolus ter virgis in publico cæditur, nec veretur: quinquies quadragenas vna minùs in iudicio accipit, & lætatur. Petrus cũ Coapostolis omnibus flagellatus. Dauid propriis indumentis exutus, ante Arcam Domini totis viribus saltat: cui Michol: *Quàm gloriosus*, inquit, *hodie fuit Rex Israël discooperiens se ante ancillas seruorum suorum: & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris.* Superbi, scilicet, Regis filia humilitatem viri portare non potuit, atque idcircò nuditatis, quæ Domino ministrabat, gloriam non cognouit. Talem ergo mereotur habere magistram, qui carnem suam coronam fratribus perhibent non esse nudandam. Et quoniam isti arescentes in radice superbiæ nunquam spiritalem germinant fructum, his meritò congruit, quod de illa quoque Scriptura testatur, dicens: *Igitur Michol, filia Saul, non est natus filius vsque in diem mortis sua.* Nam & isti meritò deberent à vobis cum austeritate repelli, sicut illam Dauid suis responsionibus fregit: *Viuit Dominus: quia ludam ante Dominum, & vilis fiam, plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis.* Dauidem planè, vt nudus incederet, Sanctus, qui in eo erat, Spiritus impleuit: Michol verò paternus ille possessor, vt eum insolentem argueret, incitauit, de quo videlicet, possessore dicitur: *Quia insiluit Spiritus Domini malus in Saul.* Ideóque sine vlla dubitatione credendum est, quia diuinus eum Spiritus prouocat, qui ad honorem Crucis Christi se humiliter nudat: & ille superbi Saül spiritu in arrogantiam tumoris attollitur, qui se vt Crucifixo participet, exuere dedignatur. Quæ profectò superbia sic eum ab ipso humilitatis authore diuisit, vt ne Samuë quidem sibi veniã impetrare potuerit.

2.Cor.11.

Act.5.

2.Reg.6. Dauidis nuditas.

Michol, & Saul superbi pœna.

2.Reg.6.

Chrifti vulnera.

Isa.20.

Nobilissimi Prophetæ nuditas.

Egregium Prophetarum Isaiam publicè coram omni populo nudum incedere Dominus imperat: & Monachus nudari coram paucis Fratribus erubescit? *Vade*, inquit, *solue saccum de lumbis tuis*, non molle carbasinum, non stamineum delicatum; sed *saccum, & calceamenta tolle de pedibus tuis. Et fecit sic, vadens nudus, & discalceatus.* Et tu delicatus times nudus aspici, ne te contingat oculis videntium fascinari? Sed age, Frater, quid est caro ista, quam tam diligenti cura vestibus contegis, & tanquàm regiam sobolem molliter nutris? Nónne massa putredinis? nónne vermis, puluis, ac cinis? Nec iste, qui nunc est, à sapiente viro attenditur; sed potiùs dignum est, vt sanies, virus, fœtor, & obscœnæ corruptionis illuuies, quæ postmodum futura est, perpendatur. Quas ergo gratias referent vermes, qui voraturi sunt carnes, quas molliter, ac suauiter enutristi? Age, inquam, cur passus est Christus? an, vt proprios reatus ablueret, & excessus sui commissa deleret? Sed audi Petrum de illo dicentem: *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.* Ad quid ergo passus est? Adhuc Petrus ipse respõdet: *Christus*, ait, *passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Christus ergo primò passus est, quem protinus Apostoli sunt secuti, quorum & nos vestigia præcipimur imitari: sicut vnus eorum dixit: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Ad quid ergo Christum legimus passum, nisi vt eius è vestigio prosequamur exemplũ?

Corporis humani vilitas.

1.Pet.2.

Christi imitatio, ac imitatio.

1.Corin.

Sanctorum exempla.

Sed iam qualiter quidam Christi exemplum sequuti sint in districtissima eius flagellatione, audiamus. Ex eodẽ B. Petro Damiano de Dominico Loricato cõtemporaneo, ac in Domino amicissimo: Longo iam, inquit, ille annorum elabente curriculo, ferrea ad carnem lorica præcinctus, infœderabilẽ pugnam cum iniquis Spiritibus conterit; sempérque paratus ad prælium, nõ solùm corde, sed etiam corpore præmunitus, aduersùs hostiles acies strenuus bellator incedit. Hanc autem continuæ vitæ consuetudinẽ indifferenter habet, vt vix dies vlla prætereat, quin duo Psalteria modulando vtraque manu scopis armata, nudum corpus allidat. Et hoc remissiori quidem tempore. Nam quadragesimalibus circulis, siue cùm pœnitentiã peragẽdam habet, (crebrò enim centum annorum pœnitentiam suscepit,) tunc per dies singulos, dum se scoparũ tunsionibus afficit, ad minus tria Psalteria meditãdo persoluit. Centum autẽ annorum pœnitentia, sicut ipso authore didicimus, sic expletur. Porrò, cùm tria scoparum millia vnum pœnitẽtiæ annũ apud nos regulariter expleat; decem autem Psalmorum modulatio, vt sæpè probatũ est, mille scopas admittat; dum centum quinquaginta Psalmis constare Psalterium nõ ambigitur, quinque annorum pœnitentia in huius psalterij disciplina rectè supputantibus inuenitur. Sed, siue quinque vicies ducas, siue viginti quinquies, centũ fiunt. Consequitur ergo, vt qui viginti Psalteria cũ disciplina decantat, centum annorum pœnitentiam se peregisse confidat.

Lib.6.ep.32. de Dominico Loricato.

Quotidie se verberat.

In Quadragesima quotidie tria psalteria cũ verberibus recitat.

Quanquã & in hoc plerosque noster Dominicus superet: quia cùm nonnulli vnam manum in disciplinis agendis exerceant; iste, vt alter Aod, contra rebelles carnis illecebras vtraque manu infatigabiliter

Iudic. 3. *Vtraque manu se verberat.*

infatigabiliter pugnat. Hanc autem centum annorum pœnitentiam, vt mihi ipse professus est, facilè sex diebus ex more consummat. Memini quoque, quia cuiusdam Quadragesimæ imminentis initio, mille annos imponi sibi per nos ad pœnitentiam petiit, quos certè omnes fermè, antequàm ieiunij tempus transigeretur, expleuit.

Nec senex, nec infirmus à verberis abstinet.

Et infrà: Enim verò, cùm hunc iam & incurua senectus deprimat, & crebris insuper languoribus contabescat, mirum, vnde illi tàtus feruor incedat, vt in spiritualibus exercitiis semper inuictum, semper infatigabilem se reddat. Nam, vt ipso referente cognoui, sæpè duo Psalteria cum disciplinis stando continuat, ita vt neque interim sedeat, neque vel ad momentum à percussionibus incredibili mẽtis feruore quiescat. Inquirenti mihi aliquando, virùm posset cum ferreæ vestis pondere aliquantisper genuum flexibus insudare, sub hac mihi dedit obscuritate responsum: Cùm incolumitas mihi votiua respondet, quandoque per omnes totius Psalterij quindenos psalmos centies genua flectere consueui. Quod quidem tunc non diligenter attendi; postmodum verò, quod dictum fuerat, mente reuoluens, à depresso homine mille metanœas in vno Psalterio fieri, admiratus expaui.

Quadam die post vesperam, cellulam meam ingressus, Magister, (inquit, hoc enim indigno vocabulo me ex humilitate compellat,) hodie feci, quod hactenus me fecisse non memini, octo namque Psalteria inter diem, ac noctem modulãtes expleui. Videbatur autem tunc totus vultus eius ita scopis attritus, ac sulcantibus quibusdam vicibus liuefactus, tanquàm si pila fuerit pistanatum more

Lib. 7. ep. 19.

contusus Huius igitur sancti Senis (concludit alibi) exemplo, faciendæ disciplinæ mus adeò in nostris partibus inoleuit; vt non modò viri; sed etiam nobiles mulieres hoc Purgatorij genus inhianter arriperent. Hucusque fusè quidem, sed æquè luculenter, ac piè Petrus Damianus.

Flagellatio, Purgatorij genus.

Quid huc attexam alios, qui ferreis catenis se se dirissimè verberabant? Quid Guillelmos Aquitanicos, quid Nicolaos Tolentinates, qui Henricos Susones huc recenseam ad pudefaciendos delicatiores, qui nec in tenebris nudate, ac funiculis diuerberare se audent? In medium iam nunc prodeant vel ipsi Idolorum cultores. *Clamabant* illi ante Baal *voce magna, & incidebant se, iuxta ritum suum, cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine.* Tu ante Christi simulacrum immanissimè flagellis cæsi, & Cruci suffixi, funiculis carnem ad vsque sanguinis effusionem non flagellabis?

3. Reg. 18.

Cic. l. 5. Tusc. quæst.

Tullius Tusculanarum quæstionum lib. 2 Spartæ pueri ad aram sic verberibus accipiũtur, vt multus è visceribus sanguis exeat; nonnunquam etiam ad necem: quorum non modò nemo exclamauit vnquã; sed nec ingemuit quidem. Subditque: Quid ergo, hoc pueri possunt, viri non poterunt? & quod mos valet, ratio non valebit? Quod Tullius miratur in ethnicis pueris, non exigo quidem à viris Christianis, quibus tantùm suadeo *obsequium rationabile*; vt funiculis carnem mortificent, ne in comparatione puerorum suffundantur pudore.

Aug. lib. de Pastor. c. 5.

Augustinus: Vnicus ille Patris substantia natus, æqualis Patri in forma Dei; Verbum, in quo facta sunt omnia, non habebat, vnde flagellaretur: ad hoc autem carne indutus est, vt sine flagello non esset. Tu, qui totus es carneus, flagellum fugies?

Bernard. l. de Pass. Domini, c. 5.
1. Cor. 9.

Heu! (dolet Bernardus,) candor lucis æternæ nigrescit in carne pro carne saluanda: & tu liuorem perhorrescis? An ita Paulus? Absit: *Castigo*, inquit,

A *corpus meum, ὑπωπιάζω*, liuidum facio, aut liuoris, & sanguinis nota sugillo corpus meum. Theophyl. id est, in serui morem habeo lasciuientis, & contumacis, diuerbero, contundo.

Græc. Theoph.

3. Reg. 18.

Sic, vel antequam Christum flagellatum vidisset Elias, (si modò non vidit in spiritu,) oraturus pro populo *ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram, posuit faciem suam inter genua sua*, quasi iò globum de more verberãdus, (*sicut Regem, qui præparatur ad prælium.* Alij, *sicut vir, qui præparatur ad gyrum*. hoc est, ad instar seruuli, qui in modũ globi, ad excipienda flagella à Domino cogitur præparari) Tu pro tuis ipse criminibus oraturus, ac veniam deprecaturus, ad flagella, vbi Christum ipsum dirissime flagellatum vidisti, atque ad gyrum, B vt verè seruus, non præparaberis?

Iob 35. Alij.

2. Reg. 24.

Ego, ego sum (dicas) *qui peccaui, ego iniquè egi*: tot innocentes, tot viri Dei qui sese tam dirè diuerberant, *quid fecerunt*? Quid innocentia ipsa Christus ad columnam ligatus, atque adeò immaniter, ac enormiter flagellatus? *Vertatur, vertatur manus mea contra me*: vertatur cõtra *virum* hunc *sanguinum, & dolosum*. Nullã Prætor inueniebat causam in Christo: heu! quot in me causæ! quas ille reperire non poterat in ipsa innocentia, in me, in me penitùs inueniret Percutiatur ergo, cædatur reus iste inimicus homo, quia non tantùm dignus est flagris, sed & reus est mortis. *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.*

Psal. 2.

C

PVRPVRA.

PVNCTVM XX.

Et exuentes, chlamydem coccineam circundederunt ei. Matth. 27.

D. Bonau. in medit. pass. Christi.

AD litteram, ac piè Seraphicus Bonauentura: Vix reuestitum, exuunt eum veste sua, induuntque tunica, aut pallio purpureo; non nouo, sed veteri, & abiecto in opprobrium regij nominis, quod ipse, prout asserebant Iudæi, sibi indebitè vsurpabat. Vnde, quia Rex dicebatur, induunt eum veste, qua veteres vtebantur Reges; & ad confusionis argumentum, non nouam, sed veterem chla-D mydem acceperunt.

D. Ansel ser. de pass.

Huc pulcrè D. Anselmus: Quis est hic habens imaginem quasi Regis; & nihilominùs serui despectissimi confusione repletus? regali purpura induitur; sed in ea potiùs despicitur, quàm honoretur. Coronatus incedit; sed ipsa eius corona cruciatus est illi, & mille puncturis speciosum eius verticem diuulnerat. Sceptrum in manu gestat; sed eo ipso venerandum eius caput feritur!

D. Athanas. serm. de pass. & Cruce Domini.

Cæterùm tam eruditè, quàm eleganter Athanasius regij huius paludamenti mysteria hunc in modum prosequitur. Cùm exueretur Dominus, eo ipso inuisibiliter erigebatur de Diabolo trophæum Et quòd illud manifestum fieret, narratur à Ioanne indutus fuisse purpura; à Matthæo verò, & Marco E chlamyde coccinea; coronámque illi ex spinis super caput esse positam, & calamum in manus datum: & ita cùm eum produxissent, genibus flexis adorasse.

Ioan. 19. Matth. 27 Marc. 15.

Miraculum nouum (subdit Athan.) & incredibile, & magnæ sine dubio victoriæ insigne! Quem aspernabantur vt vilem, & contemptibilem; confitebantur Regem: cui tunicam, & vestem detraxerant; purpura circundederunt: & quem per ludibrium, subsannationémque pulsabant; ei triumphalia addiderunt ornamenta, coc-

eineam chlamydem, & coronam spineam, & calamum.

Et quorsum hoc? Elucidans addit: Nam, tametsi ea quasi per contumeliam agebant; efficiebatur tamen inde, vt ab eo latenter spoliarentur Dæmones: cùm enim sanguine terra per Diabolum funestata, & multis vndis cruoris esset imbuta, & ore aperto primo recepetat sanguinem iusti Abel, ac deinde hominibus sanguinem sanguini superfundentibus, infusaque in eadem maledictione, mendacio, furto, adulterio execrabilis reddita esset, dicente Domino: *Et nunc maledicta terra, quæ aperuit os suum, vt reciperet sanguinem Abelis fratris tui.* cuique etiam priùs ob prævaricationem Adæ maledixerat Dominus, dicens: *Maledicta terra in operibus tuis: in ærumnis inde victitabis per omnes dies vitæ tuæ.* Omniáque sanguine redundarent, & vbique spinæ ob execrationem nascerentur; & hoc chirographum nactus inimicus noster, omnes innaderet, & tyrannidem in omnes, vt in subiectos sibi, exerceret; ea de causa cùm eum omnibus spoliasset Dominus, hoc genere vestimenti indutus ad mortem processit, vt ostenderet, victoriam de morte non timere, sed pro nostra salute partam esse; gestabátque in coccinea chlamyde speciem sanguinis, spinásque in corona, & chirographum in calamo: quo instrumento iam olim nos Diabolus æri suo, rationibúsque inscriptos habebat, vt vnà eum morte, etiam ista simul demoliretur, & rerum naturam ab istis malis purificaret; & pro spinis lignum vitæ largiretur vtendum; & pro sanguine peccatorum, suo sanguine, & terram, & omnes emundaret, & pro maledictione iam in reliquum incolas terræ benediceret; idque bis verbis: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Ideò etenim nostrum sanguinem gestans (in veste coccinea) suum omninò sanguinem in terram exhausit: vnde factum est, vt in ea pro spinis bona, & vita repullulascerent, ad quam oculos suos dirigens Sanctus ille loquutus est: *Credo videre bona Domini in terra viuentium.*

Acumen itaque Athanasij est, in chlamyde coccinea, nostrorum peccatorum symbolo; in spinis, antiquæ maledictionis typo; & in calamo, veteris decreti, damnationisque chirographi instrumento, terram veste peccatorum sanguine exutam, spinas pristinæ maledictionis euulsas, & chirographum æternæ damnationis iam tunc fuisse deletum: pergítque suis similiter acuminibus meditari:

In spinis, quòd alia quoque ratione spineam coronam gestare visus sit; nimirum, vt sollicitudines nostræ vitæ extirparet: iniecit enim, inquit, scelestus ille, quanquam nolens, sollicitudines nostras super Dominum, non animaduertens, futurum esse, vt earom gestatione Dominus omnes in securitates asserere, quò & sementem verbi à spinis depurgatam haberent, & in precibus mentem inconulsam possiderent. Ipse enim in doloribus, & curis erat, vt non doloribus careremus.

In calamo, quòd arundinem accepit, cùm illi à Diabolo porrigeretur, ignaro, quòd contra seipsum gladium acueret Dicitur enim arundo (verba ipsa Athanasij) serpentibus lethalis esse, atque inde potissimùm interfici. Cùm igitur ipse Dominus Sabaoth, vt Isaias dicit, fugientem draconem, & magnum illum serpentem Diabolum persequi statuisset, tum eius rei causa, quòd illi exitiale erat, ab eis accepit, vt suis, propriísque rebus debilitatiore reddito Diabolo, iis, quæ Christi erant, homines fortiores redderentur. Quale quid in Dauide designatur, qui sumpto aduersarij Goliath gladio, eo illius caput præcidit. Idem quoque Seruator fecit, sumens arundinem ab illis, vt nos non solùm liberaret à versutia serpentis; sed & illum serpentem tolleret, & mortuum exhiberet.

In spinis simul, calamo, & chlamyde hoc rursum meditatus, concludit: Ad eum igitur modum circunscriptus sceleratus ille; vidénsque, se ab illis spoliari, & excidere, quibus aduersùm nos efferebatur; & se à terra proturbari, & terram à sanguine, & spinis emundari, séque amisisse chirographum, & calamum, quo nos in sua cautione discripserat; rursum non audenda audet; sed eò se magis verberat.

Cùm enim audisset à Domino loquente malitiosus ille, spiritum quidem promptum esse; sed carnem infirmam, credénsque Verbum vnà cum carne languere, & infirmari, nec carnem Verbi virtute corroborari; rursus nefaria moliri cœpit, carnificésque irritauit contra Seruatorem, circáque spinas, quas retinebat, voluebatur; prorsus contrario, quam separabat, euentu: eas enim tenendo amisit, quas putabat, vbi vellet, se resumere posse. Cæterùm illas non priùs resumere potuit, nisi vbi iam eas maledictione inibi sita, liberasset Seruator noster: quas cùm ille gestasset, tum demom recepit serpens suas spinas, & chlamydem; sed tamen innoxias nobis!, & ipsius tantummodo sceleris indices. Nunc enim Diabolus in spinis, velut in stimulis contra nos calcitrat, déque illo, & coccinea chlamyde dicitur: Quemadmodum vestimentum sanguine mixtum nun est purum; ita neque tu purus eris, quoniam terram meam perdidisti, & populum meum trucidasti.

Ideò enim (subdit Athanasius) nunc irritaos carnifices contra Seruatorem, in spinas quasi in stimulos calcitrauit, magísque pungebatur, quàm pungebat: resumpta enim à Domino arundine, cum milites arundine Christum se pulsare existimarent, hallucinabantur: quippe qui Diabolum ipsos irritantem verberabant. Et vt gentes illæ, quæ ascenderant contra Ierusalem, se se mutò in valle Iosaphat contrucidabant: ita nunc quoque illi, qui persequebantur Dominum, semetipsos non sentientes verberabant. Concludítque excursum dicens: Spineam coronam Dominum admisisse, vt serpentem in spinis comprehenderet. Sed te spinis puncto sequenti fusiùs, satísque iam Athanasij spiritibus immorati, in sola nunc purpura consistamus.

Et primùm te quæso, Domine, *Quare rubrum est indumentum tuum?* Cur purpura amictus? An fortè sic à perfidis habitus, sic derisus, ita excruciatus, vt epulo ille, qui purpura induebatur? Haud certè secùs cor istud tuum diuinum inter tot illudentium, quasi tot Dæmonum cohortem æstuat charitate, (dura, sicut Infernus, æmulatio,) quàm purpuratus ille (indulge nunc paradigmo) sua indutus *purpura, ac bysso*, flammis infernalibus æstuabat.

En, en modò mulieris, diuinæ, scilicet, humanitaris, *byssus, & purpura indumentum, quæ* sanè lugebit in morte; sed *ridebit* etiam *in die nouissimo* resurrectionis.

En

Gen. 4. Osee 4. Gen. 3. Matth. 5. Psal. 26. Isa. 27. 1. Reg. 17. Matth 26. Isa. 9. 2. Par. 20. Isa. 63. Luc. 16. Prou. 31.

Cant. 5. Bernard. l de Pass. c. 4. Gen. 39.

A En dilectus anteà in alba *candidus*; nunc in purpura *rubicundus*. Bernardus: Ecce Sponsus tuus, ô anima, rubricatur. Eleua nunc mentis oculos, *& vide, si tunica* Sponsi *tui* hæc *fit, an non*. Ecce, vt fera pessima condemnauit filium tuum, fratrem tuum, Sponsum tuum!

Gen. ibid.

Nunc planè video vestem *hædi* sanguine tinctam. *Vide*, & tu Pater, *vide, vtrum tunica Filij tui sit, an non? Tunica Filij mei est. Descendam ad filium meum lugens in Infernum*. Ita Iacob, agnita Iosephi tunica intincta cruore: hoc est, si viuentem adhuc videre non potero, moriar, & videbo. Sic, sic perspecta purpura peccatorum nostrorum verè perfusa sanguine, (*si fuerint pec ata vestra, vt coccinum*,) ô quàm Christus exoptauit mori, vt sua nos morte saluaret, ac viuos iterum videret!

Isa. 1.

B O purpuram pretiosam! ô verè purpuram honorabilem, quæ olim Regum, Imperatorúmque humeros contegebas, nunc ipsus Dei humeros tegis! Tantò hæc siquidem cæteris præstantior, quantò non piscis, aut vermiculi; sed Christi vermiculi quidem sanguine tincta est. O verè nunc effecta indumentum salutis! ô vestem nuptialem! meam, rogo, frigiditatem, ac nuditatem operias.

Deinde vestram rogo perfidiam, ô Iudæi, cur Christum sic induistis? An fortè purpura, quæ regium est indumentum, eum condecorare decreuistis? Ita certè tunc factum legimus, cùm *iubente Rege indutus est Daniel purpura*, & cùm *sumpta stola*, (Chaldaice, *purpura*) indutus est Mardochæus. Non equidem condecorare, sed dehonestare sic volunt. Illudunt ei purpura, inquit Seraphicus, tanquàm regnare volenti, & non valenti. C

Dan. 5. Esth. 6. Chald. D. Bonau. in med. c. 76.

Apoc. 19. Apoc. 1. Matth. 28. Psal. 2. Ioan. 13. Prou. 8. Luc. 1. Exod. 15.

O, ô perfidi! voluit, sed non valuit? An non verè Christus *Rex Regum, & Dominus dominantium*? An non *Princeps Regum terra*? An non is, cui *data est omnis potestas in cælo, & in terra*? An non *constitutus Rex* à Deo *super Sion montem sanctum eius*? An ignotabat, quòd *omnia dedit ei Pater in manus*? An non is, per quem ipsi *Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt*. An non *regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis*? An non *regnabit in æternum, & vltrà*? D

Ioan. 18. Ibid. Luc. 9. Ioan. 6.

Sed *regnum meum non est hinc. Tu dicis: quia Rex sum ego: sed regnum meum non est de hoc mundo. Filius hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Cùm venissent, vt raperent eum; & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus*. Erat Rex, qui timebat fieri Rex, inquit Augustinus: nec talis Rex qui ab hominibus fieret; sed talis, qui hominibus regnum daret.

D. August. in Gat. D. Th.

S. Ansel. lib. de Pass.

Vbi Herodes gauisus est valdè, viso Domino, & præ gaudij magnitudine (quemadmodum refert Anselmus) super Christi caput suammet regiam coronam imposuisset, ac regni successionem promisisset, modò aliquid mirum coram se edidisset, multísque propterea sermonibus eum interrogasset; *ipse nihil illi respondit*. E

Vel in Cruce à regio titulo caput deflexit.

D. Fulgent. serm. 5. de Epiphan.

Pulchrè sanè D. Fulgentius ad illud: *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum*? Quis est iste, inquit, Rex Iudæorum? Pauper, & diues; humilis, & sublimis; qui portatur vt paruulus, adoratur vt Deus: paruulus in præsepio, immensus in cælo; vilis in pannis, pretiosus in stellis. Quid turbaris, Herodes? Rex iste, qui natus est, non venit Reges pugnando superare; sed moriendo mirabiliter subiugare: nec ideò natus est, vt tibi succedat; sed vt in eum mundus fideliter credat.

Sedulius.

Et Sedulius.

Hostis Herodes impie,
Christum venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cælestia.

Ecquis, rogo, vnquam, aut audierat, aut viderat Dominum nostrum petere, aut affectare regiam potentiam? Quis de illa vel vnquam loqui? Recidebant in inuidiam eius, quæ dixerunt, aut fecerunt alij. Quàm enim præter dignitatem, & decentiam illius fuisset, vt de regno Iudaico, aut Herodis Tetrarchia verbum vllum is faceret, cui Pater cæli, terræque totius dedisset principatum? B

Chrysost. in Cat.

Fallimini prorsus, ô Iudæi, fallimini, dum affectatæ regiæ terrenæ dignitatis Christo crimen impingitis. Christus fugit, inquit Chrysostomus, erudiens nos mundanas contemnere dignitates.

Amb. lib. 5. Exam. c. 2.

Et certè an non fallaciam, ac vanitatem humanarum omnium dignitatum Christus apprimè dignoscebat? Quid purpuras memorem, inquit Ambrosius, quæ Regum amictus imbuunt? Et statim ad mores subdit: Aquarum est igitur, quod in Regibus adoratur; aquarum est species illa, quæ fulget.

Gen. 40. Ambr. lib. de Ioseph c. 9.

C Inanes sunt, somnia sunt mundi tituli, ac dignitates. Idem Ambrosius ad illud: *Narrauit prior propositus pincernarum somnium suum*. Per somnium (ait, ac peracutè) videt reddi sibi principatum suum; & hunc credebat apicem omnis potentiæ; quòd Regi calicem dabat: sed hoc somnium est; & omnis potentia sæculi somnium, non veritas est.

Aug. hom. 15. in Apoc.

Huc pulcbrè satis, quod obseruauit Augustinus in Apocalypsim scribens: In lectione, inquit, quæ modò recitata est, Reges illi, quos dixit, quòd persequuntur Ecclesiam Dei, quare quasi Reges appellantur? quia velut in somnis regnant.

2. Reg. 7. Lyran.

Dignitates, tituli, quid aliud, rogo, quàm nomina? *Fecique tibi nomen grande*. Lyranus, dando tibi dignitatem regiam: sed tamen *nomen, iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra*. D

Boëtius de cõs. Phil. l. 3. prosa 4.

Hoc eleganter Boëtius, dum ostendit dignitates veri honoris vacuas, & expertes. Vt cognoscas, inquit, veram illam reuerentiam per has vmbratiles dignitates non posse contingere, sic collige. Si quis multiplici Consulatu functus in barbaras nationes fortè deuenerit, venerandúmne Barbaris honor faciet? Atqui, si hoc mortale munus dignitatibus foret, ab officio suo quoquò gentium modo nullo cessarent: sicut ignis vbique terrarum, nunquã meam calere desistit: sed quoniam id eis non propria vis; sed hominum fallax annectit opinio, vanescunt illicò: cùm ad eos venerint, qui dignitates eas esse non æstimant: sed hoc apud exteras nationes. Inter eos verò, apud quos ortæ sunt, num perpetuo perdurant? Atqui præfectura magna olim potestas, nunc mane nomen est, & Senatorij census grauis sarcina. Si quis quondam populi curasset annonam, magnus habebatur: nunc ea præfecturâ quid abiectius? Vt enim paulò antè diximus, quod nihil habet proprij decoris, opinione vtentium nunc splendorem accipit, nunc amittit. E

Si igitur (prosam concludit) reuerendos facere nequeunt dignitates, si vltrò improborum

» contagione sordescunt, si mutatione temporum » splendere desinunt, si gentium æstimatione vi- » lescunt; quid est, quòd in se expetendæ pulchri- » tudinis habeant, ne dum aliis præstent? Tum me- trum de more pangens, ita occinit.

Metr.4.

Quamuis se Tyrio superbus ostro
Comeret, & niueis lapillis;
Inuisus tamen omnibus vigebat
Luxuriæ Nero sæuientis.
Sed quondam dabat improbus verendis
Patribus indecores curules.
Quis illos igitur putet beatos,
Quos miseri tribuunt honores?

Dein in Prosa sequenti: An verò regna, Regúmque familiaritas efficere potentem valent? B Quidni, quando eorum felicitas perpetuò perdurat? Atqui plena est exemplorum vetustas, plena etiam præsens ætas, qui Reges felicitatem calamitate mutauerint. O præclara potentia, (subdit ironicè,) quæ nec ad conseruationem quidem sui satis efficax inuenitur!

Expertus sortis suæ periculorum Tyrannus, regni metus pendentis supra verticem gladij terrore simulauit. Quæ est igitur hæc potestas, quæ sollicitudinum morsus expellere, quæ formidinum aculeos vitare nequit? Atqui vellent ipsi vixisse securi, sed nequeunt: dehinc de potestate gloriantur. An tu potentem censes, qui satellite latus ambit, qui quos terret, ipse plus metuit? Qui vt potens esse videatur, in seruientium manu situm est? C

Ioan.10. Inanes, vmbratiles, vanæ sunt dignitates. Chrysost. *Nescitis*, inquit olim Dominus ad fratres illos appetitores, *quid petatis*. Chrysostomus: Quasi diceret: Ego vos vocaui ad dexteram de sinistra: & vos vestro consilio curritis ad sinistram. Nesciebant, quid peterent, addit Rabanus: quia delectabat eos culmen honoris, quos nondum exercuerat via laboris. Rabanus in Cat aurea. Glossa.

Isa.40. Caduci planè, transitoriique sunt mundi honores: quia & ipse *mundus transit, & concupiscentia eius. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni: exsiccatum est fœnum, & cecidit flos.* Iob 14. Greg.ibid. Vnde Gregorius ad illa verba Iobi: *Eleuati sunt, & non subsistent*, peregregiè sic fatur: Iniquorum potentia fœni flori comparatur: quia, nimirum, carnis potentia, dum viret, cadit; dum apud se extollitur, repentino intercepta fine terminatur. Vnde est sicut stipula, quæ in altum rapitur; & quasi fumus, qui à nebula attollitur; & sicut nebula, quæ se erigit; sed exortus Solis radius, ac si non fuerit, abstergit: & sicut ros, qui subito calore siccatur; & sicut spumosæ aquarum bullæ inchoantibus pluuiis extinctæ: sed eò celeriùs disruptæ depereunt, quo inflatæ altiùs extenduntur. De iniquis ergo temporalis gloriæ eleuatione tumentibus; sed tamen nulla soliditate in hac vita durantibus, rectè dicitur: *Eleuati sunt, & non subsistent.* D

Osee 10. Huc optimè quadrat illud Vatis Oseæ: *Transire fecit Samaria Regem suum, quasi spumam super faciem aquæ.* Eleganti etenim similitudine Regum constantiam (rectiùs dixerim, inconstantiam) similem facit spumis in tapido flumine prudeuntis, quæ licèt defluentibus velocissimè, maximéque impetu aquis aliquandiu extare, & crescere in altum videantur; tandem subitò commotæ vehementi aquarum cursu, & vi dissipantur, vt breui omnes omninò euanescant. Sic & Regum incon- A stantia in hac humanæ conditionis fluxibilitate, (*Omnes enim morimur, & sicut aqua dilabimur super terram.*) ad instar spumæ extare, ebullire, atque efferri videtur: sed mox citissimo vitæ cursu quasi spumæ, bullæque disrumpitur, ac dissipatur. At Rupertus Tuitensis alia quidem nec minùs propria similitudine: sicut, inquit, in feruente olla superiores aquæ in spumam, bullasque erumpunt, ipsæque bullæ subsilientes colliduntur, & aliis emergentibus, aliæ crepunt, & dissiliunt: ita Samaria, vel decem Tribus iugi feruentes igne discordiæ Reges alios super alios crearunt, & vsque ad decem vices percusserunt. An non igitur *transire fecit Samaria* Reges suos, *quasi spumam super faciem aquæ.* 3.Reg.14. Rupert.ibid

B *Sicut mane transit*, (sic diuersis figuris idem Vates prosequitur;) *pertransit Rex Israel*. Hebr. *Sicut aurora transit, pertransit Rex Israel.* Optimè Regum felicitas *mane* est, vel *aurora* pertransiens. Matutino tempore, in vernis præsertim mensibus, quid lætius, quid iucundius? Sole oriente erumpunt flores, gemmant arbores, prata rident: sed assurgente, summúmque cœli verticem occupante, ecce tibi arescunt flores, marcescunt arbores, flauescunt prata. *Sicut ergo mane transit*, vel *sicut aurora transit, pertransit Rex Israel.* Vix enim præsentis vitæ felicitatem Rex prælibauit, cùm ecce in occasum ruit, nihilo quàm ipsum matutinum tempus in sua felicitate diuturnior, imò vel ipso mane deterior: citò enim manè transit, inquit idem Rupertus; veruntamen iterum reuertitur: Rex autem Israël non reuertitur ampliùs. Quod & signanter Propheta innuit nam, cùm dixisset: *Sicut mane transit*, non contentus fuit dixisse: Transit Rex Israël, sed omnimodum, & irreuocabilem exprimens transitum: *Pertransit*, inquit, *Rex Israel.* quia iam vltra non rediturus est. Vnde, cùm regius ille infantulus, vel ipso nascentis auroræ crepusculo, ac lucis in limine ad occasum pertransisset: *Ego vadam*, inquit parens Dauid, extersis vtcunque lacrymis, *magis ad eum: ille verò non reuertetur ad me.* Osee 10. Hebr. Rupert.Abb. 2. Reg. 12.

O verè breuem, ô fugacem Regum felicitatem! Hanc strenuus ille Machabæorum Dux, Simeon, ingeniosè satis, & graphicè delineauit, cùm *ædificauit super sepulcrum patris sui, & fratrum suorum, ædificium altum visu: & circumposuit columnas magnas: super columnas arma ad memoriam æternam: iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare.* Planè eruditum opus, vbi regiæ maiestatis insignibus naues iunguntur, quæ, nimirum, humanæ vitæ fugacitatem protendunt. Vnde & veteres Imperatores olim, teste Strabone, pictis nauibus, pro regiis coronis vtebantur, vt illa, videlicet, imperatoria maiestas, non firmo solo stabilita; sed fluctuante salo exagitata ostenderetur: & sicut naues quàm ocyssimè perlabentes, nulla sui in aquis expressa vestigia relinquunt; ita pala esset Regibus, quàm citissimè moriturus, omnem illorum memoriam apud homines penitùs abolendam. 1. Mach. 13. Strabo lib.7. E

Qui das secretorum scrutatores, hoc est, Principes sic habent Septuaginta *quasi non sint: Iudices terræ velut inane fecit.* Isa. 40. Septuag.

Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Ad Hebræum: *Velut aqua fluxus, aut somnia, aut bulla, eorum anni erunt.* Psal. 89. Hebr.

Defecerunt in vanitate dies eorum. Alij: *Defecerunt in oris flatu dies eorum.* Psal. 77. Alij.

Quatuor

Zac 6. Quatuor illis Zachariæ quadrigis quatuor mundi imperia comparantur;& quàm apposité: quia, videlicet,non minor in his,quàm in illis volubilitas reperitur.

Ezech 1. In quatuor etiam Exechielis animalibus, quatuor mundi monarchias nonnulli Interpretes intelligi,signatique volunt;súsque déque, nimirum, vt rotæ, voluuntur imperia; humanæ felicitatis expansis præteruolant alis; mundi dignitates, & honores fluctuant inconstantia: *Et aspectus rotarum,& opus earum, quasi visio maris.*

Dan.7. Rupert.ibid. Pulchrè sanè Rupertus ad illud Danielis: *Videbam in visione mea nocte,& ecce quatuor venti pugnabant in mari magno.* Mare,inquit,vitam vocat; vtpote,quæ infinitas habet procellas: ventos autem ipsum impellentes,rerum mutationes. Sicut enim, B Austro flante, ad Arcticam partem fluctus accurrunt; & Borea mare conciante, rursus vnda ad australem partem impellitur:ita quando Assyrij Orbis gubernacula obtinebant, omnes subiectus populos ad se trahebant: translato autem ad Persas regno, translatus est statim subiectorum ad illos concursus.

Philo Iudæus. Sed egregiè pariter, ac eleganter Philo Hebræus,libro,quòd Deus sit immutabilis:Si non libet,inquit,singulorum fortunam perquirere;vide regionum integrarum, & gentium mutationes in melius,ac deterius. Floruit quondam Græcia: sed Macedones abstulerunt ei potentiam. Ante res Macedonum,inclyta fuerat Persarum felicitas: sed vna dies tam ingenti regno finem attulit. Et nunc C Persæ, penes quos paulò antè fuerat imperium, sunt Parthorum prouincia. Fuit & Ægypti olim perampla, magnificáque potentia: sed nubis in morem præteriit eius felicitas. Quid Æthiopes? Quid Carthago? Quid Africa? Quid Pontici Reges? Quid Europa,Asiáque? &,vt compendio dicam, totus Orbis habitabilis?Nónne more nauis, súsque déque iactatæ marinis fluctibus, nunc aduersis ventis,nunc secundis vtitur? Nam Verbum diuinum choreas in Orbe ducit, (alludit fortè ad

Prou.8. illud Prouerbiorum: *Ludens in orbe terrarum.*) & omnes gentes circumlustrando nunc his, nunc illis imperia,vel tribuit,vel adimit. Nihil igitur (concludit Philo)est in humanis rebus præter vmbram, D mutámque leuissimam,sine mora præteruolantem: eunt enim vltrò,citróque, tanquàm æstuaria.

An ergo idem nunc diuinum Verbum huius mundi regna,atque imperia affectasset!Quid tunc

Luc. 4. Alij. cum *ostendit ei Diabolus omnia regna Orbis terræ in momento temporis*, vel *in puncto*?Cognouit equidem omnia hæc momentanea:in momento enim,

Ambr.ibid. vt inquit Ambrosius, cuncta illa prætereunt: & sæpè honor sæculi abiit, antequàm venerit: quid enim sæculi potest esse diuturnum, cùm ipsa diuturna non sint sæcula. Quid ergo vnum Israëlis regnum affectasset, qui omnia orbis terrarum regna contempsit?

Non est ergo,non est,ô Iudæi, quòd ei illudentes E regia eum purpura induatis. Nos, nos miseros dignitatibus semper inhiantes,totósque ambitum spirantes, ambulantésque in mirabilibus super nos, ludicra hac purpura induite:pro nobis enim, qui semper ambimus, Christus hac modò à vobis indutus est purpura.

Bern. ep.42. ad Henric. Senonen. Archiep. Heu! quàm omnes ambimus!Curritur (sic deflens Bernardus)in Clero passim ab omni ætate,& ordine,à doctis pariter, & indoctis, ad ecclesiasticas curas,& tanquàm sine curia iam quisque victurus sit,cùm ad curam peruenerit. Multi(subdit statim) non tanta fiducia, & alacritate currerent ad A honores,si esse sentirent & onera. Grauari profectò metuerent;nec cum tanto labore, & periculo, quarumlibet affectarent infulas dignitatum. Nunc verò, quia sola attenditur gloria, & non pœna, purum esse Clericum, erubescitur in Ecclesia; séque viles æstimant, & inglorios, qui quocunque eminentiori in loco non fuerint sublimati.

At cùm primos honorum gradus meruerint in Ecclesia, (meruerint autem, vel vitæ merito, vel pecuniæ, siue etiam carnis,& sanguinis, quæ *regnum Dei non possidebunt*, prærogatiua;) non ideò corda quiescunt; duplici semper æstuant desiderio, quo vtique magis ac magis,& dilatentur in plura, & ad celsiora sublimentur. Verbi gratia,(exscribo B verba ipsa Bernardi,) cùm factus quis fuerit in quacunque Ecclesia Decanus, Præpositus, Archidiaconus; non contentus vno in vna, plures sibi, imò quotquot valet conquirere honores satagit, tam in vna,quàm in pluribus; quibus tamen omnibus, si locus euenerit, vnius præferet Episcopi dignitatem. Sed nunquid sic satiabitur?

Factus Episcopus, Archiepiscopus esse desiderat. Quo fortè adepto, rursum nescio quid altius somnians, laboriosis itineribus, & sumptuosis familiaritatibus Romanum statuit frequentare palatium, quæstuosas sibi quasdam exinde comparans amicitias.

Nonnulli cùm ista non possint, vertunt se ad aliud ambiendi genus, in quo nihilominùs ape- C riunt eam, quam habent, dominandi libidinem. Nam, cùm præsideant vrbibus valdè populosis,& totas,vt ita dicam,patrias propriæ diœcesis ambitu circumcludant; occasione inuenta ex quocunque veteri priuilegio, satis agunt, vt & vicinas sibi subiiciant ciuitates,quatenus duæ,quibus duo vix Præsules sufficiebant, sub vno redigantur Antistite. Rogo, quæ hæc tam odiosa præsumptio? quis hic tantus ardor dominandi super terram? quæ principandi tam effrænis cupiditas? Quid hoc? Forte vt plures populos salues? Sed in alienam messem, tuam mittere falcem iniuriosum est. Vt tuæ præstes Ecclesiæ? Sed Ecclesiarum Sponso non placet tale vnius incrementum,quod sit detri- D mentum alterius.

Crudelis ambitio,& incredibilis,si fidem oculi non astruerent. Vix tenent manus, quin illud ad litteram impleant, quod legitur in Propheta: *Secuerunt prægnantes Galaad ad dilatandum terminos* Amos 1. *suos* Vbi est illa terrifica comminatio: *Væ,qui con-* Isa.5. *iungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis?* Nunquid in his duntaxat exiguis væ istud metuendum est; non autem cùm vrbes vrbibus, aut prouinciæ prouinciis continuantur? Imò etiam respondeant,si volunt,se imitari Dominum Christum,facientes & ipsi *vtraque vnum*,adducentes & ipsi ex diuersis pascuis greges,vt fiat *vnus pastor,& vnum ouile.* Huius rei gratia non pigritantur crebrò terere limina Apostolorum, inuenturi & ibi, E (quod magis dolendum est,) qui suæ faueant improbæ voluntati:non quòd valdè Romani curent, quo fine res terminetur; sed, quia valdè *diligunt munera, sequuntur retributiones.* Nudè (concludit Bernard.)nuda loquor,nec tego verenda;sed inuerecunda confuto.

Idem alibi tam eleganter, quàm verè: Ambitio Bernard. in subtile malum, secretum virus,pestis occulta,doli Psal.90. artifex,mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium,ex remediis mor-

tem creans, generans ex medicina languorem. Et paulò pòst: Tertia Christi tentatio de ambitione fuit, quando ei Satanas omnia mundi regna promisit, si cadens adoraret eum. Vidésne, (subdit,) quòd ambitionis via adoratio Diaboli est, qua, videlicet, ad honores, & gloriam mundi peruenien-dum suis ille adorationibus pollicetur?

In hora, qua audieritis sonitum tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes adorate statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor Rex. Richardus: Rex Babyloniæ est ille, qui est Rex super omnes filios superbiæ. Et quid est, statuam auream adorare, nisi superbiæ deseruire? Facilè Rex Babylonis quorumlibet sanctitatem deridet, si eos ex sua sanctitate in superbiam erigere possit. Et tunc eos in regno suo libenter patitur, cùm elationi militare eorum studia intuetur.

Statua constituta fuit in campo *Dura*, quod est *pyra ignis*, aut *vinarium*, siue *locus conclusus*, aut *fluuius*, iuxta quem gigantes turrim Babel fecerunt. Væ his, qui ambitionis igne inflammantur: væ his, qui in quibusdam aulis, quasi in vinariis conclusi, aureo quodam ambitionis hamo extrahuntur: væ his, qui in lubrico fluxibilis vanitatis, & Babelicæ turris elatione pedem statuent, *cadentes, cadentes* adorabunt. Vbi Glossa: Nemo Deum cadens simpliciter adorat; sed in faciem: Dæmones autem, & idola adorat cadentes. Hieronymus ad ea verba: *Ad congregandum Satrapas.* Excelsa, inquit, periculosiùs stant, & citiùs corruunt, quæ sublimia sunt:

Tolluntur in altum, Vt lapsu grauiore ruant.

Deiecisti eos, dum alleuarentur.

Seneca: Confragosa in fastigium dignitatis via est.

Ambrosius: Hoc ipso perniciosior ambitio est, quòd blanda quædam est conciliatricula dignitatum, & sæpè quos vitia nulla delectant, quos nulla potest mouere luxuria, nulla auaritia subruere; facit ambitio criminosos: habet enim forepsem gratiam, domesticum periculum; & vt dominetur aliis, priùs seruit; curuatur obsequio, vt honore donetur. Quasi dicat: Cadit, vt erigatur.

Multùm erigimini, filij Leui. Hebr. *Multùm vobis*, non ab alio; sed à vobis erigimini; aut *multùm vobis ipsis* assumitis, & arrogatis, *filij Leui.* Sed terribilis casus: *Dirupta est terra sub pedibus eorum: & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum.*

In cælum conscendam; super astra Dei exaltabo solium meum: sedebo in monte Testamenti. Margin. *Ecclesiæ*, vel *celeberrimo*: *ascendam super altitudinem nubium, simi is ero Altissimo. Veruntamen ad Infernum detraheris* (ô casum!) *in profundum laci. Detracta est ad Inferos superbia tua*, aut etiam *sonitus nablorum tuorum. Qui te viderint; nunquid*, inquient, *iste est vir, qui conturbauit terram, qui concussit regna*, qui omnia súsque, déque euertit, vt ad huiusmodi dignitatis fastigium perueniret?

Certè laborant, insudant ambitiosi, in quos pulchrè Petrus Blesensis epistola ad Sacellanos, aulicos Regis Anglorum, cum charitatis potentia componens ambitionis animositatem, sic fatus: Nihil ambitioso difficile: ideóque ambitio est quædam simia charitatis. *Charitas* enim *patiens est* pro æternis: ambitio patitur omnia pro caducis. *Charitas benigna est* pauperibus: ambitio diuitibus. *Charitas omnia suffert* pro veritate: ambitio pro vanitate. Vtraque *omnia credit, omnia sperat*: sed longè dissimili modo; hæc ad gloriam huius vitæ; illa ad gloriam sine fine.

Felices, qui ob hunc finem sine fine insudant, qui ecclesiasticas dignitates etiam primarias, ac vltrò delatas, vt Christi purpura decorentur, humiliter fugiunt, quamuis etiam possint sanctissimè non recusare.

SPINÆ.

PVNCTVM XXI.

Et imponunt ei plectentes spineam coronam. Marc. 15.

HVccine tandem reciderunt rosæ, quas olim creasti tu quidem, ô veris Sator; sed hominum, qui se iis tam malè coronarunt, planè luxus absumpsit?

Huccine, huccine rosæ, speciosæque mollium, ac voluptuariorum coronæ te, dulcissime Iesu, redegerunt, vt tu pariter nasciturus, non inter rosas; *sed in similiter factam*, vt testatur Sapiens, aut Græcè, *similiter spinis obnoxiam* decideres *terram*?

An nunc forte *spinas, & tribulos* vel Creatori terra progerminet? Ah! prorsus *maledicta terra in opere suo*, quæ spinas non tam erraticis nostrûm omnium plantis, quàm sanctissimo, diuinissimoque Creatoris mei capiti progerminauit.

Nunc, nunc sanè, si vnquam aliàs, verbum *cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ* penè pro effluo vndique sanguine; penè, inquam, *suffocauerunt illud.* Fluuius, nimirum, ille nunc manat, iuxta Ioël. qui *irrigat torrentem*, vel *funium*, vel *spinarum*: funium peccatorum, quibus anteà alligabamur: spinarum, quæ suffocant sementem patrisfamiliâs. Ita Hieronymus.

Afferuntur enim (quemadmodum refert Seraphicus) ex spinis acutissimis, & longis ramusculi quidam, densas habentes spinas, velut clauos cum mortali cuspide artificiosè confectos. Statim ex his sertum quoddam in formam coronæ conficitur, quod sic spinis condensum venerando imponitur capiti; vtque tenaciùs configatur, fustibus coaptatur, & bacculis. Figuntur spinæ cuti pretiosissimæ vsque ad cerebrum penetrantes. Perfoditur, iaculatur totum venerandum caput, totumque iam incipit cruore conspergi. Asperguntur quoque flaui capilli fluenti sanguine, & facies illa serenissima sanguine rubricatur; ita vt non ampliùs facies Domini Iesu; sed excoriati hominis videretur. Hucusque Seraphicus, cui deuotissimum adnecte.

Quartam, inquit Bernardus, purissimi sanguinis effusionem inuenire possumus in corona; non ea quidem leuiter imposita, sed inuidè impressa capiti dulcissimo capitis mei dulcis Iesu. Nec puto hîc riuos sanguinis defuisse, qui à capite irrisoriè, & inuidè coronati defluerent in collum simul, & in faciem: non solùm enim opprobrium illius, sed & supplicium requirebant: nam, si noluissent coronato pœnam simul cum irrisionibus irrogare, faciliùs de aliis ramis potuerant plexisse coronam: sed, vt morum suorum aculeos demonstrarent, gloria, & honore coronatum, nunc spinarum aculeis coronarunt.

En, en modò Arca testamenti, & altera thymiamatis non aurea, sed spinea corona præcinctum!

En

Apoc. 4. En ille, ad cuius pedes Sancti suas aureas deponunt coronas: vt nunc impurj homines diuinum eius caput spinis coronant!

1. Mac. 4. Olim *ornauerunt illi faciem templi coronis aureis:* hi spineo nunc serto caput templi non manufacti, per ipsos mox ad digniorem erectionem destruendi, coronant.

Bern. ibid. cap. 4. O Rex gloriæ! (exclamat Bernardus:) ô corona omnium te confitentium! Ecce operit confusio caput tuum: ingeritur tibi a generatione praua, & amaricante honor derisorius in corona; sed ex spinarum aculeis contendunt in te dolor, & confusio. Nescio, in vtro magis puniaris. Corona derisionem, spinæ ingerunt punctionem.

Certè præter figuram (vt inquit Tertullianus) contumelia in promptu est, & dedecoratio, & his B implexa sæuitia.

Ezech. 2. Nunc verè, *Fili hominis, increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas*; vel ad Pagnin. Hebraicum, *rebelles, & spinæ tecum sunt, & cum tribulis habitas*. Vbi ad exaggerandam inauditæ crudelitatis Septuag. ignominiam, transferunt Septuaginta: *Insanient, & congregabuntur contra te in circuitu.*

Cant. 3. *Egredimini, egredimini, & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum* Bernard. *mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.* O mater amara! (subdit Bernardus,) quid peccauit hic bonus filius tuus! Håncne dotem, hæccine munuscula nuptiis impendis! Dies enim desponsationis, dies ista est; dies indignationis, & blasphemiæ; dies tribulationis, & miseriæ; C dies percussionis, & doloris; dies vinculorum, & mortis; dies desponsationis illius est. Hac arrha, ô anima, Sponsus tuus speciosus subarrhanit te, & ipsa tanquàm Sponsus hodie coronatus processit; coronatus, inquam, non auro, non gemmis, sed spinis.

Theod. in 3. Cant. Ita Christus dilexit mundum (premit eundem locum ante Bernardum Theodoretus) vt, tanquàm ouis ad occisionem ductus sit: sic enim *coronauit eum mater sua*: matrem appellās Iudæam, quantùm pertinet ad eius humanitatem, quæ hanc illi in vita coronam imposuit: spinis enim illum contemptus causa coronauit; ipse verò per spinas suscepit diadema charitatis. Quamobrem desponsationis diem illam vocauit, & diem lætitiæ cordis eius: D tunc enim nuptiarum communio facta est.

Catena Patr. in Can. Sic & Patres in Catena: Spectate, inquiunt, dispensationis rationem *in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis ipsius*, in spinea, nimirum, corona, quam Christi capiti imposuit Iudæorum Synagoga, ex qua ipse est secundùm carnem; in die salutiferæ mortis eius, in qua proprio Sanguine Ecclesiam sibi despunsauit; *& in die lætitiæ cordis eius*, qua salutarem pro nobis mortem opperens, nos ab hostis seruitute liberauit, atque ita Patris obtemperans voluntati, lætatus est spiritu, licèt caruis cruciatibus vexaretur.

Quidni Sponsus hic coronetur, quando & olim solennissimum fuit sponsis coronari? Nuptiæ Tert. de coron. militis. sponsos coronant. Tertullianus: Spina nuptia- E tum facibus auspicatissima. Plinius: quòd vel spi- Plin. lib. 16. cap. 18. neam facem sponsis anteferri moris esset, quasi hoc symbolo sollicitudinum, curarúmque spinæ absumerentur; aut spinis puer obsitus anteire solerer quasi sponso ominaretur, effudi malum, inueni bonum: vnde in Epithalamio Iuliæ, & Manlij Catullus. Catullus:

Exitúsque hilari die,
Nuptialia concinens
A *Voce carmina,*
Pelle humum pedibus, manu
Spineam quate tædam.

Sed diuino huic Sponso spinea corona mortem ominabatur, qui propterea non spinarum floribus, vt sæpiùs sponsi coronabantur; sed spinis ipsis. Mirum, quod de Atiana spina meminit Theophrastus. Ex ea, inquit, illucescente Sole Theophr. lib. 4. c. 15. stillant lacrymæ myrrhæ persimiles. Hoc modò mirabilius, quòd occidente Sole è spinis cælestis Sponsi, capiti infixis, stillent lacrymæ, imò riuuli sanguini persimiles.

O Sponsum certè *decoratum corona!* Isa. 61.

Quis, rogo, è sponsis vnquam tali redimitus corona? Planè, planè nunc *Insuspicabilis portat* Eccl. 11. B *diadema*. Quis enim Dei capiti spineum imponendum diadema fuerit suspicatus? *Quæ conuentio* 2. Cor. 6. Arias Mont. in 34. Iob. *Christi ad Belial?* Hebr. *ad thamnum*, vel *ad spinam?*

Psalmus Epithalamij Sponsi Christi, titulum Psal. 44. in fronte gerit: *Pro liliis*, non pro spinis, nisi huc iterum reuoces: *Lilium inter spinas.*

O Deum verè (non vt olim falsa tulit religio) Deum Spinensem, qui spinas ex agris, antiqua huminum dote, eradicaret!

O Deum verè (non falsò adoratum, authore Plutar. Plutarcho) intùs omninò floridum; foris verò obsitum spinis!

Aufer cidarim, tolle coronam, (auream, scilicet, è Ezech. 21. capite Sedeciæ:) *& hæc non factum est, donec veni-* C *ret, cuius est iudicium & tradam ei.* Litera perobscura Ad Hebraicum: *Aufer infulam, & depone coro-* Hebr. Hieron. *nam; & quæ modò est, non erit.* Cum Hieronymo, & Theodoreto ad Christum. Aufer auream Sedeciæ Theod. coronam imponendam Christi æterni Regis ca- Sanctus. piti; sed, *quæ modò est, non erit*: quia erit spinea. Maldon. ibid. Pagninus: sed *hæc, non hæc*. Septuaginta: *Neque ipsa* Pagnin. *talis erit, donec veniat, cui* (pro nostris criminibus) Septuag. *conuenit, & tradam ei. Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam.* Hebraicè: *Distortam, dis-* Hebr. *tortam, distortam ponam eam*, vt nullius, scilicet, à pœnarum, dolorúmque Rege capiti conueniat.

Egredimini ergo, *& videte Regem* pacificum *Salomonem in diademate, quo coronauit eum* hodie *mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ* D *cordis eius.*

Et verè *in die lætitiæ cordis eius. In die illa erit* Isa. 28. *Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui.* Quis enim amantissimi illius cordis lætitiam explicet? quis charitatis eius Exod. 3. flammas hìc enarrare sufficiat? *Vadam*, inquit olim Moyses, *& videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Sed siste, Moyses: En, en, quod hodie mirere magis. Illic ignis non exarsit in spinis, hìc spinæ exardescunt in Deum; diuinus, scilicet humanitatis rubus ardet, & non comburitur. O, ô quàm nunc magis apparet Dominus *in flam-* Greg. 28. Mor. 1. *ma ignis de medio rubi!*

Et ostendit mihi Iesum Sacerdotem magnum: & Zac. 3. *dixit Dominus: Nunquid non iste torris erutus de* E *igne? Ponite cidarim mundam super caput eius.* Quid! hæcne cidaris munda, tiaráne hæc pontificia? O torrem penitùs ardentem, ac verè erutum de igne diuinæ charitatis!

Quis verò, quis te, ô bonne Iesu, conieeit in spinas? Quid, quæso, opus, vt diuinum tuum caput in spinas inmitteres? Hugo Carensis: Fecit Do- Hugo Card. in cap. 2. Cant. minus sicut canis venaticus, qui feram insequens caput intra spinarū aculeos immittit, non timens exulcerationem, vt feram capiat. Nónne sic fecit

Dominus?

Dominus? Ecclesiam quasi fetam intra spinas, id est, inter reprobos latitantem extraxit; sed punctiones spinarum, vsque ad sanguinis effusionem, sustinuit; in cuius signum spineam coronam portauit in capite.

August. lib. contra hæret. Pulchram hanc animi conceptionem mutuauit ab Augustino: Cùm inter syluas, & montes errares (Christus per ipsum alloquitur animam) quæsiui te, laboraui, sudaui, caput meum spinis opposui, laceratus sum, humeris meis portaui te, Patri meo reddidi te.

2. Reg. 23. August. in Psal. 103. Spinis certè quasi peccatorum ferro (adeò Christus peccatores dilexit) voluit redimiri. *Præuaricatores quasi spina euellentur.* Augustinus: Spinæ quid significant, nisi peccatores, qui quasi hericij spinis peccatorum cooperti sunt? Vnde peregregiè Lactantius: Nos, qui ante cognitionem Dei fuimus spinæ; id est, iniusti, mali, & nocentes eramus; electi ex dumis, & sentibus, sanctum Dei caput cingimus: quia conuocati ab ipso, & circumfusi vndique ad eum, Magistro, & Doctori Deo assistimus, Regémque illum mundi, & omnium viuentium Dominum coronamus.

Lactan. lib. 4. diuin. inst. c. 26.

Diceret: *Corona mea vos estis.*

Cant. 5. Clamaret: *Aperi mihi, soror mea sponsa, aperi mihi: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*; imò spinis tuorum peccatorum.

Ezech. 28. Sed bonum, sanctúmque: *Non erit vltrà spina dolorem inferens.* quia ipse punctiones suscepi Tamverum illud Plinij, quàm quod verissimum: Corona ex alba spina capiti imposita, capitis dolores minuit. Nam, vbi Christus coronatus est spinis, non ampliùs queror. *Caput* (*ventrem* dicebat Propheta) *meum doleo, caput meum doleo.* Quale cinctum oro te, fertum pro vtroque sexu fuit? (verba Tertulliani.) Ex spinis, opinor, & tribulis in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis: abstulit tamen virtus Crucis omnes aculeos mortis in Dominici Capitis tolerantia obtundens.

Plin. lib. 24. c. 12.

4. Reg. 4. Ierem. 4.

Tert lib. de coron. milit.

Baruch. 6. Nunc planè effecta est *in horto spina, supra quam auis* (contemplatiua) *sedet*: non enim modò pungit, sed oblectat.

Matth. 27. Hebr. O, ô spinæ, quæ mihi rosas progeminauerunt. Verè *Iesus Nazarenus*, quod est *floridus*. Verè & *Samaritanus*, quod est *spinosus*. Sed planè nunc sentio:

Ouid. 2. de ponto, eleg. 2. *Sæpè creat molles aspera spina rosas.*

Clem. lib. 1. pæd. c. 8. Psal. 64. Certè mihi spinæ rosas diuinissimi Sanguinis protulerunt, & amodò, velut ait Clemens, abundè licet *ex spinis vuas, & ex tribulis* colligere *ficus*: benedixit enim Dominus *coronæ anni benignitatis suæ, & campi repleti sunt vbertate*: pinguia facta sunt *speciosa deserti, & exultatione colles accincti: induti sunt arietes ouium, & valles* abundant *frumento*; clamant, *& hymnum* dicunt.

Orig hom. 35. in Matth. Vnde pulchrè Origenes: In spinea illa corona suscepit spinas peccatorum nostrorum, intextas capiti suo, vt iam non sint spinæ nostræ antiquæ, postquàm semel eas à nobis abstulit Iesus super venerabile caput suum. Quasi dicat: Iam aget cordis nostri non ampliùs, si velit, sterilescet in spinis, quas ideò suscepit Christus: sed benè cultus, fructus progerminare spinis poterit vberes charitatis. Coronatus est spinis, inquit Hieronymus, vt nos, qui anteà spinei, & infructuosi extiteramus, fructum bonæ arboris apportaremus.

Hieron. in epist. ad Ocean. quæ est de ferendis opprobriis.

3. Reg. 10. Glossa. Hugo Card. In cuius rei typum, inter thesauros, quos classis Hiram afferebat Salomoni, recensentur & *ligna thyina*, quæ iuxta Glossam, & Hugonem Carensem, imputribilia sunt, & spinosa, in similitudinem albæ spinæ. Sed cur, rogo, spinosum lignum inter gemmas, ac thesauros? Nimirum, quia inde nobis ingentes comparantur diuitiæ: vnde Saluatoris spinæ, non tam ipsi spinæ, quàm nobis pretiosæ extiterunt gemmæ: quod fortè respexerunt, qui *ligna thyina, coralia* ad Hebraicum transtulerunt. Hebr.

Sed, quid, inquam, per spinas comparari diuitias? regna ipsa cælestia per spinas comparamus. Sic optimè Hieronymus: Corona spinea capitis eius, diadema regni adepti sumus. Hieron. in 14. Mar.

Huic igitur cedant antiquæ illæ coronæ triumphales, obsidionales, murales, ac ciuicæ, nauales, atque ouales: cedant, inquam, omnes, licèt ex his pleræque aureæ, vni spineæ: quia hac penitùs triumphamus, hac Tartara ipsa deuincimus, expugnamus. Aulus Gell. lib. 5. c. 6.

Sed heu! spinæ, quæ nobis tot bona, tot gaudia, quot, quæso, Christo dolores attulerunt? Chrysost. sermone 3. de quinta feria passionis: Ambitur sacrum caput spinarum aculeis, & diuinum verticem pœnalis coronæ pompa circundat. Chrysol.

Circumdederunt enim *me sicut apes.* Genebrardus: Apum more cum aculeis aliquem obsidentium, circumuolantium, & furiosè impetentium; *& exarserunt*, Hugo Card. igne liuoris, *sicut ignis in spinis*, volentes me ad nihilum redigere, sicut ignis spinas absumit. Psal. 117. Genebr. Hugo Card.

Caput, (heu! deflet Bernardus) caput angelicis tremendum spiritibus densitate spinarum pungitur! Bernard.

Caput, quod æternis gloriæ irradiabar luminibus, heu! nunc peracutis coronatur lumis!

Quis satis cogitare potest (inquit D. Vincentius Ferrerius) quantus dolor venerandum illud caput tot aculeis confixum affecerit, cùm nos vel ad vnius spinæ puncturam ferè intolerabili dolore vexemur? D. Vinc. fer. de Pass. Domini.

Hic, hic parumper, ô anima, considerationis tuæ gressus fige (sic piè monet Iustinianus,) & Redemptoris tui intolerabilem dolorem attende, capitis delicati sensibilitatem considera, spinarum punctiones cerebrum perforantes mirare. Subditque: D. Laur. de triump. agone, c. 14.

Debuit planè mori tanto dolore transfixus; se tamen reseruauit ad vitam, vt his etiam grauiora perferret: at, quantus nihilominiùs hic dolor extitit?

Et milites plectentes coronam de spinis. Græcè, Καὶ οἱ στρατιῶται πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν. *Et milites plectentes coronam ex acribus spinis.* Acres certè, ac peracutæ, quæ Domini tempora (vt ait Tertullianus) & fœdauerunt, & lancinauerunt. Quot spinarum acumina, tot mortes. Ioan. 19. Græcè. Tertull quo supra.

D. Ferrerius quò supra: Corona Christum in capite crudeliter vulnerauit: nam erat ad modum pilei, ita quòd vndique caput tegeret, & tangeret. D. Vinc.

Coronatua, ô bone Iesu, vel *mitra sua circumligata est sibi*, non stellis, non auro, ac *lapide pretioso* contexta: sed spinis. Ezech. 24.

Pelagus operuit caput meum. Hebræus: *Iuncus*, vel *carectum implicitum est capiti meo.* Ionæ 2. Hebr.

Tenuit ceruicem meam immanissima cohors, *& confregit me.* Iob 16.

Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Ad Hebraicum: *Versus est vigor*, vel *succus*, aut *humor meus in siccitates æstatis, dum configitur spina.* Quasi tantus præ dolorissimis, acutissimísque punctionibus sanguis effluxerit, vt ad æstuas penè siccitates, ac ariditates venerit comparandus. Psal. 31. Hebr.

Corona

Reuel.lib.4. c.40. Corona spinea capiti eius arctissimè fuit imposita, (sic ad verbum Sanctissima Deipara D.Brigittæ,) quæ ad medium frontis descendebat, plurimis riuis sanguinis ex aculeis infixis decurrentibus per faciem eius, & crines, & oculos, & barbam replentibus, vt quasi nihil, nisi sanguis, totum videretur; nec ipse me adstantem ad Crucem videre potuit, nisi sanguine expresso per ciliotum compressionem.

Isa.13. Nunc, nunc planè executioni illud mandatum nouimus: *Coronate eum corona tribulationis.*

Psal.31. Psal.38. Verè nunc ad Patrem conuersus dicere poterat: *Grauata est super me manus tua*, ô Pater, *dum configitur spina.* Et à *fortitudine*, aut *à vulnere manus tuæ ego defeci*; hoc est, præ dolore penè deliquium Isa.53. Alij. passus sum. O *virum dolorum*! ô *Sponsum*! ô *Regem dolorum!*

Gen.22. Ah! ah! Deus, & verbi Pater, retrahe iam extensam in pœnas, ac iam validè fulminantem manum. Ne, quæso, ne ferias humanum genus, hoc est puerum tuum, *quem diligis, Isaac.* Sed ecce, ecce iam adornatus ad cædem, & quidem inter vepres Septuag. Hieron. est Iagnus. *Et ecce aries in virgulto Sabacò.* Hieron. *in densitate spinarum.*

Aristias ex Geil. Amor.lib.6. rer.natur. Cæterùm, quis te, Domine, doloribus affecit tantis? quis te, ô bone Iesu, tam erudeliter vulnerauit? Victoria amoris. Amoris cognita fortitudo, sic circa connexam spineam, auream que annoli Salomonis coronam. Spineam nanque diuinis amor contexuit, ac de regia triumphauit; hoc est, diuinum Verbum (vt ita loquar) expugnans, in terram deiecit. Christi siquidem amor in homines, quos *in finem* dilexit, non finem, sed verticem, & coronidem habuit.

Chrys. vbi supra. August.ser. 214.de temp. Verùm Chrysol. In spinis illis nostra eum peccata pungebant. Augustinus: Corona spinea Christi capiti imponitur: quia punctio peccatorum nostrorum (quorum remissione Redemptoris gloria sequitur) arduis tribulis comparatur. Studeamus nunc è diuerso (pulchrè subdit ad mores) vt membrorum vita, capitis sit corona.

Bern.ser.3. de omnib. SS. Bernardus: Ostenditur nobis caput nostrum spinis circundatum, non floribus, vt illum imitemur. Pudeat sub capite spinoso, membrum esse delicatum.

Exod.25. *Inspice, & fac secundùm exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Desine tu legere rosas, vbi Christus legit spinas. Colligat mundus insanus rosas, spinas relinquat: ego in Christi doloribus dolens, colligam spinas, relinquam rosas. En, en Cant.2. nunc verè *Lilium inter spinas.* Curre, ô anima, & quò lilij candore, & odore fruaris, parum sit tibi, si à stipantibus illud spinis aliqualiter compungaris.

Val.Max.lib. 4.c.6. Bern. vbi supra. Excellentissima animaduertenti, ne mediocria quidem præstare, ruboti esse oportet. Valerius.

Ostenditur nobis Christi caput hirsutum spinis, inclinatum in Cruce, vt humiliemur pariter, pariter & confundamur. Bernardus.

Tert. lib. de cor. milit. c.14. Ex Pamelio, & Rhenano. Plin.lib.21. c.4. de rosis centifoliis. Vri, vti tu tunc (inquit elegantissima dissimulantia, ac ironia Tertullianus) laurea, & myrto, & oleâ, & illustriori quaque fronde, & quod magis vsui est, centenariis quoque rosis, ex horto Midæ lectis, & vtrisque liliis, & omnibus violis coronetis, etiam gemmis forsitan, & auro, vt illam Christi coronam æmuleris, quæ posteà ei obuenit; quia & fauos post fella gustauit: nec antè Rex gloriæ à cælestibus salutatus est, quàm Rex Iudæorum proscriptus in Crucem; minoratus primò à Patre modicum quid citra Angelos; & ita gloria, & ho-

A nore coronatus. Si ob hæc (subdit feriò, & grauiter) caput ei tuum debes, tale, si potes, ei tuum repende, quale suum pro tuo obtulit: aut nec floribus coroneris, si spinis non potes; quia non floribus potes.

Clem. Alex. Pædag.lib.2. c.8. Scitè Clemens Alexandrinus vbi vanum, fluxúmque rosarum vsum à Gentilium superstitione damnasset, addidit: Accedit his, quòd à ratione alienum est, vt qui audierimus, Dominum spinis fuisse coronatum, ipsi venerabili Domini passioni per ludum insultantes, habeamus capita redimita floribus.

Surius in Vita S. Elisabeth. Absit, absit à me procul tanta impietas, (inquit olim ingressura templum, Christique simulacrum veneratura religiosissima illa Regis Hungarorum B filia,) vt ibi caput meum tumo fastu superemicantis coronæ superbiat; vbi caput Saluatoris mei spinis coronatum acerbè pungitur.

Absit, (proclamauit & primus ille Ierosolymæ Rex) vt hîc capiti meo auream coronam imponam, vbi milites Christi capiti imposuerunt spineam.

Tertul. lib. de cor. mil. c.1. Ex Tertulliano: Cùm Romæ facta esset liberalitas, donatiui dispensatione militibus facta præstantissimorum Imperatorum, Cæsarum L. Septimij Seueri patris, & M.Aurelij Antonij Caracallæ filij, fortassis ob solennia Cæsarum votis decennalibus; miles Christianus ad Tribunum accedens, qui donatiuum singulis ex ordine erogabat, lauream castrensem manu gestabat, quàm cæteri in C capite. Caussam expostulatus: Christianus sum, respondit. O militem (exclamat Tertullianus) in Deo gloriosum! Solus hic libero capite, coronamento in manu otioso, quòd Christianus esset!

Isa.28. Hi, hi (Fratres) verè sentiebant, *quod & in Christo Iesu.* Hi comminationem illam pertimescebant: *Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim, & erit flos decidens gloriæ exultationis.*

Clem.Alex. vbi sup. Clemens Alexandrinus. Hæc (Saluatoris) corona flos est eorum, qui crediderunt in eum, qui fuit glorificatus: ctuentat autem, & castigat eos, qui non crediderunt.

Iud.9. Et quidem in mentem reuocat Clemens illam de libro Iudicum lignorum parabolam: *Ierunt ligna, vt vngerent super se Regem; dixerúntque ad* D *rhamnum: Veni, & impera super nos. Quæ respondit eis: Si verè me Regem vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite*, vel *sperate*; *si autè non* Alij. *vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.* Liceat nunc, sensu accómodo, ad Christum parabolam inflectere. Debebatur sanè dolorum Regi Rex fruticum, vt omnes in vno recrearet, hoc est, ad eum omnes conuenirent, qui essent ære alieno oppressi, & in angustia constituti, corúmque fieret Princeps: *Venite ad me, omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos.* Quòd si nihilominùs sub arbore hac senticosa elati, ac molles requiescere nolint, si coronam Christi spineam adhuc superbè irrideant, *egrediatur ignis de* E *rhamno, & deuoret cedros Libani*, vt iisdem, videlicet, tunc comburantur spinis, quibus nunc subesse, quásque nunc sentire, & aliqualiter Christo compati, & communicare detrectant.

Osee 14. iuxta Sept. Theod.ibid. Certè nunc animam, quasi vineam electam, spinis vallat, eam sepit, vt aduersariis inaccessibilem faciat: *Ego quasi iuniperus opertens.* Hoc est, iuxta Theodoretum, omni studio te eurabo, ab omnique pernicie tutam efficiam, & inuadentem, quasi quibusdam aculeis perterrefaciam. Quid se-

curius?

curius? *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ*, tuæque A ſpineæ coronæ, quaſi ſepis munitiſſimæ. Sed caue extra eam vagari: quia & diripieris, & deſtrueris, & penitùs proculcaberis. *Deſtruam ſepem eius, & deſtruetur.*

Eccl. 28. *Sepi* igitur, *ſepi aures tuas ſpinis*, quibus tortuoſus coluber arceatur ingreſſu. Sepi oculos, ſepi cor.

Sed ſepi, ſepi & tu, ô Ieſu, vias meas ſpinis, vt rectà incedam, vt ne ampliùs oberrem. Spinas,
Num. 22. quæſo, ſemina, vt regrediar: *quia* valdè *peruerſa eſt via*, per quam incedo, tibique *contraria*.

Ego, ego pullos ille *onagri*, qui me *liberum* nimis
Iob 39. *natum* puto. Ego equus ille laſciuiens, qui *terram vngula* fodio, qui exulto *audacter*, contemno *pauorem*, nec cedo *gladio*. Ego ille. qui curro *contra Deum erecto collo*, ac *pingui ceruice* armor, & roboror *contra Omnipotentem*: tribulis ergo ſeminetur via, vt vngula equi perforetur, & *cadat aſcenſor*
Gen. 49. *eius retrorſum.*

Veget lib. 3. de re milit. Vegetius de re militari ibi: Quemadmodum quadrigis falcatis, vel elephantis in acie poſſit obſiſti. Vbi, inquit, ad pugnam ventum eſt, repentè Romani toto campo tribulos deiecerunt, in quos currentes quadrigæ cùm incidiſſent, deletæ ſunt. Tribulus eſt autem in quatuor palis fixum propugnaculum, quod quo modo abieceris, tribus radiis ſtat; & erecto quarto, infeſtus eſt. Hæ artes, hæc Chriſti ſtratagemata, vt quis per viam ſalutis incedat, ne contra eum *in armis, & in equitibus veniat.*

Act. 9. *Saulus adhuc ſpirans minarum, & cædis*, &c. *Et cùm iter faceret, contigit, vt appropinquaret Damaſco: & ſubitò circumfulſit eum lux de cælo: & cadens in terram audiuit vocem dicentem ſibi: Saule, Saule, quid me perſequeris? Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Domine, quid me vis facere?* quaſi diceret:
Pſal. 31. *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* Hæ, inquam, artes, hæc Chriſti pia ſtratagemata, vt prauis ab itineribus deflectamus.

Sed iam libeat hîc in vnum colligere rationes, cur ſpinis Chriſtus voluerit coronari. Cur rogo te, Domine, tam crudeliter ſpinis transfigi, ac tam dirè exulcerari voluiſti?

Pungentem caput, & cerebrum geſtare coronam,
Cogit amor, cogit vulnera tanta pati.

O amorem! Vt nulla eſſet corporis pars, in qua pro te ipſe non pateret. O, ô amorē! Sic Chryſoſtomus.
Chryſ. Vt terram maledicto ſoluerem, téque coronarem in miſericordia, & miſerationibus: ô charitatem! Sic Hieronymus. Vt ſpinis ſublatis ſemen verbi Dei purgarem: vt te ſollicitudinibus liberarem,
Hieron. mentémque in precibus fundendis inconcuſſam poſſideres. O dilectionem! Sic Athanaſius. Vt
Athan. peccata tua in me ipſo ſuſciperem. O affectum! Sic Remigius. Ergo prorſus
Remig. *Indignum diadema geris, Rex maxime Regum.*
Et ſolùm
Debetur meritis iſta corona meis.

Pulchrè Alexandrinus Clemens coronæ huius
Clem. Alex. lib. 1. Pæd. cap. 8. myſticam dat rationem, ſic fatus: Non cognouit Dominum populus, qui aberrauit: ratione, ac conſideratione minimè fuit circuncifus: verum eſſe Iſraëlem perdidit: Deum perſecutus eſt: Verbum ſperauit afficere contumelia, & quem tanquàm maleficum crucifixit, tanquàm Regem coronauit. Ac peregregiè ſubdit: Quem exacerbauerunt, vt ſe Dominum oſtēderet, hoc de eo in altum ſublato teſtati ſunt, diadema iuſtitiæ ei ſuper omne nomen exaltato tribuentes, per ſpinam ſemper florentem.

Et ſanè, cùm primùm in Domini vertice conſiti ſunt aridiſſimi iamdudum ſentes, ſentire vitam uſque adeò cœperunt, vt & quod Clemens innuit, & aliqui præterea Sanctorum aſſerunt, viriditatem, quam ſemel induerant, poſt illud quoque tempus conſtanter, ac perdiu conſeruarint. Et verò quidni reuiuiſcerent inſtaurati tum demum rubi, qui roſas etiam pretioſi Sanguinis protulerunt? Gregor. Tur. lib. de gloria Mart. c. 1.

Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea Pſal. 131.
Hieronymus huc ſcitè tranſtulit: *Super ipſum autem efflorebit diadema eius.* Chaldæus: *Efflorebit corona mea.* Pagninus: *Inimicos eius induam pudore, & ſuper eum florebit corona eius. Et ſicut cinnamomum, & balſamum.* Alij: *Et ſicut aſpalathum* (è Plinio ſpinea planta in ſceptri formam, radicem habens odoriferam, ac flores roſis perſimiles) *dedi ſuauitatem odoris.* Verè & nunc *Nazaræus* à *nezer*, quod eſt etiam *corona*. Verè & illum Propheta vocauit *virum dolorum*; aut, iuxta alios, *Principem*, ſeu *Regem dolorum*. Hieron. Chald. Pagnin. Eccl. 24. Raban. ibid. Plin. lib. 12. c. 24. Hebr. Iſa 53. Ghiſler in 3. Cant. 19.

B

Vnde nunc maximè videmus. *Ieſum propter paſſionem mortis, gloria, & honore coronatum.* Qui ſi *de torrente in via* bibit; *propterea* & nunc *exaltauit caput.* Hebr. 2. Pſal. 95.

Vnde & Iſaias ait: *Multiplicabitur imperium eius.* Alij, *ad multiplicandum*: alij vero, *ad ſpinas imperium eius*, hoc eſt, Meſſiæ Regis imperium ſpinea corona redimitum, *in æternum, & vltra* perdurabit. Iſa. 9. Alij.

C

Veni de Libano, ſoror mea ſponſa; veni de Libano; coronaberis de capite Amana. Iſraëliticam gentem ex Ægypti ſeruitute ad Palæſtinæ libertatem Sponſus cæleſtis auocabat (Interprete Lyrano) illis verbis: *Veni de Libano*, &c. Additque: In Hebræo pro, *Coronaberis de capite Amana*; habetur: *Reſpicies de capite Amana*: ſicut enim Amana, Sanyr, & Hermon, nomina ſunt montium vltra Iordanem exiſtentium, vnde videtur terra Iudææ; & ideò populus Iſraël illuc veniens, aſpiciebat terram ſibi promiſſam, gaudens propter eius pulchritudinem; & fortè impoſuerant ſibi ſerta, vel coronas in ſignum exultationis, ſecundùm quod habet tranſlatio noſtra. Ita Lyranus. Liceat nunc pari modo & Sponſæ diuiniſſimo Sponſo dicere: *Veni de Libano, veni, coronaberis*; vel, *reſpicies de capite Amana*, iam nunc, ſcilicet, terræ pulchritudinem intueri, iámque tibi coronam impoſitam gratulare. Cant. 4. Lyran. Hebr.

D

Nunc potiſſimùm, nunc *data eſt ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret.* Sic eruditè Iſidorus in epiſtola: Tanquam victor Chriſtus redimitus eſt, quemadmodum clari, & celebres victores faciunt, qui hoc ipſum telum, cuius ope victoriam conſecuti ſunt, in templum geſtant. Apoc. 6. D. Iſid. lib. 1. ep. 95.

Noua bella elegit Dominus, cantatum olim in Debboræ laudem *Noua* regna (cantare nunc liceat in laudem ipſius dolorum Regis) *elegit Dominus*, dum ea ſibi corona ſpinea conquiſiuit. Sane *regnum* eius, quod ſpinis conquiritur, *non eſt hinc.* Iudic. 5.

E

Verè nunc *caput tuum* (ô Rex Regum) vt *Carmelus*, quod eſt *coccinus*, ſanguine rubens, charitate tranſpunctum. Vbi Gregorius: Caput Eccleſiæ Chriſtus, qui bene vt Carmelus dicitur: quia per paſſionem, quam ſuſtinuit, ad glóriam Patris eſt exaltatus. Cant. 7. Hebr. Greg. ibid.

Exulta ſatis, filia Sion; iubila, filia Ieruſalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & Saluator; & ipſe pauper. Septuaginta: *Et ipſe manſuetus.* Pagninus: *Et ipſe humilis.* Hebr. *ngani, Et ipſe abiectus, & oppreſſus.* Iuſtinus: *Et ipſe patibilis.* Zach 9. Septuag. Pagnin. Hebr. Iuſt. in Dial. cont. Tryph.

Et factus eſt principatus ſuper humerum eius. Iſa. 9

Ferculum

Cant. 3. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon.* Crucem secundùm Aponium. Princeps ergo pœnarum: Rex ergo dolorum, ac spinarum.

Triumphat, triumphat modò Rex pacificus, *coronam regni habens in capite suo.*

Ambros. in Luc. 23. Huc spectat Ambrosius: Corona de spinis capiti eius annexa, quid aliud, quàm diuini operis munus ostendit, quod de peccatoribus mundi, tanquàm sæculi pœnis, triumphalis Deo gloria quæreretur. Detestabili itaque (addit) mentis affectu; honoratum tamen Iudæi exitum produnt: nam & compungentes coronant, & illudentes adorant, & corde non credunt; quem perimunt, confitentur. Illis licèt defuit boni operis affectus; Deo tamen suus non defuit honor, qui salutatur vt Rex, coronatur vt victor, quasi Deus, & Dominus adoratur.

Caue ergo, ne ampliùs flosculis tui capitis diuinissimo Christi capiti spinis coronato illudas. Caue, mulier, ne vano capitis ornatu verum tuum caput inhonores. Tertull. lib. de cor. milit. cap. 14. Tertullianus: Si fœmina nudo capite videri non debet propter Angelos, multò magis coronato: fortasse tunc illo coronato scandalizauerit. Quid enim est capiti fœminæ corona, quàm formæ lena, quàm summæ lasciuiæ nota, extrema negatio verecundiæ, conflatio illecebræ? Propterea non coronabitur operosiùs mulier ex Apostoli prospectu, vt nec crinium artificio coronetur. *Non in tortis crinibus*, &c.

1 Tim. 2. Idem c. 15. Et infrà: Serua Deo rem suam intaminatam. Ille eam, si volet, coronabit. Imò & vult. Denique inuitat: *Qui vicerit*, inquit, *dabo ei coronam vitæ. Esto* Apoc. 2. & 3. 2. Tim. 4. & tu *fidelis vsque ad mortem.* Decerta & tu agonem, cuius coronam & Apostolus repositam sibi meritò confidit. Accipit & Angelus victoriæ coronam Apoc. 6. procedens in candido equo, vt vinceret. Et alius Iridis ambitu ornatur cælesti. Protosedent, & Apoc. 10. Ibid 4. Ibid. 4. Presbyteri coronati, eodémque auro & ipse Filius hominis supra nubem micat. Si tales imagines in visione, quales veritates in repræsentatione? Illas Pamel. *Aut ex draconteis herbis, aut gemmis dracontibus.* Plin. lib. 37. Ibid. accipe, illas adora. Quid caput strophiolo, aut dracontario damnas, diademati destinatú? Nam & Reges nos Deo & Patri suo fecit Christus Iesus. Quid tibi cum flore morituro? Habes floré ex virga Iesse, super quem tota diuini Spiritus gratia requieuit, florem incorruptú, immarcessibilem, sempiternú.

O sertum ergo amabile! ó corona gloriæ, & honoris! ó regale! veri Christiani hominis ornamentum! Nunquam, rogo, recedas à corde, nunquam marcescas in capite; sed semper noua virtute reuiuiscas in opere.

Raym. Capuan. in Vita S. Cath. Sen. Hoc Virgo illa sibi semper elegit, Catharinam dico Senensem. Cùm creberrimis Virgo hæc conflictaretur angustiis, & afflictionibus. Sponsus illi apparuit, ferens in dextera manu coronam auream; in sinistra verò spineam; dixitque ei, vt eligeret, vtram mallet. Illa, quæ iampridem omnem voluntatem suam in Dei voluntatem transfuderat: Ego, inquit, Domine, cupio in hac vita tuæ passioni semper cóformari, tuóque auxilio pœnas amplecti pro refrigerio. Simúlque è sinistra Saluatoris spineá coronam feruenter accipiens, illam vi multa in caput suú impressit, illud vndique spinis compungés; ita vt post eam visioné capitis dolores sentiret.

Sic ad similitudinem Sponsi caput illa suum ornauit; hi torti crines, hi Christi sponsarum cincinni: Exod. 4. *Sponsus sanguinum tu mihi es.* Neque enim Clem. Alex. lib. 2. Pæd. cap. 8. citra sanguinem, ait Clemens Alexandrinus, licet ad Verbum accedere.

Bern. lib. de Pass. c. 39. Bernardus: Moraliter autem docemur, imitari caput nostrum Regem, & Ducem nostrum dulcem

Speranza Scriptura selecta.

A Iesum. Si malorum quorumlibet peruersitate compungimur, & irridemur; cùm caput nostrum ita compunctum, ita irrisum conspexerimus, non recalcitremus. Pauca quæ nobis in vitá præsenti, & breui inferuntur, cum omni æquanimitate, & patientia sufferendo, vt digni simus esse membra capitis nostri, & boni bellatores simus, sequendo vestigia signiferi nostri.

Prata iam nunc florentia relinquamus: campestria spinis consita calcare post Christum non formidemus. Sic quondam D. Philippus Nerius virgini cuidam apparens: Per arua hæc spinis obsita incedendum, filia, si huc peruenire desideras. Relinquamus flores; spinas eligamus: caueamus in posterum, ne vanis, noxiísque ambitionum nostrarum spinis Christi caput coronemus. Baccius in Vita S. Phil. lipp.

B Meminit Athenæus Dipnosophistarum, hoc est, Cœnæ Sapientum l. 15. c. 10. semper florentiú quarundam coronarú, ex spinis enascentiú; quasi ambitiosè spinæ ipsæ in coronas erúpant. En modò in Nazaræi (quod est *floridi*, vel *coronati*) capite instaurata spinarum naturalis ambitio, vt regnú; sed nimio coronati dolore, ac detrimento perennaret. Athen. Cœnarum lib. 15. c. 10.

Item fabulæ meminit Ægyptiorum, quòd cùm Æthiopes in Troiam proficiscerentur sub imperio Tithoni; vbi mortuum esse Memnonem audiuerunt, in loco, quo spinæ fructum rotundum producunt ex ramulis quibusdam circularibus, & coronis persimilibus; coronas abiecerunt in spinas, quasi tunc natas è spinis credidissent. En, en modò C non fabulosè; sed verè spinæ in Nazaræum coniectæ, quales producunt coronas! Imò, en modò non fictè, aut histrionicè, sed historicè, vt spinæ non in coronas, sed coronæ vt erumpunt in spinas!

O spectaculum (liceat & nunc exclamare) semper ante oculos habendum! Nunc, nunc Dominus Iesus ambitionis nostræ luit pœnas: quin adhuc quotidie cæleste illud caput spinis perforatur, & cruentatur ab iis, qui honores, ac dignitates ambiunt: neque enim maiora, neque acriora, & quæ caput ipsum petát, vulnera in Ecclesia, quæ corpus est Christi, fiunt, quam cùm honores præsertim ecclesiastici ambiútur: Ite, ite nunc vos, ecclesiasticas dignitates ambite: gradibus, ac honoribus inhiate; & scitote, quòd quoties ambitiosè facitis, D ditissimis spinis Christi caput acerbissimè perforatis.

ARVNDO.

PVNCTVM XXII.

Posuerunt arundinem in dextera eius. Mat. 17.

Et percutiebant caput eius arundine Mar. 15.

ITerum ergo opprobrium, ac iterum dolor. Arúdinú ei in dextera ponunt, vt illudant: arundine eum percutiunt, vt spinæ diuinissimo capiti acriùs E infigantur. Ita Hieronymus: Quia Rex Iudæorum fuerat appellatus, & hoc ei Scribæ, & Pharisæi crimen obiecerant, quòd sibi in populo Israel vsurparet imperium; illudentes hoc faciút, vt pro sceptro regali dent ei calamú, & adorent quasi Regem. Et Chrysostomus: Quod fiebat in Christum, vltimus terminus contumeliæ erat: nec vna particula tantùm; sed vniuersum corpus eius patiebatur iniurias, caput per coronam, arundinem, & colaphos; facies, quia inspuebatur; genæ, quia alapis cædebatur; corpus totum per flagella, & quia denudatum est, & per circundationem chlamydis, & per fictam adorationem, manus per arundiné, quam dederunt Hieron. in Cat. Chrys. ibid.

ei pro sceptro, ac si timerent, ne quid præsumptionis grauissimæ prætermitterent. A

Ah! ah! Pater, siccine *imperium Filio tuo Regi* das? Arundinem ei pro regali sceptro dari permittis? Annon *thronus eius sicut Sol, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis? Tu verò repulisti, & despexisti: distulisti Christum tuum.* Ad Hebraïcum: *Iratus es cum Christo tuo*; vel iuxta Campensem: *Simultatem exerces cum Christo tuo*; aut, iuxta eiusdem paraphrasim: *Abominatus esse videris Christum tuum. Euertisti testamentum serui tui, profanasti in terra Sanctuarium eius.* Hebraïcè, *nizro, coronam, diadema eius. Destruxisti eum ab emundatione: & sedem eius in terra collisisti.* Campensis: Obscurasti splendorem illius; solium illius regium in terram vsque detraxisti: *minorasti dies temporis eius*, decurtasti eius meliores: *perfudisti*, aut *coorperuisti eum confusione.*

Psal.88. Hebr. Campens. Paraph. Genebr. paraph.

O confusionem! *Rex Regum, & Dominus dominantium* pro regali nunc sceptro arundinem tenet! Gratulor, gratulor tibi, *Rex meus, & Deus meus: iugum enim sic oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrũ exactoris eius superasti, sicut in die Madian.* B

Apoc.19. Isa.9.

Virga hæc tua omnes Ægypti virgas deuorauit. Baculus hic tuus arundineus mundanas omnes, quibus innitebamur, cõfregit arundines: & *regnum* nunc *tuum, regnum omnium sæculorum: & dominatio tua in omni generatione, & generatione.*

Exod.7. Psal.144.

Sustine ergo modò, ô potentissime Regum, vt arundine illudaris; vt arundine impij caput tuum percutiant. Veniet, veniet tempus, cùm & ipse conquassabis *capita in terra multorum*, cùm æterna maledictione illa increpabis *feras arundinis*, & maledices *sceptris eius capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me.* C

Psal.109. Psal.67. Habac.3.

Nunc arundine caput tuum percutiunt. Heu! heu dolor! itáne, ita pulsatis Diuinitatis organum, vt tantum edat sonum doloris?

O mœstissimum Pan tam nouæ inuentorem fistulæ! Haud sanè tua in morte auditæ voces: Magnus Pan mortuus est. non ille, scilicet, tam vanè adoratus à Gentibus; sed ipse, qui verus es Pan, quod est Græcè: *Omnia in omnibus.*

Baron annal. Eccl an. 34. ex Plutarch.

Organa olim suspendit populus in salicibus. Heu! quàm ad amaras salices tua mox organa suspendentur!

Psal.136.

Organa pulsantur grauiter, & acutè: & grauibus arundinibus Christi caput pulsatum, grauem, acutúmque ex cuspidibus acutis dolorem persensit. Neque enim, ait Nicetas in Nazianzenum, ex nostratibus arundinibus colligere debeas, eas, quibus Christus affectus est, leues, atque infirmas plagas extitisse; verùm graues, & validas Iudaïcæ terræ arundines tibi animo proponas, quarum mira vis est, & crassities. Vnde, iuxta sui nominis etymon, Iobus, quod est *dolens: Nocte os meum perforatur doloribus.* & Hebraïcè: *Nocte perforauit dolor ossa mea super me.* D

Nicet.in Naz.or. 38. Iob 30. Hebr. ex Pagnin.

O crudelem, diramque hominum feritatem! Vt Christo concilient dolores, ipsam rerum inuertunt naturam. Arundo, ex Plinio, spinarum extractoriam vim habet; recens tusa ad extrahendos valet spinarum aculeos: sed hi super diuinum Christi caput arundinem tundunt, non spinas vt extrahant, sed infigant. E

Plin.lib.4. cap.11.

Siccine, siccine, perfidi vnguentuarij, in aureo mortariolo ad vnctionem diuini huius tabernaculi calamum contunditis?

Exod.30.

Hicne, rogo, calamus emendus Deo, ne quereretur: *Non emistis mihi argento calamum?*

Isa.16. Lyran.& Abul. ibid

Hic sanè calamus adoratus? Calamus hic, scilicet, ita sacchatum habet? ex cannis sic dulcia mella fluunt?

O! nouorum! semper inuentores dolorum! Sed cauete, ô miseri: calamum enim ponitis in dextera eius, quemadmodum ait Hieronymus, vt ille sacrilegium vestrum conscribat, & vos deleat de libro viuentium: qui tamen ideò arundinem assumpsit in dextra, quemadmodum ait Anselmus, vt quod aduersùm nos erat chirographum, deleret; vtque nouum amoris opus, quod in se operabatur, conscriberet.

Hieron.in c. 26.Matth. Ansel. tract. de pass.

At vos, miseri, haud sentitis, quòd vestram in mortem ei dolorem porrigitis?

Quid, quid, rogo, existis in hoc Prætorium *videre? arundinem vento agitatam?* Heu! quantùm *lingua* eius erit *calamus scribæ velociter scribentis*, cùm in vos æternam illam maledictionem conscribet!

Matth.11. Psal.44.

Interim luditis, & illuditis. Irrisus est enim Christus in arũdine fragilli, quasi haberet in regio titulo nuda nomina sine re. Vnde & Sedulius: Datam gestabat arundinem, mundano regno sceptrum verè persimile, quod pro motatione sæpissimè fragile, vacuum, leue cernitur, & caducum.

Sedul. lib 5. Oper.Pasch. c. 1.

Et sanè caducarum, inaniúmque rerum omniũ symbolum Christus non abnuit: inania etenim, vana, fragilia, fluxa sunt omnia. *Omnes gentes quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Quæ est vita vestra? Vapor est ad modicum parens. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.*

Isa.40. Iac. 4. Psal 36.

Quis miraris, inquit egregiè Seneca, quid stupes huius mundi diuitias? Pompa est. Ostenduntur res istæ, non possidentur; &, dum placent, transeunt. Vidistíne, quàm intra paucas horas ille ordo pompaticus, quanuis lentus, dispositúsque transierit?

Senec.ep. 110.

Scitè apud Suetonium Augustus iam iam moriturus, ad amicos: An non personam meam in hac mundi fabula satis commodè egisse videor? Valete ergo, & plaudite. Quasi diceret: Tam inania fuerunt hæc omnia, vt ea fuerint non tam vera, quàm fabula.

Sueton in August.

Inanium ergo, caducarumque rerum symbolo illusus est Christus. Proh indignitatem! proh petulantium hominum audaciam! Vidit quondam Ioannes Angelum habentem *mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem.* Et quid factum? Summa is cum reuerentia accessit, *& mensus est ciuitatem de arundine aurea.* At, vos modò (vos alloquor, ô impudentissimi) quid agitis? Siccine veram hanc ciuitatem Ierusalem; veram, inquam, pacis visionem arundine aurea metimini: Hoc, scilicet, vilissimo calamo Dei templum commensuratis? quin temerario ausu percutitis, profanatis.

Apoc.21.

Olim in Deorum cultum circa aras, tum lucos, tum arundineta plantabant:

Ecce lacu medio sacrorum nigra fauilla
Ara vetus stabat, tremulis circundata cannis.

Ouid. 6. Metam.

Nunc haudquidem in honorem, sed in derisum circa sacratissimã hanc arã, imò super eam arundines ponunt, non vt velut *scintillæ in arundineto* discurrant, sed vt nigræ fauillæ æternaliter comburãtur.

Psal.109.

Cæterùm, velint, nolint, adhuc in arundine Christum honorant. An non sic enim Sacerdotem magnum *secundum ordinem Melchisedech* confitentur, dum iam in Caluariæ monte lituro, pontificalibúsque induto, velo pro amictu, alba

alba pro bysso, pro cingulo funibus, chlamyde pro casula, spinea corona pro tiara, in dextera eius ponunt arundinem pro scipione eburneo, ac lituo pastorali? Ingredere, ingredere ergo, ô *Pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum, non manufactum, id est, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vigilorum; sed per proprium sanguinem semel in sancta, æterna redemptione inuenta.* **[Hebr.]**

Te etenim sic & Propheta præuidit: *Quasi Sponsum decoratum corona.* Hebraicè, iuxta Pagninum: *Tanquam Sponsum consecrabit gloria* Septuaginta: *Sicut Sponso circumdedit mitram.* Chaldaicè: *Sicut Sacerdos magnus, qui ornatur vestimentis suis.* **[Septuag. Chald.]**

Sic & B. Virgo ad D. Brigittam: Ego sum Mater Sacerdotis summi: is in templo meo induit se vestibus sacerdotalibus, in quibus obtulit Sacrificium pro mundo. **[Lib. 3. Reuel. cap. 29.]**

O *Episcopum* ergo, *& Pastorem animarum nostrarum!* O verum Pastorem, qui verè dixisti: *Ego sum Pastor bonus!* Sed, vbi est pedum pastorale? En calamus. Hoc sanè lupos abigit rapaces, hoc sibi commissas à Patre oues defendit. **[1. Pet. 2. Ioan. 10.]**

Verus est Dauid Christus, verúsque Pastor, qui contra Goliath pugnaturus baculum tenebat in manu. Et quid aliud arundo erat, quàm baculus, in quo contra infernalem Goliath latentem gladium vibraret? **[2 Reg. 17.]**

Non ergo Pontificem tantùm, aut Pastorem; sed propugnatorem etiam in arundine Christum confessi sunt. Et hanc idcircò accepit in dextera, vt ea nos pariter armaret. Nouimus iam donaces sagittis conficiendis aptissimas. Accepit ergo calamum, vt eum nobis efficeret donacem eiaculandam *in corda inimicorum.* Nouimus & milites calamophoros apud Rhodiginium. Quidam, inquit Cælius, Chium inuadere cogitantes, consilium inierunt, vt quibus res placeret, calamos proferrent: vnde & dicti, milites calamophori. Quid nunc sibi vult *Chium*, nisi *aperta*, vel *apertura*? & quid nisi Infernum designet, contra quem pugnaturi Christi calamum persecamus: **[Plin. lib. 16 c. 36. Cæl. Rhod. lib. 10. c. 11.]**

O calamum tantorum mysteriorum symbolum! Extat ad hæc calamus, aut arundo vallatoria. Quidni hac arundine se Christus paratum ostendat, vt circa nos vallum efficiat? Quidni arundinem teneat, vt dormientem *in secreto calami* expellat? aut *quasi hamo Leuiathan* extrahat? vel quasi venabulo *feras arundinis* increpet? aut, ceu piscator, sui nos cauos amoris hamo capiat, qui non *Angelos* delapsos; *sed semen Abrahæ piscatur*, ac *apprehendit*? aut veluti vitem electam suffulciat? aut denique, ne tu ampliùs *instabilis* arundo esses? Vnde Ambrosius: Secundùm Marcum caput eius percutitur, vt solidata Diuinitatis attactu, nostra conditio nutare non posset. **[Iob 40. Psal. 67. Hebr. 2. Gagn. ibid. Thren. 1. Ambrof. lib. 10. in Luc. 23.]**

Sed iam idem Ambrosius sua eleganter mysteria depromat, ad illa verba: *Quid existis in desertum videre? Arundinem vento moueri?* sic fatus: Deserto mundus hic comparari videtur, adhuc incultus, adhuc sterilis, adhuc infœcundus, in quem negat nobis ita Dominus prodeundum, vt mente carnis inflatos, vacuósque virtutis internæ viros, & fragili se gloriæ sæcularis sublimitate iactantes, pro exemplari quodam, & imagine nobis putemus imitandos, quos procellis mundi huius obnoxios vita mobilia inquietat, iure arundini comparandos, in qui- **[Ambr. lib. 5. in Luc. 7.]**

* *Speranza Scriptura selecta.*

bus solidæ iustitiæ nullus est fructus, qui forensibus criniti phaleris, nodis obsiti, vacuo oris strepitu sonori, nulla sui vtilitate, frequenter etiam offensione, intus inania, foris speciosa sectantur.

Arundines sumus, nulla validioris naturæ radice fundati. Et si leuis aspirauerit prosperitatis aura, successus vago motu proximos verberamus, inopes ad suffragandum, faciles ad nocendum. Arundines fluuius amant: & nos labentia mundi, caducáque delectant. Tamen hanc arundinem si quis de terræ euellat plantariis, & superfluis exuat, expolians *veterem hominem cum actibus suis*, & scribæ velociter scribentis manu temperet; incipit non arundo esse; sed calamus, qui præcepta cælestium Scripturarum penetralibus mentis imprimat, tabulis cordis inscribat: de quo calamo habes scriptum: *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* **[Col. 3. Psal. 44.]**

Quod ad Christum alij referre volunt. Vno igitur loco, & Verbum, & calamus legitur, & scriba. Verbum: quia de genitali Patris prodiit arcano: *Eructauit cor meum Verbum bonum.* Calamus: quia caro Christi paternæ seriem voluntates expressit, & linguæ mandata diuinæ sacri effusione cruoris impleuit. Scriba: quia calamo suo indiuidua quadam distinctione noui, & veteris Testamenti, vel Diuinitatis, & carnis, paternæ nobis dispositionis mysteria reuelauit.

Tum ad mores: Nunc calamum imitare tuæ carnis temperamento. Et calamum tuum, hoc est, carnem tuam tinge, non atramento; sed Spiritu Dei viui, vt quod scribis, æternum sit. Tali calamo Paulus illam epistolam scripsit, de qua dicit: *Epistola mea vos estis, inscripta, non atramento, sed Spiritu Dei viui.* Tinge carnem tuam in Christi sanguine, sicut scriptum est: *Vt intingatur pes tuus in sanguine.* Et tu ergo vestigium animi tui, & mentis incessum indubitata confessione dominicæ Crucis tinge. Tingis carnem tuam in Christi sanguine, si vitia diluas, peccata detergas, mortem Christi in tua carne circunferas, sicut Apostolus docuit, dicens: *Mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes.* **[2. Cor. 3. Psal. 67. 2 Cor. 4.]**

Concludit: Noli ad terrena inflecti, ne arundinem tuam frangas. Et ideò de Christo, quia non erat ad terrena curuandus, prophetatum est: *Arundinem quassatam non confringet*, quoniam carnem, quam peccata quassauerant, resurrectionis virtute solidauit. Bona arundo, caro Christi, quæ serpentis Diaboli caput, & mundanæ cupiditatis illecebras patibulo Crucis afflixit.

Ad huius iam puncti coronidem, duorúmque præcedentium, purpuræ, ac spinarum quasi anacephaleosim, & epilogum libeat attexere, quæ peregregiè B. Laurentius Iustinianus habet ad mores. Quanta, inquit, in memorato Saluatoris ludibrio mysteria lateant, diligenter aduerte, quatenus spirituales proficientium delicias non ignores. Vestitur quippe purpura, coronatur spinis, deturpatur, genuflexionibus irridetur, & vt prophetizet, à persecutoribus sciscitatur. Equidem his paucis omne ludificationis, per quod ab hominibus malis Dei contemnitur sapientia, voluit exprimere genus. **[B. Laur. de triumph. Christi agone, c. 14.]**

Sacerdotalem in veste purpurea, quæ pontificibus, & Regibus congruit, Insinuat dignitatem. In ea toties illuditur Christus, qui *secundum Ordinem Melchisedech* verus est Pontifex, quoties

KK 2 qui

qui præsunt in Ecclesia, honores ab hominibus quærunt, pretiosarum vestium apparatu nitent, dominatum sibi in Clero vendicant, & transitoriis prosperitatibus delectantur. Nempe, teste Domino, (Matth. 11.) *qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.* Vbi, oro, mutato habitu illusus est Christus? nónne in domo Herodis Regis, & Pilati Præsidis. Iam attende (Psal. 73.) palatia Præsulum Ponunt *signa sua, signa*, sericis apparatibus ornantur, pretiosis vestimentis induuntur, famulorum vallantur multitudine, adulatoribus replentur; & quod sine mœrore dici non potest, domus, quæ egenorum esse receptacula debent, Imperatorum palatia iudicantur. Taceo de cibis, poculis, electuariis, saporibus, vasis argenteis, & deauratis, iocis, confabulationibus, & talibus, quæ in sæcularium Principum ædibus frequentantur. In locis, vbi huiusmodi fiunt, habitationem non inuenit sapientia; neque qui illam agnoscat, reperitur: propterea quasi ignora, & aliena irridetur, & subsannatur. In palatiis itaque Præsulum ma'è viuentium, & in Ecclesia temporalia lucra quærentium, ac superbiæ fastu tumentium, mysticè Christus in purpura illuditur.

Sed à diuitibus diademate spineo coronatur: sunt enim diuitiæ, spinæ acutissimæ, quæ rationale caput hominis pungunt, & perforant, indéque sanguinem ebullire faciunt copiosé. Incredibiliter diuitiarum amor, & terrenarum immoderata cogitatio facultatum mentem spargunt, dissipant vnitatem, pacis bonum perdunt, & amatores suos innumerabilibus delictis immergunt. Iuxta criminum quantitatem spiritualiter sanguis emanat: in sanguine quippe peccatum exprimitur, dicente Propheta: (Psal. 50.) *Libera me de sanguinibus, Deus.* Possidendæ igitur sunt diuitiæ ordinato cum affectu. In ipsis nequaquam finis instituendus est; erogandæ sunt, vt multiplicentur, atque proficiant in futurum, quemadmodum Apostolus exhortans inquit: (1. Tim. 6.) *Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum, benè agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.* Contemptus ergo opum futura non caret mercede, & præsenti commodo: mentis enim extollentiam deiicit, & dominandi extinguit affectum. Cohærent frequenter simul bonorum temporalium affluentia, & principandi amor. Hoc innuit Mediator, qui illudi voluit, sicut in corona spinea; ita & in arundineo sceptro.

Meritò terrena dignitas arundini comparatur, quæ exteriùs viret; & tamen infructuosa, intúsque inanis est, & vacua. Quis in aspectu primo potentum sæculi non appeteret fastum? Quicquid in ipso est, arridere, atque virescere creditur. Accede autem propiùs: diligenter considera, quantis intùs agitetur curis; quale etiam foris proferat germen, vtique inutile, & citò periturum. (Psal. 36.) *Vidi*, inquit Propheta, *impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.* Infœcundi prorsus sunt, qui dominantur, & vacui, tanquàm arundines: infœcundi aliis, sibiipsis vacui. O quantum in ipsis, & per ipsos æterna illuditur sapientia! Illam profectò irrident, qui illius honorem sibi arrogant, & volunt tyrannicè præesse hominibus. Vt dominetur terræ animantibus, non hominibus, institutus est homo. *Dominamini piscibus maris, & volucribus cæli, vniuersisque animantibus, quæ mouentur super terram.* (Gen. 1.) Solus Deus *Rex est potens, & Dominus dominantium, qui habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Nunc itaque, Reges, intelligite: erudimini, qui iudicatis terram: nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.* Quoties ex vestra potestate insolescitis, atque delinquitis, vestro arundineo baculo Christi caput percutitis. Pro eruditione igitur vestra in illusione sua arundineum tenere in dextera voluit.

ECCE HOMO.

PVNCTVM XXIII.

Exiuit ergo Iesus foras portans coronam spineam, & purpureum vestimentum: & dicit eis: Ecce homo. Ioan 19.

ECcum hominem, *virum Ægyptium* (augustinum, ac tribulatum) *virum dignum spectaculo.* (2. Reg. 23. Hebr.) *Spectaculum* certè factus *& mundo, & Angelis, & hominibus.* (1. Cor. 4.)

Ecce, ecce Dauid in Naioth, quod est *pulchritudo*, & *decor.* (1. Reg. 19.) *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* (Hebr. Cant. 1.) Sed heu! heu! *Non est species ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus.* (Isa. 53.) Quia præ horrore (quemadmodum interpretatur Lyranus) auertebant hominem faciem. Vnde Oleastei transfert ad Hebraïcum: *Et abscondebamus faciem ab illo.* (Lyran. Oleast.)

Spectaculum prorsus miserabile, tragicæque crudelitatis, in scenam hodie Pilatus produxit Regem; Regem, inquam, Regum, imò Deum, bis purpuratum, chlamyde, & proprio sanguine, schemate horrendo è sublimi ostentauit: *Ecce homo.*

Hei mihi, qualis erat, quantùm mutatus ab illo! (Virg. 2. Æn.)
Squallentem barbam, & concretos sanguine crines,
Vulneráque illa gerens, quæ circum plurima tulit.

Ecce homo, (ex ore Pilati sic Augustinus.) *Ecce homo* non clarus imperio; sed plenus opprobrio. (Aug. tract. 16. in Ioan.) Si Regi inuidetis, ô Iudæi; iam parcite, quia deiectum conspicitis: flagellatus est, spinis coronatus est, ludibriosa veste amictus est, conuitiis illusus est, alapis cæsus est, feruet ignominia illius, frigescat inuidia vestra.

O spectaculum! ô diuinæ miserationis ineffabile signum! (exclamat Iustinianus,) videre Dei Filium, Angelorum gaudium, & cælestis Ierusalem inextinguibile lumen: Solem, scilicet, iustitiæ totum cruentatum, & squalidum coram vniuersa astare Hebræorũ plebe! Quis contemptibiliùs, quis vnquã reum quempiã crudeliùs tractari conspexit? Debuerant planè saxea emolliri corda, omnémque indignationẽ euanere ad ludibrij talis aspectum. (D. Laur. Iust. de triumph. Christi agone, c. 15.)

Tunc

A Tunc Prophetæ vaticinium nouerant esse completum, quod in persona Domini pronunciatum sic: *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* (Psal. 21.)

Mediatoris calamitatem Præses populo insinuauit, inquiens: *Ecce homo.* illi quippe tribuit, quod nulli miserrimo denegatur. Quod quisque naturaliter habet, commemorauit in Christo. Ecce, inquit, quem persequimini, quem occidere optatis, flagellatus, coronatus, conspurus, illusus, contemptibilis factus. *Homo, enos, infirmus afflictus, aerumnosus, desperata valetudinis, mortis addictus.* (Psal. 8. Gen. 4. Corn. à Lap. ibid.)

Ecce, ecce homo. Quasi diceret: *Quousque ergo irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos: tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ?* (Psal. 61.)

Ecce homo breui viuens tempore, repletus multis miseriis: qui quasi flos egreditur, & in ipso ætatis suæ flore. (Iob 14.)

Homo est: sed *& quis cognoscet eum?* *Ignoto Deo. Quasi absconditus vultus eius, & despectus.* (Ierem. 7. iuxta Sept. Isa. 53.)

O hominem, in quem summa desæuit inhumanitas! O hominem nihil hominis; sed feræ potiùs canibus agitatæ, aut etiam decorticatæ referentem! Bestiam penè excoriatam crediddisset populus, ni dixisset Pilatus: *Ecce homo.*

Hominem dixit, vt animos persequentium emolliret; sic D. Leo: Quod Pilatus implacabilis populi victus insania, multis Iesum dehonestari ludibriis, & immodicis vexari permisit iniuriis: quòd eum flagellis cæsum, spinis coronatum, amictu irrisoriæ vestis indutum, persequentium ostentauit aspectibus; mitigandos proculdubiò inimicorum animos existimauit, vt exsaturatis inuidiæ odiis, non vltrà iam crederent persequendum, quem tot modis intuebantur afflictum. *Ecce homo* hoc est, hominem hominibus ostendo. Certè, si belluam, si carnem hoc rerum statu videatis; indolescatis tamen: sed, *Ecce homo.* (D. Leo ser. 8. de Pass.)

Saluianus epistola ad Paræn. Perorans in Romano foro Seruius Galba, consumptis iam cunctis oratoriæ artis, & ingenij subsidiis, cùm parum se promouisse intellexisset; paruulum, quem secum habebat, Galli clarissimi, & nuper mortui filium, & paruas ante subsellia auditorum indoles suas, in consessu Iudicum produxit; quas cùm lautis sententiam commendaret, fractæ affectu omnium mentes, & inclinatæ sunt. (Saluian. ep. ad Paræn.)

Quintilianus, suarum Institutionum libro 6. Producere ipsos, qui periclitentur, squalidos, ac deformes, & liberos eorum, ac parentes, institutum, & ab accusatoribus ostendi cruentum gladium, & lecta è vulneribus ossa, & vestes sanguine perfusas videmus, & vulnera resolui, ac verberata corpora nudari. Quarum rerum ingens plerunque vis est, velut in rem præsentem animos hominum ducentium: Et populum Romanum egit in furorem prætexta Caij Cæsaris prolata in foro cruenta. (Quintil. lib. 6. Inst. c. 2. Sueton. in Vita Cæs. Appian. lib. 2 belli ciuil.)

Pilatus ergo populo implacabili, Christum, non Iudaico ritu, quadraginta, aut triginta nouem ictibus; sed Romano, sine numero, seruorum instar, flagellatum, arte magna producit, ac detecti cruentum pectus, costas flagris laceras, ostentat dicens: *Ecce homo.* vel sic animos emollituros, vel sic ad commiserationem ratus, feros illorum animos permouendos. Ita Cyrillus, Chrysostomus, & Augustinus. (Cyr. lib. 12. c. 15. in Ioan. Chrys. hom. 83. Auct. tract. in Ioan.)

Ecce homo, inquit, verbo digitóque illum ostentans, ac ferè testimonium ferens, quòd homo esset: secùs pro homine non habendus.

Speranza Scritturæ scelta.

Ecce Rex vester: sed iam Rex cui non thronus, aut regnum; sed *solum superest sepulcrum.* (Ioan. 19. Iob 17.)

Ecce, ecce homo, & vos igitur homines esse mementote. Homo, qui homine calamitoso est misericors, meminit sui. *Si videris nudum, operi eum: & carnem tuam ne despexeris.* (Senec. in prouer.)

Heu! heu! *quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus est: quia excelsus reputatus est ipse.* Hebr. *In quo reputatus est ipse?* Chald. *Quasi nihilum reputatus est ipse.* Quiescite tamen: quia spiritum in naribus habet. (Isa. 2. Isa. 2. Hebr. Chald.)

Nimirum, seuerissimus iniuriarum vltor est homo: vnde hic maximè vobis, ô Iudæi, timendus, B quia homo. Heu! vos miseri, quibus non Deus monstratur, sed homo.

Sed, ô omni adhuc fera crudeliores homines! Verè *filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. Facta est mihi hereditas mea, quasi leo in sylua: dedit contra me vocem suam.* (Thren. 4. Ierem. 12.)

Quis hinc non sperasset Christo salutem certam? Verùm, vt ignis oleo, ac lignis: sic illi hinc magis inarserunt. Velut canes, sanguine duntaxat viso, grauiùs adlatrarunt.

Sævit canum latratus in auras. (Virg.)

Verè *canes impudentissimi, nescierunt saturitatem.* Elephantes sanguine conspecto, ferociores. (Isa. 56.)

Proh! hominum inaudita feritas! Cæsarem ipsum fleuisse fama est, viso Pompeij infensissimi, C iratique hostis capite. Hi nulla penitùs commiseratione tacti, non solùm temperauere à lacrymis; sed insano insuper furore percitii, oculos auerteruot, quòd *grauis esset illis ad videndum*; & clamauerunt: *Crucifige, crucifige eum.* (Sap. 2. Ioan. 19.)

O scelerum furor! facinus Infandum! Producitur in publicum lacera effigies mortui spirantis, nec inuenit miserationem; sed acuit iram; & mortuorum suscitator, præ infami sicario, & scelerato homicida, præ pestifero monstro, ac turbulento, dignus morte iudicatur!

Videte Verbum Domini: nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? Septuaginta: *Aut terra plena sentium.* Planè terra spinarum, vndique perfossus, ac laceratus. (Ierem. 2. Septuag.)

D Et certè hîc causæ erant permagnæ ad commiserationem Impetrandam; videlicet, Præsidis preces, quæ armatæ: modus petendi, nudato, nimirum, verberati corpore: persona, quæ petebatur, Christus Iesus, Deus homo: tempus publicæ lætitiæ, Pascha. Nec his tamen omnibus sensus humanitatis vllus? nec his omnibus corda illa duriora saxis, vllatenus ad miserationem permota.

Ecce igitur *homo*, (ad te, ô Pater, sermonem conuerto, quando homines hominem factum non agnoscunt,) *respice in faciem Christi tui.* Filius tuus hic, pro nobis *natus est ex Maria Virgine, & homo factus est.* (Psal. 83.)

E *Ecce homo*, qui vt hominem ad pristinam tuam imaginem restitueret, hominis penè, quam assumpserat, imaginem perdidit. Isne ille, ô Pater, qui est tuæ *splendor gloriæ, & figura substantiæ?* Isne tecum *in principio in die virtutis tuæ in splendoribus Sanctorum, ex vtero ante Luciferum genitus?* Planè: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Propter scelus populi mei percussi eum.* (Gen. 3.)

At tu, ô Mater, nosti Filium hunc tuum? *Ecce homo. Vide, vide*, Mater, *vtrùm hæc tunica Filij tui sit, an non? Tunica Filij mei est. Homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus.* (Psal. 86.)

Tu solos ergo, ingratissimus homo, hominem

Hebr. 12. non recognoſces? O homines, *Recogitate eum, qui talem aduerſus ſemetipſum à peccatoribus ſuſtinuit contradictionem.* Contemplamini nunc, ſuperbi, humilem: ambitioſi, intuimini deſpectum: auari, reſpicite liberalem, vel vſque ad pretioſi ſui ſanguinis effuſionem: iniuriarum vindices, diſcite agni huius manſuetudinem: voluptatum amatores in hoc pœnarum ſpectaculum oculos defigite, vt veſtras coërceatis libidines, cupidinúſque flammas extinguatis. Videte, videte in vibicibus eius, ſerpentem toto corpore veſtro luxuriæ pruriginem: in corona capitis eius ſpinea, capitis veſtri ſuperbiam, & elationem: in arundineo ſceptro totius vitæ veſtræ vanitatem, & faſtum: in veſte purpurea veſtram animaduertite ambitionem. Exhibitum vobis agnuſcite congenitæ complacentiæ ſtudium, ſtultum auræ popularis venatum, laudiſque propriæ nundinationem; &, vt compendio dicam, vos ipſos in hoc irriſionum, dolorúmque ſchemate, totos ad viuum intuimini, caſtigatámque in eo contemplamini vitæ totius veſtræ vaniſſimæ fabulam, ne & vos poſtea à ſumma cum confuſione oſtendamini, dicatúrque de vnoquoque veſtrûm: Pſal. 51. *Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum; ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in vanitate ſua.*

Væ nobis, (fratres,) ſi plagoſus ita, ita liuidus pro nobis fieri dignatus non eſſet. Planè tales eſſemus & nos, niſi hic vnus *homo* patiendo reſtituiſſet rem. Tales nos è Dei manibus exiremus, niſi taliter tuliſſet ille exire è manibus hominum.

Sed hæc ſpes noſtra ad Deum, hæc fiducia munimur, vt cùm malorum hinc multorum, illinc bonorum nullorum, aut paucorum conſcij, in Pſal. 48. deſperationem vergimus, & dicitur nobis: *Frater, non redimit.* dicamus protinus: *Redimet homo, & dabit Deo placationem ſuam. Ecce homo* obſes noſter. 1. Pet. 2. *Ecce homo, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.*

Plorabat olim Propheta, Dei perſonam referens: Ierem. 4. *Intuitus ſum, & non erat homo. Ecce, ecce homo,* qui modò interpoſitus ſtabit.

Ioan. 5. Conquerebatur ille: *Domine, hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Ecce homo, ecce homo,* qui ſuis ipſis languoribus ſanet omnes languores noſtros.

Ecce homo: quid quereris? ſtagno merſare ſalubri,
Ille poteſt: tantum, quò velit, ipſe velis.

O ergo *homo pro hominibus conſtitutus in iis, quæ ſunt ad Deum, qui condolere poſſit iis, qui ignorant, & errant, tentatus per omnia,* ſis mihi *homo*, & quando es homo Deus, ſis mihi in omnibus homo Deus.

ABLVTIO MANVVM.

PVNCTVM XXVII.

Accepta aqua, lauit manus coram populo dicens: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. Mat. 27.

Deut. 21. M*Anus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc.* Certè ais.

Prou. 30. *Et tergens os ſuum, dicit: Non ſum* operatus *malum.*

Ierem. 2. O, ô immunde, *ſi laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculatus es in iniquitate tua coram Domino.* Non purgant, non purgant contaminatum animum manus lotæ, inquit verè, & appoſitè D. Leo; nec in aſperſis aqua digitis expiatur, quòd, famulante impia mente, committitur. D. Leo. ſer. 8. de paſſ. *Quis enim extendet manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit?* 1. Reg. 26.

Quid niteris bonam oſtendere viam tuam, dicens: Abſque peccato ego ſum, & innocens? Ecce ego iudicio contendam tecum: quia dixiſti: Non peccaui. Ierem. 2.

Laua, laua à malitia cor tuum, ô Pilate, *vt ſaluus fias.* Verùm *immunditia tua execrabilis.* Vnde in te Ambroſius: Innocentem ſe voluit oſtendere Pilatus verbis, & manus abluendo: non tamen ſatisfecit, ſe oſtendere innocentem; oportuit ſe facere innocentem ſoluendo Ieſum: manus quidem lauit; ſed facta non diluit: iudex enim nec inuidiæ cedere debuit alienæ, nec timori, vt mortis ſanguinem innocentis addiceret. Ierem. 4. Ezec. 24. Amb. in Luc.

Et pulchrè D. Leo ſic fatus: Nec in accuſato Pilatum reperiſſe culpam, nec in ſententia ſua tenuiſſe conſtantiam, docet ipſa cognitio, in qua iudex, quem innocentem pronunciat, damnat, adiiciens iniquo populo ſanguinem iuſti, à quo abſtinendum ſibi, & intellectu proprio ſenſerat, & ſomnio vxoris nouerat. D. Leo.

Pueriliter ergo (addit tam acutè, quàm piè Iuſtinianus) coram populo, aqua accepta, lauit manus ſuas dicens: *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius.* Lauit manus ſuas, tanquàm ſi per ablutionem corporis ſordes tergerentur animarum. Fefellit illum ſtulta opinio. Non eſt corporalium macularum punitor Deus; ſed ſpiritualium: neque de exteriori; ſed de interiori ſtatu hominum iudicat. B. Laur. de triomph. Chr. ſt. ago. c. 15. *Lauamini,* (inquit per Prophetam,) *mundi eſtote: auferte malum cogitationum veſtrarum: quieſcite agere peruerſè: diſcite benè facere: quærite iudicium: ſubuenite oppreſſo: iudicate pupillo: defendite viduam.* Nitorem igitur conſcientiæ, animæ pulchritudinem, mentis munditiam, atque ſynceritatem vitæ ab vnoquoque noſtrûm exigit: nec diſcutit, vtrùm quis *non lotis* manducet *manibus*, aut immundis incedat pedibus, ſeu maculoſis, ſciſsíſque veſtibus gradiatur. *Ego ſum* (inquit ipſe) *qui ſcrutor renes, & corda: & do vnicuique ſecundùm opera ſua.* Dupliciter igitur deliquit Præſes, & neutrum ſatisfaciendo deterſit: pro humano timore contra mentem egit, & iniuſtiſſimè damnauit innoxium: proprium aliis impoſuit facinus, atque ſine compunctionis gemitu ſola manuum ablutione ſe Deo ſatisfacere credidit.

Sed peregregiè Hieronymus, hanc manuum ablutionem expendens, quid in ea ſibi Pilatus voluerit, declarat. Pilatus, inquit, accepit aquam iuxta illud propheticum: *Lauabo inter innocentes manus meas.* quodammodo in hoc conteſtans, & dicens: Ego quidem innocentem volui liberare: ſed, quoniam ſeditio oritur, & rebellionis mihi contra Cæſarem crimen impingitur, *innocens ſum à ſanguine iuſti huius;* vos videritis: quaſi dicat: Ego miniſter legum ſum, vox veſtra ſanguinem fundit. Hieron. in Cat. Mat. 27. Pſal. 25.

O præſidem infelicem. Fruſtrà, fruſtrà (exclamat in te Cyprianus) manus in Prætorio abluis, à ſanguine Domini, te profitens innocentem. Tunc ipſe cauſam mortis cùm diligenter inquiſieris, te non inueniſſe in eo fateris: ipſa coniux tua nihil tibi, & iuſto huic eſſe mandauerat: non excuſas; ſed accuſas: cauſam tibi facis cum Iudæis communem: illi ſe proditione, tu parricidio te condemnas: illi linguam; tu ferro occidiſti tam te, quàm illos inauditæ crudelitatis ſcelus inuoluit. Veniet anima tua in Cyprian. ſer. de paſſ. Chr.

manus

manus Iudicis, quem condemnas, fractísque tribunalibus tuis iudicaberis, & demergéris in profundum Inferni; eritque tibi, & Iudæ scelerato in tenebris, & gehennalibus flammis pœnæ irremediabiles, inconsumptibiles ignes, dolores perpetui, & tormenta æterna.

Nihil planè potuit Pilatum excusare, quòd innocentem capitis damnarit: nullo his certè iudicio, aut iure vsus est, nulla æquitate in eo damnando, qui fuit innocens publicè pronunciatus: sed secutus est miser rationes priuatas rerumpublicarum, & statuum, quas vocant, quæ à sæculi humana prudentia excogitatæ, infelices rebuspublicis, & statibus exitus persæpè moliuntur.

O peruersam, damnandámque status rationem! Applaudere is voluit populo, proceribus, Cæsari magis; quàm Deo. Marc. 15. *Pilatus autem volens satisfacere populo.* Detulit, nimirum, multitudini, ac proceribus, Politicorum instar. Pluris fecit Cæsaris amicitiam, quam Dei gratiam.

Arist. 10. Eth. 7. Princeps liber sit ab affectibus, oportet. Non rectum est, hominem, (inquit Philosophus,) quem affectus animi sollicitant, & non potiùs legum, in republica dominari.

Idem c. 12. Qui legem imperare iubet, is Deum, & leges iubet imperare: qui verò hominem, belluam adiungit: huic enim similis est cupiditas: & ita Magistratus etiam optimos peruertit.

4. Polit. c. 14. Respublica nulla est, vbi leges non tenent imperium.

1. Rhet. c. 1. Non oportet in iram, aut inuidiam Iudicem impellendo, à recto Iudicem flectere: ne similes ei simus, qui eam, qua vsurus sit, regulam priùs inflectit.

10. Eth. 12. Lex, mens est sine appetentia.

Iudex ergo regula inflexa, peruersa est, si in affectus inflectitur.

Ratio status non damnanda absolutè; sed ea, quæ mala. Hæc Tyrannum, non Regem facit.

5. Polit. 10. Pertinet ad Regis officium prouidentem esse, vt nec diuites iniuria, nec populares contumelia afficiantur. Tyrannis nullam habet boni publici rationem, præterquàm compendij sui gratia: est autem tyrannicum propositum voluptas: regium autem honestas.

8. Eth. 12. Tyrannus suam, Rex eorum, quibus imperat, vtilitatem spectat.

5. Polit. 10. Peruersæ status rationis maximæ, regulæque tyrannidis; conductos retinere custodes; sumptus facere in educando; populo suo in nulla parte confidere; arma ciuibus adimere; multitudinem populi conculcare; vexare nobilitatem; clam euertere, & palam, & in exilium pellere: vnde Periandri consilium Thrasybulo datum, supereminentes spicas mutilare, tanquam opportunum fuerit eminentiores ciuium de medio tollere.

D. Thom. opusc. 20. c. 3. Ex D. Thoma, præclaro illo opusculo de regimine Principum, ad mentem Philosophi: Discordias seminare, exortas nutrire, & ea, quæ ad fœderationem hominum pertinent, vt connubia, & conuiuia prohibere, & cætera huiusmodi, per quæ inter homines solet familiaritas, & fiducia generari; conari, ne potentes, aut diuites fiant, ne potentia, aut diuitiæ Principi nociuæ reddantur, &c.

O verè tyrannicas rationes! Nunc, ni fallor, sapientem habeo: Prou. 28. *Regnantibus impiis ruina hominum. Cùm impij sumpserint principatum, gemet populus. Cùm surrexerint impij, abscondentur homines. Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet eam.*

Osee 13. Et de his Vates: *Et dixisti: Da mihi Regem, & Principes. Dabo tibi Regem in furore meo.*

A

3. Reg. 12. An non talis ille, qui dixit: *Pater meus aggrauauit iugum vestrum: ego autem addam iugo vestro: pater meus cecidit vos flagellis; ego autem cadam vos scorpionibus.*

1. Reg. 8. An non persimilis ille primi Regum: *Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi curru, & equites, & præcursores quadrigarum suarum; & constituet aratores agrorum suorum, & messores segetum, ac fabros armorum suorum: filias quoque vestras faciet sibi focarias, vnguentarias, & panificas agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, &c.*

Itáne, rogo, Principes diu imperent? hísne legibus, aut tyrannicis rationibus diu viuant? Aristoteles Politicorum 5. 5. Polit. 10. Corrumpitur autem regnum duobus modis: vno, si seditio oriatur inter eos, qui participes sunt regni: alio modo, si tyrannicè gubernare pergant, volentes esse domini plurium, & contra legem.

B

Prou. 20. *Rex, qui iudicat in iustitia pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.*

Eccle. 10. *Sedes Ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis.*

D. Thom. opusc. 20. c. 10. Tyrannorum dominium diuturnum esse non potest, inquit D. Thomas, cùm sit multitudini odiosum: non potest enim conseruari, quod votis multorum repugnat: vnde vix potest contingere, quòd Tyranni dominium protrahatur in longum: non enim conseruatur amore, sed timore: timor autem est debile fundamentum.

C

Iob 15. *Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius: & cùm pax sit, ille insidias suspicatur: non credit, quod reuerti possit de tenebris circumspectans vndique gladium: cùm se mouerit ad quærendum panem, nouit, quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut Regem, qui præparatur ad prælium. Habitabit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius: nec mittet in terram radicem suam. Antequam dies eius impleantur, peribit.*

D. Pet. Dam. lib. 7. ep. 5. Exempla cape, eáque à B. Petro Damiano eleganter relata. Galba, inquit, Romanus Imperator quatuor tantommodo mensibus imperauit, & in Romæ foro gladio percussus occubuit. Taceo Neronem, prætereo Othonem, quos à semetipsis interfectos Romanæ Reipublicæ testantur Historiæ. Nónne Vitellius interemptus est à Ducibus Vespasiani? Nónne & Pertinax occisus est à militibus Prætorianis? Macrinus, Antonius, Alexander, Philippus, Gallienus, nónne omnes hi Imperatores militaris impetus gladios pertulerunt?

D

D. Ambr. 2. Off. 7. Principi diligi a subiectis præstat, quàm timeri. Ambrosius secundo de officiis: Dauid fortis in prælio, mansuetus in imperio, ideò non credidit; quia charus omnibus fuit, & diligi à subiectis, quàm timeri maluit: timor enim temporalis tutaminis seruat excubias, nescit diuturnitatis custodiam. Et in prima Philippica Tullius Antonium absentem ita alloquens: Illud magis vereor, inquit, ne ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes, plùs te vnum posse, quàm omnes; & metui à ciuibus tuis, quàm diligi malis. Quòd si ita putas, totam ignoras viam gloriæ. Charum esse ciuem, benè de republica mereri; metui verò, & odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum: quod videmus in fabula ipsis, qui Oderint, Tullius in Philip. 1.

E

dum metuant. dixerint perniciosum fuisse. Vtinam, Antoni, auum tuum meminisses. Putásne illum immortalitatem mereri voluisse, vt propter
» armorum habendorum licentiam metueretur? Illa
» erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem
» cum cæteris, Principem dignitate. Beatus est ne-
» mo, qui ea lege viuit, vt non modò impunè; sed
» etiam cum summa interfectionis gloria interfici
» possit.

Princeps quò diu, ac feliciter principetur, sit (Psal. 44.) clemens, oportet. *Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna; propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.* (D. Thom. de erud. Prin. c. 14.) D. Thomas, vel quisquis Author est libri de eruditione Principum: Dominus, inquit, primum Principem populi Moysem constituit, qui (Num. 12.) *erat mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Et 3. Regum legitur (3. Reg. 20.): *Audiuimus, quod Reges domus Israel clementes sunt.* Isaias (Isa. 16.) petit clementem dominatorem: *Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ.* Et talis missus est: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* (Matth. 21. Prou. 21.) Lex eius vocatur *Lex clementiæ.* Et in signum clementiæ vnguntur Reges. Vel Assuerus, qui erat infidelis, voluit *potentiæ nequaquam abuti magnitudine; sed lenitate, & clementia gubernare subiectos.* (Esth. 13.) Vnde Seneca: Nullum ex omnibus clementia magis, quàm Regem, aut Principem decet.

Septem sunt, quæ Principem incitare debent ad clementiam. Primum, humana ipsa natura, cui potissimùm clementia, & mansuetudo congruit. Secundum, nobilitas animorum, qui regendi sunt. Seneca: Remissius imperanti meliùs paretur: nam contumax est humanus animus: & in contrarium, atque arduum nitens, faciliùs sequitur, quàm ducatur. Tertium, exemplum: inter exempla verò præcipuum exemplum est Summi Principis, scilicet, Dei, qui (Ioel. 2.) *benignus, & misericors est, & præstabilis super malitia.* Seneca: Si Deus placabilis est, & delicta potentum non statim fulminibus persequitur, quantò æquius est, hominem hominibus præpositum miti animo exercere imperium? (Cyrill. Alex. Apolog. ad Theod.) Decet supremas excellentias, (inquit Cyrillus ad Theodosium, sic Principis animum ad parcendum reis flectens,) vt serenæ sint, & placido animo. Seneca
» pulchrè de Rege apum: Iracundissimæ, ac pro ca-
» ptu corporis pugnacissimæ sunt apes, & aculeum
» in vulnere relinquunt: Rex ipse sine aculeo est:
» noluit ipsum natura, nec sæuum, nec vltionem in
» magno constitutum petere, telúmque detraxit,
» iram eius inermem reliquit, exemplum hoc om-
» nibus Regibus ingerens. Pudeat ab exiguis anima-
» libus non trahere mores. Tantò moderatior homo
esse debet, quantò vehementiùs nocet. Quartum, humani sanguinis pretiositas. Idem Seneca: Clementia alieno sanguini, tanquàm suo, parcit; & scit homini non esse homine prodigè vtendum. Quintum, finis, ob quem Principes sunt super alios constituti, vt, scilicet, hominibus medeantur: vnde verecundum est Principi, si eum occidit, cui
» mederi debuit. Non minùs sunt turpia Principi,
» inquit Moralis, multa supplicia, quàm Medico
» multa funera. Idem: Princeps alios ex ciuibus suis, quia vtiles sunt, ac boni, libens videat; alios in numerum relinquat; quosdam esse gaudeat; quosdam esse patiatur. Sextum, quòd clementia Principi securitatem dat: Errat, inquit Seneca, si quis existimat, ibi tutum esse Regem, vbi à Rege nihil tutum est. Securitas securitate mutua paciscenda est. Non est opus, laterа montium abscondere

A multiplicibus muris, & turribus sepire. Saluum Regem clementia in aperto præstabit: crudelitas hostes multiplicat. Item: Oportet, voluntas antè sæuiendi deficiat, quàm causa: alioquin, quemadmodum præcisæ arbores pluribus ramis repullulant, & multa satorum genera, vt densiora surgant, rescinduntur: ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo: parentes enim, liberi, & propinqui, & amici eorum, qui interfecti sunt, in locum singulorum succedunt. Septimum, quòd clementia regnum roborat: vnde dicitur Prouerbiorum 20. de Rege, quòd *roboratur clementia thronus eius.* (Prou. 20.) Et Machabæorum 2. *Dauid in sua misericordia obtinuit sedem regni in sæcula.* (1. Mach. 2.)

Cæterùm, qua clementia Pilatus vsus est, qui nec
B vlla prorsus lacessitus iniuria, innocentem, vt furori seditiosæ multitudinis faceret satis, condemnauit? *Pilatus autem volens populo satisfacere, tradidit illum voluntati eorum.* (Marc. 15. Luc. 23.) Legi parendum, non hostium voluntati; legi obtemperandum, non furori.

Nihil diuinæ legi Princeps anteponat: & post illam cætera habeat, quò diutissimè, ac felicissimè principetur. *Postquam Rex sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius, in volumine, legétque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & cæremonias eius, quæ in lege præcepta sunt; vt longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel.* (Deut. 17.)
C Et Sapiens vniuersos Reges ita alloquens: *Cura,* inquit, *disciplinæ, dilectio est: & dilectio custodia legum illius est: custoditio autem legum, consummatio incorruptionis est: incorruptio autem facit proximum esse Deo. Si ergo* (concludit) *delectamini sedibus, & sceptris, ô Reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis: diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis.* (Sap. 6.)

Inaugurabantur diuturnam felicitatem Leuitæ, dum super caput vncti Regis reponebant diadema, & dabant in manu legem. Ita factum à Ioïada in Ioas, filio Ochoziæ Rege declarando, coronandóque, dum regalem capiti eius coronam imposuit; & deinde librum legis in manum dedit, (4. Reg. 11.)
D quo significaret, potestatem regalem debere legi diuinæ seruandæ, retinendæque seruire; Principem debere legem Dei *in manu*, hoc est, opere ipso, & obseruatione tenere, si longo velit tempore principari.

Hic quærendum venit, vnde seniores illi Reges in Apocalypsi tam senes? quia *adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum.* (Apoc. 4.) Quid enim, quæso, aliud est, coronas aureas ante Dei thronum mittere, quam in ipso throno considentis pedibus calcandas subiicere, hoc est, diuino cultui, & venerationi consecrare; &, si opus ita fuerit, pro Dei sanctissimis legibus retinendis, præceptísque obseruandis, pro nihilo
E ducere? Ita, ita Reges consenescunt.

Miremur, si Præses hic diutiùs non præsedit: quia Dei leges contempsit? Miremur, si tam ipse, quàm Hebræorum proceres politicis status rationibus abutentes, ne locum perderent, & gentem, omnia perdiderunt? Cyrillus: Nam, quemadmodum ipsi Saluatorem omnium Romanis tradiderunt; sic paulò pòst Romanis traditi perierunt. (Cyr. in Ioan. lib. 12. c. 2.)

Sed peregregiè idem Cyrillus ad illa verba: (Ioan. 11. Cypr. lib. 1. c. 1.) *Quid facimus: quia hic homo multa signa facit?* O inuidiam (exclamat) bonis semper operibus æmulam! ô liuorem, nihil nisi quod rectum, & bonum est, obliquo dente rodentem! Inuident

Soli,

Soli, quòd in plures suæ lucis distribuit radios. Æmulantur hominibus, quòd à veri Solis luce illustrentur, & ad fidem adducantur. Quare? Quia vellent suam doctrinam,& paternas traditiones ab hominibus potiùs suscipi, atque in admiratione, honoréque haberi. Quicquid igitur Christo credentium accesserit,sibi detractum putant,& tanto eorum gloriam magis labefactari,quantò plures in Christum crediderint.Vides,quòd id, quàm maximè timeant, ne omnes in Christum credant, ne doctrina eorum neglecta pereat, & ipsi tanquàm inhonorati deserantur à populo, atque inglorij degant.

B Verùm, (subdit Cyrillus, callidas status eorum rationes detegens,) vt recta quadam ratione videantur moueri ad obsistendum Christi conatibus, dicunt, Christum res nouas moliri velle, rebellionem in Romanos excitare posse, & Iudæorum regnum sibi vendicare: ob quod, inquiunt, imminet periculum loco, & genti: nam Romani, accepto nuncio, & comperta rei fama, quòd innouandis rebus ipse studuerit, & Iudæorum sibi voluerit vsurpare imperium collecto venient exercitu, & tollent locum nostrum, & gentem. His profectò incommodis tempestiuè, aiunt, occurrendum est: his tantis malis maturè est obuiandum, dum adhuc res in integro est. Sustollendus est è medio tanti Author incendij. Hoc quidem dicentes, populum volunt concitare, vt pericula futurum hac occasione ex suspicione tyrannidis, quasi dicant: Si Romani viderint eum turbas ducentem, suspicabuntur nos in tyrannidem velle consurgere, & destruent nostram ciuitatem. Sed C fictitia erant, & commentitia, quæ dicebantur. Quid enim Dominus demonstrabat tale,vnde huiusmodi de eo posset haberi suspicio? an milites circumferebant? an seditionem docebat?aut discessionem à Romanis? nunquid dissuadebat censum dari Cæsari, aut pendi illi tributum? Quid, inquam, simile subostendebat, vnde sumi posset argumentum affectatæ ab illo tyrannidis?

O peruersam (cogo iterum exclamare) status rationem! Verùm, vide, obsecro (subdit idem) quàm inopes sint consilij, & quàm impudenter mentiantur, & prospiciant. Proponunt ipsi,quòd si Dominus sic dimitteretur, venturi essent Ro- D mani, & deleturi locum, & gentem. Res autem ipsa contrarium omninò,& oppositum habuit exitum: nam, quia non dimiserunt Dominum sic, sed, tanquàm malefactorem in crucem crudeliter egerunt; venerunt tandem Romani, & locum, & gentem sustulerunt.

Sic respublicas,sic regna,sic imperia iniqua status ratio pessundat. Id rectè nouit, & suo damno Ieroboam ille tertij Regum, qui ne reuerteretur regnum ad domum Dauid, si ascenderet populus,
3. Reg. 12. vt faceret Sacrificia in domo Domini, *excogitato consilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vltrà ascendere in Ierusalem. Ecce Dij tui, Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Sed quantùm, rogo, hæc status ratio illi profuit: *Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ.* Huc tandem redacta versutia politica Regis huius, húcque vanæ recidunt regulæ status rationis.

Val. Max. apud D. Thom. de Reg.Princ. lib. 1. c. 14. Quænam, quæso,recta status ratio, qua respublicæ feruentur in statu, ac augeantur? Omnia » post religionem ponenda, inquit peregregiè Vale- » tios Maximus, semper nostra ciuitas duxit, etiam » in quibus summæ maiestatis decus cóspici voluit.

A Quapropter non dubitauerunt sacris imperia ser- » uire; ita se humanarum rerum habitura regimen » æstimantia, si diuinæ potentiæ benè,atque con- » stanter fuissent famulata.

Sallustius in Catilinario ea Catonis sententia. D Thom. ib. lib. 1. c. 4. Nolite, inquit, æstimare, maiores nostros armis Rempublicam ex parua magnam fecisse: quippe amplior nobis quàm ipsis armorum est copia: sed, quia in eis fuit domi industria,foris iustum imperium, in consulendo animus liber, neque delicto, neque libidini obnoxius.

Æmulatores (diait magnus ille Machabæus ad 1. Mach. 2. filios) *estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum,* (hoc est, pro Republica: (*& accipietis gloriam magnam, & nomen æternum.* Quod ad filiorum retetimus principatum, inquit D. Thomas, quorum vnus alteri successit. Ita respu- D.Thom. ib. blicæ conseruantur, augentur.

D. Thomas opusculo recitato de eruditione D.Thom. ib. lib. 1. c. 5. Principum, libro 2. cap. 5. Qualiter Romani meruerunt dominium propter leges sanctissimas quas tradiderunt: Est, inquit, & alia ratio, vnde dignè Romani dominium sunt adepti; zelus, videlicet, iustitiæ: quo quidem modo acquisierunt principatum quodam iure naturæ,à quo habet exordium omne iustum dominium.

Et cap. sequenti: Quomodo concessum est eis Idem. ibid. cap. seq. dominium à Deo propter ipsorum ciuilem beneuolentiam Hæ igitur optimæ sunt status rationes: *Per me, per me,* inquit Deus, *Reges regnant, & le-* Prou. 8. *gum conditores iusta decernunt.* Et de eodem dicitur: *Non est similis tui in legislatoribus* Quare peruersa status ratio censenda est, quæ diuinæ legi quoquo modo aduersetur.

Est quidem status ratio, recta consultatio circa Isocrat. in Areopagit. Plutarc. ad Princ.inerud. ea, quæ grauiora,ac potiora sunt in gubernatione politica, ciuilibus, humanísque legibus per excellentiorem quandam epicheiam, æquitatémve;nó tamen diuina lege superior. Vnde Pilatus, populúsque ratione status abusus, nec se ipsum in statu, nec Rempublicam incolumem conseruauit.

Discant Principes recta ratione status vti, non abuti.

SENTENTIA.

PVNCTVM XXV.

Pilatus adiudicauit fieri petitionē eorum, Luc. 23. *Et sedit pro tribunali,in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraïcè autem Gabbatha,&c. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur.* Ioan. 19.

E *Vidi sub Sole in loco iudicij impietatem, & in lo-* Eccl. 3. *co iustitiæ iniquitatem.* Et quando magis? Fiunt iidem,inquit Clemens,accusatores, testes, & iudi- Clem. ces, sententiæque authores.

Heu! *Quare non respicis, Domine, super iniquè* Habac. 1. *agentes; & taces, deuorante impio, iustiorem se?*

Nunc planè: *De iudicio sublatus est.* aut, iuxta Isa. 53. Vatabulum: *Absque dilatione, & citra iudicium* Vatabl. *raptus*, vel *pertractus est.* Violentia, nempe, suffragiorum, inquit Tertullianus, in Crucem dedi sibi Tert. Apol. c. 21. extorserunt.

Vnde *causa tua*, innocentissime Domine,*quasi* Iob 36. *impij iudicata est.* Tu omnium cognitor, pro me

cognitori

cognitori audiendos astitisti. Iudicium intrasti Index; rei reus factus es: à pœnalibus suscepisti pœnas; à damnatis sententiam non refugisti.

3. Reg. 21. Hebr. Matth. 13. Dan. 15. Phil. 2. En hodie innocens Naboth, *homo ille fructificans*, qui *exiit seminare semen suum*, quique discipulis ait: *Elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis*; & qui dat *velle*, quod est semen, & *perficere* fructum; vere, inquam, vineæ Domini Sabaoth, à Iezabel *insula stercoraria*, hoc est, Synagoga, quæ bonorum temporalium in stercore se volutabat, falsis in eum testibus perquisitis, postulatus, ac damnatus ad mortem

O innocentissime Iesu, quàm potiori iure, ex innocentia ad Patrem conuersus, dicere poteras:

Dan. 13. *Domine Deus, qui absconditorum es cognitor: qui nosti omnia, antequam fiant: tu scis, quod falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cùm nihil horum fecerim, quæ isti malitiosè composuerunt contra me.*

Ierem. 11. *Tu autem, Domine Sabaoth, qui iudicas iustè, & probas renes, & corda: videam vltionem tuam ex eis:* (quoniam & ipsi clamauerunt: *Sanguis eius super nos, & super liberos nostros*:) *tibi enim reuelaui causam meam.*

Psal. 42. *Iudica me, Deus, & discerne causam meam, de gente non sancta: ab homine iniquo, & doloso erue me.*

Quænam, rogo, lata vnquam sententia iniquior, aut iniustior ea, qua innocentia ipsa damnatur? Solus amor innocentiæ patrocinatur, vt si Christus hodie moritur innocens, amore patrocinante moriatur.

Ioan. 18. Matth. 26. Marc. 14. Hebr. In horto Gethsemani capitur, & planè mysterio: quia vndique odorem innocentiæ halat; & signanter in *Gethsemani*, quod est *vallis olei*, vt amor causam agat, & comprobet innocentem, qui propterea potiùs in horto, quàm in cœnaculo capi maluit, ne qua immoderantiæ suspicio oriretur in captum.

Ioan. 18. In ædibus pontificiis percutitur alapa, & ne fortè temerati erga Pontificem argueretur honoris, hæc prius pro innocentia subintulit: *Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem benè, cur me cædis?*

Matth. 26. Ad Annæ domum pertrahitur, vbi à Petro, discipulo, socio, commensali negatur. Sed Petri testimonium haud nocet innocentiæ: *negauit* etenim cum iuramento, quia non nouisset hominem: ergo de eo nihil probauit, vnde adhuc innocentia triumphat.

Ioan. 19. Tertull. in Apol. c. 21. Traducitur ad Pilatum, eóque semel, atque iterum examinato, pleno ore Pilatus & ipse iam, vt loquitur Tertullianus, pro sua conscientia Christianus, retulit: *Ego nullam inuenio in eo causam.*

Luc. 23. Transmisit is Christum ad Herodem, à quo amictus *alba*, hoc est, sua ipsa innocentia, discessit.

Matth. 27. Proditor ipse pecuniam reportat: *Peccaui*, inquiens, *tradens sanguinem iustum*. Et magnum (inquit D. Maximus iterum allatus) Dominicæ innocentiæ testimonium, dum accusator eius, & confitetur de scelere, & reus est de mercede.

D. Maxim. hom. de accusato, & eodem. Domino. Marc. 14. Quæruntur aduersùs eum *testimonia*; sed ea minimè *conuenientia*.

Quid plura? innocens inuentus est (vt Iurisperitorum terminis vtar) de iure, & de facto: crimen nunquam commiserat, & ea, quæ obiecta fuerant, iuridicè probari minimè potuerunt.

Psal. 93. *Captabunt* ergo nunc verè *in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt.*

Cypr. serm. de Passion. Christi. Vnde Cyprianus: *Considerani opera sua, & expaui* Clauis sacros pedes terebrantibus, fossisque manibus, de vulnerum anxietate non loqueris, de spinis sacrum caput pungentibus non quereris: sed satagis, vt innotescat posteris, quare derelictus à Deo videaris, expositus contumeliis, & Iudæorum ludibriis. Causam mortis in te non esse Pilatus ipse prædixerat, & Caiphas mortem tuam pro inimico populo satisfacturam, cùm esset anni illius Pontifex, prophetauerat. Tu de morte non agis, de opprobriis non contendis: sed hoc vis intelligi, quæ sit causa mortis, quis questus, vt vtraque te cognita, peccatum appareat, & gratia, & quanti ponderis sit vtrunque, rerum probet effectus, cum originali morti nullum nisi in Christi morte potuerit esse remedium: nec reconciliare Deo potuit exules, & damnatos quælibet oblatio, nisi sanguinis huius singulare Sacrificium. Quasi dicat: Hoc voluit, hoc moriens ille curauit, vt plenissimè sua de innocentia constaret; qua non pro suo, quod nullum habere poterat; sed pro mundi peccato moriebatur.

D. Gaud. de Nat. Dom. serm. 12. Psal. 50. Pulchrè D. Gaudentius ad illud: *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cùm iudicaris.* Dominus, inquit, Iesus in Passione sua iudicatur, & vincit; moritur, & triumphat.

Matth. 27. *Sciebat, sciebat Præses, quòd per inuidiam tradidissent eum.* Et quid mirum, si clament: *Crucifige, crucifige eum*? Radix homicidij, inquit Chrysostomus, inuidia; & inuidiæ fructus, homicidium.

Chrys. hom. 54. in Gen. Rom. 1. Vnde & Apostolus vtrunque nectit: *Plenos*, ait, *inuidia, & homicidio.* Nihil liuore, nihil inuidia grauius: per eam mors in mundum venit: nam, cùm hominem honorari Diabolus conspexisset, eius boni impatiens, omnia molitus est, vt eum perderet; semperque ex hac radice fructum hunc erupisse liquet. Propter hanc Abel interemptus est: propter hanc Dauid cædis periculum subiit: propter hanc alij multi peremptí sunt: hinc Iudæi Christum interfecerunt.

Basil. Huc appositè Basilius: Transfer, inquit, cogitationem tuam ad maximam inuidiam, & ob maxima conflatam, quæ ex Iudæorum contra Saluatorem insania orta est. Cur inuidebant ei? Propter miracula. Quæ miracula? Salus egenorum: alebantur esurientes, excitabantur mortui; & viuificanti inuidebant: fugabantur Dæmones: & imperanti illis struebantur insidiæ: mundabantur leprosi, claudi ambulabant, surdi audiebant, cæci videbant; & benefactor fugabatur: denique eum morti tradiderunt, qui vitam est largitus, & flagris cædebant hominum liberatorem, & condemnabant mundi Iudicem. Sic ad omnia perueneruot inuidiæ mala.

Chrysolog. ser. 172. Et quò non perueniant? Inuidia cælum tentat, inquit & verè & eleganter Chrysologus: ibi enim Diabolum fecit ex Angelo: vrit terras, quæ vtique Paradisi nobis amœna flammeo custode seclusit:

Matth. 2. Reges vrget, quia hæc Herodem in coæuos Christi sic compulit deseuire, vt antè lac, quam sanguis teneris funderetur ex membris: charitatem violat; nam hæc Cain reddidit fratricidam, & innocentem adhuc terram noui sanguinis cruore perfudit:

Gen. 4. vastat populos; nanque Iudæos hæc, si dici fas est, si capit sermo, fecit esse Deicidas: Deicidas diximus, non quò peruenit; sed quò facinus hoc tetendit. In Christo enim Iudæi non hominem tantùm; sed Deum, Filium Dei, conati sunt opprimere, necare virtutes, cùm dicunt:

Matth. 3. *Hic est hæres: venite, occidamus eum, & nostra erit hæreditas.*

O inuidiam!

Aug. ad Fratres in eremo, ser. 18. O Inuidiam! ô monstrum! ô pestem! Inuidia, Fratres desideratissimi, (sic in eremo loquebatur Augustinus,) omnes virtutes concremat, omnia bona dissipat, omnia mala generat. Isa. 4. Inuidia est illa pessima tinea, quæ purpuramenta virtutum demolitur; ærugo, quæ thesaurum sapientiæ prædatur; bruchus, qui terrarum virentia comburit: quia quicquid boni operis virescit in homine, penè pestis inuidiæ perdit. Gen. 3. Hæc est, quæ Angelum de cælo proiecit, Num. 12. quæ hominem de Paradiso exulauit, Gen. 37. quæ filios Israël in deserto percussit, Dan. 14. quæ contra Ioseph fratres armauit, Matth. 27. quæ Danielem in lacum leonum misit, quæ caput nostrum Cruci affixit.

Ita est, Fratres, ita: Christus in Cruce nunquam suspensus fuisset (inquit Gregorius ad illa Canticorum verba: Cant. 8. *Dura, sicut Infernus, æmulatio.*) nisi ad Greg. ibid. magnam inuidiam cor Synagogæ exarsisset: dum Synagoga Christum ad Inferos transmittere putauit, ei vsque ad mortem corde immisericordi inuidit. *Fera* ergo *pessima* (inuidia) *deuorauit filium meum Ioseph.*

Cùm itaque innocentem per inuidiam sibi traditum Pilatus adiudicat, quàm impiè, quæso, quàm iniustè *pro tribunali* sedet?

O quàm non *sedit*, cui nec sedendo, nec quiescendo animus factus est prudens! ô quàm non *sedit*, qui tam præproperè sententiam tulit! Vno vix integro die captus, damnatus, crucifixus est Christus. Distulisset saltem ad decem dies, quibus vel post latam sententiam damnatorum vita protendi Cornel. Tac. 3. annal. poterat. Sic Tacitus in 3. Annalium: Factum Senatusconsultum, ne decreta Patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur; idque vitæ spatium Iuuenal. damnatis prorogaretur. Nulla satis de morte cunctatio longa est.

Cassiod. lib. Tripar. c. 30. Optimè consuluit Theodosium Ambrosius, vt sententiam capitis ad triginta dies extenderet. Hic præceps in sententiam ruit, ac sedens, in sententia non sedit.

Ioan. 19. Miser, qui *sedit pro tribunali*, contra tribunal; Græc. *in loco, qui dicitur Lithostrotos*, hoc est, *loco lapidi-* Hebr. *bus strato. Hebraicè autem Gabbatha, eminenti*, vel *excelso*: nec vllam tamen Iudicis celsitudinem, firmitatem, constantiámve tenuit; sed penitùs iudi- De instit. & iur. Institut. lib. 1. §.... cium inclinauit. Iustitia est constans, & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. Qua is, rogo, constantia præditus, qua animi firmitate? O, ô Iudicem pusillanimem! Leuiusculus eum metus deflexit, non qui constantem virum à gradu deturbet. Clamores turbellæ tantùm audierat, non viderat gladios, aut hastas ad pectus admotas, ni damneret.

Seneca in Octauia:

Iustum esse facile est, cui vacat pectus metu.

Horat. 3. Carm. 3.

Iustum, & tenacem propositi virum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni,
Mente quatit solida.

Oseæ 4. Sed sat scio, iustitiam non esse in terra. *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in* Psal. 35. *terra. Domine, in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes.* In cælo Christi mors decreta Act. 4. est. *Conuenerunt enim verè* (inquit ad Deum Petrus) *aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes, & Pilatus, cum gentibus, & populis Israel facere, quæ manus tua, & consilium tuum* Marg. a. *decreuerunt fieri.* Vbi in Marginali asterisco pulchrè notatum, *prius*: *Quæ manus tua, & consilium tuum prius decreuerunt fieri*; hoc est, nisi ex maxi- A ma pietate, & misericordia filium Pater priùs tradidisset, nunquam eum impii Iudices morti tradere potuissent.

Tu, tu Pater, *cùm sis iustus, iustè omnia disponis*: Sap. 12. *eum quoque, qui non debet puniri, condemnas, & exterum æstimas à tua virtute.* Sed, quomodo iustus, (ait Gregorius,) si eum, qui non debet puni- Greg. lib. 3. in Iob. c. 1. ri, condemnat? Et difficillimum locum enodans, respondit: Mediator siquidem noster puniri pro semetipso non debuit; quia nullum culpæ contagium perpetrauit: sed, si ipse indebitam mortem non susciperet, nunquam nos à debita morte liberaret. Pater ergo, cùm iustus sit, iustum puniens, omnia iustè disposuit: quia per hoc cuncta iustificat, quòd eum, qui sine peccato est, pro pec- B catoribus damnat, vt eo electa omnia ad culmen iustitiæ surgerent, quo is, qui est super omnia, damna iniustitiæ nostra sustineret.

CRVCIS BAIVLATIO.

PVNCTVM XXVI.

Et baiulans sibi Crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum. Ioan. 19.

SVsurrantibus ergo sparsim inuicem turbis, quæ B. Laur. de triumph. Christi agone, c. 16. conuenerant ad spectaculum, (ita piè Iustinia- C nus,) ecce iam Dei Filius egreditur de ianua, Crucem super humeros ferens. Incedebat demisso vultu, incessu humili, fatigatus, & anxius: quippe qui tota nocte fuerat flagellatus, colaphizatus, consputus, illusus, atque oppressus.

Tardiùs incederet, nisi patibulum quasi penna pœnatum, & ala charitatis aptata sanctissimis humeris, molem excruciati corporis veheret potiùs, quàm veheretur. Vadit nunc tandem ad fatale iugum, proditque extra vrbem suis obsessam criminibus diuini Patris Sapientia: & quidem omnia bona secum portat, hoc est, Crucem. Prodit Iesus lignum humeris baiulans, hoc est, trophæum fixurus victoriæ sempiternæ.

Eunte igitur ad locum clarificationis Domino, D. Leo serm. 10 de Pass. & misericordia ab impiorum tabernaculis exeun- Psal. 118. D te, vt impleretur, quod scriptum est: *Longè à pec-* Luc. 23. *catoribus salus.* sequebatur eum multitudo populi, & mulierum plangentium, & lamentantium eum: sed istum sibi planctum Dominus Iesus dedignatus impendi, (fatur sic allatus iam iterum D. Leo:) quia non decebat luctus triumphum, nec lamenta victoriam.

Suæ trophæum gloriæ Christus iam gerebat. Cypr. ser. de Pass. Christ. Ita Cyprianus: Ascendisti, Domine, palmam: quia istud Crucis tuæ lignum portendebat triumphum de Diabolo; vel de principatibus, & potestatibus, & nequitiis spiritualibus victoriam.

Et quis Regum insigne potestatis suæ humero præfert, (inquit scitè aduersùs Marcionem Ter- Tert. l. 3. E tullianus,) & non aut capite diadema, aut manu sceptrum? Solus nouus Rex Christus nouæ gloriæ potestatem humero extulit, Crucem, scilicet.

Factus, nimirum, *principatus super humerum* Isa. 9. *eius.*

Dicite in nationibus: quia Dominus regnauit à Psal. 95. Tert. contra Iud. c. 10. *ligno*: quia à passione ligni, vt ait Tertullianus, superata morte regnauit.

Issachar vidit requiem, quòd esset bona; & ter- Gen. 49. *ram, quòd optima: & supposuit humerum suum ad portandum;*

Ambrof. de bened. Patriarc.c. 6.

portandum; fubiiciens fe Cruci,inquit Ambrofius, vt noftra peccata portaret.

D. Cæfar. dial 3. Ifid. Peluf. l. 1.ep.259.

Cur ergo lætus non incederet?D.Cæfarius pulchrè:Exhibitam Crucem fuper humeros,tanquàm victor,tollens,ibat fpontè in ea clauis fuffigendus. Sic Ifidorus Pelufiota: Iudicis fententiâ Cruce damnatus, eam, tanquàm victor,humeris tollens, incedebat.

Ifa.24. Hieron.

Quo paffu? *Semita in pedibus eius non apparebat.* Hieronymus: Præ amore, vix laborem non fentiet;neque aliquam imbecillitatis humanæ laffitudinem.

Ifa.63. Tiguria.

Quid miremur? *Indignatio mea ipfa auxiliata eft mihi.* Tigrina: *Æftus meus me fulciebat*;internus, nimirum, amoris æftus ad onus hoc perferendum adiuuabat.

Matth.11. Arnold.tr. de 7.verbis Domini in Cruce.

Iugum meum (dicere poterat) *fuaue eft, & onus meum leue.* Vltrò ob id demiffo polite, curuat fcapulas, inquit peregregiè Arnoldus Carnotenfis; nec graue iudicauit eos pati, qui feipfos ferre non poffunt.

Drogo.

Peracutè Drogo libro de facramentis pafchalibus, apoftrophe ad Chriftum: Crux gloria tua eft: Crux imperiū tuum eft fuper humerum tuum: portas(fubdit)portantem te.

Naz or. 21. in Pafch.

Cur ergo,iterum rogo, tam lætus? quia, nimirum, in Cruce ouem deperditam reportabat. Venit Dominus ad montes,& colles,vbi facrificaret, inquit Nazianzenus;& balantem inuenit: inuentam, eifdem humeris, quibus & Crucis lignum, C fuftulit. Concinit Pacianus fic fatus:Propter vnius

D.Pacian.in Paræn. ad pœnit.

ouiculæ detrimentum ceruicibus fuis, & humeris Dominus non pepercit, integrato gregi referens peccatricem delicatam. Vnde & idem Drogo ad

Drogo ibid.

Chriftum fub Cruce exultantem: O maxime Imperator,quomodo,aut quò portas imperium tuum fuper humerum tuum? Humerus tuus altus eft, & pertingit vfque ad Patris conceffum, fuper omnem principatum,& poteftatem,& virtutem. Quafi diceret: Illuc Chriftus Crucem intulit, quò obedientiæ trophæum, quod oues per Crucem redemerat,reportauit.

Idem lib de facram. Dominicæ Paff.

Vade igitur,vade iam fecura ouis Iofeph,(fubdit idemmet eleganter:) Chriftus te portat fuper humerum fuum. Fortis humerus eius, noli timere. D

A hanaf de Paff.& Cruce Domini.

En *baiulans fibi Crucem*, vt fpiritu exultat? Cum feftinatione ad locum vadit, vbi eum in Crucem afcendere oportebat, (inquit alibi allatus Athanafius,) vt chirographum noftrum, quod inimicus abftulerat, affigeret cruci, & fpolians veftibus Principes, & Poteftates, cùm fiducia eas traduceret, & oftentui haberet, in ligno triumphans de illis, exhiberétque euulfum ex dracone hominem.

Deut.21.

Certè antequàm Chriftus pateretur, lignum erat ad mortem. *Maledictus omnis, qui pendet in ligno*: fed propterea lignum fuper humeros tulit, vt *unde mors oriebatur, inde vita refurgeret; & qui in ligno vinceb t, in ligno quoque vinceretur.* Quod E & paulò fuprà innuit Athanafius: Statim igitur,

Athan ibid.

inquit,poftquàm ita fortiter fe geffiffet Dominus, & cecidiffet inimicus, impofuerunt ei Crucem, infigne reuerà victoriæ, monumentúmque inuiti contra fe ipfos inducentes: quandiu enim ftabat inimicus, tenebant ipfi carnifices lignum, qui vbi lapfus, & deceptus effet, tum trophæum fufcepit Dominus, & fibi baiulauit: fiquidem (fubdit) decebat victorem tam triumphantem de Diabolo, non alteri concedere; fed fibi fuum trophæum A geftare. Pergit ad rem optimè: Refumpfit autem fimul cum trophæo veftimenta fua ab illis, abiturus ad mortem,vt ea fimul cum morte exueret,fecitque eos accelerare, qui ipfum ducebant.

Aug. tract. 117. in Ioan.

Grande planè fpectaculum!(inquit Auguftinus:) fed,fi fpectet impietas,grande ludibrium,fi fpectet pietas,grande myfterium. Si fpectet impietas, videt Regem pro virga regni, lignum fibi portare fupplicij: fi fpectet pietas, videt Regem baiulantem lignum ad femetipfum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus Regum: in eo fpernendus oculis impiorum, in quo erant gloriatura corda Sanctorum.Dicitur enim à Paulo: *Mihi autem abfit gloriari, nifi in Cruce Domini noftri Iefu Chrifti.* ipfam Crucem fuam fuo geftans humero

Gal.6.

B commendabat, & lucernæ arfuræ, quæ *fub modia* ponenda non erat, *candelabrum* ferebat.

Hieron. in Marc.15. Gen.4. Gen 22. Gen.37. Num.21. Num.13. 4.Reg.6.

Egredere ergo iam,anima mea,vt eum ad tuam redemptionem fic properantem videas, quem & Patriarchæ exultauerunt, vt viderent; & gauifi funt. Hîc enim iam educitur Abel in agrum à fratre, vt perimatur, (ita Hieronymus ad illa verba: *Et educunt illum, vt crucifigerent eum.*) Hîc adeft Ifaac cum lignis,& Abraham cum ariete in Sabeeb hærente. Hîc adeft Iofeph cum face gremij fomniato, & tunica talari fanguine lita. Hîc adeft Moyfes cum virga, & ferpente fufpenfo in ligno. Hîc adeft botrus in ligno portatus. Hîc adeft Elifeus cum ligno ad quærendam fecurim, quæ in ima demerfa eft,& natauit ad lignum,id eft,genus C humanum, quod à ligno verito in Infernum cecidit,& per Baptifmum aquæ ad Paradifum natauit. Hîc adeft Ionas, de ligno fortis in mare, in ventrémque ceti triduo miffus. Pulchrè, ac eruditè Hieronymus, aut quifquis Author eft in D. Marcum Commentarij.

Ion.1.

Tertull. lib contra Iudæos,c.10.

Quibus è figuris duæ potiffimùm ad rem veniunt feligendæ. Hîc adeft Ifaac cum lignis. Dixit & Tertullianus: Ifaac cùm à patre hoftia duceretur, & lignum fibi ipfi portaret; Chrifti exitum iam tunc denotabat, in victimam conceffi à patre, lignum Paffionis fuæ baiulans. Erat ergo Dominus, fi vnquam aliàs,tunc verus *Ifaac*,quod eft *rifus*.Et quidni rideret,fub cuius onere quidni lætaretur, qui ad holocauftum perferendum ignem D tanti amoris, & charitatis in corde, & manu cernebat Patris?

Gen 49.

Hìc adeft Iofeph cum fafce gremij fomniato. Certè Chriftus præ ardore patiendi(dicere liceat) Crucem fomniabat. *Filius accrefcens Iofeph, filius accrefcens.* Ad Crucem, nimirum, vbi Chriftus (qui verus eft Iofeph) peruenit, in tantam excreuit, vt eum totus non caperet mundus. Ita Ambrofius: In Cruce pofitus, commendat in manibus Patris fpiritum fuum: quia totum alius non capit Chriftum.

Ambrof. in 23.Luc.

Iudic. 9. Hebr.

Quid ergo pro nobis taliter amplexantem Crucem, ac taliter æftimantem,non imitabimur, non fequemur? En verus *Abimelech*, quod eft *Pater meus Rex*, aut *Pater confilij*, qui ramum humero E geftans, confulens ait: *Quod me videtis facere,citò facite.*

Luc 9. Matth.16.

Qui vult venire poft me, abneget femetipfum, & tollat crucem fuam. Suam, inquit: quia ftat Crux cuique fua. Chriftus tulit non fuam, hoc eft,eam, quam pro nobis ferre dignatus eft. (*Dolores noftros ipfe portauit.* Septuaginta: *Ifte peccata noftra portat.* D. Petrus: *Qui peccata noftra ipfe pertulit in corpore fuo fuper lignum.* D. Athanafius: *Efferens peccata noftra in Crucem, vna cum corpore fuo.*

Ifa.53. Septuag. 1. Petr.2. D.Athan.

Syriacus:

Syriacus. Syriacus: *Et baiulauit omnia peccata nostra, eáque sustulit in corpore suo ad Crucem.* Iterum Isaias: *Propter scelus populi mei percussi eum.* Septuaginta: *Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem.*)
Cyrill. lib. 12. in Ioan. Nos igitur crucem nostram non feramus? Crucem portat Christus, non sibi; sed nobis transgressoribus debitam, vt pulchrè ait Cyrillus: eam nondum nobis suadeat?

Hug. Card. *Suam*, dixit, ne putares Christi Crucem sufficere sine tua. Sic Hugo Cardinalis.

Ioan. 19. Gloss. ibid. *Et baiulans sibi Crucem.* Vt eam iis commendaret, ait Glossa, qui post ipsum erant portaturi.

Sed tamen (heu!) plerique reptant, ac pertrahunt crucem suam: inuiti eam post se trahunt.
Matth. 27. Græc. De Simone Cyrenæo: *Hunc angariauerunt, vt tolleret Crucem eius.* Græcè: *Hunc coegerunt*, aut *compulerunt*, siue *adegerunt, vt tolleret Crucem eius.* Sic, sic & multi adigendi sunt, vt tollant suam, quam vnusquisque, velut monet Christus, æquo animo amplexari debet.

Matth. 16. B. Th. à Vil. lanoua conc. 3 de vno Martyre. *Tollat*, inquit, *crucem suam*: nam meam non potest, (fatur in persona Christi deuotissimus Thomas à Villanoua:) grauissima est enim, & ponderosa, & quam nullius puri hominis humerus portare sustineat. Non meam iniungo; sed *tollat suam*, leuem, facilem, portatilem; & quæ non viribus humero, sed manu sola portari queat. Sufficit mihi, vt qualemcunque crucem subeat: hoc solo contentus sum. Non peto sanguinem à te, Christiane miles; non vlcera, non tormenta, non spinas, & verbera, quæ pro te ipse passus sum: age pœnitentiam pro peccatis tuis, & sufficit mihi. Ieiuna, plora, vigila, afflige modicùm carnem tuam: & satis est. Leuis est ista crux: quis de eius pondere meritò conqueratur? Si meam imponerem, sustinere vtique debuisses; debes enim mihi vitam tuam, quoniam pro te exposui meam: sed meliùs tecum ago: tolle crucem tuam, & satis est mihi.

Non tibi durum videatur *verbum Crucis*; non tibi videatur iniustum: ego pro peccatis tuis onera Crucis sustineo, & tu, qui commisisti, videns ridebis, & lætaberis? neque huius tanti oneris participem fieri dignaberis? Non te mihi bonum Cyre-
Matth. 27. næum exhibebis, vt vel à tergo, exiguam Crucis micæ portionem sustineas? Esset mihi in agone hoc non modica consolatio, si cum, pro quo sustineo hæc omnia, adiutorem, & non irrisorem haberem; si vel modicum mecum pro suis sceleribus peccator contristaretur, & suas mihi lacrymas dignaretur adiungere: non quòd ad redemptionis opus indigeam socio, non quòd mea Crux non sufficeret
Isa. 63. mundo: *Torcular calcaui solus*, & ad omnia peccata delenda, solus superabundo. Sed, quia hoc rectæ iustitiæ ordo deposcit, vt nemo saluetur inuitus, nullus coronetur indignus: *Qui vult* ergo *venire post me, tollat crucem suam.*

Sed fortè inquies: Et vbi ego inueniam crucem? Imò, vbi non inuenies eam? Quocunque te verras, præstò tibi crux erit, si Euangelium obseruas: omnis enim vita Christiani, (Augustino teste,) si secundùm Euangelium viuitur, crux est. Vn-
Gal. 5. de Apostolus: *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis.* An non crux, quæ confixam detinet carnem, ne post suas concupiscentias vadat, & ne perefluat in delicias? Qui enim crucifixus est, quocunque vult, verti non potest: sic enim est omnis caro Domino crucifixa.

Claui autem, quibus configitur, tres sunt, amor, spes, timor. Firmissimus clauus amor, quo manus iusti configitur, ne operetur iniqua. Beatus, qui hoc clauo configitur: qui non tam spe gaudiorum, aut timore tormentorum; sed ne dilecto displiceat, tota vita abstinet ab illicito. Hunc qui nondum consecutus est, saltem configatur spe, inclinet *cor* Psal. 118.
suum ad faciendas iustificationes, & abiiciendas iniquitates suas *propter retributionem*. Quòd si nec hunc habet ad manum, saltem clamet cum Propheta: *Confige timore tuo carnes meas*, & pe- Ibid.
des meos, *ne vagari incipiam post greges sodalium* Cant. 1.
meorum. Quòd si quis huiusmodi clauis iam mundo confixus est, satagat etiam, vt mundus sibi crucifigatur, vt dicere possit cum Apostolo: *Per* Gal. 6.
quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Hactenus B. Thomas.

Felix, qui suam crucem tollit. Beatus, (inquit Naz. de diuers. vitæ generum beat.
Nazianzenus,) qui facultatibus omnibus, copiisque suis Christum emit, ac pro omnibus opibus crucem habet, eámque sublimiter gestat.

Sentiat, sentiat hoc, qui pondere suæ crucis humi reptat, qualiter crux ferenda sit; ac intelligat, non statim illum esse beatum, qui crucem habet; sed, qui eam sublimiter portat. Quonam modo eam tulit Christus? Planè tam sublimiter, vt eam tulerit (veluti iam diuiniùs fatus est Drogo) vsque ad Pa- Drogo quo supra.
tris consessum, super omnem principatum, & potestatem, & virtutem.

Et hoc fortè innuit illic Apostolus: *Qui pro-* Hebr. 12.
posito sibi gaudio sustinuit Crucem. Quodnam, quæso, gaudium? Triplex, inquit Lyranus. Pri- Lyra. ibid.
mum, quòd diuinam Patris voluntatem adimpleri videbat. Secundum, quòd nostra redemptio inde proueniebat. Tertium, quòd ita sui corporis glorificationem merebatur. Tria hæc & nos in nostra cruce pensare debemus; in hac, scilicet, diuina adimpletur voluntas; sic nostræ cooperamus redemptioni; hanc conuenit amplexari, si gloriam quærimus.

Væ his, qui crucem fugiunt; qui crucem perhorrescunt; qui eam, vt onus intolerabile, nec digitò tangunt. Crux mortificationis (credite) leuior, ac suauior est ipsis mundi voluptatibus. Quis ad crucis complexus curraret, nisi crux suauis esset? Bernardus, ad illud: *Mihi autem* Gal. 6.
absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Bernard.
Christi. Quid est hoc? inquit. Ergo crux amari potest, & crux pretiosa est? Et crux habet glorificationem? Ita est, si fuerit, qui colligat. Semper lignum crucis vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat spiritualium charismatum: non est syluestris arbor, sed lignum vitæ apprehendentibus eam.

Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi: & Cant. 2.
fructus eius dulcis gutturi meo.

O bona Crux, quæ decorem, & pulchritudi- In Offic. S. Andreæ.
nem de membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quæsita, & aliquando cupienti animo præparata: suscipe me ab hominibus, & redde me Magistro meo, ac per te me recipiat, qui per te moriens me redemit. Ne permittas me, Domine, ab impio Iudice deponi: quia virtutem sanctæ Crucis agnoui.

Crux olim ignominiosa; ob id à Liuio dicta, Liu. l. 10.
lex horrendi criminis; à Chrysostomo, male- Chrys. hom. 10. ad Phil.
dicta, & plena dedecore. *Morte turpissima eam* Sap. 2.
condemnemus eum. Factus pro nobis maledictum. Sed Gal. 3.
nunc: *Et erit in solium gloriæ: & suspendere su-* Isa. 22.
per eum (paxillum) *omnem gloriam domus patris eius.*

Auguft. *tius.* Iam Crux illa (inquit Auguftinus) in fronte Regum fixa eft, cui inimici infultauerunt.
Prou 3. Sap. 14. Pfal. 95. *Lig num vitæ eſt iis, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam, beati. Benedictum lignum, per quod fit iuſtitia. Exultabunt omnia ligna ſyluarum, quoniam* (nunc cum excifo es eis falutari ligno Saluator) *venit.* Et propterea Apoftolus: *Mihi*
Gal. 6. *autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Philip. 3. Vbi, vbi nunc inimici funt Crucis, *quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione: qui terrena ſapiunt?* Vbi funt, qui Crucis ad afpectum fugiunt? qui ad Crucis nomen perhorrefcunt? qui
Zach. 7. Pagnin. Septuag. Sophon. 3. dant *ſcapulam recedentes*, vel *ſcapulam deflectentem, aut dorſum contemnentem*; nec volunt feruire ei *humero vno*, aut *ſub iugo vno*? Bernardus: Non mirum: vident crucem; fed non vident vnctionem: non vident oleum lætitiæ, & balfamum fuauitatis, quod
2. Cor. 1. ftillat, imò fudat, imò fluit à Cruce. *Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis; ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.*

Hinc magnus ille Suarius, vt fapientiæ, ita & perfectionis fplendor, iam morti proximus: Non putabam, inquit, tam dulce mori.

B. Thom. à Villan. conc. feq. Pfal. 18. Huic iterum referendus B. Thomas à Villanoua, qui dulciffimè premit verba illa: *Iudicia Domini vera; deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum; & dulciora ſuper mel, & fauum.* Non eft, non eft, inquit, pondus in iugo; fed in peccato. Non eft lex tua grauis, Domine, nifi carnalibus, & iniquis hominibus: iuftis autem, & rectis, fuauis fupra modum, & dulcis. Sed, quænam, inquies, poteft effe dulcedo in Cruce, aut qualis fuauitas in labore? Hîc fapientia eft, hîc latet fecretum, quod mundus ignorat, quod nullus, nifi
Pfal. 91. expertus, cognofcit: *Vir enim inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc.* Crux blanda; Crux dulcis, Crux fuauis, & deliciofa; Crux non crucians, fed oblectans; non deprimens, fed deliniens. Mira res, & penitùs incredibilis, nifi viuo fuaderetur experimento: labor fine labore, onus fine onere, iugum fine pondere, quomodo hoc? Ignoro penitùs quomodo: fed, quia ita eft, fcio. Non modò non laboriofum eft laborare pro te, ô bone Iefu; fed & fuauiffimum, & delectofiffimum; labores nanque vertuntur in panes, ficut fcriptum eft:
Pfal. 127. *Labores manuum tuarum quia manducabis.* Summa opulentia, paupertas Chrifti: & fumma gloria, contumelia pro Chrifto.

Miraris, fi fumma fit in labore requies, in æftu temperies, in Cruce folatium! Ipfa caufa, pro qua hæc omnia tolerantur, eorum naturam in contrarium vertit, vt nihil magis fapiat, quàm quod fecundùm fe infipidum eft. Hæc caufa amaritudinem in dulcedinem, iniuriam in laudem, laborem
Act. 5. vertit in requiem. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.*

» Quòd fi etiam in ciuili amicitia hoc inuenitur
» ex parte, vt gratum nimis fit, & dulce laborare pro
» amico; quantò ampliùs pro Deo? Crux ergo vncta
» non cruciat, fed oblectat; & Chrifti iugum, fi quod
» habet ponderis, inunctum fpiritus oleo, compu-
Ifa. 10. » trefcit, ficut Propheta prædixerat: *Computreſcet iugum à facie olei.*
» Vnde & in dedicatione templi, Cruces in parie-
» tibus formatæ, oleo liniuntur, vt nouerit tem-
» plum viuum Domino confecratum, non perhor-
» refcere Crucem, quam vnctio facra deliniit: non
» enim iam de cætero grauat Crux vncta: quoniam afperitas vnctione linitur.

Nolite ergo, Fratres, formidare: nolite terreri à facie Crucis Chrifti: quia non tam horribilis eft. Fugiebat quondam magnus ille Moyfes à facie fibilantis colubri: fed Dominus ad eum: *Apprehende*, inquit, *caudam eius.* Apprehendit, & ftatim verfus eft coluber in virgam. Quid fugis, ô Chriftiane? Quid times à facie Crucis? Non eft ferpens deuorans; fed virga fuftentans: ferpens videtur extra manum; fed in manu virga eft. Virga deuorans Magorum virgas; virga mare rubrum eafcicans, & diuidens; virga petram percutiens, & riuos aquarum educens. Exod. 4. Exod. 7. Exod. 14. Exod. 17.

Quàm magnus fructus in Cruce! Crux ifta venenatas carnis paffiones deuorat, feruentem concupifcentiam ficcat, in mediis æftuantium cupiditatum fluctibus viam aperit, per quam exules, & peregrini in optatam patriam deducantur. Hæc procellofum humani cordis mare tranquillat: hæc Ægyptios currus, & equites, id eft, appetitus carnis effræ[n]es lacrymarum aquis inuoluit: per hanc dura peccati feruitus tollitur, & vera gratiæ libertas inuenitur: per hanc denique electus Dei populus Ægyptiacam oppreffionem euadit, & beata portitur requie in cæleftem Ierufalem introductus.

O Crucem amabilem! ô Crucem iucundam! ô Crucem defiderabilem, per quam folam patet ingreffus ad regnum. O potentiffima *clauis Dauid*, data fuper *humerum eius*; quæ aperis, *& nemo claudit*; claudis, *& nemo aperit*; aperis, tùm ades; claudis, cùm abes. Quis ergo audeat de te conqueri, in qua omnis noftra falus, & vita confiftit? aut, quæ poteft effe afperitas in te, quam non deliniat tanta vtilitas intellecta? Sed, efto, grauis fit, & importabilis Crux: quid ad te, ô homo? non tu eam portaturus es; fed gratia Dei tecum. O Domine, aggraua iugum, auge dilectionem: *Charitas* enim *omnia ſuffert, omnia ſuſtinet.* Nihil amori difficile, nihil importabile, nihil graue: amor Crucem leuificat, laborem dulcorat. Apoc. 3. Ifa. 22. 1. Cor. 13.

Elifei farinula, qua omnis colocynthidæ amaritudo in dulcedinem verfa eft. Non vtique fic amariffimas colocynthidas Beati Martyres degluti[ff]ent, nifi è cælo farinulam in eorum ollam, id eft, mentem, magnus ille Propheta mififfet, &c. Crux ergo Domini, vbi eam fuper humeros tulit, leuis, facilis, fuauis, dulcis effecta eft. 4. Reg. 4.

Sed eft quoque altera crux, non Domini; fed Diaboli, quam filij huius fæculi quotidie conflgunt: crux laboriofa, crux acerba, crux intolerabilis, crux mali latronis: habet enim fuos Martyres Diabolus, qui etiam dicere poffint illi: *Quoniam propter te mortificamur tota die.* An non Martyr auarus, qui diebus, ac noctibus in congregando luto laborat? An non Martyr fuperbus, cui omnis alienus honos, & gloria cruciatus eft? An non Martyr lubricus, qui libidinibus exæftuans, fœtidiffimo pafcitur cœno? Quanta ifti pro lucris, pro honoribus, pro deliciis tolerant? quantas patiuntur iniurias? quas fuftinent pœnas? Pfal. 43.

Iob: *Gigantes gemunt ſub aquis.* Iob 15.

Bernardus: O ambitio, ambientium crux. Bernard.

Non poteft vita ifta mortalis fine cruce tranfigi: quocunque te vertas, laborandum eft. Nónne ergo melius pro Deo pati, & regnare, quàm pati pro mundo, & ardere? Nónne gloriofius eft Chrifti Crucem portare cum ftipendio vitæ, quàm crucem Zabuli cum mortis ftipendio?

Idcircò, Fratres, Chriftus Crucem tulit, idcircò onus hoc fubiit, ignominiámque huius mundi paffus

passus est, vt & nos nostram post eum Crucem feramus. Sic D. Leo: Traditus itaque Dominus sæuientium voluntati, ad irrisionem regiæ dignitatis supplicij sui iussus est esse gestator, vt impleretur, quod Isaias Propheta præuiderat, dicens: *Ecce natus est puer, & datus est nobis filius, cuius imperium super humeros eius.* Cum ergo Dominus lignũ portaret Crucis, quod in sceptrum sibi converteret potestatis; erat quidem hoc apud impiorum oculos grande ludibrium: sed manifestabatur fidelibus grande mysterium: quia gloriosissimus Diaboli victor, & inimicarum virtutum potentissimus debellator, pulchra specie triumphi sui portabat trophæum, & inuictæ patientiæ humeris signum salutis adorandum regnis omnibus inferebat, tanquàm & tunc ipsa operis sui imagine omnes imitatores suos confirmaret, & diceret: *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.*

(D. Leo ser. 2. de Pass. — Isa. 9. — Matth. 10.)

Grauissimè quidem D. Leo: Et certè *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* (2. Petr. 2.)

Ecce, quod remansit, pone ante te: quia de industria seruatum est tibi. Quid remansit: Gregorius: Remansit quidem: quia non omnia Christus expleuit. Per Crucem quidem suam omnes redemit; sed remansit, vt qui redimi, & regnare cum eo nititur, crucifigatur. Hoc residuum viderat, qui dicebat: *Si compatimur, & conregnabimus.* Quasi dicat: Quod expleuit Christus, non valet, nisi ei, qui id, quod remansit, adimplet. Sic Paulus agebat: *Adimpleo ea, quæ desunt Passioni Christi in corpore meo.* (1. Reg. 9. Greg. ibid. — 2. Tim. 2. — Coloss. 1.)

C

Vnusquisque ergo post Christum suam perferat crucem, eáque onustus Christi vestigia prosequatur, vt eius sit discipulus. Chrysostomus: Discipulus es? Magistrum imitare. Quomodo eris discipulus, non sectans Magistri vestigia? Bernardus: quàm pauci post te, ô bone Iesu, ire volunt; cùm tamen ad te peruenire nemo sit, qui nolit: cupiunt te consequi; sed non sequi. (Chrys. hom. 28. ep. ad Hebr. — Bern. ser. 21. in Cant.)

Omnes, omnes, nemine prorsus excepto, Christum ita sequi debent.

Si quis vult venire, &c. Augustinus: Siue vir, siue mulier, siue is, qui præest, siue is, qui alteri paret, & seruari vult, hanc ingrediatur viam: non enim admonitionem hanc virgines audire debent, & maritatæ non debent; aut Monachi debent, & coniugati non debent, & laici non debent: sed vniuersa Ecclesia audire debet: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* (Matth. 16. Aug. hom. 47. de diuersis.)

D

Nec sanctiores excluduntur. Ambrosius: Siue Ioannes sit ille dilectus, siue sit Petrus, qui claues accepit regni cælorum, oportet, dicat: *Transiuimus per ignem, & aquam.* (Ambr. serm. 20. in Psal. 118. — Psal. 65.)

Viditque (Iacob) *in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cælum.* Quid? dormiendo itur in cælum? Saluianus de Martyribus pulchrè: Qui, inquit, ad cælestis regni ianuam gradibus pœnarum suarum ascendentes, scalas sibi quodammodo se equuleis, catastisque fecerunt. Quasi dicat: Non per somnum, sed per vigilias, passiones, & cruces conscenderunt in cælum. Vnde euigilans ille de somno ait: *Quàm terribilis est locus iste!* Sed, cur terribilis? *Hic domus Dei est, & porta cæli.* (quæ, nimirum, angusta est.) Et quemadmodum ait Tertullianus: Deus thesauro suo prouidet, nec sinit obrepere indignos. Per scalam ergo pœnarum, & per angustias abdita penetranda cælorum. (Gen. 28. — Saluian. l. 3. de gubern. Dei. — Tert. lib. de pœn.)

E

Felix latro, qui per crucis scalam conscendens,

A

angustam cæli portam ingressus, cælestes sibi thesauros est suffuratus. Qui in cruce est, iam pedem extendat solùm, & in cælo est. Chrysostomus: Qui in cruce est, non vim facit: nihil medium est, & crux, & statim Paradisus. (Chry. hom. de diuite.)

Egregiè D. Ambrosius: Vtique latro diu oberrans, & naufragus aliter ad patriam redire non poterat, nisi fuerit arbori religatus. Sanè naufragari non potest, qui in hoc tempestuoso mari tribulationum cruci fuerit religatus. (Amb. ser. 55.)

Amplectere ergo, Frater, Christi Crucem. *Subiice humerum tuum, & porta illam.* (Eccl. 9.)

B

Monachus ille, scire cupiens, quanam re magis Christo placere posset, quidve illi gratissimum esset: Mihi, inquit illi Christus apparens, gratissimum erit, si in hac perferenda Cruce me adiuues.

Deuotissimus Drogo lib. de Passione. Circuire possum, Domine, cælum, & terram, & aridam, & mare; & nunquam te inueniam, nisi tantùm in Cruce: ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas *in meridie.* (Drogo.)

Ferculum fecit sibi Rex Salomon. Pagninus: *Thalamum sponsarum fecit sibi Rex Salomon: reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constrauit.* Augustinus: Ascendat Sponsus noster thalami sui lignum; ascendat Sponsus noster thalami sui lectum. (Cant. 3. Pagnin. — August. de symb. l. 2.)

Lectulus noster floridus. In hoc anima cum suo sponso conquiescat. (Cant. 1.)

Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Pulchrè Augustinus: Poterat Apostolus gloriari in sapientia Christi; & verum diceret: poterat in maiestate, poterat in potestate; & verum diceret: sed dixit, *in Cruce.* Vbi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit: vt, *qui gloriatur, in Domino glorietur.* Quo Domino? Christo crucifixo. Vbi humilitas, ibi maiestas; vbi infirmitas, ibi potestas; vbi mors, ibi vita: si vis ad illam venire, noli ista contemnere, noli erubescere. Ideò in fronte, tanquàm in sede pudoris, signum Crucis accepisti. Hactenus Augustinus. (Gal. 6. — Aug. ser. 20. de verb. Apost.)

Bernardus: Hæc mea sublimior Philosophia: *Scire Iesum & hunc crucifixum. Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* (Bern. serm. 43. in Cant.)

Felix anima, quæ semper Christi Crucem meditatur, quæ non gloriatur, nisi in Cruce; quæ Crucem non erubescit. *Gena tua, sicut fragmen mali punici.* Aptè sanè. Malum punicum, inquit Venerabilis, quia rosei coloris est, passionis Domini mysterium innuit. Quia ergo sancta Ecclesia non erubescit Crucem Christi; sed gaudet in contumeliis, & passionibus pro illo, Crucisque vexillum gestare solet in facie; meritò genas, instar mali punici habere dicitur. (Cant. 4. Beda ibid.)

Et sanguis eius ornauit genas meas. O vtinam & tuas ornet! (In officio S. Agnetis.)

CRVCIFIXIO.

PVNCTVM XXVII.

Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum. Luc. 23

EN iam demum ventum est ad summum, non tam montis verticem, quàm votorum. En peruentum *ad montem myrrhæ, ad collem thuris*, vt in odorem suauitatis magnum illud *holocaustum pingue fiat.* (Cant. 4. Psal. 19.)

Speranza Serra selecta.

Nudatur Iesus, affigitur Cruci, sustollitur, & ad mundi prospectum, in Caluariæ colle, hoc est, in medio mundi totius, ac puncto committitur linea felicitatis humanæ, inseritúrque in ipso terrarum corde cor cæli.

Hic Creator mundum compendio recreat, quem diu creauerat.

[Cypr. in Symb. Apost.] Hic nouo salutis genere, vt mundus viuat, (ploret Cyprianus,) totius mundi vita suspenditur!

Erigitur patibulum grande, & Angelis, & hominibus futurum spectaculum, in quod sustollitur humani generis salus: vt non vnius ciuitatis mœnibus; sed per gentes se omnes possit diffundere. Attollitur sublimia, vt ad vniuersa sciant omnes eam salutem pertinere, tum alta, tum humilia, quò & hæc ascendat ad illa, & illa istis æquentur.

[Lact. de vera relig. lib. 4.] Ita pulchrè Lactantius lib. 4 de vera religione: Illa quoque præcipua fuit causa, cur Deus Crucem maluerit; quòd illa exaltari eum fuit necesse, & omnibus gentibus passionem Dei notescere. Nam, quoniam is, qui patibulo suspenditur, & conspicuus est omnibus, & cæteris altior; crux potiùs electa est, quæ significaret illum tam conspicuum, iámque sublimem futurum, vt ad eum cognoscendum, pariter & colendum, cunctæ nationes ex omni Orbe concurrerent. Extendit ergo in passione manus, Orbemque dimensus est: vt iam tunc ostenderet, ab ortu Solis, vsque ad occasum magnum populum ex omnibus linguis, & Tribubus congregatum, sub alas suas esse venturum, signúmque illud maximum, atque sublime suis frontibus suscepturum.

[Athanas.] Sic & Athanasius libro de Incarnatione Verbi: In sola cruce mors extensis, porrectísque manibus toleratur: ideóquoque par erat, vt Dominus hoc modo mortem sustineret, manúsque eius extenderentur: vt hac quidem veterem populum, illa verò Gentiles attraheret, & ambos in se coniungeret: id enim ipse dixit, indicans, qua morte omnes redempturus esset: *Cùm exaltatus fuero à terra, omnes ad me traham.* [Ioan. 12.]

Et certè, vnde omnes non trahantur, aut quò homines à Christo in Crucem exaltato diffugiant? Sua nos ille brachiorum expansione adeò complectitur, vt fugere iam minimè valeamus: *Quò ibo* (inquit Regius Vates) *à Spiritu tuo, aut quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum,* (hoc est, Crucis sublimitatē, sicque interpretatur Nicænus,) *tu illic es. Si descendero in Infernum,* (hoc est, profundum,) *ades. Si sumpsero pennas meas diluculo.* id est, ad ortū Solis, (hæc est latitudo. *Si habitauero in extremis maris;* sic enim occasum appellat: (hæcque est longitudo:) ac subdit. Cernis Crucis figuram quomodo describat? Tu es inquit, qui per omnia commeas, qui cuncta deuincis, qui in te ipso comprehendis vniuersa: tu supra es, tu es infra: in hac extrema parte dextera tua, in illa sinistra. Quasi diceret ex Vatis ore: Nullus iam mihi relinquitur locus, quo à te, in Crucem exaltato, diffugiam. [Psal. 138.] [Nicen. or. 1. de Resurr. Domini.]

[Chrysol. ser. 4. in 5. fer. Pass.] Conuenite ergo, conuenite iam, Christianæ gentes, (in hæc verba lætabundus prorumpit Chrysologus:) concurrite, fidelissimæ nationes: Dominus enim noster, non in patibulum Crucis; sed in tribunal ascendit. Expandit ecce manus, & alas extensas aperuit, non vt Crucis supplicio satisfaceret; sed vt nos ex omni Orbe ad credulitatem Ecclesiæ congregaret.

[Sanaz. de morte Christi Domini, ad Mortal. Lamen.] Vndique planè gentes vocat. Ita Sanazarius:

Cernitis, vt pronum flectat caput? vt pia pandat
Brachia? & ingratas voces ad sua vulnera gentes?
Oblitasque viæ moneat meminisse relictæ,
Scilicet, amplexus non reiecturus amicos.

[Aug. in Man. c. 23.] Sed, quid ait, non reiecturus amicos? Christus extendit brachia sua in Cruce, inquit Augustinus, & extendit manus suas paratus vel in amplexus peccatorum.

[Ber. de Pass. Dom. c. 3.] Bernardus: Tu, sicut aquila grādis, ac magnarum alarum, prouocans pullos suos, expandisti alas brachiorum tuorū in Cruce, & super nos volitans, assumpsisti nos, & portasti in humeris tuis, in fortitudine tua, ad habitaculum sanctū tuum, in domū familiaritatis, & claritatis tuæ; vbi de oue, & drachma perdita, & inuenta fecisti conuiuium vicinis & amicis tuis beatissimis Spiritibus, ipsos hilariter ad tuam congratulationem inuitans, faciens in cælis gaudium de peccatore pœnitente. [Luc. 15.]

[Cant. 5. Philo Carpath. ibid.] Egregiè huc Philo Carpathius ad illa verba: *Manus eius tornatiles, plenæ Tharsis* sic ipse legit; subditque. Iam manifestè Spōsa ex diuinæ Scripturæ sententia, omnia sua bona, & salutifera nece sui diuinissimi Sponsi sibi prouenire testatur, cum per manus eius tornatiles aureas, ac plenas Tharsis, passionem eius ostendit. Tunc enim Christi manus tornatiles factæ sunt, cum eas pro salute nostra crudelissimis clauis in vitæ ligno perforatas extendit: quæ quidē ob diuinissimam puritatem, & innocentiam, admirandáque ipsius opera, iure aureæ prædicātur: plenæ verò Tharsis, propter Gentium ad se conuertendarum plenitudinem. *Tharsis* enim *cōuersio gaudij* interpretatur. [Hebr.] Cùm enim Iesus in Cruce manus suas extendit, tunc ad ipsum summa cum lætitia se conuertit Ecclesia, dicens: *In velamento alarum tuarum sperabo.* & rursus: *In velamento alarum tuarum proteges me.* Et, *Venite, exultemus Domino.* Manus enim suas Sponsus, vt auis ad pullos suos protegendos à rapacitate bestiarū, ne diutiùs ab ingluuie Dæmonum immanissimè voraremur, expandit. [Psal. 62.] [Psal. 60.] [Psal. 94.]

[Aug. ser. 23. de temp.] Eapropter Augustinus appositè: Vniuersū Orbem complexurus, brachia charitatis expandit. Et benè ait, Vniuersum: quoniam Christus vult vniuersos suam per Crucem saluari.

[Isa. 30. Hier. ibid.] *Et ideo exaltabitur parcens vobis:* Ideircò exaltabitur in Cruce, inquit Hieronymus, vt parcat omnibus.

[Cant. 2.] Crux, nimirum, scala est, per quam iam facilè omnes in cælum conscendant. *Veni, columba mea, in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ,* Ad Hebraicum ita: *Veni, columba mea, in circuitibus rupis, aut in latibulo graduum, vel in latebris scalarum.* [Hebr.]

[Gen. 28. Aug. ser. de cataclysm. c. 6.] Quis ergo facilè, ac securè non conscendat per scalam, quàm Deus in ima illius parte positus sua firmat manu? Augustinus alludens ad illud: *Viditque in somnis scalam stantem super terram, & Dominum innixum scalæ.* quasi illam Septuaginta Interpretum lectionem versans: Et ecce scala firmata in terra: at Dominus firmatus erat super eam: Magnum (inquit, Christum ipsum alloquens) te architectum, video, virgam portantem, in virga pendentem, & de ista virga multa miracula facientem. De ista virga (subdit) arborem fecit Crucis, vbi ipse angularis pependit lapis, & scalas cæli, per quas hominem lapsum ad Patrem leuauit. Quale miraculum, Fratres, huius architecti, vt de virga sua faceret scalas, & tales, quarum caput in cælum poneret, & per eas ipse & ascenderet, & descenderet; & propter confirmationem ipse super eas incumberet? Ascende securus, qui desideras cælum: non te terreat angustia, nec altitudo: nihil

timeas

» timeas: non nutant gradus eius, quos ille archi- A
» tectus ſic confirmauit, vt in eius ligno manus eius
» affigi voluerit.

Tertull. lib. 4 cõt. Marc. c. 7. O felices, qui per hanc ſcalam conſcendunt: non quidem, vt Romulus ille apud Tertullianũ, qui in cælum, peierante Proculo, mendacij ſcalis aſcendit.

Hebr. 9. *Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius creationis; neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum; ſed per proprium Sanguinem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione inuenta.*

Hebr. 7. Item: *Plures facti ſunt Sacerdotes ſecundum legem; idcircò quòd morte prohiberentur permanere: Ieſus autem, eò quòd maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium: vnde & ſaluare in perpetuum poteſt, accedentes per ſemetipſum ad Deum.* B

Pſal. 90. Ob id in Cruce ſcapulis ſuis peccatoribus obumbrat, eóſque ab ira diuina defendit. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis.* Hieron. Hieronymus ibidem: Exaltabitur in Cruce: extendet manus, & proteget nos.

4. Eſdr 2. *Manus mea proteget te.*

Pſal. 83. Hieron. Pagnin. *Protector noſter, aſpice, Deus.* Hieronymus: *Clypeus noſter, aſpice, Deus.* Ad rem magis Pagninus: *Clypeum vide, Deus: reſpice in faciem Chriſti tui.*

Iſa. 43. Septuag. Complut. *Seruire me feciſti in peccatis tuis, & præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Septuaginta: *Sed in peccatis tuis defendi te.* Adhuc enucleatiùs editio Complutenſis: *Pro ſcuto me oppoſuiſti in iniquitatibus tuis.* C

Thren. 3. *Dabis eis ſcutum cordis, laborem tuum.*

Cypr. ſer. de Paſſ. Chriſt. Cyprianus: Conſidero opera tua, Domine, & admiror te Cruci inter damnatos affixum, iam nec triſtem, nec pauidum; ſed ſuppliciorum victorem, eleuatis manibus triumphantem de Amalec, & quaſi ſanctificantem de excelſo plebem, & eleuatum in ſublimi, & quaſi cælo proximum ſuperioribus inferentem conſummati agonis vexillum, & inferioribus erexiſſe ſcalam in Patris occurſum. Ibi dolorum, & conuitiorum immemor ſubtiliter inueſtigas, & ipſe exponis, qualiter derelictus fueris, indicans anxietates illius querimoniæ verba eſſe delictorum tuorum, quorum perſonam, & cauſam aſſumpſeras, in tantum, vt per Moyſem, & per Apoſtolum ſuſtineris vocari *peccatum*, & *maledictum*, pro ſimilitudine pœnæ, non culpæ. Quod pro eis voluiſti intelligi, qui deſeri à Deo propter peccata meruerant; quorum reconciliationis agebas cauſam, in qua allegator ſubtilis pro ſeruis ſimilem non dedigneris accipere perſonam, & in tantum infirmis compateris, vt nec crucifigi, nec mori, dum illi viuant, & te patrocinante non pereant, non erubeſcas, nec formides, altitudinem tuam derelinquens ad tempus, gloriæ tuæ maieſtatem euacuans, vt redeant diſperſi, & reſpirent derelicti. D

Quid hîc ergo primùm conſiderem? Quid in te, Domine, in Cruce iam exaltato contemplet? Bern. ſer. 1. in die ſancto Paſchæ. Bernardus: Quatuor virtutum gemmis cornua Crucis à Chriſto ornantur: eſt ſupereminentior charitas, à dextris obedientia, à ſiniſtris patientia, radix virtutum humilitas in profundo. His dotauit trophæum Crucis conſummatio Dominicæ Paſſionis, cùm ad Iudæorum blaſphemias humilis, ad vulnera patiens, intùs linguis, clauis exteriùs pungeretur: nam & charitas in eo perfecta eſt, quòd pro amicis animam poſuit; & obedientia conſummata, cùm, inclinato capite, tradidit ſpiritum, factus obediens vſque ad mortem E

Habac. 3. *Cornua ergo in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Septuag. Septuaginta: *Ibi poſuit dilectionem robuſtam*, hoc eſt, eam, quam in nos charitatem habuit, ibi totam oſtendit. Cypr. lib. 2. ad Quirin. Iul us Firmicus lib. de Myſter. Vnde alij: *Ibi conſtabilita eſt virtus gloriæ eius, & conſtituit dilectionem ſuam.*

Rom 5. Græcè. *In hoc*, inquit Apoſtolus, *commendat Deus charitatem ſuam in nobis.* Græcè: *In hoc nobilem, notam, illuſtrem facit charitatem ſuam Deus nobis: quoniam, cùm peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Dixerat: *Vt quid enim Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſemus ſecundùm tempus, pro impiis mortuus eſt?* Anſel. ibid. Anſelmus, id eſt, pro fœdis, & execrandis, & à Deo penitùs ſeparatis. Subdítque Apoſtolus: *Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono forſitan quis audeat mori?* Mox: *Commendat autem Deus charitatem ſuam in nobis.* Quod hunc habet ſenſum, inquit Chryſoſtomus: Chryſ. ibid. Si pro viro probo, ac virtute prædito non ſtatim emori quis velit; conſidera Domini charitatem, vt quem, non pro virtute præditis; ſed pro peccatoribus, & inimicis Cruci ſuffixum fuiſſe conſtat. Et Anſelmus: Quando indebitè aliquid redditur, tunc charitas commendatur. Et quid iam indebitum, quàm vt ſine peccato Dominus pius pro peccatoribus ſeruis impiis moreretur? & in hoc, ait, laudabilior charitas fulget.

O quàm fulget! ô quàm ardet in Cruce Chriſti charitas! Exod 25. *Et erat ignis ardens in vertice montium in conſpectu filiorum Iſraël.*

Ezech. 10. Nunc planè Chriſtus extendit manus ſuper altare, impleuítque eas *prunis*, & effudit *ſuper ciuitatem.*

Euch. in 3. Reg. 7. Semper Chriſti charitas innotuit: verùm in Cruce latiſſimè patuit. Pulchrè Eucherius Seruatorem noſtrum cum lilio illo repando, ſeu diſtentis, ac dilatatis foliis, quibus aureas fibras intus latentes oſtendat, tertij Regum ſeptimo ſic componit: Chriſtus lilium propter gloriam reſurrectionis: foris candidum propter gloriam corporis; intùs verò aureum propter fulgorem animæ: & ante Paſſionem quidem lilium quaſi clauſum; (propter Paſſionem quippe *gloria, & honore coronatus eſt*:) poſt paſſionem verò lilium repandum, quatenus in aſſumpta humanitate potentiam diuinæ charitatis, quam habuit apud Patrem, priuſquàm mundus eſſet, oſtendit.

Bernard. Scitè Bernardus: Clamat Crux, clamat clauus, clamat vulnus, quòd nos verè dilexit Deus.

Epheſ. 2. O magnam, ô nimiam charitatem! *Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos.* Verè nimiam, inquit Bernardus, Bern. ſer. fer. 4 Hebd ſanctæ. quia menſuram excedit, modum ſuperat, planè ſupereminet vniuerſis: *Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Tu maiorem habuiſti, Domine, ponens etiam animam pro inimicis: *cùm enim inimici eſſemus*, per mortem tuam & tibi reconciliati ſumus, & Patri.

Luc. 9. Miremur, ſi tunc illi *dicebant exceſſum*? Et qualem rogo alium? *Dicebant*, inquit, *exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem.* B Thom. à Villanoua, ſer. in Transfig. Domini. O verè exceſſum maximam! (exclamat Thomas à Villanoua:) ô ecſtaſim potentiſſimam! Exceſſiſti metas omnis rationis, & intellectus, Domine, in Ieruſalem. Supra modum in me amando exceſſiſti, Deus meus. Quid reddam tibi pro tanto amore tuo? Omnia in numero, & pondere, & menſura feciſti: ſed ſine numero, pondere, & menſura amaſti. In hoc redemptionis noſtræ opere nullus eſt numerus, nulla eſt cuſtodita

mensura; sed prorsus excessus nimius, & nimietas excessiua. In omnibus alioqui moderatus, & mensuratus: in solo amore fuisti nimius.

An non nimietas grandis, an non excessus nimius, vt Deus moriatur pro homine? pro opere suo Conditor? Creator pro factura? O ecstasim exuberantis amoris! ô feruentis charitatis excessum! (Psal. 77. Gen. 9.) Factus est Dominus *tanquàm potens crapulatus à vino*. Plantauit vineam, & ex ea bibit, & inebriatus est; & nudatus, grandem ecstasim passus est. Sed quam ecstasim? Quid dicam, Fratres, quam ecstasim? Deus in ligno pendet, omnipotens latronum medius crucifigitur, irridetur, blasphematur, spuitur, flagellatur, occiditur! Vbi est, Deus, sapientia tua? vbi est potentia tua? vbi est gloria tua? vbi est Diuinitas, maiestas, æternitas tua? Noli quærere. Ecstasim passus est Deus, alienatus est à se ipso, vt tu redeas ad te ipsum.

Sed, quò adhuc meliùs excessum huius charitatis expendas, pende interminatas altitudinis, latitudinis, longitudinis, profunditatisque illius dimensiones, (Ephes. 3.) vt possis & tu *comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum*; & quando mensuræ eiusmodi terminum non habent, *scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi*. (Gagn. ibid.) Græcè: *Vel maiorem, quam quæ virtute humana cognosci possit*.

Charitatis ergo Christi altitudo in passione tanta fuit, (Vatabl. & Carthus. ib.) vt omnem supergressa cælorum altitudinem, ad ipsa peruenerit Patris viscera, in eisque visitarit nos *oriens ex alto*. Latitudo, quæ ad omnes sese extendit, etiam inimicos, pro quibus orauit. Longitudo, quia longanimiter nos diligendo perseuerauit; à conceptionis, nimirum, instanti ad extremum suæ vitæ exitum in Cruce, à qua propterea clauis aureis magis, quàm ferreis confixus, non descendit. Profundum, quò nunquam vel cogitatione pertingas: adeò amoris hic *puteus altus est*.

O, ô verè excessum diuinæ charitatis! Planè excessus sui in nos æterni amoris: (Ierem. 31.) *charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te* (exaltatus in Cruce) *miserans tui*. Excessus voluntarij amoris: poterat non mori, mori voluit: (Osee 14.) *Diligam eos spontaneè*. (Pagnin.) Pagninus: *Vltrò*, nemine rogante, vel cogente. (Margin.) Marginalis: *Ex liberalitate*. (Chald.) Chaldæus: *Liberali animo*. (Interlin.) Interlinearis: Sola misericordia, quia *ipse prior dilexit nos*. (Isa. 53.) *Oblatus est, quia ipse voluit. Ego pono animam meam: nemo tollit eam a me*, (nisi amor.) (Ioan. 10.) *Ego pono eam à me ipso*, sponte, & amore. Miraris! *Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meam*. (Chrysost. in Cat. D. Th.) Chrysostomus in Catena, quasi dicat: Etsi nihil aliud esset, hoc mihi suasit amare vos, quòd vos ita amamini à Patre, vt ego etiam propter hoc diligar ab eo; quia pro vobis morior.

(Psal. 129. Bern. ser. 22. in Cant.) Excessus amoris liberalis. *Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio*. siquidem non gutta, quemadmodum ait Bernardus; sed vnda sanguinis per quinque corporis partes emanauit. Quòd si satis minùs sufficiebat redemptioni, non satis erat amori.

(2. Cor. 5.) Excessus amoris vnitiui. *Christus mortuus est, vt qui viuunt, iam non sibi viuant; sed ei, qui pro ipsis mortuus est*. Ob id nunc maximè *Charitas Christi vrget nos*.

(Galat. 2. Isa. 38. Græc. Pagnin.) Excessus amoris singularis. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Tu autem eruisti animam meam, vt non periret*. Græcè: *Tu autem conseruasti tibi animam meam, ne periret*. Ad Hebraicum: *Operuisti, cinxisti, amplexatus es amare animam meam à fouea corruptionis*, vel *abolitionis*: *proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea*.

Magna planè est vis amoris: mira, & ferè incredibilis potentia charitatis. Triumphat de Deo amor, dixit verè Bernardus: (Bernard.) quanquam Deus ipse amor est, & ita eum, (absit omnis verbo impietas,) non modò de cælo; sed propè de sensu mentis abstraxit, vt exinaniri eum, & crudelissima non solùm, sed & turpissima morte in Cruce mori fecerit.

Tantum Christi amorem, inquit Chrysostomus, (Chrys. hom. 2. in d. Ioan. Vet. amici mei estis.) quo amore pensabis? tantos in te beneuolentiæ fructus, quo officio comparabis? Quicquid in eius obsequium erogaueris, parum est: quicquid in eius seruitutem impenderis, minus est: nec si animam dederis, aut sanguinem fuderis, compensabis.

Bernardus de sexta effusione sanguinis: (Bern. lib. de Pass. Dom. c. 41.) Sexta, inquit, effusio sanguinis, quæ rosam passionis rubricauit, in fossione clauorum copiosissimè inuenitur. Quis enim de fossis, imò & de perfossis manibus, pedibusque innocentis Iesu copiam sacrati sanguinis dubitet effluxisse? In torrentibus huius sanguinis rosa nostra purpurata est: quia verè hic ardentissima charitas, hic rubicundissima passio inuenitur. In hac magnitudine passionis, magnitudo consideretur charitatis: ardorem rosæ, charitatis ruborem considera passionis.

„ Contendunt passio, & charitas: illa, vt plùs ardeat; ista, vt plùs rubeat. Sed mirabiliter per ardorem charitatis fit passio rubea: quia, si non diligeret, non pateretur; & in passionis rubore maxima, & incomparabilis ostenditur charitas. Sicut enim rosa per frigus noctis clausa, Solis ardore surgente tota aperitur, & foliis expansis in rubore demonstrat ardorem iucundum: ita flos cæli, deliciosus Iesus, qui multo tempore à peccato primi hominis, quasi in frigore noctis, clausus fuit peccatoribus, nondum plenitudinem impendens: tamen, plenitudine temporis accedente; radiis, scilicet, ardentis charitatis in omni corporis sui parte apertus est, & rosæ charitatis ardor in rubore sanguinis effusi refulsit. „

Clauis igitur immitibus manibus simul, & pedibus perforatur, & configitur ligno Crucis Saluator noster mitissimus Iesus. Intuere, & respice rosam passionis sanguineæ, quomodo rubet in indicium ardentissimæ charitatis.

Vide, quomodo hoc flore rosæ floruerit optima vitis nostra, rubicundus Iesus. Vide totum corpus, sicubi rosæ sanguineæ florem non inuenias. Inspice manum vnam, & alteram, si florem rosæ inuenias in vtraque. Inspice pedem vnum, & alterum, nunquid non rosei? Inspice lateris aperturam: quia nec illa caret rosa, quamuis ipsa subrubea sit propter mixturam aquæ. O suauissime Iesu, quales tibi condignas referre potero actiones: quia à principio ortus tui vsque ad mortem durissimam, imò & post mortem pro me pretiosissimum sanguinem tuum effudisti, qui ardorem excellentissimæ charitatis tuæ tam crebris sanguinis tui effusionibus manifestare curasti.

Et infrà eandem florum metaphoram prosequutus, (Idē eodem lib. c. 44.) Stat ecce, inquit, expansis manibus, nudo corpore, manibus simul, & pedibus perforatis, capite inclinato. Confortare nunc, anima mea misera, & infirma, & alis fidei, & spei ad hunc hortum charitatis enitere, & totum mentis intuitum per varia dispersum in vnum collige, ac apum sedulitatem imitans ad conficiendum tibi mel deuotionis,

deuotionis, ad Paradisum charitatis ascende, accedens *ad cor altum*: quia ecce, quem quæris, exaltatus est, humiliatus est. Non enim eleuatus est in Crucem, vt se difficilem præberet accedere ad eum volentibus; sed magis, vt omnibus posset paratior inueniri. Accedens ergo eum fiducia ad hunc Paradisum in extensione brachiorum cognosce, suscipe affectum paratum ad tuos, & te ad suos inuitantis amplexus, & quodammodo misetabiliter, misericorditérque clamantis. *Reuertere, reuertere, vt intueamur te.*

Psal. 63.

Ipse Iesus complexus tuos desiderat: talis vt complectatur, expectat. Caput floridum multis spinarum aculeis confixum ad te inclinat, vt ad pacis osculum te inuitet, tanquàm dicat: Ecce quomodo configuratus sum, quomodo confossus, quomodo macetatus, vt te possim ponere super humeros meos, quæ aberraueris ouis mea, & ad pascua reducere Paradisi. Redde vicem, & super vulnera mea misericordia commouere; & *pone me talem, qualem nunc vides. vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*, vt in omnibus cogitationibus cordis tui, in omnibus operibus brachij tui mihi taliter, vt vides, signato possis similis inueniri.

Cant. 6.

Cant. 8.

Conformaueram te imagini Diuinitatis meæ, cùm te createm: conformatus sum imagini humanitatis tuæ, vt te reformatem. Tu ergo, qui non tenuisti formam Diuinitatis meæ tibi impressam in tua formatione, (hoc est, peccato te deformasti,) tetine saltem formam humanitatis tuæ mihi impressam in tua recreatione: id est, si non terines, qualem te creaui, tetine saltem, qualem te recreaui: si non capis, quantas virtutum diuitias tibi dederim te creando; cape saltem, quanta in humanitate tua miserias propter te acceperim recreando, & ad potiores, quàm ad quas te formaueram, delicias reformando. Nam propterea homo visibilis factus sum, vt à te visus amaret, qui in Deitate mea inuisibilis non amabas. Da te ergo præmium incarnationi, & passioni meæ, pro quo incarnatus simul, & passus dedi me. Hactenus ille.

Et quid dulcius, quidve suauius à mellifluo? Planè amans noster & *vulneratus charitate* amari vult. Idcircò in Crucem ascendit, vt inde omnium corda ad se traheret. *Ad prædam ascendisti, fili mi. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis*. Hebræus *à montibus prædæ*: quod inde, scilicet, omnium corda non tam sollicitaret, quàm furaretur.

Gen. 49. Psal. 75. Hebr.

Et quidni furaretur corda, vel in Cruce *speciosus forma præ filiis hominum*? Quidni pulcher, vel in ipsa Crucis deformitate? Bernardus: Quantò minorem se exhibuit in humilitate, tantò maiorem se ostendit in charitate: & quantò pro me vilior, tantò mihi charior.

Bern. ser. 1. in Epiph. Domini.

Vidimus eum, & non erat aspectus. Mox: *Et desiderauimus eum*. Cur? Quia quantò pro nobis deformior, tantò nobis pulchrior.

Isa. 53.

Augustinus ad illud: *Non est species ei, neque decor*. admiratus, quo pacto posset esse deformitas, vbi tanta erat amabilitas: Ergo, inquit, Sponsus noster fœdus est? Absit. Quando enim illum virgines amarent, quæ in terra maritos non quæsierunt? Deformitas Christi, ô virgo, te format.

August. in Psal. 127.

Idem ser. 25 de verbis Apost.

Ita Bernardus Iesum in Cruce deformatum meditatus: Venite, venite, attendite manu fortem, nostrum, quomodo contritus est: desiderabilem nostrum, quomodo miserabiliter deformatus est: pacificum nostrum, quomodo in bello peremptus. Vbi est rubor roseus; vbi candor iuuenilis? vbi in

Bernard.

A corpore tam contrito decorem inuenies? Ecce defecerunt dies nostræ diei Domini Iesu, qui solus est dies sine tenebris, & ossa eius, *sicut cremium, aruerunt*: percussus est, sicut fœnum, & aruit cor eius, eleuatus est, & allisus valdè: sed in dedecore extrinseco decorem simul verè, & decus intrinsecus retinebat. De hac deformitate Redemptoris nostri manauit pretium decoris nostri; sed decoris interni: *Omnis* enim *gloria filiæ Regis ab intus*. Sentiat hæc, quæ in Cantico Salomonis proclamat: *Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*.

Psal. 101.

Psal. 44.

Cant. 1.

Planè sanctis animabus nunquam spectabilior Iesus, nuoquam pulchrior apparet, quàm in Cruce. Idem in Cantica: Quàm pulcher es Angelis tuis, B Domine mi Iesu, in forma Dei, in die æternitatis tuæ, in splendoribus Sanctorum, ante Luciferum genitus! Quàm mihi decorus es, Domine mi, in ipsa huius positione decoris. Etenim, vbi te exinanuisti, vbi naturalibus radiis lumen indificiens exulsti, ibi pietas magis enituit, ibi charitas plus effulsit, ibi ampliùs gratia radiauit.

Bern. ser. 45. in Cant.

Hinc tam pulchrè expensus ab Augustino titulus Psalmi quadragesimi quarti: *In finem, pro his, qui commutabuntur, filiis Core, in intellectu, canticum pro dilecto*. Dilectus ille visus est à persecutoribus suis; sed non intellectu. *Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*. Quasi dicat: Ij, qui solùm oculos carneos habuerunt, Sponsi huius pulchritudinem non viderunt, nec dilexerunt; C fœditatem viderunt: nos amemus illum: aut, si inuenerimus in eo aliquid fœdi, non amemus.

Psal. 44. tit. Aug. ibid.

1. Cor. 2.

Ecce ipse inuenit multa fœda, & amauit nos. Si aliquid fœdi inuenerimus in eo, non amemus: quia & hoc ipsum, quòd carnem indutus est, vt de illo etiam diceretur, *Vidimus eum, & non est species ei, neque decor*. si consideres misericordiam, qua factus est, & ibi pulcher est. Sed Iudæorum personam gerebat Propheta, cùm diceret: *Vidimus eum, & non est species ei, neque decor*. Quare? Quia non in intellectu. Intelligentibus autem: *Et Verbum caro factum est*. magna pulchritudo est. *Mihi autem absit gloriari*; dixit vnus amicorum Sponsi, *nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi*. Parum est, vt non inde erubescas, nisi etiam & glorieris. Quare ergo D non habuit speciem, neque decorem? Quia *Christus crucifixus, Iudæis quidem scandalum; Gentibus stultitia*. Quare autem & in Cruce habuit decorem? Quia, quod stultum est Dei, sapientius est, quàm homines: & quod infirmum est Dei, fortius est quàm homines.

Isa. 53.

Ioan. 1.

Gal. 6.

1. Cor. 1.

Nobis ergo tam credentibus, vbique Sponsus pulcher occurrat. Pulcher Deus, Verbum apud Deum: pulcher in vtero Virginis, vbi non amisit Diuinitatem, & sumpsit humanitatem. Pulcher natus infans Verbum: quia & cùm esset infans, cum sugeret, cùm manibus portaretur, cæli locuti sunt, Angeli laudes dixerunt, Magos stella direxit, adoratus est in præsepi, cibaria animalium mansuetorum. Pulcher ergo in cælo, pulcher in terra, pulcher in vtero, pulcher in manibus parentum, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher inuitans ad vitam, pulcher non curans mortem, pulcher deponens animam, pulcher recipiens, pulcher in ligno, pulcher in sepulcro, pulcher in cælo, pulcher in intellectu. Audite canticum, neque oculos vestros à splendore pulchritudinis illius auertat carnis infirmitas. Summa, & vera pulchritudo, iustitia est. Ibi illum non videbis pulchrum vbi deprehendes iniustum. Si vbique iustus, vbique

Ioan. 1.

Luc. 1. Luc. 2.

Matth. 2.

 decorus.

decoris. Veniat ergo nobis inspiciendus oculis mentis descriptus à quodam laudatore suo Propheta. Ecce, inquit, *Eructauit cor meum verbum bonum.*

Psal. 44.

Huc etiam eleganter Ambrosius,rationem reddens,cur cælestis Sponsus florem campi se appellauerit:*Ego flos campi.* Flos, inquit, odorem suum succisus seruat,& contritus accumulat,nec auulsus amittit: ita Dominus Iesus in illo patibulo Crucis, nec contritus emarcuit, nec auulsus euanuit;sed illa lanceæ punctione succisus, sacro speciosior fusi cruoris colore vernauit.

Ambr. lib. 2. de Spir.S. cap. 5.

Ego flos campi. Chaldæus:*Ego similis lilio in Paradiso voluptatis: & opera mea pulchra sunt, sicut rosa.*

Cant. 2. Chald.

O speciosum ergo,ô pulchrum oculis Sponsum animarum!*Vide vide arcum*, (Hugo Cardinalis, Christum in Cruce, *& benedic eum,qui fecit illum: valdè speciosus est in splendore suo.* Arcus,inquit Hugo,tricolor est,rubeus,cæruleus,viridis: & Christus rubeus fuit in passione: *Dilectus meus candidus,& rubicundus.* cæruleus in flagellatione:*Cuius liuore sanati sumus.* viridis in patientiæ longanimitate, & innocentiæ puritate:*Si in viridi hoc faciunt,in arido quid fiet?* Sagittæ emissæ ab hoc arcu verba fuerunt prædicationis, & doctrinæ eius, de quibus in Psalmo:*Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis*

Eccl. 43. Hugo Card. ibid. Cant. 5. Isa. 53. Luc. 23. Psal. 119.

B

His sagittatus Centurio ille, de quo Bernardus in sermone de nigredine, & formositate Sponsi: Nigrum sensus renunciat,fides candidum, & formosum probat Niger est,sed oculis insipientium: nam fidelium mentibus formosus valdè.Niger est: sed formosus.Niger reputatione Herodis,formosus confessione latronis, Centurionis fide. Quàm formosum aduerterat,qui exclamauit: *Verè homo hic filius Dei erat.* Sed in quo aduertit, aduertendum:si enim attenderet,quod apparebat, quomodo formosus,quomodo Filius Dei? Quid nisi deforme, & nigrum oculis spectantium occurrebat, cùm expansis in Cruce manibus,medius duorum nequam,risum malignantibus daret,fletum fidelibus?Et solus erat risui,qui solus poterat esse terrori, solus honori debuerat. Vnde igitur aduertit pulchritudinem Crucifixi,& quòd is sit Filius Dei, *qui cum iniquis reputatus est?* Respondere aliquid ad id, nostrum nec fas, nec opus est. Nec enim Euangelistæ hoc diligentia prætexiit:sic enim habes:*Videns autem Centurio, qui ex aduersa stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Verè hic homo Filius Dei erat.* Ergo ad vocem credidit; ex voce agnouit Filium Dei, & non ex facie. Erat enim fortasse ex ouibus eius, de quibus ait: *Oues meæ vocem meam audiunt: & cognosco meas, & cognoscunt me meæ.* Auditus inuenit, quod non visus. Oculum species fefellit,auri veritas se infundit.Oculus pronunciabat infirmum,oculus fœdum, oculus miserum,oculus morte turpissima condemnatum;auri Dei Filius,auri formosus innotuit.

Bern.ser. 28. in Cant.

C

Mar. 15.

D

Isa. 53.

Marc. 15.

Ioan. 10.

Cæterùm, quò magis Crucifixi Iesu pulchritudine capiaris,in eiúsque amore ardentiùs inflammeris,expende, quæ, & quanto pro te in ipsa crucifixione sit passus,liceatque à Bernardi ordine in dexteræ, ac sinistræ virtutibus propositis declinare.

Expansa ergo illius brachia,protensa,& protracta crura suspenduntur in Cruce:manus, & pedes clauis acerbissimis configuntur. *Foderunt*, inquit, *manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.*Bernardus:Ac si diceret: Tantùm disten-

Psal. 21. Bern lib. de Pass.c.7.

sus sum dextrorsum, ac sinistrorsum, & à summo deorsum, vt corpore nudo in modum tympanicæ pellis distenso, facilè possent omnia ossa mea dinumerari.

A

Dispersa sunt omnia ossa mea, Hieronymus: *Separata sunt omnia ossa mea.* Campensis: *Dissociantur:*& in paraphrasi, soluta sunt omnia ossa mea. Tertullianus pro *foderunt*, legit: *Exterminauerunt manus meas, & pedes meos*, quasi attractione violenta extra terminum summo cum dolore manus eius,pedésque posuerint.

Psal. 21. Hieron. Campen.

Tert. contra Iudæos.

Quis modò vel cogitatione assequatur, quanta sit dolorum immanitas,& sæuitia, volis manuum, & pedum transfixis clauis?quantò maior pendente,& innixa mole vniuersi corporis in manus, & pedes sic affectos!Non habebam aliud sustentaculum,nisi clauos,(ita ipse ad D. Brigittam)interiora mea omnia arida, & contracta fuerunt:cor meum plenum erat dolore,quod quia recentissimæ naturæ erat,& optimè; ideò dolor quandoque de neruis exibat ad cor,iterum à corde ad neruos, & sic agmentabatur dolor, & mors prolongabatur.

In reuel.cap. 31.

Augustinus:Pendentes in ligno Crucifixi producta morte necabantur:non enim crucifigi, hoc erat occidi;sed diu viuebatur in cruce; non, quia longior vita eligebatur; sed, quia mors ipsa protendebatur,ne dolor citiùs finiretur.

Aug tract. 36. in Ioan.

Hinc Seneca turpissimum Mecœnatis votum incusans, qui modò viueret, in cruce perdurare non refugiebat, scitè dixit:Inuenitur aliquis, qui malit inter supplicia tabescere,& perire membratim,& toties per stillicidia amittere animam,quam semel exhalare!Inuenitur, qui velit adactus ad illud infelix lignum,trahere animam, tot tormenta tracturum?En quod in Mecœnate horrebat Seneca:in vero nunc (si licet) Mecœnate doleas quidem,& venereris.Hic etenim *factus obediens vsque ad mortem,mortem autem crucis.*

Seneca ep. 10.

Philip 2.

Chrysologus:Crucifixus in Cruce, in edito coram omnibus inimicis,& tota crudelitate spectantibus, & tota acerbitate obseruantibus mortem suscepit.

Chrysol.ser. 58

Sed,cur hanc potiùs? Rationes D. Thomas ita diffundit:Quia mors confixorum in cruce est acerbissima: quia configuntur in locis neruosis,& maximè sensibilibus,in manibus,& pedibus:& ipsum pondus corporis pendentis auget dolorem:& cum hoc etiam est doloris diuturnitas;quia non statim moriuntur,sicut hi,qui gladio interficiuntur.

D.Thom. 3. p.q.46.art.6

Sic enim Bernardus: Nec capite truncari, aut collo suspendi,aut comburi, aut suffocari voluit: quia mortes illæ breuiusculæ:crucifigi autem voluit,quòd genus id martyrij prolixum, ac dutum: quia,vt amor Christi in nos magnus, & infinitus, & amore magno patiebatur;ita voluit supplicium esse longum, incomparabile, & omnium crudelissimum.

Bernard.

Hieronymus:Crucifixerunt eum, vt dolor clauorum intima,& neruoia tangens acerbitate torqueret,& suspensio distenderet;vt pondus corporis vulnera manuum, & pedum laceraret, & asperitas ligni dorsum flagellatum affligeret;& sic nulla pars corporis eius dolore careret.

E

Hieron.

Vnde piè hortatur Bernardus: O anima, volue, & reuolue Corpus Dominicum, & vbique inuenies dolorem, & cruorem. Verè tam miserabiliter pendebat Rex gloriæ, tam pœnaliter Iudex viuorum, & mortuorum, vt solo aspectu in eius compassionem molliri possent corda lapidea.

Bernard.

¶ Crucis quidem supplicium horum,ac violen-

tum;

Chryſ. in demonſt. aduerſus Gentes, quòd Chriſtus ſit Deus.

tum; adde, maledictum, ignominioſum, infame. Chryſoſtomus: Quale autem ſymbolum huius mortis? Signum erat mortis maledictæ, mortis omnium diffamatiſſimæ: hoc enim ſolum mortis genus maledictioni obnoxium fuit, vt, exempli gratia, quid dicam, qui olim peccabant, comburebatur, & aliis modis vitam finiebant, vt ſuppliciis tantùm: crucifixus autem, & ligno ſuſpenſus, non ſolùm hoc ferebat, vt graue aliquod ſupplicium, cui adiudicatus erat; ſed vt maledictum quoddam: nam *maledictus omnis, qui pendet in ligno.*

Deut. 21. Cornel. Tac. lib. 2. & 4. Hiſtor.

Hinc vel Tacitus ille, cui loqui, dum tacet, mos eſt; quoties ſupplicij crucis meminit, crucis voce ſilentio preſſa, ſeruile ſupplicium appellauit: ſic enim lib. 2. Hiſtoriarum: Sumptum de eo ſupplicium in ſeruilem modum. Et lib. 4. Hiſt. de Aſiatico Vitellij liberto: Malam potentiam, inquit, ſeruili ſupplicio expiauit.

Cic. in Ver.

Et Tullius, facundiæ Pater, verbis ſatis exaggerare non valens crudele quoddam C. Verris facinus, quòd, nimirum, præter fas, ac patriæ conſuetudinem, P. Ganium virginis primùm cæſum crucifixiſſet: Facinus, exclamat, vincire ciuem Romanum; ſcelus, verberare; propè parricidium, necare: quid dicam in crucem tollere? teterrimum, crudeliſſimúmque ſupplicium. Nunc, quid dicemus, non de cruce Ganij; ſed de Chriſti Cruce? non de ciue Romano; ſed de ipſo Dei Filio? Facinus, facinus eſt vincire Deum; ſcelus, verberare; parricidium, necare; in crucem tollere, teterrimum, crudeliſſimúmque ſupplicium.

Acceſſerunt ergo corpori Ieſu in Crucem ſublato, pendenti, ad eúmque modum crudeliter excarnificato ægritudines animi non paucæ, nec ſanè exiles.

Delectus ad ignominiam illius dies feſtos, & celebritas Iudæorum, quo hilares Iudæi, ac læti ferias ſuas agerent; ipſe verò in publica lætitia affligeretur; & quo die aliis parcitur; accuſaretur, imperetur; tum eriperetur ei vita, quando aliis donatur.

Act. 2.

Expectatum eſt tempus, quo ex Orbe toto confluerent Iudæi ad celebrationem Paſcha, vt ſpectaculum necis Chriſti eſſet frequentius: prætereà quòd *erant in Ieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione, quæ ſub cælo eſt.*

Hi occurrebant animo illius, ſe, qui paucis antè diebus receptus eſſet tanquàm Rex, & Meſſias; qui habitus fuiſſet Propheta magnus, cui oblata dignitas regni, quem multi adoraſſent; medium nunc inter duos latrones, quaſi eiuſdem criminis conflictum: & manifeſtum, in arbore execrationis pendere.

Iſa. 53. Pagnin. D. Clem. Septuag. Syriac.

Et cum ſceleratis reputatus eſt. Pagninus: *Et cum præuaricatoribus.* D. Clemens, *& cum impiis.* Septuag. *& inter iniquos.* Syriacus, *& cum flagitioſis reputatus eſt.*

Matth. 27. Luc. 23. Syriacè. Tert. lib. 4. cont. Marc.

Crucifixi ſunt cum eo duo latrones. Aliàs, *duo nequam,* Syriacè, *duo malefici*; vel, *duo ſicarij.* Tertullianus: *Sed & duo ſceleſti circumfiguntur illi,* vt inter iniquos, ſcilicet, deputaretur.

Chryſoſt.

Chryſoſtomus: Crucifixerunt pariter latrones, non tanquàm inimici latronum: participes enim erant ſceleris eorum: nam Pilato dicente: *Quem vultis vobis dimitti,* latronem latrones petierunt; vt paſſionem Domini macularent, eúmque infamarent, vt ex ſocietate punitorum ſocius videretur latronum.

Ambroſ. lib. 10. in Luc.

¶ Sed ad expendendam adhuc magis ignominiam, refert conſiderare cum Ambroſio, qualis

A aſcendat in Crucem. Nudum, inquit, video: talis aſcendit, quales nos, authore Deo, natura formauit.

Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam; & reuerentiam meam. Hebræus, *& verecundiam meam. Quaſi abſconditus vultus eius.* Lyran. præ verecundia, quæ talis extitit, vt pro ea exaudiri meruerit: *Exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Pſal. 68. Hebr. Iſa. 53. Lyran.

D. Bonauentura: Spoliatur etiam & nunc tertia vice coram tota multitudine. Quanta, rogo, confuſio eius, ac verecundia? *Operuit, aperuit,* inquit, *confuſio faciem meam.* D. Bonauent. med. c. 78. Pſal. 68.

Sol videns inhonoratum Dominum, inquit Cyrillus, tremens defecit, nec ſpectaculum ferre potuit. Cyrill. cath. 17.

B Cruci itaque affigitur nudus, ſpectantibus cunctis; attonitis neceſſariis; confuſis, & pudefactis cognatis, & propinquis; aſtante Diſcipulo chariſſimo pleno lacrymarum, & mœroris extremi; aſtante Matre, quis poſſit dicere, quanta mœſtitia perculſa? Cruciatus Filij materna viſcera, velut grauiſſimo telo, conſauciant: Matris dolor dolorem Filij renouat, exulcerat, exacerbat.

¶ Quid reſtat? quid aggregari ad hæc poteſt? Pontificum, & Phariſæorum odium ex inuidia conceptum, & rabies teterrima nondum ſatiata pœnis, & tormentis, nihil poteſt iam apponere cruciatibus corporis, addit opprobria, & ſubſannationem: *Quem tu,* inquit, *percuſſiſti, perſecuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Pſal. 68.

C *Factus ſum in deriſum tota die: omnes ſubſannant me. Diſſipati ſunt, nec compuncti: tentauerunt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione, frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.* Alij: *Cachinnauerunt,* aut *aperuerunt os ſuum ad irridendum, & non ceſſauerunt.* Ita Campenſis in Paraphraſi: Qui læſi à me nulla re fuerant, proſcindebant me conuitiis ſine intermiſſione. Ierem. 20. Pſal. 34. Margin. Campenſ.

Omnes videntes me, deriſerunt me. Tertullianus: *Omnes, qui ſpectabant me, naſo irridebant me. Loquuti ſunt labiis, & mouerunt caput.* Ad verbum: *Demiſerunt,* ſiue *laxarunt labium,* (ſcilicet, ad blaſphemias.) Chaldæus: *Garruit malum labiis ſuis.* Hieronymus: *Demittunt labium,* illudentium more. Campenſis: *Retorquent labia. Et mouerunt caput*, præ contemptu: nutu capitis me illuſerunt: contemptim, & fusè irriſerunt. Pſal. 21. Tert. lib. 4. cont. Marc. Genebr. Chald. Hieron. Campenſ.

D Iuſtinus Martyr in dialogo cum Tryphone, hunc eundem Pſalmum exponens: Ij, inquit, qui eum, cùm Cruci ſuffixus eſſet, videbant, ſuum quiſque caput agitabant, labra diſtorquebant, naribúſque inter ſe indignantes, hæc per ironiam dicebant: *Dei ſe Filium eſſe dicit, deſcendat, & incedat:* Iuſt. Mart. Matth. 27.

Et aſpicient ad me, quem confixerunt. Septuaginta: *Pro eo, quòd inſultauerunt*; aut apud Hieronymum, *quod ſaltauerunt*: videlicet, quod contra Dominum quaſi ludendo ſaltauerint, quando dicebant illudentes, atque ridentes: *Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſaluum fac temetipſum: deſcendens de Cruce.* Hæc, & alia, Zach. 12. Septuag. Hieron. Matth. 27.

E inquit Hieron. illudentes, & quodam amentiæ tripudio ſaltantes, loquebantur. Vnde & Syriacus: *Similiter autem & Principes Sacerdotum ridebant vnus cum alio, necnon & Scribæ, & dicebant: Alios ſeruauit, ſeipſum non poteſt ſeruare.* Mar. 15. Syriac.

Tauri pingues obſederunt me. Vitulorum, taurorúmque eſt obliquè, ac in tranſuerſum ſaltare. Pſal. 21.

Quantus hinc, rogo, latus Chriſto Domino patientiæ campus? Eò hic planè latior, velut inquit Iuſtinianus, quò frequentiùs, atque vehementiùs B. Laur. de triumph. Chriſti agone, c. 17.

illum

illum contumeliis lacessebant. Excolebant sanè illi, æterna permittente Sapientia, humanitatis terram, iniquitatis suæ vomere, ac venenatæ linguæ sarculo, vt centuplicatum redderet sanctæ Ecclesiæ fructum. Ita virtutes Mediatoris Christi, quæ in occulto Diuinitatis gazophylacio latitabant, hac occasione produxerunt ad publicum.

Idem c.15. Thren.3. Stabat ergo ille *quasi signum ad sagittam*, vt contradictionis verba susciperet. Quales quisque adstantium sagittas emiserit, ex consequentibus considera. Aderat populus multus finem expectans: ex ipsis quidam irrisionis intorquebant iacula, dicentes: Luc.23. *Alios saluos fecit, se ipsum faciat, si hic est Christus Dei electus.* Huiusmodi erant maledicentium turbarum sagittæ. Militum verò, custodientiúmque: Ibid. *Si tu es Rex Iudæorum, saluum te fac.* Prætereuntes & ipsi blasphemiæ dirigebant spicula, aientes: *Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum: si Filius Dei es, descende de Cruce.* Matth.27. Similiter & Sacerdotum Pontifices, cæteris sceleratiores, illusionis iacula emittentes ad alterutrum, cum Scribis, & Senioribus dicebant: Ibid. *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si Rex Israel est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei. Confidit in Deo: liberet eum nunc, si vult; dixit enim: Quia Filius Dei sum.*

O venenata antiqui serpentis fraus! ô meditata leonis rugientis rabies! quanta calliditate, quantáve peruersitatis arte inuictissimum Christianæ religionis ducem conabatur euertere! Ordinarat quippe aduersùm illum acies: in omnibus ipse certabat, si quo modo concupitæ valeret fieri compos victoriæ. Primò turbas, deinde milites, pòst excitat prætereuntes, postremò Pontifices, & seniores. Omnes certatim paratas in pharetra sagittas in signum contradictionis intorquent, paulatimque pugnæ exaggerant impetu.

Porrò, si singulorum discutiantur verba, semper in malignitate cognoscentur proficere. Horum dolositatem Propheta expressit dicens: Psal.73. *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Pugnæ vidisti ordinem? attende nunc fraudem. Duo in singulis recognosce, irrisionem, videlicet, & persuasionem. Per irrisionis vilipendium ipse malorum omnium commentor Diabolus pendentis Mediatoris subruere animum, atque in desperationis, & impatientiæ foueam præcipitare nitebatur. Quis, oro, tam crebrò, tam iniuriosè, necnon & à tot æmulis lacessitus immobilis permaneret? Sibi inuicem succedentes sine interuallo, & absque pietate, opprobriorum, ac illusionum adeò crebrescebant ictus, vt fesso, & afflicto nulla requies præberetur: importunitate quadam conuitiorum, bellatoris fortitudinem debilitare studebant. Præualuerúntne? an fortè mouere potuerunt, seu mollescere durissimam petram? Prorsus minimè. Isa.50. *Posui faciem meam, vt petram durissimam: & scio, quia non confundar.* Fortitudinis scutum sagittarum opposuit ictibus.

Illusionum audisti bellum, pariter & triumphum? persuasionum nunc venena ausculta. Plurimi, nempe, eorum, qui aderant, Diabolo instigante, verbis Domino suadere conabantur, vt de Cruce descenderet. Hoc turba, milites, prætereuntes dixerunt, & Pontifices; quatenus ex suadentium multitudine procliuior fieret ad descensum; callidéque satis se credituros simulabant, vt tanquam Saluator verus, credituorum salutem non negligeret.

Iam pauere Diabolus cœperat, iam ipsum Christum esse credere, iam adeptum impudenter in

A hominibus dominium amittere trepidabat; hinc, vt descenderet, hortabatur. Verùm hanc capitis, & membrorum malitiam Sapientia agnouit, confudítque. Sapientia vicit malitiam. Non armis, non argumentis, non redargutionibus; sed inimicum patientia superauit. Patienter sustinens perseuerauit in Cruce, donec spiritum exhalaret.

Cæterùm iam eloquentissimus Cyprianus ex tot iniuriarum perpessione Christi Domini patientiam expendat, in sermone planè aureo de bono patientiæ; Cypr. ser. 3 de bono patient. vbi, cùm eiusdem virtutis præclara exempla ex tota Saluatoris vita, ad Crucis vsque, & passionis horam pulcherrimè enarrasset, hæc posteà subinfert: Sub ipsa autem passione, & Cruce, priusquàm ad crudelitatem necis, & effusionem
B sanguinis veniretur, quæ conuitiorum probra patienter audita? quæ contumeliarum tolerata ludibria? vt insultantium sputamina patienter exciperet, qui sputo suo cæci oculos paulò antè formasset: & cuius in nomine nunc à seruis eius Zabulus, cum Angelis suis flagellatur; flagella ipsa pateretur: coronaretur spinis, qui Martyres floribus coronat æternis: palmis in faciem verberaretur, qui palmas veras vincentibus tribuit: spoliaretur veste terrena, qui indumento immortalitatis cæteros vestit: cibaretur felle, qui cibum cælestem dedit: aceto potaretur, qui poculum salutare propinauit?

Ille innocens, ille iustus, imò innocentia ipsa, & ipsa iustitia inter facinorosos deputatur: & te-
C stimoniis falsis veritas perimitur: iudicatur iudicaturus; & Dei sermo ad victimam tacens ducitur: & cùm ad Crucem Domini confundantur sydera, elementa turbentur, contremiscat terra, nox diem claudat; Sol, ne Iudæorum facinus aspicere cogatur, & radios, & oculos subtrahat; ille non loquitur, nec mouetur, nec maiestatem suam, sub ipsa saltem passione, profitetur: vsque ad finem perseuerantes, ac iugiter tolerantur omnia, vt consummetur in Christo plena, & perfecta patientia.

Sed sub ipsa immoni crucifixione, quanta iam, rogo, Domini patientia? Sap.2. *Contumelia, & tormento,* dixerunt illi, *interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam,* (Græcè, Græcè. *mansuetudinem*) *eius,* (ô qualis!) *& probemus patientiam illius,* ô quanta!)

Nunc qualiter passio ipsa facta sit, diligenter at-
D tende. Iustinianus: Domino iam Satanæ Ministri appropinquantes, detractis vestibus, nudauerunt eum. De triumph. Christi agone c.16. Porrò repentè de cicatricibus recentibus cruor emanauit abundè. Inhæserat quippe corpori cruentato inconsutilis tunica, quæ sanguine hausto siccata erat: quamobrem pellem totam decoriare compulsa est. Quoniam verò in expoliatione hac, quid doloris, quid impietatis, quid virtutis acciderit, nullius quamuis eruditi sufficit enarrare facundia, taceat lingua, conquiescat manus, & calamus iaceat, quatenus Mediatoris cor lacrymis defluentibus degustare sufficiat.

E Redemptore ergo denudato, illum supinum super Crucis stipitem posuerunt. Ecce Isaac noster, Gen.22. verus repromissionis Filius, in quo vniuersæ Gentium sunt benedicendæ familiæ. Quomodo patri obtemperando, humiliter se super struem lignorum, séque in holocaustum præbens perferendum substernit ad mortem. Non auditur clamor, non contradictionis vox, neque excusationis indicium, sed iuxta Prophetæ vaticinium: Isa.53. *Sicut ouis ad occisionem ducetur, & tanquàm agnus coram tondente se, sic non aperiet os suum.*

Illo igitur super Crucis extensa patibulo, veluti

intrepidus propugnator, vt voluntarium esse eius Sacrificium innotesceret, dextrum crucifixoribus exhibuit brachium: quod illi sine cunctatione apprehendentes, toto conamine, dilatai potius, quàm perforata manu, clauo presserunt in ligno. Videntes illicò (quod dictu, audituque horrendum est) affatim profluere sanguinem, corpus totum trigescere, faciem plus solito pallescere, venas, brachiorùmque arterias præ doloris magnitudine coarctari.

Tum cœptum crudelitatis opus perficere satagentes, vi maxima manuū alteram fixerunt in ligno. Demum conglobati pariter funes ligantes in pedibus, manuum dilatata foramina, atque ita contractas brachiorum iuncturis extensis pedum plantas Crucis confixêre patibulo. Tunc, iuxta Vatis oraculum, vniuersa sanctissimi Corporis ossa numerabilia facta sunt. Tunc, tanquàm textentium pannus, Redemptoris caro in ligno distenta est; & veluti brutorum pellis, Christi membra sunt clauis in Cruce firmata.

Psa. 21. Isa 54. *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum extende, ne parcas; longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida.* Septuaginta: *Et pelles fige: protende funiculos tuos, & clauos tuos conforta adhuc in dextris & sinistris dilata.* Septuag.

Ierem. 10. *Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei disrupti sunt: fily mei* (Apostoli) *exierunt à me, & non subsistunt.* Septuaginta: *Tabernaculum meum misera affectum est, & omnes pelles meæ dissipatæ sunt. Non est vltrà locus tentory mei, locus pellium mearum.* Septuag.

Stabat ipse pœnarum, ac tormentorum immēsitate grauatus, luminaribus in cælum erectis!

Idem Iustin. cap. 17. Erat quippe confixus in ligno, omni catens doloris temperamento, & foris conuitiabatur opprobriis. Hinc inde sanctissimum mouebat caput præ spinatum punctionibus debilitatum: vbi illud firmaret, minimè reperiebat: nunc in sinistro latera, nunc se vertebat in dextero, requiem quærens, nec inueniens. Cùm Cruci adhærebat, spinæ infigebantur acriùs; cùm illud erigebat sursum, diu perseuerare non poterat. Satis autem fuisset, si huiusmodi tantùm capitis cruciatus supplicio extitisset; sed huic non minùs aspera iungebantur.

Trium solummodo suspensus tenebatur virtute clauorum: nam corpori omni ex parte attrito Crux ipsa statera facta est. Porrò, quando pro subleuando corporis afflicti dolore elauatis innitebatur pedibus, afficiebatur incredibiliter: si verò in brachiorum vigore pro mitigandis cruciatibus pedum suspendebatur, manuum supra modum dilatabatur fixuræ, addebantúrque vulnera vulneribus, & rediuiua fessis membris supplicia inferebantur: sicque Incomprehensibili modo inde patiebatur vehementiùs, vnde doloti occurrere cupiebat. Nouerat solus ipse, quæ, quantave sustinetet tormenta. Venerat in maris latitudinem, adeò vt penè illum tempestas de mergeret. Tanquàm petra durissima, In vndarum positus medio, procellis tribulationum tumentibus implebatur. Propheticum illud poterat ex suo ore proferre, quoniam (vt arbitror) in ipsius fuerat persona prædictum: *Dolores Inferni* (hyperbolicè, id est, maximi, & vehementissimi) *circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.* Et, *Circundederunt me dolores mortis: pericula Inferni inuenerunt me: tribulationem, & dolorem inueni.* Psal. 17. Psal. 114.

Isa. 53. O, ô verè virum! ô hominem in plaga! ô scientem infirmitatem, aut iuxta alios, *notum ægritudine!* Planè, planè doloribus Christus innotuit, ac per excellentiam doloribus, quasi digito, est prænotatus. *Notus ægritudine*, vel etiam *ægritudini*: & certe benè notus. Septuag. Pagnin.

Heu! vide, vt pendet in Cruce Corpus illud corporum omnium supremum, Corpus Diuinitati adnexum, vt pendet euilisum, tortum, cæsum, luxatum flagellatum, fœdum cruore; plagis autem, vibicibus, tuberibus, liuore, vulneribus horrens!

Ita, itáne vile tibi fuit, ô bone Iesu, caput istud beatissimum, vt illud pro te lutea, ac nihili facienda, in apertum discrimen adduceres? Ita 'nullius pretij pulcherrimum istud Corpus, vt pro cœno illud, ac sordibus tot doloribus, vulneribus, cruciatibus obiiceres? Illa, illa sapientia stultitiæ notanda fuit infamia? ille splendor maculis aspergendus ignominiæ? O inflammaras scelere parricidarum mentes! ô nefaria hominum consilia! Vos Dei Filium probris appetere, eriminationibus, maledictis insectari, virgis tandiu cædere, vt plurimus sanguis omnibus è venis vbertimè difflueret? Vósne palmarium istud immanitatis, commentum segmen hamatis, & aculeatis consertum spinis, diuino capiti ad contumeliam inserere, ad dolorem intrudere potuistis? Vósne plenissimas cruoris, ac perfidiæ manus hos lacertos impellere; vos illum adeò affligere, iactara, vulnerare, nihil vt integri in eius corpore, quasi viuo quodam eadauere loci esset ad noua vulnera; nisi fortè, quæ per cicatrices imprimerentur, accipienda? Quid adhuc plura commemorem? Vos Dei Filium, hominem pro homine factum, exquisitissimis doloribus, inauditisque tormentis probatum acerbissimæ crucì suffigere potuistis? *Si affiget homo Deum* (suum) *quia vos affigitis me?* Malach. 3. Cassi l b. 2. de incar. Verbi.

Verùm, si quis cum animo suo diligenter reputauerit, quanta sit diabolicæ conditionis potestas à Deo illi in origine naturæ ipsius attributis, næ is apertè perspiciat, nullum calamitatis, & afflictionis genus non potuisse in Christi corpus, & teneram animi illius portionem non esse profusum (vtique extra peccatum, & sa pariter incommoda, quæ certorum sunt hominum, non naturæ.)

Solutus siquidem tunc fuit Dæmon à Deo, expeditáque potestas tenebrarum, cui nulla inuenitur super terram, quæ possit comparari. Permissum illi, vt tantùm sæuiret in Christum, quantùm vellet, & posset: voluit autem, quantùm potuit, qui multò plùs posse voluisset.

Nam, quemadmodum nihil magis amat Deus secundùm se, quàm hominem Christum, nec quisquā magis Deū, quàm Christus; ita nihil infensiùs odit Diabolus, quàm Christum. *Et ostendit mihi Dominus Iesum, Sacerdotem magnum, stantem coram Angelo Domini: & Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei.* Dexteram siquidem Christi oppugnabat Satan, id est, bona illius præcipua, Ecclesiam Sponsam eius, & regnum illius sempiternum: sed de hac tamen impugnatione securus erat Christus, sepimento, nimirum, vallatus opis diuinæ, dè qua ipse idem dicit in Psalmo: *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear.* Sinistram verò partem, quæ ad inferiora humanitatis deuergit, hanc planè infestauit Dæmon. Zac. 3. Psal. 15.

Itaque velut inundatione, ac proluuio quodam proruerunt in Dominum labores, ærumnæ, dolores, cruciatus, tormenta, plagæ, tædium, ægritudo, perturbatio, æstuatio, horror, anxietas, amaritudo:

Omnes

Psal. 87. *Omnes fluctus tuos induxisti super me.*

D. Thom. 3. p. q. 46. art. 5. D. Thomas enucleatè: Christus passus est omnem humanam passionem secundùm genus. Probat couclusionem tripliciter, & ex parte generalitatis conditionum eorum, à quibus, & rerum, in quibus, & membrorum suorum, secundùm quæ passus est. Ex parte igitur hominum, à quibus passus est. Passus est, inquit, aliquid à Gentilibus, & à Iudæis, & à masculis, & à fœminis, ab ancillis, nimirum, accusantibus Petrum. Passus est etiam, & à Principibus, & à ministris eorum, & popularibus,

Psal. 2. secundùm illud: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Passus est etiam à familiaribus, & notis, sicut patet de Iuda eum prodente, & Petro ipsum negante.

Ex parte verò eorum, in quibus homo pati potest: passus est Christus in suis amicis eum deserentibus; in fama per blasphemias contra eum prolatas; in honore, & gloria per irrisiones, & contumelias ei illatas; in rebus, per hoc, quòd etiam vestibus spoliatus est, in anima per tristitiam, tædium, & timorem; in corpore per vulnera, & flagella.

Tandem quoad corporis membra, passus est in capite pungentium spinarum coronam; in manibus, & pedibus fixionem clauorum; in facie alapas, & in toto corpore flagella. Passus est etiam secundùm omnem sensum corporeum; secundùm tactum quidem, flagellatus, & clauis confixus; secundùm gustum, felle, & aceto potatus; secundùm olfactum, in loco fœtido cadauerum (qui dicitur *Caluariæ*,) appensus patibulo; secundùm auditum, lacessitus vocibus blasphemantium, & irridentium secundùm visum videns Matrem, & Discipulum, quem diligebat flentes.

Caiet. ibid. Et Caietanus ibidem piè, & acutè. Aduertè hîc primò, quòd Author summariè pertransit generalitatem passionum Christi: nam, si ad amussim dinumerandæ essent omnes conditiones passionum eius, & differentiæ earum, humanum ingenium fortè deficeret. Clarè siquidem liquet, quod passus est iudicialiter, & extraiudicialiter, à iudicio ecclesiastico, & sæculari: passus est obiectione superbiæ, blasphemiæ, seductionis, ambitionis, rebellionis Cæsareæ, vsurpationis diuinæ: passus est à testibus falsis, & à propria confessione occasionaliter: passus est vt malus, & vt stultus: passus est à viris timoratis, secundùm legem Dei, (vtpote non introeuntibus Prætorium, & vacantibus operibus misericordiæ actualiter:) & à sceleratis passus est, & simpliciter, & comparatiuè ad Barabbam; & breuiter (concludit Caietanus) ad pelagus passionum harum contemplatio ingressum dans, noua semper adiiciet.

Iob 30. Sed iam dolentem ipsum pio miserationis affectu ex ipso dolentis ore audiamus. *Expectabam bona, & venerunt mihi mala, præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ.*

Glossa ibid. Quasi diceret: Quis non putaret satis, supérque hactenus in me sæuitum, & tamen hîc diutiùs in noua tormenta, & in mortem dilatus manus crucifigentium toleto.

Hugo Card. ibid. *Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie.* Hugo Cardinalis: Illi, scilicet, qui secreta mea nouerant, quósque vt viscera per amorem gestaueram, atrociter contra me surrexerunt:

Cant. 1. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt contra te.*

Ierem. 12. Ad literam: *Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie,* à calo-

Lyran. re, videlicet, vlcerum interiùs penetrante: vnde

A Chaldæus: *Et non apparuit in eis sanguis.* Chald.

Iob 30. Glossa ibid. *Frater fui draconum, & socius struthionum.* Glossa Ibid. Draconum nomine malitiosi; struthionum, qui pennas habent, & volatum non habent, simulatores (quales Pharisæi) intelliguntur, qui speciem tantùm sanctitatis habent.

Lyran. Lyranus: *Frater fui draconum, & socius struthionum.* quia illi, qui debebant me diligere, sicut fratres; nunc mordent me suis punctionibus, & detractionibus, sicut dracones: & illi, qui erant mihi familiares, & socij, obliti sunt mei, sicut struthio obliuiscitur fœtus sui.

Hugo & Lyran. ibid. *Cutis mea denigrata est super me.* Hugo, ex labore passionis, *& ossa mea aruerunt præ caumate;* hoc est, nimio calore vlcerum meorum, in tantum est exB cessiuus, quòd in parte desiccauit medullas ossium meorum.

Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Loco, nimirum, Angelorum quondam canentium, nunc Angeli pacis amarè

Strab. lib. 13. deflent. Qui ad ortum Solis cecinerunt, occidente nunc Sole plorant. En hîc instaurata illa Memno-

Paus. in Attic. Plin. lib. 6. nis statua, quæ, referente Pausania, tam admirabili arte perfecta narratur, vt ad primos orientis Solis radios, quendam concentum instar fidium, ederet; eádem verò ad occidentem Solem lugubri sono, & quasi Phrygiis modis insfremeret, ac immurmuraret potiùs, quàm caneret.

Iob 30. Hebr. *Nunc in eorum canticum versus sum,* id est, in derisum; *& factus sum eis in prouerbium,* siue ad Hebraïcum, C *sermo. Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur.*

Hebr. *Ad dexteram Orientis, (aut floris spina) calamitatis meæ illicò surrexerunt,* id est, simul atque in tot me calamitates incidisse viderunt, consputum, scilicet, flagellatum, spinis coronatum, quamuis floribus me potius coronatum putarem, in me inuecti sunt.

Pedes meos subuerterunt, ad Hebraïcum, *impulerunt,* quò me, scilicet, de gradu in terram deiicerent.

Græcè. Ita Græcè, quamuis in numero vnitatis: *Pedes suos extendit,* vt in eos, scilicet, incurrerem, & caderem. *Et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis.*

Hebr. clariùs in Hebræo: *In pernicie mea profecerunt,* id est, ea mihi damna, & detrimenta importauerunt, quæ cogitauerunt, & optauerunt: ego verò nulD lam eorum iniuriam propulsaui. Idem & Dauid

Psal. 88. vaticinatus est: *Exaltasti dexteram deprimentium eum: lætificasti omnes inimicos eius: auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello: destruxisti eum ab emundatione, & sedem eius in terra collisisti: minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione. Præualuerunt, & non fuit, qui adiuuaret.*

Psal. 21. Iust. in dial. cum Tryph. Iob 30. Et Dauid explicatus à Iustino Martyre: *Quoniam tribulatio,* legit Iustinus, *quoniam cruciatus propè est, & non est, qui adiuuet;* vel, *non est, qui mihi auxilium ferat.*

Hebr. *Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me.* Hebraicè ad verbum: *Sicut irruptio magna venerunt.*

Græcè. Græcè in numero vnitatis: *Vsus est me* E (populus, scilicet,) *quo pacto vult, & ad meas miserias deuoluti sunt.* Hebraicè: *Et pro desolatione inuoluti sunt;* id est, quò me perderent, quasi globo facto in me irruerunt: quamuis alij passionem, non

Septuag. actionem explicantes: *In doloribus* (vertant) *conuolutus sum,* vel *in doloribus compactus sum;* veluti, nimirum, massa dolorum compacta, ac coagmentata doloribus.

Redactus sum in nihilum, abstulit quasi ventum desiderium meum, & velut nubes pertransit salus

Margin. *mea.* Marginalis: *Versi sunt ad me terrores: persecuti sunt,*

sunt, sicut ventus, animum meum spontaneum. Siste, & expende *spontaneum*, quòd nihilominùs amore hæc omnia, quamuis acerbissima, pateretur.

Nunc autem in memetipso marcescit anima, id est, disrumpor dolore, ad verbum: *Nunc se fundit super me anima mea*, hoc est, vehementissimè crucior. (Psal. 21.) *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea: factum est cor meum, tanquàm cera liquescens in medio ventris mei.* (Iob 30.) *Et possident me dies afflictionis.*

Clamo ad te, (ô Pater,) *& non audis me: sto, & non respicis: mutatus es mihi* (sit verbo reuerentia) *in crudelem, & in duritia manus tua aduersaris mihi.*

Eleuasti me, & quasi super ventum ponens, elisisti me validè. Alludit ad rationem agendi eius, qui aliquid magna vi terræ allidit, qui primùm eleuat illud. Eadē ratione Dauid de suis calamitatibus locutus: (Psal. 101.) *A facie*, inquit, *iræ indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.* Ita me primùm clarificasti in monte, triumphare cum acclamationibus iussisti, & nunc quasi eleuatum allidis me. Marginalis: (Marg.) *Et remouisti à me sapientiam.* Facis, vt stultus appareat, Iudæis scandalum, gentibus verò stultitia.

(Iob 16.) *Sed, quid agam? si locutus sum, non quiescit dolor meus; & si tacuero, non recedet à me. Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei.* Hebr. *Desolasti omnem congregationem meā, vel cœtum meum.* (Iob 19.) Idem alibi: *Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me.*

(Iob 16. Margin.) *Rugæ meæ testimonium dicunt contra me.* Marginalis: *Macies faciei meæ testificatur contra me*, (propter maciem enim rugæ facies.) *Et suscitatur falsiloquus aduersùs faciem meam contradicens mihi. Collegit furorem suum in me, & comminans mihi infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis intuitus est*, vel ad Hebraïcum: (Hebr.) *Exacuit oculos suos in me*, vel, iuxta Septuaginta: (Septuag.) *Oculorum telis insultauit* aut Caldaïcè: (Chald.) *Quasi nouaculam acuit oculos suos aduersùm me*, aut iterum iuxta Septuaginta, (Septuag.) & quasi per paraphrasim: *Tela piratarum eius fuerunt in me coniecta.*

Aperuerunt super me ora sua. Compendio dicam: *Conclusit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. Tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me quasi in signum.* in quo, scilicet, sua omnia tela coniiceret, id est, me variis, & inauditis modis afflixit; id, quod alio modo dixit & Dauid in Christi persona: (Psal. 86.) *Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.* Et Ieremias eadem figura vsus: (Thren. 2.) *Tetendit arcum suum, & posuit me, quasi signum ad sagittam: misit in renibus meis filias pharetræ suæ.* Simile planè, eius, quod statim subiicit Iob.

(Iob 16.) *Circundedit me lanceis suis: conuulnerauit lumbos meos: non pepercit, & effudit in terra viscera mea: concidit me vulnere super vulnus: irruit in me quasi gigas: saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.* Quasi diceret: Cùm iam Patri non possum vllo modo resistere, feci, quod victi solent, vt, scilicet, ad preces confugiant, & se ad pedes victoris abiiciant: saccus enim, & cinis insignia erant plorantium, & misericordiam experentium. Eaptopter serui Benadad victi à Rege Israël id consilij iniisse narrantur: (3. Reg. 20.) *Ecce audiuimus, quòd Reges domus Israel clementes sunt: ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad Regem Israël: forsitan saluabit animas nostras.* Ita & Christus, liuoribus quasi sacco opertus cilicino, non funiculis; sed spinis coronatus, vt Deum placaret,

Speranza Scriptura selecta.

A in terram corruit, iuxta Chaldæum: (Chald.) *Abieci*, inquit, *in terram gloriam meam*: (Sept.) veniam ita peccatoribus postulo, lacrymisque imploro.

Facies mea intumuit à fletu, & palpebra mea caligauerunt. Sept. *Et venter meus combustus est.* hoc est, tot lacrymas effudi, vt omnis mei corporis humor effluxerit; & ita arui, vt combustus esse videar, quod & Dauid vaticinatus ait: (Psal. 21.) *Aruit, tanquàm testa, virtus mea.* Vt meritò ex tam sibi cohærentibus vtrorunque sententiis sub expressam Christi imaginem retulisse censeatur.

(Iob 16.) *Terra* denique, *ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.* hoc est, tam largiter profusum sanguinem obliuione ne B operias; & clamor meus nullo consistat loco: sed vniuersum peruaget Orbem, ad omniúmque aures perueniat.

¶ Cæterùm in sinistro patientiæ cornu diutiùs commorati, ad obedientiæ dexterum conuertamur. Quantùm hìc, rogo, Christus obediens! (Phil. 2.) *Vsque ad mortem*, inquit Apostolus; *mortem autem crucis*, Bernardus: (Bern. tract. de prec. & disp.) Mementote, Fratres, Christus ne perderet obedientiam, perdidit vitam: & in signum, quòd obediendo mandato Patris mortuus est: *Et inclinato capite, emisit spiritum.* (Ioan. 19.) Is ergo & nobis terminus sit obedientiæ, qui & vitæ.

O quàm verè Christus, inquit alibi, *didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam!* hoc est, obedien- C tiam didicit in suo corpore ex iis, quæ passus est in capite. (Tract. de gradibus humilit. Hebr. 5.) Nam illa mors, illa crux, opprobria, sputa, flagella, quæ omnia caput nostrum Christus pertransiit; quid aliud corpori eius, id est, nobis, quàm præclara obedientiæ documenta fuerunt? Ex his ergo, quæ passus est, discimus, quanta nos, qui puri homines sumus, oporteat pro obedientia perpeti, pro qua is, qui & Deus erat, non dubitauit mori!

Ita pulchrè expendens victoriam obedientiæ: (Bern. ser. 2. in die sancto Paschæ.) Nouum, inquit, genus potentiæ! Quid tu, Iudæe quid ante Crucem agitas caput sacrilegum? Quid sacrum hominis Christi caput exagitas op- D probriis. *Si Christus*, inquis, *Rex Israel est, descendat de cruce.* (Matth. 27.) O verbum malitiæ! ô sermo nequam! Quid consequentiæ videtur habere, vt descendat, si Rex Israël est, & non magis ascendat? Sic tibi, Iudæe, excidit, quod audisti: quia *Dominus regnauit à ligno*, (Psal. 95.) vt Regem abneges, quia manet in ligno? *Descendat*, inquiunt, *si Rex Israel est.* Imò verò, quia Rex Israël est, titulum regni non deserat, virgam imperij non deponat, *cuius*, nimirum, *imperium super humerum eius.* (Isa. 9.)

Noli (inquiunt ad Pilatum) *noli scribere: Rex Iudæorum. sed, quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum.* (Ioan. 19.) Et Pilatus: *Quod scripsi, scripsi.* Si Pilatus, quod scripsit, scripsit; Christus non perficiet, quod incepit? *Ipse enim cœpit, & saluabis nos.* (Isa 35.)

(Mat. 15.) Sed dicunt: *Alios saluos fecit, se ipsum non po-* E *test saluum facere.* Imò verò si descenderit, neminem saluum faciet: cùm enim saluus esse non possit, nisi, qui perseuerauerit vsque in finem; quantò minùs poterit esse Saluator? Operatur, operatur (obediendo) salutem nostram, nec caudam deesse patitur sacrificio vespertino, hostiæ salutari. Aliud tempus elegit confortandis discipulis, aliud aduersariis confutandis, interim obedientiam implet.

Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? (Zach. 13.) Rupertus: (Rupert. ibid.) Quæritis, quid sint plagæ istæ? Et ego dico vobis, quia testimonia sunt obedientiæ, & iussionis paternæ.

Psal.39. *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam. Deus meus, volui & legem tuam in* Euthym. ibid. *medio cordis mei.* Euthymius: Voluntas Dei fuit Filij sui mors secundùm carnem, ad humanæ naturæ peccata expianda, de qua Filius ipse: *Descendi* Ioan.6. *de cælo, non vt faciam voluntatem meam; sed eius, qui misit me, Patris.*

Sed, rogo, per quam scalam è cælo in terram Genes.28. descendisti? Per scalam obedientiæ. Hæc scala illa, cui Patriarcha innixum, vt descenderet, Dominum vidit: per obedientiam enim in mundum venit, per obedientiam in mundo vixit, & per obedientiam è mundo discessit. *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam. Et ego ad te venio.* Ioan.17.

Bern. ser. de virt. obed. & eius gradu. Per hanc & nos pariter ascendamus. Bernardus septem statuit obedientiæ gradus. Primus, inquit, gradus obedientiæ est, obedire libenter. Non potest autem hunc gradum ascendere, qui voluntatem præcipientis suam non fecerit. Sola voluntas est, quæ totius operis ornat affectum. Ex voluntate suscipienda sunt imperia Prælatorum, & ipsum coram suis voluntariis reflexionibus adducendum, donec propria voluntas mactata, mandatum diligat imperantis.

O quàm multi, & à multis annis, vel in Religione, nondum primum obedientiæ gradum ascenderunt! Obedientiæ Magistrum non sequuntur, qui dicebat: *Voluntariè sacrificabo tibi.* Psal.53.

Planè laudabile est, obedire libenter, cùm præcipuè grauia, & difficilia imperantur. Vnde ad illud primi Regum: *Melior est obedientia, quàm victima.* ita Glossa: Sciendum, quòd obedientia aliquando, si de suo aliquid habet, nulla est: aliquando autem minima, si etiam suum aliquid non habet. Cùm enim locus superior imperatur, obedientiæ sibi virtutem euacuat, qui ad hunc proprio desiderio anhelat. 1.Reg.15. Gregor. ibid.

Cùm verò opprobria, vel contumeliæ imperantur, nisi ex semetipso hoc animus appetat, obedientiæ sibi meritum minuit: quia ad hunc inuitus descendit. Hinc Moyses principatum populi humiliter recusat: Paulus autem audacter dicit: *Ego* Act.21. *autem non solùm alligari in Ierusalem; sed & mori paratus sum.*

At quàm, rogo, sublimis hic Christi obedientiæ Luc.9. gradus, dum *facies eius erat euntis in Ierusalem, &* Marc.10. *præcedebat illos, & stupebant?* Bern. ibid.

Secundus est, obtemperare simpliciter. Sed multos videmus, inquit Bernardus, post præcipientis imperium multas facere quæstiones, cur, quare, quamobrem, sæpiùs interrogare, crebras ingeminare querelas, quare hoc præcipit, vnde hoc venit, quis hoc adinuenit consilium? Inde murmuratio, inde verba murmurationem, & indignationem sonantia, & redolentia amaritudinem. Inde frequens excusatio, simulatio impossibilitatis, aduocatio amicorum.

Non sic Abraham. Procedat in medium magnus hic Patriarcha, fidei lumen, obedientiæ forma, iustitiæ principatus. Audit ab Omnipotente: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: & veni in terram, quam monstrauero tibi.* & ad vnius iussionis vocem, patriam fugit, relinquit parentes, deserit hæreditatem, & aliorum fines hospes ingreditur nouus. Magna res, & primitiuæ dignitatis priuilegio in patre multarum gentium cōsecrata. Primus primùm suis facultatibus renūciat, & obedientiæ viam indefessa velocitate percurrit. Gen.12.

A Denique, cùm accepisset filium in senectute sua, in quo totius mundi benedictio fuerat cumulanda, dicit ei Deus: *Tolle filium tuum vnigenitum,* Gen.22. *quem diligis, Isaac: & offer mihi illum in holocaustum.* O quanta in verbis istis amaritudo! quanta à corde patris separatio pietatis! Iubetur nanque filium occidere, os ex ossibus suis, & carnem de carne sua. Filium magnæ promissionis, extremæ senectutis, propriæ mulieris: filium mirabiliter promissum, feliciter natum, educatum innocenter. Et ne quid deesset, vt tenerrimum intra paterna viscera doloris incendium exundaret, additur, *vnigenitum.* Sunt nanque multi filij; sed non vnigeniti. Iste sic est filius, vt & vnigenitus. Iste vnicus patri, vnigenitus matri, hæreditati reseruatus. Ne respicias ad Ismaël: quia, qui in seruitute, & ex ancilla genitus fuerat, ad libertatem, & hæreditatem minimè pertinebat. Quia verò multi sunt filij, & vnigeniti, sed non dilecti; ad exaggerandam in corde patris tribulationem, & comprobandam in mente iusti obedientiam, Dominus subiungit: *Quem diligis.* B

Vt verò teneritudo patris ex memoria dilecti nominis recrudesceret, & interior pietas ad dilectæ vocis sonum tota ferueret, puer nominatur ex nomine, quod vocatum erat à Domino, priusquàm in vtero conciperetur. Vides, quantis tribulationum malleis Abrahæ pietas feriatur, cui præcipitur, vt filium tollat; occidat vnigenitum, quem diligit, immolet; Isaac percutiat? Multùm tentatus, multùm probatus, adustus est multùm: dulcis relatio filij ad patrem, patris ad filium. C

Hanc dulcedinem, & omnis affectus vicissitudinem obliuiscitur Abraham, sternit asinum suum, ligna componit, ignem accendit, eximit gladium. Non à Domino quærit, quare? non murmurat, non conqueritur, non altum vultum doloris ostendit; sed omnium, quæ præcipiuntur, gnarus in mortem filij pia crudelitate festinat.

O planè obedientiam simplicem! Incede & tu simpliciter in mandatis obedientiæ. Audi, quid Dominus de simplici populo protestetur: *In auditu*, inquit, *auris obediuit mihi.* vt, videlicet, Psal.17. ostenderet vno, eodémque momento processisse & imperantis imperium, & obsequentis obsequium. D

Non te moueat imperitus magister, indiscreta potestas; sed memento, quia non est potestas, nisi à Deo: & propterea verus obedientiæ Magister ait: *Non haberes in me potestatem, nisi desuper tibi datum fuisset.* Ioan.19.

Quinam simplicitatem debet habere subditi obedientia. *Qui deducis*, inquit Psaltes, *velut ouem* Psal.79. *Ioseph.* Hanc planè habuit Christus, tanquàm agnus ad occisionem perductus: *Et ego quasi agnus* Ierem.11. *mansuetus, qui portatur ad victimam.* Septuaginta: Sept. *Et ego quasi agnus innocens, adductus, vt sacrificetur.*

E Tertius gradus est, hilariter obedire: *Hilarem* 2.Cor.9. *enim datorem diligit Deus, non ex tristitia, aut ex necessitate.* Serenitas in vultu, ait quò suprà Bernardus, & dulcedo in sermonibus, multùm colorant obedientiam obsequentis. Quis locus obedientiæ, vbi tristitiæ cernitur ægritudo? ostendunt plerunque voluntatem animi signa exteriora; & difficile est, vt vultum non mutent, qui mutant voluntatem. Nubilosa corporis compositio, & facies tenebris offuscata tristitiæ, deuotionem ab animo recessisse significant. Quis imperet libenter tristitiam efflanti? Si vis perfectus esse, hilariter, Bernard. quò suprà.

&

& cum magna vultus alacritate suscipe iubentis imperium, vt voluntati cordis, simplicitati operis vultus hilaritatem adiungas.

Eccl. 35. *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* Qui ægrè obediunt, Christi cibum amaricant, de quibus per Psal. 66. Prophetam conqueritur: *Dederant in escam meam* Eccl. 10. *fel.* Ij sunt veluti magni lapides, qui moueri non possunt sine afflictione mouentis. *Qui transfert lapides, affligetur in eis.* Persimiles sunt lapidibus illis, ac imaginibus sculptis, quæ sub onere columnarum, quas sustinent, tristitiam vultus ostendunt. Eccl. 33. Sunt velut *rota carri*, quæ præ defectu vnctionis murmurant.

Superior, cuius subditi cum tristitia, & murmure obediunt, similis est illi, qui omnia corporis membra habet infirma, quæ necessariò haberet B monere, & nullum mouere potest sine dolore.

Hebr. 13. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt hoc faciant cum gaudio, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.*

Cæterùm, quàm hilariter Christus ad Crucem Matth. 26. perrexit? *Et hymno dicto.* Alij: *Et hymno cantato.* Alij Hieron. in Psal. 21. Gestiebat præ gaudio iam iam paternæ explendæ voluntatis. *Pro ceruo matutino. Isaac, risus* cum lignis offerendus.

Quartus gradus est, obsecundare velociter. Psal. 147. *Velociter currit sermo eius:* & velocem, ait Bernardus, habere desideras sequentem. Vides, cum quanta velocitate currit ille, qui dicit: *Viam manda-* Psal. 118. *torum tuorum cucurri.* Fidelis obediens nescit C moras, fugit crastinum, ignorat tarditatem, præripit præcipientem: parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes, totum se colligit, vt imperantis compleat (colligat, forsan meliùs) voluntatem.

Vide Dominum festinanter præcipientem, & Luc. 19. hominem festinanter obedientem. *Zachæe* (inquit) *festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.*

Matth. 4. De Petro, & Andrea vocatis à Domino: *At illi continuò relictis retibus, secuti sunt eum.* Similiter de Iacobo, & Ioanne: *Illi statim, relictis retibus, & patre, secuti sunt eum.* Hieronymus: Per-Hieron. fecta obedientia est, sua imperfecta relinquere. D Cant. 5. *Manus illius tornatiles.*

In Vitis Patrum: Abbas Siluanus habebat duodecim discipulos: vni eorum nomen Marcus, quem diligebat præ cæteris propter bonum obedientiæ, quod erat in eo. Cùmque quidam dicerent ei, quòd alij discipuli contristarentur ex hoc, pulsauit ad ostium vniuscuiusque vocans eos, & nullus exire voluit: tandem vocauit Marcum, qui statim exiuit, & inuenit in caterno, quod ille scribebat tempore vocationis, literam vltimam imperfectam, quam post vocationem propter bonum obedientiæ complere noluit. Tunc illi iudicauerunt, eum esse magis diligendum, eò quòd magis diligeretur à Deo propter bonum obedientiæ.

Valdè gratum solet esse Principibus, cùm præ- E Prou. 22. cepta eorum velociter adimplentur. *Vidisti virum velocem in opere suo? Coram Regibus stabit, nec erit ante ignobiles.* Huc iterū aduocetur velox illa obe-Gen. 22. dientia Abrahæ. *Igitur Abraham de nocte consurgens strauit asinum suum,* &c. Abiit ad locum, quem præparauerat ei Deus. At, cur de nocte? cur illucescentem diem non expectauit? Verebatur, inquit Chrysost. ne iussioné tarditas impediret. Eapropter nec Saræ rem indicauit, ne materna comploratio-

Chrys. de fide Abrahæ serm.... Procop. ibid.

ne, ait eleganter Procopius, totū negotiū anteuerteret. Festinauit, cucurrit, vt Dei mandatū impleret.

Neque vbi ad locum peruenit, cunctatus est, sed protinus gladium eleuauit: vnde & *Angelus de cælo clamauit: Abraham, Abraham.* Sed, cur de cælo? & cur secundò? Ne præueniretur, inquit Ambrosius, Ambr. lib. de Abraham, cap. 8. studio deuotionis; & vna vox imperium ferientis reuocare non posset. Quasi dicat: Haud de longinquo clamauit, ne si priùs aduolaret, quàm clamaret, in illa breuissima mora, (scholæ meministis,) qua ad terminum adueniret, iugulatum iam inueniret. Repetiuit vocem, tanquam veritus, ne præueniretur studio deuotionis, vt vna vox imperium ferientis reuocare non posset.

Cæterùm tam ferax piarum conceptionum historia, tota iam ab aureo Chrysostomi flumine decurrat. Chrys. homil. 47. in Gen. *Abraham, Abraham, accipe filium tuum dilectum, quem dilexisti Isaac, & vade in terram excelsam, & offer eum in holocaustum super vnum montium, quem dixero tibi.* Magnum, inquit Chrysost. præcepti pondus, & res humanam transcendens naturam. *Accipe filium tuum dilectum, quem dilexisti, Isaac.* Vide, quomodo per verba ista maius incendium succendit; & fornacem amoris, quo iustus in Isaac affectus erat, violentiùs excitat?

Accipe filium tuum dilectum, quem dilexisti, Isaac. Vnumquodque verbum per se sufficeret ad sauciandam animam iusti: non enim simpliciter dixit, *Isaac*; sed addidit, *filium tuum,* quem præter omnem expectationem genuisti, & in ipsa senectute habere potuisti: *dilectum,* desiderabilé tuum, quem successurum tibi expectas, ex quo, & semen tuum multiplicandum promisi, & in tantum multiplicandum, vt stellarum multitudini, & arenæ, quæ est iuxta littus maris, adæquetur. Illum ipsum accipe, & vade in terram excelsam, & offer eum ibi in holocaustū super vnum mōtium, quem tibi dicam.

Admiror ego, quomodo hæc iustus auribus ferre potuerit. Quid igitur iustus? Non turbatus est animo, non confusus est mente, non consilio destitutus est: in tam graui præcepto non cogitabat, nō ratiocinabatur secum. Cur hoc? Qui mihi præter omnem expectationem beneficium exhibuit, qui per misericordiam suam emortuam Saræ vuluam generationi idoneam fecit, nūc postquàm ablactatus est, & creuit, & in flore ætatis est, occidere, & in holocaustum offerri præcipit? qui paulò anteà dixit: *In ipso vocabitur tibi semen,* nunc diuersa præcipit. Gen. 21. Et quomodo implebuntur, quæ ab eo sunt promissa? Quo pacto enim fieri potest, vt radice exacta, rami pullulent, vel succisa arbore, fructus proueniant, vel fonte arefacto, fluuij reddantur?

Cæterùm, horum nihil cogitauit secum iustus ille: sed, sicut gratus famulus omissa omni ratione humana, vnam tantùm rem curabat, vt imperata opere impleret, & quasi factus ab humana natura alienus, & postponendum ducens diuinis præceptis omnem affectionem, & dilectionem, ad implenda iussa festinauit.

Et cùm surrexisset, inquit, *Abraham manè, strauit* E *asinam suam. Accepit autem secum duos seruos, & Isaac filium suum: & scidisset ligna in holocaustum, cùm surrexisset, profectus est, & venit in locum, quem dixit ei Deus, die tertio.* Vide misericordem Dominum, quomodo & interuallo loci iusti probauit virtutem. Cogita autem, quid probabile fuerit triduo illo sustinuisse iustum. Reputabat enim secum sibi præceptum esse, quod suis manibus tam dilectum filium occidere debeat. Et obstupesce pium, religiosúmque, & prudentem animum: quia enim

sciebat magnitudinem præcepti, nemini prorsus hoc significauit, neque pueris, neque ipsi Isaac; sed solus secum agonem illum decertabat, & quasi adamas manebat inuictus, robur cogitationum tantùm declarans; & non multa causatus, ubi tempetabat magno cum desiderio nutui diuino.

Et postquàm ad locum illum peruenit, sublatis, inquit Textus, Abraham oculis suis, vidit locum à longè, & dixit seruis suis. Sedete hic cum asina. Vide & hîc iusti magnam prudentiam: & pueris vult esse occultum: per omnia declarans, quòd cum feruenti alacritate, & intento desiderio implere vellet, quod Deo probabatur: nam, quia sciebat, quòd nouum, & inauditum esset id, quod ab ipso faciendum erat, neque ab vllo vnquam tale quiddam factum erat anteà, fecit, vt lateat pueros.

B *Accepit autem Abraham ligna holocausti, & imposuit Isaac filio suo: tulit quoque in manibus ignem, & gladium, & perrexerunt duo illi simul.* O animæ fortitudinem! ô spiritus soliditatem! Qualibus oculis spectabat puerum ligna afferentem, super quæ non multò pòst illum impositurus erat? Quomodo manus ferre potuit ignem, & gladium? Et manus quidem ferebat ignem, qui sensibilis erat: intus autem accendebat ipsius mentem, & rationem absumebat, & persuadebat, vt vinceret amator in Deum; faciebatque cogitare, quòd is, qui iam dederat super humanam naturam factum esse patrem, iterum posset & nunc, quæ humanam transgrediuntur rationem, operari.

C Cæterùm, vide, obsecro, prætereà ante sensibilem ignem incendium internum, quod paulatim exardescebat, & iusti mentem concremabat. *Dixit autem,* inquit, *Isaac ad Abraham patrem suum: Pater.* Sufficiebat hoc verbum ad lancinanda iusti huius viscera. *Ille autem dixit: Quid est, fili?* Patrem vocas paulò pòst futurum orbum: & ego filium appello, qui non multò pòst altare ascensurus est meis occidendus manibus.

Deinde puer inquit: *Ecce ignem affers, & ego ligna, vbi est bestia immolanda: vbi est ouis ad incensum?* Considera, obsecro, hic, quomodo probatur iustus? quomodo tulit auribus? quomodo potuit respondere puero? quomodo non est confusus mente? quomodo futura occultauit à puero? Sed

D inquit generoso spiritu, & forti anima: *Deus videbit sibimetipsi de oue ad holocaustum, fili.* Vide etiam hîc ignarus insinuat iterum, quod futurum. Videbatur enim per responsum decepturus Isaac; sed illum quidem verbis interim solatur: ipse autem maiorem, grauiorémque dolorem pertulit: verba in animo versans, & cogitans pueri elegantiam externam, internámque pulchritudinem, obedientiam, gratiam, ætatis florem. Cumque irent ambo, venerût ad locum, de quo dixit ei Dominus.

Venerunt, inquit, *ad montem excelsum,* quem, scilicet, ei Dominus iudicarat. *Et ædificauit ibi Abraham altare.* Iterum obstupesco iusti fortitudinem, quomodo potuerit extruere altare, quomodo valuerit, quomodo non defecerit præ angustia:

E sed & altare ædificauerit, & imposuerit ligna: *Et ligatum filium suum Isaac, imposuit super altare. Et extendit Abraham manum suam, vt acciperet gladium, & occideret filium suum.* Ne simpliciter percurramus, dilecti, quæ dicta sunt; sed consideremus, quomodo non auolarit à corpore anima, quomodo potuerit suis manibus colligare, & lignis imponere tam dilectum, tam amabilem vnigenitum! *Et extendit,* inquit, *Abraham manum suam, vt acciperet gladium, ad occidendum filium*

A *suum.* O religiosam animam! ô fortem mentem! ô ingens desiderium! ô rationem vincentem humanam naturam! *Accepit,* inquit, *gladium, vt occideret filium suum.* Vtrùm admirer, & obstupescam instiùs, fortémne spiritum Patriarchæ, an pueri obedientiam, quòd nec reluctatus est, neque factum ægrè tulit; sed cessit, & obtemperauit his, quæ à patre facta sunt? Et sicut agnus cum silentio super altare accubuit, expectans patris dexteram. Isa.53.

Habes & hîc vel ex ore Chrysostomi, in hoc gradu Christi obedientiam in typo. Ad quintum iam properamus.

Quintus gradus est, adimplere viriliter. Bernardus: Si tribulatio tronat, si persecutio resul- Bernard.

B tat, si peccatores sibi laqueum ponunt, si maligni suum iter impediunt, tu obedientiæ viam ne deseras, sed dic: *Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Manum tuam misisti ad fortia,* agendum est instanter, constanter obediendum, nec inter verborum, seu verberum asperitatem, regalis est semita relinquenda. Hanc Christus nec verborum, nec verberum asperitate reliquit, & per eam progressus ad Crucem vsque peruenit, *factus obediens vsque ad mortem.* Psal.118. Prou.31. Philip.2.

Sextus gradus est, humiliter obedire. Non se extollant obedientes, sed dicant: *Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.* Qui deserunt humilitatem, deserunt obedientiam. Samuel ad Regem Saül: *Nónne cùm paruulus esses in oculis tuis,* Luc.17. 1.Reg.15.

C *&c. quare ergo non audisti vocem Domini?* Inobediens fuisti: quia humilis non fuisti. At quàm humilis Christi obedientia, qui *humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem; mortem autem crucis?* Philip.2.

Septimus est, indesinenter obtemperare. Bernardus: Non, qui inceperit, sed, qui perseuerauerit in finem, hic saluus erit. Quid currere prodest, & ante metam rursus deficere! *Sic currite, vt comprehendatis.* O quàm perseueranti pede cursum suum perfecerat, qui dicebat: *Cursum consummaui.* 1 Cor.9. 2 Tim.4.

Sed, ô quàm perfectiùs ille, qui in Cruce dixit. *Consummatum est!* Ioan.19.

O igitur *insensati* homines, *quis vos fascinauit, non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Chri-* Gal.3.

D *stus proscriptus est.* Vel, vt habet Margin. *depictus est:* O, ô perfectissimum obedientiæ simulacrum! O exemplar planè absolutissimum obedientiæ, quam meditemur omnes, quam omnes ediscere valeamus. Margin.

¶ Sed iam oculos, quos hactenus ad Crucis cornua ereximus, in eius profundum deflectamus. *Incuruabitur homo, & humiliabitur vir.* Rabbi Salomon: *Inclinabitur homo, & humiliabitur altus,* vel *robustus virorum. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem; mortem autem Crucis.* Isa.5. Rab. Sal. Philip.2.

Quantùm, rogo, humiliasti te, altissime, ac robustissimè virorum? *Ego autem humiliatus sum nimis.* Quasi dicat: Excessi in humilitate. Planè excessus, de quo Moyses, & Elias loquebantur in monte; & Psal.115

E de quo per Ieremiam in Threnis: *Recordare transgressionis meæ.* Thren.3.

Vt autem aliqualiter incomprehensibilis excessus huius abyssus comprehendi possit, neque hoc loco exscribere pigeat, quæ diuinitùs scribit D. Bernardinus Senensis in secundâ parte principali Dominicæ Passionis, quæ est de humilitate excessiua, & confusione passionis Christi, ostensa per quatuor causas principales, ac multiplices rationes. Et sic ait. D. Bernard. Senen. ser.6. in Parasc.

Isa. 56. Primò, inquam, dicit: *Humiliatus sum nimis.* A propter causam efficientem. Vt aliqualiter ergo *Humilitas passionis à causa efficiente.* intelligas stupendum abyssum humilitatis passionis Christi, contemplare eius causam efficientem: & hoc ex septemplici ratione.

Primò, ratione religionis. Hac ratione Christi mors abyssus fuit opprobriosissimæ humilitatis: solus enim Iudaicus populus erat in toto Orbe terrarum sub cultu vnius Dei, atque Dei populus appellatus. Maius verò vituperium est, a verum Deum colentibus, quàm ab idololatris, & infidelibus pati: ideò in persona Domini Propheta ait:
Psal. 37. *Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt. Amici* propter cultum vnius Dei, *& proximi mei*: quia ex semine Abrahæ *aduersum me appropinquauerūt* persequẽdo, *& steterunt* victores *contra me*; me, videlicet, crudeliter occidẽdo. B

Secundò, ratione perfectionis. Opprobriosius est mala perpeti ab his, qui religiosi, & illatos perfecti, & sancti æstimantur, quàm a sæcularibus, ac Ethnicis, & publicanis. Pharisæi autem religiosioris, & perfectioris status æstimabantur in vniuerso populo Dei, & maximè opere illorum mortuus est
Ioan. 18. Christus: nam interrogante eos Pilato: *Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? responderunt: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* Quasi dicant: Hoc tibi sufficere debet, quòd nos, qui sumus tantæ authoritatis, & æstimationis, cum tanta solẽnitate eum tibi tradimus dignissimè morti damnandum, tanquàm reum.

Tertiò, ratione cognitionis. Equidem, cæteris paribus, ignominiosius est opprobria pati ab intelligentibus, & peritis, quàm ab ignorantibus, & indoctis, cùm doctorum, & peritorum in malefactis detestatio, & reprobatio fide dignior reputetur. C Christus autem à Doctoribus legis, & Scribis voluit reprobari, & condemnari, & de his Psaltes:
Psal. 106. *Turbati sunt, & moti sunt, sicut ebrius,* tempore passionis Christi: *& omnis sapientia eorum deuorata est,* ab inuidia, scilicet, & furore.

Quartò, ratione concordiæ, & vnionis. Ignominiosius est quidem concorditer à toto populo crucifigi, quàm si solùm à quibusdam cum discordia plurimorum. In Christi autem necem consenserunt, & mares, & fœminæ; Iudæi, & Gentiles; milites, serui, & ignobiles; Pontifices, Scribæ, Phari-
Psal. 2. sæi, Magnates, Reges, iuxta illud Psalmi: *Quare fremuerũt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.*

Quintò, ratione sollicitudinis, & importunitatis: quando enim quidam scelestus homo morti adiudicatur, quantò ab omnibus maiori sollicitudine traditur morti, tantùm illum extitisse nequioris vitæ, grauioráque scelera perpetrasse indicium est, ac periculosius videtur mortẽ illius differre. Considera, quanta sollicitudine, ac importunitate, imò quanto impetuoso furore Christum Dominũ nocte media capientes, & hinc inde velut ludibrij pilam circumrotantes, ante Matutinum, vt eum caperent; post Matutinum, vt eum occiderent, infatigabiles extiterunt, vt vix eum per diem medium
Prou. 27. naturalem viuere passi sint. Verum quippe illud est: *Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor.*

Sextò, ratione ingratitudinis. Cùm enim quis multa beneficia ab aliquo accipit, etsi ea oblitus ingratus sit; non tamen id absque suspicione est, quòd beneficus ipse hoc sibi meruerit. Hoc planè contigisse videtur ipsi benefico Christo: nam antiquitùs cùm Iudaïcum populum sibi peculiarem

Speranza Scriptura selecta.

A constituisset, ab Ægypti ergastulo, & à seruitute Pharaonica liberasset, sicco pede per mare rubrum traduxisset, manna cælico quadraginta annis in deserto pauisset, legem dedisset, ac innumera alia in eum beneficia contulisset; post admirandam eius in terris cõuersationem, post prædicationis instructionem, & illuminationem, Dæmonum expulsionum, leprosorum, atque omnium infirmitatum curationem, post mortuorum suscitationem, regni cælorum declarationem, atque Sacramẽtorum institutionem, manus in eum sacrilegas iniecerunt, flagellauerũt; & tandem, sicut maximũ malefactorẽ, inter latrones in crucis patibulo crucifixerunt, suspenderunt, & occiderũt. *Retribuebant mihi mala* Psal. 34.
pro bonis, sterilitatem animæ meæ. Nunquid redditur Ierem. 18.
pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ?

B Septimò, ratione familiaritatis: grauius enim, & ignominiosius est pati à domesticis, & ab amicis, quàm ab extraneis, ignotis, & inimicis. Christus propterea conqueritur: *Etenim homo pacis meæ, in* Psal 40.
quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Elongasti à me amicum, & pro Psal. 87.
ximum, & notos meos à miseria. Quomodo dispersi Thren. 4.
sunt lapides Sanctuarij? id est, Apostoli, & Discipu-
li. *Noti mei quasi alieni recesserunt à me. Considera-* Iob 19.
bam ad dexteram, & videbam: & non erat, qui cogno- Psal. 33.
sceret me, præter Matrem, quæ adstabat ad sini- Alex. Alens. ibid.
strarn pro peccatoribus exorans.

Secundò etiam ait: *Humiliatus sum nimis.* ob *Humilitas passionis à causa materiali.* causam materialem: vt enim intelligas aliqualiter C stupendam abyssum humilitatis passionis Christi, contemplare etiam causam materialem, quæ stupendo modo aggrauat vituperium eius, & hoc maximè ex alia septemplici ratione.

Primò, ratione nobilis naturæ. Quantò enim homo nobilior est, tantò ignominiosa mors sibi illata vituperabilior, atque opprobriosior reputatur, sicut patet in Rege. Sic contigit in Christo, qui cùm esset magnus in natura, factus est vilissimus
in ignominia. *Hæc dicit primus, & nouissimus. Primus* Apocal. 2.
in natura; *nouissimus* per mortis contemptum. Vis
audire nobilitatem suæ naturæ? *Generationem eius* Isa. 53.
quis enarrabit? Vis audire contemptum, *quia abscis-* D *sus est de terra viuentium.* scilicet per tam ignominiosam mortem. Altus ergò in dignitate, factus est infirmus in vilitate: sublimis in gloria, factus est
abiectus in ignominia. *Cùm in forma Dei esset,* Philip. 2.
semetipsum exinaniuit. Christus etiam nobilis erat secundùm naturam humanam; ortundus à quatuordecim Patriarchis, ac totidem Ducibus, ac Regibus. Nobilis ergo secundùm vtranque naturam, ignominiosam mortem pati dignatus est, vt profundissimam ostenderet humilitatem.

Secundò, ratione formæ: quantò enim res formosior est, tantò deformitas eius magis stupenda, atque deformis apparet, sicut patet in facie hominis, in qua deformitas maior est, quàm in cæteris corporis membris. Quanta autem speciositas fue-
E rit in Christo, Propheta ostendit dicens: *Speciosus* Psal. 44.
forma præ filiis hominum. Forma, id est, luce, candore, & habitu. Luce: *Mundum illuminans in excelsis* Eccl 43.
Dominus. Candore: *Candor est lucis æternæ.* Habitu: Sap. 7.
Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine virtutis suæ. Addit Propheta: *Præ filiis hominum.* Isa. 63.
quia de pulchritudine eius acceperunt omnes, cùm
ipse sit *speciei generator.* Quòd, *si specie delectati* Sap. 13.
Deos putauerũt, (Solem, & Lunam, &c.) *sciant, quantò his dominator eorum speciosior est.* Nec solùm 1. Petr. 1.
speciosus est *præ filiis hominum*; sed etiam præ Angelis: quia in eum *desiderant Angeli prospicere.*

A Nec mirum: quia pulcher est secundùm Diuinitatem, & secundum humanitatem. (Cant. 5.) *Dilectus meus candidus, & rubicundus. Candidus*, quantùm ad munditiam humanitatis: *rubicundus*, quantùm ad splendorem Diuinitatis. (Matth. 17.) *Resplenduit facies eius, sicut Sol: vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix.* Per faciem Diuinitas designatur: (Exod. 33.) *Faciem meam videre non poteris.* Per vestimenta verè humanitas denotatur: (Philip. 2.) *Et habitu inuentus, vt homo.* Quanta autem fuerit deformitas eius in passione, in persona omnium Prophetarum ostendit Isaias dicens: *Non est species ei, neque decor.* Species dicit elegantiam, & debitam mensurationem membrorum, quam non habuit Christus in Cruce, propter nimiam extensionem, vnde Propheta ait: (Psal. 21.) *Dinumerauerunt omnia ossa mea.* B Decor dicit conuenientiam coloris, & aliorum adiacentium: hunc etiam non habuit Christus in Cruce, propter pœnam, dolorem, & ignominiam passionis: habuit enim ceruicem hispidam, per spineam coronam, faciem tumidam, & pollutam, propter lacrymas, atque sputa; carnem liuidam propter colaphus, alapas, & flagella: vniuersam corporis fabricam cruentatam sanguine: (Isa. 53.) quia *vulneratus est propter iniquitates nostras.* Et quia Christus ante passionem habebat aspectum, & præsentiam maiestatis, dignitatis, & potestatis, & in passione fuerunt absconditæ, ideò Isaias subdit dicens: *Et vidimus eum*, scilicet, nudatum in Cruce, *& non erat aspectus*, scilicet, magnificus, sicut ante: ecce absconsio maiestatis. *Et desiderauimus eum*, scilicet, *despectum* à Iudæis: C *& nouissimum virorum*, id est, vilissimum propter genus mortis: ecce absconsio dignitatis. *Virum dolorum*, id est, doloribus plenum, & hoc contra prosperitatem; *& scientem infirmitatem*, scilicet, per experientiam, nec tantùm speculatiuè: & hoc contra potestatem. Et tandem subdit: *Et nos reputauimus eum quasi leprosum*, id est, vilem, & abominabilem, tanquàm leprosum, propter vilitatem aspectus eius, atque deformitatem eius. Vnde in Psalmo: (Psal. 21.) *Ego sum vermis, & non homo.* Id est: Ita sum vilipensus, & conculcatus, velut non homo; sed vt vermis, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Opprobrium est, cùm aliquid turpe imputatur homini, vt cùm dicebant contra Christum: (Ioan. 10.) *Tu homo cùm sis, facis te ipsum Deum.* D & sic fecerunt eum opprobrium hominum, scilicet, peccatorum; & abiectionem plebis, scilicet, Iudæorum, (Luc. 23.) cum eo abiecto, Barabbam petierunt: *Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam.*

Tertiò, ratione sapientiæ. Quantò enim homo sapientior reputatur, tantò mors opprobriosa ignominiosior est. Christus erat Sapientia Patris, & cùm diuina sapientia refulgeret, Scribæ tamen, & Pharisæi in vita, & in morte eum de insipientia diffamauerunt. In vita de insipientia naturali: (Ioan. 10.) *Insanit, quid eum auditis? (Marc. 3.) Quoniam in furorem versus est.* De insipientia literali: (Ioan. 7.) *Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit?* De insipientia spirituali, ac diuinali: (Ioan. 8.) *Samaritanus es tu, & Dæmonium habes*, hoc est, in diuino cultu Hæreticus es. E In fine verò vitæ de summa stultitia eum infamauerunt, cùm dixerunt: (Matth. 26.) *Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam: quid vobis videtur?* Vnde Salomon in persona Domini: (Prou. 30.) *Stultissimus sum virorum*, scilicet, æstimatione eorum, *& sapientia hominum non est mecum*; scilicet, per acquisitionem; *& noui scientiam Sanctorum.* Et iterum Propheta: (Psal. 68.) *Deus, tu scis insipientiam meam*, id est, quòd quasi insipiens habeor, & quasi stultus mercator, A qui pro vili re laboret ad mortem; & pretium magnum expedat pro vilissima merce: sed *tu scis insipientiam* hanc *meam*, quàm alta sit sapientia.

Quartò, ratione gratiæ, seu potentiæ miraculorum mors Christi opprobriosissima: quantò enim gratia, & potestas eius miracula operandi apparuit maior, tantò opprobriosa mors crucis fuit ei ad maiorem confusionem, & quodammodo ad negationem, quòd prædicta miracula non fuerunt vera: vnde dicebant: *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.* (Matth. 27.)

Quintò, ratione famæ: quantò enim quis famosior est, tantò mors eius magis opprobriosa, infamis, atque ignominiosior reputatur. Quantò autem fama diffusa fuerit de Christo ante passionem B suam, tum ex multitudine miraculorum, tum ex efficaci doctrina eloquiorum suorum, tum ex admiranda eius cõuersatione, ex euangelica Historia patet. Sanata à magnis febribus Simonis socru, cùm iuisset *in desertum locum; turbæ requirebant eum, & detinebant illum, ne discederet ab eis.* (Luc. 4.) Vbi Samaritanam conuertit, (Ioan. 4.) ex hac fama secutæ sunt eum turbæ, (Matth. 10.) id est, quinque millia virorum, exceptis paruulis, & mulieribus: dilatata est etiam fama, cum denuò pauisset quasi quatuor millia hominum, adeò vt dictum fuerit: *Ecce totus mundus post eum abit.* (Marc. 8.) Quantò ergo fama eius mirabiliter creuerat, tantò mors illius in patibulo crucis ignominiosior fuit.

Sextò, ratione sequelæ: non tantùm discipuli sequebantur ipsum; verùm etiam turbæ multæ: C nam alij sequebantur eum, vt Doctorem, satagentes ex eius radiosa doctrina illuminari: quidam vt Pastorem, curantes eius vestigia imitari: quidam vt medẽtem, optantes de suis infirmitatibus liberari: alij, vt viderent eius miraculorum nobilitatem: alij, vt mysteria intelligerent: alij, vt prodigia viderent: variisque de causis turbæ multæ sequebantur illum. Sed quantò maior fuit sequela populorum, tantò ab omnibus derelictus, ignominiosiùs mortuus est. (Psal. 37.) *Qui iuxta me erant, de longè steterunt. Omnes relicto eo fugerunt.* (Matth. 26.) *Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat, qui cognosceret me:* (Psal. 141.) excepta Matre, Mariis, & solo Discipulo.

Septimò, ratione gloriæ: quantò enim homo in maiori gloria fulget, & exaltatur, tantò depressus D ignominiosissima morte magis confunditur, & gloria in ignominiam vertitur: nam post immensos honores, statim prosterni ad infimas ignominias, molestius, & confusibilius esse solet: cum quanta autem gloria susceptus fuerit in Ierusalem in die Palmarum, ostendit Ioannes, dicens: (Ioan. 12.) *Turba autem multa, quæ conuenerat ad diem festum, cùm audisset quia venit Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant, dicentes: Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Israel.* Et Matthæi 21. scriptum est. (Matth. 21.) *Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.* Et sequitur: *Cùm intrasset Iesus Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens* (præ admiratione magna:) E *Quis est hic?* cui, scilicet, tanta sequela, & gloria exhibetur?

Et quò magis id perpendatur, attende, quòd quadruplex honor exhibitus Christo in die Palmarum, tempore passionis in ignominiam versus est. In quatuor enim honorauerunt. Et primò, in personis propriis: quia ei personaliter obuiam processerunt, & in Ierusalem deduxerunt, sed multò ampliùs multiplicata est ignominia, quia idem populus, in eodẽ loco, eisdem diebus postmodum

cuui

eum crucifixit, atque de eadem ciuitate, non equitando, sed Crucem portando contumeliosè eiecit. Nec quidem sufficit ignominia pro vno honore, sed amplius addiderunt: quia eum vili pretio venundantes, tanquàm latro ab eis capitur, & ei Barabbas latro pessimus antefertur.

Secundò, verbis laudis laudauerunt, & honorauerunt eum, dicentes eum Saluatorem, Deum, & Regem. Saluatorem quidem, cùm clamabant: *Hosanna.* Deúmque eum clamabant, dicentes: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Regem, cùm
Matth. 27. dicebant: *Rex Israel.* Sed multò amplius multiplicata est ignominia eius: nam, qui dixerunt, *Hosanna,* posteà clamabant: *Sanguis eius super nos, &*
Luc. 23. *super filios nostros.* Qui verò dixerunt: *Benedictus, qui venit in nomine Domini,* posteà clamauerunt:
Ioan. 19. *Crucifige, crucifige eum.* Qui priùs dixerunt: *Rex Israel.* posteà assererbant: *Non habemus Regem, nisi Cæsarem.* Insuper ignominiam super gloriam addiderunt insultationibus, irrisionibus, improperiis in eum irruentes, & dicentes: *Prophetiza. Aue, Rex Iudæorum. Si tu es Christus, descende de Cruce.* & multa similia.

Tertiò, glorificauerunt, & honorauerunt eum operibus virtuosis: quia scindentes ramos palmarum, & oliuarum, flores, & folia prosternebant in
Greg. via: per quæ, secundùm Gregorium, designantur opera virtuosa. Sed quàm dissimilis est ignominia subsecuta? quámque dissimiles sunt rami, & crux; flores, & spinæ; folia, & claui; palmæ, & virgæ? Non hoc quidem satis fuit, nisi vltra gloriam multò amplius ignominia multiplicetur: quia vltra hoc consputus, & colaphizatus est.

Quartò, glorificabant eum cum rebus suis: quia vestimenta sua prosternebant in via, se cum reuerentia exuentes, & illa Christi aselli pedibus submitteotes. Sed, vide, quanta est contumelia subsecuta; imò abundantiùs multiplicata: nam, qui tunc prosternebant vestimenta aliena, nunc auferebant sua, & sors mittebatur super ea: nunc denudata est illi, nisi vnica tunica rubea, videlicet, caro sua mundissima, suo pretioso sanguine tincta, & vulneribus lacerata. Insuper & ab ista fuit anima sua sanctissima ipso cruciatu erecta. Nec insuper sufficit eis, Christum nudare vestibus suis; insuper & ipsum deriserunt vestibus alienis, nunc purpura, nunc verò veste alba; nunc velant oculos, nunc percutiunt pugnis; nunc autem alapis, nunc polluunt sputis: vt sic nihil deficiat ad multiplicationem ignominiosi dedecoris pro gloria
Isa. 52. suscepti honoris. Pro omnibus supradictis Isaias ait: *Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valdè: sicut obstupuerunt super eum multi; sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum.*

Psal. 15. Tertiò Insuper ait: *Humiliatus sum nimis.* propter causam formalem, in qua apparet etiam abyssus humilitatis ex septemplici alia ratione.

Humilitas passionis à causa formali. Primò, ex derisione: quantò enim est persona sublimior in septem gratiis, seu dignitatibus, de quibus iam dictum est, scilicet, in natura, in forma, in gratia miraculorum, in sapientia, in fama, in sequela, in gloria; tantò derisio sibi facta vituperabilior est. Sed Christus, vt suprà dictum est, habuit hæc omnia super omnes creaturas alias: igitur & derisiones eius grauiores fuerunt, quàm posset humana lingua enarrare, aut mens aliqua cogitare. Expergiscere, anima deuota, & considera, quòd ille, qui est summa reuerentia Angelorum, propter nos factus est ludibrium impiorum, & quasi pila

A derisionis eorum: quia de ipso mutuò colludebant, mittentes ad alterutrum confusione repletum. Nam Annas misit illum ad Caipham, Caiphas ad Pilatum, Pilatus ad Herodem, & Herodes remisit eum Pilato, & semper in supradictis locis, atque in eorum itineribus derisus est. Vnde Propheta in persona Domini ait: *Omnes videntes me, deriserunt me.* Et de triplici derisione immediatè subiungens ait: *Locuti sunt labiis, & mouerunt caput: sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum.* Nam prima fuit derisio verborum: *Locuti sunt labiis. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si Rex Israel est, descendat de Cruce.* Vbi Ambros. O stulte, & cæce grex Sacerdotum! nunquid impossibile est ei de patuo ligni stipite descendere, qui descendit de alta cælorum sublimitate, nunquid tua vincula possent illum tenere, quem cæli nun possunt capere? Non venit, inquam, vt se liberaret; quia sub seruitute non erat: sed, vt nos de seruitute redimeret. Secunda fuit derisio signorum: vnde ait: *Et mouerunt caput. Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, dicentes: Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud.* Tertia derisio fuit sermonum ironicorum: *Sperauit in Domino, eripiat eum,* scilicet, de manibus nostris: *saluum faciat eum,* scilicet, resuscitando illum: *quoniam vult eum,* vt ipse dicit. Et in Matthæo: *Confidit in Deum, liberet eum nunc, si vult: dicit enim: Quoniam Filius Dei sum.* Hæc derisio præfigurata est in derisione Noë. Noë, Christus est; vinea, Iudæi; inebriatio, passio; obdormitio, mors; denudatio, humanitatis ostensio; Sem, & Iapheth, duo populi Iudæi, & Gentiles; vestimentum est Sacramentum; maledictio Cham, Iudæ proditio; irrisio Cham, Iudæorum derisio.

Secundò, ex flagellatione: quantò enim quis est sublimior in septem gratiis antedictis, tantò flagellatio sibi illata opprobriosior est. Origenes: Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad palmas, vsque ad confusionem sputamentorum, & flagellorum.

Tertiò, ex coronatione, quasi Rex esset stultorum, & iniquorum: *Ecce Rex vester.* Verè prulatum est hoc verbum: nam omnium opprobriorum, & omnium despectuum, & abominationum vitæ præsentis portauit coronam: & meritò dici potuit Rex opprobriorum, & vituperiorum omnium huius vitæ: *Exiuit portans spineam coronam, & purpureum vestimentum,* io derisionem, *& dicit eis: Ecce homo.* quasi dicat: Ille non habet Diuinitatis insignia, sed ipsum esse hominem despectum, vilificatum, atque doloribus plenum, in vestris oculis manifestant ista ludibria.

Quartò, ex nuditate: nam in Cruce totaliter nudus crucifixus est. Vide, quanta ignominia fuit, Filium Dei eum septem dignitatibus prædictis videre in Cruce ita nudatum, coram omni populo, absque vllo velamine, quod nec cuiquam scelerato lex denegabat. Verè dicere poterat: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Et Abdias, vnico capite stupefactus de aspectu tantæ deformitatis, aiebat: *Contemptibilis tu es valdè.*

Quintò, ex crucifixione: quantò enim homo sublimior est in statu, tantò ignominiosa mors eius vituperabilior est. Considera ergo sublimitatem Christi in prædictis septem, & mortem Crucis: nam paribulum crucis erat supplicium pessimorum; & per consequens ad maius vituperium eius hoc excogitauerunt: vnde Sapientiæ secundo, in

Right margin notes: Psal. 21. (beside "Propheta in persona Domini"); Matth. 27. (beside "mouerunt caput"); Ambros. (beside "Vbi Ambros."); B (beside "ligni stipite"); Matth. 27. (beside "Secunda fuit derisio signorum"); C (beside "est in derisione Noë"); Gen. 9.; Orig. tr. 35. in Matth.; D (beside "omnium despectuum"); Ioan. 19.; E (beside "Nudus egressus"); Iob 1.; Abdiæ 1.

Sep. 2. Ierem. 11. persona Iudaici populi dicitur: *Morte turpissima condemnemus eum.* Et Ieremias in persona Domini dicit: *Venite, mittamus lignum in panem eius*; id est, crucifigamus eum, vt crucifixio eius, suæ doctrinæ, quam dicit panem, commisceatur; ac per hanc vilitatem supplicij à cunctis viuentibus respuatur, & sic *eradicemus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.*

Sextò, ex blasphematione: quantò enim, qui blasphematur, est in gradu sublimiori; tantò ei blasphemia publicè coram populo irrogata, grauior censenda est. Nunc considera blasphemias, quas alta voce contra Dominum deficientem, morientem, & pendentem in ligno, & toto corpore sanguine defluentem tam impiè eiaculati sunt:
Matth. 27. *Vah, vah, qui destruis templum Dei! Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus, Rex Israel, descendat nunc de Cruce, & credimus ei.* Vnde
Sophon. 1. dolenter Sophonias: *Blasphamauerunt Dominum exercituum.*

Septimò, ex confusione: quantò enim quis est in gloria sublimior, tantò eius confusio efficitur maior. Ex præcedentibus dignitatibus clarescere potest dignitas Christi, atque eius summa sublimitas. Quæ confusio, vt homo tam nobilis naturæ, tam speciosæ formæ, tantæque sapientiæ, tantæque potentiæ in miraculis operandis, tantæ famæ, tantæque sequelæ, ac tantæ gloriæ, taliter fuerit derisus, tam dirè flagellatus, atque afflictus, spinis coronatus, totus nudatus, tam atrociter cruci affixus, & ad omnium spectaculum in cruce leuatus, & tam crudeliter blasphematus? Et quis pos-
Psal. 68. sit talem confusionem exprimere? *Sustinui,* inquit dolenter Dauid in Christi persona, *opprobrium: operuit confusio faciem meam.*

Humilitas passionis à causa finali. Quartò inquit: *Humiliatus sum nimis.* propter causam finalem. Si consideretur vltimò causa finalis dominicæ Passionis, & circunstantiæ illius debitè examinentur, apparebit etiam abyssus humilitatis ex alia septemplici ratione.

Primò, à loco: nam, qui elegit Bethlehem natiuitati, elegit Ierusalem passioni, vt maior esset mortis ignominia, quàm ortus sui fuerat gloria. Erat autem Ierusalem metropolitana ciuitas, & principalis sedes regni, magisterij, & sacerdotij, & ideò ibi debebat pati, qui erat Rex, Magister, & Sacerdos; eratque magno referta populo. Nam, vt
Act. 2. dicitur in Actis Apostolorum: *Erant in Ierusalem habitantes Iudæi viri religiosi, ex omni natione, quæ sub cælo est.* Et subditur: *Parthi, & Medi, Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani; Iudæi quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes,* &c. Ex quo patet, quòd Christi mors per infamiæ diffusionem ad omnes mundi partes magnæ extitit ignominiæ.

Secundò, à situ, qui, scilicet, fuit Caluariæ mons; locus, & situs, vbi impij trucidantur, ignominiosus planè, & maximè in Dei populo diffamatus:
Ioan. 19. *Exiuit,* inquit Euangelista, *in eum, qui dicitur Caluariæ locum.*

Tertiò, à Festo, scilicet, azymorum, quando de Iudæa tantus in Ierusalem populus Israël conuenire debebat.

Quartò, ab hora, scilicet, meridiana, in qua omnes de ciuitate, & de propinquis partibus facilius concurrere poterant ad spectaculum, in Christi contumeliæ, & opprobrij argumentum.

Quintò, à modo, scilicet, in loco alto, vt ab

A omnibus circunstantibus visus, & sic delusus, confusibiliùs moreretur, sicut Isaias prædixerat, dicens: *Exaltabitur, & sublimis erit valdè.* Vnde Gregorius: Tantò digniùs Deus ab omnibus honorandus est, quantò pro omnibus indigna suscepit. Isa. 52. Gregor. in hom.

Sextò, è causa: quia, scilicet, crucifixus est sub titulo magnæ blasphemiæ, & ignominiæ: quia, nimirum, dicebat, se esse Summum Deum: sub qua causa, aut titulo, nullum vnquam scelestum legimus passum esse. Vnde & dixerunt: *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori: quia Filium Dei se fecit.* Nec dicunt: *Filium Dei se* dixit; sed, *Filium Dei se fecit*: vt ostendant, quòd falsò, & arroganter hoc sibi nomen vsurpauit. Ioan. 19. Leuit. 24.

B Septimò, à finali morte prædicta omnia concludente, & confirmante: quia finis rei acta præcedentia probat. Vnde Ioannis 19. dicitur, quòd cùm Dominus dixisset: *Consummatum est.* statim subditur: *Et inclinato capite tradidit spiritum.* Ioan. 19.

Inclinauit autem caput, vt quatuor nobis ostenderet: primò, grauitatem; secundò, humilitatem; tertiò, paupertatem; quartò, gratuitatem.

Primò, in morte inclinauit caput, vt ostenderet grauitatem: consueuit enim homo præ nimio onere aggrauatus, suum aggrauare caput: sic Christus nostrorum peccatorum pondere aggrauatus, caput inclinauit. Vnde Petrus: *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Et in Threnis: *Conuoluta sunt iniquitates,* scilicet, peccatorum; *&*
C *imposita collo meo.* 1. Petr. 2. Thren. 1.

Secundò, vt ostenderet paupertatem: fuit enim tantæ paupertatis in morte Filius Dei, Iesus Christus, vt non habuerit, vbi reclinaret caput. O vita Angelorum! (exclamat Bernardus,) ò thesaure pauperum! cùm *vulpes foueas habeant, & volucres cæli nidos*; tu attamen vbi in Cruce caput reclinares, non habuisti! Bernard. Matth. 8.

Tertiò, vt ostenderet, humilitatem, scilicet, viam esse ad gloriam sempiternam. Proinde Prouerbiorum 4. dicitur: *Viam monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis, quas cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.* Vnde Hugo: Per humilitatis viam reuertimur ad cælestem patriam. Et per Prophetam
D Dominus: *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam.* Prou. 4. Hugo 1. de claus. anim. Psal. 100.

Quartò, vt ostenderet gratuitatem, id est, vt ageret gratiam Deo Patri pro mortis victoria: solent enim gratias agentes caput inclinare: eius enim mors nostræ mortis victoria fuit: quia mortem nostram moriendo destruxit. Vnde Apostolus ait: *Absorpta est mors in victoria.* Et iterum subdit: *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum.* 1. Cor. 15.

O mors amabilis! ó passio desiderabilis! ô profunditas admirabilis! quid mirabilius, quàm quòd mors viuificat? vulnera sanant? sanguis emundat? dolor ad amorem inflammat? apertio lateris cor cordi coniungit, & copulat? &, quod mirabilius
E est, Sol obscuratus plùs solito fulget? ignis extinctus cor magis inflammat? passio ignominiosa glorificat? sitis inebriat? nuditas virtutum vestibus ornat? conclauatæ manus nos soluunt? pedes confixi nos currere faciunt? emittens spiritum, vitam inspirat; atque in ligno decedens ad cælestia vocat? Ergo pro supradictorum conclusione Augustinus ait: Filius Dei ad crucem ducitur: expalmatur, qui est vera palma victoriæ: spinis coronatur, qui peccatorum spinas corrumpere venit: Aug. lib. de 4. virt. card.

ligatur

ligatur, qui soluit compeditos: ligno suspenditur, qui erigit elisos: aceto potatur, fons vitæ: disciplina cæditur: salus vulneratur: vita moritur: occidit ad tempus vitam mors, vt in perpetuum à vita occidatur mors. Et iterum idem ait: Ecce pro impio pietas flagellatur, pro stulto sapientia deluditur, pro mendace veritas necatur, & damnatur iustitia pro iniquo, misericordia affligitur pro infideli, pro misero repletur synceritas aceto, inebriatur felle dulcedo, moritur vita pro mortuo.

Ex omnibus præcedentibus patet, quòd mortuus est Christus iustus pro iniustis, ab iniustis, pro iniustis, cum iniustis, & ex iniustis causis, sub iniustis iudicibus, cum iniustis pœnis, atque suppliciis. Respice ergo, mens deuota, *in faciem Christi tui*, & contemplare in eo crucis portationem in exemplum nostræ imitationis: corporis nudationem in exemplum nostræ confessionis, quæ debet esse nuda: brachiorum extensionem ad amplexandum, in signum de peccato redeuntis in gratiam receptionis: clauorum in manibus, & pedibus infixionem, propter memoriam fixæ, & stabilis recordationis: coronæ spineæ impositionem, in figuram nostræ glorificationis: capitis inclinationem ad osculum, in signum nostræ reconciliationis: lateris apertionem, propter effusionem pretij nostræ redemptionis, & ablutionis; exiuit enim ab eo sanguis, & aqua, ex quibus anima mea redempta, & lota est. Hucusque Bernardinus Senensis tam ingeniosè, quàm pie.

Christus in Cruce liber. *Matth. 11.*

Discite ergo, *discite à me*, ô clati: *quia mitis sum, & humilis corde.* In hoc libro humilitatem, in hoc obedientiam, patientiam, charitatem legamus, ac ediscamus, Fratres: hunc euoluamus, in hunc semper oculos erigamus, ac defigamus. *Faciendi plures libros, nullus est finis*: sed ille pro omnibus satis. *In libro tuo omnes scribentur.* Glossa, id est, in me, qui sum forma iustitiæ omnibus: in quo sunt omnes thesauri *sapientiæ, & scientiæ Dei*: in quo legunt docti, pariter & indocti. *Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis.* Lyranus, id est, clarè, & planè; ita quòd quilibet homo, etiam parum literatus, possit legere, & intelligere. Vnde Chaldæus. *Et scribe in eo exposite, vt nemo non legat, ac intelligat. Scribe visum, & explana eum super tabulam, vt percurrat, qui legerit.* Ad Hebraeum, *vt statim legi possit.*

Eccl. vlt. *Psal. 138.* *Gloss. ibid.* *Isa. 8.* *Lyran. ibid.* *Chald.* *Habac. 2.* *Margin.*

Et quis non legat magnos illos sanguinis characteres? quis vel ineruditus librum hunc grandem non legat, signatum *intus & foris*? Librum hunc, inquit deuotissimus Iustinianus, vt ab vniuersis legeretur, publice exposuit, nempe, sæuientibus gentibus, atque Iudæis depictus est *foris*; virtute autem, & sapientia Christi formatus est *intus*: habet *foris* simplex, & indoctus, quid legat; habet spiritualis, & perfectus, quid *intus* intelligat.

Iustin. de triumph. Christi agone, c. 20.

Quis mihi tribuat auditorem, vel, iuxta Gregorium, *adiutorem, vt desiderium meum audiat omnipotens, & librum scribat ipse, qui iudicat, vt in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi.* Sanctus vir, (inquit egregiè in hæc verba Gregorius,) postquàm tot virtutum suarum sublimia gesta narrauit, sciens, quòd suis meritis ad summa peruenire nequeat, adiutorem quærit: & quem, nimirum, nisi vnigenitum Dei Filium contemplatur, qui humanam naturam in hac mortalitate laborantem, dum suscepit, adiuuit?

Iob 31. *Gregor.*

Hunc adiutorem librum vocat; quia Christus verbo, & exemplo nos docuit: & idcircò hunc in A *humero* gestare quis debet, vt quod in Christo videt, hoc faciat; id, quod & sanctus Iob faciebat: *Per singulos gradus meos pronunciabo illum.* Per singulos enim gradus suos (subdit Gregorius) librum pronunciat, qui percepisse se eius scientiam, non per verba tantummodò, sed etiam per opera demonstrat. Hinc ille perfectè pronunciabat, qui dicebat: Nihil arbitror me scire, nisi Christum, & hunc crucifixum.

Iob 31. *Gregor.*

Christus in Cruce perfectus est virtutum magister: *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.* Quamuis enim per totam vitam se Christus magistrum exhibuerit; id tamen præcipue, & excellentiùs in Cruce præstitit: vnde Augustinus pulchrè aiebat: In Synagogis quidem Dominum palàm B locutum fuisse; sed Iudæis tantùm, ac veluti nondum è cathedra, quemadmodum posteà, dum Crucem conscendit: vnde non tantùm Iudæos, sed & Gentiles edocuit, vt propterea titulus scriptus fuerit *Hebraicè, Græcè, & Latinè.* Crux, nimirum, vbi fixa sunt membra patientis, (ita ille,) cathedra facta est magistri docentis. Ibi gymnasium doctrinæ publicum aperuit, inde discipulos plures fecit.

Isa. 30. *August.*

Ibi præcipuè Centurionem illum feliciter erudiuit: ibi is autem magistro præbuit: *Videns*, inquit Euangelista, *Centurio, quia sic clamans expirasset.* Ergo infert Bernardus, ad vocem credidit, ex voce agnouit Filium Dei, & non ex facie. Erat enim fortasse ex ouibus eius, de quibus ait: *Oues* C *meæ vocem meam audiunt, & cognosco meas, & cognoscunt me meæ.* Auditus inuenit, quod non visus. Oculum species fefellit, auri veritas se infudit.

Marc. 15. *Bernard.* *Ioan. 10.*

Ibi & latronem illum discipulum fecit, ibi eum de suo cælesti regno edocuit. At, quamuis, rogo, lectionem de Christi regno perlegere potuit? Vnde hic defixis in eum oculis Regem intellexit? Deforis planè, ex titulo, quem legebat. Eapropter noluit forte Christus, titulum illum deleri, quod scitè notauit Arnoldus Carnotensis sic fatus: Licèt tam insigne titulum deleri perfidia Iudæorum clamosè expeteret; obtinere nullo modo præualuit. Iam ad hanc Scripturam pertinebat latro crucifixus, & eum intra se illæ literæ colligebant.

Arnold.

Hic didicerunt, quotquot *reuertebantur, percutientes pectora sua*: vnde refert Hugo Pratensis D Hieronymum dicentem, quòd verbum illud: *Pater, ignosce illis*, tantæ pietatis, & efficaciæ in auribus audientium fuit, quòd ferè quinque millia hominum hoc verbo audito ad Christum conuersi sunt.

Luc. 23. *Hiez. ib. 53.* *Isa. Et pro transgressoribus rogauit.*

Et certè, quod omnes non ediscerent? Si caput illud spinis compunctum intuerentur, humilitatem contra superbiam; si denudationem, rerum omnium abdicationem contra auaritiam; si membrorum confixionem, mortificationem, ac continentiam contra luxuriam; si inimicorum propitiationem, mansuetudinem, & charitatem contra iram; si potionem amaram, sobrietatem contra gulam: si occupationem spiritualem, quia, iuxta Hieronymum, dum vixit, in Cruce semper orauit, E diligentiam contra acediam; si denique lateris apertionem, amorem contra inuidiam.

Hieron.

Vbi, vbi meliùs odium peccati ediscere valeamus? Vnde vberiùs; quanto illud odio prosequatur Deus, agnoscamus? Hic vides, quantùm Deus peccatum castigarit in Filio: *Qui proprio Filio suo non pepercit. Quem proposuit propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ.*

Rom. 3.

O qualem

O qualem hîc fecit ostensionem iustitiæ! Ex Inferni pœnis non tantùm percipio iustitiæ ostensionem, quàm è Christo Cruci suffixo.

Isa. 53. Margin. *Non species ei, neque decor. Vidimus eum, & non erat aspectus, aut forma, qua faceret, vt desideremus eum: despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum*, aut Hebraicè, quemadmodum nonnulli interpretantur, *illustrem propter dolores, & scientem infirmitatem, seu hominem in plaga: & quasi absconditus vultus eius, & despectus*; vel, *& auertebamus facies nostras ab eo, adeò erat despectus.* Alij. Septuag. Margin. *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.*

Luc. 23. *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Videbis Deum Patrem in vltionem peccati filium in mortem dare, nec peccatum oderis?

4. Reg. 3. Tradit Regum Historia, filios Israël arcta quondam obsidione Moabitarum vrbem cinxisse, & ad extremas illius Regem angustias adegisse: qui sibi, suisque periculum imminere, nullúmque superesse cernens effugium, primogenitum ipsum regni hæredem in hostium ipsorum oculis in vrbis mœnibus mactauit, ac immolauit: *Arripiénsque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum. Et facta est indignatio magna in Israel*, (subdítque sacer Textus,) *statimque recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam.*

Ioseph. lib. 9. Antiq. Is, inquit Iosephus, hostium animas truces ad misericordiam deflexit. Tu, dicam ego, viso Patre Filium immolante, obsidionem peccati non solues? peccare non desines?

Rom. 10. *Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus, vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit?*

Alij. Psal. 21. Heu! quot hodie pretiosum hunc *Sanguinem pollutum*, vel, iuxta alios, *communem* dicunt! &c.

Sicut aqua effusus sum, (præ exigua, aut nulla sanguinis mei æstimatione) *& dispersa sunt omnia ossa mea*; veluti præ contemptu in terram proiecta.

D. Thom. in cap. 12. ad Hebr. Quid denique in Crucifixo non habes? Pulcherrimè D. Thomas in caput duodecim ad Hebræos: In quacunque, inquit, tentatione inuenitur in Cruce præsidium: ibi enim est obedentia ad Deum; ibi charitas ad proximum; ibi patientia in aduersis: denique in Cruce inuenitur doctrina, & exemplum omnis virtutis: vnde Augustinus: Crux non solùm fuit patibulum patientis, sed etiam cathedra docentis.

Drogo. Luc. 24. Et acutè, & piè Venerabilis Drogo sermone de Dominicæ Passionis Sacramentis, occasione verborum Luc. 24. *Cognouerunt eum in fractione panis*, opportunè sic Christum allocutus: Et verè non cognoscetis, Domine, nisi *in fractione panis*. Panis, caro tua. Fregisti corpus, quod foris apparebat, & ostendisti medullam, quæ intus latebat: nisi autem patiaris, non cognosceris. Habac. 3. *Ibi abscondita est fortitudo eius.* Quæ est autem fortitudo tua, nisi mansuetudo, nisi humilitas, nisi sapientia, & obedientia? Has virtutes suauissimas, & fortissimas *in fractione panis*, hoc est, in passione tua nobis ostendisti.

¶ Et quomodo non agnitus in Cruce exemplar virtutum, qui in ea præsertim innotuit Deus?

A *Cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum.* Ioan. 8.

Pater, venit hora: clarifica Filium. Hilarius: Clarificat Pater Filium; quomodo tandem? Suffigitur Cruci. Ioan. 17. Hilar. lib. 3. de Trinit.

In Cruce porrò Dominus gloriæ & agnitus, & dictus est: *Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Vbi Chrysostomus: Opportunè Dominum gloriæ appellat, loquens de Cruce: quia, scilicet, in ea agnitus author gloriæ. 1. Cor. 2. Chrys. ibid.

Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Chaldæus: *Scintillæ a quadriga eius prodierunt, ibi patefecit maiestatem suam.* Rupertus: In Cruce exaltatus est: omnis potestas, omne regnum (quod per cornu significari solet) datum est in manu eius: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Habac. Chald. Rup. ibid. B

Quis ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Ex Augustino: Quasi dicat: In occasu se se Dominum ostendit, ascendítque maximè. Psal. 67. August.

Huc facit, quòd gloriosam illam Regis Regum, & Domini dominantium inscriptionem non alibi inscriptam legimus, quàm in veste sanguine tincta, & in femore flagellis attrito: nam vbi Christus flagella pertulit, vbi sanguine aspersus est totus, tunc *Rex Regum, & Dominus dominantium* est appellatus. Apoc. 19.

Certè in cruce vt Deus innotuit, qui in ea attributa ostendit diuina. Bernardus expendens verba illa: *Et inclinato capite tradidit spiritum.* Quis tam facilè, inquit, quando vult, dormit? Magna quidem infirmitas mori; sed planè sic mori virtus immensa. Bernard. ser. de Pass. c. 19. C

Et Hieronymus premens similiter illa: *Et clamans voce magna, expirauit.* Diuinæ potestatis, ait, indicium fuit spiritum sic emittere. Nos cum ima voce, vel sine voce morimur, qui de terra sumus: ille verò exaltata cum voce expirauit, qui de cælo venit. Et Chrysostomus: Eapropter voce magna exclamauit Dominus, vt ostenderet, sua totum id fieri potestate. Matth. 27. Hier. ibid. Chrys. hom. 89. in Matt.

At, nónne diuina potentia mori, & regna donare? *Hodie mecum eris in paradiso.* Vbi pulchrè D. Leo: Excedit humanam conditionem ista promissio, nec tam de ligno Crucis, quàm de throno editur potestatis. D. Leo serm. 2. de Pass. D

O, ô admirabilis potentia Crucis, (exclamat alibi,) ô ineffabilis gloria Passionis, in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est Crucifixi.

Tanta planè in Cruce resplenduit diuina potentia, vt cum Propheta illud verè dicere valeamus: *Saluauit eos propter nomen suum, vt notam faceret potentiam suam.* Psal. 105.

Et quid de diuina eloquar sapientia? Crux certè, si Iudæis est scandalum; gentibus verò stultitia; credentibus tamen, ac Dei amatoribus, & contemplatoribus virtus est, atque sapientia. Diuina profusa sapientia factum, *vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret; & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur.* E

O diuina sapientia, quæ mundi, ac Diaboli vicit malitiam! Hac, Fratres mei, hac tantùm imbuat, vt non iudicem, me scire aliquid inter vos, nisi Christum, & hunc crucifixum. 1. Cor. 2.

* * *

MARIA IVXTA Crucem.

PVNCTVM XXVIII.

Stabat autem iuxta Crucem Iesu Mater eius. Ioan.19.

Ierem.9. *QVis dabis capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum?* Exhauriuntur (quis nescit?) lacrymarum fontes assiduitate plorandi. Fleuerunt Dauid, sociique eius, postquàm viderunt direptam, B 1.Reg.30. Hebr. atque exhaustam Siceleg, *donec deficerent in eis lacrymæ*, vel ad verbum: *Et non erant vires ad plorandum*.

Tull.or.2.in Anton. Etiam eloquentiæ Pater oratione secunda in Antonium: Hei mihi, ait, consumptis lacrymis, infixus tamen pectori hæret dolor. Quidni pientissima Mater, exhaustis iam in retroactis mysteriis lacrymarum fontibus, nouas optet lacrymas sibi dari, quas modò vnici filij impendat funeri?

Thren.5. Heu! heu! *Defecit gaudium cordis* mei: *versus est in luctum chorus* meus: *cecidit corona capitis* mei.

Ierem.6. Anima mea, *accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum.*

Ruth 1. *Ne vocetis me Noemi, id est, pulchram: sed vocate me Mara, id est, amarum: quia amaritudine valdè repleuit me Omnipotens.* C

Thren.1. *Posuit me desolatam, tota die mœrore confectam.*

Thren.2. Planè *magna est*, (ô Maria,) *velut mare contritio tua: quis medebitur tui? Cui comparabo te, aut cui assimilabo te, filia Ierusalem?*

Quis est homo, qui non fleret,
Christi Matrem si videret
In tanto supplicio.

Cant.8. Certè, quos in felicissimo partu dolores non sensit, sub hac arbore experta est. *Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua: ibi violata* Hebr. *est genitrix tua.* Ad Hebraicum: *Ibi peperit te Mater tua: ibi parturiuit te Genitrix tua.* Dolores enim, Damasc. lib. 4.Orth.25. quos illa effugit pariens, (inquit pulchrè Damascenus,) eos tempore Passionis sustinuit, ex materna compassione viscerum, lacerum repatiuriens: D & quem Deum per natiuitatem agnouit, illum vt maleficum interfectum videns, tanquam gladio cogitationibus decerpitur.

Laur. Iustin. de triumph. Christi agone, c.10. Nequaquam enim à diro spectaculo Mater abe- erat, (inquit Iustinianus,) quæ ob id vltra quàm credi potest, angebatur pro Filio. Audiebat populorum perstrepentium sonitum, & confusas militum crucifigentium voces. Audiebat malleorum clauos infigentium ictus; totiésque in corde suscipiebat doloris iacula, quoties super clauos resonabant percutientium verbera.

4.Reg.18. Heu me (dicebat,) Fili mi Iesu, Iesu fili mi! *Quis mihi det, vt moriar pro te, Fili mi* Iesu, Iesu E *fili mi*! Lumen oculorum, & baculum infelicitatis meæ, vt quid superstes remaneo post te? Cur mortua non sum, antequàm aspicerem te vnicum meum tam crudeli examine ferire? Quare armatorum militum non irrumpo acies venióque ad te? Cur non me suppono pro te, vel vna tecum cruce suspendor?

Tob.10. Si quondam dolebat mater illa, ac *irremediabilibus lacrymis* flebat, quòd filium se amisisse puta- A ret, qui lumen esset oculorum suorum, baculus senectutis, solatium vitæ, spes posteritatis, omniaque simul in vno illo haberet; quantum nunc, rogo, indoleat Virgo Mater in morte Filij, veri luminis, pupillæque vnicæ oculorum suorum; baculi, qui omnia sustentat; solatij vitæ; solius humani generis spei; & in quo vno non per exaggerationem affectus, quemadmodum illa locuta est; sed verissimè omnia haberet?

Doleo super te, frater mi Ionatha, (sic lacrymans 2.Reg.1. parentabat Dauid,) *doleo super te, frater mi Ionatha, decore nimis, & amabilis super amorem mulierum: sicut mater vnicum amat filium suum; ita ego te diligebam.* Cæterùm, quis componat amicæ beneuolentiæ charitatem cum materna in vnicum, B diuinúmque filium dilectione.

Hæc vna Mater flammis amoris, & compassionis succensa, adstans Cruci, Filium dilectissimum parentabat. Nazianzenus in tragœdia de Christo patiente, hæc dat Mariana verba:

——— *Fili vt vultum mei* Nazianz.
Squalore vidi plurimo, & sanie obsitum,
Mors sola votum est, vita mors tantum mihi:
Agite iam, agite vos, vitam non feram amplius.

Aug.lib.4. Confess.c.6. Augustinus in suis Confessionibus explicans ingentem animi affectum, quo diligebat amicum: Et nescio, inquit, an vellem vel pro illo mori, sicut Oreste, & Pylade traditur, si non fingitur, qui vellent pro inuicem vel simul mori, quia morte peius C eis erat non simul viuere. Sed in me nescio quis affectus nimis huic contrarius ortus erat, & tædium viuendi erat in me grauissimum, & moriendi metus. Credo, quò magis illum amabam, eò magis mortem, quæ mihi eum abstulerat, tanquam atrocissimam inimicam oderam, & timebam, & eam repentè consumpturum omnes homines putabam, quia illum potuit.

Mirabar enim cæteros mortales viuere, quia ille, quem quasi non moriturum dilexeram, mortuus erat, & magis, quia ille alter eram, viuere, illo mortuo mirabar. Benè quidam dixit de amico suo: *Dimidium animæ meæ.* Nam ego sensi animam meam, & animam illius vnam fuisse animam in Horat. Virg. 2.Retr.9. duobus corporibus: ideò mihi horrori erat vita; quia nolebam dimidius viuere; & ideò fortè D mori metuebam; ne totus ille moreretur, quem multùm amaueram.

Laudat, laudat oratoria, leuique potiùs declamatione Augustinus, ac suas retractet ineptias, quemadmodum ille in Retractationibus ait, dum ami- 2.Retr.6. cum affectu nimio parentat: sed nihil retractet Virgo Mater, quæ non tantùm, non ineptè, sed & rectissimè Filium totam suam animá nuncuparet; mori cum illo cuperet, horrori sibi esset vita, quia nollet sine vita viuere; miraretur cæteros mortales viuere, si ille moreretur.

Aug. ser. de Pass. Domin. Cogitate liber, (inquit idem Augustinus in sermone de Passione Domini,) quantus dolor tunc fuerit Matri, cùm sic doleant, quæ insensibilia sunt: non lingua loqui, nec mens cogitare valebit, quanto dolore tunc tenebatur anima Mariæ. E

Heu! (solebat pater ille amans apud Nazianzenum, cùm ablato sibi primùm Iosepho, tum posteà Beniamin,) heu! heu! membratim pereo. Nazianz. Sed, quis duodecim illos Patriarchæ filios, imò cunctos filios hominum cum vnico Virginis Filio componat? Et quantò hæc grauiùs ad membra morientis Filij singula illacrymétur. Heu! membratim pereo!

Oppressus tus malus Dæmon mole dolorum Iob.1.

inuictum

inuictum illum patientis animum, vbi cum paulò ante tot iacturis, calamitatibúsque concussum, e domo hæc tandem retulit: *Quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt.* Vbi egregiè quidem Olympiodorus: Germanæ prolis præcipuè meminit, vt iusti naturam exulceratet: nec enim dixit: Supra omnes, qui intus erant, cecidit. sed magis luculentas ei plagas infigens dixit: Cecidit super filios tuos. Non potest porrò non esse vehementior, ac luculentior plaga, quæ ex filiorum extinctione sentitur.

Olympiod.

Gen. 21.

Non tulit Agar Ismaëlem præ siti morientem videre: *Non videbo*, ait, *morientem puerum.* Maria non præ siti tantùm; sed præ acerrima tormentorum vi morientem vidit!

2. Mach. 6.

Cyprian.

De illa filiorum Machabæorum matre tam propriis oculis martyriorum spectatrice, quàm spectaculo, ita appositè Cyprianus: Tam pulchrè martyrium Deo præbuit virtute oculorum suorum, quàm præbuerant filij omnes tormentis, & passione membrorum. Liceat nunc eleganriffima verba aptare Deiparæ. Etenim, si qua creatura tam grande martyrium Deo præbere potuit, quàm Christus Cruci affixus; crediderim à sola hac Matre tantùm, imò, si piè audere liceat cum Bonauentura, plùs martyrij præbitum virtute oculorũ suorum, quàm præbuerit ipse Filius eius tormentis, & passione membrorum.

D. Bonau. in cursu de cõpass. Mariæ Virg. lib. 1. *Virgo maiorẽ dolorem habuit, quàm Saluator, qui tot suffinuit. Hoc est, non plures dolores sustinuit; sed magis dolorosis affecta est.*

Illa (inquit Augustinus de eadem Machabæorum matre) videndo in omnibus passa est: facta Martyr septem Martyrum, septies Martyr à filiis non separata spectando, & filiis addita moriendo, videbat omnes, amabat omnes, ferebat in oculis, quod in carne omnes. Nihil virgineæ huic Matri accommodatius, nihil de Mariæ dolore verius, ac significantius. Mariæ filius mille pertulit cruciatus, in via, in Caluariæ monte, in Cruce: illa videndo in omnibus passa est? millies Martyr, à Filio non separata spectando, videbat Filium, amabat Filium: ferebat in oculis, quod in carne Filius; & ideò cruciatuum ac atbitate, & immanitare Martyres omnes superabat.

August. ser. 109. de diuersis, c. 6.

Greg. hom. 3. in Euang.

Si matrem illam (cui vetè nomen Felicitas) plusquàm Martyrẽ Gregorius appellat; nunquid hanc fœminam Martyrem dixerim? Sed plusquàm Martyrem, quæ septem pignoribns ad regnum præmissis, toties ante se mortua prima venit; sed peruenit octaua. Quid de matre, imò Regina Martyrum prædicemus? Hæc longè pretiosiori pignore ad regnum quasi præmisso, toties ante se penè mortua prima venit, quoties mortalia ille tormenta subiuit. Nam, quemadmodum tam verè, quàm eleganter fatur Amadeus homilia quinta de Virgine Matre, vicit hæc sexum, vicit hominem, passa est vltra humanitatem: torquebatur magis, quàm si torqueretur ex se: quoniam supra incomparabiliter diligebat id, vnde dolebat.

Amadeus hom. 5.

Bonauent. in stim. diuin. amoris, c. 3.

Dicat, dicat contemplatiuus ille Seraphim in meditatione compassiua doloris, quem in Parasceue habuit Beata Virgo Maria, ad illa verba: *Stabat iuxta Crucem Iesu Mater eius.* O Domina mea, (exclamat,) vbi stabas? Nunquid tantùm iuxta Crucem? imò certè iu Cruce cum Filio: ibi crucifixa eras secum. Sed hoc distat, quia ipse in corpore: tu autem in corde: nec non & eius volnera per corpus eius dispersa sunt, ioruo corde vniratibi, Domina, lanceatum est cor tuum, ibi spinis coronatum, ibi illusum, exprobratum, & contumeliis pleoum, aceto, & felle potatum. O Domina, cur iuisti immolari pro nobis? Nunquid nõ sufficiebat Filij passio nobis, nisi crucifigeretur & Mater? O cor amoris, cur conuersum es in globum doloris? Aspicio, Domina, cor tuũ: & ideò nõ cor; sed myrrham, absynthium, & fel video! Quæro Matrem Dei, & ecce inuenio spota, flagella, & vulnera, quia tota cõuersa es in ista. Tota es in vulneribus Christi, totus Christus crucifixus est in intimis visceribus cordis tui. O amaritudine plena, quid fecisti? Cur vas sanctitatis, fecisti vas pœnalitatis?

Et quid mirum? Intuetur te illa io mulietibus benedicta, (inquit Arnoldus Christum alloquens,) & cõfixis in te oculis vulnera tua, materna pietate considerat: & licèt non ignoret, quid boni conferat mundo passio tua; tamen parentis affectu commoritur, & pectus maternum immanitate dolorum arctatur.

Arnold. de sept. verb.

Quorum verò maternum hoc pectus arctaretur, dicat piissimè, quanuis fusè, Iustinianus: Aderat, inquit, ibi Mater prope Filium: nusquam cogitationis suæ intentionem diuertere valebat: tota erat cum Filio, & tota rapiebatur in Filium: in corpore Filius; in mente verò erat Genitrix crucifixa: oculos lacrymis suffusos erigebat ad Filium, eósque illicò demittebat: non enim valebant materna viscera horrendum nati intueri supplicium. Quò se illius figebat obtutus, mœstus retundebatur animus visionis horrore. In capite coronam spineam, in facie sputa, gelarum sanguinem, & speciem deformatam; in manibus, ac pedibus clauos infixos, vulnera dilatata, defluentem cruorem, rigidosque neruos, in toto demum corpore liuores, tunsiones, excoriationes, tumoresque cernebat. Vndique vehementissimi doloris aspiciebat insignia: & tamen iuxta Crucem stabat.

Laurent. de triumph. Christi agone, c. 18.

Tenebatur, scilicet, funiculo triplici doloris, admirationis, & amoris. Dolore quidem: quia præsentis passionis gladius ipsius transfixerat animã: veruntamen io corde transuerberata gladio, & mente crucifixa, quò diuertere valebat? Admiratione autem, cùm quis pendebat, tacita cogitabat. Illum verum Deum esse sciebat in sui natura impassibilem, immortalem, inuisiblem, atque beatum. Quoties igitur conferebat in eodẽ suo, & eundem passibilem, impassibilem; mortalem, & immortalem; visibilem, & inuisibilem; miserrimum intelligebat, atque beatũ, vltrà quàm credi posset, admiratione suspensa tenebatur. Quomodo admiratione non raperetur extra se, & redderetur immobilis, cùm, teste sacro eloquio, scrutator maiestatis absorbeatur à gloria? Et quis vnquam congruentiùs, puriùs, familiariúsque, quàm beata Virgo in diuinæ contemplationis agnitione admissus est? Nam etsi *sexaginta sint Reginæ, & octoginta concubinæ*, atque *adolescentularum* non sit *numerus*; *vna tamen* erat *columba* sponsi speciosa, dilecta, atque amabilis. Amore verò: quia vnicus ei erat Filius formosior cunctis, sanctior vniuersis, decoratus moribus, virtutibus plenus, ac gratiarum locupletatione cõspicuus: materno siquidem amoris vinculo secum conglutinata tenebatur.

Cant. 6.

Præualuerat tamẽ dolor, & mentis ipsius ita secreta compleuerat, vt in comparatione illius vix admirationis, & amoris reperiretur locus: nec immeritò: fecerat enim admiratio, & amor riuulos duos, qui indesinenter in doloris lacum profluebant; propter quod rapidissimum in corde Virginis ex huiusmodi alluuione torrentẽ congregauerant. Quamobrem in persona ipsius in Threnis legitur: *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis sicut dolor meus.*

Thren. 1.

Suspirat

Arnold. tr. de sept. verb. Suspirat intrinsecùs (inquit iterum allatus Arnoldus)& erumpentes reuocat lacrymas;& eò ampliùs anxietas intumescit, quò prohibetur egredi, & per luctus, lamentáque dissolui. Emergebant quidem aliquando gemitus; sed increpati reprimebantur, reuertebantúrque in sinum mentis, de quo prodibant, & collidebant se ad inuicem introrsus,erátque in anima illa tempestas valida,occurrentibus sibi procellis;& quasi in sartagine,frixis medullis,ebulliebant amaritudines,quas excoquebat,& coagulabat exacerbatio perseuerans.

Imperabat quippe dolori silentium, formido; & ringentium Iudæorum torui in eam oculi, illos turbines suffocabant. Verùm illa tantarum procellarum salsuginem ebibebat; & (quod difficillimum erat) moriebatur, & mori non poterat: & clauso tanto doloris tormento intrinsecùs, alium vultum palam exhibebat,nec poterat ex facie colligi Crux illa animæ,& patibulum spiritus,in quo erat hostia viua,beneplacens Deo,& medullatum holocaustum, quod cùm ipsa incenderet, tantùm conscientiæ ministerio vtebatur;ipsáque sine strepitu seipsam mactans in altario interiori,& ligna, & flammas, & latices congerebat.

Et hinc soluitur quæstio,qua aliquis pia curiositate quærat, cur Euangelista dolorum, lacrymarúmque Virginis Matris mentionem non fecerit? An fortè quòd, sicut in Iphigeniæ sacrificio Agamemnonem dolentem patrem nō expressit pictor, excellens licèt,nisi vmbra silentij? Is enim (inquit Plinius) cùm stante Iphigenia ad aras petitura mœstos pinxisset omnes,præcipuè patruum; cùm tristitiæ omnem imaginem consumpsisset, patris ipsius vultum velauit, quem dignè non poterat ostendere.An,quòd veluti Regina illa apud Herodotum regij sponsi mortem orbatam casu in stadio,nec lacryma prosecuta,sciscitāti matronæ,quî id fieret?Non illacrymor,inquit,ne integrum semper seruatura dolorem,imminuam.An quod mirabili constātia temperaret à lacrymis,vt Ambrosius propterea dixerit:Stantem lego,flentem non lego.

Plin. lib. 35. c. 10.

Herod. l. 3.

Ambr. or. de ob. Valen.

Prou. 31.

Ildelph. ser. 2. Assump.

Et quidni *mulierem fortem* inuenerimus paratam extendere, si oporteret, & percussoris manus accederet,) vt loquitur Ildephonsus,) vel in crucem manus. Stabat, inquit & D. Antoninus,doloribus plena; ita tamen diuinæ conformis voluntati;quod,vt Anselmus ait,si oportuisset,ipsa Filium in Cruce posuisset, atque obtulisset: neque enim minoris fuit obedientiæ, quàm Abraham.

D. Ant. 4. p. Theo. t. 15. c. 41. §. 1. Anselm.

Omninò tunc erat vna Christi, & Mariæ voluntas,(inquit scitè Arnoldus Carnotensis,)vnúmque holocaustum ambo pariter offerebat Deo:hæc in sanguine cordis; hic in sanguine carnis.

Arnold. tr. de Virg. laudibus.

Erat,scilicet,vt Filius,*Vir*;sic ipsa Mulier,ac Mater *dolorum*;dolori tamen non cessit,nec vllatenus sub Cruce cecidit,sed stetit: vnde Ambrosius:Sed nec Maria minor, quàm matrem Christi decebat: fugientibus Apostolis, ante Crucem stabat.

Isa. 53.

Ambros. in Catena.

Guerricus:*Stabat iuxta Crucem Mater.* & planè mater,quæ nec in terrore mortis filium deserebat: quomodo enim morte terreri poterat,cuius charitas fortior, quàm mors erat!

Guerric. ser. 4. de Assump.

Vbi vxor illa Phinees captam Arcā audiuit, præ tristitia peperit quidem;sed expirauit.En constantior Deipara,quæ licèt tanta correpta tristitia,quæ interimere illam posset, nisi ita tētaram per omnia absque peccato,Deus ad omniū leuamen reliquisset;non propterea cecidit,neque deliquiū passa est.

1. Reg. 4.

Caiet. in Opusc.

Stabat iuxta Crucem Iesu Mater eius. O constantiam! ô animi fortitudinem! *Mea, mea,* dice-

Ioan. 19.

Speranza Scriptura selecta.

A re poterat, *est fortitudo.* Nutabat mundus,tremebat terra,Mater stabat! Mare,cor illius amarum,(*Congregationes aquarum appellauit maria.*)vnde ascendebāt vsque ad cælum;sed nunquā vsque ad abyssos; à diuina voluntate nec ad modicū,nec ad momentum deflectens, semper conformis permanebat.

Pulchrè Bonauentura Virginem inter dolores, & cruciatus constantē cum firmamēto componit, quòd diuidat aquas ab aquis: Virgo, inquit, fuit cælum firmamentum,vniformiter semper motum per patientiæ firmitatem. Nam, licèt in ea aquæ inferiores, id est, vires sensitiuæ & sensibiles fortissimè fuerint concussæ in Filij sui passione;superiores tamen à sua non fuerunt pace commotæ:& licèt sentina nauis, id est, pars sensibilis repleta fuerit aquis maris;pars tamen superior nauis semper ventis prosperis nauigauit.

Bonau. ser. 1. de Virg. Deipara, hom.

B

Stabat ergo;sed tamē dolebat:*stabat*,quia stabat amor: dolebat,quia amabat.Amans illa Catharina Senensis spinarum punctiones sentiebat.Amans ille Apostolus dicebat: *Christo confixus sum Cruci. Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Quis horum amorem cum materno Virginis amore componat? Quantò igitur hæc altiùs, arctiúsque confixa Cruci? quantò hæc magis in corde, & in anima viuidiora stigmata præferebat?

Galat. 2. Ibid. 6.

Anima magis est,vbi amat quàm vbi animat:ergo Virgo Mater,quæ plùs Filiū,quàm se ipsam diligebat;magis erat in Filio,quā in se ipsa.Dolebat ergo ad Filij dolores,patiebatur ad pœnas;cruentabatur ad plagas;vulnerabatur ad vulnera,vt verissimè ille prædiceret:*Et tuam ipsius animā pertransibit gladius.*

August.

C

Hieronymus in serm.de Assūptione Beatæ Mariæ:Plùs omnibus dilexit,propterea & plùs doluit, intantum vt animam eius totā pertransiret,& possideret vis doloris. Adest testimonium eximiæ dilectionis,quæ,quia mente passa est,plusquàm Martyr fuit,nimirū,eius dilectio ampliùs fortis, quàm mors fuit, quia mortem Christi suam fecit.

Luc. 2. Hieron. t. 9.

Statura tua assimilata est palmæ. Rectè,inquit ibidem Guillelmus, statura piæ Matris assimilata est palmæ:nā ille foris,illa intus patiebatur Crucem. Stabat illa iuxta Crucem sui Iesu, atque ea ipsa sibimet quodammodo erat in Crucem erecta, stando iuxta Crucem,ipsa sibi per effectum maternum quodammodo erat Crux. O verè Virginem cruciformem, (hoc te nomine compellat Epiphanius,) hoc est, in eadem cum Christo Cruce confixam!

Cant. 7. Guillel. ib.

D

O lilium inter spinas! ô Virginem dolentem! *Occidit, occidit* (verè dicere poteras) *omne quod pulchrum erat in tabernaculo filiæ Sion.*

Cant. 2. Thren. 2.

Heu! *Cor meum dereliquit me, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.*

Psal. 39.

TENEBRÆ.

PVNCTVM XXIX.

E *A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super omnem terram, vsque ad horam nonam.* Matth. 27. *Et obscuratus est Sol.* Luc. 23.

SOl, *contra Gabaon ne mouearis; &, Luna, contra vallem Aialon.* Cur *Gabaon,eleuationem iniquitatis,* mundum,scilicet, cui tanta iniquitas, Sol illuminet?cur non sistat,hoc est,radios,splendorésque suos non retrahat? D.Gregentius in Dialogo cum Herbano Iudæo: Iesus filius Naue cùm bellū illud horrificum magno applausu gessit cum gentibus; vespere superueniēte nónne aduersùs Gabaonitas Solem sistere cursum iussit; similiter & Lunam contra

Ios. 10. Hebr.

D. Gregent. tom. 4. Biblioth. vet. Patrum.

contra vallem Aialon, donec victoriam de hostibus retulisset? Hæc illustris, & admirabilis in Sole affectio, siue perpessio fuit Domini mei Iesu Christi antegressa figura, & similitudo Iesus ille, Iesus & hic. Ille fuit Princeps exercitus Israëlis, hic Rex, & Deus non solùm Israëlis, sed & totius terrarũ Orbis. Ille gentes in fugam vertebat; hic Dæmonum exercitus. Ille Solem, & Lunam sistere potuit, donec phalanges, & cateruas militum aduersariorum profligasset. In passione Domini mei Sol inhorruit, & obscuratus est; & Luna suum fulgorem non dedit, die statim præ timore in tenebras transeunte. Hæc ille eruditè, cui disertè sic fanrem Chrysostomum adnecto, vt in hoc præcipuè puncto selectorum Patrum rapsodiam componam.

Chrysost. vel Chrysol. de 5. fer. Pass. serm. 3. Veotum iam tandem est Crucis ad campum, vbi B pias manus terebrāt sæua vulnera, & compaginem palmarum rumpit violentior forarura clauorum. Crux clauis configitur, & effossa vestigia, pœnalibúsque alligata impedimentis, pedum officia perdiderũt. Adhæsit quietum corpus stipiti, & immobile lignum inconcussa membra portauit. Fert pœna ipsa pendentem, & tormentis suis nexis artus incũbunt. Sed festinare, oro, & citatis cursibus properate: sentio enim moliri nescio quid creaturam, & intestinis motibus nonnihil elementa intelligo parturire. Minatur ecce propria mundus excidia, & rerum natura insuſitato pauore terretur. Dies medius tenebrarum tyrannide discluditur, & perdidit cursum fugitiua luce fraudatum. Sol abscondit radios suos, & Orbem globus luminis obscurauit, atque incubatricem noctem dissimulato iure contradictionis admisit. Dies enim non dies est; & nox repentina non est nox: importunæ tenebræ aliena tempora peruaserunt; moriente verò die, nouum dies sensit occasum. Expectabant cuncta elementa exitum proprij Conditoris; axem suum mundus extremum vergere cupiebat io limitem. Volebat, credo, fæculum ire protinus in ruinam, no authoris sui talem præteriret iniuriam Hæc Chrysolog facundè, ac piè.

D. Leo serm. 10. de Pass. Sed non minori facundia, ac pietate D. Leo, sic fatur apostrophe ad Iudæos. Cùm Dominus crucifixi corporis eleuatione sublimis, reconciliationem mundi exequeretur in quadam atce supplicij, latroonémque conuersum ad Paradisi vocaret habitaculum, vos Principes Iudæorum, legísque Doctores, nec conscientiæ impietate compuncti, nec effectu sceleris mitigati, fixuris clauorum addebatis tela linguarum, dicentes: *Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere. Si Rex Israel est, descendat de Cruce, & credimus ei.* Sed (subdit grauiter) his vocibus vestris stultis, atque blasphemis reddunt omnia elementa responsum, & vnam in vos sententiam ferunt, cælum, terra, Sol, syderáque indignos vos suo ministerio protestantes terribili motu, insolitóque defectu tenebras mundo vestræ cæcitatis ostendunt.

Chrysol. serm. 4. de 5. fer. Pass. Plane, velut iam iterum allatus Chrysostomus ait, tenebrarum caligine tota passionis in- E dignitas tegitur, & omnis iniuria nouæ noctis obscuritate celatur. Indixit sibi mundus inopinata sui authoris morte funereum luctum, cunctatúmque confusio naturarum; & sacrilegium suum non agnoscit cæcitas Iudæorum.

Ambros. O cæcas Iudæorum mentes! ô duriora saxi pectora Iudæorum! (exclamat Ambrosius:) Iudex arguit, credit minister, proditor suum scelus morte condamnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta reserantur, Iudæorum duritia immobilis manet vel Orbe concusso. Sol etiam (inquit alibi) sacrilegis occidit, vel refugit, vt funesti spectaculum sceleris obumbraret. In Luc. 23.

Beda. Et Beda eandem mutuatus animi conceptionem, hanc nouam addit: Clarissimum, inquiens, mundi lumen suos retraxit radios, ne aut pendentem videret Dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur.

Aug. de tem. serm. 120. Et anteà Augustinus: Terra ipsa concussa est, tanquàm ad scelus proprium contremiscat.

Sanaz. de morte Christi. Sanazarius verò ita deflet:

Et tremefacta graues testatur murmure questus,
Testatur Sol ipse suum sub nube dolorem.

Ierem. 15. *Subiit Sol*, (plorat & Propheta,) *cùm adhuc medius dies esset.* Postquàm enim cruci tradiderunt Dominum omnium, (ita Cyrillus,) mundi machina lugebat proptium Dominum, & obtenebrata est lux in meridie secundùm Amos: *Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie, & obtenebrabitur dies lucis.* Cyril. Amos 8.

Chrys. in Matth. 24. Et quidni obtenebretur mundus, mundi Conditore moriente? Chrysostomus. Patrefamilias moriente, toto eius domus turbatur, omnis familia plangit; & conscissis tunicis suis, nigris se cooperiunt vestimentis. An non cælum veste luctuosa indutum, ac pullatum, dicente Domino per Prophetam: *Induam cælos tenebris?* Vnde & Tertullianus: Contenebratus Orbis lugubre fecit C officium. Isa. 50. Tertul. contra Marc.

In Solem ipsum quadrat illud Metamorphoseos.

Squalidus, & expers sui decoris
Dat animum in luctus, & luctibus adiecit iram,
Officiúmque negat mundo.

Hieron. in Matth. 27. Hieronymus: Omnis creatura compatitur Christo morienti: Sol obscuratur, terra mouetur, petræ scinduntur, velum templi diuiditur, sepulcra aperiuntur: solus miser homo non compatitur, pro quo solo Christus patitur. *Obstupescite, cæli, super hoc.* Chaldæus: *Lugete, cæli, super hoc.* Ierem. 2.

D. Leo serm. 6. de Pass. D. Leo: Pendente in patibulo Creatore, vniuersa Creatura congemuit, & Crucis clauos omnia simul elementa senserunt. Nihil ab illo supplicio liberum fuit. Hoc in communione sui & terram D traxit, & cælum. Hoc petras rupit, monumenta aperuit, Inferna reserauit, & densarum horrore tenebrarum radios Solis abscondit. Debebat hoc testimonio suo mũdus Authori, vt in occasu Conditoris sui vellent cuncta finiri. Nihil planè elegantius, nihil hoc verbo deuotius.

B. Theodor. Studita ser. 73. Huic proximè tum elegantia, tum pietate B. Theodorus Studita, sermone in Hebdomadam maiorem de Domini, heriique nostri Iesu Christi supplicio, patientis personam expendens, ac Solem admiratum, & omnia elementa commota peregregiè sic ait: Qui animorum consilia retegit Deus, omnéque perspicit humanum cogitatum; hic ille est, qui capitis sistitur iudicio. Qui præpotente iussu vniuersa librat; hic ille est, qui in sceleratorum manus deditur. Qui obligatam in nubibus vndam ex æquo tempestiuè inserit solo; hic ille est, qui colligatus raptatur. Qui cælum palmo, ac terram mẽsus pugillo est, lancéque montes librauit; hic ille est, qui serui pulsatur dextra. Qui florum varietate vber imbuit terræ; hic ille est, qui spinis inglorie coronatur. Qui in pomario vitalem arborem conseuit; hic ille est, qui in ligno infelice pendet.

O immania, & inaudita miracula! quæ tum intuitus

intuitus Sol defecit, ac Luna contenebrauit; tum sentiens concussa terra est, & petrupta saxa, cunctaque heri iniutiis conuersa machina iam inanimis, ac sine sensu elementis, ceu animatis, sensúque imbutis præ Dominico terrore, atque vsurpatione spectaculi attonitis, & immutatis; nos (malum!) ornati ratione, pro quibus obiit Christus, inextimulati, ac lacrymis alieni per hos maneamus dies?

Aug serm. 110. de temp. Augustinus: Apertè ideò rerum natura perspicitur commoueri, velut in vindictam Authoris sui velit armari; terra ipsa concussa à fundamentis suis quasi quæ Crucem Domini vix sustineat, tanquàm ad scelus proprium contremiscit. Dies refugo lumine, quomodo potest, sumit lamentum, & fusco tristium tenebrarum habito more lugentis induitur; & vt tota cæli facies Dominicæ Natiuitatis gloriam noua luce testatur, ita crucis iniuriam nonis tenebris detestatur.

Chrysolog. serm 78. Suis iam nunc spiritibus aureis Chrysologus: Creatoris iniuriam tota fugerat creatura: necem Domini sui mundus euitare contendit, sciens ad totam domum vindictam pertendere, in qua fuerit seruorum scelere dominator occisus. Hinc est, quòd suis se deferentibus fundamentis, terra tremuit: Sol, ne videret, aufugit: dies, ne interesset, abscessit: petræ, quia non valebant discedere per naturam, nouum scinduntur per vulnus: facinus tantùm suno, quia voce non poterant accusantes.

Sedul. l. 5. Pasch oper. Huc elegantissimè Sedulius: En subitò totus est obscuratus mundus, tenebris repentinæ cæcitatis oppressus, ac mœsta nebularum mole perfusus funereas dies celebrauit exequias: sed Sol radiis remotis absconditis, terra velatus palla deliuit, orbémque lectibus alienæ noctis infecit. Talem siquidem vultum patris orbata solatiis, meruerunt elementa sortiri, vt cuius ortu lætata sunt, tristarentur occasu: sicut enim Domino nascente lux claruit; ita moriente discessit. Tunc stellā per diem fulsit; modò nec in nocte comparuit.

Sed, quanquam cælo, terráque fugitiuum lumen abscessit; non tamen diutiùs in hac remoratione permansit per ipsa temporis interualla suspensi, magno visum cõuenire mysterio. Nam, sicut tribus horis mundi facies tenebris oppressa iubiacuit: ita Dominū triduo clausum tumuli sepulnira cõtexit.

Nec tellus sine clade tunc astitit, omnibus contremens fundamentis, quæ talia sentiebat admitti, mundique rata venisse iam finem, dubio pependit natura sub termino; ne summus, scilicet, apex ad Inferna descendēs, omnem protinus molem secum iugiter inclinaret in mortem, atque proprium comitatus Authorē præceps in chaos mundus afflueret. O signa tot præsentis metus inaudita prodigia!

Ioel 2. Hier. ibid. *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem.* Ibi peregregiè Hieronymus: Sol est versus in tenebras, quando pendentem Dominum finim videre non ausus est; & Luna in sanguinem, quòd aut iuxta historiam factum esse credamus, aut certè quomodo Sol versus in tenebras est, non quòd ipse sit mutatus in tenebras, sed tenebræ mundo induxerit: sic & Luna non est versa in sanguinem; sed Indæos blasphemiarum, & negationis in Christum horrore coopertos æterni testimonij sui Sanguine

Matth. 26. condemnauit, dicentes: *Sanguis eius super nos, & super liberos nostros.*

Cæterùm ad alia iam tenebrarum harum mysteria pandenda ex aliis selectorum item Patrum sententiis properemus. Quid, rogo, hæ tene-

Speranza Scriptura selecta.

bræ protendunt, quidve signant? Memini quondam in signum regiæ Ezechiæ salutis Solem retrocessisse, cur nunc in signum humanæ salutis Sol vero Soli non cedat? Isa. 38. Cyril. Hier. cath. 2.

Pulchrè Athanasius: Ideò in salutifera Passione non apparuit Sol, indicans finem prioris creaturæ adesse, & principium alterius superuenire, quæ diluculum suum, exortum in Saluatore consecuta est: quocircà dicitur: *Ecce vir oriens nomen eius.* Athan. ad ea verba: Omnia tradita sunt à Patre meo. Zach. 6.

Peracutè Ambrosius in Hebraicam inuehens cæcitatem, sic fatur: Quomodo ergo excusant se nescisse, quotum alij viderunt, alij cognouerunt, Solem non expleto diei curriculo recessisse, & rursus ante peractum spatiū noctis egressum, noctem in diē fecisse, in die noctem? Vtique intelligere debuerūt, quia Sol iussus se recepit, & iussus exiuit. Prædixerat enim Dominus, quia tribus diebus futurus erat in corde terræ, & tribus noct bus. Dicebat hoc Sol, seruabat præceptum. Dubitabat ergo, dicens: Quid facio? Orior, & dies est: occido, & nox est. Si cursum meū seruauero, demorabor mundi salutem. Festinemus etiam ad redemptionem nostram. Festinare etiam debeo ipse ad nouam vitam. Erit enim beneficio Crucis, qua renouantur vniuersa, & Sol nouus, & *cælum nouum.* Festino ergo, vt illum possim videre Solem *iustitiæ* illuminantem animas vniuersorum. Ambr. de Iacerpt lib 2. cap 6. Matth. 12.

Sed quid faciam? ipse vult post triduum fieri resurrectionem. Inueni, quid faciam, vt & moras non faciam, & numerum dierum meorum custodiam. Non faciam integrum diem, & integram noctem: abbreuiabo horas, vt tribus quidem diebus, ac noctibus sit inter mortuos Dominus Iesus; citiùs tamen, quàm trium dierum, & noctium interualla patiuntur, resurgat à mortuis. Abbreuiabo igitur horas, vbi ascenderit Crucem. A sexta hora statim fiat nox, ne videam Domini passionem, sed fugiam parricidalis persecutionis spectaculum. Occidam, & erit nox horarum trium: egrediar, & innouabo diem, vt sit horarū triū. Percussus est primus dies, sequetur nos secūdo spatio suo, sequetur similiter dies, incipiet nox. Tertia resurget Dominus in nocte, & erit dies in lumine resurgentis, vt compleatur illud: *Et nox sicut dies illuminabitur.* Psal. 138.

At quàm rogo illuminata est? D. Gaudentius in tractatu de manducatione agni Paschalis ad illa verba: *Ecce ego facio cælum nouum, & terram nouam: & luna lucebit, sicut Sol, & Sol septies tantùm.* Cæterùm, ait, quòd Sol iustitiæ Christus septies tantū terris hodie lucear, quàm lucebat; radij eius testes sunt, *qui illuminant omnem hominem venientem in hunc mundum.* Nunc enim coruscat ex ipso igneus ipse Spiritus septiformis, qui *velut ignis sedit super* Apostolos, & ardet hodie in vnoquoque credentium. Nam, priusquàm pateretur, ac resurgeret Christus, *notus* erat tantùm *in Iudæa Deus*: nunc in omnes Gentes fulgor charitatis Dominicæ pertransit. *A summo* enim *cælo egressio eius, & o. cur us eius vsque ad summum eius: nec est, qui se abscondat à calore eius.* Isa. 66. Isa. 30. D Gaud. tr. 3. de manduc. agni patch. Ioh 1. Act. 2. Psal. 75. Psal. 18.

Sanè post tenebras mundus sperauit lucem. Hinc est, quòd in Exodo agnos occidendus erat *ad vesperum*, vt exinde Ægyptiæ tenebræ fugarentur. Sed, quomodo, quóve mysterio ad vesperum agnus noster occisus? Idem Gaudentius: Ad vesperum autē, siue huius mundi: quia nouissimis temporibus sæculi passus est; siue etiam ad ipsius Solis occasum, quoniam crucifixo Domino occidit Sol. Meridie nanque, *ab hora sexta tenebræ factæ sunt* Exod. 12. Idem. ibid.

super vniuersam terram, vsque ad horam nonam. A Quid potuit esse tam vesperum?

Orig.tr 35. in Matth. Exod.9. Verùm de his tenebris iam acutè, quàm mysticè, vt solet, sic Origenes: Sicut Moyse manus extendente in cælum, factæ sunt tenebræ super Ægyptios seruos Dei tenentes in seruiture, imago futurarum tenebrarum, quæ comprehensuræ fuerunt Ægyptios: similiter & Christo in sexta hora manus extendente in Cruce ad cælum super populum, qui „ clamauerat: *Tolle de terra hunc.* &, *Crucifige, crucifi-* „ *ge eum*, factæ sunt tenebræ, & ab omni lumine sunt „ priuati; & imago fuit tenebrarum illarum futurarum, quæ comprehensuræ fuerant gētem Iudæam: quia ausi sunt lumini vero manus suas inferre: vnde ex tunc omnis illa gens tenebris est repleta, sicut

Psal.69. dicit Propheta: *Obscurentur oculi eorum, ne videant.* B Item sub Moyse: *Facta sunt tenebræ & caligo su-*

Exod 9. *per omnem terram Ægypti tribus diebus: & nemo vidit fratrem suum, neque surrexit de loco suo aliquis tribus diebus.* Omnibus autem filiis Israël erat lux in omnibus locis, in quibus commorabantur. Sub Christo autem tenebræ factæ sunt super omnem terram Iudæam tribus horis: lumen autem fuit super omnem reliquam terram, quod vbique illuminat omnem Ecclesiam Dei in Christo. Et si vsque ad nonam horam tenebræ fuerunt super omnem terram Iudæam, manifestum est, quòd iterum lu-

Rom.11. men eius refulsit, quia, *cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus futurus erit.*

Quod autem tribus horis factæ sunt tenebræ super terram Iudæam, illud ostendit: quoniam propter peccata sua priuati sunt à lumine Dei Patris, & splendore Christi, & ab illuminatione Spiritus Sancti. Hactenus Origenes. C

D.Leo ser.8. de Pass. Nec longè abest eloquentissimus Pontifex D. Leo, qui in perfidiæ tenebras, creaturas omnes conspirasse, sic ait: Inexecrationem Iudaici sceleris vna perrulerunt omnia elementa sententiam; cùm obscuratis luminaribus cæli, & conuerso in noctem die, terra quoque motibus quateretur insolitis, vniuersáque creatura impiorum se vsui denegaret.

Bern.ser.de pass.fer 4. Hebd.pœnosæ. Et Bernardus ex defectu Solis, cæterarúque creaturarum horrore, crucifigentium facinus sic perpendit: Grauissimum est, quod commissum est in D diuinam maiestatem, cùm viri impij sacrilegas manus iniecerunt in Dominum, ipsum Dei Filiū crudelissimi homicidæ; imò, si fas est, Deicidæ. Ad hoc expa luit, & expauit tota machina mundialis, & penè in antiquum chaos fuit omnia resoluta.

Bern.in fer. 6. post Dominicam Oliu.ser. 53. c.3. Post Bernardum Bernardinus Senensis: Ecce, inquit, quod aēt obscuritate vestitur in testimonium sceleris: quia innocens moritur. Eclipsatur contra naturam Sol: quia contra naturam patitur verus Sol; & Authori vitæ morienti nobilis lux condoluit: & quodam iure vindictæ, datæ sunt tenebræ ignoranti mundo, quoniam mundus Dei Filium non cognouit. In mysterium quoque voluit Deus circumcidere oculos hominum, eum tenebris E densis, ne visus in obiecta forinseca vagaretur; sed, vt ingrederetur ad cor, ad considerationem eorum, quæ contra Dei Filium agebantur. Diémque vertit in noctem, vt intensior fieret contemplatio tam his qui propè, quàm his, qui longè Filij Dei Passioni astabant.

Quod quidem in Athenienfibus postmodū patuit, quando ex illis tenebris, adnotato, quo factæ sunt, tempore, magna lux fidei in eorum cordibus interluxit. Obstupuerunt siquidem, Solem contra naturæ ordinem eclipsari, vt non pars Solis ex interpositione Lunæ, quæ totum tota etiā obex facta eclipsare non posset; sed totus diuina patientia sit cunctis in tenebras; qui tunc vltrà capere non valentes, pro *Ignoto Deo* aram *fieri decreuerunt, sicque futura* memoriæ characteribus mandauerunt. Act.17.

Ad illam autem ciuitatem Prædicator Gentium veniens, cum Areopagitis facto congressū, Dionysium conuertit ad fidem, causam præcipuam dissērens, quare per omnem terrarum orbem illo die tenebræ sunt diffusæ. Vt enim accensa lucerna in domo subitò per radios domum illuminat, ea verò celeritate, qua extinguitur, in omni parte domus tenebræ diffunduntur: sic cùm verum mundi lumen extinguitur, totus sensibilis mundus in omni sui parte obscuratur.

Egregiè quidem Bernardinus, & tāgit vulgatum illud magni, ac sapientissimi Dionysij, qui vbi præter naturam, Solem ita deficisse cognouit: Aut Deus (exclamauit) naturæ patitur, aut mundi machina dissoluetur. Dionys.ep. ad Polycarp.

O Solem! (exclamare & ipse cogor,) ô Solem solùm propemodum tanti animaduersorem parricidij, qui in tam acerbo, miseróque spectaculo, ne tantam rei indignitatem videres, eripiens funesto facinori diem, diei lucem, luci splendorem, splendori teipsum, obuolutum tenebris caput abdidisti! Nec mitor: quoniam vt peregregiè ait idem Dionysius: Creatura Dei in ipsius veræ lucis occubitu lucere non potuit.

Si ignari quondam illius Solis defectus, qui tūc naturaliter contigit, cùm Atreus, Rex Mycenarum, in Græcia filios Thyestis fratris (quòd ducis Acropen sibi coniugem constuprarit) in conuiuio ei barbarè epulādos apposuit, eorundémque naturam illius sanguinem rubro vino permixtum propinauit, vt infelix pater suamet viscera auidè, tantæque feritatis, ac inhumanitatis ignarus, deuoraret, apud Senecam propterea conquerebantur de commotione signorum omnium Zodiaci, cæterorúmque astrorum, ac constellationum cæli; quódque in eos planè miseros quasi vltima mundi ætas iam de uenisset, mundúsque ipse ob hoc tam crudele facinus iam iam perire vellet:

Nos è tanto visi populo
Digni, premeret quos euerso
Cardine mundus:
In nos ætas vltima venit.
O nos dura sorte creatos,
Seu perdidimus Solem miseri,
Siue expulimus.
Abeant questus, discede timor:
Vita est auidus, quisquis non vult
Mundo secum pereunte mori.

Quid, quid in tanto Iudæorum facinore cōquerantur? Planè in nos fines sæculorum iam deuenerunt: perdidimus Solem miseri, siue expulimus. Vitæ prorsus est auidus, qui iam non velit mundi cum Opifice moriente mori.

SEPTEM VERBA.

PVNCTVM XXX.

Pater, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt. Luc.23.

SVper hoc venter meus quasi cithara sonabit. Alcusio est ad antiquorum consuetudinem, qui in luctis pulsabant citharas, & lamentis dediti, lugubria carmina personabant. Oleaster: Viscera alicuius Isa.16. Oleast ibid.

alicuius sonare, est, eum ex intimo corde miseteri. *Idcircò sonuerunt viscera mea propter eum: miserando, miserebor eius.* Lyranus: *Venter meus quasi cithara sonabit.* emittendo, nimirum, vocem lugubrem gemitus, sicut in fletu mortuorum aliquando carmen lugubre in cithara cantabantur.

Ierem. 31. Lyran.

Erudite huc Clemens Alexandrinus in adhortatione ad Gentes, Dominum in Cruce extensum cum Orphei cithara omnia ad mutuum concentum; & conspirationem adducente componens, Græcorum deliramenta sic deludit. Amphion, ait, Thebanus, & Arion Methymnæus fuerunt quidem ambo arte canendi præditi: Græcorum autem in choro, & fabula, canticum de ambobus hucusque canitur, quòd hic quidem piscem inescauerit; illle verò Thebas ædificauerit: Thracius autē alius Sophista (alia est hæc Græca fabula) solo cātu feras reddebat mansuetas: quin etiam & cæteras arbores, & fagos suis locis motas musica transplantabat.

Clem. Alex. Orat. adhor. ad Gentes.

Mihi (subdit grauiter) videntur & Thracius ille Orpheus, & Thebanus, & Methymnæus viri quidem non viri, fuisse deceptores, qui prætextu musicæ, vitæ perniciem afferentes, artificiosis quibusdam præstigiis ad corruptelas dæmoniacè incitantes, probra Orgiis celebrantes, luctus in Deorum Cantica traducentes, primi deduxêre homines ad simulacra, atque adeò lapidibus, & lignis, hoc est, imaginibus, adumbrationibus, agrestem gentis excitauere consuetudinem.

Sed non talis est meus cantor: sed venit paulò pòst dissoluturus acerbam seruitutem Dæmonum tyrannidem obtinentium: ad suaue autem, & benignum religionis, & pietatis in Deum iugum nos traducens, in cælum rursus euocat eos, qui humi sunt abiecti. Solus quidem certè ex iis, qui vnquam fuerunt, difficillimas feras, homines mansuefecit. Volucres quidē eos, qui ex ipsis sunt leues: serpentes verò eos, qui deceptores: & leones, eos, qui sunt animosi, & ad iram concitati: sues autem, eos, qui sunt voluptati dediti: lupos autem eos, qui sunt rapaces: lapides autem, & ligna sunt insipientes.

Possum tibi aliam quoque narrare fabulam, (fatur adhuc Clemens) & cantorem Eunomum Locrensem, & cicadam Pythicam. Dies festus maximo Græcorum conuentu Pythone celebrabatur propter draconem mortuum, Eunomo canente serpentis epitaphium. Erat autem certamen concitum, & æstus tempore cithara canebat Eunomus, quando cicadæ, quæ Sole incalescebant, sub ramis canebant in montibus. Locro chorda rumpitur, in citharæ iugum aduolat cicada, & super instrumentum, tanquàm super ramum personat, & citharæ cantico apta harmonia conueniens citharœdus chordam suppleuit deficientem.

Ad fabulationem deinde sic adaptat. Canit autem meus quidem certè Eunomus (scilicet, Christus) non Terpandri modum, neque modum Capitonis; sed neque Phrygium, vel Lydium, vel Doricum; sed nouæ harmoniæ æternum modum, qui à Deo accipit denominationem, *Canticum nouum. Deus, canticum nouum cantabo tibi: in psalterio, & choro, cum cantico, & cithara.* Quomodo non respiciat *Deus in orationem cicadæ.*

Psal. 143. Psal. 101. Symmac.

Quàm grata hæc Dei auribus harmonia, quàm Diabolo dissona? *Tollebat David citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saül, & leuius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus.* Glossa ex D. Isidoro. Dauid adhuc puer in cithara suauiter, imò fortiter canens, malignum Spiritum, qui operabatur in Saül, compescuit: non quòd citharæ illius tanta virtus erat; sed figura Crucis Christi, quæ de ligno, & de extensione neruorum mysticè gerebatur, ipsáque passio cantabatur, iam tun Dæmones effugabat.

1. Reg. 16. Gloss. & Isid.

O verè *Iubal, pater canentium cithara*, qui à malleatoribus tuis ex his, quæ passus es, musicam hanc didicisti! Nunc illud intelligo: *Vox mallei innouat aures eius.* Vbi apud Iansenium plerique legunt: *Vox mallei intonat aures eius. O musica in luctu* (non *importuna*, sed opportuna) *narratio!*

Gen. 4. Eccl. 38. Alij. Eccli. 22.

Tetrastichon pro D. Francisco ad vnicum angelici plectri ductum, dum Christum Cruci affixum amplectebatur.

Desine dulciloquas, Ales, contingere chordas:
Nam nequeunt tantum corda tenere melos.
Hæc Cruce sit requies: Crux hæc mihi cātet in aure:
Præstat enim voces huius amasse Lyræ.

Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Bernardus: Cithara tibi factus Sponsus tuus, Cruce habente formam ligni, corpore autem suo vicem supplente chordarum per ligni planitiem extensarum: nisi enim ligno affigeretur expassus, nunquam verborum sonum ederet, tanquàm citharizans, quibus ampliùs delecteris. Obserua diligentiùs. Septem chordas habet cithara. Cantat tibi, ludit tibi, ad audiendum inuitat.

Cant. 5. Bern. lib. de Pass. Domin. c. 8.

In finem, in carminibus intellectus David. Exaudi, Deus, orationem meam: & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi & exaudi me. Augustinus: Orat Christus multa patiens, de malo liberari desiderans.

Psal 54. Aug. ibid.

Psalmus David, quem cantauit Domino pro verbis filij Iemini. Et quæ clarior Christi figura? *Psalmus David*, Hebraïcè, *Sigaion*, nomen est musici instrumenti, quod *sollicitudo*, vel *angor* interpretatur. Quid in Psalmo? *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Quin si pro illis non exoraui.

Psal. 7. 2. Reg. 16. Hebr.

Eructauit cor meum, verbum bonū. Frons Psalmi, inquit Augustinus, sacramenti sublimitate decorata. *In finem.* Felix, *effundenti sanguinem.* Rabbi Dauid: *Perito arte canendi*, vel *pulsandi*: *Filiis Core*, ex Augustino, *Caluariæ. Canticum pro dilecto.* Hebr. *Canticum dilectionum.* Alij: *Canticum amorum.* Hieronymus: *Canticum amantissimum.*

Psal. 44. August. in Psal. 58. Felix. Rab. Dauid. Hebr. Hieron.

Pater, ignosce illis: quia nesciunt, quid faciunt. O vocem suauissimam, quæ melodia Paradisum replens, diuinam placat indignationem. De musico quodam scribi Boëtius libro primo, excessiuæ, ac miræ suauitatis cantu iuuenem furentem, nudóque pugione hostem aggredientem constitisse, perceptóque sono, illicò indignationem, ac pugionem deposuisse.

Boët. lib. 1. Music. c. 1.

Ex Xenophonte citharam asperis, ac concitatis, Phrygiisque modis pulsante, ad furorē, ad arma excitabatur Alexander: eodem verò leni, suauíque modo personante, arma deponebat.

An non diuini, ac iusti furoris lenitiuum, tam æquo animo Christum iniurias perferre, & pro iniuriantibus exorare? Certè *patientia lenietur Princeps*; aut, Chaldaicè; *in patientia spiritus latabitur Princeps.*

Prou. 25. Chald.

Si ad humanitatis sensum ductus Imperator ille, quòd audisset iuuenem, qui vel dira flagellatione exceptus, vocem formabat, vt ait Suetonius, etiam in fletu, gemitúque per dulcem: quonam modo Pater ad tam dulcem Filij vocem inter spinas, & clauos ad commiserationem non moueatur?

Suet. in Calig. c. 38.

Pater, ignosce illis: non enim sciunt, qui faciunt.

Pater. Ac si diceret: Si quondam Moyses adeò potuit, vt pro populo vel idololatrante intercederet; qui fit, vt apud Patrem non valeat Filius pro sia coronam; qui nesciunt, quid faciunt?

Sed, quid Moysi pietatem, cum ipsa Filij Dei pietate compono: Oculum pro oculo, dentem pro dente reddi, lex præcipit, (sic pulchrè Arnoldus Carnotensis, qui subdit:) Nemini parcit Moyses: omnes iniurias suas persequitur, vlciscitur: & absque vlla miseratione, decretorum eius contemptor occiditur. Tempore gratiæ temperantur edicta, & euangelica mansuetudo à populo acquisitionis, iram, & conuitium, & contemptum excludit; nec raca fratri dici, aut fatue; vel etiam irasci, Magistri nostri disciplina permittit.

Exod. 21. Leuit. 24. Deuter. 19. Arnold. Carnot. de verbis Domini. Matth. 5.

Ipse quoque, qui Iudex est omnium, cuius est vindicta, nequaquam per singulos dies irascitur, & gladium in vaginam reuocari præcipiens, percutientes in gladio, gladio perituros denunciat. Ipse fessò dorso verberibus, vellicatis genis, facie sputis illita, puncto capite vepribus, latere saucio, terebratis palmis, pedibus confossis, tanquàm agnus iugulatori suo alludens, carnem suam non reluctans explicuit; & nudum corpus, quasi incudem, malleatorum ictibus patienter supposuit. Poterat vtique, accitis multis millibus Angelorum, agere pro se, & de tantis hostibus erui: sed, qui præceperat, percussori sinistræ maxillæ porrigi dextram, & auferenti pallium: præberi & tunicam; se ipsum intra regulas concludens, voluit, vt à capite patiootiæ forma prodiret in membra; & in hoc æmulatio filiorum probaretur, si non se degeneres exhiberent.

Igitur, quid priùs fitierit, manifestat. (alius est apud Arnoldum ordo verborum:) & iterum conuersus ad Patrem, orat vt hæc ignorantia populo dimitteretur: Pater, inquit, dimitte illis: quia nesciunt, quid faciunt. Quid est, Domine, quod dicis? Non accusas, non quæris vindictam? Potiùs excusas, & conturationis illius spissamentum attenuas, & hæreditarium onus ab impiis transferens, crimen malitiæ non opponis, qui ideò dimittendum censes, quia admissum ignoranter ipse testaris. Hactenus Carnotensis.

Planè delicta non videt vis amoris: Charitas operit multitudinem peccatorum. Excusat, extenuat eo modo quo potest.

1. Petr. 4.

Pater, ignosce illis: quia nesciunt, quid faciunt. Quasi dicat: Te Patrem appello, non Deum, non Dominum: quia noui, in hac causa opus esse benignitate Patris, non seueritate Iudicis. Non te Regem voco, eos vt opprimas; non Dominum, vt affligas; non Iudicem, vt condemnes: sed Patrem, (quod est nomen pietatis,) vt miserearis.

Pater, Pater, ignosce illis. Ego enim Filius, qui patior, ignosco: ignosce & tu, ô Pater. Patrem te esse memento: si etenim illi, quòd sint Fiij, obliti sunt; tu, quòd Pater sis, obliuisci non potes.

Bernardus: Pater, inquit: & quare nomen Patris apponit? Solent pueri, aliquid affectuosius orare volentes, nomen paternum nominare, vt naturalem dilectionem ipsius ad memoriam reducant, per quam faciliùs petitionis suæ consequantur effectum. Sic & Redemptor noster miserator, & misericors, patiens, & multùm misericors, & suauis in vniuersis, quanuis se à Patre sciret semper audiri; tamen nobis commodans eum, quanto affectu sit pro inimicis orandum, nomen [illegible]. Tanquàm diceret: Per dilectionem paternam, qua vnum sumus, supplico tibi, vt exaudias me pro his occisoribus meis, ignoscendo. Agnosce, Pater, Filij tui amicitiam, vt lon[illegible] inimicis ignoscas.

Bernard. lib. de passione.

O verbum Summi Patris Verbo conueniens! Fecit bonus Doctor, quod iusserat. Orat non solùm pro persequentibus, & calumniantibus; sed etiam pro occidentibus se. Orat, inquam, pro suis occisoribus: tu non orabis pro detractoribus.

Pater, ignosce illis: nam pluris facio animarum harum saluationem, quàm meam temporalem vitam. Plùs horum animas, quàm corporis mei magni pendo salutem: licèt enim cruciatus, quem patior, grauissimus sit; eorum tamen acerbior mihi esset perditio: solùm enim, ne pereant, hæc perfero.

Isaias. 46. Agnosce: &c.

Parce illis, Pater: satius enim, & iustius est, vt pluris facias charitatem, qua ego pro illis morior, quàm iniquitatem, qua ipsi me Cruci affigunt.

O Pater immensæ pietatis, & clementiæ, ignosce illis: quia, cùm primùm dixero: Consummatum est, finem lex vetus accipiet; & initium, lex gratiæ: & dissentaneum est in ipso legis initio non esse gratiam, ac in lege amoris superesse rancorem.

Pater, Pater dimitte illis: nam, si populo pepercisti; quia Moyses, & Aaron tibi incensum obtulerunt: cur modò non ignoscas: siquidem ego non thus; sed memetipsum tibi offero? En, Pater clementissime, hoc mei corporis thuribulum vndique perforatum, ex quo non fumus, sed copiosissimè exilit sanguis, vt ad tuas diuinissimas nares in odorem suauitatis ascendat.

Num. 16.

Per hæc sanguinem, per hæc crudelissima vulnera, per has pientissimas lacrymas, per hæc atrocissima tormenta, per hanc durissimam mortem, per hunc denique ardentissimum amorem, quo omnia hæc patior, exoro te, amantissime Pater, Ignosce illis: quia nesciunt, quid faciunt.

O amorem! ô charitatem! Christus (Fratres) iam in alto pendens linguam solam à flagris, & clauis habuit immunem; & hanc in ipsa Cruce primò omnium soluit in patrocinium eorum, qui se manu, aut lingua crucifixerunt. Disertus, & potens fuisset hostibus aduocatus. Illis iam petebat veniam, inquit Augustinus, à quibus adhuc accipiebat iniuriam: non enim attendebat, quòd ab ipsis moriebatur; sed, quia pro ipsis moriebatur.

Aug. tract. 31. in Ioan.

Iesus autem dicebat: Pater, ignosce illis. Et quid ibi, autem? Dictio est aduersatiua, inquit Basilius, qua Euangelista opponat verba verbis, operibus opera. Ac si diceret: Dum illi Dominũ Cruci affigebant; dum vestes eius, ipso inspiciẽte, inter se inuicẽ diuidebant; dũ alij irridebant, ac subsannabant; ille reddens bona pro malis dicebat: Pater, dimitte illis.

Basil. ibid.

Nos, cùm vno graui aliquo dolore vexamur, siue dentium, siue oculorum, siue capitis, siue alterius membri, ita in illo vno tolerando occupamur, vt nihil aliud cogitare possimus; ideò neque amicorum visitationes, neque negotiorum tractatores admittimus. Christus Cruci affixus, spinis etiam in Cruce, ex Tertulliani, ac Origenis sententia, coronatus, vnde caput ad Crucem sine dolore admouere non posset; clauis confixus, ex quibus acerbissimè dolebat; nudo corpore, & multa flagellatione, & longis itineribus fatigato, ad frigus, ad ignominiam publicè exposito, & pondere suo manuum, ac pedum vulnera cum immani, & perpetuo cruciatu dilatante, ac pio Domino multos si mul

Tertull. lib. contra Iudæos, cap. Orig. tr. 35. in Matth.

simul dolores,& quasi cruces plurimas sufferente: A velut tamen nihil horum pateretur,de sola inimicorum suorum salute sollicitus,ad Patrem clamat: *Pater,ignosce illis:quia nesciunt,quid faciunt.*

Arnold. de sept. verb. verb. 1.

Nondum expirauerat Christus,(inquit iterum, & peregregiè Carnotensis ;) sed fossis manibus, pedibúsque , & scisso vepribus capite viuebat in Cruce : & parricidalium meurium intuens vota, non tam clauorum acumine,quàm illorum crimine pungebatur. Pro his igitur ad Patrem conuertitur,& charitatis argumento plorato in medium, inauditum dicendi genus nouus Orator assumit: & inimicorum in causa allegans , ipsis inuitis , atque negligentibus , parti contrariæ suffragatur;& vtrùm plùs possit peccatum , quàm iustitia , Deo Patri quæstionem proponit : & edissetit esse B inconueniens , vt amplioris sit virtutis delictum, quàm donum ; & præualeat malitia bonitati, & perditio saluti.

Cùm enim ipse ad hoc nitatur, vt saluentur;& Iudæi ad hoc , vt damnentur ; plùs debet apud Deum posse filij charitas , quàm populi cæcitas: quia & hoc non minimum habet pondus , quòd causæ huic non patrocinatur alienus,sed filius. Et infrà:Neque pater vllo modo negare filio indulgentiæ priuilegium potuit , quod ad pedes eius prostrata charitatis postulauit.

Bern. ser. de pass. in fer. 4. hebd. pen.

Bernardus: Vide nunc *opera Domini , quæ posuit prodigia super terram.* Flagellis cæsus , spinis coronatus,clauis confossus,affixus patibulo, opprobriis saturatus ; omnium tamen dolorum immemor; C *Ignosce*,ait,*illis:quia nesciunt,quid faciunt.*

Anselm. ser. de Pass.

Et deuotissimus Anselmus:Christus,inquit , in cruce leuatur,irridetur,blasphematur , & ecce dicit:*Pater , ignosce illis.* O verbum magnæ patientiæ,magnæ dulcedinis,magni amoris, & indicibilis charitatis. Ecce enim non suam attendit iniuriam , non pœnam reportat , non sentit contomelias;sed ipsis potiùs,à quibus patitur , ille compatitur ; à quibus vulneratur , ipse medetur ; vitam procurat,à quibus occiditur ; orat pro eis , & non petit vltionem. Sic igitur,anima mea,quid in cruce agat,percontare,& respondebit tibi illud Psalmographi: *Pro eo,vt me diligerent,detrahebant mihi: ego autem orabam.*

Psal. 108.

Cant. 8.

Verè,verè , *Aquæ multæ non potuerunt extinguere* D *charitatem, nec flumina obruent illam.* Aquæ multæ passiones multæ, quas spirituales nequitiæ , quasi Tartareæ procellæ per Iudæos , atque Gentiles, quasi nubes odorum grauidas in Christum effuderunt : diluuium tamen istud aquarum , id est, pœnarum,non potuit extinguere incendium charitatis,quod diuinissimum illud pectus concremabat : vnde Christi charitas in illo aquarum multarum diluuio vehementer ardebat,ac proinde dicebat : *Pater , ignosce illis : quia nesciunt , quid faciunt.*

Nos iniuriis lacessiri,aut quoquo modo offensi, non statim indulgemus;sed temporis beneficium expectamus,quo ira deferuescat,quo iniuriæ memoria decidat,quo accepta fortè vulnera, ac cica- E trices obducantur,feriante interim,ac otiante virtute. Quod tempus facit,(inquit Chrysostomus in concione ad populum Antiochenum ,) hoc propter Dei legem ante tempus facere non sustines; & sine mercede potiùs , quàm cum mercede vis tibi vitium extingui ? Quærimus prætereà aliena submissione,deuotissimisque hostium nostrorum precibus indulgentiam nostram aliorum potiùs esse virtutem,quàm nostram. Christus non id spe-

Chrys. hom. 32. ad pop.

ctat , neque expectat sanari volnera , aut tempus medelam adferre acceptis iniuriis;sed apertis adhuc venis, ac totus madens sanguine , inter ipsa inimicorum tela , quæ in diuinum cor eius iaculabantur,toto ipso corde Patrem exorat: *Pater, ignosce illis.*

Insignem hanc Magistri charitatem egregius ille Discipulus imitatus est coi propterea,dum saxorum crepitantium turbine quateretur,diuina charitas fulsit. Stephano , inquam , suis pro inimicis exoranti cælum patuit;velut, si ad nobile hoc spectaculum Cælites , omnes attenti accurrissent. Is enim,dum pro se stans;pro inimicis verò vtroque genu flexo precaretur ; patefactum sibi vidit cælum,ac *Iesum stantem à dextris virtutis Dei.* Act. 7.

Sed liceat hìc quærere:Domine,quid hoc agis? Priúsne præmium , ac triumphus , quàm prælium finiatur ? Quinimò nondum os Stephani aperitur,& iam cæli ianuæ reserantur ? nondum viuere desiit,& te iam videt ? Et vbi illud:*Non videbit me homo , & viuet ?* Quid est, oro , quòd Leuitæ huic obuiam exeat beatitudo,& penè extra ianuas præcurrat ? Tam accelerati præmij causam mirari iam desine. Adeò, admirum , grata Deo est iniuriarum remissio,ac seria pro inimicis deprecatio,vt mitissimus Deus omnem hìc maiestatem ponat,amplissimam legis gratiam faciat, nec ad regium solium primum coronare Athletam velit ; sed præueniat, iubeátque pulcherrimam beatitudinem ad ipsas palatij valuas,imò extra domus limina prodire, vt felicissimus hic pugil , qui hostes infensissimos; ac ipsos interfectores amauit , próque eis lacrymas,ac moriens supplicauit,præter legem honorificentissimè ad triumphos euocaretur : hócque æterni Regis est priuilegium iis , qui iniuriarum esse volunt immemores , concessum. Et quid mirum,si propterea *illi, qui erant in concilio , intuebantur vultum eius,tanquam vultum Angeli*(iam) *stantis inter illos?* Exod. 33.

De Angelorum,scilicet,familia est,qui hostibus parcit,qui iniurias remittit. Thecuitis illa ad Dauidem iam iam in Absalonem propitium : *Sicut Angelus Domini*,inquit,*sic est Dominus meus Rex,vt nec benedictione, nec maledictione moueatur.* 2. Reg. 14.

At,quid aio ? Non Angelum solùm ; sed Deum refert,qui hostibus parcit. Iacob ad Esaü iam sibi ad parcendum inclinatum : *Si vidi*, inquit , *faciem tuam , quasi viderim vultum Dei.* Quasi dicat : Videatur alteri, qui amaro sit animo in fratrem , aut proximum,vultus eius,vultus Diaboli ; mihi adeò pulcher fratris olim irascentis, nunc verò placati, vultus apparuit, vt visus sit vultus eius, quasi vultus Dei. Gen. 33.

An non Deus ipse ad Moysem,vel decies Pharaoni propitiaturum,si fortè resipisceret : *Constitui te*,inquit,*Deum Pharaonis?* Exod. 7.

Dei siquidem proprium est parcere:ac proinde, qui parcit , Deum refert. Quid magis Deo proprium,quàm parcere ? In Ecclesia sæpiùs decantatum : *Deus , cui proprium est misereri semper , & parcere.*

Hinc Iobi illa admiratio : *Cur non tollis peccatum meum , & quare non aufers iniquitatem meam?* Vbi Cyrillus Alexandrinus : Quid igitur , ô generosissime Athletarum ? criminisne loco Deo impingis , quòd eius , qui deliquit , non miseretur ? Culpásne legislatorem , quòd peccatorum meminit ? Etiam , inquit : qui enim misereri consueuit, nec vulgarem ex eo gloriam habet, ob quam causam cùm talis sit,non & mei rationem habet? Iob 7. Cyril. Alex. Apol. ad Theodos.

Luc. 9. D. Laur. Nauar. hom. de pœnit.

Facit huc appositè satis D. Laurentius Nouariensis inuehens in procacem illam Pharisæi mussitationem: *Hic, si esset Propheta, sciret vtique, quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.* Sic fatus: Indignum iudicas, ô Pharisæe, me suscipere mulierem fornicariam lacrymarum fontibus inundantem? Sed facis hoc quasi incredulus Pharisæus, dum non vis me esse, aut credere Deum. Expende: Dum non vis me esse, &c. quasi dicat: Hæc mea proprietas; hæc, me Deum esse declarat.

Cypr. de bono patientiæ. D. Val. hom. 12. de bon. confer pacis.

Planè verissimum illud Cypriani assertum: Patientia res est Dei. Ac D. Valeriani: Infinitæ virtutis est, odia vicisse beneficiis.

D. Zeno ser. 3.

Huc pulchrè D. Zeno de Abrahamo, sic fatur: Religiosus carnifex stringit gladium: patris erat, B quòd leuauit; Dei fuit, quòd pepercit. Quasi dicat: Nullius planè creaturæ est tantum parcendi munus, non cognati, non sponsi, non patris, imò patris erat, quòd leuauit gladium ad necem; sed vnius Dei fuit, quòd pepercit, *cui proprium est* (& quarto modo, vt Scholæ termino vtar) *misereri semper, & parcere.*

Gen. 50.

Hinc Ioseph ad fratres: *Nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati?* Alia litera (ait Chrysostomus) habet: *Ne timeatis: Dei enim sum ego.*

Chrys. ibid.

Ac si diceret: Deum imitor; & per beneficia respondere studeo iis, qui mala irreparabilia contra me fecerunt.

2. Reg. 9.

Hinc Dauid: *Nunquid superest aliquis de domo* C *Saül, vt faciam cum eo misericordiam Dei?* non hominis, qui benefacientibus benefacit; sed Dei, qui etiam malefacientibus benefacit.

Matth 5.

Hincque ij, qui parcunt, filij Dei appellantur: *Benefacite his, qui oderunt vos, vt sitis filij Patris vestri, qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos; & pluit super iustos, & iniustos.*

Rupert. lib. 4. de victor. verb. Dei.

Egregiè quidem Rupertus expendens, Regi Dauid, non secùs ac magno illi Patriarchæ Abrahæ promissum Christum illius ex semine nasciturum: Ratio, inquit, docet, non multò minoris fuisse meriti pepercisse inimico propter Deum, quàm non pepercisse vnigenito Filio. Hoc (subdit) fecit Dauid inimico suo infensissimo quærenti animam suam, inimico Regi, cuius regnum sine dubio se suscepturum esse sciebat. Ob hanc maximè causam (expende hæc verba ad rem præsentem) iuratum illi esse arbitramur, quòd semen, vel caro eius assumenda esset in Filium Dei: quia maximè causa ista facit filios Dei, sicut testatur Dominus: *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri.*

D

Hoc maximè Filij Dei patrissant: in hoc vultum patris referunt: ac nemo torque aurea collo affusa tam certò se vel diuitem, vel doctum, aut nobilem probat, quàm certò quis Dei se filium esse demonstrat, dum inimicos amat.

Cypr. lib. de bono patient.

Quæ ergo gloria est) vt inquit eleganter Cyprianus premens verba illa: *Vt sitis filij Patris vestri.*) similem Deo fieri? Qualis, & quanta felicitas habere in virtutibus, quod diuinis laudibus possit æquari?

E

Valeant, qui indecorum existimant, hostibus parcere, iniurias remittere, & eas non vlcisci. Hæc, hæc gloria, hæc corona est, hic triumphus. Psalmo 56. titulus hic prænotatur: *In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem, cùm fugeret à facie Saül in speluncam.* Hieronymus. *Victori, vt non disperdas.* Vatablus: *Vt non perdas insignem aureolam Dauidis.* Titulum iam versans, ac elucidans Nicænus: Quoties, inquit, longanimitatis iste pugil ob

Psal. 56. Hieron. Vatab. Greg. Nic. ibid.

A coronam huius victoriæ, à se ipso tanquàm agonotheta prædicatur, ipso fortassis Spiritu Sancto mirabiliter sæpiùs hanc vocem iterante, quasi præstantior sit virtute humana, vt supra naturæ fines euecta: solius enim incorporeæ, & immaterialis naturæ hoc erat dicere, quam nulla humanarum affectionum tangit; qui iram à naturæ suæ substantia innatam habet; qui multa mala perperiebatur ab eo, cui nullam mali inferendi occasionem dederat; imò ab eo, in quem multa, & insignia beneficia contulerat; quando omnem licebat iram in cædem sui persecutoris exsaturare, neque ipse manus ei attulit; & ei, qui ad cædem festinabat, illud, *Ne disperdas*, dixit: Deo digna vox, quæ hominis interitum vetat.

O hominem, nimirum, planè secundùm cor Dei! ô virum dignum à Deo coronari!

Chrysostomus pulchrè: Nunc mihi specta philosophicam animi moderationem: specta luctam, victoriam, coronam. Spelunca illa (subdit) campus erat, in eo lucta quædam mirabilis, dictúque incredibilis facta est. Luctatus est Dauid: pugilem egit iracundia. Saül positus erat certaminis materia, Agonothetes erat Deus.

Chrys. hom. 1. de Dauid, & Saüle, tom. 1.

Quid elegantius? Et quoniam in hoc tam præcipuum dilectionis inimicorum exemplar incidimus, libeat ex eodem Chrysostomi ore audire, quàm id præclarum, quámque excellens, ac honorificum fuerit.

In speluncæ, inquit, illius campo lucta quædam mirabilis, dictúque incredibilis facta est. Saül positus erat certaminis materia. Quin potiùs (subdit) non ipsi aduersùm seipsum, propriámque passionem erat prælium; sed & aduersùs milites, qui adstant. Etenim, si voluisset animo moderari, ac parcere ei, qui læserat; consentaneum erat, vt & illos metueret, ne fortè ipsum contrucidarent in spelunca; tanquàm, qui illorum salutem prodidisset, exitiúmque attulisset, ac publicum ipsorum hostem seruasset. Probabile enim est, illorum vnumquemque dolore percitum, hæc suo cum animo dicturos fuisse: Errones, exulésque facti sumus, domo, patria, cæterísque omnibus excussi, omniúmque difficultatum tuarum consortes sumus: & tu eum, qui horum tibi est author, in manus tuas traditum cogitas dimittere, ne nobis vnquam liceat ab his calamitatibus respirare, ac proditis amicis, hostem seruare studes? Et quo pacto ista sunt æqua? Nam, si tuam ipsius salutem negligis, nostræ certè vitæ parcas. Non tibi dolent anteacta; neque memor es eorum, quæ ab illo perpessus es mala? Certè ob ea, quæ futura sunt, tolle hostem, ne maiora, & acerbiora perpetiamur mala. Hæc vt verbis non sint proloquuti; tamen animo secum voluebant, cùm ista, tum istis etiam alia maiora. Verùm, nihil horum iustus ille apud se perpendebat, vnum id spectans, quomodo possit redimiri tolerantiæ corona, ac nouam quandam, admirabilémque Philosophiam philosophari.

Neque enim perinde mirum erat, si cùm esset solus, & absque comitibus, pepercisset illi, à quo fuerat læsus; atque nunc est, quòd hoc idem aliis præsentibus fecit; eò quòd militum illorum præsentia geminum adferat obstaculum iræ moderandæ. Nobis ipsis frequenter euenit, vt cùm statuerimus vindictam remittere, & commissa condonare; pòst, vbi viderimus aliquos nos irritantes, & ad vltionem concitantes, mutemus sententiam, & illorum dictis obtemperemus. Verùm hoc non accidit huic Beato; sed etiam post illorum consilium,

hiom, & exhortationem, perseuerauit in animi sui decreto. At ne hoc quidem tantùm est admiratione dignum, quòd nec aliorum admonitu dimotus est à proposito, quódque non est illos veritus; sed, quòd perfecit, vt & illi eandem animi moderationem sumerent. Magnum quidem, si quis suis cupiditatibus imperet: sed multò maius est, & aliis persuadere posse, vt & ipsi mentem eandem sumant cum ipso: aliis, inquam, qui nec molesti sunt homines, neque temperantes; sed milites, qui multis difficultatibus iam in desperationem erant adducti, à quibus paululùm respirare cupiebant; haud ignari non modò totam malorum dissolutionem in hostis nece sitam esse; verùm etiam plurimorum bonorum acquisitionem, quando nihil obstabat, quominùs illo trucidato protinus regnum transiret ad Dauidem.

Attamen, cùm essent tam multæ res, quæ milites irritabant, tantùm valuit ille generosus, vt satellites his omnibus fuerint superiores, hostíque parcerent. Operæpretium verò est etiam ipsorum militum audire consultationem, eò quòd exhortationis versuta malitia illustrat iusti mentem solidam, & inconcussam. Non enim ita loquuti sunt: Ecce, qui multa in te molitus est mala, qui necem tuam concupiuit, qui nos immedicabilibus vallauit difficultatibus. sed vbi perspexerunt, quòd hæc omnia negligeret Dauid, nec magnam haberet rationem in se commissorum, allegant illi diuinam authoritatem: Deus, inquientes, illum tradidit: quò, videlicet, iudicium à Deo profectum reueritus promptiùs iret ad homicidium. Non enim, inquiunt, tuam ipsius vicem vlcisceris; Deo subseruis, ac minister es, illius sententiam comprobas. Sed quò magis hæc illi dicebant, eò magis hic pepercit hosti. Intelligebat enim, quòd Deus ideò tradiderat eum, vt ipsi maiores occasiones probandæ virtutis suppeditaret. Proinde tu quoque, si quando hostis tuus inciderit in manus tuas, caue, putes esse datam vlciscendi opportunitatem; sed seruandi hostis oblatam occasionem. Eóque tum maximè parcendum est inimicis, cùm illi fortè venerunt in potestatem nostram.

At hîc fortasse dixerit aliquis: Et quid magni, aut quid miri parcere ei, quem habes in tua potestate? Complures enim & alij Reges ad principatum euecti, sese indignum iudicarunt in tanto regni fastigio ab iis pœnas exigere, à quibus olim fuerant offensi: nam ipsa potentiæ sublimitas causam adfert reconciliationis. Verùm in hoc negotio tale nihil possis dicere. Neque enim Dauid ad principatum euectus, neque regnum adeptus, ac Saülem in manibus habens, ita demum illi pepercit, ne quis causari possit, regni magnitudine dilutam fuisse iram: sed, cùm sciret fore, vt ille seruatus rursus ad eadem rediret, & ipse in grauiora pericula coniceretur, ne sic quidem occidit. Profectò hunc cum illis ne conferendum quidem duximus. Siquidem illi, quoniam habent certum, tutúmque pignus futuræ deinceps securitatis, meritò parcunt: hic verò, cum sciret, se hostem in suam ipsius perniciem amittere, ac salutem dare inimico; haud tamen illum occidit, idque cùm haberet ad eam cædem impellentia. Etenim solitudo Regis, ob præsentiam eorum, qui possent Saüli esse auxilio; dein exhortatio militum; præterea anteactorum memoria, ac futurorum metus; ad hæc, quòd si interfecisset inimicum, non posset damnari cædis; quódque post cædem peractam liceret ipsi violare legem: hæc, inquam, cúmque

A his alia plura vrgebant, compellebántque, gladium in illum stringere. Ast horum incitamentorum nulli cessit; sed adamantis inuicti more perstitit, philosophiæ, moderationísque legem seruans.

Cæterum, ne dicas, illum nihil eorum sensisse affectuum, quales nos illi per coniecturam tribuimus; sed id, quod accidit, non fuisse philosophiam, sed stuporem; considera, quàm vehementer exasperatus sibi temperauit. Siquidem, quòd iracundiæ fluctus in animo illius intumuerit, multáque cogitationum iactatio concitata fuerit, sed eam tempestatem refrænarit timore Dei, animóque repressserit; ex iis, quæ facta sunt, perspicere licet.
B *Surrexit*, inquit, *& abstulit oram chlamydis Saülis clanculum.* [1. Reg. 24.] Vides, quanta iræ tempestas coorta fuerit? At non processit vlteriùs, neque fecit naufragium, eò quòd gubernatrix illicò sentiens periculum, videlicet, pia ratio, tempestatem vertit in tranquillitatem. Percussit enim, inquit, Dauidem cor ipsius; ac, velut equum subsilientem, ac ferocientem, reuocauit iram.

Quid hoc animo possit esse mitius? An hunc posthac dicemus hominem, qui in natura humana vitam præstitit angelicam? *Nequaquam*, ait, *hoc mihi sit à Domino.* Ne concedat vnquam, vt hoc faciam, Deus; neque permittat me ad tantum deuenire scelus. Quis, obsecro te, facilè sustentat à
C Deo eiusmodi petitionem petere. Quid dico, huiusmodi? Quis sustineret, non precari aduersùs eum, qui molestus fuisset? Quis hoc, quæso, facilè perferret? Nam plerique mortales eò feritatis abrepti sunt, vt cùm sint adeò imbecilles, vt non queant eum, à quo lacessiti sunt, vllo incommodo afficere; Deum ad vltionem innocent, obsecrantes, vt ipsis donet, iis, à quibus læsi sunt, manus inicere. Hic verò illis omnibus velut ex diametro contraria precando, roget, ne perimat, ne manus iniiciat, loquens hunc in modum: Ne mihi hoc accidat, ô Domine, vt iniiciam manum meam in illum. Perinde quasi de filio, ita de hoste loquitur, quasi de prole germana.

Neque pepercit tantùm, verùm & excusationem pro eo componit. Vide verò, quàm prudenter,
D quàm sapienter. Siquidem cùm vitam Saülis perscrutans nihil inuenisset boni, vt dicere posset: Non sum ab illo læsus, nec vllo affectus incommodo. (protinus enim his reclamaturi erant milites, qui aderant, Regísque malitiam experimento cognouerant:) alia ex parte circuibat studens probabilem inuenire excusationem. Id cùm non posset, nec ab illius vita, nec à factis ad dignitatem illius confugit dicens: *Quoniam Christus Domini est.* [1. Reg. 24.] Quid ais, inquiunt? quòd scelestus, quòd sceleribus opertus, ac vitiis innumerabilibus refertus, & in nos extrema cogitans? Non. Sed Rex est, sed Princeps, sed præsidentiam in nos suscepit. Neque tamen dicit: Rex est: sed *Christus Domini est.* non ab humano honore, sed à cælesti iudicio sumpto
E honorifico testimonio. Contemnis, inquit, conseruum tuum: reuerere Dominum. Aspernaris electum: metue eum, qui elegit. Etenim, si vulgares istos Principes ab Imperatore designatos, etsi si sint improbi, si fures, si prædones, si iniusti, si denique quodcunque aliud fuerint, timemus cum horrore, non propter malitiam despicientes eos, sed propter dignitatem illius, à quo electi sunt, reuerentes; multo ampliùs id facere conuenit in his, quos elegit Deus. Nondum, inquit, Deus abdicauit illum principatu, nondum fecit eum ex Rege priuatum. Itaque, ne inuertamus ordinem, neque rebellemus

rebellemus Deo, apostolicum illud dictum factis præstantes: *Quoniam quisquis resistit Potestati, Dei ordinationi resistit.* Quicunque autem resistunt, sibi ipsis accipient damnationem. Non solùm appellauit illum, Christum: hoc est vnctum, & Regem: verùm etiam Dominum vocat.

Rom. 13.

Non est profectò mediocris philosophiæ, hostem honoris, & obsequij vocabulis appellare. Atque id rursus quàm sit magnum, ex his, quæ cæteris accidunt, queat aliquis perspicere. Plerique siquidem inimicos suos ne nudis quidem, ac simplicibus nominibus appellare sustinent; sed alijs vocabulis accusationem habentibus eos nominant. Puto illum impium, illum infanum, illum mente captum, illum delirum, illum pestilentem: aliaque multa contexunt, hisque notis designant hostem. Id esse verum, exemplo non emioùs petito, sed è proximo sumpto docebo: nimirum, ab hoc ipso Saüle, qui iustum hunc ob vehemens odium non sustinuit proprio vocare nomine, sed, cùm aliquando festum quoddam celebraretur, requirens eum dicebat: *Vbi est filius Iesse?* Sic autem appellauit eum, partim odio proprij nominis, partim genitoris humilitatem notans, sperans fore, vt hoc pacto iusti fama contaminaretur; haud intelligens, hominem nobilem, illustrémque reddi solere non progenitorum claritate, sed animi virtute. At non itidem fecit Beatus Dauid; neque enim patris cognomento vocauit illum; quanquam is quoque fuit admodum humilis, & contemptus: neque nudo, simplicique nomine designauit; sed dignitatis, & principatus titulo: vsque adeò purum ab omni maleuolentia gerebat animum. Proinde tu quoque, charissime, hunc imitans, illud in primis disce to, ne vnquam inimicum famosis nominibus; sed honorificis potiùs appelles. Etenim, si os assueuerit eum, qui læsit, honoris, obsequiique nominibus appellare, & animus hæc audiens à lingua doctus, non refugiet eum illo redire in gratiam. Nam ipsa verba remedium erunt optimum vlceris in corde tumescentis. Hæc nunc locutus sum; non tantùm vt laudemus Dauidem; sed vt æmulemur quoque.

1. Reg. 20.

Hanc igitur historiam in suo quisque corde depingat, contemplatione, veluti manu, assiduè proponens oculis speluncam illam, illam chlamydem, ipsum Saülem intùs dormientem, somnóque, perinde vt catena, vinctum; eúmque, qui grauissimè læserat, dexteræ subiectum, Dauid imminentem dormienti, præsentes milites, & ad cædem adhortantes, Beatum illum philosophantem; hoc est, & illorum animos, & suam ipsius iram cohibentem, eúmque, qui tam multa peccauerat, excusantem, ac dependentem. Hæc, inquam, non solùm in animo depingamus; verùm etiam in consessibus iorer nos assiduè loquamur: has apud vxorem, has apud liberos frequentes renouemus narrationes. Etenim, siue de Rege loqui voles, ecce Rex: siue de militibus, siue de re familiari, siue de publicis, ciuilibúsque negotiis, videbis in Scripturis horum omnium magnam copiam. Huiusmodi commemorationes maximam adferunt vtilitatem. Impossibile est enim, impossibile, inquam, est animum in hoc genus historiarum versantem à cupiditatibus superari.

Et sequenti homilia, quæ est, Magnum esse bonum, non tantùm exercere virtutem, sed etiam laudare; quódque Dauid magnificentius trophæum erexit parcendo Saüli, quàm prostrato Goliath: quódque hoc faciens magis profuerit sibi, quàm Saüli; déque excusatione ipsius apud

Idē hom. 2.

A Saülem; hæc pari elegantia subinfert: Postquàm igitur hanc immolasset præclaram victimam, (cum Sacerdote hostiam offerente composuit.) postquàm victoriam tulit, neque quicquam prætermisit; quod ad trophæum faciebat; foris exit tandem horum certaminum materia Saül, & egressus est è spelunca ignarus omnium, quæ gesta fuerant. Egressus autem post illum & Dauid, liberis deinceps oculis cælum intuens, ac tum temporis magis exultans, quàm cùm Goliath deiecisset, ac Barbari caput amputasset. Siquidem hæc illa magnificentior erat victoria, hæc magnificentiora spolia, hæc præda illustrior, hoc gloriosius trophæum. Siquidem illic & funda, & lapidibus, & acie habebat

1. Reg. 24.

1. Reg. 17.

E opus: hîc verò cuncta prudentia, ratione que peracta sunt, ac sine armis contigit victoria, atque incruentum trophæum erectum est. Itaque redit non Barbari illius caput gestans; sed animi commotionem mortificatam, sed iram enetuatam. Neque hæc spolia reposuit Ierosolymæ, sed in cælo, sinque superna illa ciuitate. Nunc haudquaquam in choris obuiam veniebant fœminæ, excipientes illum cum laudibus: sed angelicus populus e sublimi applaudebat, admirans eius philosophiam, & humanitatem. Ascendit enim boste vulneribus innumeris fauciato, vt qui tametsi seruasset Saülem, tamen illum reuera hostem Diabolum multis plagis confixit. Quemadmodum enim nobis per iracundiam inter nos pugnantibus, & mutuo conflictu collisis, ille tum gaudet, tum floret: ita nobis pacem habentibus, & concordibus, itaque moderantibus, rursus contrahitur, ac deficiunt, nimirum, hostis pacis, & inimicus concordiæ, & inuidiæ pater.

C

Egressus est igitur Dauid dexteram illam totius Orbis pretio parem simul cum capite coronatam gestans. Quemadmodum enim sæpenumerò fit, vt Imperatores eorum, qui egregiè sese in pugillorum certamine, aut in reliquis certandi generibus gesserunt, ante caput coronent dexteram: ita & Deus manum illam coronauit, quæ gladium putum potuerit educere, enséque Deo nullo sanguine contaminatum ostendere: denique aduersus tantam iracundiæ procellam resistere. Non egressus est gestans Saülis diadema; sed egressus est gestans coronam iustitiæ. Non egressus est gestans Regis purpuream vestem; sed egressus est amictus humanitate, naturam humanam superante, quod pallium est quauis stola magnificentius. Egressus est è spelunca tanta cum gloria, cum quanta tres pueri egressi sunt è camino ardente. Nam, quemadmodum illos non exussit ignis: ita hic non conflagrauit iræ incendio. Et illis quidem fornax nihil ignis, in quo versabantur, nocuit: hic verò, cùm intùs haberet carbones accensos, cùm foris videret Diabolum caminum incendentem, idque variis modis, ab inimici conspectu, ab exhortatione militum, à facilitate perficiendi cædem, à solitudine eorum, qui Saüli possent auxiliari, à præteritorum memoria, à futurorum periculorum metu: siquidem hæc & sarmentis, & stipulis, ac cæteris omnibus, quibus caminus ille Babylonius incendebatur, lucidiorem excitabant flammam: tamen non exarsit Dauid, neque vllo pacto fuit affectus, quemadmodum consentaneum erat hominem affici tot modis irritatum: sed exuit putus, & intuitus inimici faciem, hinc maximè sumpsit animum fortem, ac philosophicum.

D

Dan. 3.

B

Cùm enim videret illum manere immobilem, neque quicquam posse facere; suo cum animo locutus

locutus est Dauid: Vbi nunc ille furor?vbi illa malitia? vbi tot technæ, tot insidiæ? Abierunt omnia illa, perieruntque exigui somni incursu. Iacet alligatus Rex, cùm nihil horum nos neque cogitauerimus, neque perfecerimus. Conspiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philosophabatur: somnus enim nihil aliud est, quam mors temporaria, & vnius diei interitus.

Eccli. 28.

Nihil planè verius. Quasi dicat Chrys. *Memento mori, & desine inimicari.* Sed excurrat adhuc in hanc eandem Historiam aureus eloquentiæ fluuius. Quomodo milites, ait, deinceps illum obseruasse consentaneum est? quanta erga illum beneuolentia fuisse affectos? Nam, si mille habuissent vitas, an non promptè impendissent pro suo Duce, iam ex reuerentia, quam hosti præstitit, re ipsa perspectum habentes, quàm beneuolum animum gereret erga suos? Cæterùm, qui mitis, ac mansuetus est in eos, à quibus molestia affectus est, multò magis erit erga beneuolos eum affectum gesturus: quæ profectò res fuit illi maximum securitatis pignus. At non in ipsum modò beneuolentiores erant; verùm etiam aduersùs hostes promptiores: quòd scirent, se Deum habere propugnatorem, qui semper adesset Duci, omnes illius actiones prosperans. Idcircò posteà Dauid, non iam vt homini, sed vt Angelo parebant. Itaque Dauid, & priusquàm Deus ipsi mercedem rependeret, etiam in hac vita maius accepit præmium, ac illustriorem tulit victoriam, seruato Saüle, quàm si eum mactasset.

Et in eiusdem homiliæ fine dolorem exaggerans, quo eundem mortuum parentauit: Atqui non hoc tantùm, inqoit, quod miremur; sed illud quoque, quòd posteaquàm audierat Regem in acie cecidisse, & discidit vestimenta sua, & cinere conspersus est; & eo luctu luxit, quo quis lugeret amisso primogenito, germanóque filio: subinde nomen illius inclamans, vnà cum filij nomine, composito etiam in defuncti laudem encomio; ac voces acerbi doloris testes emittens, impastus durauit vsque ad vesperam, execrans & ipsa loca, quæ Saülis sanguinem exceperant *Montes*, inquit, *Gelboe, ne cadat super vos, neque ros, neque pluuia.* Montes mortis, quoniam illic sublata sunt tabernacula potentium. Quod sæpenumerò patres faciunt, vt domum etiam auersentur, & limen dolenter aspiciant, per quod extulêre filium: hoc & hic fecit, eos montes deuouens, qui cædem illam exceperant. Odi, inquit, ipsum etiam locum, propter mortuos illic prostratos. Ne igitur irrigemini posthac cælestibus pluuiis: quia semel irrigati estis amicorum meorum sanguine. Eáque nomina subinde repetebat ita loquens: *Saul, & Ionatha, amabiles, ac speciosi: qui vt in vita sua non fuerant disiuncti; ita nec morte sua separati sunt.* Quoniam enim præsentia illorum corpora non licuit amplecti, nomina illorum coniuncta complexus est, suum dolorem hisce modis, quatenus licuit, leniens, & calamitatis magnitudinem mitigans. Præterea, quoniam vulgò malum putabatur insanabile, ambos eodem cecidisse die, hoc ipsum arripuit in consolationis argumentum. Nam, quod ait: *In vita sua non fuerant disiuncti, nec in morte sunt separati.* verba sunt nihil aliud agentis, quàm vt hoc cedat in solatium doloris Iam enim, inquit, non potest dici, quòd filius orphanum esse se lugeat, neque, quòd pater orbitatem suam deploret. Verùm, quod nullis, inquit, obtigit, illis contigit; videlicet, vno, eodémque die è viuis eripi, neutro alteri superstite. Existimabat enim vitam iniucundam fore, si alter ab altero fuisset diuulsus.

2. Reg. 1.

Ibidem.

Commouemini ne nunc, lacrymamini ne nunc, & animo perturbamini? Equidem vsque ad lacrymarum effusionem mutabiles facti sunt oculi vestri. Nunc mihi quisque recordetur inimici, qui læsit, dolore etiamnum in animo æstuante, atque hunc, & viuum obseruantia prosequatur, & vita defunctum deploret, haudquidem ad ostentationem; sed ex animo, veróque corde, etiamsi quid perferendum sit incommodi. Ne quid offendat eum, qui læsit, omnia tum faciat, tum patiatur, magna à Deo expectans præmia. En hic noster Dauid etiam regnum adeptus est; nec tamen inqoinauit cæde manus; sed dexteram habens puram, sic corona redimitus est, sic ad thronum ascendit, honesti nominis argumentum gestans, purpura, ac diademate magnificentius, videlicet, quòd hosti pepercisset, quòd eundem extinctum luxisset.

Quid, iterum rogo, ad præsens argumentum eloquentius, quidve melius? Sed, si non tædet adhuc audire, quod me nunquam tædet dicere; iam eundem Chrysostomum in sequenti homilia sic prosequêtem audiamus: Redeamus, inquit, ad Dauidem: siquidem hic pictoribus mos est, quoties imaginem aliquam ad viuum expressam obsolucre cupiunt, non vnum tantùm diem, ac duos; sed & complures dies assident iis, quos effingunt, vt assidua contemplatione citra errorem, exactéque formarum exprimant similitudinem. Itaque & nos non corporalis formæ imaginem, sed animi pulchritudinem, ac spiritualem decorem cupimus vobis hodie proponere; ipsum, videlicet, Dauidem, vt omnes in eum intuentes, in suum quisque animum imitatum referamus pulcherrimam huius iusti imaginem, mansuetudinis, tranquillitatis, in summa virtutum omnium. Etenim, si corporis imagines nonnullum intuentibus solatium adferunt, multò magis idem facient mentis imagines. Atque illas quidem non licet vbiuis intueri; sed eodem in loco consistas, oportet: hanc verò nihil vetat, quominus, quocunque velis, tecum circumferas. Nam, posteaquàm eam in animi penetralibus reposuisti, vbicunque locorum fueris, poteris contemplari, plurimúmque ex ea vtilitatis capere. Et quemadmodum qui laborant ab oculis, si spongias, ac vestium cyaneo colore pannos tenentes frequenter in ea intueantur, ex eo colore nonnullum capiunt morbi leuamen: similiter & tu, si Dauidis imaginem præ oculis habeas, & in hanc assiduè defigas oculos, etiam si millies obtundet ira, mentis oculum perturbans, ad hoc virtutis exemplar respiciens, perfectam consequeris sanitatem, purámque animi philosophiam, ac tranquillitatem.

Ibid. homil. sequen. *Periculorum est adire spectacula, & de tolerantia Dauid erga Saulem.*

Ne quis igitur mihi dicat: Inimicum habeo scelestum, improbum, corruptum, incorrigibilem. Quidquid dixeris, non est tamen Saüle deterior, qui semel, & iterum, imò sæpiùs seruatus à Dauide, cùm ipse mille modis illis struxisset insidias, tamen pró tot beneficiis acceptis, perseuerauit in sua malitia. Quid tu igitur habes, quòd incuses inimicum? Quòd terræ partem ademit, quòd in agris fecit iniuriam, quòd domus limites transgressus est, quòd mancipia tua rapuit, quòd vim attulit, quòd tua præter ius occupauit, quòd ad paupertatem redegit? At nondum eripuit vitam quod molitus est Saül. Quòd si & vitam eripere conatus est, fortasse semel id ausus est, non semel, atque iterum, non sæpiùs, quemadmodum fecit Saül. Quòd si etiam semel, si bis, si ter, si sæpiùs hoc tentauit: at non tot

affectus

affectus abs te beneficiis: at non cùm semel, atque iterum incidisset in manus tas, seruatus est. Et si hoc quoque factum est, sic etiam rursus superat ipse Dauid. Neque enim paria sunt, sub vetere lege degentem, & nunc post illustratam Euangelij gratiam talia condonare gratis. Non audierat Dauid parabolam de decem millibus talentorum, neque de centum denariis. Non audierat precationem dicentem: Remittite hominibus debita ipsorum; quemadmodum & Pater vester cælestis. Non viderat Christum crucifixum: non viderat effundi pretiosum illum Sanguinem; nec audierat innumerabiles Domini sermones de refrænandis animi cupiditatibus. Nun contingit illi gustare talem hostiam, neque particeps fuerat Sanguinis dominici: B sed sub legibus imperfectioribus educatus, neque tale quicquam exigentibus; tamen ad euangelicæ Philosophiæ fastigium peruenit animi moderatione. At tu frequenter prætetitarum iniuriarum memoria offenderis: hic verò cùm & de futuris metueret, certò sciens fore, vt si hostem seruaret, & ciuitate exularet, & vitam egenam, calamitosámque ageret; non destitit tamen illius habere curam; sed omnia fecit, hunc talem hostem fouens. Quis commemorare valeat tolerantiam hanc maiorem?

Porrò, vt non tantùm ex præteritis, verùm ex his quoque, quæ tunc fiunt, discat fieri posse, vt cum quouis homine animum in te hostilem gerente redeas in gratiam; quid leone sæuius? Et ta- C men hunc cicurem, mansuetúmque reddunt homines, arte naturam superantes: sicque quauis oue mitius animal bestiis omnibus immitius, tegalitúsque, adeò vt per forum ambulet neminem expauescens. Quam igitur habituri sumus excusationem, quam impetrabimus veniam, si cùm feras bestias cicuremus, negauerimus homines vnquam posse placari, beneuolósque erga nos reddi? Atqui bestiæ quidem præter naturam est, esse mansuetum; homini verò præter naturam est feritas. Ergo cùm in illis naturam vincamus, qua fronte nos excusabimus, si in homine causemur, animi propositum non posse corrigi?

Quòd si adhuc contendis, illud dixerim, quantuis insanabili morbo ægrotet homo, quò plùs fuerit laboris, hoc tibi merces erit amplior, si assideas, curans immedicabili morbo laborantem. Vnum igitur illud spectemus, non, ne quid mali pa- D tiamur ab inimicis; sed, qua ratione fieri possit, ne quid illis mali faciamus. Ita nihil patiemur mali, etiamsi innumera perferamus mala: quemadmodum nec Dauid, dum eiicitur, dum in exilium agitur, dum vsque ad vitæ discrimen Insidiis appetitur, quicquam acerbi passus est: quin potiùs, tum hoste suo factus est illustrior, honorabiliórque, tum cæteris omnibus amabilior, idque non hominibus tantùm, sed ipsi etiam Deo. Quid enim detrimenti cepit Sanctus ille, cùm tam multa perpeterentur à Saüle? An non in hodiernum vsque diem canitur illustris in terra, illustris in cælo? An non illum inenarrabilia manent bona? nóune cælorum te- E 1.Reg vlt. gum? Rursus quid commodi cepit infelix ille, ac miser, tot insidias molitus Dauid? Nónne regno excussus est? Nónne miseranda morte periit vna cum filio? Nónne ab omnibus vituperatur? & quod grauius est, æterna luit supplicia?

Postremò, quid tandem est, quod incusas, quamobrem non vis cum illo redire in gratiam? Pecunias eripuit? Sed si fortiter perferas rapinam, tantundem accipies mercedis, ac si eas in manus parum reposuisses. Siquidem & qui dedit agenti, & qui aliena vsurpanti, neque parat insidias, neque malè precatur, ambo propter Deum id faciunt: proinde cùm impendij causa sit eadem, perspicuum est, & vnam, eandémque fore coronam. Sed vitæ insidiatus est, & conatus est occidere. Ea res tibi pro martyrio imputabitur, si insidias molientem, & ad tantam prouectum maleuolentiam inter benemeritos numeratis, non desinens orate pro illo, Deum obsecrandu, vt illi fiat propitius.

Ne igitur illud reputemus, quod Deus vetuit, ne Dauid occideret Saülem: sed illud considera, quod ex insidiis Saülis tripla, quadruplaque martyrij corona redimitus est. Etenim, qui seruauit hostem, eum, qui semel, atque iterum, imò frequenter lanceam in caput illius vibrarat: cùm esset occidendi potestatem nactus; tamen pepercit, idque cùm sciret post eam præstitam clementiam fore, vt denuò ab illo impeteretur: perspicuum est, quòd millies coronam meruit animi proposito; millies autem interfectus propter Deum, plurimas tulerit martyrij coronas: qui, quemadmodum & Paulus ait: *Quotidie mortuus est propter Deum.* Cùm enim posset hostem sibi insidiantem è medio tollere, propter Deum noluit: maluit quotidie periclitari, quàm iusta cæde à tot mortibus liberari. 1. Cor. 15.

Quòd si vsque ad ipsius vitæ periculum insidiantem vlcisci, atque odisse fas non est, multò minùs licet eum, qui vulgaritet læsit, vindicare. Plerisque ab inimicis affici conuitiis, aut in suspicionem adduci, videtur omnibus mortibus intolerabilius. Age igitur, & istud expendamus. Aliquis tibi maledixit, adulterum, ac scortatorem appellauit: hoc si verè dicit, corrige: sin falsò, irride. Si tibi ipse conscius es eorum, quæ obiiciuntur, resipisce: si non es, despue. Imò potiùs non solùm deride, ac neglige; verùm etiam gaude, ac exulta iuxta Domini sermonem, qui nos iubet ita facere: *Cùm,* inquit, *exprobrauerint vobis, & dixerint omne malum verbum aduersum vos, mentientes, gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Ac rursum: *Gaudete, & exultate, cum eiecerint nomen vestrum, tanquam malum, propter Filium hominis.* Cæterùm, vbi conuitiator quidem verba dixerit; tu verò modestè pertuleris ea verba, non tegerens contumeliam, neque conuitia conuitiis retalians; sed amarè ingemueris damnans tua delicta; haud minorem feres mercedem, quàm ille prior, idque vobis è Scripturis approbate conabor, vti persuascatis, quòd quantùm vtilitatis nó adferunt amici, dum laudant, & ad gratiam loquuntur; tantùm vtilitatis adferunt inimici vituperando, etiamsi vera dixerint, tantùm vt nos reprehensionibus illorum ad id, ad quod oportet, vti velimus. Nam amici frequenter ad gratiam adulantur, contra hostes delicta proferunt in medium. Quoniam, cùm nos nostra peccata non videmus ob amorem nostri insitum; illi, quia propter odium ea meliùs, quàm nos perspiciunt, opprobrando nos ad correctionis necessitatem impellunt: vt illorum maleuolentia nobis cedat ad maximam vtilitatem, non ob id tantùm, quòd per illos admoniti intelligimus errata nostra; sed, quòd ea deponimus quoque. Itaque, si inimicus opprobrauerit tibi crimen, cuius tibi conscius es; tu verò audiens non conuitiaris illi vicissim; sed cum amaro gemitu Deum implotas; protinus omnem culpam depesuisti. Rogo, quid hoc esse potetit felicius? quid ad criminum abolitionem facilius? Luc. 6. Ibid.

Sed, ne videamur vos verbis humanis excitare, è diuinis

diminis Scripturis super hac te proferemus testi- A monium, ne quid prætereà dubites. Erat Pharisæus quidam, & Publicanus: quorum hic quidem ad summam progressus erat malitiam; alter ad summam peruenerat iustitiam, vt qui facultates suas dissiparet in pauperes, assiduéque ieiunaret, purus à rapinis. Contra alter in rapinis, ac violentiis vitæ tempus omne consumpserat. Ambo ascéderunt in templum, orandi gratia. Mox ille stans dicebat: *Gratias ago tibi, Domine: quoniam non sum, sicut cæteri homines, rapaces, auari, neque velut hic Publicanus.* At Publicanus procul stans, nõ tegessit cõtumeliam, neque vicissim dixit conuitium Non protulit ista vulgaria verba: Túne audes meæ vitæ mentionem facere? túne audes mea facta repre- B hendere? Annon sum te melior? Referam tua peccata, faxóque, ne vnquam in hæc sacta conscendas atria. Nihil, inquam, istiusmodi frigidorum verborum locutus est Publicanus, quibus vtimur quotidie in nos conuitiis, ac maledictis aspergentes: sed amarè suspirans, pectúsque percutiens hoc tantũmodo dixit: *Propitius esto mihi peccatori.* & descendit iustificatus. Vides celeritatem? Accepit probrum; & abluit probrum. Agnouit peccata; & deposuit peccata: & criminum accusatio, facta est illi criminum remissio; & hostis insciens factus est beneficus. Quot labores erant Publicano subeundi, ieiunãdo, humi dormiendo, vigilando, bona sua egenis impartiendo, longo tempore in sacco, & cinere sedendo, vt illa tam multa peccata posset de- C ponere? At nunc, cùm nihil tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquitatem, ac probra, conuitiáque Pharisæi, qui videbatur illum contumelia afficere, pepererunt iustitiæ coronam, idque sine sudoribus, sine laboribus, & absque longi tẽporis mora. Vidésne, quòd etiamsiquis vera de nobis prædicet, quorũ nos ipsi nobis conscij sumus; nos verò ista prædicanté non vicissim impetierimus maledictis, sed amarè ingemiscentes, Deum pro delictis nostris implorauerimus; omnia peccata deponere possumus? Hoc pacto & hic iustificatus est: quoniam Pharisæum non repetiit conuitiis; sed pro suis peccatis ingemuit, descendit iustificatus præ illo. Vides, quantùm adferat vtilitatis inimicorum exprobratio, si modò eã philosophi- D co pertulerimus animo. Quòd si pariter & mentientes, & vera loquentes nobis prosunt, quamobrem dolemus; quam ob causam vrimur? Ni te ipsum læseris, ô homo, neque amicus, neque inimicus, ne ipse quidem Diabolus poterit te lædere.

Hactenus Græca sua facundia Chrysost. expendens latè Dauidis excusationem, ac in vltioné infensissimi hostis abitet. Nunc, subdit, videamus, quid hic ad iustissimam illius excusationem respondetit. Neque enim, videlicet, è verbis tantùm, quæ Dauid loquutus est; verùm etiã è Saülis oratione, Dauidis virtutem perspiciemus: eò quòd si Saül aliquid placidè, mansuetéque respõderit, huius causam Dauidi imputamus, qui immutarit hominem, quósque erudierit, & ad sobrietatem com- E posuerit illius animum. Quid igitur ait Saül? Posteaquàm audierat Dauid loquentem: *Ecce lacinia chlamydis tua in manu mea.* aliáque cuncta, quæ in excusationem attulit: *Vox*, inquit, *ista tua, fili Dauid.* Quanta subitò facta est mutatio? qui nunquã sustinuerat illũ, vel simplici vocare nomine, ipsam etiam appellationẽ habens exosam; nunc adoptat eum in cognationem, appellans eum filium. Quid igitur Dauide felicius, qui ex homicida fecit patrem, è lupo ouem; qui fornacem iracundiæ multo

Luc. 18.

1.Reg. 24.

Ibid.

impleuit rore, quíque tempestatem vertit in tranquillitatem, quíque tumorem omnem ira æstuantis animi restinxit? Verba quippe Dauidis ingressa in animum istius efferati, totam hanc perfecerunt immutationem: quod è Saülis verbis deprehendas licet.

Neque enim dixit: Sermones tui isti, fili Dauid, sed, *Vox tua ista, fili David.* adeò mox ad ipsam vocem incaluit. Et, quemadmodum pater ex longo interuallo, audita filij reuertentis voce, non ad conspectum modò illius; verùm etiam ad ipsam vocem excitatur: sic & Saül, simul vt accepit verba Dauidis in animum ingressa, abiecit inimicitiam, iamque sanctum agnouit; positóque aff.ctu recepit affectum: siquidem posita ira, recepit tranquillitatem, & condolescentiam. Et quemadmodum, quandiu nox adest; sæpè ne præsentem quidem amicum agnoscimus; at, mox vt exortus est dies, etiam eminùs conspectum agnoscimus: itidẽ & in iracundia solet vsu venire. Donec intet nos maleuolum gerimus animum; & vox audita nobis aliter sonat, & ipsam faciem corrupta mente aspicimus. Cæterùm, vbi posuerimus iram; & vox, quæ priùs erat inuisa, atque hostilis, placida nobis, ac iucundissima videtur; & aspectus ipse priùs inimicus, & iniucundus, tunc fit amabilis, & iucundus. Idem accidit in tempestate. Non patitur nubium concursus nobis conspicuam esse cæli pulchritudinem, sed quamuis mille habeamus oculos perspicaces, & acres; nequaquam pertingere possumus ad illam supernam iucunditatem. Cæterùm, vbi iam radiorum calor, perruptis, ac discussis nubibus Solem ostendit, rursus & cæli decorem ostendit. Idem accidit in nobis ira feruentibus, dum simultas, velut densa nubes, ante oculos, & aures stat; facit, vt voces, aspectúsque videantur aliter, quàm sunt. Verùm, simul atque aliquis animi robore posuerit odium, nubémque dirupetit ægrimoniæ, tunc demum incorrupta mente, & videbit, & audiet omnia: quod & hic euenit Saüli, qui simul atque nubem maleuolentiæ disrupit, agnoscens vocem Dauidis ait: *Vox tua ista, fili David.*

Quid igitur Dauid? *Seruus tuus, Domine mi Rex.* Posthac certamẽ oritur, & contentio, vter alterum maiore prosequatur honore. Saül quidẽ ad cognationem adsciscit filium appellans: Dauid autẽ dominum eum appellat. Quod autem dicit tale est: Vnum, inquit, vnum illud quæro: salutem tuam, ac virtutis profectum. Filiũ me appellasti: mihi verò satis est, si me pro famulo habeas: tantùm, vt iram ponas: tantùm, vt ne quid de me suspicere mali, neu me ducas hostem, aut insidiatorem. Impleuit illam legem apostolicam, quæ iubet, vt nos ipsos vincentes, honore inuicem præueniamus; non iuxta plurimorum morem, qui peius affecti sunt, quàm ipsæ pecudes, qui proximum ne affari quidem priores sustinent; existimantes sese contumelia affici, & à dignitate deiici, si quẽ vel affatu simplici impertiant. Quid ista dementia possit esse magis deridiculum? quid hac arrogantia, fastúque fœdius? Tunc enim, tunc, inquam, à dignitate deiectus es, ô homo, tunc iniuria affectus es, tunc contumelia affectus es, quoties expectas, vt proximus te prior alloquatur. Quid enim arrogantia deterius? quid fastu, & inani gloria magis deridiculum? Nam, si prior alloquaris; & Deus ipse collaudabit, quid est omnium maximum; & homines insuper comprobabunt; túque illius appellationis mercedem totam accipies. Quòd si expectatis,

 vt

vt prior honoratus, tum denique proximum honores; nihil iam magni feceris. Nam is, vnde honoris cœpit initium, idem relati abs te honoris totam mercedem accepturus est. Proinde, ne expectemus, vt alij priores nobis honorem deferant; sed accurramus ad exhibendum proximo honorem, seméque à nobis oriatur salutationis initium: neque putemus, hoc officium esse contemnendum, vt vulgare, si libenter, & amanter salutemus. Nam hoc prætermissum multas amicitias disrupit, multas peperit simultates: quemadmodum è diuerso idem studiosè exhibitum, & veteres inimicitias dissoluit, & amicitias priores confirmanit.

Noli igitur, charissime, his in rebus studium negligere: sed, si fieri potest, obuios, qualescunque fuerint, tum in salutando, tum in cæteris omnibus priores delinamus. Quòd si quis te præuenit, repende honorem cum fœnore. Nam & hoc admonuit Paulus, ita loquens: Inuicem alius alio se non existimet præstantiorem Ita fecit Dauid, qui & prior honorem detulit, & honoratus maiorem honorem reposuit, dicens: *Seruus tuus, Domine mi Rex.* Vide verò, quantùm fecerit lucri Dauid hæc loquutus. Non iam sustinuit Saül hanc vocem audire sine lacrymis: sed plorauit amarè, animi sanitatem, ac philosophiam, quam Dauid insequetat, lacrymis declarans. Quid esse possit hoc Propheta beatius, qui breui temporis momento sic hostem è furore ad sobrietatem composuit? & animum nactus sanguinis, ac cædis sitientem, repentè ad lamenta, & eiulatus compulit? Non perinde miror Moysem, quòd è saxo prærupto fontes elicuit aquarum; vt admiror Dauidem, quod ex oculis lapideis fontes eduxerit lacrymarum. Siquidem ille quidem vicit naturam; at hic vicit animi decretum: ille virga percussit lapidem; hic sermone pepulit cor, non vt contristaret, sed vt putum, mansuetúmque redderet. Quod etiam perfecit, maiore beneficio Regem afficiens, quàm anteà fecerat.

Est quidem & illud laude, summáque admiratione dignum, quòd ensem non tinxerit sanguine, nec caput illud hostile resecuerit: sed longè maiore corona dignum erat, quòd ipsum inimici propositum immutauit, eúmque reddidit meliorem; idque priusquàm ipse sese immutaret humanitatem. Hoc beneficium illo præstantius est. Neque enim paria sunt, condonare culpam, & ad animi sobrietatem adducere. Non sunt paria, liberare à morte, & liberare ab ira cædem iniustam spirante: eximere à cæde, & eximere à furore ad tantum properante nefas. Dum enim satellites suos Dauid cohibet, ne Saülem occiderent, præsenti quidem vitæ profuit: cæterùm cùm mitibus verbis malitiam ex animo depellit, futuram illi vitam, æternámque largitus est bona: quod quidem erat in ipsu. Quoties igitur Dauidem laudas ob ipsius mansuetudinem, magis illum lauda, quòd Saülem immutarit. Siquidem multò minus est propriis temperare cupiditatibus, quàm alienum vincere furorem, quàm cor ira intumescens compescere; éque tanta tempestate, tantam facere tranquillitatem, quàm oculos homicidium præ se ferentes calidis implere lacrymis. Atque hoc est stuporis, ac miraculi plenum. Etenim, si Saül fuisset homo moderatus, & æquus; non admodum magni erat negotij, ad solitam reuocare virtutem: at efferatum, & ad extremam prouectum malitiam, iámque ad cædem properantem, breui temporis momento sic afficere, vt omnem illam amaritudinem euomat ex animo, quem non obscuret omnium, qui vnquam super Philosophiæ doctrina clarum promeruêre nomen? Et tu igitur, si quando hostis inciderit in manus tuas, ne illud specta, quomodo illum vlciscaris, innumerísque conuitiis conspersum emittas; sed, quomodo sanes, quomodo ad sobrietatem reducas: neque priùs desistas omnia, tum facere, tum pati, donec tua mansuetudine superaris illius truculentiam. Nihil enim humanitate potentius, quod ipsum quidem declarauit, dicens; *Sermo mollis confringit ossa.* Atqui quid osse durius? Et tamen, si quis æquè durus sit, & rigidus, ac præfractus; nihilominùs facilè vicerit, qui illum mansuete tractet. Ac rursus: *Responsio submissa auertit iras.* Vnde liquet, vt hostis irritetur, aut reconcilietur, magis in tua potestate esse, quàm illius Non enim in iis, qui ira commoti sunt; sed in nobis situm est, vt vel extinguatur illorum ira, vel ad maius irritetur incendium. Prou. 25. Ibid. 15.

Et hoc item, qui priora dixit, simplici declarauit exemplo. Quemadmodum enim, inquit, si insles in scintillam ignis, excitas incendium: contrà, si inspuas, extinguis: & vtrunque tibi in manu est; quoniam vtranque, inquit, ea ore tuo proficiscitur. Idem fit & in inimicitia proximi: si inflatos, ac vecordes ingeras sermones, excitas ignem illius, accendis carbones: sin mites, ac moderatos admoueas sermonem, priusquàm exardescat, iram omnem extinxeris. Ne dixeris igitur: Hæc, aut hæc audiui, cùm hæc omnia sint in tua potestate. Hoc enim pacto iram veluti scintillam, vel extinguere, vel accendere, furoréque, vel excitare, vel contrà sedare in te situm est: cùm videris inimicum, si in mentem venit, quàm multa tum audieris, tum perpessus sis molesta, fac omnium horum obliuiscaris. Etiamsi recordaris; tamen fac ne ea calumniatori imputes Collige verò, si quid vnquam humaniter vel dixit, vel fecit Si in horum recordatione commoratus fueris, ocyùs dissolues inimicitiam. Quòd si est animus illum incusare, cúmque inimico expostulare; fac priùs abiicias animi motum, itámque extingnas, ac tum cum illo expostula, tum argue, & facilè poteris vincere. Siquidem ira commoti sani poterimus vnquam vel dicere, vel audire: sed à perturbatione liberi, nec ipsi verbum asperius vnquam emittemus; nec aliis acerbè loquentibus, eodem modo audiemus. Neque enim ipsa perinde natura eorum, quæ dicuntur, atque animus odio occupatus nos exasperare solet: frequenter enim fit, vt cùm eadem conuitia audimus ab amicis incantibus, facetiísve ludentibus, aut à pueris patulis, non solùm nullam sentiamus molestiam, neque incrudescamus; sed rideamus etiam, atque exhilaremur, eò quòd illa non audimus animo affectu corrupto, neque mente ira præoccupata. Itidem in inimicis, si extinxeris iram, si odium eieceris, nihil eorum, quæ dicuntur, te poterit offendere.

Quid autem loquar de verbis? Ne facta quidem offenderint, quemadmodum nec beatum hunc quicquam horum offendit: sed, cùm videret inimicum aduersùs ipsius incolumitatem belligerantem, huiúsque gratia nihil intentatum relinquentem;

tem;non solùm non est exasperatus, verùm potiùs A illius indoluit magis:quò vehementiùs infidrabatur ille; hoc impensiùs eum defleuit. Nouerit enim,nouerat,inquam,certò, non eum qui patitur iniuriam; sed, qui facit,lacrymis,ac lamentis esse dignum, vt qui lædat se ipsum.

Cæterùm iam ad huius historiæ finem deueniamus,vbi solùm videritmus,quid Saül ex hoc Dauidis facto coniecerit: *Ecce, inquit, agnosco, quod regnans regnabis, quodque regnum Israel constituetur in manu tua. Et nunc iura mihi per Dominum, quod non abolitur us sis semen meum post me, nec extingues nomen meum de domo patris mei.* Sed die, obiecto, B vnde istud scis? Penes te sunt exercitua: penes te sunt pecuniæ, arma, ciuitates, equi,milites,breuiter vniuersa vis apparatus regij: hic contra desertus, ac nudus, nec ciuitatem,nec domum, nec familiam habens. Vnde igitur, te quæso, ista loqueris? Nimirum, ex ipsis Dauidis moribus: ocque enim nudus, & inermis, ac desertus, me armatum,tantáque circumuallatum potentia superasset, nisi Deum haberet adiutorem. Porrò, qui Deum habet fauentem, omnibus est potentior. Vides, ad quantam philosophiam Saül post insidias deductus sit? vides,qui fieri possit,vt inimicus omnem expuat malitiam, immutatúsque ad meliora sese recipiat? Ne velimus itaque nostram ipsorum salutem per iracundiam deuouere. Quando C quidem, etiamsi ad ipsa malitiæ barathra fuerimus deducti, fieri potest, vt nos ipsos inde reuocemus, & omni deposita malitia ad meliorem frugem redeamus.

Deinceps quid ait? *Iura mihi per Deum, quòd non abolebis semen meum post me; nec obliterabis nomen meum de domo patris mei.* Rex priuatum rogar: qui diademate cinctus est, supplicem agit pro filiis suis: obsecrat exulem. Et hoc ipsum arguit virtutem Dauidis, quòd hostis ausus sit hæc ab hoste petere. Nam, quòd iusiurandum exigit, non eo facit, quòd diffidat Dauidis moribus; sed, quòd reputet, quot malis illum affecisset: *Iura mihi te non abolitur um semen meum post me.* Hostem filiis suis relinquit tutorem,suásque proles in illius deponit manus, dum his verbis filiorum, ac D Dauidis manus apprehendens, Deum sequestrem inducit. Quid igitur Dauid? Num vel leuiter dissimulatione, & ironia ad hæc vsus est? Nequaquam: sed protinus annuit, quó ique perebatur, concessit: ac mortuo Saüle non modò non occidit illius posteros; sed tum plura præstitit, quàm erat pollicitus: siquidem filium eius, cùm esset claudus,ac debilis cruribus,in suam ipsius domum induxit,suæque mensæ fecit participem,summo illum honore dignatus;nec erubuit, nec occultauit, nec arbitratus est regiam mensam claudicatione pueri dehonestari; sed decorari potiùs, ac lautiorem fieri. Quotquot enim eum illo discumbebant, abibant magnam philosophiæ doctrinam consequuti.Cùm enim viderent Saülis filium,illius,qui E tanta mala patrarat aduersùs Dauidem, tanto in honore haberi apud ipsum, etiam feris omnibus fuissent immitiores;pudore tamen, ac rubore cum omnibus inimicis redibant in gratiam. Quanquam, si etiam ipse aliunde illi cibum dari iussisset, certúmque victus modum ordinasset, valdè magnum erat:sed illum ad suam ipsius mensam recipere, eximiæ cuiusdam est philosophiæ.

Scitis profectò, non esse facile, hostium filios diligere. Quid dixi, diligere? non odisse, non

Speranza Scripturæ selecta.

persequi magnum est. Itaque multi defunctis inimicis in illorum liberos, iram, quam in eos habebant,effuderunt. At non ita generosus, ac magnanimus iste: sed & viuentem inimicum obseruauit;& illo defuncto, beneuolentiam, quam erga illum gesserat, filiis exhibuit. Quid illius mensa sanctius, quam cingebant filij hostis; hostis, inquam, occidere conati? Quid illo conuiuio spiritualius,in quo tam multæ abundabant benedictiones? Angelo potiùs, quam homini erat plausibile: siquidem inimici filios amplecti, & amare, & illius filium, qui toties ipsum tentasset è medio tollere, atque id moliens excellerat è vita,facit,vt ille chorus celebretur. Hoc tu quoque facito,charissime, & viuentium,& mortuorum filios fouens: viuentium quidem, vt hoc modo parentes illorum tibi concilies: defunctorum verò filios curans, vt à Deo multum tibi pares fauorem, plurimísque coronis decoreris, vtque innumera ab omnibus vota, precésque consequaris,non ab iis tantùm, qui tuis beneficiis adiuti sunt; verùm etiam ab iis, qui viderunt. Hoc pro te stabit in illo die, magnéque tibi futuri sunt Patroni in articulo iudicij hostes tuo beneficio adiuti: magnáque ea parte à peccatis liberaberis,& reposces mercedem. Etiamsi innumera commiseris peccata, si profetas illam precationem, quæ dicit: *Remittite inimicis vestris: & Pater vester remittet vobis peccata vestra.* multa cum fiducia commissorum omnium remissionem consequeris. Math. 6.

Vtilissimam ad rem præsentem historiam fusiùs ex Chrysostomo meditari, ad verba, quæ secundò dixit in Cruce Christus, properemus.

Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum. Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Luc. 23.

PVNCTVM XXXI.

AD *prædam, fili mi* (*Iuda*, quod est *confessio*, vel *laudatio*; in Crucem) *ascendisti.* Gen. 49.

Planè Christus in Cruce *Rex Iudæorum*, Hebraicè, *Melech Iendim*, *confitentium.* Vt promde Hieronymus de hoc latrone fatus, Confessio, dicat,breuis vitam acquisiuit longam. Et Cyprianus: Alij latrocinio vitam perduot,hic latrocinio vitam furatur sempiternam. Mar. 15. Hier. ibid. Cyprian.

Nimirum, *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Matth. 11.

Vnde Sedulius: Sedul.

Abstulit iste suis cælorum regna rapinis.

Felix, qui tam feliciter vel moriens nouit latrocinari: lingua etenim, vt ait Elias Cretensis in Nazianzenum, regnum quasi perfodit, prædæ instar rapuit. Elias in N z or 4. Theol. & Genebr. ibid.

Infelix alter, qui propter *verba labiorum* Christi non custodiuit *vias duras*. Ad Hebraicum, *vias latronis*, aut *vias dissipatoris*, seu *perruptoris*, ac *violentis* huius.

Semitam, videlicet, *ignorauit auis, nec intuitus est oculus vulturis.* O verè cælestem vulturem, qui peracutè viso Christi iam tam morientis cadauere, præmatura ad illud confessione velociter conuolauit. Iob 28.

Sed quibus alis? Fidei, spei, charitatis.

Greg. lib. 18. Mor. c. 23. Pulchrè Gregorius expendit, quòd latro in Cruce, subita repletus gratia, habuit heroicè fidem, spem, & charitatem. Sed libet, inquit, inter hæc, mentis oculos ad illum latronem reducere, qui de fauce leonis ascendit crucem, de cruce Paradisum. Intueamur, (subdit,) qualis ad patibulū venerit; & à patibulo qualis abscesserit. Venit reus fraterno sanguine, venit cruentus: sed interna gratia est mutatus in cruce: & ille, qui mortem fratri intulit, morientis Domini vitam prædicauit, dicens: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.* Luc. 23.

In cruce claui manus eius, pedésque ligauerant: nihil in eo à pœnis liberum nisi cor, & lingua remanserant. Inspirante Deo, totum illi obtulit, quod in se liberum inuenit, vt, iuxta hoc, quod scriptum est, *corde* crederet *ad iustitiam*, *ore*, confiteretur *ad salutem*. Rom. 10.

B

Et hinc Gregorius venustissimæ animi conceptionis occasionem sumens, ita prosequitur: In corde autem fidelium tres summoperè manere virtutes testatur Apostolus dicens: *Nunc autem manent, fides, spes, charitas.* 1. Cor. 13. Quas cunctas subita repletus gratia, & accepit Latro, & seruauit in cruce. Fidem nanque habuit, qui regnaturum Dominum credidit, quem secum pariter morientem vidit. Spem habuit, qui regni eius aditum postulauit: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.* Charitatem quoque in morte sua viuaciter tenuit, qui fratrem, & collatronem pro simili scelere morientem, & de iniquitate sua arguit; & ei vitam, quam non cognouerat, prædicauit: *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem iustè; nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit.*

C

Ille, qui talis ad crucem venit ex culpa, ecce qualis à cruce recedit ex gratia. Confitebatur Dominum, quem videbat secum humana infirmitate morientem; quando negabant Apostoli eum, quem miracula viderant diuina virtute facientem.

§ Sed iam dictas Latronis virtutes latiùs expédiamos. Quàm heroica in primis huic fides extitit! Maxima sancti Latronis huius fides est (verba Laurentij Iustiniani, & nimiùm commendabilis! de triumph. Christi agone, c. 18. Nullus is de eo audierat prædicantem; neminémque illum agnouerat laudantem; neque regales viderat infulas, non vestium apparatus, non ministrorum famulatus, non diuitias, non honores, non palatia, non miracula; non æternæ vitæ ab ipso didicerat verba proferri, quinimò populum, milites, Pontifices, seniorésque Hebræorum contra illum cernebat insurgere. Videbant enim, & mouebant capita dicentes: *Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud!* Verè propheticum poterat proferre sermonem: *Factus sum in derisum omni populo, canticum eorum tota die.*

D

Latro autem iste (quod erat magis mirandum) eundem Dominum in patibulo tam ignominiosè positum, mortique intuebatur propinquum: & tamen post hanc vitam ipsum certissimè nouerat regnaturum: proinde constanter aiebat: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.*

E

Non humana eius sunt verba, neque scientia mortalium acquisita; sed fidelissima, vera, profunda, cælestia, diuináque illa didicerat, reuelante Patre, ministrante Verbo, & certificante Spiritu. O felix Latro, quantùm tua confessio valuit! quantùm Deo grata extitit fides tua!

Cyr. Ierosol. cat. 13. Hanc admiratus Cyrillus: Quæ virtus, inquit,

A

te illuminauit, ô Latro? qui te docuit adorare contemptum, & simul cruci affixum? O lumen perpetuum illuminans obscuratos.

Augustinus: Huic fidei quid addi possit, ignoro: titubauerunt, qui viderunt Christum mortuos suscitantem: credidit ille, quem videbat secum in cruce pendentem: quando illi titubauerunt, tunc iste credidit. Aug. ser. de fer. 3. Pasc.

Quæ istam fidem exhortatio persuasit? quæ doctrinam imbuit? quis Prædicator accessit. Non viderat priùs acta miracula. Cessauerat tunc languentium curatio, cæcorum illuminatio, viuificatio mortuorum: & tamen Dominum confitetur, & Regem, quem videbat supplicij sui esse consortem! D. Leo ser. 2. de Pass.

B

Iste, ait Chysostomos, Saluatorem vidit, non in regali solio, sed in pœna sociatum latronibus: vidit in cruce pendentem? & orat quasi in cælis sedentem: vidit condemnatum; & inuocat Regem. Chrys. hom. de Cruce. Iudæi crucifigunt, qui nouerant legem: & tu, Latro, vnde talia philosophabaris. Et Latronis huius fidem quodammodo ipsi Patriarcharum, ac Prophetarum fidei præferens: Credidit Isaias; sed sedenti super solium excelsum, & eleuatum. Isa 6. Credidit Moyses; sed de medio ignis loquenti. Exod. 3. Hic eum vidit, non in regali solio, sed in pœna; non inter Seraphim, sed inter latrones; eleuatum vtique, sed in cruce. Vnde, vnde talia philosophatur?

C

Sed felicissimi huius Latronis fidem suis ex circunstantiis, ita peregrinè Emissenus expendit: Euseb. Emiss. hom. de bono Latrone. Ecce, inquit, inter signa, atque virtutes, attestantibus miraculis, & acclamantibus, aliquoties in Discipulis mens iam robusta titubauit: & nunc Christi suppliciis quodammodo contradicentibus, fides nouella conualuit. Sub ipso passionis tempore ab ancilla interrogatus vnus ex Discipulis Beatus Petrus, peculiaris Christo cognitus, Ita respondit: *Non noui hominem istum.* & iste, qui anteà non nouerat, exclamat: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.* Quàm singularis, & quàm stupenda deuotio! Sub illo tempore credidit reus, quo negauit electus!

D

Aduertamus pleniùs. Quo tempore Dominum confitetur, feruebat infidelitas negantium, exultabat impietas blasphemantium: contritio liuoris, & vulnera Christum solum hominem demonstrabant: sacrarum manuum in lignum Crucis extensio, & reuerenda confixio per omnia infirmitatem hominis asserebant, tantum abscondebant Dominum. Aliis post diuina miracula desperantibus hic non acquiescit scandalo crucis, & mortis: hic est testis maiestatis, qui socius probatur doloris.

Planè heroica fides, & quam meritò Sancti Patres suscipiant: nam, si fides est de rebus obscuris, & non apparentibus, iuxta Apostolum vocantem illam, *argumentum non apparentium*; ibi planè tantò magis elucebit fides, quantò obscurius, & minùs apparens est, quod creditur. Hebr. 11.

E

Quid portò obscurius, quàm quòd sub crucifixo homine lateret Diuinitas? & quid minùs apparens, quàm quòd sub tanta abiectione delitesceret diuina maiestas? Cùm ergo id latro tam firmiter crediderit, quàm meritò suspicienda eius fides venit?

Vim fecisti, ait Augustinus Latronem alloquens, credidisti, rapuisti. *Hodie mecum eris in Paradiso.* August. ser. 144. Non te differo. Tantæ fidei hodie reddo, quod debeo. Latro dicit: *Memento mei, Domine, cùm veneris in regnum tuum.* Non solùm credebat resurrecturum, sed etiam regnaturum.

Hæc

[D. Maxim. de S. Latron. hom. 1.] Hæc est fidei plena deuotio, inquit eleganter D. Maximus, vt, cùm de vulneribus Domini profluens sanguis cernitur, tunc de potestate eius verba postuletur: cùm videtur eius humilitas, tunc magis teneatur eius Diuinitas: cùm morti addictus putatur, tunc Regis illi honorificentia defertur. Iste enim fidelis latro non credidit moriturum, quem annunciat regnaturum: non putat subeundum Inferis, quem dominaturum confitetur in cælo: non arbitratur eum apud Tartarum detineri, a quo etiam se postulat liberari.

Et homilia sequenti: Magna, & perfecta fides in illo Latrone fuit. Magna planè, & admirabilis fides, quæ Christum crucifixum glorificari magis credidit, quàm puniri. In hoc enim totius forma salutis est, Saluatorem tunc maiestatis Dominum recognoscere, cùm videtur humilitatis patientia cruciari. Vnde ait Apostolus: [1. Cor. 2.] *Si cognouissent, nunquam Dominum maiestatis crucifixissent.* Hæc, inquam, perfecta fides est, Christum in cruce Deum, non reum credere. Vnde ille Latro iustificatus est: quia, Saluatore in patibulo constituto, Iudæis insultantibus, & vel criminosa dicentibus: [Matth. 27.] *Libera te ipsum, si potes.* ille certus de Diuinitate eius, & securus de voluntate, se magis postulat liberari. Magna, inquam, fides in illo Latrone fuit, & sanctis Apostolis comparanda, nisi quòd & forte præcesserit: præcessit enim deuotione, qui præcessit & præmio: prior enim Latro ad Paradisum, quàm Apostoli peruenerunt. Denique Petrus Dominum sequitur, & iste comitatur: Dominus autem secundùm fidem, & meritum tribuit & remunerationis obsequium. Hactenus de fide Latronis.

Iam & heroïcam eiusdem spem meditemur: & eam quidem (vt Scholæ terminis vtamur) tum ab obiecto, tum a subiecto. Quis, rogo, vitam speret à moriente? quis regnum ab eo, qui nudus in cruce moritur?

[Matt. 15.] At, dum alij ex diffidentia conclamabant: *Se ipsum saluum facere non potest.* Latro firmissima in Christum fiducia, gratiam ab eo, ac salutem postulabat. O spem!

[Eccl. 36. Matth. 8.] *Quis credit ei, qui non habet nidum?* Latro iste, qui in eum credidit, qui & vere dixit: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.*

[Ierem. 39.] O verè heroïcam Latronis spem! Planè tibi, & de te, o Latro, illud est: *Et erit anima tua in salutem: quia in me habuisti fiduciam.*

[Arnold. de septem verb. Psal. 8.] Optimè Arnoldus Carnotensis: *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra*, qui ex impiorum ore perficis laudem! Ecce vnus de derelictis assumitur, Latro ille collateralis tuus, damnatus ob scelera: illum victoriæ tuæ præcursorem constituis, & viuificatum ex gratia in Paradisum præmittis: in quo confusus est inimicus, & vltor hæreticus, & proditor peruersus discipulus, & detractor Iudæus.

Opponebatur à Pharisæis Christo pro crimine, quòd cum peccatoribus, quos Lex abdicabat, ad Legis iniuriam, non tantùm verbo, sed etiam communicaret conuiuio. Cùm enim leprosos, & immundos ex ritu, & decreto extra castra depelleret; abrasisque parietibus earum domorum, in quibus fuerant conuersati, ipsis quoque, in quibus consedissent, subsellijs propria mandaretur purgatio, hoc arguebant in Christo, quòd huiusmodi personarum nec mensam vitaret, nec domum; sed susciperet, & sanaret. Inoleuerat superstitio: & occasione Legis intellectæ carnaliter, persequebantur quidem Ministri Legis peccatum; cùm tamen nec ipsi essent a peccato immunes, subscribebantque damnationibus proprijs, nullum locum misericordiæ reseruantes. Nefas putabant, quòd Christus curabat in Sabbatho, quòd misericordiam præponendam docebat iudicio.

Ita & quidam Hæretici, (in quibus sunt Nouatiani,) qui volunt videri defensores Ecclesiæ; eos, qui in quocunque crimine post Baptismum lapsi sunt, pœnitentia censent indignos, & omninò non posse restitui dogmatizat illa impietas, quem in aliquod crimen humana impegit infirmitas. Verùm Christus & falsos defensores Fidei Hæreticos, & inimicos gratiæ Iudæos præsenti iudicio destruit, & conuincit, mutans Legem in gratiam, terrorem in mansuetudinem, asperitatem in lenitatem, vmbram in veritatem, iudicium in misericordiam. Nouus Rex, noua Lex; nouus Dux, noua lux; fractis prioribus Tabulis & silice, ad silicem comminuto, nouis subscriptionibus figit titulum; & dictat pietas, & discernit omnia charitas.

Scribitur tribus Linguis insignibus, Hebraïca, [Ioan. 9.] Latina, & Græca, regnū Christi: & dominatio eius emanatura in Gentes Cruci insculpitur: nec corrumpere Pilatus, quod scripserat, voluit. Et licet tam insignem titulum deleri perfidia Iudæorum clamosè expeteret, obtinere nullo modo præualuit. Iam ad hanc Scripturam Latro crucifixus pertinebat, & eum intra se illæ litteræ colligebant: nam spes subintrabat conuerso, quia (crucifixo sibi mūdo) inhiabat cælestibus, dilatatúsque charitate, quasi cōrporis, repudiatisque, quæ infra sunt, cū Christo tractabat de regno, affectabat superiora: & cum iam anima egressum accelerans in primis labris esset, & hora vltima aduentaret; æquo animo ibat; nec vrgebat formido pœnarum conscientiam, quæ se sanguine Christi præterfluente sentiebat abluā.

Hinc meritò Latroni fiducia. *Exiguo ligno credunt homines animas suas.* [Sap. 14.] At quàm sæpe naufragantur? Hic tutò cruci se credidit, vt salutis portum appelleret.

Quis ex vobis ambulat in tenebris, & non est lumen ei? [Isa. 50.] Hic Latro. *Speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.*

Venies (dixit quondam Propheta) *vsque ad Babylonem, & ibi liberaberis.* [Mich. 4.] Quis vsque ad Babylonem venit, inquit in hunc locum Gregorius, & ibi [Greg. hom. 10. in Ezech.] liberatus est? Qui, postquàm confusus mente peruersa perpetrauit, hæc ipsa erubescens mala, quæ fecit, se contra se erigit; & benè operando ad statum rectitudinis redit.

Vere, & grauiter D. Leo: Dum in hoc corpore [D. Leo, ser. 4 de Epiph.] viuitur, nullius est desperanda reparatio. Aug. Illius [August.] tantùm desperanda est correptio, contra quem habemus occultam luctam. Imò, vt ait Anastasius Si- [S. Anast. in Psal. 6.] naïta: Si Manassem Deus ob pœnitentiam in gratiam recepit, audeo dicere, ipsum etiam Diabolum fortassis, si toto cum animo scelerum suorum pœniteret, in gratiam reciperet. Chrysost. Nemo de- [Chrysost. in Psal. 41.] speret de malis suis.

Cyrillus: Qui vndecima hora venit, ingressus [Cyr. cat. 13.] est: nemo murmuret contra patrem familias: *Ami-* [Aug. ser. 1. in] *ce, non facio tibi iniuriam.* Augustinus: Honor est [Paraleo. Psal. 36.] Paradisi, talem habere Dominum, qui & Latronem dignum efficere possit delicijs, & possessione Paradisi.

Hæc mutatio dexteræ Excelsi. Mira mutatio, in- [D. Leo ser. 2. de Pass.] quit elegantissimus Pontifex. Insidiator viarum

A vſque ad crucem reus, fit Chriſti repentè Confeſſor. Id quod etiam Athanaſius miratus erat, ſic fatus: Crucifigitur vt Latro, & efficitur Euangeliſta.

Pſal.47. *Fundatur*, nimirum, *exultatione vniuerſæ terræ mons Sion: latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.* Vbi Geneb. ibid. D.Aug. ibid. Genebrardus: Latera aquilonaria ſunt ciuitas Regis Chriſti. Et Auguſt. Latera Aquilonis ſunt: qui inhæſerant Diabolo: quicunque enim alicui cohæreni, latera ipſius dicuntur.

Arnoldus quo ſuprà. Gen.3. Iterum pulchrè Arnoldus Carnatenſis: Amouetur ab introïtu Paradiſi cuſtodia ab initio peruigil, & verſatilis gladius ille minax. Ibi latro locatur, vnde Lucifer corruit: & cui tu forſitan, ô B Petre, vltrà ſepties ignoſcere nolles, vltra ſeptuagies ſepties reus, ſed abſolutus à bono Ieſu, modò cum Angelis conuerſatur. Reſurge, Petre, & diſce ignoſcere; neque annumeres peccata, vel multiplices tempora.

Non arctatur numero, non clauditur fine, nullas omninò habet metas diuina clementia. Sit, qui inuocet; erit, qui exaudiet: ſit, qui pœniteat; non deerit, qui indulgeat. Non huic pœnitenti, multorum annorum ieiunia imponuntur: non nudipedalibus, vel ſacco afficitur: ſimul & confitetur, & iuſtificatur, & glorificatur. Vide horam, nota perſonam. Vltima hora, peccatrix perſona: multa, antiquáque peccata illicò abolet gratia; nec proceſſo, moráque temporis indulgentia limat, cor- C rodí-que culpæ rubiginem: ſed vbi repentè, facto cælitùs ſono, Spiritus Sanctus illabitur, quidquid immaduerat peccati tabe, ſiccatur: nec ſupereſt vllum fœditatis veſtigium vulneri, quod miſericordiæ abluit lauacrum.

Ioan.11. Fœtebat etiam quatriduanus in monumento Lazarus: ſuſcitatus non tabeſcit languore; erigitur, ſoluitur, & ſtatim conueſcitur. Nulla ſlepræ Luc.7. crepido, nullus ſinus in facie Simonis ſupereſt: hoſpes incolumis curatori ſuo hilarem exhibet famulatum: nullum ſignum horroris comitantibus Magiſtrum, idem conuiua, & miniſter prætendit.

Ioan.11. & 12. Maria Magdalene ad pedes Chriſti plorat, & orat; tergit, & vngit: nec improperat Chriſtus vitam infamem, & inuerecundam; nec opponit, D quod diluit; nec exprobrat, quod ignoſcit: quicquid agit, in huiuſmodi celeri nutu Spiritus Sanctus conſummat: nec emendicat aliunde ſuffragia, qui, quod illuminat, format; qui ſtatim piſcatores facit Doctores; & idiotas, Prædicatores.

In hac gratia non affligitur expectatio dilatatione, nec interuallum eſt inter optatum, & datum. 2.Reg.12. David dicit: *Peccaui.* Et Propheta *Tranſlatum* Gen.4. *eſt peccatum tuum.* Ad Caïn dicitur: *Peccaſti, quieſce.* Ad mulierem in adulterio deprehenſam: Ioan.8. *Non te condemnabo: noli vltra peccare.* Quid commemorem Niniuitas, quorum pœnitentia ſubitò Ionæ.3. Iudicem amouet, & ſententiam? Quid Achab, & 4.Reg.24. Manaſſem, Reges impios, quorum contritio- E nem in anguſtiis non eſt aſpernata diuina clementia?

Inter cætera pietatis exempla, Latro noſter nobis occurrit, pœnitentiæ regula, confeſſionis forma, indulgentiæ præco, ſpei exemplum; qui, dum ingemit; ſubitò, quod quærit, inuenit; quod petit, accipit, & illicò audit: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Non ad loca Purgatoria, flammaque peccatorum vltrices, confitens deſtinatur; non ad loca tenebroſa, & tormenta deducitur: nullam pars aduerſa gratiæ Dei præſumit inferre calumniam: vna crucis pœna, omnia abolet

A crimina: imò non pœna, ſed gratia [illegible] ig[illegible] tor in Paradiſum hic noſtræ [illegible] nis, & primitias libertatis noſtræ [illegible] donans,) Paradiſi ciuibus id expectat[illegible] ſi[illegible] erantibus primus inuexit.

Ad huius ergo Latronis ſpem & [illegible] ſperare diſcamus, dicamus que & nos:

Qui Latronem exaud[illegible],
Mihi quoque ſpem de[illegible]i.

¶ Hactenus de ſpe, & fiducia: aliquid iam nunc de ardenti eius charitate dicamus. Charitatis [illegible] duo præcipui ſunt actus; alter erga Deum, [illegible] et v[illegible] B erga proximum.

Erga Deum quantò is, rogo, flagrauit amo[illegible] Egregiè D.Maximus: Inte[illegible]exit Latro, quod pro alienis peccatis has ille plagas ſuſciperet, [illegible] nis ſceleribus hæc vulnera ſuſtinere[illegible] & [illegible] quòd illa in corpore Chriſti vulnera non [illegible] Chriſti vulnera, ſed latronis; atque ade[illegible] pl[illegible] amare cœpit, poſtquàm in corpore eius ſua vul[illegible] cognouit: ait enim Propheta: Quoniam ip[illegible] mitates noſtras portat, & pro nobis dol[illegible] no[illegible] tem exiſtimabamus eum eſſe in dolore, [illegible] nos ſanati ſumus. Plus ergo in cruce poſi[illegible] rem eius cernens, Latro [illegible] Deum [illegible] plùs in cruce Latro Chriſti m[illegible] , qua[illegible] dilexit in cœna. Ille per[illegible] M[illegible] C ſtium, hic credi[illegible] Dominum per dolo[illegible]

O amorem! o charitatem! Certe v[illegible] Chri[illegible] Ioan.15. dixit: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, [illegible] ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* [illegible] D.Cyprian. ſer. de Paſſ. teſte Cypriano, factus eſt particeps regni: [illegible] feſſionem factus collega martyrij. Et qu[illegible] deſiderio tantùm, ſed re ipſa, quòd crucifi[illegible] non ſolùm de more in cruce morientium ſibi i[illegible] flictum; ſed etiam in odium ſuæ confeſſioni[illegible] A[illegible] lib.1. de anima. & orig. gatum, æquo animo tolerauit. Vnde Au[illegible] Latro ille non ante crucem Domini ſectat[illegible] in cruce Confeſſor, à Cypriano ſancto inter Martyres computatur.

Amore etiam erga proximum ſic flagrauit, vt collatronis blaſphemantis ſalutem vehement[illegible] cupiens, fraterna illum correptione, quæ act[illegible] eſt D charitatis, increpauit dicens: *Nec tu times Deum, qui in eadem damnatione es?*

Ecce Latronem iam tam à magiſtra charitate eductum, per egregium Concionatorem eſſe [illegible] Templum, in quo ille concionem habuit, [illegible] ipſe Caluariæ fuit, ſuggeſtum, crux; audit[illegible] [illegible]cius, ac circonſtantes; concionis thema. *Neque tu times Deum?*

Arno[illegible] [illegible] verb. Hic, ait eleganter Arnoldus, in Auditorio publico fidei protulerat argumenta; & nou[illegible] philo[illegible] ſophandi genere, ſupplicij tanti immemor, cum blaſphemo illo de timore Dei, & iuſtiti[illegible] diſputabat: *Neque,* inquit, *tu times Deum, qui in ea[illegible] damnatione es? Et nos quidem iuſte, nam digna [illegible] E ctis recipimus: hic vero nihil mali geſſit.* [illegible] credit, & confitetur: teſtis eſt innocentiæ Chriſti. increpat maledicum, nec ſibi parcit. Ibi philoſophatur, & prædicat, & fatetur, vbi non tantùm d[illegible] g[illegible] unt, & timent Apoſtoli; ſed & ij ſi mal[illegible] Spiritus iam iam impoſiti ſibi frœni ſalutaria maſticantes, [illegible] antiquum organum ſuum linguam fœminea[illegible] tebatur colligationes illas impietatis d[illegible] ſcientes, quia fortis armatus hic a[illegible] gl[illegible] erat eos de diu poſſeſſi huius mu[illegible] [illegible]tu. Itaque Concionator illuſtris, ol[illegible] nis, & fidei adoramento, impoſito [illegible] la[illegible] bl[illegible]ſphemanti ſilétio, victoriæ ſuæ palmam & authoramentum pa

ramentum à Iudice exigens, ad Christum conuertitur, & dicit: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.*

Considerare necesse est, (pergit sic Carnotensis,) quem locum, quem modum, quod tempus hæc causa habuerit; & quam celerem auditum confessio meruerit: quid possit pœnitentia, quando bonus Dominus, tribulato corde clamantem ad se seruum suum, etiam in vltimo peccati puncto non negligat. Hora mortis erat, iamque confitentis anima faucibus hærebat, iámque linguam eius alligabat angustia; illóque articulo temporis, ferè ab ipsis Apostolis salus desperabatur. Modus passionis, crux, inter omnia supplicia turpissimum, & atrocissimum. Quibus postpositis, quasi plagarum, & sanguinis immemor, dictator Euangelij Latro efficitur, & (quod persuaderi illa hora difficile erat) Christum Deum in Cruce fatetur, ibi orat, ibi adorat: multa simul pietatis officia complectitur. Credit, & timet; compungitur, & pœnitet; confitetur, & prædicat; amat, confidit, & orat; fide illuminatur, timore sublatur, compunctione mollitur, pœnitentia concutitur, confessione purgatur, prædicatione zelatur, dilectione dilatatur, confidentia spetat, oratione impetrat. Hactenus ille, & fortè nunquam egregiùs.

¶ Cæterùm, vt licet hoc loco diuinæ gratiæ efficaciam admirari, cui hic tam perfectè cooperatus est; sic & alterius latronis placet duritiam expendere, quæ cor eius saxeum taliter obdurauit.

Iob 38. Hebr. Relucet planè in latronis huius conuersione efficacia diuinæ gratiæ, ac Dei omnipotentia. *Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? Quæ præparaui in tempus hostis*, vel *angustiæ, in diem pugnæ, & belli?* Sic Deus Iobum amicum interpellat, vt ei ita suæ magnitudinem sapientiæ, ac omnipotentiæ declaret. Sed, rogo, qualiter? Thesauris niuis, & grandinis? Quibus thesauris? D. Gregorius: Quid aliud niue, vel grandine, nisi frigida, ac dura intelligenda sunt corda prauorum? Sicut enim feruore charitas, sic solet in sacro eloquio rigore malitia designari: scriptum nanque est: *Sicut frigidam facit cisterna aquam suam; sic frigidam facit animam malitia sua.* Et rursum: *Abundauit malitia, & refrigescet charitas multorum.* Quia ergo Omnipotens Deus Sanctos suos de talibus eligit; &, quàm multos electos adhuc inter prauorum vitam repositos habeat, nouit, aptè in niue, vel grandine thesauros habere se perhibet. Thesaurus quippe ἀπὸ τῆς θέσεως, id est, à positione nominatur. Et plerosque in vita frigida diu latenter respicit, quos ad medium, cùm iubet, producit, & iustitiæ nitore candidos per supernam gratiam ostendit. Scriptum quippe est: *Lauabis me, & super niuem dealbabor.*

Greg. ibid.

Ierem. 6.

Matth. 24.

Psal. 50.

Quos ad diem belli, pugnæque præparatos, diu intra suæ præscientiæ sinum tegit: sed cùm repentè eos eduxerit, resistentia aduersariorum pectora illorum verbis, ac redargutionibus, quasi quibusdam grandinibus percutit.

Hucusque Gregorius. Et quid aptiùs pro latrone? An non latro iste nix, & grando? sed thesaurus planè niuis, & grandinis præparatus *in tempus hostis*, vel *angustiæ* passionis, in diem magni illius belli, quo Princeps huius mundi eiectus est foras: tunc sane illum produxit, vt collatronem redargueret: vt, cùm ille blasphemaret, iste laudaret, ac benediceret.

O diuinæ gratiæ efficaciam; ô diuinam Dei potentiam! Verè *cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.* Habac. 3.

Et quænam alia, nisi omnipotentis manus Latronem hunc ab ipsis Inferni faucibus eriperet? *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet: si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat.* Chrysost. in Catena, fortem vocat Diabolum: *Fortitudo in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius.* Fortior Christus, expolians principatus: & palam triumphans in semetipso, qui vniuersa arma Diaboli abstulit, cùm peccatores, ac publicanos, latronésque conuertit.

Luc 11.

Chrysost. in Cat. ibid.

Iob 41.

Considerauí, inquit Propheta, *opera tua, & expaui: in medio duorum animalium* (ex D. Hieronymo, & Augustino, duorum latronum) *cognosceris*; in altero, videlicet, misericors; in altero iustus. Habac. 3. Hier. August.

Huc facit illud Vatis: *Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones*: Glossa, id est, sanguine, morumque feritate bestiales. *Populum istum formaui mihi: laudem meam narrabit.* Isa. 43. Gloss. ibid.

Venustè per apostrophen Augustinus ad Christum: Quid dicis? inquit: crucifixus es, Domine, & Paradisum promittis? Ita, inquit Dominus; vt in ipsa Cruce virtutem meam agnoscas: quoniam res hæc iustitiæ videbatur, vt non in Cruce lignum attendas; sed virtutem eius, qui crucifixus est, dicas: In Cruce hoc miraculum operatus est. Vnde maximè potentiam suam declarat Omnipotens, non mortuum suscitans; non mari, ac ventis imperans; non Dæmones eiiciens, sed crucifixus, derisus, atque contemptus, longo scelerum vsu obduratam Latronis mentem immutare præualuit, vt ex vtroque virtutem eius inspicias. In eodem enim tempore passionis crucifixus, vniuersam turbauit creaturam, & saxa disrupit; duriorem verò sapidibus animam attraxit pariter, & honorauit. Aug. ser. 130. de temp.

Cyprianus: Considero, inquit, Domine, te in illo patibulo, vbi videbaris sine adiutorio, quomodo imperatoria maiestate Latronem præmittis ad regnum: ex cuius assumptione iam manifestè constat, quantùm apud derelictos profeceris, quorum primus iste gloria, & honore coronatus, ipsa die Paradisi ciuis, & domesticus Curiæ cælestis efficitur. Cypr. serm. de Pass.

Vnde & D. Leo: Excedit, inquit, humanam conditionem ista promissio: non tam de ligno Crucis, quàm de throno editur potestatis. D. Leo serm. 2. de Pass.

O verè admirabilem Dei virtutem, ac omnipotentiam! Quid tu, Domine, amplius Stephano contulisti? (mirabundus fatur sic Cyprianus.) Quid ampliùs ille obtinuit dilectus tuus, *qui supra pectus tuum in cœna recubuit*? Quid ampliùs Pauli meruêre sudores? Quid labores Sanctorum? quid tot annorum tormenta? quid Martyrum plagæ? Vna hora huic collatum est præmium, ad quod illi per discrimina peruenerunt. Si tu, Domine, armentarios statim Prophetas, opiliones Reges, telonarios Apostolos, piscatores Doctores facis, Dei perfecta sunt opera? Cypr. in ep. Ioan. 21.

Planè: quia sic Dei omnipotentia declaratur: vnde Cypriani obiectioni quasi Cyrillus respondeat: Qui tulerunt, inquit, pondus diei, & æstus, nondum ingressi sunt: & qui vndecima hora venit, ingressus est. Nemo murmuret contra patremfamiliâs, cùm ille dicat: *Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne potestatem habeo in meis facere, quod volo?* Cyrill. catech. 13. Matth. 20.

Pulchrè Augustinus diuinam hanc contemplatus omnipotentiam: Nemo, inquit, Regum ali- Aug. serm. 130. de temp.

quando

quando passus est, latronem hominem, aut quenquam alium eiusdem naturæ conseruum secum assumens ita in ciuitatem introducere. sed Christus hoc fecit, qui mortis, & Diaboli victor, & sanctissimam ingrediens patriam, secum latronem introducit; non conculcans Paradisum isto pietatis opere; sed honorans: neque confundens latronis introitu; sed illustrans. Honor nanque Paradisi est, talem Dominum habere, qui etiam Latronem dignum facere posset Paradisi deliciarum. Etiam cùm Publicanos, & meretrices introduceret in regnum cælorum, non confudit; sed extulit illud: neque deiecit; sed potiùs honorauit Paradisum.

Inter alias verò insignes, ac mirabiles peccatorum conuersiones, quibus omnipotentia diuina declaratur, hæc planè mirabilis extitit: imò hæc vna mirabilior fuit ipsa Magdalenæ, ac Pauli conuersione. Magdalena siquidem si conuertitur, portentosa Christi miracula vidit, doctrinam eius in concionibus audiuit, exempla furoris Marthæ ad conuersionem illam inuitabant, ac peoerrabant. Si conuertitur Paulus, mirum quidem: sed tamen vidit Christum gloriæ fulgoribus radiantem, & clariùs Sole fulgentem. Latro nec Christi doctrinæ auditor extitit, nec vt Magdalena exemplo socij excitatus fuit, quin potiùs ille ad improperandum Christo eum allicerbat; nec vt Paulus Christum splendoribus coruscantem vidit, sed potiùs veluti leprosum, despectum, humiliatum, inglorium, quemadmodum Isaias ait.

Mirabile certe diuinæ opus omnipotentiæ, hócque præcipuè inter mirabiliora eius opera computandum. Diuino quidem consilio factum arbitror, vt tot illa inaudita passionis tempore prodigia omnium oculis apparerent, vt, nimirum, inde magis Christi potentia, atque maiestas elucesceret, Luc. 7. Matth. 27. *Obscuratus est Sol: terra mota est: petræ scissæ sunt: monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, quæ dormierant, surrexerunt.* At inter hæc omnia nullum, si dici licet, mirabilius Latronis huius conuersione portentum: si enim mirabile est, Solem obscurari; mirabilius multò est tenebrosam, ac cæcam Latronis mentem illuminari. Et si mirabile est inter se se petras collidi, mirabilius est, à Petra Christo hanc petram scindi, ac è saxeo Latronis huius corde ardentes amoris scintillas educi. Et si mirabile est, terram contremiscere; mirabilius sanè est, intrepidum tot ad perpetranda facinora Latronis animum vocem Christi audientem sanctâ, piáque trepidatione commoueri. Quòd si adhuc mirabile est, sepulcra reserari; longè mirabilius est, os Latronis huius, *sepulcrum*, nimirum, *patens*, quod tam malè anteà fœtebat, nunc ad verba salutis proferenda, & tam benè olentia relaxari. Quòd si tandem mirabile fuit, corpora iam defuncta resurgere; mirabilius profectò est, ac multò excellentius mortuam, quatenus diuina carebat gratia, Latronis animam ad vitam spiritualem reuocari.

Iob 38. Dicatur ergo: *Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti?* vt, scilicet, diuinæ gratiæ infinitam in hoc Latrone bonitatem, omnipotentiam, misericordiam perpenderes?

¶ Sed, quemadmodum in hoc Latrone diuinam misericordiæ omnipotentiam contemplati sumus: sic & in alterius collationis du[illegible] atque perfidia diuinam nunc iustitiam me[illegible]: vt proinde verissimum illud Pauli proloquium intel- Rom. 9. ligamus: *Cuius vult, miseretur, & quem vult indurat.*

Et quid, ac quale, rogo, cor, [illegible] est [illegible] rum, vt quit Origenes, in S[illegible] ipturis di[illegible], cum mens humana, velut cera frigore iniquitatis obstricta, signaculum imaginis diuinæ non recipit. Orig. lib. 1. in Ep. ad Rom. Cui consonat Philo, dicens: Anima, [illegible] more, (vt priscus quidam ait,) [illegible] dura sit, [illegible] nas respuit; nec sibi sinit imprimi. [illegible] autem sit [illegible] quens, aut mediocriter facilis, profunde sigilla recipit. Philo lib. *Quos diuinarum verè hæres.*

Itaque durum cor omnes D[illegible] impressiones, inspirationes, admonitione [illegible] rei[illegible], qui[illegible] cor molle acquiescit. Quare opti[illegible] è dicit Bernardus: Ne mo duri cordis salutem vnquam ade[illegible] est, [illegible] quem fortè miserans Deus abstulit ab eo (iuxta Prophetam) *cor lapideum*; & de[illegible] *cor carneum.* Bern. lib. de consid. c. 2. Ezech. 36.

Pergit verò Bern. cordis du[illegible] iem gr[illegible] phic[illegible] sic describere: Quid, inquit, igitur cor durum? Ipsum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, mi[illegible] non cedit, flagellis duratur: ingratum est ad beneficia, ad consilia infidum, ad iudicia sæuum, inu[illegible] dum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non prouidens.

Ipsum est, cui præteritorum, præter [illegible] s iniurias, nihil omninò non præterit, p[illegible] nihil non perit; futurorum [illegible], nisi [illegible] ad vlciscendum, prospectio, seu [illegible] ut in breui cuncta [illegible] ar, ipsum est, quod *nec Deum timet, nec hominem reueretur.* Luc. 18.

An non tibi suis coloribus depicta cordis nequam Latronis huius durities? Nulla hic compunctione scissus, nulla pietate mollitus; non motus vel Christi, vel alterius precibus, minis damnationis non cessit, flagellis, & ipsa Cruce magis obduruit. *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es?* Cor durum habebat, quòd *Nec Deum timet, nec hominem reueretur.*

Ea planè est cordis humani durities, vt cùm satis explicari nequeat, rigidissimis omnino rebus, & quæ vix arte domari possunt, vtcunque comparetur. Hinc rectè Gregorius: *Ære, ac lapidibus insensibilium hominum corda signantur, qu[illegible] saxe & supernos ictus accipiunt; & tamen nul[illegible] d[illegible] plinæ percussione mollescunt.* Gregor. 7. Mor. c. 9.

Hinc & sacræ paginæ cor durum vocant *lapideum*; homines verò hoc corde præditos [illegible] *dura facie, & indomabili corde.* Vnde Isaias ad populum: *Scio, quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea.* Et de eodem Ieremias *Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti.* Exod. 32. Isa. 48. Ierem. 5.

At, quorsum hæ comparationes, nisi vt designem maiorem cordis humani esse duritiem, quàm lapidis, ferri, & æris? Constat sanè, metalla etiam durissima igne liquefieri, & à fabro edomari. Latro iste an non indomabili corde, quòd nec igne diuini amoris liquescere vidimus, nec ictibus diuinarum comminationum emolliri? Malleus quidem conterit petras: petræ ipsæ nunc scissæ sunt: lapideum latronis huius cor nec malleo diuini verbi contusum, nec vlla ratione discessum.

Persimilia dura, ac obdurata corda ipsi adamanti à Propheta comparantur *Noluerunt* inq[illegible], *attendere, & auerterunt scapulam recedentes & aures suas aggrauauerunt, ne audirent; & co[illegible] suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem* In [illegible] vniuersitate nihil adamante durius: *Adamas,* [illegible] Zach. 7.

idem,

Rupert. ib. idem quod *indomabilis*: de quo tamen, vt Rupertus ait, illud mirandum, quòd cùm tantæ sit duritiei, solo perfusus sanguine hirci statim dissoluitur. Verùm superat adamantem, cordis huius durities, cùm nec sanguine immaculati Agni, qui tam latè profluit, emollescit. O verè durum cor, quod tanta vis amoris non emollit.

Bern. Bacchutius lib. 1. Epigr.

Caucaseæ rupes duræ, sunt robora dura,
Duráque tardipedum cornua torua boum.
Dura silex, vitreúmque gelu, dens durus aratri,
Duráque de Pariis marmora scissa iugis.
Duráque de Siculis restant incudibus æra,
Ignibus ingenium vix domitura suum.
Et lassi quondam Brontes, Steropésque fatentur,
Durius æterno nil adamante dari.
Dura hæc: sed, qui oculis siccis te, Christe, tuetur
Pendentem teneras ad duo ligna manus:
Et tua purpureo rorantia membra cruore,
Dináque vulnifico tempora cincta rubo:
Qui videt hæc lentus, celeri neque carpitur igne,
Nec se Magdaleas eliquat in lacrymas:
Robore, rupibus, & silice hic, cornúque, gelúque,
Ferro, adamante, ære, & marmore durior est.

At, quæ incommoda, ac mala proueniunt iis, qui duro sunt corde? In primis homines duri cordis fiunt impudentes ad peccandum: vnde Ezechiel: Ezech. 3. *Omnis domus Israël attrita fronte est, & duro corde.* Greg. hom. 10. in Ezec. Frontem, inquit Gregorius, cordis in impudentiam atterit culpa frequens; & quò crebriùs committitur, eò de illa committentis animus minùs verecundatur. Atque ideò ad tantam cordis duritiam quandoque peccator peruenit, vt iam in correptione sensibilis non sit: quia, qui vsu peccandi induruit, nullo modo corripientis verbum, id est, manum palpantis sentit, sicut Iudææ crebriùs Ierem. 3. delinquenti dicitur: *Frons meretricis facta est tibi: noluisti erubescere.*

Ad omnes prætereà Dei admonitiones, & increpationes, aures, oculos, & cor ipsum clausum Matth. 13. habent: *Incrassatum est*, inquit Christus, *cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.* Hinc sensim demerguntur in profundum, vt non tantùm contemnant remedia salutis; sed omninò insensibiles fiant, vt mediis etiam periculis Prou. 23. indormiant: *Et eris, sicut dormiens in medio mari; & quasi sopitus gubernator, amisso clauo; & dices: Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me; & ego non sensi.*

Quid verò malorum hanc iliadem consequitur, nisi quòd fiant omninò incorrigibiles? Vnde de Eccl. 7. iis ait Sapiens: *Considera opera Dei, quòd nemo* Sap. 12. *possit corrigere, quem ille despexerit.* Et, *Nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum: & quoniam non poterat mutari cogitatio eorum in perpetuum.*

Malum porrò hoc excipit malorum omnium maximum; finalis, nempe, impœnitentia, & vin- Rom. 2. dicis Dei ira; *Ignoras*, inquit Apostolus, *quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ.* Vt proinde meritò dicat Eccl. 3. Scriptura: *Cor durum habebit malè in nouissimo.* Etenim, sicut Ægyptij, cum suo Pharaone obdurati, dum abeuntes Israëlitas persequuntur, flucti- Exod 15. bus maris rubri inuoluti *descenderunt in profundum, quasi lapis*: ita dura, & obdurata corda, instar molaris lapidis, magno cum impetu ad Inferna descendunt.

Quantopere igitur cauendum, Fratres, ne si vocem Domini audiuimus, obduremus corda nostra, ne cum hoc durissimi cordis Latrone pereamus.

O certè Dei iudicia timenda! ô diuersas hominum sortes! Sedulius: Ille fores Inferni intrauit. Sedul lib. 5. Pasch. oper. (loquitur de malo latrone: & de bono subdit:) Iste supernas irrupit. Ille caligini profundæ submersus, claustra penetrauit gehennæ: iste lumen claræ lucis ingrediens, cælorum regna diripuit.

§ Sed nemo sibi Latronis exemplo de venia blandiatur, dum nimis securiter in peccato perseuerat. Ne fortè dicat aliquis in corde (inquit seriò, & grauiter Emissenus:) Non me vsque adeò Euseb. hom. de Latrone. contristat culpabilis vita: video sub exiguo spatio, video sub momento, Latroni crimina fuisse donata. Immittit Diabolus securitatem, vt inferat perditionem: nec dinumerari possunt, quantos hæc inanis spei vmbra deceperit. Deterreant, quæso, vos ab hac persuasione innumerabiles populi sub tanta securitate nudi, & vacui bonis, & malis pleni ex hac luce prærepti. Quotidie expa- " uescenda exitus nostri, & commigrationis incerta " hora: præueniendus est dies, qui præuenire con- " sueuit. Periculosissima est, in vltimum diem pro- " missa securitas. "

Chrysost. *Ne tardes conuerti ad Dominum: &* Chrys. hom. 22 in 2. Cor. *ne differas de die in diem; nescis enim, quid paritura* 10. in Mor. *sit superuentura dies.* Periculum enim, & metus Eccl 4. est in differendo: salus verò certa, ac secura, si nulla sit dilatio. Ne dicas: Erit tempus, quando conuerti licebit. Verba enim hæc valdè Deum exasperant. Inebriatus es, ventri indulsisti? rapuisti? siste iam gradum: verte te in diuersum. Confitere Deo gratiam, quòd non in mediis peccatis te abstulit: ne quære aliud tibi prorogari tempus, vt mala opereris. Multi, dum malè, ac otiosè viuerent, subitò perierunt, & in manifestam damnationem abierunt. Time, ne idem tibi accidat. Sed nullis, inquit, dedit Deus spatium, vt in vltima senecta confiterentur. Quid igitur, nunquid & tibi dabitur? Fortasse dabit, inquis. Cur, cur dicis, fortasse? Contigit aliquoties? Cogita, quod de anima deliberas: proinde etiam de contrario cogita, & dic: Quid autem, si non det? Quid autem, si det, inquis? Esto, dat quidem ipse: veruntamen hoc illo certius, & vtilius, &c.

Ille, inquit iterum Emissenus, nec salutis tem- Emiss. quo suprà. pora, nec remedia status sui in momenta vltima infelici fraude posuit; nec redemptionis suæ spem in desperationis nouissimum reseruauit. Ergo etiam ex hoc placuit Deo; quia ad consequendum fidem, non fuit extrema illa hora, sed prima.

Pulchrè, & verè; nam statim ac illuminatus, conuersus est. Vnde Ambrosius de eodem Latrone fa- Ambros. in Luc 23. tus: Citò, inquit, ignoscit Dominus: quia citò ille conuertitur.

Væ, qui in finem vitæ pœnitentiam protrahit. Cùm solennissimus sit Psalmorum in fronte titulus ille prænotatus: *In finem*, quærit Chrys. cur Psalmus decimusquartus hoc titulo careat, cùm Psalmi antecedentes, ac subsequentes inscribantur: *In finem?* Et cur iste, inquit Chrys. non Psal 14. Chrys. ibid. complectitur, *In finem?* Quoniam, subdit, docet de iustitia, & reliquis virtutibus; propterea non complectitur, *In finem*; ne cùm iuuentutem peccato hauserat, languidam, & eneruatam senectutem virtuti reseruet.

Egregiè D. Cæsarius Arelatensis ad illud de Magdalenæ

Luc. 9. Cæsar. Arel. hom. 7. Magdaleua: *Vt cognouit, quia Iesus accubuisset in domo Pharisæi*, &c. Nec ipsa, inquit, se reseruauit, vt in fine vitæ suæ pœnitentiam ageret: sed, dum adhuc poterat peccare, sic voluit peccata desetere, vt illam de adulteriis suis non impossibilitas subtraheret, sed voluntas. Hæc, inquam, hæc vera pœnitentia est, quæ fundatur, non in impossibilitate peccandi; sed in voluntate seruiendi Deo.

Hæcque Deo placet, eique pergrata est: vnde Aponius, siue Lucas Abbas ex Aponio, ad illud: Apon. in 5. Cant. *Messui myrrham meam cum aromatibus meis*. Messuit, inquit, myrrham amaram quondam, nunc medicinæ exemplum; per conuersionem truculenti Latronis, cum aromatibus pœnitentiæ Meretricis.

Rich. lib. 1. de erud. inter. hom. Verè quidem Richardus Victorinus: Tarda, & nimis sera prouidentia est, cùm iam imminens periculum vitari non potest.

Iosf. 7. Rup. lib. 1. in Iosf. c. 11. Apud Iosuë Achan ille delictum tandem confessus est. Nun tamē vllam meteri veniam debuit, inquit Rupertus: quia videlicet, confessio nimis tarda fuit. Antea enim turbatus est Israël, quam ille reatum agnosceret: & ante sors veridica, Deo authore, prodidit personam, quàm ipse culpam.

Alcim. lib. 5. de transitu maris rubri. Exod. 14. Eleganter Alcimus ad illud Pharaonis, cùm iā penè marinis fluctibus mergeretur: *Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis.*

O si compunctas humana superbia mentes
Ante obitum mutare, nec expectare suprema
Facta velit, quamò infelix felicior esset!
Pœnitet ambiguè, quem fero pœnitet.

Ierem. 11. Vnde ad Ieremiam Dominus. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem, & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum.* Quid? in tempore afflictionis non exaudiet? Non exaudiet, Theod. ibid. inquit ibidem Theodoretus: quia in ipso pœnarum momento preces offerunt.

Aug. ser. 47. ad Fr. in eremo. Augu∫t. aut quisquis Author est sermonum ad Fratres in eremo: Si quis pœnitens in vltima ætate necessitate ægritudinis voluerit pœnitentiam accipere, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit; fateor vobis, non esse negandum illum salutari, qui benè hinc exit: non tamen hoc plenè dicere præsumo, (supple, quòd hinc benè exeat.) Agens pœnitentiam, & reconciliatus, dum sanus est; & postea benè viuens; securus hinc exit. Agens pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Vnde securus sum, do securitatem: vnde securus non sum, pœnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Quod dico, attendite. Debeo illud plenius exponere, ne quis malè intelligat. Nunquid dico, damnabitur? Nunquid dico, liberabitur? Et quid dicis mihi? Nescio: non promitto, non præsumo, nescio. Vis de dubio liberari? Vis, quod incertum est, euadere? Age pœnitentiam, dum sanus es: si enim agis pœnitentiam, dum sanus es, & inuenit te nouissimus dies, & reconcilieris, securus es. Quare securus es? quia eo tempore pœnitentiam egisti, quo peccare potuisti. Si autem vis agere pœnitentiam, quando peccare nō potes; peccata te dimiserunt, non tu illa. Ergo (concludit ille) dimitte incertum, & tene certum.

Aug. ser. 58. de temp. Sed iam suo stylo August. sermone quinquagesimo octauo de tempore: Nemo nec post centum peccata, nec post mille crimina de misericordia diuina desperet. Sic tamen non desperet, vt sine vlla mora Deum sibi repropitiari festinet, ne fortè, si

A consuetudinem peccandi fecerit, etiamsi velit de Diaboli laqueis liberari, non possit. Dauid enim, qui & Rex, & Propheta diuino munere fieri meruit, post tantam gratiam ira præuentus est, vt non solùm adulterium committeret; sed etiam homicidium perpetraret: nec tamen se ad hæc reseruauit, vt in senectute sua ad pœnitentiæ medicamenta confugeret: sed statim cilicio prostratus, conspersus cinere cum ingenti rugitu, & gemitu pœnitentiam agens impleuit illud, quod ipse in Psalmis dixerat: *Lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.* Et iterum: *Cinerem, sicut panem, manducabam: & potum meum cum fletu miscebam.* Psal. 6. Psal. 101. Et quia pœnitentiam agere mortifera securitate non distulit, citò in se B Dei miserationem ira reuocauit, vt non solùm regnum non amitteret; sed etiam Sancti Spiritus donum recipere mereretur.

Verùm in medium proferes proloquium illud; In quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Fateor, Scripturam hanc nondum inueni; sensum illius admitto, & aio, hominem diuina gratia adiutum, vel in vltimo vitæ discrimine, ac extremo momento posse pœnitere: in negotiorum tamen negotio, animæ, scilicet; periculum prædico: & cum antedictis iam Patribus non id quidem ἀδύνατον, sed valdè difficile, ac ratum esse perpendo: & illud Cypriani metuo: Nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit moriturum. Cypr. tract. de pœn. & d. 7.

C Vides, inquit Athanasius, latrones? sed non ambo in eisdem. Alter regnum hæreditauit, alter in gehennam dimissus est. Athan.

Egregiè planè Nazianzenus de fimbriæ furtiuo illo attactu mulieris hæmorrhoissæ: Ne aliquo (monet) sanguinis de fluuio labores, Christumque iam suffurandæ salutis causa prehendere nequeas. |Neque enim furto sæpius circumueniri Christus amat, tametsi clemens, & mirè facilis sit. Naz. or. in S. Baptism.

Ne temerè fidas Latronis furto. Vnus est, ne desperes: vnus est, ne præsumas.

Noli itaque tarde conuerti ad Dominum, *nec differas de die in diem, quia nescis, qua superuentura pariat dies.* Eccl. 5. Prou. 27.

D O homo, (sic te interpellat Augustinus.) quare differs de die in diem, forte hodie habiturus vltimum diem? Aug. ser. 40. de temp.

Quod ne facias, audi, & post Patres è Scholasticis quamplurimis Scotum hac de re, non tam subtiliter, quàm moraliter sic loquentem in quarto sententiarum, distinctione vigesima, quæstione vnica, Vtrùm pœnitentia in extremis valeat ad salutem. Quæstionem ita resoluit: Si quis in extremis graui valetudine, vel discrimine (vt est submersio, aut aliud quiduis) constitutus verè pœnituerit, & plenè ad Deum, vel dolore interiori (debitis circunstantiis adornato,) vel pœnitentiæ Sacramento se se conuerterit, vtique salutem consequetur. Exemplo autem est bonus Latro, de quo Augustinus: Multùm sera fuit Latronis pœnitentia: sed non fuit sera eius indulgentia. Vnde Ezechiel. *Quacunque hora*, &c. Id autem contingere posse constat ex eo vel maximè, quod resipiscere à peccatis sit donum Dei: *Ignoras, quia benignitas Dei*, &c. Et non sit abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, nec aggrauata auris, vt non exaudiat. Nihilominus pœnitentia, quæ videtur haberi in extremis, (ab eo, videlicet, qui secundùm naturales causas nequit subuenire) Scot. 4. sent. dist. 20. Rom. 2. Isa. 59.

E

vix

vix est vera, & sufficiens ad salutem assequendam.

Quia admodum difficile est tunc verè pœnitere, cùm tunc impediatur liber vsus rationis, & voluntatis ex dolore, vel timore inhærentibus. Vnde Psalmista: *Timor, & tremor venerunt*: ibi *contexerunt me tenebræ*. Et alibi: *Non est in morte, qui memor sit tui*. & Paulus: *Sicut dolor in vtero habentis, & non effugient*. Priusquàm autem aliqua detestatio sit vera, requiritur, quòd liberè eliciatur: imò ad omnem virtutis actum hoc requiritur: sed in extremis difficilè habetur talis libertas: quandoquidem passiones, quæ sunt à tristantibus, secundùm Augustinum, plùs mouent, quàm passiones, quæ sunt à delectantibus. Hinc est, quòd immanissimæ bestiæ retrahuntur à timore, vel dolore, à persecutione delectabilium: sed passiones delectabilium frequenter absorbent vsum rationis, vt ait August. ergo à fortiori passiones prouenientes à tristantibus, quæ licèt tunc liberi arbitrij vsum omninò non auferat, multùm tamen impediunt, adeò vt vix debitè homo resipiscere possit, iuxta illud D. Augustini: Cùm sera venit pœnitentia, tantus aliquando cruciatus ligat mébra, & dolor sensum opprimit, vt vix homo aliquid cognoscere valeat.

Psal. 6.
1. Thess. 5.

Præterea, antequàm detestatio peccati sit sufficiens ad veram pœnitentiam, necesse est, vt sit adorosta circunstantiis debitis, præcipuè circunstantia finis, id est, vt peccator detestetur peccata præcipua propter Deum, quem offendit, & desiderio cælestium. Is autem, qui tota vita malè vixit, & in extremis constitutus pœnitet; videtur potiùs moueri timore damnationis, quàm amore ipsius Dei. Nam, si euadere posset illud discrimen, fortasse non resipisceret, sicut nec anteà curauit. Quare apparet in eo esse quidpiam inuoluntarium, sicut in eo, qui merces in mare proiicit timens naufragium. Deus autem hilarem diligit datorem. Vnde Augustinus: Oportet non solùm timere Iudicem; sed eum diligere: arbitrij enim libertatem quærit, vt possit dolere commissa, non necessitatem; charitatem, non timorem. Non igitur timeat pœnam, qui pœnitet; sed anxietur pro gloria.

Insuper, qui hactenus perseuerauit in peccatis; habet malos habitus, qui eum impediunt à diuinis, & spiritualibus, & attrahunt ad temporalia. Adest vxor, filij, diuitiæ, quorum omnium (etsi absunt) recordatur, & eius animum plurimùm distrahunt.

Adde, quod ait Augustinus: Illi autem, qui, cùm potuerint, noluerunt conuerti, confitentes, cùm iam peccare nequeunt, non sic facilè acquirunt, quod volunt. Et alibi de verè pœnitentibus, quod etiam refertur à Magistro: Si quis positus in extremis, &c. Ex quibus colligitur primò, quod persuadendum est, vt dum sanus est, resipiscat propter periculum, cui se exponit, sicut Christus suasit: *Nisi pœnitentiam habueritis*. &, *Nescitis, quando Dominus veniat, serò, an*, &c. Deinde, quòd in extremis agenti suadendum est, quòd doleat de peccatis liberè, & propter Deum, non habita ratione ægritudinis, aut instantis mortis; & præ omnibus caueat, ne desperet de Dei misericordia, quæ superexaltat iudicium. Consideret latronem euágelicum, quem Cyprianus, & Hieronymus ad Dismasum testantur fuisse Martyrem. Hic quoque ad Furiam ait: Fac de necessitate virtutem. Quod nobis concedat Dominus noster Iesus Christus.

Aug. de ver. & fals. pœn. c. 22.
Tom. 1. hom. 41.
Luc. 13.
Mat. 13.
Iac. 2.
Io serm. de Cœna Dom.

¶ Tu differs conuerti, & seruire Deo, qui præmium sibi seruienti non differt.

A *Ecce merces mea mecum est. Hodie, hodie mecum eris in Paradiso*. Hanc etiam Christi benignitatem ac munificentiam in retribuendo sic expendens Ambrosius: Latro, inquit, adhuc rogabat Dominum, vt meminisset sui, cùm venisset in regnum: & Dominus cùm nondum venisset, (Tunc non venerat in regnum suum, id est, in perfectam corporis, & animæ felicitatem, sed in die Resurrectionis, ait Bell. de sept. Verb. lib. 1. c. 4) ei iam regnum cæleste tribuebat. Quàm velox (subdit) misericordia! tardius votum precantis, quàm remunerantis est præmissum.

Apoc. 22.
Ambros. in Psalm. 37.

Idem alibi pendens illud, *eris*: Futurum, inquit, promittit: sed id, quod futurum est, vnius diei spatio non patitur protelari. Vberior est gratia, B quàm precatio: semper Dominus plùs tribuit, quàm rogatur.

Idem ser. 8. in Psal. 118.

Quàm immensa misericordia, ac liberalitas! & quàm bonum huic bono Domino deseruire! is doloribus oppressus, potuisset vtique Latronem orantem non audire: verùm ardens illius charitas obliuisci acerbissimorum dolorum maluit, quàm miserum hunc peccatorem confitentem non audire. Idem ad maledicta, & exprobrationes omninò obmutuit: sed clamorem pauperis pœnitentis, & confitentis obmutescere non potuit. Ad maledicta charitas obmutuit; quia *patiens est*: ad confessionem non obmutuit; quia *benigna est*.

Sed de illius liberalitate quid dicam? Qui dominis temporalibus deseruiunt, sæpè multùm la- C borant: & modicum, aut nihil est, quod lucrantur. Certè non paucos quotidie vidimus, qui in aulis Principum ætatem conteruerunt, & in senio ipso domum redeunt penè mendici.

Christus Princeps verè liberalis, verè magnificus, nihil ab isto Latrone accepit, nisi pauca bona verba, bonúmque illi obsequendi desiderium. Ac certè qualem mercedem accepit. Ipsa die, primùm dimittuntur ei debita multa: quæ, nimirum, toto vitæ tempore peccando contraxerat: deinde admiscetur Principibus populi sui, Patriarchis, scilicet, & Prophetis, vt de eo Christus dici possit. *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, vt collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi sui. Facile est* enim *in oculis* eius *subitò* D *honestare*, vel *locupletare pauperem*. Tandem assumitur ad consortium mensæ suæ, dignitatis suæ, gloriæ suæ, atque adeò omnium bonorum suorum. *Hodie mecum eris in Paradiso*. Et quod dixit, fecit: neque distulit mercedem eius in diem Iudicij: considerabat enim facinora sua, quemadmodum ait Augustinus; & pro magno habebat, si ei vel in fine parceretur: neque post aliquot Purgatorij annos, aut post aliquot menses, vel dies; sed illa ipsa die *mercedem plenam, mensuram bonam, confertam, coagitatam, supereffluentem* dedit *in sinum* eius. *Hodie, hodie*, inquit, antequam Sol occumbat, mecum transibis de patibulo crucis ad ipsas delicias Paradisi.

Psal. 112.
Eccl. 11. Græc.
Luc. 6.

O, ô verè liberalem ac magnificum Dominum! E Quis huic toto vitæ tempore non seruiat? Et quis mundo seruiat? aut, cuius rei gratia, suos illi labores impendat? Dic, quæso te, (aiebat aulicus ille ad amicum, apud Augustinum,) omnibus istis laboribus nostris, quò ambimus peruenire? Quid quærimus? cuius rei causa militamus? Maiórne esse poterit spes nostra in palatio, quàm vt amici Imperatoris simus? Et ibi quid non fragile, plenúmque periculis? Et per quot pericula peruenitur ad grandius periculum? Et quandiu

D. Aug. lib. 8. Confes. 6

istud

iſtud erit? Amicus autem Dei, ſi voluero eſſe, ecce nunc fio.

Felix, qui cum Lattone, ſtatim ac vocatur, Deo ſe deſeruire diſponit, vt ſtatim Dei ſeruus, & amicus euadat.

Mulier, ecce Filius tuus. Deinde dicit Diſcipulo: Ecce Mater tua. Ioan. 19.

PVNCTVM XXXII

Gen. 3. EN *Heua*, quæ feliciùs per oraculum nomen accepit, vt *eſſet Mater omnium viuentium.*

An non, Filio nunc naturali moriente, communi omnium Matri detur adoptiuos? Pene flagrantiſſima Sobolis Mater moreretur, ſi filios non haberet: *Da mihi liberos*, (diceret illa ſanctius,) *alioquin moriar.* Gen. 30.

Cant. 4. Rich. ibid. *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli.* Duo vbera eius, inquit Richardus, geminæ lac dilectionis fundentia; reis, videlicet, veniam, ac iuſtis gratiam. Hæc ſunt vbera tua, ô beata, (id eſt, pietas,) quibus miſericors lactas, dum miſericordiam eis impetras: lactas miſericors, & ab ipſa miſericordia lactaris, ab ipſa percipis, quod refundis. Adeò (ſubdit ille) pietate replentur vbera tua, vt alicuius miſeriæ notitia tacta, lac fundant miſericordiæ; nec poſſis miſerias ſcire, & non ſubuenire. Et quid mirum, ſi miſericordia affluis, quæ ipſam miſericordiam peperiſti? Carnalia in te Chriſtus vbera ſuxit, vt per te nobis ſpiritualia fluerent: cùm enim miſericordiam lactaſti, ab eadem miſericordiæ vbera accepiſti. In te ergo concreuit lac miſericordiæ, & ex te nobis profluxit.

Cant. 4. Hinc meritò ad te filij tui, ô Mater: *Quàm pulchra ſunt mammæ tuæ! Pulchriora ſunt vbera tua vino.* Do Guillel ibid. apud Mart. del Rio ſer. 1 hîc lactea verba Guillelmi. Non ſimpliciter, ait: *pulchra ſunt*; ſed quaſi cum admiratione, *quàm pulchra ſunt mammæ tuæ!* Pulchræ ſunt mammæ virginum, quia virgineæ: ſed, dum virgineæ ſunt, lactare neſciunt; ideò ſimpliciter pulchræ ſunt; ſed de illis non poteſt dici, *quàm pulchra ſunt!* At Beatæ Mariæ mammæ non tantùm virgineæ fuere; ſed etiam, ob ſingulare miraculum, lacte virgineo tumuerunt: ideò cum admiratione gratulatoria volt dici: *Quàm pulchra ſunt mammæ tuæ!*

Quia, ſcilicet, earũ pulchritudo non eſt miraculoſa, ſed naturalis.

Pſal. 44. Planè *ſpecie, & pulchritudine* ſua ſanctos Angelos oblectabant, cùm ab eis penderet *ſpecioſus forma præ filiis hominum*, Dominus Angelorum.

Zach. 9. Tunc erant eius *vbera pulchriora vino.* Vinum intelligi poteſt illud, *quod germinat virgines*, ipſa virginitas, vtique propter meraciſſimam puritatem: quid enim virginali puritate meracius? Hoc vino Mariæ vbera, priuſquàm Mater eſſet, plena
" erant: ſed, vbi ſalua virginitate Mater facta eſt;
" non plena tantùm vino, ſed etiam pulchriora
" vino facta fuerunt: quia vbera habere virginea
" cum multis illi virginibus commune eſt: ſed ſin-
" gulare illi eſt, & fuit, & erit, virginea vbera lacte
" virgineo poſt partum habere tumentia.

Sed cui, rogo, tumentia habuit? An vnico tantùm, ac naturali? Vtique primogenito ſuo: *Peperit Filium ſuum primogenitum.* Sed ideò fortè primogenitus nominatur, vt poſt eum, & in eo, qui vnicus illi fuit, Spiritus Sancti opere, & natura, & nos pariter adoptiui intelligeremur ex gratia; & ſic ille ſit *primogenitus in multis fratribus.* Luc. 2.

D. Anſ. or. ad B. Virg. O beata fiducia! (exclamat Anſelmus:) ô tutum refugium! Ergo Mater Dei eſt Mater noſtra. Mira res; ô quàm ſublimè contemplor Mariam locatam! Omnis natura à Deo eſt creata: & omnis Dei natura ex Maria eſt nata. Deus omnia creauit, & Maria Deum genuit. Deus, qui omnia fecit, vel creauit, ipſe ſe ex Maria fecit; & ſic omnia, quæ fecerat, refecit. Qui potuit omnia de nihilo facere, noluit ea violata ſine Matre reficere. Deus igitur eſt Pater rerum creatarum; & Maria, Mater rerum creatarum. Deus eſt Pater conſtitutionis omnium; & Maria eſt Mater reſtitutionis omnium.

Hinc illa in Sapientia: *Quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos; quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum; quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens.* Et quò illius hîc maternitatem agnoſcas, Hebræus transfert: *Ego eram prope ipſum nutrix.* quaſi illa ſuo materno calore omnia confoueret. Prou. 8. Hebr.

Et planè verba hæc in Virginem ſtantem iuxta Crucem apprimè quadrant. *Quando*, inquit, *præparabat cælos, aderam*: cùm, ſcilicet, Filius meus ex Cruce iuſtos creabat. *Quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos*: cùm damnatos Inferni carcere concludebat. *Quando appendebat fundamenta terræ*: cùm Petri, Apoſtolorúmque Principis fidem ſolidabat. *Quando librabat fontes aquarum*: cùm pœnitentiam, & lacrymas peccatoribus impetrabat, præſertim, Petro, qui eo tempore fleuit amariùs: *Quando æthera firmabat ſurſum*, id eſt, Angelos in rectitudine obfirmabat; *ego eram prope ipſum nutrix*, quaſi ipſa ſuo lacte omnes & iuſtos, & pœnitentes enutriret.

Et quid mirum? Maria Mater eſt, per quam prædeſtinatos omnes Deus præſciuit, & celſitudinem eorum ſpeculatus, & menſus eſt.

Et nunc fortè conſalutationem illam Andreæ Ieroſolymitani intelligo, qua Venerabundus ille Matrem hanc ita ſalutauit: Salue, Διόπτρα perſpectiua. Certè Dioptra, Virgo fuit, per quam quaſi per radium Aſtrolabij, ſi dicere licet, & Deus ipſe Electorum omnium, & numerum, & magnitudinem, & metiebatur, & Prophetæ ipſi futurarum, ac longè poſitarum rerum prænotiones adipiſcebantur: ad omnia etenim, quæ Prophetæ prænouerant de Chriſto, de redemptione, ac de mundi ſalute, aditum erat reſeratura Maria. *Quando ergo appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. Ego eram prope ipſum nutrix.* Andr. Ierol.

Hinc iterum illa per Sapientem: *Ego ex ore Altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cælis, vt oriretur lumen indeficiens. Ego in altiſſimis habitaui: & thronus meus in columna nubis. Gyrum cæli circuiui ſola*, &c. Tum: *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. In me gratia omnis viæ, & veritatis: in me omnis ſpes vitæ, & virtutis. Tranſite ad me, omnes, qui concupiſcitis me; & à generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & fauum.* Eccl. 24. Hug. ibid.

O Matrem! ô Matrem! Vtinam filij tui ſimus, vt & tua noſtra ſit hæreditas: nam, *ſi filij, & hæredes.* O quanta hinc nobis, locupletiſſimam hæreditatem capeſſendi ſpes accreſcit, quòd filij Mariæ ſumus: Eſt vtique Ieſus *primogenitus in multis fratribus*: nos ergo filij minores ſumus. Porrò inter humanos parentes hoc accidere conſueuit, vt primogenitus filius primogenia, ſeu maioratum percipiat, hæreditatem, ſcilicet, paternam: inter minores autem filios

filios de materna diuiditur; eapropter tenuem plerunque censum feruut: quia dos matris angu-stior esse consueuit.

Prou. 8. Hebr. At nostræ Matris Mariæ amplissima, & augustis-sima dos est. *Mecum sunt diuitiæ, & gloria.* Hebr. *Opulentia, & gloria mecum.* Et quò intelligas, do-tem esse pro filiis, Symmachus transfert: Symmac. *A me sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia.*

Quantùm nunc, rogo, nos, qui minores filij su-mus, exultare, & gestire debemus, quòd dos tāta ad nos pertineat? Primogenitus siquidē Mariæ Filius hæreditate paterna contentus est, imò in eiusdem societatem nos quoque libenter admittit: Rom. 8. *Hære-des quidem Dei, cohæredes autem Christi.* de materna verò dote nihil sibi sumit, quod eam multò pin-guiorem, ac opulentiorem habeat à Patre, inte-gram, & solidam maternam hæreditatem nobis dimittit, vt ex illa cuncti ditari possimus.

At, quis dotis huiusmodi summam assequatur? Cælestis hæc Sponsa, & Mater, inquit pulcherrimè Epiphanius, donorū antenuptialium nomine Spi-ritum Sanctum accepit: dotis verò gratia, cælū, & Paradisum. Quid hac, quæso, dote potest esse diui-tius? quid hac hæreditare opulētius? in qua gratiæ est plenitudo, Spiritus Sāctus, cælum, & Paradisus? Verè illa: *Mecum sunt diuitiæ, & gloria; opes superbæ, & iustitia.* Hebr. Hebr. *Mecum est substantia durabilis.* Symmac. Symm. *Vita antiqua.* Theodor. Theodotius, *substantia antiqua.* C Aquila. Aquila, *substantia cum pace, & iustitia.*

O Matrem diuitem, cuius diuitiis cuncti ditari possimus, si cūcti filij eius effici mereamur. Et quid Apoc. 13. illa magis exoptat? *In vtero habens,* clamat. *Partu-riens,* & cruciatur, *vt pariat.* Quænam hæc mulier? Bernardus ait, sanctissimam hanc esse Matrem. Sed quomodo hæc clamat parturiēs? quomodo crucia-tur? Non hoc sanè de Christi partu accipiendum, quē summo peperit gaudio: quæ ergo clamosa hæc parturitio, & cruciatus? Explicet Apostolus, cui Gal. 4. quid simile contigit. *Filioli mei,* inquit, *quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Hic ergo Mariæ clamor est, hoc intimus piētissimæ desideriū, vt nos peccatores filij eius efficiamur.

Bernardus sermone in *Signum magnum.* Om-nium, inquit, omnium necessitates materno mise-D ratur affectu.

Quidni maternam beneuolentiam erga pecca-tores impendat, quodammodo à peccatoribus Ansel in tr. de excell. Virg. c. 1. habuit, vt Mater Dei esset? Si illa, inquit Anselmus, propter peccatores, scilicet, propter me, meique si-milis facta est Dei Mater, cur non illam erga me parentem futuram sperabo?

Idem c. 12. Et infrà eandem alloquutus: Cur itaque (sub-dit) non iuuabis nos, atque eris Mater nostra, quando propter nos in tantam celsitudinem es eleuata, vt te Dominam habeat, & veneretur om-nis pariter creatura?

Cant. 8. Litera Orig. Rupert. ad illud: Mu-lier, cùm pa-rit, &c. Isa. 66. Planè peccatoribus se Matrem exhibet: quia sub Cruce illos quasi filios acquisiuit. *Sub arbore malo suscitaui te, ibi in doloribus peperit te mater tua.* E Proinde, inquit ad rem Rupertus: quia ibi dolo-res vt parturientis sustinuit in passione Vnigeniti sui, omnium nostrùm salutem Beata Virgo peperit & facta planè omnium nostrùm Mater est.

Albert. De ea secundùm Albertum est illud: *Parturiuit, & peperit Sion filios suos Sion,* inquit Albertus, *Spe-*Hebr. *cula* interpretatur: & Maria Filij sui passionem speculando, nos parturiuit. Dicitur etiam *Sion, fo-*Orig. in 2. Ioan. *mitus doloris*: quia ad Filij patientis dolores nos omnes acquisiuit. Vnde Origenes: Omnis verè Christianus Filius est Mariæ.

Speranza Scripturæ selecta.

A Eapropter fortè non mater, sed mulier à Chri-sto in Cruce est appellata: *Mulier, ecce filius tuus.* Ioan. 19. Mulier enim nomen est Matronæ plures iam nu-merantis filios, vt docuit Alexander. Nam Virgo, statim atque nupsit, puella, vel adolescentula nun-cupatur: quandiu autem vnum tantùm enixa est, puerpera: cùm verò plures edidit, matrona, vel mu-lier. Cùm ergo ibidem communis omnium Mater effecta, & creata sit, ac in Ioanne omnes eiusdem filij initiati, & inaugurati sumus; meritò à Christo *Mulier* nuncupata est.

Huc, opinor, vel à longè regius ille Parēs respe-B xit, vbi enumeratis nationibus: *Ecce alienigenæ, &* Psal. 86. *Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.* subdit, Ambros. iuxta lectionē Ambrosij & Augustini: *Mater Sion,* Aug. ibid. *dicet homo, & homo natus est in ea. Homo,* scilicet, qui in ea factus est homo, *& homo,* totum, nimirum, ge-nus humanū ex ea feliciter natum, ac procreatum. Vel, *Homo, & homo,* Christus iterum, atque iterum; semel quidem in se, iterum in nobis.

Hoc ipsum (inquit deuotissimus Guarricus Guarr. ser. de Natiuit. Abbas) & Maria sapere videtur, quæ *dilectum vo-torum suorum* insinuare cupiens affectibus homi-num, cupit formare iterum vnigenitum suum in omnibus filiis adoptionis. Qui etsi geniti sunt *verbo veritatis*; nihilominùs parturit eos quo-tidie desiderio, & cura pietatis, *donec forme-* Ephes. 4. *tur Christus* in iis; donec occurrant *omnes in vi-rum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis* Filij sui.

Cæterùm, quanta hinc nobis in Matrem fidu-Psal. 130. cia? *Sicut ablactatus est super matre sua: ita re-tributio in anima mea.* Vt enim puer à lacte ma-Hugo Car. ibid. tris de nouo separatus (inquit ibidem Hugo Ca-rensis) incumbit adhuc super matrem suam, quæ-rens adhuc eius lacte refici; non tamen cibatur lacte, sed cibo meliore, ac honorabiliore: *ita sit retributio in anima mea* per te, ô Mater, vt, scilicet, lac ad instar pueri temporariæ consolationis im-plorans, panem æternæ vitæ inueniam. 3. Reg. 2.

Et quid non impetrabit pro filiis *Mater miseri-cordiæ? Pete, Mater: neque enim fas est, vt auertam* D. Anton. 4. p. tit. 15. c. 17. § 4. *faciem tuam.* D. Antoninus: Oratio Virginis non solùm innititur gratiæ Dei; sed etiam iuri naturali, & iustitiæ Euangelij: nanque filius non tantùm te-netur audire Matrem, sed etiam obedire, iuxta illud Apostoli: *Filij, obedite parentibus vestris.* Col. 3.

Quid ergo iure ac titulo Matris non obtinebit? Quinimò quid non poterit? *Monstra, monstra,* ô Mater, *te esse Matrem.* hoc est, iure tuo materno vtere. Mater es.

Fili, vinum non habent. Quid mihi, & tibi est, Ioan. 2. *Mulier?* Nunc, *monstra te esse Matrem.* Mox: *Dicit Mater eius ministris* (expende, *Mater!*) *Quodcun-que dixerit vobis, facite.*

Bernardin. Sen. de Pu-rific. B. Virg. serm. 9. c. tom. 3. Pulchrè ibi Bernardinus Senensis: Nouerat Vir-go Mater, omnem creaturam subiacere defectui, ab inopia expugnari, debitam nō habere lætitiam, E turpissimis subiacere pudoribus, atque ex defectu veri boni confundi, dum in perfunctoriis mundi, quasi in nuptiis delectatur. Quemobrē intercessit ad filium: *Vinum non habent.* Non faciēs ipsum me-morem, qui omnia nouerat; sed interpellans Virgo Mater locuta est, ac si ad eam cura omnium perti-neret, & omnium hominum aduocatam se sentiēs quæ pro omnibus creaturis cunctorum facta fue-rat Virgo Mater, officium aduocationis, & piæ au-xiliatricis assumpsit, cùm videret inopiā; se si opus non esset eam precibus excitare, quæ omnem ocu-lum pietatis suæ in nos direxit, ac præsciens indi-

gentiam nostram, & se cunctorum hominum mæstem pietatis agnosceus, sollicita pro filiis, itte quæsita etiam ad Dei Filium intercessit, dicens: *Vinum non habent*. Si hoc (subdit Bernardinus) non rogata perfecit, quid rogata perficiet? Si hoc viatrix existens, quid cùm regnat in patria?

Ruth 3. D. Bonau. in Speculo B. Virg. c. 8. *Benedicta es à Domino, filia: quia priorem misericordiam posteriore superasti.* Piè hic D. Bonauentura: Ita benedicta filia, priorem misericordiam posteriore superauit. Magna enim erga miseros fuit misericordia Mariæ adhuc exulantis in mundo: sed multò maior erga miseros est misericordia eius iam regnantis in cælo. Maiorem per beneficia innumerabilia nunc ostendit hominibus misericordiam: quia magis nunc videt innumerabilem hominum miseriam. Vnde pro splendore prioris misericordiæ fuit Maria *pulchra, vt Luna*; pro splendore verò posterioris misericordiæ est *electa, vt Sol*. Cant. 6.

Nam, quemadmodum Sol Lunam superat magnitudine splendoris: sic priorem Mariæ misericordiam superat magnitudo posterioris. Quis est, super quem Sol non luceat? Quis est, super quem misericordia Mariæ non resplendeat? Audi, quid de hoc Beatus Bernardus sentiat: Quemadmodum, inquit, Sol super bonos, & malos indifferenter oritur: sic ipsa quoque præterita non discutit merita; sed omnibus se se exorabilem, omnibus clementissimam præbet; omnium denique necessitati, amplissimo quodam miseratur affectu. Bern. ser in Signum magnum.

Gen. 30. 1. Par. 7 Quid mirum? Communis omnium Mater est. De Bala illa ex primo Paralipomenon oritur quæstio, cur filiorum Nephthali dicatur mater, cùm ex Genesi constet, non esse illos, Balæ filios, sed nepotes? Huc appositè Hieronymus: Quidam, inquit, putant, ideò illam matrem hoc loco ab Esdra nominatam: quia post mortē Iacob legatione functa fuerit inter Ioseph, & cæteros Patriarchas, qua peccati sunt eam, ne recordaretur peccati eorū. Si itaque Balæ pietas semel tantùm pro Patriarchis illis intercedentis tanta extitit, vt communis omnium mater diceretur; quàm, rogo, potiori iure sanctissima Virgo omnium Mater dicatur, quæ non semel tantùm, sed semper pro omnibus intercedit? Vnde Germanus Patriarcha hom. de zona Virginis: Quis, inquit, ô Mater, post tuum Filium curam gerit generis humani, sicut tu? Quis ita nos defendit in nostris afflictionibus? Quis in supplicationibus adeò pugnat pro peccatoribus? Et deuotissimus Idiota: Ipsa ipsa super benedicto Filio suo itaro potentissimè reconciliat seruos, & amatores suos. Hiet. de qq. Hebr ad 1. Paralip. Germ. Patr. hom. de zona Virg. Idiot in prolog contemp.

Misera fuit olim Hebræorum conditio, cùm à Iabin, Rege Chanaan, opprimebantur. Ruit illius populi fortitudo, nunquam fortasse erigenda, nisi à Debbora, totius Israëlis gubernatrice, erigeretur, iuxta illud Iudicum 5. *Cessauerunt fortes in Israel, donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israel*. Sed, cur Debbora, quæ Iudex erat, *mater in Israel* appellatur? Quia, scilicet, vectrici palmæ, sub qua Israëlem iudicabat, pacificam oliuam, charitatis indicem præferebat; quia promptior erat ad amandum, vt mater, quàm ad puniendum, vt Iudex. Verè *Debbora*, quod est *apis*: sed tamen vt apum Regina exarmata, atque exonerata aculeo, sed non melle. Iudic. 5. Hebr. Phil. l. 11. c. 17.

O Mariam, veram Debbotam, ac Matrem in Israël, quæ, licèt Regina sit cæli, & terræ, Matrē potiùs se exhibet, quàm Reginam: tam, si Regina est, non armatur aculeo; sed mellis dulcedine tota re-

A pletur. Bern. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile: tota suauis est omnibus offerens lac, & lanam, (dic ad rem, omnibus offerens lac, & mel) Reuolue (addit Bernardus) diligentiùs euangelicæ historiæ seriem vniuersam; & si quid fortè increpatorium, si quid durum, denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero suspectam habeas, & accedere verearis. Bernard. in Signum magnum.

Certè in Matre misericordiæ nō nisi inuenitur misericordia. Vnde idem D. Bernardus exclamat: Quis misericordiæ tuæ, ô benedicta, longitudinē, & latitudinem, & sublimitatem; & profundum queat inuestigare?

B Maria, inquit Bonauentura, plena est vnctione misericordiæ, plena oleo pietatis. Hæc illa mulier, cui omnia vasa facta sunt oleo plena, & cui per Eliseum dictum est: *Cum plena fuerint, tolles*. Mulier ista est Maria, quæ etiam à Filio suo Mulier appellata est: *Mulier, ecce filius tuus*. Huius mulieris vasa, sunt affectus, & effectus, desideria, & beneficia, quæ omnia oleo misericordiæ plena sunt in Maria. Nec mirum, ô Domina, (ait Bernardus Mariam alloquens,) si tam copioso oleo misericordiæ cordis tui perfusum est Sanctuarium, cùm illud inæstimabile opus misericordiæ, quod prædestinauit Deus ante sæcula in redemptionem nostram, primum sit in te à mundi artifice fabricatum. Bonau. in Spec. c. 7. 3 Reg. 4. Bernard.

C Dicamus ergo, charissimi, dicamus Mariæ: *Date nobis de oleo vestro*. Petamus oleum misericordiæ eius in mundo, ne frustrà petamus in Iudicio. Matth. 25.

O quàm largiter manat oleum misericordiæ, Maria. *Oleum* illud *fletis*: oleum misericordiæ Mariæ stare nescit. Bernard. Denique omnia omnibus facta est, sapientibus, & insipientibus copiosissima charitate debitricem se fecit: omnibus misericordiæ sinum aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi, captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiam; denique tota Trinitas gloriam, Filij persona carnis humanæ substantiam. Bernard in Signum magnum.

D O Matrem, ô Matrem, (centies, ac millies exclamabo,) ô Matrem misericordiæ! Maria, Mater mea, (inquit Dominus ad Brigittam,) propter compassionem, & charitatem facta est Mater omnium in cælis, & in terris. B Virg. lib. 8. c. 1.

Eadem B. Virgo ad Brigittam: Ego sum quasi Mater, quæ habet duos filios; sed hi non possunt tangere vbera Matris: quia nimis frigidi sunt, & in domo frigida commorantes, tamen ipsos mater in tantum diligit, quòd si possibile esset, libenter secaret vbera sua ad vtilitatem filiorum. Ego verè sum misericordiæ Mater: quia omnium miserorum veniam petentium misereor. Ego habeo quasi duos filios: primus est contritio illorum, qui delinquunt contra Filium meum: secundus est voluntas emendandi de commissis: sed E isti duo filij sunt nimis frigidi; quia nullum habent calorem charitatis, nullum desiderium delectationis diuinæ, & domus animæ eorum sic frigida est à flamma diuinæ consolationis, quòd non possunt recipere vbera mea. Ego autem quia misericors sum, Iui ad Filium meum, & dixi: Fili mi, laus tibi sit, & honor pro omni dilectione, quam fecisti mecum. Ego habeo duos filios: miserere eis; quia propter frigiditatem non possunt capere vbera Matris. Lib. 6. c. 10.

Tunc

Tunc respondit mihi Filius meus: Mater dilecta, A propter te mittam scintillam in domum, vnde copiosus ignis accendi poterit. Reficiatur ergo scintilla, & nutriatur, & calefac filios tuos, vt recipere valeant vbera tua. Deinde Mater loquebatur ad Sponsam dicens: Ille talis, pro quo tu oras, specialem deuotionem ad me habuit: & licet infinitis se immiscuit miseriis; tamen semper confidebat de auxilio meo, & ad me quendam calorem habuit: sed ad Filium meum nullam habuit charitatē, nec ab eo timorem diuinum; & ideo iste, si tunc de mundo vocatus fuisset inter opera sua mala, sine fine cruciaretur: sed, quia ego misericordia plena sum, ideò non sui oblita eius; sed adhuc in eo propter me aliqua spes boni est, si ipse personaliter se inuare voluerit.

Lib. 4. c. 138. Eadem sanctissima Virgo ad eandem: Ego sum Mater omnium peccatorum se volentiū emendare, & habentium voluntatem in Deum ampliùs non peccare: & sum voluntaria, ipsum peccatorem in meam defensionē accipere: sicut charitatiua mater, dum videret filium nudum ab inimicis acutos gladios habentibus sibi occurrentem; nónne tunc ipsa opponeret se periculis viriliter, vt filium suum de manibus inimicorum suorum liberaret, & eriperet, & in sinu suo gaudenter conseruaret? Ita facio, & faciam ego omnibus peccatoribus, misericordiam meam à filio meo petentibus, sub vera contritione, & diuina dilectione.

Lib. 2. c. 23. Sed iterum suauissimè hic Mater sanctissima illam est allocuta: Multi mirātur, cur tecum loquor; certè ideò, vt humilitas mea ostendatur. Sicut enim cor de membro corporis infirmo non gaudet, antequàm iterum receperit sanitatem, & recepta sanitate plùs lætatur: sic ego, quantumcunque homo peccat, si ex toto corde, & vera emendatione ad me reuersus fuerit, statim parata sum recipere reuertentem, nec attendo, quantùm peccauerit; sed cum quali intentione, & voluntate redit. Ego vocor ab omnibus Mater misericordiæ: verè, filiæ, misericordia Filij mei fecit me misericordem, & misericordia eius visa compatientem: ideò miser erit, qui ad misericordiam, cùm possit, non accedit.

Bern. ser. de Nat. B. Mar. Et cur ad pientissimam hanc Matrem non accedat? Ad Patrem, inquit Bernardus, verebaris accedere: solo auditu territus ad folia fugiebas: Iesum tibi dedit Mediatorem. Quid non ad talem Patrem Filius talis obtineat? Exaudietur vtique pro reuerentia sua: Pater enim diligit Filium. An verò trepidas & ad ipsum? Fratres tuus est, caro tua, tentatus per omnia absque peccato, vt misericors fieret. Hunc tibi fratrem Maria dedit: sed forsitan & in ipso maiestatem vereare diuinam, quòd, licèt factus sit homo, mansit tamen Deus.

Aduocatum habere vis & ad ipsum? Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria, non modò pura ab omni contaminatione; sed & pura singularitate naturæ. Nec dubius dixerim, exaudietur & ipsa pro reuerentia sua. Exaudiet vtique Matrem Filius, & exaudiet Filium Pater. Filioli, hæc peccatorum scala: hæc mea maxima fiducia est: hæc tota ratio spei meæ. Quid enim? Potéstne Filius aut repellere, aut sustinere repulsam? Non audire, aut non audiri Filius potest? Neutrum planè: *Inuenisti* (ait Angelus) *gratiam apud Deum*. Feliciter semper hæc inuenit gratiam, & sola est gratia, qua egemus. Prudens Virgo non sapientiam, sicut Salomon; non diuitias, non honores, non poten-

Luc. 1.

tiam; sed gratiam requirebat. Nimirum, sola est gratia, qua saluamur. Quid nos alia concupiscimus, Fratres? Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus: quia, quod quærit, inuenit, & frustrari non potest. Quæramus gratiam apud Deum: nam apud homines gratia fallax. Quærant alij meritum; nos inuenire gratiam studeamus.

Studeamus, inquam, per Matrem diuinæ gratiæ, gratiam inuenire. Quis eam non inueniet, mediante Matre? Habet enim homo Mediatorem ante Patrem, ipsum Filium: (verba sunt Arnoldi Carnotensis, aut etiam Bernardi:) & ante Filium, Matrem. Christus Patri ostendit latus, & vulnera: Maria Christo pectus, & vbera. Nec potest omninò esse repulsa, vbi concurrunt, & orant omni lingua disertiùs hæc clementiæ monumenta. Arnold de Virg.

B Maria, Mater nostra amantissima, Mater est etiā ipsius Iudicis, apud quem causæ nostræ actitantur: " Mater imperiosissima, vt verba vsurpem D. Bona- " uenturæ in Speculo. "

O beata ergo fiducia! (iterum do Anselmum Matris huius lac prope habentem, & eructantem:) ô beata fiducia! ô tutum refugium! Mater Dei est Mater nostra! Mater eius, in quo solo speramus, & quem solum timemus, est Mater nostra. Mater, inquam, eius, qui solus saluat, solus damnat, est Mater nostra. Sed, ô benedicta, & exaltata non tibi soli, sed & nobis, quid est? Quàm magnum, quàm admirabile est, quòd video per te euenire nobis? quod videns gaudeo, quod gaudeo, dicere nō audeo. Si enim tu, Domina, es Mater eius, nónne & alij filij tui sunt fratres eius? Sed qui fratres, & cuius eius, loquar, vnde iucundatur cor meum? Sed, quod credo amando, cur non confiteor laudando? Dicam igitur non superbiendo; sed gratias agendo. Qui enim fecit, vt ipse per maternam generationem esset naturæ nostræ; & nos per vitæ restitutionē essemus filij Matris suæ: ipse nos inuitat, vt confiteamur, nos esse fratres eius. Ergo audeat noster est frater noster. Saluator mundi est frater noster: denique Deus noster est factus per Mariam frater noster. Qua igitur certitudine debemus sperare, qua desolatione possumus timere, quorum siue salus, siue damnatio, de boni Fratris, & piæ Matris pendet arbitrio? Quo etiam affectu hunc Fratrem, & hāc Matrem amare debemus? Qua securitate ad illos confugiemus? Qua dulcedine confugientes suscipiemur? Bonus igitur Frater nobis dimittat, quo delinquimus: ipse auertat, quod delinquentes meruimus: ipse donet, quod pœnitentes petimus. Bona Mater oret, & exoret pro nobis: ipsa postulet, & impetret, quod expedit nobis. Ipsa roget Filium pro filiis, Vnigenitum pro adoptatis, Dominum pro seruis. Bonus Filius audiat Matrem pro fratribus, pro his, quos adoptauit Dominus; pro his, quos liberauit Filius. Maria, quantùm tibi debemus, Domina, per quam talem Fratrem habemus? Quid gratiarum, quid laudis tibi tribuemus? Magne Domine, tu noster mait Frater: magna Domina, tu nostra melior Mater: decete cor meum, qua reuerentia vos debeat cogitare. Bone tu, & bona tu dulcis tu dulcis tu dicite, & date animæ meæ, quo affectu vos memorādo ex vobis delectetur, delectando iucundetur, iucundando impinguetur. Impinguate, & succendite, cùm vestri dilectione, vestri continuo amore, langueat cor meum, liquefiat anima mea, deficiat caro mea. D. Ansel ing. or. ad Vir.

C

D

E Planè per tam bonam Matrem omnia speret à licet: commune est enim filiorum omnium propitiatorium. Sic Andreas Cretensis. Ipsa est enim thesauraria omnium gratiarum: sic sapientissimus And. Cret. d. dorm. Deip.

Speranza Scriptura selecta. PP 2

Idiot.in prol de contemp. Virg. Prou.8.

ſimus Idiota. Ideò ipſi omnium gratiarum genera impertiuit Deus Pater,vt ex omnibus, in filios omnes effunderet. *A me, à me ſunt diuitiæ,& gloria,opes ſuperbæ,& iuſtitia.* Sic D. Bernardus, Fulgentius,& Damaſcenus,Bernard. Vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi. Fulgentius: Vt omnibus ad ſe confugientibus ſubueniret. Damaſcenus:Vt gratia,quæ in me eſt,quamuis vna ſit;variè tamen, atque congruenter ad vniuſcuiuſque vtilitatem eos,à quibus excipitur,beneficio afficiat.

Bernard.in Sig. magnum. Fulgent ſer. de Laud. Mariæ. Damaſc.or. 2 de Virg. Aſſumpt. D.Th.3.p. q.10.art.1.

Idcircò illa,vt Mater,(ad quam ſpectant,etiam in patria, ait D. Thomas, actiones, & conſilia filiorum,)omnes, & ſingulas noſtras cogitationes, neceſſitates,pericula,& diſcrimina agnoſcit,vt nobis exoret auxilia.

D. Epiph. ſer.de Laud. Virg.

Idcircò ab Ephiphanio, *πολυόφθαλμον*, multocula,ſeu innumeris prædita oculis appellatur,quibus,ſcilicet, filiorum omnium neceſſitates videat, ac prouideat.

Prou.31.

Si prouidæ illius matris *lucerna* nō extinguebatur *in nocte*, quin ipſa mater *de nocte* ſurgebat, vt daret *prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis:* ſolertiſſima hæc Mater non ſemper inuigilet?non erecta ſtet,vt accurrat, vt det eſcam in tempore?

Ad hanc,ad hanc,filij, filiali & nos accurramus fiducia:ad hanc in omni noſtra neceſſitate curramus. Ab aliis,atque aliis Dei Sanctis hæc,vel illa impetrare licet,à Maria Matre omnia.

Matth. 20. Abulen.ib. q 44.

Negaret fortè quicquam tantæ Matri Filius? Erubeſceret,(parcite verbo,) ſi quid illi denegaret. Filij quondam Zebedæi cathedras poſtulare non auſi, matrem ſubmiſerunt, quæ pro illis poſtularet,dicens:*Dic,vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.* Sed, cur per Matrem ſedes petierunt? Rationem reddit Abulenſis:quia faciliùs,inquit, concederet Chriſtus Matri, quàm filiis: quia fortè illa aliquando adiuuerat Dominam noſtram, ſororem ſuam,ad nutriendum Chriſtum.

Si igitur erga nutricis ſuæ adiutricem liberalis eſſe debuit Chriſtus Dominus; quantùm, rogo, liberalitatis erga perpetuam ſuam Nutricem, & germanam Matrē exercebit?Adde, Chriſtum Dominum,ne quid eorum matri denegare videretur, non voluntatis,ſed poteſtatis defectum inſinuaſſe:*Non eſt meum*,inquit,*dare vobis*. Et quare hoc?

Ambr l 5.de fide,c.3.

Adiē Ambroſius:Dominus enim cæli, atque terrarum verecundabatur: &, vt ipſius verbo vtar, confundebatur, Matri pro filiis poſtulanti, etiam ſuæ ſedis conſortium denegare. Quaſi diceret: Cùm matris titulo mater accedis, Chriſtus penè pudore ſuffunditur,& quodammodo erubeſcit denegare.

Quid, quid modò propriæ Matri denegabit, qui denegare quidquam alienæ non audebat?

Theophil. Alex lib de Incar. Verb.

Optimè Theophilus Alexandrinus libro de Incarnatione Verbi: Gaudet, inquit, Filius, orante Matre: quia omnia, quæ nobis precibus ſuæ Genetricis eunctus donat,ipſi Matri ſe donare putat, & acceptæ ab illa ſine parte humanitatis vices reddere. Expende ſingula verba planè aurea.

Bern ſer 1. de aſſumpt.

A quo Bernardus longius non abiuit in ſermone primo Aſſumptionis, vbi, poſtquàm dixit, Virginem omnia nobis bona impetrare, hæc verba ſubiecit: Niſi fortè aut non creditur Filius honorare Matrem. Quid efficacius,vt iam tantæ Matris non potentiam ſolùm, ſed plenipotentiam agnoſcas? Et cur inde non fit, vt, ceu filius, pleniſſimè in eam ſperes,ac in illam confidas?

Supereſt, vt cùm illam exoras, vt monſtret, ſe eſſe Matrem, tu è conuerſo monſtres, te eſſe filium; & noueris, quàm oporteat, filius non eſſe degeneres.

Guarr.abb. ſerm.3 de Annunciat. Gen.25.

Caue, inquit grauiter Guarricus Abbas, ne illam pœniteat, te concepiſſe, ſicut Rebeccam pœnituit, cùm aiebat: *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe erat concipere?* Si de aliquo noſtrûm (ſubiicit idem) ſic conqueri contigerit viſcera Matris noſtræ: Timeo, ne melius fuiſſet, ſi conceptus non eſſet homo ille. ipſe Deus in nobis, ſi qui tales ſunt, emolliat cor lapideum, ne quatiant viſcera Matris: ipſe viſcera Matris conſoletur, ne fatigetur eos qualeſcunque ſunt,portare,donec formetur Chriſtus in eis.

At quinàm ij ſunt, qui quatiunt tantæ viſcera Matris?quinam ſunt filij degeneres? Elati in primis,qui maternam humilitatem non æmulantur. Incontinentes, qui Matris huius intemeratæ caſtitatem dum non ſectantur, de illius ſibi materno patrocinio inaniter blandiuntur.

En vt Virgo Mater Virgini Filio commendatur!Eo vt caſtiſſimus Filius caſtiſſimæ,ac puriſſimæ Matri conſignatur! *Mulier, ecce filius tuus. Ecce, Mater tua.*

Humiles maternam ſpeciem referunt. Caſti ad viuum matriſſant.

Ioan. Iuniot in ſcala cæli. Et Henriq. in Spec. exempl. diſt 9.exemplo 119.

Horum præcipuè curam gerit. Do exemplum ex Prædicatorum Chronicis deuotiſſimum. Mulier quædam nobilis, ſed pauper, duas habebat filias, quas informauit ad amorem Virginis benedictæ.Paupertate grauata,mundi illecebras pertimeſcens, eas ante eiuſdem Virginis altare adduxit,hæc fata:O Domina, has filias meas virgines mundas tibi offero:& quia non habeo, vnde eas alere poſſim,quicquid iuris in eis habeo,totum tibi do.Tum acceptis puellarū manibus,in ſignum veræ donationis, Beatæ Virginis manibus coniunxit. Et cùm receſſiſſent, in foribus domus ſuæ iuuenem ſplendidum inuenerunt, qui eis obtulit centum libras: ex quibus mater induit filias, & de neceſſariis eis optimè prouidit. inde quidam murmurare cœperunt, quòd de meretricio hoc factum eſſet. Quod mater audiens, filiabus aduocatis:Ite,inquit, ô filiæ, ad Matrem Virginem Mariam,& inſtate apud illam cum fletibus,vt tanquàm mater,infamiæ huic veſtræ ſuccurrat. Quæ ex corde Beatam Virginem rogantes,dum in quodam ſolenni eiuſdem Virginis feſto ad ſermonem in platea ſederent,in populi totius præſentia Angelus deſcendit de cælo, portans duas capſellas de roſis pulcherrimis albis,& in præſentia populi clamando,ſic ait ad eas: Iſtas capſellas mittit vobis Virgo Beata Maria, Mater veſtra, in ſignum virginitatis veſtræ Et illis dimiſſis,diſparuit.

Hoc,hoc, atque perſimile maternum in filias Virginis patrocinium:hæc illius cura materna. Felix,ter,quatérque felix,qui toto illi affectu in filium ſe dedit.

Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Matth.27.

PVNCTVM XXXIII.

Pſal.36.

NOn vidi iuſtum derelictum. Heu! & video, & viuo? *Non derelinquet Sanctos ſuos.* Et Sanctorum relinquit?

En nunc moriens, & iam iam penè expirans Dei Filius extremè derelictus! En Deus Pater, qui Filio dum non parcit, relinquit. En Chriſtus,

Tertull. ad P. 12. Idem de patien. c. 1. Laur. Iust. de triumph. agone, c. 19.

ctis, qui, vt fatur Tertullianus, priuari voluit delectatione Deitatis, vt saginari posset voluptate patientiæ: qui acerbissimis nunc doloribus est derelictus: vt, quemadmodum ait Iustinianus, tota diuinæ fruitionis gloria in eo militaret ad pœnam.

Apoc. 12. Ezech. 1. Apoc. 10. Arnold.

Sic, quia nubes excedit Olympos, perpetuam serenitatem pars summa tenet: inferior nubibus, ventis fatigatur, & pluuia. Sic mulier illa in Apocalypsi caput stellis redimita, præfulget, *& clamat parturiens; & cruciatur, vt pariat.* Sic videre modò est cum Propheta, viri illius *quasi speciem electri à lumbis eius, & desuper: & a lumbis eius vsque deorsum quasi speciem ignis.* Sic Angelum intueri licet, *amictum nube, & Iris in capite eius*, qui & posuit *pedem vnum super terram*: alterum verò *super mare: & clamauit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit.* Sic modò deseritur humilitas (pulchrè vt ait Arnoldus) adest maiestas. In qua etenim parte Christus patitur, derelinquitur: quia naturæ impassibili in nullo congruit iniuriari, vel pati. (Non dimittendo quod semel assumpsit, sed subtrahendo protectionem, & auxilium, quibus mortem effugeret.) Abstinuit se passioni Diuinitas: hoc solius carnis est, in hoc solo se deseri Filius innuit, vt vndique sanæ fidei veritas elucescat. Et planè sic: quia secundùm quod Deus est, omninò non moritur: secundùm quod homo, dispensatoria ratione ad tempus moriturus deseritur.

Magist. lib. 3. dist. 21.

Hugo Vict. lib. 2 de sac. p. 1. c. 10. Bern. Senens. de Pass. Domini, ser. 55. c. 4.

O derelictionem verè dolore plenissimam! Sic enim tunc Pater in mortis doloribus Filium dereliquit, vt, quemadmodum loquitur Bernardinus Senensis, quasi beatæ illius vnionis, ac inuiolabilis communionis videretur oblitus: sic eum dereliquit, vt nulla penitùs gaudij, dulcorísque redundantia fieret ab habitu, & ab actu gloriæ in naturam, quæ patiebatur; quò aliquo modo mitior fieret passionis acerbitas. Et hoc, subdit ille, vt tantùm immensè pateretur, quantùm illa natura passibilis poterat, omni ab ea refrigerio separato.

Qui & erudité differens, quàm heroïca in hac derelictione fuerit Christi patientia, hæc ita subinfert: Et hoc quidem attestatur virtuali perfectioni omnium habituum mentis Christi. Nam, quantò fortiùs patitur virtus, nullo alio experimentato dulcore, nisi ipsiusmet amaræ rectitudinis; tantò est sublimior actus, qui ab ipsa procedit. Ratio est: quia culmen virtutis patientiæ principaliùs, & essentialiùs consistit in virtuali fortitudine, & sui habitus, & illius actus, qui magis specificus est, quàm in aliis sibi annexis: vnde, qui plùs habet de illo, plùs habet simpliciter de culmine veræ patientiæ.

Iob 10. Iac. 5.

Hunc summum patientiæ statum etiam aliquibus singulariter electis quandoque Dominus impertitus est, sicut fecit patientissimo Iob, in quo, vt pleniùs probaretur robur virtutis eius, videtur Deus cessasse à talibus immissionibus spiritualium consolationum, atque dulcorum, (vnde & dicebat: *Tædet animam meam vitæ meæ.*) propterea non immeritò Iacobi 5. proponitur Iob vnà cum Christi morte, in ipsius patientiæ singulare exemplum: *Sufferentiam Iob audistis: & finem Domini vidistis.*

2. Cor. 1. Philip. 4.

Idem videtur accidisse in Paolo, dum ait: *Supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere.* Et hæc est penuria, de qua idem ad Philippenses ait: *Scio abundare, &*

A *penuriam pati.* Hoc etiam statu B. Virgo ad literam, & mysticè probata est: quod quidem manifestè ostendit, cùm in reinuentione filij ait: *Ego, & pater tuus dolentes quærebamus te.* Luc. 2.

O derelictionem (iterum exclamare cogor) dolore plenissimam! Similem porrò & anima illa experta est: *Quæsiui*, inquiens, *& non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi.* Aut, iuxta Paraphrasim: *Et anima mea desiderauit vocem verborum eius. Quæsiui maiestatem gloriæ eius, & non inueni: oraui coram eo, & ipse obumbrauit cælos nubibus, & non suscepit orationem meam.* Cant. 5. Chald.

Hanc eandem & Iob: *Clamo ad te, & non* B *exaudis: sto, & non respicis: mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.* Hoc illud eiusdem Iobi omnium consolationum *suspendium*, quo, velut in crucem actus, nec cælum sibi attingere videbatur, nec terram tangit. Iob 30.

Persimilis subtractionis effectus ij plerunque in aliquibus apud Bernardum: Exaruit, (inquit in eorum persona) cor meum: coagulatum est, sicut lac: factum est sicut terra sine aqua: nec compungi ad lacrymas queo; tanta est duritia cordis: non sapit Psalmus, non legere libet, non orare delectat, meditationes solitas non inuenio. Ber. ser. 54. in Cant.

Ipsi dicunt: *Aruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscissi sumus. Dabíque cælum desuper, sicut ferrum; & terram æneam. Non proferet terra* C *germen, nec arbores poma præbebunt. Sit cælum, quod supra te est, æneum; & terra, quam calcas, ferrea.* Ezech. 37. Leu. 26. Deut. 28.

O desolationem! ô tenebras! Verè de his Psaltes: *Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.* Vbi Gregor. Tenebras Dominus ponit, cùm lumen intelligentiæ subtrahit. Heu, quot tentationum tunc bestiæ pertranseunt! Heu, quot ex antris tædia, desperationúmque spiritus prosiliunt! Heu quot passionum leunculi rugiunt! Psal. 103. Gregor. 17. Mor. 17.

Sed bono animo iam estote: *Vt rapiant*, subdit, *& quærant à Deo escam sibi.* Quia, nimirum, capere animas nequeunt, (addit Gregorius,) nisi iusto iudicio præualere diuinitùs per- D mittuntur. Vbi & aptè subiungitur: *Ortus est Sol, congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.* quia, scilicet, apparente consolationis serenitate, terra bestiarum phantasmata omnia iam disparent.

Patienter ergo sustinenda desolatio: quia non permanet: *Post tenebras*, dicebat Iob, *spero lucem. Pertransibunt* (quod expendit Gregor.) *omnes bestiæ syluæ*: non morabuntur, nisi eas, abiecto animo, immorari volueris. *Dominus dedit, Dominus abstulit* consolationes. Adde, Dominus reddet, cùm voluerit, cùm nobis expediens fuerit: quod cum Iobo fecit, reddens ei duplicia; & cum Propheta, qui & dicebat: *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Iob 17. Psal. 103. Iob 1. Psal. 93.

E Orandus quidem Deus, tempore desolationis, ac siccitatis: *Deus Deus meus, quare dereliquisti me?* En, Deus, *anima mea, sicut terra sine aqua tibi.* Perseuerandum in oratione: quia *potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*, & educere *mel de petra, oleúmque de saxo durissimo.* Ipse est *formans lucem, & creans tenebras.* Psal. 21. Luc. 3. Isa. 45.

An memoriâ excidit, quòd si *posuit Deus flumina* consolationum *in desertum, & exitus aquarum in sitim; terram fructiferam in salsuginem, a malitia* Psal. 106.

A *inhabitantium in ea: posuit* mox *desertum in stagna aquarum; & terram sine aqua in exitus aquarum.*

3 Reg 18. Iac. 5. An, quòd non nisi in septima vice nubecula parua facta est in pluuiam grandem? An, quòd primò orante Elia, cælum æneum erat; quia & æneum volebat: & rursum orante, æs illud durissimum solutum est, *& cælum dedit pluuiam?*

Iudith 8. *Et qui estis vos, qui tentatis Dominum, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium?* Non *est iste sermo, qui misericordiam prouocet; sed potiùs, qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei.* Hi planè sunt, qui nisi mox consolationis adiutorium venerit, desperationi portas recludunt.

B Hi sunt, qui, moram faciente Domino, patientiam nullam tenent, omnia gratiarum bona prodigaliter dissipant, terrenas, carnalésque consolationes fluxè perquirunt; iis persimiles, qui desperantes tradiderunt se impudicitiæ, &c.

D. Bonau. de processu P.e lig. proc. 4. c. 4. Heu miseri! De his ita Seraphicus Bonauentura: Trahit paulatim ista tentatio ad terrenas consolatiunculas, & sæculares leuitates, vt qui non habent in spiritualibus consulationem, saltem in carnalibus quærant, & in sæcularibus, vt

Num. 11. magis consulant fastidio, quo vexantur. Sic & illi, qui manna nauseant, carnes concupiscunt, & pepones, & porros, id est, terrena, & carnalia gaudia, & sollicitudines externorum negotiorum, quæ

C sua acedine, quasi porri fastidientem gustum irritando delectant; sed posteà conscientiam amaricatam ad fletum compellunt, aut nimiam tristitiam trahunt.

Psal. 106. Solùm his restat, vt instanter clament ad Dominum, vt de necessitatibus suis liberentur, *& sacrificent sacrificium laudis, & annuncient opera eius in exultatione.* id est, recolant beneficia Dei, vt ex illis ad laudem eius in exultatione spiritus prouocentur.

Idem c. 5. Quòd si statim non successerit, sequitur tentatio impatientiæ contra Deum: Quare tam durus, & immisericors sit tribulato? quare tam parcus in dando gratiam egeno, & tam auarè petenti, & tam importunè pulsanti? *Vsquequò, Domine, clamabo, & non exaudies? Exurge: quare*

Habac. 1. Exod. 17.

D *obdormis, Domine? Estne Deus in nobis, an non*

Isa. 63. *Multitudo misericordiarum tuarum, & miserationum super me continuerunt se.* Hæc omnia tentationis huius anxietatem exprimunt, quæ non valet meliùs superari, nisi patienter tolerando, & humiliter expectando, donec nobis benignitatis suæ vultum dignetur ostendere, & manum largitatis aperire, vt cælum, quod super nos quasi æneum sentitur, stillas gratiæ nobis influat, & terra cordis nostri quasi ferrea emollita pluuiis benignitatis Domini, det fructum suum, id est, affectus pios, & desiderium deuotionis.

Idem c. 6. Post hæc Seraphicus eruditè ad praxim spiritus: Illa autem, subdit, tentatio magis periculosa est, quæ minùs molesta sentitur, quando hæc

E longu tempore, & vsu subtractionis gratiæ, & deuotionis, post multa anxia desideria, & laboris pro recuperanda gratia, homo quasi lassus remittit animum suum ab intentione quærendi; & sub colore patientiæ desinit oculos attollere ad opes, quas se habere posse non videt; & cum indignanti humilitate cogitat, se fortè indignum tali gratia; & quòd forsan de ipso illud ordinauit Deus, vt ad exteriora conuersus multis prosit. Et

A ideò ab interioribus sic repulsus, vult etiam sub discretionis velamine deinceps parcere sibi, ne corpus rursus debilitetur, vel caput irrecuperabiliter destruatur. Et incipit remissus esse in studio orationis, & ad confabulationes promptior, ad euagandum pronior, siue paratior, ad corporis commoda studiosior, ad inanes locos promptior, ad exteriores occupationes sub specie redimendi tempus vtiliter voluntarius, & intentus. Et ita paulatim subtrahitur ei feruor, & desiderium proficiendi refrigescit, & studium languescit, & subintrant affectiones religiosarum fœminarum vsque ad visitationes illarum: & omnibus aliis extinctis, solùm remanet ei id solatium debile, quia ad hæc scit loqui de spiritualibus,

B per quod vel seipsum præfert multis inexpertis talium experientiarum spiritualium, vel acquirit sibi nomen apud religiosas fœminas, quæ existimant eum loqui ex cordis abundantia, & esse bonum instructorem vitæ spiritualis, & deuotionis internæ. In huius tentationis tempestate plurimi fluctuant, & pauci enauigant, quos nec amor afficit, nec desiderium trahit, nec timor stimulat, nec feruor proficiendo vrget, remissi in omnibus: & si qua bona videntur facere, ex vsu quodam, vel pudore faciunt humano, vel ex timore, ne deterius eis contingat.

Huc aliquando deueniunt, Deo permittente, qui tædio spiritus, ac deuotionis subtractione laborăt,

C qui patienter non sustinent; qui fortiter desolationi non contradicunt. Tentat nos tunc temporis Deus, an eum omni tempore diligamus. Prou. 17.

Qui, deficiente consolatione, deficiunt; sunt velut semen illud, quod *cecidit supra petram, & natum aruit: quia non habebat humorem.* Matth. 13.

Hi nullatenus firmi sunt in via Domini; sed, velut mare, ad Lunæ motum, hoc est, ad fluxum, refluxúmque consolationum modò crescunt, modò verò decrescunt.

Subtractionis ergo tempore cauendum, ne pia, consuetáque orationum exercitia omittantur: licèt in eis gustum non sentiamus; ea tamen relinquere non debemus. Quis cibum omninò respuet, eò quòd gustum non sentiat? Spiritu affluente, quisquis orat; in ariditate, ac siccitate, perpauci.

D In Heroum Dauid numero, & catalogo Banaias ille, eò præsertim fortissimus celebratur, quòd percusserit *leonem in media cisterna, in diebus niuis.* Cùm manus rigebat frigore, leonem hic interficit! O illum fortissimum, qui nec gelu subtractæ deuotionis præpeditur, quin rugientes vincat tentationes. 2. Reg 23.

In diebus niuis dextera vti, maximum planè fortitudinis argumentum. Tale & illius, qui sinistra, non secùs, ac dextera vtebatur. Vnde benè Theodoretus apud Cassianum nos admonet, vt & nos simus ambidexteri, id est, vt prosperis, & aduersis spiritualibus successibus ad anteriora semper progrediamur, vt siue ferventes spiri- Cass l. 6. Coll. c. 10.

E tu, & à terrennis sublimati, ac spiritualibus meditationibus pasti; siue cùm omni spiritali feruore subtracto, quodam tempore, atque mœrore tepescimus; cùm intolerabili quodam, tetróque fastidio vniuersa sordent instrumenta virtutum, vtraque quasi manu ad victoriam vtamur. Vnde subdit: Quisquis igitur in illis, quæ dexteræ partis esse prædiximus, minimè fuerit, subintrante gloria vanitatis, elatus; & in istis, quæ sinistræ partis sunt, viriliter dimicans, nulla despe-

ratione

ratione conciderit, ac potiùs de contrariis arma, A quædam patientiæ ad exercitium virtutis, assumpserit; vtraque manu vtetur pro dextera, & in vtroque actu triumphator effectus, tam de sinistro statu, quàm de dextero palmam victoriæ consequetur.

Idem c. 10. Plura verò sunt vel huius subtractionis bona, quæ non ad tolerantiam solùm; sed etiam ad profectum faciunt. Tria discimus in subtractione consolationis internæ (inquit benè D. Bonauentura) scilicet, de minimis beneficiis gratias agere; & minimas quaslibet culpas, & negligentias timere, vel cauere; & aduersa quæque discimus patienter tolerare. De opulenta mensa multæ micæ, imò quandoque aliqua decidunt frusta: sic homo abundans diuersis consolationum donis, plurima beneficia B Dei sine debita gratiarum actione præterit; plurimas gratias sponte oblatas, negligit opere exercere; plurima parua reputat, quæ magna sunt; plurima nec agnoscit. Sed his omnibus subtractis, sicut Thren. 3. *vir videns paupertatem suam*, recolit, quantùm priùs habuit, quæ potuit habere, quæ iam non habet; & sicut mendicus famelicus modicam buccellam gratam accipit, & studiosè colligit fragmenta: qui priùs delicata fercula paruifecit. Ioan. 6. *Colligite fragmenta, ne pereant*. Beneficia Dei nobilia, & pretiosa ex nobilitate dantis, ex affectu liberalitatis, & charitatis, qui etiamsi paruissima daret, grata esse deberent.

Item etiam ex pretiositate, & nobilitate doni. Nam, quid nobilius spiritu Dei, quem vobis dat? C Quid vtilius, ex quo transformamur in Deum, & deificamur, & hæredes regni eius efficimur? Ideò 2. Petr. 1. dicit Petrus: Maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamur diuinæ consortes naturæ. Item ex vtilitate eius, cui dantur. Quid enim Deo cum luto? Lutum sumus viles, vitiosi, peccatores, ingrati, inopes omnis boni, miseri, & mortis rei, & Deus memor nostri esse dignatur. Si Rex dignatur pauperis tantam habere memoriam, etsi modica det ei, hoc ipsum pauperi videri magnum debet: vnde Psal. Psal. 8. *Quia est homo, quod memor es eius?* &c. Minimas etiam culpas cauere docemur: quia timendum nobis est, ne fortè ex culpa, & magna ingratitudine nostra, gratia sit nobis subtracta.

D. Bonau. de process. Relig. proc. 7. cap. 21. Sed, cur Deus subtrahat consolationis gratiam, D optimè in processu septimo, vbi quinque rationes assignat. Prima est, inquit, humiliationis: quia magis humiliatur homo, cùm non habet tunc deuotionem, quàm alio tempore; & magis confunditur in se ipso: sicut sæculares plùs confunduntur, si in Paschate non communicant, cùm solitum est communicare cæteros, quàm toto reliquo tēpore.

Secunda, purgatio peccati: quia fortè per alia exercitia minùs purgatus est, vel aliqua habet delicta, quæ non recolit: & vt digniùs accedat ad Eucharistiam, & ampliùs purgetur à peccatis, in hoc punitur, in quo magis dolet, & quò dolor grauior, eò purgatio efficacior; & maximè, quia fortè aliò tempore minùs studiosè quæsiuit deuotionis gra- E tiam, vel oblatam negligentiùs recepit, nec dignas pro ea gratias retulit, punitur modò; in quo peccauit, vt tunc illa careat, cùm desiderat, quam antè neglexit, cùm habere poterat, & cautior de cætero in hac parte fiat.

Tertia, vt ex hoc eruditior in gratia fiat, quod à Deo fit, non ab homine, cùm non potest homo pro voluntate sui arbitrij habere: sed Deus, qui dat ex se, quando vult, infundit; & quando vult, subtrahit, prout sibi placet, & prout accipienti iudicat conuenire. Item qui ex gratia sua dat, non pro meritis hominis: quia, si daret, semper, cùm quæritur, & non daret, nisi quæreretur, putaretur iam tantùm dare secundùm merita requirentium, & non secundùm gratiæ liberalitatem. Ideò quandoque studiosè quærentibus negat ex iustitia, & non quærentibus quandoque ex gratia.

Quarta ratio deuotionis subtractæ, cùm quandocunque studiosiùs quæritur, quia aliquando ex imperio, cordis conatu, libertas mentis obruitur, dum quasi per violentam extorsionem accelerat affectum deuotionis exprimere, &, si non iuxta desiderium cordis statim potest elicere gratiam quæsitam, contristatur; & ampliùs ex hoc induratur; & quò impetuosiùs cupit se ad deuotionem cogere, minùs proficit, & ampliùs arescit. Sicut, qui botros in torculari, vel oliuas in prælo subitò, & vehementer comprimit, liquor magis turbidus, & insipidè fluit, quàm si paulatim, & moderatiùs compressisset. Quò enim liberior, eò pinguior est deuotionis affectus. Ideò alio tempore sæpè est homo deuotior: quia tunc spiritus suæ libertati relictus, se sponte eleuat in sublime. Violenta nanque acceleratio præfocat spiritum in corpore: morosa autem respiratio cordis refrigeratio est.

Quinta ratio potest esse meritum maioris gratiæ, & gloriæ, dum desiderium non adimpletum affligendo purgat animam, & patientia desolationis, & humilis sufferentia mœroris, quasi lima reddit animam clariorem, & magis susceptibilem splendoris, scilicet, diuini, & amplioris gratiæ, gloriæque capacem: vultus enim Dei, & fulgor claritatis Dei non omnibus æqualiter semper fulget: sed quantò purior est anima, & à vitio liberior, magis capax lucis est, & illuminationis desuper effluentis: sicut vitrum clarum, vel metallum benè limatum, & politum radios luminis ampliùs recipit, & splendidius efficitur: quia igitur afflictio, lima est animæ, quæ rubiginem vitiorum abradit, vt deterso peccato, quod sua obscuritate radios diuini luminis, & fulgoris, velut obex animæ, excluserat, lucem gratiæ recuperet. Purgat Deus aliquando corda deuotorum per subtractionem illius consolationis, cuius carentia maxima est eis afflictio, vt sic purgati, aptiores fiant abundantioris gratiæ percipiendæ in præsenti, & gloriæ in futuro, etiamsi hanc afflictionem specialis culpæ meritò non contraxit.

Sed Gerson, Cancellarius Parisiensis, eruditissimus vitæ spiritualis Magister, in Tractatu de mystica Theologia, copiosiùs, quanuis breuissimè, decem, & septem ponit huius subtractionis causas. Gerson de myst. Theol. pract. consid. vel industria 6. Prima est ex eodem Bonauentura, & D. Bernardo, quem citat, humiliationis, id est, ad superbiam retundendam, vel cauendam. Secunda, ad desiderium vehementiùs inflammandum. Tertia, ad cognitionem propriæ fragilitatis, vt homo sibi vilescat. Quarta, vt induat viscera pietatis super aliorum desolatione. Quinta, ad satisfactionem per dolorem illum sensibilem, quem patitur. Sexta, vt qui possunt alios iuuare, non ita se dedant internis consolationibus, vt à charitatis negotiis, & aliis iuuandis retrahantur. Septima, vt experientia per hanc tentationem edoctus virtutes cæteras, & meliùs discat; & efficaciter doceat. Octaua, ne deserat homo pro hac dulcedine, Dei iussa. Nona, ad punitionem venialium, tanquàm si pater tristiorem filio faciem ostendat, vt in omni custodia, & modestia reddatur diligentior. Decima, vt intelligat Rom. 9. homo

homo non haberi hoc per propriā industriā, neque volentis, aut currentis esse, sed miserentis Dei. Vndecima, ad purgatoriam maris spiritualis, quod ex nimia quiete sordes contrahere solet, quas exagitatio, commotióque depellit. Duodecima, vt innotescat, si gratis anima timeat Deum; si parata est absque stipendio consolationum, & suauitatum suo Imperatori deseruire. Decimatertia, ne incipat dona Dei pro ipso diligere, iis adhærens, iísque se oblectans; cùm tamen Pater indulgentissimus hæc dispensatoriè subtrahat, vt pomum, aut cibum, parans interim hæreditatem, & regnum. Decimaquarta, interdum ad conseruationem corporis, & virium, ne in lacrymis, gemitibus, & dulcedine sensibili tabescat, & deficiat. Decimaquinta, vt prouocet Deus, sicut aquila, pullos ad volādum; vt mater filium ad horam relinquit, quò instantius ille clamet, accuratiùs quærat, árctiùs stringat, & illa vicissim blāditur suauiùs. Decimasexta, ad exercendam patientiā: quia sic affici non est sine magna tribulatione, & anxietate. Decimaseptima, postrema, vt vel hinc coniiciat anima, quantæ futuræ esset amaritudinis perpetua separatio, si tantilla subtractio sic afficit. Cæterùm, in hac subtractione, qua Dominus priuatione consolationis, vt ait S. Diodochus, intemperantiam nostræ voluntatis castigat, vt nos virtutis, & vitij differentiam doceat, illud semper tenendum est, vt idem ait, vt cum dolore, humilitate, ac decenti subiectione speremus semper de diuina pietate: hoc enim habere solet recessio gratiæ ad erudiendum.

Deut. 32.

Ad erudiendum planè: quia sæpiùs nostris ex imperfectionibus oritur hæc sensibilis gratiæ, deuotionísque subtractio. Vnde, qui ea laborat, monendus accuratè, vt seriò fugiat ab inani quadam persuasione, & noxio loquendi modo eorum, qui cùm nullam, vel exiguam, in custodia sensuum curam adhibeant, liberéque, & laxè nimis in omnibus agant, in spiritualium procuratione tepidi sint & segniores; suam tamen spiritus ariditatem, & distractiones in oratione, & quasi quandam insensibilitatem in interioribus adscribunt diuinæ probationi, quæ illos, vt quidam loquuntur, à lacte abstractos, ad panem, & solidum cibum erudiat, quasi grandiores.

Greg. 1. in Reg. cap 1. in illa verba: *Et ascendebat vir ille statutis diebus.*

Cæterùm, recogitet potiùs, quid S. Gregorius contra eiusmodi homines dicat. Nam per contemplationem rimari cælestia volumus, qui non solùm cordis; sed etiam corporis custodiam non habemus. Et quidem sæpè indecenter aspicimus, otiosa audimus, superflua loquimur; somnum, cibum, non ad refectionem corporis habemus, sed ad vsum delectationis. Itaque, cùm discutere ambigua volumus, superna conspicere, tenebras nostras deserere, internæ dulcedinis saporem gustare, ab illius secreto tantò digniùs repellimur; quantò munitionis nostræ fortitudines negligentiùs dissipamus: iámque nobis tantò est ascendere difficilius, quantò ad nos ipsos relapsi altitudinem custodiæ non curauimus cordis munitiones.

Diligenter igitur examen adhibendum est, & venialia etiam, atque minuta cauenda: nam & illa non leuiter impediunt; quocirca idem Sanctus egregiè monet: Quia sine peccato, inquit, electi etiam viri esse non possunt; quid restat, nisi, vt à peccatis, quibus eos humana fragilitas maculare non desinit, euacuari quotidie conentur: nam, qui quotidie non exhaurit, quod delinquit, etsi minima sunt peccata, quæ cōgerit, paulatim anima repletur atque ei meritò auferūt fructū internæ saturitatis.

Greg. in 1. Reg. in illa verba: *Famelici saturati sunt.*

Potest itaque vtilis esse consolationum subtractio: & certè in hoc statu excitatur quis, & agilior, promptiórque fit ad opera iustitiæ, & virtutum exercitia: quia in statu consolationis (vt inquit Bonauentura) sola quies mentis, & studium deuotionis sufficere videtur ad perfectionem, quæ & ideò subtrahitur, vt discat homo in aliis pariter virtutum studiis exerceri. Sicut enim mercator, non in foro vno, vel apotheca omnia simul inuenit, quæ desiderat; sed in diuersis diuersa: ita Religiosus non tantùm in quiete deuotionis, & dulcedine consolationis spiritualis; sed etiam in labore certaminis, & in exercitio bonæ actionis debet quærere studium perfectionis, & merendi occasionem: ideò dicit Paulus: *Scio abundare, & penuriam pati: vbique, & in omnibus institutus sum.* Et alibi: *Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris.*

D. Bonau. procel. 4. c. 1.

Phil. 4. 2. Cor. 6.

Et infrà: Noli ergo differre, cùm consolatio internæ dulcedinis tibi subtrahitur, quasi dereliquerit te, vel bona tua non accepta sint ei: sed recurre ad illa vera testimonia, & consolare in ipsis; scilicet, vt confidas de veritate Dei, quandiu tu non discedis à Deo per consensum præuaricationis mandatorum eius; quia ipse non derelinquet te per propitiationem suam.

Si consolatio spiritualis non subtraheretur homini aliquando, nimis extolleretur, & gratiam perderet, & periret. Subtrahitur ergo ei, ne amittat, & perdat: sicut pater paruulo filio nummos negat, ne de illis ludat, & perdat, donec proficiat in prudentia, & sciat prouidè conseruare. Videmus, quosdam pueros grossos nimis sibi inde placere, & gloriam humanam quærere; & tandem euanuerunt, & coram Deo, & hominibus viluerunt, ideò Salomon: *Qui delicatè nutrit seruum suum ab adolescentia sua, postea illum sentiet contumacem.*

Prou. 29.

Benignus Deus cuius deliciæ sunt esse cum filiis hominum, libenter impartitur has delicias suas seruis suis fidelibus ab adolescentia sua, id est, in nouitate conuersionis. Sed, heu! posteà quosdam eorum sentit contumaces, quando ex consolatione spirituali elati cæteros despiciunt; & in torporem versi, dum famam laudis desiderant, iactantiæ vitio deprauantur, & hypocritæ fiunt; & dum meliores videri laborant, quàm sunt, Deo se opponunt, gloriam Dei sibi temerè vsurpantes. Bonus autem Deus, sciens, quantùm vtilis homini tentatio, & tribulatio, priùs ei ostendit consolationes dulcedinis, quibus postmodum in tentatione confortetur, ne deficiat, & alliciatur, vt semper ad eas redire desideret, nec desistat eas requirere, donec denuò recuperet, quod amisit.

Cur Deus det in principio consolationes, pulcherrimis exemplis declaratur.

Sic laboranti in via priùs copiosa paratur refectio, ne illius labore deficiat. Sic columbæ longiùs emittendæ priùs nutriuntur tritico cum melle, vt quæ longè emissæ fuerint, semper illuc redire contendant, vbi delicatè se esse pastas reminiscuntur. Sic Petrus priùs in montem excelsum seorsum ducitur, vbi gloriam transfigurationis Christi videat, vt posteà à Satan expetitus, vt cribraret eum in tentatione, recoleret priorem dulcedinem, quam expertus erat; & rediret ad Dominum, quem tam amabilem senserat, ne diffidens, & deficiens desperaret. Sic filiis Israël priùs manna datur in deserto, ne posteà longo itinere, & certamine fatigentur.

Matth. 17. Luc. 22. Exod. 16.

Idem sanctissimus Doctor in tertio processu: Datur, inquit, spiritualis consolatio nouis Religiosis quandoque, vt videant, quàm largè Deus remunerat sibi seruientes, & quàm bonum est seruire

tam

tam dulci Deo. Item, ad confirmationem fidei, ad robur spei, ad charitatis accensionem, ad desiderij inflammationem, ad eruditionem; vt videant, quomodo pergendum sit; sicut in tenebris lumen ostenditur; vt videant, quomodo sit eundum; & quid cauendum. Item ad muniendum contra tentationes. Hactenus Bonauentura.

Dantur ad ablactandum eos, qui nisi cœlestes dapes aliqualiter gustarent, terrenas non relinquerent: dantur ergo, vt cognoscant Christum, quasi *secundùm carnem*; vt posteà mundi lac non requirant, vt veri iam effecti euacuent, quæ erant paruuli.

2. Cor. 5. 1. Cor. 13.

Ad hæc dantur à Deo consolationes, tum vt iusti aliquo refrigerio miserabilem hanc vitam traducant, vnde & corpus ipsum, quod est animæ, ac spiritus instrumentum, aliqualiter exultet in Deum; tum, vt iis dilatato corde viam mandatorum percurrant, & quasi refecti, in via non deficiant; tum, vt aliis easdem consolationes impertiant: *Siue consolamur, pro vestra consolatione, & salute*, &c. Vt alacriùs operentur: quia, vt rectè habet Philosophus: Delectatio perficit operantem: & Poëta:

2. Cor. 1.

Trahit sua quemque voluptas.

Vt libenter patiantur: quia affluente consolatione ipsæmet prunæ rosæ videntur. Dum introrsus mens gaudet (inquit appositè Iustinianus) vtique in exterioribus flagellis exultat: si verò tristatur, onerantur in minimis. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij: quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.* Lætificati enim Paracleto, frangi exterioribus non valebant: Ipsi planè erant, qui delectabantur pœnis, & iidem ipsi, qui grauati mœstitia vigilare minimè poterant. Non tamen vno, eodémque temporis momento talis eorum mentibus diuersitas inerat: sed aliter, atque aliter iuxta qualitatem, ac dispositionem animæ se habebant.

D. Laur. Iust. de triumph. agone. cap. 19. Act. 5.

Hinc illa, quæ erat *delicijs affluens, innixa super dilectum suum*, perhibetur ascendere, dum anteà adeò segnis erat, vt è lecto, quò dilectum quæreret, non assurgeret.

Cant. 8.

Idcircò non improbandæ spirituales consolationes, ac sensibilis deuotio, quamuis non sint cum anxietate quærendæ, & quasi quadam vi brachiorum extorquendæ: quia & persæpè contingit, vt quò aliquis plùs in quærenda sensibili deuotione laborant, eò aridiores fiant, & quò magis in fletu fatigantur, eò sicciores euadant: quia aqua lacrymarum non est sanguinis aqua; sed planè cæleste irriguum: Deus etenim est, *qui ligat aquas* (suarum consolationum) *in nubibus, vt non erumpant pariter deorsum.*

Iob 26.

Ipse fons *totius consolationis*, & consolator optimus, *qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt.*

2. Cor. 1.

Ipse, qui, cùm expedit, & cui, & quantum, & quomodo expedit, consolationes donat. Aliis non donat ad meritum, hos tanquàm filios grandiores probat: *Nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer; sed, postquàm filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit; occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autem, & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus est.* Quasi diceret: Te quasi maiorem natu, iac ab vberibus iam dudum euulsum sensibili deuotione non excipio; sed natu minimo, ac peccatori recens conuerso; vel sensibilium consolationum conuiuium instruo.

Luc. 15.

Et expende verba illa: *Omnia mea tua sunt.* Etsi filius hic sensibili deuotione careret; sed non gratia, sed non substantia. Consolationes sensibiles sunt veluti bona mobilia, quæ facilè consumuntur: virtutes verò sunt, ceu bona stabilia, in quibus cœlestis fundatur hæreditas; & sunt velut tituli, ac ius ad regnum illud æternum, vnde & appellatur iustitia regni Dei.

Matth. 6.

Consolationes non dantur omnibus, nec omni tempore, & subtrahuntur etiam sine causa: *Surrexi, vt aperirem dilecto meo: at ipse declinauerat, atque transierat.* Iesus duodecim annorum seipsum subducens: *Quid est*, inquit, *quòd me quærebatis?* Hoc persæpè, & nobiscum agit, quò intelligamus; non esse quidem sensibiles consolationes præcipuum virtutis præmium; sed veluti mobile; & accessorium.

Cant. 5. Greg. ibid. Luc. 2.

Quærendus ergo Deus pro Deo, & non pro consolatione. Deus certè, inquit Bernardus, non amatur sine præmio; sed non debet amari pro præmio.

Bern. de diligendo Deo.

Consolationes sensibiles *micæ* sunt, *quæ cadunt de mensa diuitis*. Nouit perfectis amatoribus Deus cæleiles exhibere dapes: nouit nos *mamilla Regum* lactare: nouit consolationes dare tantas, vt rogare compellantur: Contine, contine, Domine, vndas gratiæ tuæ: quia imbecillitas mea tam grandem sustinere nequit dulcedinem. *Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt.*

Matth. 15. Isa. 60. D. Ephrem. Cant. 6.

Eapropter priuat aliquando Deus sensibili deuotione dilectam, ne nimio amore langueat; ne corpus infirmitate deficiat.

Quid verò sensibili deuotione carenti animæ peragendum? Videndum, vnde ipsa carentia proueniat; eiúsque causa perquirenda, si a Deo, si à communi hoste, si à se ipsa. Si ex diuina dispensatione, & subtractione, tunc animanda ad patientiam, & suauiter fouenda, ne deiiciatur. Curet illa primùm se ipsam coram Deo humiliare, sibi subtractionis causam adscribere, non sibi placere; sed accusare seipsam, quoties in se vel ad modicum reperit gratiam sensisse. In veritate enim didici (inquit optimè Bernardus) nihil æquè efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm si omni tempore coram Deo inueniaris non altum sapere, sed timere.

Bern. ser. 54. in Cant.

Proderit illi ad hæc cum Beato illo Francisco Borgia, Gandiæ Duce, & Sanctissimo P. N. Philippo Nerio, pia quadam mendicitate superoam illam ciuitatem circuire, & illud Virginum vsurpare: *Date, date nobis*, ô Cælites, *de oleo* deuotionis *vestro: quia lampades nostræ extinguuntur.*

Baccius in Vita S. Phil. lib. 2. cap. 2. num. 4. Matth. 25.

Iuuabit & illud prodigi vsurpare: *Ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cælum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum ex mercenariis tuis.* Heu heu! *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo.*

Luc. 15.

Si deuotionis sensibilis carentia sit à Dæmone; caueat similiter, ne deiiciatur, ne desperet, ne pia exercitia, orationem, lectionem, Sacramenta derelinquat.

Si tandem à se ipsa proueniat; causam protinus remoueat.

Sitio. Ioan.19.

PVNCTVM XXXIV.

Cant.4. Bernardin. de Paſſ. Domini, ſer. 55. c 5. Ioan.7. Ioan.4.

HEu! *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium* ſitit! Mirum equidem eſt, inquit, & verè Bernardinus Senenſis, quòd fons ſitit, imò omnium aquarum redundantia ſitit!

An non clamaueras, Domine? *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat?* An non dixeras mulieri Samaritæ: *Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam?* Qui omnium ſitim veneras tollere, pateris, quod ab aliis veneras auferre? Qui mulierem inuitaueras, vt à te expeteret aquam, ne in æternum ſitiret; tunc pateris ſitim?

Arnold. de ſep. verb. v. ſitio.

Quænã, rogo, hæc ſitis, quæ diuiniſſimas fauces imò viſcera, & cor tuum excruciat? Profluentibus de ſacro latere aquis viuentibus, & emanantibus de fronte vberi largis liquoribus, Chriſtus ſitire ſe perhibet; & ipſe mundum irrigans, & fœcundans de ariditate cauſatur.

Iuſtin. de triũph. agone, c.19.

Sitio. Quid? Iuſtinianus: *Aquæ multæ, populi multi.* Pro ſalute populorum, vt per Crucis patibulum eos traheret ad ſe, mori deſiderans alebat: *Sitio.* Nempe, animarum ſuccenſus zelo diuinam ad pietatem volens iuſtitiam flectere, erecta ad cælum mente; corpore verò nudato, vulnerato, confixo, patri clamabat: *ſitio.* Quaſi diceret: Hæc pro Electorum ſalute patior: iſta pro tuo honore ſuſtineo: ignoſce illis: placabilem te illis exhibe, pro quibus tantis me cruciatibus expoſui. Quòd ſi hæc, quæ patior, pauca videntur, adde flagellum flagello, appone vulneribus vulnera, lacera, vre, configε, percute, occide; vniuerſa hæc, & maiora toto deſiderio *ſitio.* Non poterit oneroſum eſſe, nec conqueror de eo, quod *ſitio.*

Cant.8.

O ardor charitatis! ô amor præceps, feruide, inſuperabilis, & perſeuerans, quem multæ aquæ tribulationum extinguere non potuerunt.

Beda in Luc.23.

Hinc illa ad mentem Venerabilis Bedæ pia Chriſti ad Patrem querimonia, quòd deficientes iam vires diutiùs adhuc non roboraret, quò diutiùs ipſe pateretur. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me.*

Hæc potiſſimùm verba Chriſti lingua ſibi quodammodo vſurpans: Singula (aiebat) membra patiuntur; oculi velamine obducti; aures illudentium: ac blaſphemantium verba audiunt; nares graueolentis Caluarij fœtores perſentiunt; genæ alapas; manus, pedéſque clauos; humeri flagella; caput ſpinas; corpus vndique liuores, & plagas; ego ſine ſenſu doloris, *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?*

En, Pater, patiendi deſiderium augetur, & vita iam deficit: ſitis tormentorum excreſcit, diminuuntur vires: tempus, quo diutiùs patiar, iam finitor; amor, quo ſemper libentiſſimè paterer, perſeuerat. *Sitio. Laſſus adhuc ſitit,* (liceat huc verba inflectere:) *& anima eius vacua eſt*: Pagnin. *Et anima eius appetit.* Alij, *& deſiderium eius adhuc feruet.*

Pſal. 9. Pagnin. Hect. Pint. ibid.

Tantalus amans, (comparationi parcite,) qui præterlabentes iam iam pœnarum vndas, auidiſſimo ore dum captat, adhuc ardentiùs ſitit.

Horat. lib.1. Sat.1.

Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina.
Mutato nomine de te, mi Chriſte,
Fabula (quin hiſtoria) *narratur.*

Thren.2. Pſal.68. Ion.2. Matth.26.

Præ aridiſſima, ſcilicet, qua exæſtuabat, ſiti totus ipſe paſſionis Oceanus (*magna eſt, velut mare, contritio tua. Veni in altitudinem maris. Pelagus operuit caput meum*) exiguus aquæ ſcyphus illi videbatur. Vnde & dicebat: *Tranſeat à me calix iſte.* Quaſi diceret: Porrigatur calix latior; quia præ ardente ſiti, qua laboro, calix hic nimiùm exiguus eſt, *Sitio, ſitio.*

Pſal.38. Pſal.101. Pſal.21.

Ardens, nimirum, illa amoris flamma, quæ diuinum illud pectus accenderat, adeò æſtuabat, vt proclamaret: *Concaluit cor meum intra me.* Et, *Oſſa mea, ſicut cremium, aruerunt.* Quaſi diceret: Iam omnis defecit humor in carne mea: *aruit, tanquam teſta, virtus mea:* aruerunt venæ, aruit lingua, quæ propterea *adhæſit faucibus meis*; aruit palatum, aruerunt fauces, aruerunt interiora omnia, *Sitio, ſitio.*

Ouid.6.M. Deut.33.

Sitientis valdè illud eſt: *Hauſtus aquæ mihi nectar erit.* Et Chriſtus præ tormentorum ſiti *inundationem maris quaſi lac ſuget.*

Cant 5.

Sitienti hauſtus vnicus auget, nedum ſitim extinguit. Quid Chriſto tormenta omnia niſi vnus aquæ hauſtus? niſi guttæ, quæ incenſam fornacem accendunt magis, quàm reſtinguant? *Aperi, aperi mihi ſoror mea Sponſa, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* quaſi dicat: Præ ſitis ardore non madefactus; ſed tantùm irroratus mihi videor, nec pœnarum hæc pluuia mihi viſa eſt, quæ me totum exceperit; ſed exiguæ tantùm guttæ, quæ cincinnos aſpergerint.

Bernardin. quo ſuprà.

Non niſi Crux vna eſt, quæ Chriſtũ detinet: non niſi tres claui, quibus cruci ſuffixus eſt: at ille centum ſitit cruces, mille ſitit clauos. Pulchrè Bernardinus Senenſis: Nam, licèt Diuinitas ad ſolum trigenarium annorum numerum, vel circa, terminauerit, mentis Ieſu immenſurabiles eſſe dolores; atque corporis cruciatum ad ſolum trium horarum reſtrinxerit ſpatium; non tamen fuit charitas Chriſti horum arctatione contenta, niſi in quantum fuit diuinæ voluntati conformis; ſed ſimpliciter, & totaliter, & liberè, quantùm ex ſe fuit, ſi diuinæ voluntati placuiſſet, ab eo tantum pondus exigere, ſe obtulit pro toto æterno: vnde dilatauit vitam ſuam per deſiderium ad quoddam Infinitum viuere, & ad ſuſtinendas mortes infinitas.

Pſal.21. Hieron.

Ceruus, nimirum, ſiticuloſus, cui rectè inſcriptus eſt Pſalmus: *Pro ceruo matutino.* quoniam primo mane à Pontificibus, & vniuerſo populo, tanquàm à rabidiſſimis canibus agitatus, & quæſitus ad mortem, cùm à Concilio ad Pilatum, à Pilato ad Herodem, rursúmque ab Herode ad Pilatum, ac deinde vſque ad Caluariæ locum, eundem ſæuiſſimè pertrahendo, ad mortem agitarent; non illi tamen propterea ardentem pœnarum ſitim ademerunt; ſed magis, ac magis incenderunt.

Auguſt. in Pſal.41.

Quid mirum? Inuenimus inſigne velocitatis id ceruo, inquit Auguſt. vnde animal ſitit. Et quid aliud in ceruo? Serpentes necat, & poſt ſerpentium interemptionem maiore ſiti inardeſcit. O ceruum à ſummo cælo egreſſum *ad currendam viam*, & occurrendum vſque *ad ſummum eius*! O ceruum, qui infernalibus ſerpentibus infeſtis, dum *ſuper foramine aſpidis* miſit manum, ac eduxit colubrum tortuoſum, vt nos à veneno mortifero liberaret, maiore inardeſcens ſiti, exclamauit: *Sitio.*

Arnold. quo ſuprà.

Planè, quemadmodum peregregiè ait Arnoldus, peruerſa, & auerſa mens carnalium ſitis huius non intelligens ſacramentum, ſancto ori amaritudinem applicat in calamo, & fonti miſericordiæ venena propinat. Sitit ergo, ſitit.

Solet

Eccl. 38.

Soler à labore, ac sudore generari sitis: *Sic faber ferrarius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri: vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis concertatur.* q. d & sudat, & sitit. Et Christus iuxta suæ charitatis fornacem sedens, ac durissimis suæ passionis malleis clauos ipsos, quibus suffigendus erat, exacuens, & considerans, (*vox mallei innouat aurem eius, & contra similitudinem vasis oculus eius,*) tanto sudore perfunditur, vt clamet: *Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium:* & quod inde fit, exardescens siti, queratur: Sitio.

Cant. 5.

O mi sitibunde Iesu, vnde, vnde tibi tam inardens sitis? O mi verè Samson, qui veriùs ad Patrem conuersus dicere poteras: *Tu dedisti in manus serui tui salutem hanc maximam, atque victoriam: & en siti morior.*

Iudic. 5.

Amold. quo suprà.

Certè quasi siti moritur. Exhaustum erat sacrum pectus sudore sanguineo, & lignum illud, cui affixus erat, sanctis baiulauerat humeris, hinc tam ingens sitis potuit accendi.

Cyr. lib. 12. c. 35. in Ioan. Psal. 21.

O tormentum Domini mei morientis, quod vel ex se esse posset ad mortem, vt rectè propterea Dauid, vbi in eiusdem Domini persona dixit: *Aruit, tanquam testa, virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis* (subdit) *deduxisti me.* Quasi vna hæc sitis mortem illi inferre posset.

Sur. ad diem 22. Septemb.

Sanctissimus Helmerammus Martyr apud Surium, ad palum ligatus, & plurimis vulneribus acceptis, de siti tantummodo querebatur, petebátque sola aqua cruentum refrigerari pectus.

Christus, post sudorem sanguineum, post longam defatigationem, vbi multum sanguinis in flagellatione fudisset, postquàm iam in crucem actus quatuor quasi sanguinis fontes aperuisset, quam, rogo, sitim passus est: *Exardescet, exardescet* (penitùs, liceat accommodare verba) *contra eum sitis.*

Iob 18.

Q. Curt. lib. 7.

Narrat Curtius libro septimo de rebus gestis Alexandri, qualiter in Susitanorum deserto exercitus aquæ penuria laborauerit. Ipse, inquit, cum expedito agmine loca deserta Susitanorum, (fortè, Susianorum,) intrat nocturno itinere exercitũ ducens: aquarum penuria, priùs desperatione, quàm desiderio bibendi sitim accendit. Per quadraginta stadia ne modicus quidem humor existit. Arenas vapor æstiui Solis accendit; quæ vbi flagrare cœperunt, haud secùs, quàm continenti incendio cuncta torrentur. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore, & matutino frigore corpora leuabantur. Cæterùm cùm ipsa luce æstus oritur, omnémque naturalem absorbet humorem siccitas; ora, visceráque penitùs vruntur. Itaque primùm animi, deinde corpora deficere cœperunt. Pigebat & consistere, & progredi. Tandem ad flumen Oxum exercitus venit. Sed qui intemperátiùs hauserant, intercluso spiritu, extincti sunt; multóque maior horum numerus fuit, quam vllo amiserat prælio.

En quousque inardescit sitis, quæ adeò intolerabilis aliquando est, vt nec possit quis sibimet imperare, vt inter bibendum aliquantulùm respiret, sed intercluso, in bibendo, spiritu, moriatur.

Verùm, quid Ethnicorum historias commemoro? Ad sacras reuertamur. *Surrexit itaque Abraham manè, & tollens panem, & vtrem aquæ, imposuit scapulæ Agar, tradidítque puerum, & dimisit eam. Quæ cùm abiisset, errabat in solitudine Bersabee. Cúmque consumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum subter vnam arborem, quæ ibi erat, & abiit.*

Gen. 21.

A *dixit enim: Non videbo morientem puerum.*

Sed, ô Christum! ô verum Ismaelem, quod est exauditio Dei. Ita, itáne exauditus, vt quemadmodum ait Cyrillus, pro iuuante, & iucundo potu sitienti illi, & acerbum obtulerint?

Heb. Cyr. in Ioan. c. 35.

Ad vocem pueri permotus Deus, puerum aperuit, vnde mater *impleuit vtrem, dedítque puero bibere.* At Christo Mater, quæ hydrias saltem oculorum plenas obtulisset, nec penè præ siti morienti filio in Crucem iam exaltato offerre potest.

Gen. 21.

Ad vocem sitientis Samsonis *aperuit Dominus molarem dentem de maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ: quibus haustis refocillauit spiritum, & vires recepit.* Ad clamorem sitientis Iesu nec fons B ascendit, nec aliquis cum calice frigidæ accurrit, quo refocillaretur spiritus eius, virésque reciperet.

Iudic. 15.

Vix auditæ voces sitientis Dauid: *O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam!* cum subitò *irruperunt tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid.* Hîc nec vnus accurrit; verùm clamanti, Sitio, vt ait Iustinianus, gutta aquæ crudeliter denegatur; quod brutis ipsis impenditur, sitienti Dei Filio denegatur.

1. Reg. 23. Laur. Iustini. quo suprà.

Sitienti afferte aquam, qui habitatis in terra Austri. Vos, vos, inquam, qui spirituales estis, accurrite, & de cordibus saltem vestris aquam depromite.

Isa. 21.

C Sed heu! aruerunt corda nostra, & Christus adhuc sitit! O verum Iosephum in Cruce hac positum, tanquàm in cisterna vetere, *quæ non habebat aquam.*

Gen. 37.

Qui obligatam in nubibus vndam, inquit B. Theodorus Studita, ex æquo tempestiuè inserit solo, nunc sitiens nec gutta donatur!

Theod. ser. 73.

Populo sitienti largissimus Deus profudit aquas. Iterum amarulentas deserti aquas dulces effecit. Christo amaritudo ipsa propinatur. *Et dederunt,* ait, *in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Scilicet, meas amaritudines bibit (sic pulchrè Ambrosius) vt mihi suæ donaret gratiæ suauitatem.

Num. 20. Exod. 15. Psal. 68. Ambros. ser. 18 in Psal. 118.

Verè, verè, Domine, conqueri poteras: *Circumdedit me felle, & labore: repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.*

Thren. 3.

D Infelicior in hoc quodammodo (parce, si id temerè dixero) ipso illo epulone, cui si gutta denegata est, fel haud tamen ei propinatum est. A sæculo, à sæculo non est auditum, inquit egregiè Iustinianus, vt homini sitienti, lasso, vulnerato, ac morienti, pro sitis refrigeratione acetum hyssopo, & fel daretur mixtum.

Iustinian. quo suprà.

Sed cur, dulcissime Domine, hoc perpeti voluisti? cur tam dira siti excruciari? cur felle, & aceto potari voluisti? Quia nos siti famelica lambimus imagines rerum. Quia dereliquimus *fontem aquæ viuæ*, & fodimus *cisternas dissipatas.* Quia nimio ardore terrenarum rerum aquas sitimus. Ideò E sitiens moritur, inquit appositè Rupertus, vt ostendat nihil esse in mundo, quod sitim expleat. Et illud planè verissimum: *Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum.*

Ierem. 2. Rupert. in Ioannem. Ioan. 4.

Et *quid tibi* vis, ô homo, *in via Ægypti vt bibas aquam turbidam?* Quid à deceptrice Iahele expóscens: *Da mihi,* inquis, *paululum aquæ, quia sitio valdè?* Alij inimicorum vindictam sitiunt; *Quasi turbo impellens parietem, & sicut æstus in siti.* Alij sitiunt honores: *Nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.* Alij sitiunt diuitias: *Bibent diuitias*

Ierem. 2. Iudic. 4. Isa. 25. Isa. 5. Iob 5.

diuitias suas. Alij, voluptates. *Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti*. Alij alia, de quibus omnibus Psaltes: *Esurientes, & sitientes, anima eorum in ipsis defecit*.

Sitit ergo, ne hæc prætetlabentia omnia sitiamus: sed potiùs sitit, vt ipsum cuncti sitiamus. Pro nobis omnibus loquitur, se sitire contestans, (inquit D. Bernardinus Senensis,) velut caput pro membris; & desiderium, quod genus humanum habere debet gloriæ sempiternæ, in Cruce pendens expressit. Prorsus sitim exprimens, sitim è nobis pellit, vt si nos sitit, & nos sitiamus ad eum, quemadmodum Psaltes prædocuit, dicens: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Domini?* — D. Bernard. quo supra. — Psal. 41.

Eleganter Arnoldus Carnotensis: Non tangit, Iudææ, Christus poculum tuum, non gustat acetum *de suburbanis Gomorrhæ, & vinea Sodomorum*. Fons ille, de quo aquæ viuæ emanant, cuius riui in æternitatem prosiliunt, non ea aret, neque vt à te impleatur, affectat. Hoc potiùs ille fons sitit irriguus, vt ex eo affatim haurias, illique repleatis dulcedine, vt puri te refrigerent latices, & ardentium in te libidinum extinguant carbones. Hoc sitit, vt virens in te charitas perseueret; vt, sicut palma in sublime comam spei attollas; & sicut cedrus Libani imputribilis viuas. Pincernas veneficos fitis ista discernit; & propinatores amaritudinis horret, & abiicit. Nullis passionum ardoribus fons iste siccatur, nullis pressuris charitas exhauritur. — Arnold quo supra. Deut. 32.

Hac charitate flagrans nostram Christus salutem sitit. In hac Christi siti, non tam desiderat potus, quàm hominum salus. *Cucurri*, inquit, *in siti*. Cutrit, & sitit. Sitit conuersionem, currit ad remissionem. — Psal. 61.

Augustinus ibidem, ad illa verba: *Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere: cucurri in siti* Illi, inquit, interficiebant, & repellebant me; ego sitiebam illos: illi honorem meum cogitabant repellere; ego eos in corpus meum conabar traiicere per totum. Hoc semper sitit Christus; ideò in cruce dixit: *Sitio*. & Samaritanæ: *Da mihi bibere*. Samaritana illa in puteo sitientem Dominum sensit, & à sitiente satiata est: sensit illa prior sitientem, vt biberet iste credentem: & in Cruce illos sitiebat; illi verò acetum dederunt. — August. ibid. — Ioan. 4.

Planè sitiebat populorum salutem. *Aqua, quas vidisti, populi sunt*. Nouerat sibi dictum à Patre: *Paruum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas Tribus Iacob, & faces Israël conuertendas. Ecce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ*. Quod ergo sitire se dicit Dominus, inquit Augustinus; fidem incredulæ gentis concupiscit. *Terram arentem*(Hebræorum) *dedisti mihi*, (ò Pater:) *da & irriguam*(populorum.) — Apoc 17. — Isa 49. — Aug ser. 41. — Iudic. 1.

Bernardus: Domine, plùs te cruciat sitis nostræ salutis, quàm Crux tua. Gustauerat aliquid in conuersione Latronis; sed tanto sitis ardori satis non fecerat. — Bernard.

Arnoldus: Te sitit Christus, ò Petre: reuertere, & dic liberè: *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus*. Reuertere, & confide: exurge, & bibe de fonte, miser: *& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*. Etiam te, Iudæe patricida, Christi charitas sitit. Muta intentionem, replica orationem. Dixisti: *Sanguis eius super nos, & super liberos nostros*. Bonum est, quod dicis, si rectè intenderis. Sit super te sanguis eius, & consepelite ei *per Baptismum in mortem*. Opta saluari, non damnari: bibe & tu nobiscum de calice passionis illius. Non est hoc hortoris, sed poculum pietatis. — Act. 5. — Luc. 22. — Matth. 27. — Rom. 6.

Sitis mea, salus vestra est, (sie ille ad omnes:) sitis mea, redemptio vestra: sitio fidem vestram, gaudium vestrum. Plùs animarum vestrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet. — Aug. serm. 1. in ramis Palmarum.

Zelus domus tua comedit me. O si & nos comederet zelus, vt in substantiam zeli conuerteremur! O nos miseros, qui potiùs zelum comedimus, ac in nostram debilitatem conuertimus: nulla animarum lucra quærimus, (velut fure plorat Gregorius:) ad nostra quotidie studia vacamus, Dei causas relinquimus, & terrenis actibus implicamur. — Psal. 68. — G eg. hom. 17. in Euang.

B Ignoramus, scilicet, quàm Deo sit gratus animatum zelus. Cælestis ille Dionysius de cælesti Hierarchia, capite tertio: Vniuscuiusque, ait, benè ordinatæ personæ perfectio est secundùm propriam congruentiam in Dei imitationem ascendere; & quod omnium diuinius est, Deo cooperatorem fieri in reductione animarum, iuxta illud: *Dei adiutores sumus*. — Dionys. de cælest. hier. cap. 3. — 1 Cor. 3.

Chrysostomus: Nihil ita gratum est Deo, & ita curæ, vt animarum salus, sicut clamat Paulus: *Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. Audi & Prophetam ea persona Dei dicentem: *Qui educit pretiosum à vili, quasi os meum erit*. Id est: Qui ab errore ad veritatem proximum manuduxerit, pro virili humano me imitatur. — D. Chrysost. hom. 4. in 1. ad Cor. — Ierem. 15.

C Idem alibi: Nihil est, quod animæ possit æquiparari, ne vniuersus quidem mundus: ita, si immensas pecunias pauperis erogaueris, plùs tamen effeceris, si vnam conuerteris animam. — Idem supra. Psal. 48.

Gregorius huc flectit. Nullum, inquit, omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est animarum zelus. — Greg. homil. 12. in Ezec.

Hoc rectè intelligens Latro in cruce, cùm victimam aliam non haberet, placentem hanc ei animæ sui collatronis obtulit. Quod Augustinus eleganter expendens: Quæ in ipso, inquit, & circa ipsum erant relinquens, de altero curam gerit, in cruce Doctor effectus, & corripiens dicit: *N que tu times Deum?* — Aug ser. 130. — Luc. 23.

D Hoc & Paulus obtulit, cùm ait: *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro Fratribus meis*. Vbi eruditè Gagnæus: Anathema Græcis dicuntur sacri, sceleftique homines, qui ad vrbis lustrationem Diis Manibus, & Inferis mactabantur, si qua lues, aut calamitas ingrueret, quam huiusmodi hominum internecione, placatis Diis, sedatum iri putabant: ad eiusmodi sacrificia alludens Paulus: Vsque adeò mihi dolet, inquit, Iudæorum abiectio, quòd si Dei aduersùs illos iram, vel quouis meo malo, etiam me ipsius sacrificio placere possem, id planè optarem. Hoc & Hebraicum nomen significat, *Cherem, occisio, & consecratio*. — Rom. 9. — Gagn.

E Nec minorem zeli expressionem habet altera vocis *anathema*, significatio: *anathema* enim idem est, quod separatum. Quem verbi sensum expendens Chrysostomus: Quid ais, inquit, Paule? nónne iam dixisti: *Quis nos separabit à charitate Christi?* Imò, ait, quia amo Christum, cupio separati à fruitione Christi, vt plures, imò omnes eum ament, & laudent. Et Origen. eadem sensione: Quid mirum, inquit, si cùm Dominus pro seruis *maledictum* sit factus, seruus pro fratribus anathema fiat? Pulchrè verò, quo supra Chrysostomus addit: Et quia nos longè sumus ab hac dilectione, idcircò intelligere hæc eius dicta non possumus. — Hebr. — Chrys. ibid. — Orig. ibid.

Hunc

Bern. in festo S. Martini. Hunc Apostoli zelum æmulabatur Martinus sic ad Deum fatus: Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. Quæ verbà pendens Bernardus in sermone: O inæstimabilem, ait, charitatem! Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem seruasti: de reliquo superest tibi corona iustitiæ, quam reddet tibi Dominus hodie iustus Iudex, & adhuc dicis: Non recuso laborem? Obtulisti planè Isaac: vnicum illum, quem diligis: quod in te est, iugulasti: immolasti singulare gaudium tuum pia deuotione, paratus redire iterum in pericula, innouare certamina, denuò subire laborem, sustinere tribulationem, prolongare tentationem; deinde differri adhuc ab illa tanta felicitate, & diu desiderata societate Spirituum beatorum; atque in huius mortalitatis ærumnas ab ipso intuitu gloriæ reuocari: postremò (quod maximum est) a Christo tuo peregrinari diutiùs: si modò ipse voluisset. Nec sane dubium, quin ampliorem gratiam mereatur, qui paratum se exhibet etiam ante mandatum, quàm qui obedire satagit post mandatum.

Magna quidem obedientia vestra, Angeli sancti, sed, quod dicere audeam pace vestra, nescio, an inueniatur in vobis quisquam paratus in tale aliquando ministerium mitti, in quo necesse habeat non videre faciem Patris. Magnum est, Petre, quòd Dominum secuturus omnia reliquisti: & audiui te in monte dicentem, vbi transfiguratus est coram vobis: *Domine, bonum est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula.* *Matth. 17.* Non est hoc: Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. Paratum cor tuum, Martine, paratum cor tuum, siue manere in corpore, siue dissolui, & esse cum Christo. Et magna quidem in horrenda morte securitas; magna in visione Christi desideranda, & tam frequenter, ac singulariter desideranda perfectio reperitur: sed id quidem longè ampliùs per omnem modum, quòd, qui mori non metuis, imò, qui tanto desiderio præsentiam Domini concupiscis, viuere quoque non renuis, & expectatione molestissima fatigari.

Nouerat planè, quanti fecerat animas Dei Filius: nouerat paratum, si opus esset, iterum crucifigi. Nouerat illud dictum a Domino Diuo Carpo spiritum rigidiorem habenti: Extenta iam manu percute me: quia iterum paratus sum pro peccatoribus pati. *Dionys. Areop. ep. 8 ad Demophilū.*

O nos miseros, quibus nulla est animarum cura; qui pro lucrandis animabus minime laboramus; qui toti sumus in terrenis augendis diuitiis, & nullo animarum zelo tangimur, qui patientiùs ferimus, velut ait Bernardus, Christi iacturam, quàm nostram; qui quotidianas expensas, quotidiano reciprocamus scrutinio; & continua Dominici gregis detrimenta nescimus. *Bern. lib. 4. de consid.*

Quis, quis mihi det, antequam moriar, (inquit plorans idem Bernard.) quis mihi det, videre Ecclesiam Dei, sicut in diebus antiquis, quando Apostoli laxabant retia in capturam, non in capturam argenti, vel auri; sed in capturam animarum? *Bern. ep. 237. de Eugen.*

An ingens zeli animarum lucrum ignoramus? An nescimus, quòd *qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius*; aut, iuxta alios ex Græco, *saluabit animam suam à morte, & operiet multitudinem peccatorum*? Et vtraque planè lectio tenenda: nam, quemadmodum ait Beda: Qui peccatorem ab errore conuertit, eius peccata per conuersionem ab aspectu interni Iudicis superpositione melioris abscondit, & sua quoque, in quibuscunque offendit, eriata ab intuitu eius, qui omnia videt proximum curando, contegit; idémque Paulus dixit: *Attende tibi & doctrinæ: insta in illis: hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos, qui te audiunt.* *Iac. 5.* *Græcè.* *Beda ibid.* *1. Tim. 4.*

Sperantia Scriptura selecta.

Nunquam certè sine tuo lucro alterius animæ benefeceris. Exemplo firmat hoc Damascenus. Quemadmodum, ait, qui ægrotantem vnguento, vel alio pretioso vult inungere, prior ipse vngendo particeps est vnctionis, sic posteà inungit laborantem morbo: ita, qui pro salute proximi aliquid facit, priùs sibi, deinde proximo prodest. *Dam. ser. de defunct.*

O si diuinæ motionis instinctum obseruaremus, quo nos Deus ad zelum animarum impellit! *En dilectus meus loquitur mihi: surge, propera, amica mea.* Bernardus: En audit Sponsa, vt surgat, & properet. haud dubium (addit) quia ad animarum salutem. *Cant. 2.* *Bern. ser. 58 in Cant.*

Quem mittam? (quæritat Deus semper,) *& quis ibit nobis?* Sed pauci sunt, qui syncero animarum zelo permoti respondeant: *Ecce ego, mitte me.* *Isa. 6.*

Plerique, nimirum, timent in aliorum sordium ablutione conquinari. *Expoliaui me*, inquiunt cum Sponsa, *tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Sponsa pedes iterum inquinare metuit, inquit Gregorius, quia valdè sollicita est, ne si in prælatione ponatur, per terrena ambulans, iterum suscipiat, quod dimisit. Idcircò ab otio inuita recedit; quia, dum à marinis fluctibus aliena est, quasi in littore posita, securiùs viuit. Sed dilectus non leuiter mortem proximorum tolerat; ideóque propiùs accedens, per seipsum eam excitare non dubitat, vbi dicitur: *Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum.* *Cant. 5.* *Greg. ibid.*

Ij pariter verentur, ne suam deuotionis pinguedinem, ac dulcedinem deserant. Impeditioris linguæ se esse causantur: *A, a, a, Domine*, (clamant:) *ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Vineam meam*, aiunt, *non custodiui.* Illud Magni Dionysij proloquium in medium afferimus: Non sine periculo diuinis in rebus quibusque aliis te ducem præstare præsumit, qui non per omnia euaserit simillimus Deo, & ab inspiratione, iudicióque diuino fuerit gubernator declaratus. *Iudic. 9.* *Ierem. 1.* *Cant. 1.* *Dionys. Areop. de Eccl. Hier. in fine.*

Is enim diuiniùs, vt solet, quærens, cur Pontifex priùs ipse communicet, quàm aliis communionis consortium tradat; & cur in gratiarum actiones desinat, hæc habet: Sumptis verò, traditisque mysteriis sacris in gratiarum actiones cum omni Ecclesiæ sancta multitudine desinit. Enimuerò participatio communionem præcedit, mysticamque distributionem mysteriorum sancta perceptio. Est enim hic diuinarum rerum decentissimus ordo, vt priùs communicet, atque impleatur sanctus Præsul his (quæ per illum distribuenda sunt cæteris) diuinis donis, & sic aliis tradat. Quocircà & hi, qui diuinis magisteriis (priusquàm digna illis conuersatione capaces effecti sint) abutuntur audacter, impuri, atque à sacra lege extranei omninò censentur. Vt enim in Solis radiis tenuiores, limpidioresque substantiæ primæ influenti luce replentur, sicque exuberantem lucem in subsequentes Solis vice transfundunt: ita non sine periculo diuinis in rebus aliis se ducem præstare præsumit, qui non per omnia euaserit simillimus Deo, & ab

inspiratione, iudicióque diuino fuerit gubernator declaratus.

Sed cùm hæc vera sint pro iis, qui suas imperfectiones amant, quíque tepidioris vitæ cùm sint, ad perfectionem nullatenus aspirant: sic pro illis non faciunt, qui cùm Deum ardenter ament, proximorum zelo non accenduntur. Ij D. Gregorium audiant ita admonentem.

D. Greg. Curæ past. part. 3. admon. 26. Aliter quoque admonendi sunt, qui cùm prædicare dignè valeant, præ nimia humilitate formidant: atque aliter admonendi sunt, quos à prædicatione imperfectio, vel ætas prohibet: & tamen præcipitatio impellit. Admonendi nanque sunt, qui cùm prædicare vtiliter possunt, immoderata tamen humilitate refugiunt; vt ex minoti consideratione colligant, quantùm in maioribus rebus delinquant. Si enim indigentibus proximis, ipsi, quas habent pecunias, abscondissent; adiutores proculdubiò calamitatis extitissent. Quo ergo reatu constringantur, aspiciant, qui, dum peccantibus fratribus verbum prædicationis subtrahunt, morientibus mentibus vitæ remedia abscondunt. Vnde & benè qui-

Eccl. 20. dam Sapiens dixit: *Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque?* Si populum fames attereret, & occulta frumenta ipsi seruarent, authores proculdubiò mortis existerent. Qua itaque plectendi sunt pœna, considerent, qui cùm fame verbi animæ pereant, ipsi panem perceptæ gratiæ non ministrant. Vnde

Prou. 11. & benè per Salomonem dicitur: *Qui abscondit frumenta, maledicitur in populis.* Frumenta quippe abscondere, est prædicationis sanctæ apud se verba retinere. In populis autem talis quippe maledicitur: quia in solius culpa silentij, pro multorum, quos corrigere potuit, pœna damnatur. Si medicinalis artis minimè ignari secandum vulnus cernerent; & tamen secare recusarent; profectò peccatum fraternæ mortis ex solo torpore committerent. Quanta ergo culpa inuoluantur, aspiciant, qui, dum cognoscunt vulnera mentium, curare, negligunt ea, sectione verborum. Vnde & benè per Prophetam dici-

Ierem. 48. tur: *Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine.* Gladium quippe à sanguine prohibere, est prædicationis verbum à carnalis vitæ interfectione retinere. De quo rursum gladio dici-

Matth. 25. tur: *Et gladius meus manducabit carnes.* Hi autem cùm apud se sermonem prædicationis occultant, diuinas contra se sententias terribiles audiant, quatenus ab eorum cordibus timorem timor expellat. Audiant, quòd talentum qui erogare noluit, cum sententia damnationis amisit. Audiant, quòd Paulus eò se à proxi-

Act. 20. morum sanguine mundum credidit, quò feriendis eorum vitiis non pepercit, dicens: *Contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium vestrum: non enim subterfugi, quominus annunciarem omne consilium Dei vobis.* Audiant, quod voce angelica Ioannes admonetur,

Apoc. 22. cùm dicitur: *Qui audit, dicat: Veni.* Vt, nimirum, cui se vox interna insinuat, illuc etiam clamando alios, quò ipse rapitur, trahat; ne clausas fores etiam vocatus inueniat: si vocanti vacuos appropinquat. Audiant, quod Isaias, qui à verbi ministerio tacuit, illustratus superno lumine, magna voce pœnitentiæ semetipsum ipse re-

Isa. 6. prehendit dicens: *Væ mihi, quia tacui.* Audiant, quòd per Salomonem in illum prædicationis scientia multiplicari promittitur, qui in hoc,

A quod iam obtinuit, torporis vitio non tenetur. Ait nanque: *Anima, quæ benedicit, impinguabitur:* Prou. 11. *& qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.* Qui enim prædicando exteriùs benedicit, interioris augmenti pinguedinem recipit: & dum vino eloquij auditorum mentem ebriare non desinit; potu multiplicati muneris debriatus excessit. Audiat, quòd Dauid hoc Deo in munere obtulit, quòd prædicationis gratiam, quam acceperat non abscondit, dicens: *Ecce labia mea non prohibebo,* Psal. 39. *Domine, tu cognouisti. Iustitiam autem tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam, & salutare tuum dixi.* Audiant, quòd Sponsi colloquio ad Sponsam dicitur: *Quæ habitas in hortis: amici* Cant. 8. *auscultant te: fac me audire vocem tuam.* Ec-

B clesia quippe in hortis habitat: quæ ad viriditatem intimam exculta plantaria virtutum seruat. Cuius vocem amicos auscultare, est electos quosque verbum prædicationis illius desiderare: quam, videlicet, vocem Sponsus audire desiderat, qui ad prædicationem eius per Electorum suorum animas anhelat. Audiant, quòd Moyses cùm irascentem Deum populo cerneret, & assumi ad vlciscendum gladios iuberet, illos à parte Dei denunciauit existere, qui delinquentium scelera incunctanter ferirent, dicens: *Si quis Domini est, iungatur mihi: ponat vir gla-* Exod. 32. *dium super femur suum. Ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, &*

C *proximum suum.* Gladium quippe super femur ponere, est prædicationis studium voluptatibus carnis anteferre: vt cùm sancta quis studet dicere, cures, necesse est, illicitas suggestiones edomare. De porta verò vsque ad portam ire, est à vitio vsque ad vitium, per quod ad mentem mors ingreditur, increpando discurrere. Per medium verò castrorum transire, est tanta æqualitate intra Ecclesiam viuere, vt qui delinquentium culpas redarguit, in nullius se debeat fauorem declinare. Vnde & rectè subiungitur: *Occidat* Ibidem. *vir fratrem, & amicum, & proximum suum.* Fratrem, scilicet, & amicum, & proximum interficit, qui cùm punienda inuenit, ab increpationis gladio, nec eis, quos per cognationem diligit, par-

D cit. Si ergo ille Dei dicitur, qui ad ferienda vitia, zelo diuini amoris excitatur; profectò esse se Dei denegat, qui in quantum sufficit, increpare vitam carnalium recusat. Hactenus ille, fusè quidem; sed prorsus appositè.

D. Gregorio adnecto Chrysostomum. Restat Chrysost. hom. in Matth. autem illud necessariò, vt vos, qui adestis, adhortemur, vt multam sollicitudinem habeatis pro membris vestris. Ne dixeritis, quid mea refert? Cur autem ego rerum alienarum curiosus sim, & sollicitus? Dominus propter nos mortuus est: tu verò, ne sermonem quidem profers

E pro illo? Et quam inuenies veniam, aut quam reperies excusationem? Quomodo ad Christi tribunal stabis cum fiducia, dic mihi, tot animarum exitium dissimulans? Vtinam mihi contingat eò eurrentes videre, nequaquam vobis opus esset, sed celerrimam adhiberem correctionem. Quoties frater est ad meliora reuocandus, etiam vitam oportet impendere, vt seruus imitare Dominum tuum.

Infrà verò hoc idem suadens, ne pœnas & ipsi demus cum ipsis, quos ipsi lucrati non fuerimus, hæc addit: Proinde, quemadmodum non ipsi tantùm fures dant pœnas; verùm etiam eadem pœna

pœna plectuntur ij, quibus cùm esset potestas vetandi, non vetuerunt tamen: ita non solùm qui impiè agunt; verùm etiam illi, qui cùm possint ab impietate reuocare, tamen vel ob pigritiam, vel ob timiditatem id facere nolunt, simili cum illis pœna plectuntur. Alioqui talentum illud, quod acceperat, ac defoderat seruus ille, reddit integrum: attamen dat pœnas, eò quòd non auxerat lucrum; ita tu quidem, etiam si ipse purus, & innocens perseueres, cæterùm non augeas talentum, nec fratrem pereuntem reuoces ad salutem, eadem, quæ ille patitur, patieris.

Quid magni postulo? Vnusquisque vestrûm vnum mihi ex fratribus ad salutem reuocet. Hîc sollicitus, hîc quisque curiosus esto, quò, nimirum, in crastina communione multa cum fiducia compareamus, donaria Deo ferentes. Donaria, inquam, omnium pretiosissima, si animas errantium reduxerimus, etiam si contumelia fuerit ferenda, si toleranda verbera: breuiter si quid aliud, his etiam molestius, sufferendum. Quandoquidem & ægrotos ferimus calcibus ferientes, contumeliis, & conuitiis incessentes, nec offendimur contumeliis: verùm nihil aliud videre cupimus, quàm sanitatem hominis per morbum indecora facientis. Quin & Medici vestem sæpè lacerauit ægrotans: at non ideò à cura destitit ille. Quî fit igitur, vt qui corporibus consulunt, tanta vtantur diligentia: nos animabus istorum pereuntibus cessemus, perinde quasi existimemus, nihil accidere graue, cùm membra nostra putrescunt? At non ita Paulus: sed quomodo? *Quis*, inquit, *infirmatur, & non infirmor? Quis offenditur, & non vror ego?*

2. Cor. 11.

Hunc ignem tu quoque concipe: & si conspexeris fratrem pereuntem; quanuis conuitietur, quanuis vim & contumeliam inferat; quanuis verberet; quanuis minitetur, se futurum hostem, aut aliud quidlibet intentet; fac omnia perferas fortiter, vt illius lucrifacias salutem. Si ille fiat inimicus, Deus tibi est amicus, magnisque in die illo bonis te remunerabitur. Vtinam autem hæc donet Deus Sanctorum votis, ac precibus, vt & qui in errorem abducti sunt, recuperentur ad salutem; & vos in hoc venatu voti compotes euadatis: & illi ipsi blasphemi liberati ab impietate sua, Christum agnoscant ab ipsis crucifixum, vt omnes vno animo, eodémque ore glorificemus Deum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Consummatum est. Ioan. 19.

PVNCTVM XXXV.

Luc. 18.

QVidni, consummatis iam omnibus, *quæ dicta sunt per Prophetas de Filio hominis*, Filius hominis moriens proclamet: *Consummatum est?*

Gen. 2.

Vidit iam ille cuncta, quæ refecerat, meliora esse, quàm fecerat; perfectis iam, complecissque, & cælis, & terra, requiescit *ab vniuerso opere, quod patrarat.*

Hebr. 4.

Ita Apostolus: *Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis.* Et de filio infrà: *Consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.* Etenim moriendo (velut hîc pulchre ait Rupertus) suum omne opus acti cum labore consummauit.

Rupert. de Trinit. c. 30. Eccl. 38.

En nunc *faber ferrarius*, qui totus *in calore fornacis concertatus cor suum dedit in consummationem operum.*

Ephes. 1. Hieron. ibid.

En qualiter placuit Deo, *in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo*, vel Græcè, iuxta Hieronymum, *recapitulare* aut *in summã redigere omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra.* Quam lectionem elucidans: Et Oratores, inquit, in epilogis, vel ante epilogos, in fine causarum, propter memoriam Iudicum, & eorum, qui audiêre negotia, recordationem, id est. ἀνακεφαλαίωσιν solent facere: vt quæ priùs latiùs disputarant, breui posteà sermone comprehendant; & vnusquisque recordari eorum incipiat, quæ audiuit. Sensus itaque in præsenti loco iste est. Omnis dispensatio, quæ & ante mundum, & postea esse cœpit in mundo, tam inuisibilium, quàm visibilium creaturarum, aduentum Dei Filij pollicebatur. Quòd Adam, qui de Paradiso eiectus est, per Saluatorem reuocandus erat. Quòd in fabricatione turris, linguarum vnitas scissa est: in Actibus Apostolorum portendebat dona linguarum. Quòd Isaac in typo Domini crucem suam ipse portauit. Quòd Samson sanctam comam nutriens, Dalilæ pauperis dilexit amplexus, & omnia cordis sui secreta confessus est, Saluatoris, & Ecclesiæ ex gentibus verè pauperis, & egenæ mysterium significabat. In Cruce itaque Domini, & in passione eius recapitulata sunt omnia, id est, vniuersa in hac ἀνακεφαλαιώσει supputata.

Gen. 3. Gen. 11. Act. 2. Gen. 22. Iud. 16.

Quod vt manifestius fiat, quotidianæ consuetudinis aliquod ponamus exemplum. Verbi causa: Viginti denarios erogaui; rursum quinque, & alios quindecim; triginta quoque, & ter decies, per diuersa tempora dedi. Hæc si in vnum voluero supputare, centenarij mihi numeri summa succrescit, & in vno numero habebo omnia, quæ antè descripsi. Sic itaque vniuersa mysteria, & omnis dispensatio vetustatis, non solùm, quæ in terris, sed etiam quæ in cælis gesta est in Christi passione complectitur. Cùm enim semel mihi Christus passus fuerit, & sepultus, & resurrexerit, & ad Patrem victor ascenderit; non necesse habet veterem numerum, quia in vno omnia teneo. Diligenter attendite, quòd non solùm omnes historiæ, Scripturarum; quas in terra gestas Spiritus Sanctus enumerat; sed etiam in cælestibus, quæ nobis occulta sunt in Christi recapitulata passione teneantur. Hæc Hieronymus sensu planè genuino, ac sublimi.

Cui consonat Theophylactus ibidem: Christus enim (ait) est *verbum consummans, & abbreuians in iustitia.*

Theoph. ibidem.

Nam, quemadmodum egregiè ait Arnoldus, iam benè dispositis omnibus, & assignato in nouissimis testamento gratiæ, & certæ spei regulis commendatis; ad intimandum, quòd nihil omninò deesset ad doctrinam, formamque iustitiæ Christus intulit: *Consummatum est.* consummans (subdit) omnem legalium rationem hostiarum, & vltimam ænigmatibus antiquis manum imponens.

Arnold. Carnot. tract. de verb. Domini.

Verus planè *Noë*, quod est *requies*, per quem, constituta Arca, & iuxta Origenem in Crucis cubito consummata, saluum factum est genus humanum, consummatáque est odoratissimi illius holocausti plenitudo, vt diceret, *Consummatum est.*

Gen 6. Orig. hom. 2. in Gen.

Verus & Moyses, qui *obtulit & arietem secundum, in consecrationem.* Isidorus, *arietem, scilicet, consecrationis.* Chaldæus, *arietem oblationum.* Pagninus, *arietem plenitudinum.* Septuaginta, *arietem expletionis.* Alij, *arietem consummationis* Glossa ibidem:

Leu. 8. Isidor. Chald. Pagnin. Septuag. Vat. Glossa.

ibidem: Secundus nominatur, quia post agnum in cœna immolatum se ipsum obtulit.

Hebr. 10. Et nunc maximè *una oblatione consummauit in æternum sanctificatos.* etenim sacrificio in Crucis ara peracto: *Ite*, inquit, *Missa est.* quod est: *Consummatum est.*

Ioan. 17. Iustin. de agone Chri. c. 10. *Opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam.* Proinde completis omnibus, quæ de aduentu, natiuitate, prædicatione, passione, & morte sua sanctis Patribus in figuris, & ænigmatibus fuerant præmonstrata, atque à sanctis vaticinata Prophetis, concludit dicens: *Consummatum est.* hoc est, tam contemptibilis ortus, præsepis reclinatio, stabuli diuersorium, Ægypti fuga, parentum subiectio, ieiunij prolixitas, tentationum perpessio, peregrinationis decursus, sedula prædicatio, donatio sanitatum, miraculorum ostensio, proditionis contemptus, irrisionum tolerantia, crucis ignominia, ac mortis acerbitas finem accepit, atque adeò humanæ redemptionis opus *consummatum est.*

Hebr. 12. O verum *consummatorem, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.*

Luc. 14. De te, de te plane nemo dicat: *Iste homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.* quia & ædificare cœpisti, & consummasti. En, vt Ecclesiæ, posito fundamento, altitudo consurgit: & ædificium *consummatum est.*

Gen. 2. Ephes. 32. Porrò in Ecclesiæ typum *tulit* olim Deus vnam *de costis eius, & ædificauit*, &c. *Sacramentum hoc magnum est*, inquit Apostolus: *dico autem in Christo, & Ecclesia.* Audi nūc: *Consummatum est.*

Cant. 3. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon. Thalamum sponsarum fecit sibi Rex Salomon.* Sic ad Hebraicum Pagninus: Ascendat ergo, ascendat Sponsus noster thalami sui lignum, (verba sunt Augustini:) ascendit Sponsus noster thalami sui lectum dormiat moriendo, aperiatur eius latus, & Ecclesia prodeat virgo: vt quomodo Eua facta est ex latere Adæ dormientis: ita & Ecclesia formetur ex latere Christi in Cruce pendentis.

Pagnin. August. de symb. ad Catechum. tract. 2.

O Ecclesiæ ædificatorem, & consummatorem!

3. Esdr. 6. *Salmanasarus fuit* quidem *fundamenta domus Domini, quæ est in Ierusalem, & exinde vsque nunc ædificatur, & non accepit consummationem.* Nec mirum: quia Ecclesiæ Christi fundamenta fecerat quidem naturæ lex: scripta verò opus cœpit euehere; sed nec perfecit, nec consummauit: quia *nihil ad perfectum adduxit lex.* Christus solum dicere potuit: *Omnis consummationis vidi finem*; & *consummatum est.*

Hebr. 7. Psal. 118.

Zach. 4. Hebr. Verus, scilicet, Zorobabel (*alienus à confusione*, quòd non potuerit *consummare*,) cuius *manus fundauerunt eam, & consummabunt eam.*

Isa. 16. Nec Ecclesiæ ædificium solùm perfecit, & consummauit; sed & illius hostem, ne ædificatam destrueret, superauit. Nunc planè *finitus est puluis, & consummatus est miser.* Nunc *Princeps huius mundi* eiectus est *foras.* Nunc consummata est

Ioan. 12. Dan. 9. August. *præuaricatio, & finem* accepit *peccatum.* Vnde Augustinus: Et quis dicere poterat, peccatum consummatum esse, nisi qui, vt peccatum deleret, consummatus est?

Matth. 5. Theoph. Nimirum, consummatio sermonum ipse est: quod enim promisit, perfecit. *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Iota (inquit ibi pulchrè Theophylactus) rectum est lignum, & apex transuersum: quo sensu dicit, quòd est, quæ de Cruce dicta sunt, implebuntur. Nec

A mysterio vacat, quòd apex, & iota: *Thau* literam componat, quæ Latina interpretatione iuxta Ambrosium significat, *consummatio.* Consummata sunt, inquit, omnia, eò quòd assumptæ mortalitatis impletum est omne mysterium. Ambros. ser. 22. in Ps. 118. Et in Luc. lib. 10. c. 23.

Is ergo verè dicere poterat: *Cursum consummaui, fidem seruaui.* Consummatum est enim certamen obedientiæ, (sic ibidem Rupertus:) peractum est, ad summam cursus peruentum est: nunc demum gloriæ, & honoris corona superest. 2. Tim. 4. Rupert. ibid.

Felix, qui cum Christo consummatore, cursum consummat. Felix, qui cum Christo, qui est α, & ω, principium, & finis, ad finem peruadit.

B Bernardus: Sicut caput nostrum pro peccatis nostris acerbitatem sustinens passionis, vsque ad consummationem, id est, vsque ad perfectionem omnium Scripturarum, quæ de ipso erant, perseuerauit patienter: ita & nos, si huius capitis membra esse volumus, in omnibus aduersitatibus nostris virtutem perseuerantiæ conseruemus, vt ad finem omnium passionum nostrarum, ipso benigno teste duce, venientes, cum ipso confidenter possimus dicere: *Consummatum est*, hoc est, tuo adiutorio, non mea virtute, bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Bern. lib. de Pass. c. 14.

Planè vt membra capiti respondemus, si perseuerantiam retinemus. *Caput eius aurum optimum*; pedes eius *super bases aureas.* En vt initium Cant. 5.

C respondet fini, & finis initio. Non sic statua illa, non sic, quæ caput habebat aureum; at pedes ex luto. Heu! quot, cùm spiritu cœperint, carne consummantur! Dan. 2.

Optimè Eusebius Emissenus: Spes nostræ omnes in consummatione, atque in fine consistunt. Vulgatum est illud Hieronymi: Non quæruntur in Christianis initia; sed fines. Et eodem sensu Gregorius: Incassum bonum agitur, si antè vitæ terminum deseratur. Euseb. Emiss. homil. 5. ad Monachos. Hieron. Greg. 1. Mor. c. 40.

Vt perfectam docuit perseuerantiam Saluator! *Descendat nunc de Cruce*, aiebant, *& credimus illi.* Ideò, quia sum Christus, (dicebat pro Christo Bernardus,) non descendam de Cruce, vt homines doceam in fine debere firmiores, & constantiores in sublimi perfectionis, quò ascenderunt, Matth. 27. Bern. ser. 1. de Resur.

D permanere; & in Cruce, quam in toto vitæ decursu susceperunt, perseuerare.

En verè in Cruce Deus Terminus, non ille, qui falsa à Romanis religione colebatur; sed, qui à Christianis cultoribus veraciter adoretur, quòd & initium humanæ saluti dederit, supremámque manum operi, terminúmque posuerit: nam, cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Aug. lib. 7. de ciuit. Dei, c. 7.

Puncto coronidem faciat Augustinus, hunc in modum Christum alloquens: Dixisti, Domine: *Consummatum est.* Consummata enim sunt vaticinia Prophetarum, figuræ hostiarum, acerbitas, & diuersitas pœnarum, emendatio culparum. *Consummetur nequitia peccatorum, & diriges iustum.* Aug. serm. de Pass.

E Felix, (subdit ad mores,) qui potest dicere cum Iesu: *Consummatum est.* cum Iesu, qui est α, & ω, & sermonum consummatio. Concludit: Non est præmium in inchoatione, sed in consummatione. Non datur denarius incipientibus, sed finientibus; & corona non currentibus, sed peruenientibus. Inchoa igitur pœnitentiam, & consumma, vt ad crucem, sicut Christus, sicut Latro currens ad pœnitentiam, non descendas de cruce, vt salutem consequaris perseuerentia.

Neminem audiamus, Fratres, (adnectamus Augustino

Bern. ser. 1. Pasch. gustino Bernardum,) non carnem, & sanguinem, non spiritum quemlibet descensum à cruce suadentem: persistamus in cruce, moriamur in cruce.

Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. *Et inclinato capite, emisit spiritum.* Ioan. 14.

PVNCTVM XXXVI.

QVem, Domine, spiritum, cuíve commendas? Et quæ necessitas, vel causa commendandi? Commendare se alteri, inferioris est, alteriúsque ope indigentis.

Ioan. 4. Nunquid spiritum illum commendas, de quo ipse dixisti: *Spiritus est Deus*: Nullo modo: esse namque spiritualis naturæ, tibi cum Patre, & Spiritu Sancto commune est, cùm Deus sis.

Si verò tuum illum Patri spiritum commendas, qui est altera naturæ humanæ pars à te assumptæ, nempe, animam; quæ, obsecro, necessitas illum Patri commendandi? Nónne satis apud te commendata, & in tuto collocata est?

Ioan. 13. Euangelista Ioannes de te loquens ait: *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus.* Quin & ipse

Matth. 11. perspicuis verbis affirmasti: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.*

Dubitásne, quòd Dæmon in mortis tuæ articulo illum rapiat? Nemo est, qui suspicari id quidem possit: si enim Electorum animæ nomine ouium à te appellatæ ita securæ apud te sunt, vt

Ioan. 10. ipse dicas: *Nec rapiet eas quisquam de manu mea.* fieri ne poterit, vt tua ipsius anima, & spiritus à Dæmone tuis è manibus eripiatur? Qui, si in aliorum animas (Genitricis tuæ animam excipiamus) aliquod se ius aliquando habuisse præsu-

Ephes. 2. Psal. 50. mit; omnes enim sumus *natura filij iræ*, & vnusquisque dicere potest: *In peccatis concepit me mater mea.* In tuum spiritum, atque animam quidnam iuris pro se afferre poterit? fuit enim illa simul creata, & tibi æterno Verbo vnita, ac proinde incapax vllius maculæ, siue actualis, siue originalis contrahendæ. Hinc ipse dixisti: *Venit*

Ioan. 14. *enim Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.*

Deinde, quod semel assumpsisti, nunquam dimisisti: quomodo ergo animam, ac spiritum tuum, quem in conceptionis tuæ instanti assumpsisti, nunc moriturus Patri commendas, nunquam vel in morte, vel post mortem ipsum dimissurus?

Aperiatur mihi, quæso, Domine, postremi huius tui in Cruce dicti intelligentia; nec non causa, cur Patri spiritum commendas.

Beda. Venerabilis Beda lib. 6. in Luc. cap. 94. ait: Patrem inuocando, se ipsum Dei Filium esse declarat: spiritum verò commendando, non defectum suæ virtutis; sed confidentiam eiusdem cum Patre potestatis insinuat: amat enim gloriam dare Patri, vt nos instruat dare gloriam Creatori. Sicut enim *omnia dedit ei Pater in manus*: ita nunc spiritum suum deponit in manus eiusdem Patris, cum quo ipse vnum est, & cui æqualis secundùm diuinitatem; quo tamen minor est secundùm humanitatem.

Quid autem spiritus nomine intelligendum sit,

Hieron. docet Hieronymus in Matthæum: Spiritum, in-

Speranza Scriptura selecta.

A quit, hîc pro anima intelligimus; seu, quòd spirituale, & vitale corpus fiat; seu, quòd animæ ipsius substantia sit spiritus, iuxta illud: *Auferes spiritum* Psal. 103.

eorum, & deficient. Hoc autem sic explicat Caietanus in Psal. 30. vnde ex D. Augustini sententia in August.

eundem Psalmum, & aliorum hæc verba à Christo prolata desumpta sunt: Supremum hominis bonum, inquit Caietanus, est anima, quatenus officio Caiet.

fungitur spiritus: nostra siquidem anima, quatenus viuificat corpus, vocatur anima: quatenus autem superiori bono vacat, vocatur spiritus, dicente Paulo: Caro concupiscit aduersùs spiritum: spiritus autem aduersùs carnem. Vnde, cùm separatur à corpore anima, transit de statu animæ ad statum spiritus. Ex hoc itaque, quòd Dauid spiritum suum

B commendaturus est Deo, fiduciam suam in Deo de maximis bonis manifestat: vnde & more humano, quo depositam rem charam manui assignamus depositarij, non ministrorum, ait, *In manu tua*, in immediata cura, & custodia tua *commendabo*, (iuxta Hebraicam lectionem,) perseuerabo commendans *spiritum meum.* Hæc Caietanus. Siue in manus tuas, id est, potentiæ tuæ, inquit Euthymius in eundem Euthym.

Psalmum. Per manus autem Dei fortitudinem eius intelligit: in manibus enim potentiam habemus, & vires. Vtitur verbo, *commendo*, Græcum autem verbum significat sic commendare, veluti commendatur depositum seruandum, & suo tempore reddendum.

Conuenientia hæc verba, inquit Iansenius, fue- Iansen.

C runt ei, qui seipsum iam in Cruce obtulit Deo sacrificium: sacrificantis enim est, manibus Dei aliquid offerre, quod ab eo recipiatur, & acceptetur. Itaque Dominus Patri offert acceptandum spiritum suum, quale sacrificium Propheta Deo gratum significauit, dicens: *Sacrificium Deo* Psal. 50.

spiritus contribulatus. quem etiam spiritum, tanquàm pretium redemptionis nostræ, illi gratissimum obtulit, vt perfectissimum numisma: in bono autem numismate, teste D. Isidoro, tria re- D. Isid. lib. 16 Etym.

quiruntur, vt sit ex bono metallo, debitam, & veram habeat figuram, ac iustum quantitatis pondus. Sic Christus spiritum suum purissimum Patri obtulit sine aliqua fæce peccati: & qui per vnionem hypostaticam impressam habebat substantialem ipsam imaginem Dei; ipsum, scilicet, Ver-

D bum diuinum, de quo Apostolus: *Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.* & qui tandem erat Hebr. 1.

iusti ponderis, ita vt in statera Crucis positus descenderet ad inferiores partes terræ, vt sic humilis nostra natura humana posita in altera lance stateræ eleuata fuerit in cælum vsque; vnde canit Ecclesia:

Beata, cuius brachiis
Sæcli pependit pretium:
Statera facta corporis,
Prædámque tulit Tartari.

E Obtulerat in cruce Christus Corpus, & Sanguinem suum in pretium redemptionis, vt tamen integerrima esset eius oblatio, obtulit etiam Patri animam, dicens: *In manus tuas commendo spiritum* Luc. 23.

meum. In veteri lege differebat sacrificium ab holocausto, quòd sacrificij pars vna Deo offerebatur, altera Sacerdoti remanebat; holocaustum verò totum integrum Deo tradebatur. Obtulerat quidem Christus corpus suum, quod pars erat sacratissimi illius compositi humani: sed volebat non tantum offerre sacrificium, sed holocaustum; & ideò simul obtulit ei spiritum, vt sic se totum, ac integrum illi traderet.

Maldon. Commendauit Patri spiritum, vt illum ad Inferos spoliandos duceret, & vt notat Maldonatus, & alij, ne eum relinqueret in Inferno per longum
Psal.16.&15. temporis spatium, quò descensurus erat, & ne daret sanctum suum videre corruptionem, & vt tertia die in corpus reduceret: quod sic explicat D.
D.Anton. de Pass.c.5.c.5. Antoninus: Animam, siue spiritum commendo in manus tuæ potentiæ ad carnem resumendam, in manus tuæ misericordiæ, & benignitatis ad visitandas animas, quæ sunt in pœnis tenebrarum.

Spiritum, inquam: corpus enim cruci nostra pietas in ingratos, Pharisæorum liuor, barbaricúsque furor clauis, vt vides, optimè commendarunt.

B

Athanas. lib. 31 de nat. hum. Ansel. lib.de Pass.Domini. 1.Cor 6. D.Greg. D.Athanasios, & D.Anselmos aiunt, Christum, vt caput, pro membris suis loqui, & in suo spiritu omnes animas sanguine suo redemptas, ac viuificatas, quæ omnes vnum sunt cum illo, (nam, *qui adhæret Deo, vnus spiritus fit cum eo.*) Patri suo commendasse: quod etiam sensit D. Gregorius, dum ait, nomine spiritus non solùm animam suam; sed etiam Ecclesiam catholicam intellexisse, quàm præ amoris magnitudine spiritum suum vocabat, vt inter amantes consueuit.

Prætereà id fecit, vt nos doceret, neminem, quantumuis iustum, & sanctum, tutum se a Dæmone, qui insidiatur calcaneo vitæ hominis, falsò sibi blandiri debere. Ad hanc rem facit, quod ex Bedæ sententia refert Historia ecclesiastica c. 72. C
Hist.Eccl. c.72. lib. de euang. Historia, nempe, Satanam super brachium crucis sinistrum extitisse, diligentérque obseruasse, an in animam, è corpore Christi egressuram ius aliquod habere posset; sed cùm nullum maculæ contagium inueniret, confusus recessit.

Iust.Mart. dial.cum Tryph.Heb. Denique vt nos instrueret ex hac vita recedentes verba hæc itidem dicere, vt Iustinus Martyr monet, quòd, scilicet, eadem petamus à Deo, quando in exitu vitæ fuerimus, qui potest abigere quemcunque impendentem malum genium, quominus animæ admoliri manus audeat: vt autem verè, & salubriter dicere possimus: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Christum imitando, filios etiam nos Patris exhibeamus: quandoquidem cauillum est, cuius mores ac voluntatem auerseris, te Patrem appellare. Aliter autem nos Patri D
cælesti animas nostras commendamus, quàm hoc fecit Christus: hic enim animam suam Patri commendauit, tanquàm depositum quoddam, quod vltrò apud eum posuit mox resumpturus: nos verò Christi merito fidentes Patris nos præsidio committimus, & benignitati, cupientes, vt animam nostram non sinat venire in manus hostis nostri, sed eam in suam tutelam, & gratiam suscipiat.
Act.7. Vnde benè Stephanus moriturus dixit: *Domine Iesu, suscipe spiritum meum.* tanquàm quod non in sua; sed in illius esset potestate, quódque illius egeret benignitate. Quanquam & nos in simili, quo Christus, sensu dicere possimus ex fiducia resurrectionis: *Pater, in manus tuas.* hoc est, apud te, & in E
Psal 4. tuam custodiam deponam iam lubens *spiritum meum*, ita vt per spem resumendi aliquando, *in pace cum Christo dormiam, & requiescam.* Adhortatur etiam D. Petrus fideles ad commendandum
1.Pet.4. animas suas Deo dicens: *Qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.* Vnde significat, eos, qui malè afficiuntur, debere per opera pietatis animas suas commendare, & deponere apud Deum, easque illi committere, qui cùm sit fidelis, suo tempore sit redditurus expectatam felicitatem.

Admonet nos hæc Christi oratio, non debere

A quenquam animam suam relinquere in Inferno: Deum Patrem, & nostræ naturæ Opificem agnoscere, cui & corpus, & animam debeamus: omnia ei accepta referre, cùm omnia, aut corpus, aut animā spectent. Docemur insuper ad finem vsque perseuerandum esse, Patríque spiritum nostrum commendandum, interim dum corpus redit in terram, vnde sumptum est; cuius haud magnam curam habendam esse, dum Christus spiritum tantummodo Patri commendat; spiritum enim tandem sequitur corpus: si bene habuerit spiritus noster in cælo, benè habebit corpus: si male habuerit spiritus, corpus in sua ducet æterna mala. Denū magnæ spei fundamentum statuere, ait Cyrillus, quòd, vbi animæ iustorum e corpore migrauerint, non errent insepultis cadaueribus, non dormiant, sed ad Patrem euolent. Psal.15.

Et inclinato capite tradidit spiritum.

SAcramentum maximum nobis commendatur, inquit B. Laurentius Iustinianus in eo, quod dicitur: *Inclinato capite tradidit spiritum.* ait enim, quòd, cùm D. Paulus dixerit, caput Christus Deus est, mori Christum Dominum capite inclinato significat, Deum, qui anteà propter peccata facteris, & oculos auerterat ab homine, iam per mortem Christi integram satisfactionem ei exhibentis inclinatum esse ad prosequendum, parcendum, & fauendum homini. Caput hoc Dei, inquit B. Laur. dum passionum ludibria, & mortis supplicia pro hominibus pertulit Mediator, liquefecit ad misericordiam, flexit ad gratiam, inclinauit ad indulgentiam. Hoc etiam significasse videtur Augustinus de Christo dicens: Caput habet inclinatum ad osculandum. Laur.Iust.de triumph. Christi agone,c.20. Aug.lib.de Virg.

Athanasius id factum dixit, ante mortem Christi, quod cæteris post mortem contingit: hunc enim priùs caput inclinat, posteà spiritum emittit, se voluntariè mori significat, non coactè. Idem Athanasius aliam quoque addit rationem: Sola mors (omnibus peractis) restabat adhuc, inquit ille: hæc quidem sibi metuens appropinquare non audebat; ideò Christus inclinato capite eam vocauit. Athan q.73.

Inclinauit caput, inquit Ambrosius: quia homo post peccatum mansit versùs terram inclinatus, vt ad Cain dixit Dominus: *Cur concidit facies tua?* Vt ergo caput homo ad cælum eleuare possit, & audire illud: *Leuate capita vestra, quoniam appropinquauit redemptio vestra*, inclinauit ipse caput. Ambros.in Psal.1.0. Gen.4.

Omnia peccata nostra portabat Christus, inquit Lanspergius, quorum onere grauabatur. *Iniquitates meæ*, quia eas delendas suscepi, inquit Christus, *supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue, grauatæ sunt super me.* Hinc caput inclinat. Lansp. hom. 52.de pass. Psal.37.

Inclinauit caput, & oculos Christus, vt respiceret Adamum, qui sub eius Cruce sepultus iacebat, vt testantur Athanasius, Ambrosius, Epiphanius, & alij, ac si diceret illi: *Surge, qui dormis: & illuminabit te Christus.* Athanas.de pass. ambr. lib.5. c.19. Ephes.5.

Inclinauit caput, quasi exhibens honorem, & reuerentiam Patri, cuius nomen nuper inuocauerat; vt valediceret mundo, à quo ampliùs videndus non erat in carne mortali; vltimum vale dicens & Matri iuxta Crucem stanti. Inclinat caput, vt ait Bernardus, quò obseruaret, si quem inueniret, qui sanguinis riuos abstergeret, & de Cruce depositum munda sindone non panni, sed cordis obuolueret. Bern.tract. de pass.

Disce, ô Christiane, promptam ad extremum vsque spiritum obedientiam, spera propitiorem tibi

fora

fore Deum, si modò ad ipsum in fidei plenitudine A accesseris: inclinatio enim capitis tutus quidam fauoris, seu compassionis est.

Disce humilitatem colere, capútque inclinare vsque ad mortem. Vide, quantùm capitis, & cordis
3. Reg. 21. humiliatione delectetur Dominus. *Ambulauit* (Achab) *demisso capite* Hinc Dominus ad Eliam: *Nónne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius.*

Ambros. *Inclinato capite tradidit, atque emisit spiritum* Christus. Emisit à carne ad Patrem, inquit Ambrosius: emisit quasi columbam ex arca Noë, quæ tandem regressa ramum oliuæ in signum pacis ore suo gestauit. Arca quidem corpus Christi est; columba, B anima eiusdem; diluuium, iræ diuinæ comminatio propter peccata; pax, reconciliatio: egressa enim anima in corpus per resurrectionem, (quæ semper tamen, sicut & corpus, fuit vnita Verbo,) quam pacem nobis omnibus non attulit?

Iudic. 16. *Dormiuit Samson vsque ad medium noctis* (Sabbathi,) *& inde consurgens apprehendit ambas fores portæ, &c.* (in die resurrectionis.) Greg. hom. 21. in Euangelia.

Gen. 49 *Colligit pedes suos super lectulum* (Crucis,) *& obiit*

Psal. 126. *Vanum est vobis,* (ô Patres,) *ante lucem* (Christum) *surgere:* (post caput membra.) *Surgite, postquam sederitis* (cum eo,) *qui manducatis panem doloris,* (expectatione, & desiderio resurrectionis C eius.)

Iob 38. *Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis,* (sicut mihi,) *& ostia tenebrosa vidisti?* (vt ego,) *Nunquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis*
Gregor. 29. Mor. 5. *abyssi deambulasti?* Greg. Ac si dicat: Vt ego, qui non solùm mare, id est, sæculum, per assumptam carnem, atque animam perij; sed etiam per eam sponte in morte positus; vsque ad vltima Inferni, quasi ad maris profunda descendi.

Gen. 49. *Ad prædam ascendisti* (in Crucem,) *fili mi: accubuisti vt leo* (apertis diuinissimis oculis:) *&*
Thren. 3. *quasi leæna, quis suscitabit eum?* (Ipse se.) *Ponet in puluere os suum.*

Ion. 2. *Et erat Ionas in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus.*

Iob 5. Isai. 15. Iudic. 5. Psal. 105. *Ingredieris in abundantia sepulcrum.* Sed *Caro tua requiescet in spe. Surge, Barach,* (fulgur,) *& apprehende captiuos tuos. Portas æreas, & vectes ferreos* confringe. Ita faciet, vnde & dicit: *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.*

Expende iam, anima mea, quis est ille, qui pro te moritur, quique interim, dum suum spiritum Patri, eidem etiam, & te ipsam commendat, considera, quanta sit eius maiestas, vt & intelligas, quanta sit ea humilitas, qua Patri *factus* est obediens vsque ad mortem; mortem autem Crucis: nec te pigeat diuinis obedire mandatis, vt tandem in Dei manus tuus spiritus recipiatur, atque in cælis collocetur.

***

DE QVINQVE Plagis.

Vnus militum lancea latus eius aperuit, &c. Ioan. 19. *Pax vobis. Et ostendit eis manus, & latus.* Ioan. 20. *Ostendit eis manus, & pedes.* Luc. 24.

PVNCTVM XXXVII.

B Sed Iam Verbum abbreuiatum, quod fecit Dominus, (in vtero Virginis,) super terram, in cruce modò extensum mentis oculis intueamur, atque *librum scriptum intus, & foris,* non ampliùs apoc. 5.
clausum; sed modò non quidem clauibus, sed clauis; non manu, sed lancea pro nobis reseratum perlegamus. Patent enim arcana diuina per ista Bern. ep. ad foramina. Et, Vbi sunt, ait Bernardus, characteres Colonien.
Passionis Christi.

Dicat vnusquisque: *Vadam, & videbo visionem* Exod. 3.
hanc magnam: pedibus affectuum *accedite ad eum,* Psal 33.
& illuminamini: & facies vestra non confundentur. Eamus, videamus, admiremur, atque rerum admirandæ causam interrogemus. Respondebit autem: est enim iste liber, istúdque verbum *sermo* Hebr. 4.
C *Dei viuus, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus; compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.*

Dic ergo, ô bone Iesu: *Quid sunt plagæ istæ in* Zach. 13.
medio manuum tuarum? Quid etiam lateris, ac pedum? Pedes, inquit Bernardus, quorum scabellum adoratur, cruci clauo affiguntur! manus, quæ formauerunt cælos, sunt in Cruce extensæ, & clauis affixæ! latus lancea perforatur! *Quid sunt, quid sunt,* quæso, *Domine, plagæ istæ?*

Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. Psal 84.
His plagatus sum, inquit, *in domo eorum, qui diligebant me.* Zach 13.

O responsum admirandum! *Fidelis sermo, &* 1. Tim. 1.
omni acceptione dignus. Excipe illum, anima mea; & in penetralibus cordis tui reconde, atque ita meditare, vt in meditatione tua exardescat ignis D dilectionis in Deum, ac Redemptorem tuum.

Sed, quid ais, Domine? Nunquid diligebant te, qui plagas adeò crudeles inflixerunt? aut domi suæ tibi infligi passi sunt? Nunquid signa dilectionis sunt ista? & non potiùs odij, ac dilectioni repugnantia?

Gen. 49. *Quia in furore suo occiderunt virum; &* Gen 49.
in voluntate sua suffoderunt murum. Principes Sa- Rupert. b.
cerdotum, vtique de Tribu Leui, nec antè à desierunt in furore pertinaces, donec morte Crucis virum occiderunt, & lancea suffoderunt murum templi non manufacti, de quo vir ipse dixit: *Soluite* Ioan. 2.
E *templum hoc,* &c.

Eccl. 12. *Et quasi adiuuant, suffodiet plantas* Eccl. 12.
tuas. Scilicet, hoc facit amor Dei in nos, vt quicquid ad nostram salutem pertinet, atque ad amorem suum erga nos demonstrandum, quamuis molestum sibi, ac laboriosum sit, gratum, acceptúmque habeat. *Quibus plagatus sum in domo dilecti* Septuag.
mei. Legunt Septuaginta: Amore vulneratus est, August in
inquit Augustinus, propter delicta nostra. Mat c. 26.

Annis septem seruiuit Iacob socero suo Laban tot laboribus, atque ærumnis, quin etiã impostutis

 oppressus,

Gen. 31. oppressus, vt diceret: *Die noctúque æstu vrebar, & gelu; fugiebátque somnus ab oculis meis.* Et tamen Gen. 29. *videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine,* quo, scilicet, prosequebatur Rachel. Sæua quidem erant vulnera iniquo animo inflicta: & tamen inquit: *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me, in domo dilecti mei.* quia, nimirum, suo sa-Luc. 12. tisfaciebant desiderio: *Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor, vsque dum perficiatur?* Ardebat quippe desiderio viscera misericordiæ suæ patefa-Luc. 1. ciendi, *in quibus visitauit nos oriens ex alto*, indéque sanguinem fundendi in pretium redemptionis nostræ, suíque immensi in nos amoris ostensionem. Hinc etiam, quod ponit gutta, fecit vnda, inquit Bernard. Bernardus. Gutta fuisset satis redemptioni: at non satis suo in nos amori. Quapropter beneficij loco B duxit missionem reliqui sanguinis per clauos, & lanceam, vt hoc pacto ipsius siti satisfieret. Vnde memor beneficij, immemor iniuriæ: *His plagatus sum*, inquit, *in domo eorum, qui diligebant me.*

Sic aliquando mulieres, quibus plenæ sunt lacte mammæ, si catuli admoueantur, qui lac sugant, vel dentibus eliciendo aliquid afferant doloris, gratum habent, licèt catuli rem gratam facere non in-Psal. 21. tendant. *Circumdederunt me canes multi.* &, *Circum-*Psal. 117. *dederunt me, sicut apes* quorum alius lancea, alij clauis, alij aliter meum sanguinem depromerent: quod tanquam beneficium ducen: siquidem totum meum effundi sanguinem, nihil est in optatis.

Sed pace tua, Domine, non videtur esse ad interrogata responsio: interrogaris enim de re, atque na-C tura, siue causa plagarum; assignas autem pro responsione locum, vbi inflictæ sunt: *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* eúm, scilicet, non erant increduli, vel *dilecti mei*, nempe, populi Iudaici, cuius salutem desidero. Amantis responsio est nihil ferè æstimantis à se collata in amicum beneficia.

Suscepit aliquis ingentes pro amico labores, adiit multa pericula, quibus ab amico cognitis, ô quanta, inquit, pro me pericula suscepisti! me totum, meáque omnia tibi debeo. Respondet ille: Quid? nihil feci: nihil tuli: vtinam mihi se se offerat occasio mei erga te amoris patefaciendi! Alius absens rem multo pretio emit, vel ab amico imperatam, vel vt illi eam dono det: illum deinde adit, D atque rem emptam offert: is pretium exquirit, quod amico soluat. Hac de re, respondet alter, non sit nobis sermo: nihil valet: beneficij loco duco, si munusculum hoc accipere non graueris.

Christus euntibus Emmaüntem, atque acerbitatem passionis eius commemorantibus respondit: Luc. 24. *Quæ?* Nunquid, Domine, oblitus es tot ærumnatum, pretij sanguinis tui, quo nos redemisti, quem effudisti in nos abundè, vt copiosa esset apud Deũ redemptio? Copiosa redemptio data est nobis, in-Aug. Man. cap. 21. quit Augustinus, in vulneribus Iesu Christi Saluatoris nostri: & tamen respondes: *Quæ?* Ita sanè: parum enim mihi videor fecisse præ amoris magnitudine, quo dilectus animas prosequor.

Zach. 13. Quid igitur mirum, si interrogatus: *Quid sunt plagæ istæ?* declinet responsum: atque aliò videatur E eius tendere oratio? Quasi dicat: Quicquid sit de plagis, mihi gratæ sunt: his oblector, & sicut transiturus de hoc mundo ad Patrem, ne vnquam mei obliuisceris, tibi meipsum sacramentaliter reliqui: Isa. 49. ita ne putes, me tui aliquando oblitum iri: *Ecce in* Alij. *manibus meis descripsi te.* Alij *depinxi te.* Pagninus: Pagnin. *Ecce super volas exaraui te* stylo ferreo, mei sangui-Zachar. 13. iuxta Chald. nis atramento. Et Zacharias: *Ecce quasi in mani-*A *bus tu signatus es coram me*, iuxta Chaldæum.

O ardens amor! ô ingens amor! ô dulcis, & suauis amor! Si passus est pro nobis, inquit Cyrillus Cyrill. Alex. in Isa. 49. Alexandrinus, quomodo nostri obliuiscetur? vel, quomodo non erimus in oculis eius, propter quos ligno affixus est?

Sed, si præ nimio amore non explicat ille nobis, quid sint plagæ istæ, earúmque pretiũ; nos eò magis inquiramus, ne simus ingrati, atque vt ipsarum fructum percipiamus, & in tantum amatorẽ amore exardescat, & liquefiat anima nostra. *Empti enim* 1. Cor. 6. *estis pretio magno*, inquit D. Paulus, *glorificate, & portate Deum in corpore vestro.*

Quid igitur *sunt plagæ istæ?* Sunt luminaria, & Soles, quibus anima illustretur, ignescat, exardescat, D. Thom. B vita viuat. Sol, inquit D. Thomas, & fons splẽdoris, fornax ardoris, & causa generationis. Et plagæ istæ intellectum illuminant, affectum inflammant, & generant in anima virtutes, & sanctitatem.

Intellectum illuminant: sicut enim Sol nube tectus parum luminis affert; si verò scindatur nubes, per scissuras illas, atque foramina radios emittit, & eò vberiores, quò maior fuerit scissura: ita iustitiæ Sol nube carnis obductus, carne lancea, & clauis perforata emittit radios, quibus sua immensa bonitas, ac virtus à nobis videri possit; & præsertim per magnam lateris prorenti plagam. Augustinus: Aug. in Man. cap. 21. Per foramina corporis, inquit, patent mihi arcana cordis: patet magnum pietatis sacramentum: pa-Luc. 1. C tent viscera misericordiæ Domini, *in quibus visitauit nos oriens ex alto*

Propterea ad tollendam cæcitatem cordis, intellectúmque Apostoli Thomæ illuminandum, propositæ fuerunt à Christo plagæ, & videndæ, & tangendæ. *Infer digitum tuum huc, & mitte manum tuam* Ioan. 20. *in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis.* Vide, quomodo illuminatus: dicit enim: *Dominus meus, & Deus meus.* in quæ verba Bernardus: Vnde hoc Bernard. in Alleg. Tymonis. repertum est, nisi ex foraminibus petræ? Bona foramina, quæ fidem astruũt resurrectionis, & Christi Diuinitatem. Idem: Propterea vulneratus est latus tuum, per vulnus visibile, vulnus amoris inuisibile videamus.

Moysi videre cupienti gloriam, & faciem Dei, Exod. 33. dixit Deus: *Ostendam tibi omne bonum. Est locus apud* D *me, & stabis supra petram, cúmque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam, tollámque manum meam: & videbis posteriora mea.* Quo transeunte coram eo, vt dicitur Exod. 34. *Ait: Dominator Domine Deus, mi-*Item 34. *sericors, & clemens, patiens, & multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata: nullú que apud te per se innocens est.* Vides, vt constitutus in petra cognouit diuina, attributa. *Petra autẽ erat Christus.* Bernard. Foramina verò, ipsius plagæ, vt ait Bernardus.

Nec solùm illuminant, vt cognoscamus diuinam bonitatem: verùm etiam vt agnoscamus nos ipsos, nostrámque dignitatem. Sicut enim radij Solis faciunt actu visibiles eas res, ad quas pertingunt: ita E Diuinitatis radij è plagis ad nos protensi efficiunt, vt ex magnitudine dilectionis, & pretij, quo habiti sumus, vt proprio sanguine nos redimeret, Deus ipse conueniens duxerit, vt quali dignitate simus insigniti, nobis innotescat. q. d. Agnosce, ô Chri-D. Leo serm. de Natiu. Domini. stiane, dignitatem tuam: & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire. Ex dignitate pretij, ex his plagis, quasi loculis, soluti agnoscite, mortales, vestrarum animarum pretium. *Non corruptibilibus auro, vel* 1. Pet. 1. *argento*

argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis; sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati; praecogniti quidem ante mundi constitutionem: manifestati autem nouissimis temporibus propter vos,&c.

Secundò, affectum inflammant. Affectus, siue voluntas inflammatur, & vehementi intellectus apprehensione pulchri, & boni, honesti, vtilis, & delectabilis ipsius voluntatis obiecti. [Zach. 9.] At, *quid bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum Electorum, & vinum germinans virgines?* En frumentum ligno subactum, manibus hinc inde versatum in [Ierem. 11.] panem redactum, (*Mittamus lignum in panem eius*) B in clibano suæ charitatis igne decoctum. [Cant. 1.] En *botrus Cypri*: imò vas vini pretiosissimi clauis, & lancea perforatum, vnde ipsius fluente sanguine, quasi [Cant. 5.] vino inebriemur. Venite, *comedite, amici, & bibite, & inebriamini, charissimi.*

Sancta ebrietas, quæ non ad furorem, vel amentiam; sed ad amorem, & reuerentiam adducit: est [Ibid.] enim vinum sponsi lacte mixtum, (*Bibi vinum meum cum lacte meo.*) idémque dilectæ Sponsæ [Isa. 66.] propinaturus, quam ad bibendum inuitat: at, vnde propinauit? En vbera, en plagæ, *vt sugatis, & repleamini ab vbere consolationis eius.* Simus quasi infantes sugentes vbera, & iuxta Salomonis consi- [Prou. 5.] [Cant. 1.] lium Prou. 5. *Vbera eius inebrient te in omni tempore, & in amore eius delectare iugiter.* C O quàm *meliora sunt*, Domine, *vbera tua vino* terrenarum, sci- [Aug. Man. c. 21.] licet, consolationum! Augustinus: Vulnera Iesu Christi plena sunt misericordia, plena pietate, ple- [Bernard.] na dulcedine, & charitate. Et D. Bernardus: Per has rimas licet mihi sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo; id est, gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.

[Cant. 1.] Cupis odores? *Fragrantia vnguentis optimis* ista sunt vbera: sunt enim rosæ iunctæ lilio. En *lilium inter spinas*, & quinque rubicundas præ cæteris olentes rosas: gratior quippe rosa est pulchrum suffusa ruborem. Rosæ, quæ post hyemem vernant pro nobis in perpetuas æternitates: pro nobis, inquam: si quando enim maleolens peccatorum nostrorum fumus ab igne concupiscentiæ, vel iræ, in altum actus ad nares æterni Patris perueniat, D vnde prouocetur ad iram, admouet Christus has quinque benè olentes rosas: ostendit enim, inquit [Bernard.] Bernardus, Patri latus, & vulnera: quibus admotis, [Exod. 32.] ô quoties odoratus Dominus odorem suauitatis, *placatus est, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum!*

Habet rosa tot linguas suas, quot folia: necnon istæ plagæ tot linguas, quot emissi sanguinis guttas. Nonne linguæ sunt guttæ sanguinis Christi? [Hebr. 12.] Dicit Apostolus ad Hebræos 12. *Accessistis ad sanguinis aspersionem meliùs loquentem, quàm Abel.* [Gen. 4.] Audi Dominum dicentem ad Cain: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Et quid clamat nisi vltionem? at verò Christi sanguis peccatorum E nostrorum remissionem, gratiarum largitionem. [1. Ioan. 2.] *Aduocatum habemus*, inquit Ioannes, *apud Patrem Iesum Christum: & ipse est propitiatio pro peccatis* [Rom. 8.] *nostris, qui etiam*, vt ait Apostolus, *interpellat pro nobis.* Certè per istas plagas, dum ostendit Patri latus, & vulnera, & per sanguinem inde fusum: quasi dicat: Istæ plagæ loquantur: hæc vulnera pro peccatoribus intercedant, quæ gratiam, & remissionem meruerunt, quæ supereffluens pretium soluerunt. [Rup. lib. 13 in Ioan.] Rupertus: Si gulæ plagæ grandem vocem habuerunt. [Chrysolog. serm. 121.] Si de Lazari plagis, inquit Chrysologus, vt in admonendo diuite tot essent pauperis ora, quot A vulnera: quid dicendum de Christi plagis meliùs loquentibus.

Quidni conciliabunt igitur sibi amorem nostrum? Quidni curremus in odorem istarum rosarum, & facundas huiusmodi pro nobis oratrices deosculabimur? Olfaciamus hos flores rosarum, & lilia conuallium. Flores, inquit Bernardus, rubentes, & ardentes: rubentes sanguine passionis, & ardentes igne charitatis. [Bern. ser. 33. in Cant.]

Nunquid non trahent nos post se hæc vulnera? Maxime quidem: sunt enim cordium magnes: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* B Si trahit suaquemque voluptas, dic, quæso, quænam te delectant? In his plagis inuenies omnia. [Psal. 15.] *Delectationes in dextera tua vsque in finem.*

Cant. 5. *Manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.* [Cant. 5.] Alij ex Hebræo: *Manus eius cauda pauonis.* [Alij.] [Cassiod.] Cassiodorus: quia in Cruce clauis perforatæ, & rubore sanguinis quasi colore purpureo respersæ sunt, quatenus hyacinthus est etiam flos aromaticus coloris purpurei, bonique odoris.

Quæris thesauros? En loculi clauis aperti: en arca lancea reserata: accede, sume, ditare.

Foderunt manus meas, & pedes meos. Quare foderunt, & non potiùs fixerunt? Thesaurus in ista fossione inuenitur. [Psal. 21.]

Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in C *agro.* Fode agrum, & thesaurum inuenies. [Matth. 13.]

D. Chrys. Pretiosum tuum, Domine Iesu, dedisti sanguinem: & aperto latere, quod est theca eius, quod est reconditum marsupium Diuinitatis, arca sanctificationis; & lancea tanquam claue in arcam iniecta, dedisti pretium ex paterno thesauro. [Chrys.]

Thesaurus ad omnia, quæ nobis desunt, comparanda vtilis est. Augustinus: Quicquid ex me mihi deest, vsurpo mihi ex visceribus Domini mei: quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina, per quæ fluant. [Aug. Man. c. 21]

Ipse Christus hos aureos nummos expendit ad emendum terrarum Orbem. Idem Aug. expendens illa verba Psalmi: *Rex magnus super omnem terram.* [Psal. 46.] Non enim illi, ait, sufficit vnam gentem habere sub [August.] se: ideò pretium ex latere dedit, vt emeret Orbem D terrarum.

D. Bernard. Bonus thesaurus, bona margarita, cor tuũ, bone Iesu, quam fosso agro tui corporis inuenimus. [Bern. ser. 2. de pass. c. 3.] Quis hanc margaritam abiiciat? Quin potiùs dabo omnia, omnes cogitationes, & affectus mentis commutabo, & comparabo illam mihi, iactans omnem cogitatum meum in cor Domini Iesu, & sine fallacia illud me enutriet: ad hoc enim perforatum est latus tuum, vt nobis patescat interiùs: ab hoc vulneratum est cor tuum, vt in illo, & in te ab exterioribus perturbationibus absoluti habitare possimus.

Tertiò, generant Christi plagæ in anima virtutes, & sanctitatẽ: sunt enim in primis medicinæ cæ- E lestes contra omnia vitia. Augustinus: Fusus est sanguis Medici, & factum est medicamentum phrenetici. [August. in l. cont. quinque hæres.] S. Bern. Filius Dei Altissimi iubetur occidi, [Bern. ser. 3. de Natiu.] vt vulneribus meis pretioso sui sanguinis balsamo mederetur.

Ponam in salutari. Alij legunt: *Ordinabo salutare apertum.* [Psal. 11.] [Chrys.] Scilicet, Apothecæ aromatariæ contra omnes morbos. Vnde Bernardus ser. 62. in Cantica: [Bern. ser. 62. in Cant.] Quid tam efficax ad curandum conscientiæ vulnera, necnon ad purgandam aciem mentis, quàm Christi vulnerum sedula meditatio?

Hæc est probatica piscina quinque porticus habens: [Ioan. 5.] hîc non vnus, sed quotquot viua fide accesserint,

ſtetint, ſanabuntur, à quacuoque detineantur in- A
firmitate.

Zach. 13. Hinc dicitur etiam fons patens Zachariæ 13.
In illa die erit fons patens, &c. *in ablutionem pecca-*
Iſa. 12. *toris, & menſtruatæ.* Imò fontes, Iſa. 12. *Haurietis*
aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. ad Hebrai-
Bernard. cum, *de viſceribus Saluatoris.* D. Bern. ſer. de Natiu.
Domini: Per hos fontes, plagas intelligit, id eſt,
de vulneribus Saluatoris: vel de fontibus Salua-
toris, id eſt, de Sacramentis, quæ fluxerunt ex fonte
patente lateris Chriſti in remedium noſtrorum
ſpiritualium morborum, ac ſpiritualis vitæ ſuſten-
tamentum, &c.

Ioan. 9. *Vade, & laua te in natatoria Siloe*, id eſt, *miſſi*,
Chriſti, ſcilicet, miſſi à Patre pro ſalute mundi. Ita
Lyran. Lyranus. Ibi mundaberis à lepra peccatorum, & B
reſtituetur anima tua munda ab omni ſorde me-
liùs, quàm Naaman, cui Iordanis aquas ingreſſo
reſtituta fuit caro, ſicut caro pueri.

Zach. 3. Zachariæ 3. *Ecce ego cælabo ſculpturam eius.*
Aquila: *Sculpam aperturam eius.* Vbi Hieronymus:
Hunc lapidem clauis, & lancea militis faciam vul-
nerari, & in illius paſſione *auferam iniquitatem ter-*
ræ in die vna.

Pſal. 77. *Percuſſit petram & fluxerunt aquæ: abierunt in ſicco*
flumina. Percuſſit Pater æternus myſticam petram,
Iſa. 53. ſcilicet, Chriſtum. *Propter ſcelus populi mei percuſſi*
eum. Et fluxerunt non ſolùm aquæ; verùm etiam
ſanguis, ac flumina gratiarum abierunt in ſicco.
Pſal. 101. O quàm ſicca eſt anima peccatoris. *Percuſſus ſum*
Pſal. 21. *vt fœnum, & aruit cor meum. Aruit, tanquam teſta, vir-* C
Thren. 1. *tus mea.* O quàm ſordida! *Sordes eius in pedibus eius.*
En ſanguis, en aqua ad lauandum ſordes, ad irri-
Zach. 13. gandam ſiccitatem: ſiquidem fons iſte eſt *patens in*
Septuag. *ablutionem peccatoris, & menſtruatæ.* Sept. *in tranſ-*
mutationem, & aſperſionem peccatoris.

Ad hunc fontem, imò ad hos fontes accede pec-
cator, ingredere, laua ſordes tuas, aſpergere hyſſo-
po, & ſuper niuem dealbare: dicat vnuſquiſque:
Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum,
ita deſiderat anima mea ad te, Deus: ſitiuit anima mea
ad Deum fontem viuum. nec timeamus: eſt enim
Gregor. *fons patens in ablutionem*, &c. quia, inquit Grego-
rius, apertus eſt iam nobis fons miſericordiæ, Re-
demptor noſter, vt peccatorem lauet à peruerſo
opere, & menſtruatam mentem diluat ab immun-
da cogitatione. Patet igitur fons, curramus cum D
lacrymis, lauemur hoc fonte pietatis. In hoc fonte
ipſe quoque Dauid lotus eſt, cùm rediit ad lamenta
pœnitentiæ, poſt maculas grauis culpæ; ipſum
quippe inuenire fontem quærebat, cùm diceret:
Pſal. 50. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali*
Hebr. *confirma me. Ieſus* enim Hebraicè, Latinè *ſalutaris*
dicitur. Et quid eſt, quòd ſibi lætitiam Ieſu reddi
poſtulat, niſi quòd hunc ante culpam contemplari
conſueuerat, eiúſque contemplationis gaudia in
culpa perdiderat? Vnde rectè poſt pœnitentiam,
viſionis eius lætitiam reddi quærebat. In hoc fonte
miſericordiæ lota eſt Magdalene, quæ priùs famo-
ſa meretrix, poſtmodum lauit maculas lacrymis,
deterſit maculas corrigendo mores. In hoc fonte E
miſericordiæ omnibus aperto lauit Petrus, quod
negauerat: quia *fleuit amarè.* In hoc fonte miſeri-
cordiæ in fine ſuo lotus eſt Latro, qui ſemetipſum
in morte reprehendens à culpa ſua, ablutus eſt
confeſſione veritatis. Cur igitur pigri ſumus? Cur
torpentes, & frigidi remanemus, qui in hoc fonte
pietatis tantos iam ſe lauiſſe cognouimus? Ergóne
in mundatione noſtra deſperabimus, qui tot exem-
pla miſericordiæ in pignore tenemus? Et ceſſamus

A veniam quærere, atque cum lacrymis fiduciam ha-
bere, qui tantorum iam emendationem ſpei noſtræ
pignus accepimus? Quærere enim miſericordiæ
fontem debuimus, etiamſi clauſus eſſet: patet &
negligimus? Hæc S. Gregorius.

Nec ſolùm purgant à vitiis vulnera Chriſti; ve- Aug. in Man. cap. 22.
rùm etiam præſeruant. Auguſtinus in Manuali:
Cùm me pulſat aliqua turpis cogitatio, recurro ad
vulnera Chriſti: cùm me premit caro mea, recor-
datione vulnerum Domini reſurgo: cùm Diabolus
mihi parat inſidias, fugio ad viſcera miſericordiæ
Domini mei, & recedit à me. Si ardor libidinis mo-
ueat membra mea, recordatione vulnerum Domi-
ni noſtri Filij Dei extinguitur.

Purgant igitur à vitiis iſti fontes, ac proinde tri-
B buunt virtutes. De fide iam dictum eſt, ex his cica-
tricibus fidem ab Apoſtolo Thoma comparatam.

Cupis in ſpem erigere, ac firmare cor tuum,
quod ſæpè deprimunt, ac fluctuans reddunt pecca-
ta tua, & diabolicæ tentationes? Iam audiſti Gre-
gorium loquentem. Audi inſuper Auguſtinum:
Non poſſum terreri multitudine peccatorum ſi Aug. in Man. cap. 23.
mors Domini in mentem meam venerit: quoniam
peccata mea illum vincere non poſſunt. Claui, &
lancea clamant mihi, quòd reconciliatus ſum Chri-
ſto, ſi eum amauero. Longinus aperuit mihi latus
Chriſti lancea, & intraui: & ibi requieſco ſecurus.
Item, in Meditationibus, cap. 13. Omnis ſpes, & Idem Med. cap. 13.
totius fiduciæ certitudo mihi eſt in pretioſo ſan-
guine eius, qui effuſus eſt propter nos, & propter
C noſtram ſalutem. Vnde in libro de Virginitate, ad Idem lib. de Virgin.
erigendam ſpem noſtram ita hortatur: Inſpice
vulnera pendentis, ſanguinem morientis, pretium
redimentis, cicatrices reſurgentis. Caput habet in-
clinatum ad oſculandum; cor apertum ad diligen-
dum; brachia extenſa ad amplexandum; totum
corpus expoſitum ad redimendum. Hæc, quanta
ſint, cogitate: hæc in ſtatera veſtri cordis appen-
dite, vt totus vobis figatur in corde, qui totus pro
vobis fixus eſt in Cruce.

Sancta Catharina Senẽſis cùm eam Diabolus ad Bloſius in Monil. c. 2.
deſperationẽ adducere niteretur: Ego, inquit, aper-
tè Creatori meo confiteor, me quotidie in tenebris
fuiſſe, maléque vixiſſe: veruntamen fiducialiter la-
titabo in plagis Domini mei Ieſu Chriſti, & omniũ
iniquitatum mearum maculas pretioſo ſanguine
D eius abluã, atque cum ſancto deſiderio ingiter gau-
debo in ipſo Creatore, & Redemptore meo. Poſt
quæ verba mox Diabolus in fugam conuerſus eſt.

Quomodo igitur non ſperabimus, dum adeò ve-
hementia dantur nobis ad ſperandum incitamen-
ta? Iacta anchoram ſpei, vt monet Apoſtolus dicẽs: Hebr. 6.
Fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad
tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram ha-
bemus tutam, ac firmam, & incedentem vſque ad in-
teriora velaminis, vbi præcurſor pro nobis introiuit
Ieſus ſecundùm Ordinem Melchiſedech Pontifex fa-
ctus in æternum. Alij legunt: *Validam conſolationem,* Alij.
vel *validam exhortationem habeamus*, &c.

Auguſtinus ad illud: *Volo, Pater, vt vbi ego ſum, &* Auguſt. in Ioan. 17.
E *ipſi ſint mecum.* Non credis? inquit: crede, crede:
plùs fecit, quàm promiſit: plùs eſt, quòd mortuus
ſit æternus; quàm quòd mortalis viuat in æter-
num. Se erigat ergo humana fragilitas, nec deſpe-
ret, nec dicat: Ibi non ero.

Vis fideiuſſorem? Audi Arnoldum de verbis Do- Arnold. de verb. Dom.
mini in Cruce: Pro captiuo ſuo vadem fidelem li-
berator ſe poſuit, tantáque authoritate firmatum
eſt huius indulgentiæ priuilegium, vt in ipſius
Chriſti crucifixi membrana, proprio ſanguine
conſcriptæ

conſcriptæ ſint huius abſolutionis literæ, maneátque inſixum vſque hodie ſigillū plagalateris, quam ſemper oculis Patris exhibet præſentia Saluatoris

August. in Ioan. 19.
Vnde Auguſtinus in illud Ioannis: *Latus eius aperuit.* Vigilanti verbo, ait, vſus eſt Euangeliſta, vt non diceret, latus eius percuſſit, aut vulnerauit, ſeu quid aliud: ſed, *aperuit*, vt illis quodammodo vitæ oſtium panderetur. Hoc prænunciabat, quod Noë in latere arcæ oſtium facere iuſſus eſt, per quod intrarent animalia, quæ non erant diluuio peritura.

Matth. 18. Psal. 54.
De charitate quid dicam? Nunquid non generant in nobis iſta vulnera charitatem, ſi, vt probauimus, voluntatem inflammat? Sunt certè nidus diuini amoris, plagæ Chriſti in Cruce extēſi, *ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ,* (amore flagrantis,) *& volabo, & requieſcam?* Vtinam anima noſtra, ceu ſalamandra cæleſtis, in his ignitis charitate fornacibus ardeat, & viuat; ſiquidem cibus ei ignis.

Isa. 2. August. 2. Par. 6.
Quæris fortitudinem, itque tutum reddere te ab hoſtium incurſionibus? *aſcendite in foſſa humo.* Hic fortis, & tutus eris contra diabolica iacula. Auguſtinus: Nunquam te ad illam turrim diabolica iacula ſecutura ſunt, vbi ſtabis munitus, & fixus. En ciuitates refugij, ad quas ſi quis fugiet, viuet. Auguſtinus: Tutum refugium contra hoſtes vulnera Saluatoris.

Iosu. 20. August.
Ioſoë 20. Receſſus ad refugij loca ad tempus erat, quouſque ad Sūmi Sacerdotis mortē inimici placabantur: ſed mora, ac confugiū ad Chriſti vulnera perpetuū; quia hoſtes habemus implacabiles. Auguſtinus: In omnibus aduerſitatibus non inueni tam efficax remediū, quàm vulnera Chriſti, in quibus dormio ſecurus, & requieſco intrepidus. In his *paſſer inuenit ſibi domum; & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos.* In his columba ſe tutatur, & circonuolitantem intrepida intuetur accipitrem.

Psal. 83. Bern. ser. 61. in Cant.

Isa. 49. Septuag. Cyrill. alex. ibid.
Cyrillus Alexandrinus in illud Iſaiæ: *Ecce in manibus meis deſcripſi te,* vbi Septuaginta legunt: *Ecce ſuper manus meas depinxi muros tuos.* inquit: Chriſti paſſio, & pretioſa Crux, manuum ipſius affixio, ſecuritas fuit, & murus inacceſſus, & infractus his, qui in ipſum crediderunt.

Lyran. Vinc. Belu.
Quin ſunt arma, quibus Dæmō fugatur, eiúſque virtus conteritur. Quinque lapides Dauid, quinque plagæ, inquit Lyranus, quibus Goliath occiſus eſt.

D S. Edmundus Cantuarienſis apud Vincentium Beluacenſem in ſpeculo hiſtoriali, Dæmonem adiurans: Adiuro te, inquit, per aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, in quo faciliùs te vincere poſſum? In eo, reſpondit, quod nominaſti.

Laurent. de cast. connub. Verbi, & anim. c. 8. De spirit. anim. rem.
Hinc aduerſarum rerū tolerantia, & conſortatio. B. Laurentius Iuſtin. Quis pati renuat, patiente Domino? & alibi: Paſſio paſſione vincitur, & cruciatus cruciatibus ſuperatur: dolorem ſerui dolor lenit Domini.

Vox ad animam mœrentem: Surge, & cogita vulnera mea. Item: Omne aſperum iniunge in latus meum, & erit tibi dulce.

August.
Scribe, Domine, vulnera tua in corde meo pretioſo ſanguine tuo, vt legam in eis amorem tuum,

E ad contemnendum pro te omnē amorem; dolorem tuum, ad ſuſtinendum pro te omnem dolorem.

Quid plura? Non ſolùm intellectum illuminant, affectum inflammant, & generant in nobis virtutes, & ſanctitatem; verùm etiam vitam largiuntur æternam.

D. Bonau. in Stim. p. 1. c. 12.
Vita, & gloria tres habet actus; viſionem, fruitionem, ac tentionem. D. Bonauentura in Stimulo: Per apertionem lateris meruit Sanctis viſionem

A apertam. Fruitio eſt ex vulneribus manuum. Delectationes in dextera tua vſque in finem. Tentio ex ſacratiſſimis pedibus, Cant. 3. *Tenui eam, nec dimittam.* Bloſius: Hæc quinque vulnera beatiſſima plùs pulchritudinis, lætitiæ, & claritatis toti cæleſti Curiæ conferunt, quàm omnia alia, quæ in vita perenni (excepta Diuinitate) habentur.

Cant. 3. Blos. in expl. pass. c. 19.

Franc. Osun. de quinque plagis, c. 11.
Franciſcus Oſunnen. Beatur anima, dum mentis intelligentia Deum videt, ſicuti eſt: beabitur & corpus Electorum ab humanitate Chriſti, quæ omnes eorum ſenſus recreabit, viſum præſertim admirabili quinque vulnerum pulchritudine. Meritò itaque de iiſdem ſcriptum eſt: *Ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* Ingredientur per animæ facultates ad Diuinitatem: egredientur per quinque

B ſenſus ad quinque vulnera ſacroſanctæ humanitatis exploranda, *& paſcua inueniet.*

Ps. 131. Iob 29. Cant. 2.
Conuertere igitur, anima mea, in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi. Dicas audacter: *Hac requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam. In nidulo meo moriar: & ſicut palma multiplicabo dies.* En clamat, en vocat: *Veni, columba mea,* in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.

Sim. de Cass.
Simon de Caſſia: Sibi ad negligentiam imputet, qui non ingreditur, ſi apertum nouit introitum.

Surius in Vita ipsius. 27. Septemb.
Huc ſe recepit B. Eleazarus, Ariani Comes, ad quem diutiùs abſentem cùm famulum vxor miſiſſet, reſpondit per literas: Sanus ſum corpore, & ſoſpes: quòd ſi videre me cupis, quære in vulnere

C lateris Chriſti: ibi habito, ibi poteris me inuenire, fruſtrà alibi quæſitura.

Matth. 17. D. Bonau. in Stim. p. 1. c. 2.
Bonum eſt nos hic eſſe. D. Bonauentura: *Faciamus hic tria tabernacula,* vnum in pedibus, vnum in manibus, aliud continuum in latere: ibi volo quieſcere, & vigilare; bibere, comedere, legere, adorare, & omnia mea negotia pertractare: vbi loquar ad cor eius, & ab ipſo, quod voluero, impetrabo; & hîc erit requies mea in ſempiternum.

1. Pet. 4.
Nos quoque idem faciamus: *Chriſto paſſo in carne eadem cogitatione armamini.* Chriſtum pro nobis crucifixum, ac vulneratum mentis oculis inſpiciamus, meditemur.

Stephanus Abbas: Die, noctúque nihil aliud, inquit, aſpicio, niſi Dominum Ieſum Chriſtum in Cruce pendentem.

D Stylita ille hac memoria immoto corpore, & animo continue cælum ſpectabat.

Gal. 6. 2. Cor. 4.
Paulus ad Galatas 6. *Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.* Ita Franciſcus, ita Catharina Senenſis. Et nos ſimus *Mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes;* & ipſius paſſionem, & vulnera ſemper in corde. Quod quàm gratum illi ſit, teſtes erunt Sanctus Franciſcus, & Catharina Senenſis, quibus impreſſa ſunt in carne vulnerum Chriſti veſtigia. Teſtis erit B. Clara de Mūte Falco, in cuius corde formata ex ipſius carne inſtrumenta paſſionis Chriſti, non ſine magna omnium admiratione, ac deuotione cernuntur.

Eccl. 38. Prou. 23. Cant. 8.
Sicut ergo Chriſtus cor ſuum dedit in conſummationem operum; & aperiri lancea voluit, vt corda noſtra ibi collocentur, ac morentur; præbeamus

E & nos illi cor noſtrum, ipſo poſtulante: *Præbe, fili mi, cor tuum mihi.* Volemus, tanquàm columbæ, pennis bonarum cogitationum. Figamus pedes affectuum *in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ:* ibi ſonet vox tua: en ipſe inuitat. *Fac me audire vocem tuam.* Loquere ad petram cōſtitutus in petra, & illa dabit tibi aquas, tum lacrymarum tum etiam dulciſſimæ dilectionis. Dic cū Auguſtino: Quid commiſiſti, amātiſſime iuuenis, vt adeò malè tractareris?

Aug. in Med. c. 7.

Quod

Quod scelus tuum? Quæ noxa tua? Quæ causa mortis? Quæ occasio tuæ damnationis? Ego enim sum tui causa doloris, tuæ culpa occisionis, ego tuæ mortis meritum, ego tuæ passionis liuor, tui cruciatus labor. O mirabilis censuræ conditio, & ineffabilis mysterij dispositio! Peccat iniquus, & punitur iustus: delinquit reus, & vapulat innocens: offendit impius, & damnatur pius: quod meretur malus, patitur bonus: quod perpetrat seruus, exoluit Dominus: quod committit homo, sustinet Deus. Quò, Nate Dei, tua descendit humilitas? Quò tua flagrauit charitas? Quò processit pietas? Quò excreuit benignitas? Quò tuus attigit amor? Quò peruenit compassio? Ego enim iniquè egi, tu pœna mulctaris: ego fruor delicijs, tu laniaris clauis. Ecce, Rex gloriæ, ecce mea impietas, & tua claret pietas. Quid, Rex meus, & Deus meus, quid retribuam tibi pro omnibus, quæ retribuisti mihi?

Aug. in Med. c. 6. Offeras deinde vulnera Christi, vt Christus ipse facit, æterno Patri aspicienda. Dic cum eodem Augustino: Reduc, Domine Deus meus, oculos tuæ maiestatis super opus ineffabile pietatis. Intuere dulcem natum toto corpore extensum: cerne manus innoxias pio manantes sanguine, & remitte placatus scelera, quæ patrauerunt manus meæ: considera inerme latus crudeli perfossum cuspide; & renoua me sacro fonte, quem inde credo fluxisse: vide immaculata vestigia, quæ non steterunt in via peccatorum, sed semper ambulauerunt in lege tua, duris confixa clauis; & perfice gressus meos in semitis tuis. Oro te, Rex Sanctorum, per hunc Sanctũ Sanctorum, per hunc Redemptorem meũ, fac me currere viam mandatorum tuorum, vt ei valeam spiritu vniri, qui mea non horruit carne vestiri.

Cupiamus taliter vniri, vt nunquam inde liceat diuelli, quod contigit Apostolo, vnde gloriabatur dicens: *Christo confixus sum Cruci: viuo autem iam non ego; viuit verò in me Christus.* (Gal. 2.) Hanc vnionem vt assequeretur Seraphicus Bonauentura, cupiebat (D. Bonau. in Stim. pi. c. 1.) esse Christo vnitus loco Crucis, vnde dicebat: O cur Crucis illius loco non fui, vt Christus fuisset manibus meis, & pedibus conclauatus? Certè illi Ioseph ab Arimathæa dixissem: Non auferas Iesum à me; sed me secum sepelias in sepulcro: non enim volo ampliùs ab ipso separari: sed, si hoc modo facere non possim corpore; saltem hoc volo mente. Hæc Bonauentura. Quod vt assequare, idipsum cum D. Bernardo ab ipso Christo efflagita, qui ita rogabat: (Bern. serm. 2. de Pass.) Confige illi (scilicet, Cruci) manus meas, & pedes meos, & totum passioni tuæ cõforta seruum tuum, Domine: da, obsecro, mihi continere ab operibus carnis, quæ odisti; & facere iustitiam, quá dilexisti; & in vtroque tuam quærere gloriam: & sinistram quidem meam clauo temperantiæ; dexteram verò clauo iustitiæ in illa sublimi Cruce fixas arbitror. Da menti meæ iugiter meditari in lege tua, & omne cogitatum iactare in te: & dextrum pedem meum eidem ligno vitæ clauo prudentiæ affige. Da, vt sinistram spiritus mei sensualitatem non eneruet labentis vitæ infelix felicitas. Felix, & sinister quoque meus fortitudinis clauo in Cruce tenebitur. Illud quoque, quod post mortem tuam insatiabilis malitia impiorum in te exercuit, hanc in me similitudinem exprime. Vulneret cor meum viuus, & efficax sermo tuus, penetrabilior omni lancea acutissima pertingens vsque ad diuisionem animæ meæ, & producens ex ea tanquàm de dextero latere meo, vice sanguinis, & aquæ, amorem tuum, Domine, & fratrum meorum. Postremò, & munda sindone primæ stolæ spiritum meum inuolue, in qua requiescam egrediens, & ingrediens in locum tabernaculi admirabilis.

Nec verò te pigeat per has plagas pro animabus in Purgatorio existẽtibus Deum exorare: siquidem gratissimum ipsi futurum erit, & pronum inueniet ad audiendum, & exaudiendum. D. Thomas.

Ex Chronica Minorum habetur, quòd B. Ioannes de Aluernia exorans in hac memoria pro animabus, vidit vt multitudinem scintillarum à magna, & ardenti fornace prodeuntium, quasi infinitas animas de Purgatorio egredi.

Beatæ Gertrudis lib. 5. cap. 17. habetur, orationem Dominicam in memoriam quinque plagarum pro animabus in Purgatorio existentibus quinquies recitatam, maximo eisdem animabus adiumento esse.

His omnibus, quæ hactenus dicta sunt, accuratè perpensis, excita, Christiane, animam tuam in Dei tui ardentissimam dilectionem. Dic ergo cum Augustino: (Aug. in Man. c. 24.) O anima mea insignita Dei imagine, redempta Christi sanguine, desponsata fide, dotata spiritu, ornata virtutibus, deputata cum Angelis; dilige illum, à quo tantùm dilecta es: intende illi, qui intendit tibi: quære quærentem te: ama amatorem tuum, à quo amaris, cuius amore præuenta es, qui est causa amoris tui. Ipse est meritum, ipse præmium, ipse fructus, ipse vsus, ipse finis. Ama illum, qui eduxit te de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Elige illum amicum tuum præ omnibus amicis tuis, qui cùm omnia subtracta fuerint, solus tibi fidem seruabit: in die sepulturæ tuæ, cùm omnes amici tui recedent à te, ille te non derelinquet; sed tuebitur à rugientibus præparatis ad escam, & conducet te per ignotam regionem, atque perducet ad plateas supernæ Sion; & ibi collocabit te cum Angelis ante faciem maiestatis suæ, vbi audies illud angelicum melos, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Ibi est canticum lætitiæ, vox exultationis & salutis, gratiarum actio, & vox laudis, atque Alleluia perpetuum. Ibi est cumulus felicitatis, supereminens gloria, superabundans lætitia, & omnia bona. O anima mea, suspira ardenter, desidera vehementer, vt possis peruenire in illam supernam ciuitatem, de qua tam gloriosa dicta sunt, In qua sicut lætantium omnium habitatio est. Quod præstet is, qui pro nobis vulneratus, ac mortuus est, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

LAVS DEO.



INDEX RERVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE, TAM DE ORATIONE, QVAM DE CHRISTI PASSIONE, CONTINENTVR.

Primus numerus paginam ; alter columnam ; tertius verò columnæ locum indigitat.

RR Abnegatio

Circunstantia

Speranza Scriptura selecta.

Cicada.

Circumcisio.

Cithara.

Clauus.

Clementia.

Clericus.

Clypeus.

Cogitationes.

Cognitio Dei ex creaturis.

Dantes

L

Quàm

Miles

Paucitas

Paucitas saluandorum.

Paulus Apostolus.

Pauperes.

Peccator, Peccatum.

Pellis.

Perseuerantia